DE POENITENTIA

Francisco Suárez





R. P. D. FRANCISCUS
SOARES
LUSITANUS,

VLYSSIPONENSIS,

E SOCIETATE IESU,

DE

POENITENTIA.

DE VIRTUTE, ET SACRAMENTO POENITENTIÆ

TRACTATUS OCTO,

AVTHORE

R. P. ac S. D. FRANCISCO

SOARES

LUSITANO, ULYSSIPONENSI,

E SOCIETATE IESV,

OLIM IN COLLEGIO CONIMBRICENSI

Primariæ Cathedræ Sacræ Theologiæ Professore, & in Tribunali Sancti Officii causarum Fidei Qualificatore, ac Censore: & postea in Academia Eborensi iterum Sacræ Theologiæ Primario, & emerito Professore; Academiæ Cancellario, & tandem Rectore.



EBORÆ

Cum facultate Superiorum

Ex Typographia Academiæ Anno Domini

M. DC. LXXVIII.

ILLUSTRISSIMO DOMINO

D. VERISSIMO DE LANCASTRO

ARCHIEPISCOPO

INQUISITORI GENERALI, SERENISSIMI Principis à Consilijs à Cortina. &c.



TINAM, princeps illlustrissime, Pœnitentiæ hujus non pœnitendus adhuc viveret author, ut meritas ipse tibi posset accepti beneficij gratias referre pro singulari beneficentia, qua desideratam operi lucem asseruisti. Sed *Quoniam* (ut Plinius ait) *omnium quidem beneficiorum, quæ merentibus tribuuntur non ad ipsos gaudiũ magis, quã ad similes redundat*: Societatis jure nostrum est te de Soario benemeritum diligentissimè colere, nullumque gratitudinis officium, qualecumque illud sit, prætermittere. Nec verò aliud occurrit syncerius, & acceptius genus gratiarum, quam per te á diuturni silentij injuria, & á prælo, ceu prælio vendicatum, tibimet ipsi offerre Soarium; ut qui é literarum monumentis tua veluti virtute resurgit, sic etiam sub tuo perennius spiret, & placeat patrocinio. Illud enim verò solent orbati parentibus liberi tutelæ præsidium postulare, quod orbitatis dãna

Plin. in Paneg. ad Trajan.

 repen-

rependat. Hic liber est P. Soarij Lusitani post huma proles, cui liberum non fuit alterius, quàm præcelsæ Claritudinis tuæ patrocinium ambire. Te Parentis loco ducere gestiens illustris soboles ingenij tutelare Numen exigit Illustrissimi Principis? Et meritó: ad cujus enim potius aram confugeret Religiosissimus, Doctissimus, & Illustrissimus Soarius. Ad Principes attinet arctissimo quodam jure magnatum liberis consulere: primariæ tuæ nobilitatis erit illustris authoris librum larga fovere clementia, à tenebris, quibus immeritò jacebat, eripere, expectatæ diu luci reddere, magnoque tui incremento splendoris illustrare. Hujus te muneris, & officij reliquerunt hæredẽ maiores tui; quos tã facile Principes invenire, quàm te degenerem probare difficile. Pater in primis D. Franciscus Lencastrius Maximus Avisianæ militiæ Commendator: avus D. Ludovicus Lencastrius, ejusdem militiæ Commendator eximius, á Supermis Regni Cõsilijs, & Censûs Regij Custos integerrimus, proavus alter D. Ludovicus Lencastrius, Supremus itidem Avisij Commendator: atavus denique Serenissimus Georgius ille Dux Coninbricensis, Turrium Novarum Marchio, Averij, & Antiqui Montis Maioris Dynasta, Avisianæ, Sanctiq Jacobi Militiæ Magister, Joannis II. Lusitaniæ Regis agnomine Maximi filius; quo generis authore præstantissima tua familia gloriatur.

At quamquam multos pras tam ingentis gloriæ contigit, in integrum tua solius eminet, atque excellit. Miscetur fumo, quæ fumosis tantummodo nascitur imaginibus; clara tamen laus, & egregia, quæ proprijs micat splendoribus. Miramur

ramur

mur in te quidem nascendi laudem, sed vivendi gloriam multò magis admiramur: trahis equidem ab antiquis plura; sed plus meruisti placere de proprijs. Placuit omnibus, & omnium in se oculos præcipue convertit tua numeris omnibus absolutia sapientia, divini jubar ingenij summis difficultatum nodis expeditum, sublime cõmunibus; in speculando subtile, in diliberando maturum, ad animos hominũ demerendos mirum, & efficax, ad rerum agendarum solertiam perfectissimum. Testes Conimbricensis, atque Eborensis Academiæ, utranque enim mirum in modum illustrasti, utraque Verissimum totius habuit literaturæ speculum, cujus ad exemplum sese decentius sapientium universus orbis componeret. Testis iterum tuis gloriata Cunabulis Ebora, hujus enim vacantem Archipræsule Sedem Canonicatu quidem unus ex omnibus, meritis supra omnes, authoritate, doctrina, consilio, & suffragijs plus omnibus adjuvasti. Testes jam verò ab Sede Apostolica delegati Judices inter indivisa misericordiæ, & justitiæ æmulatione summa cum Judicij laude tamdiu de Religionis injuria ligitime cognovisti. Testis denique amplissima Hispaniarum Archidiæcesis Brachara, cujus unica de te non injusta querela percipitur: serus videlicet, & lentus Verissimi Pastoris ingressus: abdicatio velocissima. Utrumque sane criminosum tibi foret, nisi & Primatis dignitatem recusaret modestia tua, & dignitati renuntiare, quod maximum, & supremum est, suaderet Christiana Religio. Dignissimum illa Sacro Tribunali quærẽs Areopagitam non potuit non omnium votis annuere, ac supremum Adaman-

 tinæ

tinæ Lusitanorum Fide regimen uni delegare Verissimo: etenim, ut verum citra invidiam fateamur

—— pudor, & Iustitia soror
Incorrupta Fides, nudaque veritas
Quando ullum invenient parem?

Horat 1. od. 24.

Laudent alij te clarissima regum de stripe genitum, maiorem ipsis etiam maioribus acclament: mirentur in te sine superbia Principem, sine invidia potentem, sine superstitione religiosum, sine asperitate constantem, sine industria popularem; intactum celebrent ab avaritiæ sordibus animum, super Dominici gregis cura pervigilem, æquitate venerandum, sapientia præstãtem, graviter officiosum, humaniter severum, optimis charum, pravis metuendum, utrisque spectabilem. Nos totius gloriæ tuæ verticem attigisse videbimur, si dicamus fuisse virum tantæ sedulitatis in commune bonum, ut privati cura gregis omissa, non invitus molem subieris universam: tantæ moderationis, ut Primatis fastigium, pro quo reliqui certant, amore Fidei despexeris: tantæ Religionis, ut ejus causâ volueris sublimi velut é specula in Judaicos ritus, hæreticam pravitatẽ, inque omne contagionis periculum more cœlestium Custodum vigilare. Id unũ stylo rudiori tantum licet, & juvat attingere: liberius, ac dignus prosequi per modestiam tuam non licet: jam enim meritæ laudes illius vultui plane regio purpuram suffunderent, quem, si meritis attendatur, Romanam Purpuram citò ornaturum fore prævidemus. Interea more tuo, quo insularum majestatem moderaris, nostri-

Soa-

Soarij Pœnitentiæ tam benignus aspria, ut nunquam nos pæniteat ad aram Benevolentiæ tuæ supplices accessisse.

Collegium Academicum Eborense Societatis JESU

D. & C.

APPROBATIONES, ET FACULTATES Sanctæ Inquisitionis, & Ordinarii.

Censura P. Fr. Ioannis à Deo lectoris Iubilati Seraphici Ordinis D. Francisci, Sacræ Theologiæ Magistri emeriti. S. Inquisitionis Qualificatoris, &c.

HOS octo tractatus de virtute, & Sacramento Pœnitentiæ, minimè pœnitendos, sed nimis laudabiles, & tãto authore dignos admodũ R. P. & sapientissimo Doctore Frãcisco Soares Lusitano attentè vidi, & sine offensione cucurri; nihil contra fidem, aut bonos mores inveni, nihilq; dissonans; sed totũ concinnũ, ac omnibus numeris absolutũ: *librũ quidem*, ut in simili dixit Salvianus, *stylo brevem: doctrina uberem: lectione expeditũ: instructione perfectũ.* Sic censeo Ulyssipone ex Conventu Seraphici Parentis 20. Novembris 1666. *Fr. Ioannes à Deo lector Iubilatus.*

Facultas Sanctæ Inquisitionis.

VIstas as informações, podese imprimir este livro: De Virtute, & Sacramento pœnitentiæ: Auctor O P. Doutor Frãcisco Soares, & impresso tornará pera se cõferir, & se dar licẽçã pera correr, & sem ella não correrà. Lisboa 7. de Junho de 1667.

Pacheco. Fr. Pedro de Magalhães. Rocha. Magalhães de Menezes. D. Verissimo d' Lencastre

Facultas Ordinarii.

POdese imprimir. Lisboa 13. de Julho de 1667.

O Bispo de Targa.

Censura P. M. Fr. Izidori da Luz

PAtris Frãcisci Soares Lusitani inter nostri seculi Theologos facile principis ex præscripto vestræ Serenissimæ Majestatis hunc de Sacramẽto pœnitẽtiæ tomũ in octo divisũ tractatus summa voluptate perlegi, quin censoris munus obire opus esset, etenim tãta apud me, imò & apud omnes authoris est existimatio, ut pro piaculo haberi debeat, aliquid vel irreligiosũ, vel sinistrũ, tam pio, tamque docto viro excidisse, quã securitatẽ jam diu mihi fecerant universa in publicũ edita Philosophia, & pro suggestu, cathedraq; summo omniũ plausu tot exercitæ actiones: satisque foret, ut extra censoris virgã author positus censeretur inter illustrissima, Societatis JESU Religione, fuisse educatum; *Neque enim fieri poterat, ut quem tanta authoritatis tanta familia produxerat, sententia nostra in eo corrigendum aliquid inveniret*, ut in simili dixit Cassiodorus.

Opus est posthumum, authorem siquidem primæ nobilitatis sanguine illustrẽ, heroicis virtutũ actionibus insignẽ, omniũ scientiarũ genere instructum à nobis immatura morte ereptũ non cessant deplorare Lusitani: sperabant enim fore, ut de cõmuni orbis magisterio cũ Suario Granatensi contenderet, si universam Theologiam, sicut universã typis dederat Philosophiã, in publicã ederet utilitatem: at licèt opus sit posthumũ, non poterat vivente authore limatius apparere: stylus est subtilis, facilis, brevis, extra fastidiũ omnibus consulens, dum doctioribus subtiles; doctis faciles; addiscentibus breves, inextricabiles proponit quæstiones; omnia in hoc libro suo respõdent authori, nihil fidei dissonũ, nihil moribus adversum, honori Regni nihil in eo reperitur contrarium.

Ideo ad Societatis JESU gloriã, ad authoris nomen, ad Theologorũ utilitatẽ, ad Lusitaniæ splẽdorẽ, ad totius orbis cõmodũ typis mandari debet; nõ enim solus iste liber dignus est, ut postulata ei cõcedatur licentia, sed etiã, ut à vestra Serenissima majestate offeratur: ita cẽseo. Vestra Serenissima majestas, quod sibi magis placitũ fuerit, præcipiet. Vlyssipone, in Cõvẽtu Sãctissimæ Trinitatis sexto die mensis Septembris, anni 1667.

M. Fr. Isidorus da Luz.

Facultas Regii Senatûs.

POdese imprimir vistas as licenças do Ordinario, & Sancto Officio, & impresso tornarà a esta meza pera se taxar, & sem isso não correrà. Lisboa 16. de 1667.

Monteyro. Magalhães de Menezes. Miranda. Carneyro.


VIsto estar conforme com as advertencias, q̃ se derão, pode correr o livro de Pœnitencia. Author o P. Francisco Soares. Lisboa 22. de Novembro de 1678.

Manoel de Magalhaẽs de Menezes. Manoel Pimentel de Souza. Manoel de Moura Manoel.

TAxão este livro em doze tostoens. Lisboa 10. de Dezembro de 1678.

Marquez P. Carneiro. Roxas. Basto. Rego.

AD LECTOREM.



Ptatam denique, & jure suo postulatam prodit in lucem P. Francisci Soarij Lusitani opus posthumum de Pœnitentia, quod olim primarius sacræ Theologiæ Doctor suis tradit auditoribus. De commendatione operis id tantùm licet præfari: quidquid enim ulterius adderetur laudis, foret injurium tã claræ authoris famæ, quàm docili lectoris ingenio Satis constat quanto ubique plausu fuerit excepta Sapientissimi Doctoris Philosophia, quanto pretio in scholis habeatur, quãto rei literariæ emolumento, vel rudium puerorũ manibus versetur. Nec minorem acclamationem Theologicum promeretur opus: cum ubiq̃ sui similis Soarius, maturitate judicij, subtilitate ingenij, styli compti facilis simul, & acuti, quod rarum est, felicitate. Lentius quàm par erat è typis emersit: sed veniam dabis, Amicè Lector, tardo semper gradu magna procedunt, & longa nimis solet esse maximi partûs expectatio. Serò tamen veneris, nunquam hæc non pœnitendi magistri sera poterit subire Pœnitentia. Ea scribendi laude floret Soarius, ut nihil novi dicendum posteris relinquat, omnia luculenter, ac eruditè disserere futurus in perpetuũ novus author occupaverit. Præterea grande hujusce moræ pretium est, & dilationis damnum grãdis compensat utilitas: quæ enim postquam author scripsit Alexander VII. edicto prohibuit deligentissimè notantur ad margines: nequis ignarus temporum computator inde sinistram occasionem arripiat audendi quidquam adversus Põtificia decreta, quæ sic observat Soarius, ut eis etiam vita defunctus religiosè obediat. Cætera, nihil est quod debeas admoneri. Maximè proficuam tutò lege Pœnitentiam: nec unquam te semel atque iterum legisse pœnitebit. Vale.

SERIES, ET ORDO
TRACTATUUM, DISPUTATIONUM, Sectionum, ac Paragraphorum,

Qui in hoc tomo continentur.

TRACTATUS I.

De pœnitentia prout est virtus. f. 1.

DISPUTATIO I.

De natura, & quidditate virtutis pœnitentiæ. ibid.

SECTIO I.

Utrùm pœnitentia sit virtus, eaque specialis. ibid.

SECTIO II.

De objecto formali Virtutis pœnitentiæ. f. 4.

§. 1. Utrùm objectum formale pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali charitatis? *ibid.*
§. 2. Utrùm objectum formale pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali religionis? *ibid.*
§. 3. Utrùm objectum formale pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ vindicativæ? *fol.* 5.
§. 4. Utrùm objectum formale Pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ distributivæ? *ibid.*
§. 5. Utrùm objectum formale Pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ commutativæ? *fol.* 6.
§. 6. Utrùm objectum formale Pœnitentiæ consistat in bono compensationis pro offensa? *fol.* 7.
§. 7. Concluditur objectum formale Pœnitentiæ esse rationem offensæ prout distinguitur à ratione injuriæ, & consistit in pura ratione offensæ. *fol.* 9.

SECTIO III.

De objecto materiali Virtutis Pœnitentiæ. fol. 10.

§. 1. De satisfactione aliena. *fol.* 11.
§. 2. De peccato mortali actuali. *ibid.*
§. 3. De peccatis venialibus. *fol.* 13.
§. 4. De imperfectionibus. *fol.* 14.
§. 5. De peccato habituali quoad maculam, & reatum pœnæ. *ibid.*
§. 6. De peccato originali. *fol.* 15.
§. 7. De actu externo. *ibid.*
§. 8. De actu materialiter malo. *fol.* 16.
§. 9. De peccato jam dimisso. *ibid.*
§. 10. De peccatis alienis. *fol.* 17.

SECTIO IV.

De actibus virtutis Pœnitentiæ. fol. 18.

§. 1. De actibus prosecutionis. *fol.* 19.
§. 2. De actibus fugæ. *ibid.*
§. 3. In quo actu consistat propriè Pœnitentia? *fol.* 20.

SECTIO V.

De subjecto virtutis Pœnitentiæ. fol. 21.

§. 1. Utrùm detur in Angelis? *ibid.*
§. 2. Utrùm fuerit in Adamo pro statu innocentiæ? *fol.* 23.
§. 3. Utrùm detur in Beatis? *ibid.*
§. 4. Utrùm fuerit in Beata Virgine? *fol.* 24.
§. 5. Utrùm fuerit in Christo Domino? *ibid.*

SECTIO VI.

De habitu virtutis Pœnitentiæ, ejusque perfectione. fol. 25

§. 1. Utrùm simul cum habitu Pœnitentiæ supernaturali detur aliquis naturalis? *fol.* 26.
§. 2. Utrùm habitus Pœnitentiæ naturalis sit virtus? *fol.* 28.
§. 3. Utrùm Pœnitētia supernaturalis sit Virtus Theologica, an moralis? *f.* 29.

DISPUTATIO II.

De primo effectu virtutis Pœnitentiæ, qui est peccatorum mortalium remissio. fol. 30.

SECTIO I.

Utrùm per virtutem pœnitentiæ omnia peccata mortalia in hac vita deleri possint? ibid.

§. 1. Utrùm sint aliqua peccata ita gravia, ut per veram pœnitentiam, licet peccator eam habeat, deleri non possint? *ibid.*
§. 2. De peccatis commissis post baptismum. *fol.* 31.

§. 3.

R. P. D. FRANCISCUS
SOARES
LUSITANUS,
ULYSSIPONENSIS,
E SOCIETATE IESU,
DE
POENITENTIA.

DE VIRTUTE, ET SACRAMENTO POENITENTIÆ

TRACTATUS OCTO,

AVTHORE

R. P. ac S. D. FRANCISCO

SOARES

LUSITANO, ULYSSIPONENSI,

E SOCIETATE IESV,

OLIM IN COLLEGIO CONIMBRICENSI

Primariæ Cathedræ Sacræ Theologiæ Professore, & in Tribunali Sancti Officii causarum Fidei Qualificatore, ac Censore: & postea in Academia Eborensi iterum Sacræ Theologiæ Primario, & emerito Professore; Academiæ Cancellario, & tandem Rectore.





EBORÆ

Cum facultate Superiorum

Ex Typographia Academiæ Anno Domini


M. DC. LXXVIII.

ILLUSTRISSIMO DOMINO

D. VERISSIMO DE LANCASTRO

ARCHIEPISCOPO

INQUISITORI GENERALI, SERENISSIMI Principis à Consilijs à Cortina. &c.



TINAM, princeps illlustrissime, Pœnitentiæ hujus non pœnitendus adhuc viveret author,ut meritas ipse tibi posset accepti beneficij gratias referre pro singulari beneficentia, qua desideratam operi lucem asseruisti. Sed *Quoniam* (ut Plinius ait) *omnium quidem beneficiorum, quæ merentibus tribuuntur non ad ipsos gaudiũ magis, quã ad similes redundat:* Societatis jure nostrum est te de Soario benemeritum diligentissimè colere, nullumque gratitudinis officium, qualecumque illud sit, prætermittere. Nec verò aliud occurrit syncerius, & acceptius genus gratiarum, quam per te á diuturni silentij injuria, & á prælo, ceu prælio vendicatum tibimet ipsi offerre Soarium;ut qui é literarum monumentis tua veluti virtute resurgit, sic etiam sub tuo perennius spiret,& placeat patrocinio. Illud enim verò solent orbati parentibus liberi tutelæ præsidium postulare,quod orbitatis dãna Plin. in Paneg. ad Trajan.

rependat. Hic liber est P. Soarij Lusitani post huma proles, cui liberum non fuit alterius, quàm præcelsæ Claritudinis tuæ patrocinium ambire. Te Parentis loco ducere gestiens illustris soboles ingenij tutelare Numen exigit Illustrissimi Principis? Et meritó: ad cujus enim potius aram confugeret Religiosissimus, Doctissimus, & Illustrissimus Soarius. Ad Principes attinet arctissimo quodam jure magnatum liberis consulere: primariæ tuæ nobilitatis erit illustris authoris librum larga fovere clementia, à tenebris, quibus immeritò jacebat, eripere, expectatæ diu luci reddere, magnoque tui incremento splendoris illustrare. Hujus te muneris, & officij reliquerunt hæredẽ maiores tui; quos tã facile Principes invenire, quàm te degenerem probare difficile. Pater in primis D. Franciscus Lencastrius Maximus Avisianæ militiæ Commendator: avus D. Ludovicus Lencastrius, ejusdem militiæ Commendator eximius; á Supremis Regni Cõsilijs, & Census Regij Custos integerrimus, proavus alter D. Ludovicus Lencastrius, Supremus itidem Avisij Commendator: atavus denique Serenissimus Georgius ille Dux Coninbricensis, Turrium Novarum Marchio, Averij, & Antiqui Montis-Maioris Dynasta, Avisianæ, Sanctiq Jacobi Militiæ Magister, Joannis II. Lusitaniæ Regis agnomine Maximi filius; quo generis authore præstantissima tua familia gloriatur.

At quamquam multos pras tam ingentis gloriæ contigit, in integrum tua solius eminet, atque excellit. Miscetur fumo, quæ fumosis tantummodo nascitur imaginibus; clara tamen laus, & egregia, quæ proprijs micat splendoribus. Miramur

mur in te quidem nascendi laudem, sed vivendi gloriam multò magis admiramur: trahis equidem ab antiquis plura; sed plus meruisti placere de proprijs. Placuit omnibus, & omnium in se oculos præcipue convertit tua numeris omnibus absolutia sapientia, divini jubar ingenij summis difficultatum nodis expeditum, sublime cõmunibus; in speculando subtile, in diliberando maturum, ad animos hominũ demerendos mirum, & efficax, ad rerum agendarum solertiam perfectissimum. Testes Conimbricensis, atque Eborensis Academiæ, utranque enim mirum in modum illustrasti, utraque Verissimum totius habuit literaturæ speculum, cujus ad exemplum sese decentius sapientium universus orbis componeret. Testis iterum tuis gloriata Cunabulis Ebora, hujus enim vacantem Archipræsule Sedem Canonicatu quidem unus ex omnibus, meritis supra omnes, authoritate, doctrina, consilio, & suffragijs plus omnibus adjuvasti. Testes jam verò ab Sede Apostolica delegati Judices inter indivisa misericordiæ, & justitiæ æmulatione summa cum Judicij laude tamdiu de Religionis injuria ligitime cognovisti. Testis denique amplissima Hispaniarum Archidiæcesis Brachara, cujus unica de te non injusta querela percipitur: serus videlicet, & lentus Verissimi Pastoris ingressus: abdicatio velocissima. Utrumque sane criminosum tibi foret, nisi & Primatis dignitatem recusaret modestia tua, & dignitati renuntiare, quod maximum, & supremum est, suaderet Christiana Religio. Dignissimum illa Sacro Tribunali quærẽs Areopagitam non potuit non omnium votis annuere, ac supremum Adaman-

 tinæ

tinæ Lusitanorum Fide regimen uni delegare Verissimo: etenim, ut verum citra invidiam fateamur

—— pudor, & Iustitia soror
Horat 1.od.24. *Incorrupta Fides, nudaque veritas*
Quando ullum invenient parem?

Laudent alij te clarissima regum de stripe genitum, maiorem ipsis etiam maioribus acclament: mirentur in te sine superbia Principem, sine invidia potentem, sine superstitione religiosum, sine asperitate constantem, sine industria popularem; intactum celebrent ab avaritiæ sordibus animum, super Dominici gregis cura pervigilem, æquitate venerandum, sapientia præstátem, graviter officiosum, humaniter severum, optimis charum, pravis metuendum, utrisque spectabilem. Nos totius gloriæ tuæ verticem attigisse videbimur, si dicamus fuisse virum tantæ sedulitatis in commune bonum, ut privati cura gregis omissa, non invitus molem subieris universam: tantæ moderationis, ut Primatis fastigium, pro quo reliqui certant, amore Fidei despexeris: tantæ Religionis, ut ejus causâ volueris sublimi velut é specula in Judaicos ritus, hæreticam pravitaté, inque omne contagionis periculum more cœlestium Custodum vigilare. Id unú stylo rudiori tantum licet, & juvat attingere: liberius, ac dignus prosequi per modestiam tuam non licet: jam enim meritæ laudes illius vultui plane regio purpuram suffunderent, quem, si meritis attendatur, Romanam Purpuram citò ornaturum fore prævidemus. Interea more tuo, quo insularum majestatem moderaris, nostri-

Soa-

Soarij Pœnitentiæ tam benignus aſpira, ut nunquam nos pæniteat ad aram Benevolentiæ tuæ ſupplices acceſiſſe.

Collegium Academicum Eborenſe Societatis JESV

D. & C.

APPROBATIONES, ET FACULTATES Sanctæ Inquisitionis, & Ordinarii.

Censura P. Fr. Ioannis à Deo lectoris Iubilati Seraphici Ordinis D. Francisci, Sacræ Theologiæ Magistri emeriti, S. Inquisitionis Qualificatoris, &c.

HOS octo tractatus de virtute, & Sacramento Pœnitentiæ, minimè pœnitendos, sed nimis laudabiles, & tāto authore dignos admodū R. P. & sapientissimo Doctore Frācisco Soares Lusitano attentè vidi, & sine offensione cucurri; nihil contra fidem, aut bonos mores inveni, nihilq; dissonans; sed totū concinnū, ac omnibus numeris absolutū: *librū quidem*, ut in simili dixit Salvianus, *stylo brevem: doctrina uberem: lectione expeditū: instructione perfectū.* Sic censeo Ulyssipone ex Conventu Seraphici Parentis 20. Novembris 1666. *Fr. Ioannes à Deo lector Iubilatus.*

Facultas Sanctæ Inquisitionis.

VIstas as informações, podese imprimir este livro: De Virtute, & Sacramento pœnitentiæ: Auctor O P. Doutor Frācisco Soares, & impresso tornará pera se cōferir, & se dar licēçà pera correr, & sem ella não correrà. Lisboa 7. de Junho de 1667.

Pacheco. Fr. Pedro de Magalhães. Roxas. Magalhães de Menezes. D. Verissimo d'Lencastre

Facultas Ordinarii.

POdese imprimir. Lisboa 13. de Julho de 1667.

O Bispo de Targa.

Censura P. M. Fr. Izidori da Luz

PAtris Frācisci Soares Lusitani inter nostri seculi Theologos facile principis ex præscripto vestræ Serenissimæ Majestatis hunc de Sacramēto pœnitētiæ tomū in octo divisū tractatus summa voluptate perlegi, quin censois munus obire opus esset, etenim tāta apud me, imò & apud omnes authoris est existimatio, ut pro piaculo haberi debeat, aliquid vel irreligiosū, vel sinistrū, tam pio, tamque docto viro excidisse, quā securitatē jam diu mihi fecerant universa in publicū edita Philosophia, & pro suggestu, cathedraq; summo omniū plausu tot exercitæ actiones: satisque foret, ut extra censoris virgā author positus censeretur inter illustrissima, Societatis JESU Religione, fuisse educatum; *Neque enim fieri poterat, ut quem tantæ authoritatis tanta familia produxerat, sententia nostra in eo corrigendum aliquid inveniret*, ut in simili dixit Cassiodorus.

Opus est posthumum, authorem siquidem primæ nobilitatis sanguine illustrē, heroicis virtutū actionibus insignē, omniū scientiarū genere instructum à nobis immatura morte ereptū non cessant deplorare Lusitani: sperabant enim fore, ut de cōmuni orbis magisterio cū Suario Granatensi contenderet, si universam Theologiam, sicut universā typis dederat Philosophiā, in publicā ederet utilitatem: at licèt opus sit posthumū, non poterat vivente authore limatius apparere: stylus est subtilis, facilis, brevis, extra fastidiū omnibus consulens, dum doctioribus subtiles; doctis faciles; addiscentibus breves, inextricabiles proponit quæstiones; omnia in hoc libro suo respōdent authori, nihil fidei dissonū, nihil moribus adversum, honori Regni nihil in eo reperitur contrarium.

Ideo ad Societatis JESU gloriā, ad authoris nomen, ad Theologorū utilitatē, ad Lusitaniæ splēdorē, ad totius orbis cōmodū typis mandari debet; nō enim solus iste liber dignus est, ut postulata ei cōcedatur licentia, sed etiā, ut à vestra Serenissima majestate offeratur: ita cēseo. Vestra Serenissima majestas, quod sibi magis placitū fuerit, præcipiet. Vlyssipone, in Cōvētu Sāctissimæ Trinitatis sexto die mensis Septembris, anni 1667.

M. Fr. Isidorus da Luz.

Facultas Regii Senatûs.

POdese imprimir vistas as licenças do Ordinario, & Sancto Officio, & impresso tornarà a esta meza pera se taxar, & sem isso não correrà. Lisboa 16. de 1667.

Monteyro. Magalhães de Menezes. Miranda. Carneyro.


VIsto estar conforme com as advertencias, q̃ se derão, pode correr o livro de Pœnitencia. Author o P. Francisco Soares. Lisboa 22. de Novembro de 1678.

Manoel de Magalhaēs de Menezes. Manoel Pimentel de Souza. Manoel de Mont.a Mancel.

TAxão este livro em doze tostoens. Lisboa 10. de Dezembro de 1678.

Marquez P. Carneiro. Roxas. Basto. Rego.

AD LECTOREM.



Ptatam denique, & jure suo postulatam prodit in lucem P. Francisci Soarij Lusitani opus posthumum de Pœnitentia, quod olim primarius sacræ Theologiæ Doctor suis tradit auditoribus. De commendatione operis id tantùm licet præfari: quidquid enim ulterius adderetur laudis, foret injurium tã claræ authoris famæ, quam docili lectoris ingenio Satis constat quanto ubique plausu fuerit excepta Sapientissimi Doctoris Philosophia, quanto pretio in scholis habeatur, quãto rei literariæ emolumento, vel rudium puerorũ manibus versetur. Nec minorem acclamationem Theologicum promeretur opus: cum ubiq̃ sui similis Soarius, maturitate judicij, subtilitate ingenij, styli compti facilis simul, & acuti, quod rarum est, felicitate. Lentius qnàm par erat è typis emersit: sed veniam dabis, Amice Lector, tardo semper gradu magna procedunt, & longa nimis solet esse maximi partûs expectatio. Serò tamen veneris, nunquam hæc non pœnitendi magistri sera poterit subire Pœnitentia. Ea scribendi laude floret Soarius, ut nihil novi dicendum posteris relinquat, omnia luculenter, ac eruditè dissserere futurus in perpetuũ novus author occupaverit. Præterea grande hujusce moræ pretium est, & dilationis damnum grãdis compensat utilitas: quæ enim postquam author scripsit Alexander VII. edicto prohibuit deligentissimè notantur ad margines: nequis ignarus temporum computator inde sinistram occasionem arripiat audendi qnidquam adversus Põtificia decreta, quæ sic observat Soarius, ut eis etiam vita defunctus religiosé obediat. Cætera, nihil est quod debeas admoneri. Maximè proficũam tutò lege Pœnitentiam: nec unquam te semel atque iterum legiße pœnitebit. Vale.

SERIES, ET ORDO
TRACTATUUM, DISPUTATIONUM, Sectionum, ac Paragraphorum,

Qui in hoc tomo continentur.

TRACTATUS I.

De pœnitentia prout est virtus. f. 1.

DISPUTATIO I.

De natura, & quidditate virtutis pœnitentiæ. ibid.

SECTIO I.

Utrùm pœnitentia sit virtus, eaque specialis. ibid.

SECTIO II.

De objecto formali Virtutis pœnitentiæ. f. 4

§. 1. Utrùm objectum formale pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali charitatis? *ibid.*
§. 2. Utrùm objectum formale pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali religionis? *ibid.*
§. 3. Utrùm objectum formale pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ vindicativæ? *fol.* 5.
§. 4. Utrùm objectum formale Pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ distributivæ? *ibid.*
§. 5. Utrùm objectum formale Pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ commutativæ? *fol.* 6.
§. 6. Utrùm objectum formale Pœnitentiæ consistat in bono compensationis pro offensa? *fol.* 7.
§. 7. Concluditur objectum formale Pœnitentiæ esse rationem offensæ prout distinguitur à ratione injuriæ, & cōsistit in pura ratione offesæ. *fol.* 9.

SECTIO III.

De objecto materiali Virtutis Pœnitentiæ. fol. 10.

§. 1. De satisfactione aliena. *fol.* 11.
§. 2. De peccato mortali actuali. *ibid.*
§. 3. De peccatis venialibus. *fol.* 13.
§. 4. De imperfectionibus. *fol.* 14.
§. 5. De peccato habituali quoad maculam, & reatum pœnæ. *ibid.*
§. 6. De peccato originali. *fol.* 15.
§. 7. De actu externo. *ibid.*
§. 8. De actu materialiter malo. *fol.* 16.
§. 9. De peccato jam dimisso. *ibid.*
§. 10. De peccatis alienis. *fol.* 17.

SECTIO IV.

De actibus virtutis Pœnitentiæ. fol. 18.

§. 1. De actibus prosecutionis. *fol.* 19.
§. 2. De actibus fugæ. *ibid.*
§. 3. In quo actu consistat propriè Pœnitentia? *fol.* 20.

SECTIO V.

De subjecto virtutis Pœnitentiæ. fol. 21.

§. 1. Utrùm detur in Angelis? *ibid.*
§. 2. Utrùm fuerit in Adamo pro statu innocentiæ? *fol.* 23.
§. 3. Utrùm detur in Beatis? *ibid.*
§. 4. Utrùm fuerit in Beata Virgine? *fol.* 24.
§. 5. Utrùm fuerit in Christo Domino? *ibid.*

SECTIO VI.

De habitu virtutis Pœnitentiæ, ejusque perfectione. fol. 25

§. 1. Utrùm simul cum habitu Pœnitentiæ supernaturali detur aliquis naturalis? *fol.* 26.
§. 2. Utrùm habitus Pœnitentiæ naturalis sit virtus? *fol.* 28.
§. 3. Utrùm Pœnitētia supernaturalis sit Virtus Theologica, an moralis? *f.* 29.

DISPUTATIO II.

De primo effectu virtutis Pœnitentiæ, qui est peccatorum mortalium remissio. fol. 30.

SECTIO I.

Utrùm per virtutem pœnitentiæ omnia peccata mortalia in hac vita deleri possint? ibid.

§. 1. Utrùm sint aliqua peccata ita gravia, ut per veram pœnitentiam, licet peccator eam habeat, deleri non possint? *ibid.*
§. 2. De peccatis commissis post baptismum. *fol.* 31.

§. 3.

§. 3. De peccatis pluries dimissis. ibid.
§. 4. De peccatis summè enormibus, & gravissimis contra Spiritum Sanctū. ibid.
§. 5. Utrùm sint aliqua peccata, quorum vera Pœnitētia sit impossibilis? f. 32.
§. 6. Concluditur esse aliqua peccata, quorū Pœnitētia sit impossibilis moraliter, semper tamen est possibilis physicè. fol. 33.

SECTIO II.

Quæ, & quomodo Pœnitentia deleat peccata mortalia? fol. 36.

§. 1. Pœnitentia, quæ delet peccatum, est charitas. ibid.
§. 2. Nō tamē est dilectio formalis. f. 37.
§. 3. Utrùm Pœnitentia remittat peccatum formaliter? fol. 39.
§. 4. Asseritur resolutio negativa. ibid.
§. 5. Satisfit fundamētis cōtrariis. f. 41.
§. 6. Solvuntur alia quatuor argumenta, quæ fieri possunt contra traditā resolutionem. fol. 42.

SECTIO III.

Utrùm virtus Pœnitentiæ sit necessaria de lege ordinaria ad remissionem peccati mortalis? fol. 43.

§. 1. Utrùm sit necessaria necessitate medii? fol. 44.
§. 2. Utrùm sit necessaria necessitate præcepti? fol. 45.
§. 3. Utrùm præceptū virtutis Pœnitētiæ naturale sit, an positivū? fol. 46.
§. 4. Utrùm obliget statim post peccatū commissum? fol. 48.
§. 5. Præfertur resolutio negativa. f. 49.
§. 6. Solvūtur argumēta cōtraria. f. 50.
§. 7. Utrū præceptū virtutis Pœnitētiæ obliget solū in articulo mortis? f. 51.

SECTIO IV.

Utrùm Virtus pœnitentiæ, etiam de potentia Dei absoluta, sit necessaria ad remissionem peccati mortalis? fol. 53.

§. 1. Utrùm Deus possit remittere peccatū habituale per infusionem gratiæ absque Pœnitentia? ibid.
§. 2. Utrū Deus possit remittere peccatum habituale per solam condonationem? fol. 54.
§. 5. Utrū Deus per solā condonationem possit remittere peccatū actuale? f. 56
§. 4. Utrū Deus possit remittere unum peccatum, relicto alio? fol. 57.

SECTIO V.

Utrùm, & quomodo, remissa per virtutem Pœnitentiæ culpa, remittatur, & pœna? fol. 57.

§. 1. Utrùm remissa culpa mortali, possit divinitus manere reatus pœnæ æternæ? ibid.
§. 2. Utrùm, remissa culpa, possit manere reatus pœnæ æternæ, prout illam Damnati patiūtur in Inferno? fol. 59.
§. 3. Utrū, remissa culpa, remittatur sēper omnis pœna temporalis? ibid.
§. 4. Utrū, remissa culpa, sēper remittatur aliquid pœnæ tēporalis? fol. 61.
§. 5. Utrū aliquando, remissa culpa, remittatur omnis pœna tēporalis? f. 62
§. 6. Utrùm quando remanet pœna temporalis, id fiat per verā cōmutationē pœnæ æternæ in illam? ibid.

DISPUTATIO III.

De secundo effectu Virtutis Pœnitentiæ, qui est remissio peccatorum venialium. fol. 63.

SECTIO I.

De necessitate virtutis Pœnitentiæ ad remissionem Venialium extra sacramentum, & in illo. ibid.

§. 1. Quæ Pœnitentia requiratur ad remissionem Venialium extra Sacramētum? fol. 64
§. 2. Qualis Pœnitētia requiratur? f. 65.
§. 3. Utrùm, quæ, & qualis Pœnitentia requiratur ad remissionem Venialiū in Sacramento? ibid.

SECTIO II.

De modo, quo Venialia in hac Vita remittuntur. fol. 67.

§. 1. Utrùm semper remittantur Venialia cum infusione gratiæ? ibid.
§. 2. Qua necessitate requiratur prædicta gratiæ infusio? fol. 68.
§. 3. Utrùm Venialia remittantur per meritum de condigno? fol. 69.
§. 4. Utrùm Venialia remittātur per Sacramenta ex opere operato? fol. 70.
§. 5. Utrū similiter Venialia remittātur per sacramentalia ex opere operato? fol. 71.

SECTIO III.

Utrùm, & quomodò Venialia remittantur post mortem? fol. 72.

§. 1.

§. 1. De Venialibus, cum quibus peccator decedit. ibid.
§. 2. De Venialibus, cum quibus Justus decedit. fol. 73.

DISPUTATIO IV.

De tertio effectu Pœnitentiæ, qui est reviviscentia meritorum, gratiæ, virtutumque recuperatio. fol. 76.

SECTIO I.

De reviviscentia meritorum per Virtutem Pœnitentiæ. ibid.

§. 1. Vtrùm merita reviviscant? ibid.
§. 2. Vtrùm merita reviviscant ad idem omnino præmium? fol. 79.
§. 3. Vtrùm opera mortua vivificentur? fol. 80.

SECTIO II.

De recuperatione gratiæ, Virtutumque, & antiquæ dignitatis. fol. 81.

§. 1. Vtrùm pœnitens semper resurgat in maiori gratia? ibid.
§. 2. Utrùm sit maius beneficium Pœnitentia, an innocentia? fol 82.
§. 3. Vtrũ per Pœnitentiam recuperentur virtutes supernaturales? fol. 83.
§. 4. Vtrùm, & quæ dignitas recuperetur? ibid.

SECTIO III.

De reditu peccatorum per subsequens peccatum. fol. 84.

§. 1. De reditu quoad culpam secundum legem ordinariam. ibid.
§. 2. De reditu quoad culpã per ordinẽ ad potentiã Dei absolutam. fol. 86.
§. 3. De reditu quoad pœnam. fol. 87.

TRACTATUS II.

De Pœnitentia prout est Sacramentum. fol. 87.

DISPUTATIO I.

De Institutione, & essentia Sacramenti Pœnitentiæ. ibid.

SECTIO I.

De institutione Sacramenti Pœnitentiæ. ibid.
§. Unicus. De diversitate Sacramenti Pœnitentiæ à Sacramento baptismi. fol. 89.

SECTIO II.

De essentia Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 90.

§. 1. Sacramentũ Pœnitentiæ constat essentialiter materia, & forma. f. 91.
§. 2. Vtrùm importet utramque in recto? fol. 92.
§. 3. Quæ sit materia, & quæ forma huius Sacramenti? ibid.

SECTIO III.

De necessitate, & usu Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 94.

§. 1. Sacramentum Pœnitentiæ est necessarium necessitate medii lapsis in mortale post baptismum. ibid.
§. 2. Proponuntur, & solvuntur quatuor argumenta, quæ fieri possunt contra traditam resolutionem. fol. 95.
§. 3. Quòd prædicta necessitas nõ sit Sacramenti in re, sed in voto. fol. 96.
§. 4. Vtrùm Sacramentum Pœnitentiæ sit iterabile? fol 97.

DISPUTATIO II.

De potestate clavium. fol. 98.

SECTIO I.

Utrùm, & quomodo huic Sacramento conveniat potestas clavium? ibid.

§. 1. Proponitur sententia asserentium potestatem clavium, esse solùm ad remittendas pœnas. fol. 99.
§. 2. Resolvitur potestatem clavium etiã esse ad remittendas culpas. ibid.
§. 3. Satisfit fundamentis opinionis contrariæ. fol. 100.

SECTIO II.

Utrùm, & quomodo potestas clavium includat potestatem ordinis, & jurisdictionis? fol. 101.

§. 1. Vtrùm potestas ordinis sit jurisdictio cõpleta in actu secundo? ibid.
§. 2. Vtrùm potestas ordinis sit jurisdictionis completæ in actu primo? fol. 102.
§. 3. Vtrùm potestas ordinis sit jurisdictio inchoata, & incompleta in actu primo? fol. 104.

SEC-

SECTIO III.

Utrùm potestas jurisdictionis accipiatur immediate à Christo, an ab Ecclesiâ. fol. 105.

§. 1. Vtrùm potestas Episcoporũ accipiatur immediate à Christo, an ab Ecclesia? *fol.* 106.
§. 2. Satisfit fundamentis opinionis contrariæ. *fol.* 107.
§. 3. Vtrùm etiam Sacerdotes accipiant potestatem jurisdictionis immediate ab Ecclesia? *fol.* 109.

TRACTATUS III.

De materia Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 111.

DISPUTATIO I.

De Contritione prout est prima pars materiæ proximæ hujus Sacramenti. ibid.

SECTIO I.

Quid sit Contritio prout distinguitur ab Attritione? ibid.

§. 1. Vtrùm Contritio detestetur peccatum super omnia? *ibid.*
§. 2. Vtrùm Contritio detestetur peccatum magis, quam infernum? *fol.* 112.
§. 3. Vtrũ Contritio detestetur unũ peccatũ magis, quam aliud? *fol.* 114.
§. 4. Vtrùm Cõtritio detestetur peccatũ proprium super alienum? *fol.* 115.
§. 5. Vtrũ Contritio detestetur peccatũ actuale magis, quã originale? *ibid.*
§. 6. Vtrũ Contritio debeat esse Virtualis de omnibus mortalibus? *fol.* 117.
§. 7. Vtrùm, & quomodo cõtritio includat propositum non peccandi de cætero? *fol.* 119.

SECTIO II.

Qualis sit contritio quoad aliquas perfectiones accidentales? fol. 122.

§. 1. Vtrũ Contritio debeat esse virtualis de omnibus, ac singulis mortalibus in particulari, & explicite? *ibid.*
§. 2. Vtrùm Contritio requirat certam aliquã gradus intentionẽ? *fol.* 124.
§. 3. Vtrùm Contritio requirat certam aliquam durationem? *fol.* 125.
§. 4. Vtrùm Contritio in instanti justificationis procedat effectivè à gratia habituali? *ibid.*

SECTIO III.

Quid sit Attritio prout distinguitur à Contritione? fol. 127.

§. 1. De attritione quoad supernaturalitatem. *ibid.*
§. 2. De attritione quoad motivum. *fol.* 129.
§. 3. De attritione quoad differentiam à contritione. *fol.* 131.
§. 4. De attritione quoad mutationem in contritionem. *ibid.*

SECTIO IV.

Utrùm, & quæ attritio sit materia hujus Sacramenti? fol. 133.

§. 1. Vtrũ sufficiat attritio? *fol.* 134.
§. 2. Vtrũ sufficiat attritio cognita? *f.* 135
§. 3. Vtrùm etiam sufficiat in articulo mortis? *ibid.*
§. 4. Vtrùm requiratur attritio formalis an sufficiat virtualis? *fol.* 136.
§. 5. Vtrùm sufficiat attritio naturalis? *fol.* 138.
§. 6. Vtrũ sufficiat attritio putata? *ibid.*

SECTIO V.

Qualis sit attritio, quæ est materia hujus sacramenti, quando confessio fit de mortalibus? fol. 139.

§. 1. Vtrùm attritio debeat esse virtualis de omnibus mortalibus? *ibid.*
§. 2. Vtrùm dari possit sacramentũ Pœnitẽtiæ validũ, & informe? *fol.* 141.
§. 3. Vtrùm Sacramentum informe, recedente postea fictione, suum operetur effectum? *fol.* 143.
§. 4. Quibus modis recedat fictio? *ibid.*
§. 5. Vtrùm, & quomodo attritio de mortalibus includat propositum non peccandi de cætero? *fol.* 144.
§. 6. Vtrùm attritio debeat præcedere confessionem, an satis sit, quod præcedat absolutionem? *fol.* 145.
§. 7. Quãta conjũctio, & simultas debeat esse attritionis cum absolutione? *ibid.*
§. 8. Vtrũ eadem attritio possit inservire duabus confessionibus? *fol.* 146.
§. 9. Vtrũ attritio debeat elici ex intentione confitendi? *fol.* 148.

SECTIO VI.

Qualis sit attritio, quæ est materia hujus Sacramenti, quando confessio fit de solis Venialibus? fol. 149.

§. 1. Vtrũ sit peccatũ mortale confiteri de

de solis venialibus absq; attritione. ibi.
§. 2. Vtrùm attritio debeat esse de omnibus venialibus confessis; fol. 150.
§. 3. Vtrùm attritio de venialibus requirat propositum? ibid.
§. 4. Vtrùm attritio veniali ũ retractetur per quodlibet subsequens? fol. 152.

DISPUTATIO II.

De confessione, prout est altera pars materiæ proximæ hujus Sacramenti. fol. 152

SECTIO I.

De prævio examine, & aliis conditionibus ad confessionem requisitis. fol. 153.

SECTIO II.

Explicantur prædicta sexdecim conditiones ad confessionem requisitæ. fol. 154.

§. 1. Tertia conditio *pura*, & occasione illius de confessione facta ob malum finem, ibid.
§. 2. Quarta conditio *Fidelis*: Et occasione illius de mendacio prolato in confessione. fol. 157.
§. 3. Frequens, nuda, & discreta, libens. fol. 158.
§. 4. Nona conditio: *Verecunda*. Et occasione illius de confessione facta cũ confessario socio criminis. ibid.
§. 5. Decima conditio. *Integra*. fol. 159.
§. 6. Vndecima conditio: *Secreta* ibid.
§. 7. Lacrymabilis, accelerata &c. f. 160.

SECTIO III.

An, & in quibus casibus iteranda sit confessio? fol. 161.

§. 1. Quando confessio repetenda sit ob defectũ ex parte Pœnitentis? ibid.
§. 2. Vtrùm, qui in confessione ex oblivione omisit circunstantiã, possit illã in sequenti confessione dicere quin repetat peccatum? fol. 162.
§. 3. Vtrùm excõmunicatus, qui excommunicationis ignarus confessus est, teneatur confessionẽ repetere? f. 163.
§. 4. Quando confessio repetenda sit ob defectũ ex parte confessarii? fol. 165.
§. 5. Vtrùm repetẽda sit confessio, quando deprehẽditur confessarium aliqua peccata non intelligere propter ignorantiam linguæ, aut peccatorum? ibid.
§. 6. Vtrùm, & quomodo repetenda sit confessio quando deprehenditur confessarium aliqua peccata non intellexisse propter distractionem, somnum, aut surditatem? fol. 166.
§. 7. Vtrùm quando Sacerdos ante absolutionem obliviscitur confessionis illi repetenda sit distincte, an sufficiat repetitio in genere, & cõfusa? f. 167.
§. 8. Vtrùm etiam quando confessio fuit nulla defectu jurisdictionis, aut doloris, sufficiat repetito confusa? ibid.

DISPUTATIO III.

De peccatis, prout sunt materia remota hujus Sacramenti. fol. 168.

SECTIO I.

Quæ peccata sint materia hujus Sacramenti? ibid.
§. 1. Vtrùm peccata commissa in ipso instanti baptismi sint materia hujus Sacramenti? ibid.
§. 2. Vtrùm, & quomodo peccata dubia sint materia hujus Sacramenti? fol. 171.
§. 3. Quale dubium inducat obligationem confitendi? fol. 173.
§. 4. Vtrùm peccatum dictum ut dubium debeat postea cessante dubio dici ut certum? fol. 174.
§. 5. Vtrùm peccata venialia sint materia hujus Sacramenti? fol. 175.
§. 6. Vtrùm, & quomodo mortalia confessa sint materia hujus Sacramenti? fol. 176.

SECTIO II.

Explicanda ne sint omnia mortalia, non solum quoad speciem, sed etiam quoad numerum. fol 177.
§. 1. Vnde in actibus internis desumatur distinctio numerica? fol. 178.
§. 2. Proponitur sententia asserentium actus internos non multiplicari per interruptionem ex oblivione, aut somno. ibid.
§. 3. Præfertur contraria sententia asserentium multiplicari. fol. 180.
§. 4. Satisfit adversariorum fundamentis. ibid.
§. 5. Vnde desumatur distinctio numerica in actibus externis. fol. 181.
§. 6. Proponuntur nonnullæ casuum resolutiones, quæ ex tradito principio

¶ pio

pio sequuntur fol. 181.
§. 7. Vtrùm in eodem actu sint plura peccata per respectum ad diversas personas, & objecta? fol. 184.
§. 8. Præfertur resolutio affirmativa. fol. 185.
§. 9. Satisfit opinionis contrariæ fundamentis. fol. 186.
§. 10. Proponuntur aliquorum casuum resolutiones, quæ ex tradito principio sequuntur. fol. 187.

SECTIO III.

Utrùm manifestandæ sint omnes circumstantiæ aggravantes, & mutantes speciem. fol. 187.

§. 1. Asseritur non esse opus explicare circumstantias aggravantes. fol. 190.
§. 2. Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ. ibid.
§. 3. Explicandas esse circumstantias mutantes speciem. fol. 192.

SECTIO IV.

De circumstantiis mutantibus speciem in particulari. Et primo de circumstantia, Quis, fol. 192.

§. 1. Vtrùm, qui se accusat de peccato cōtra castitatem, teneatur declarare se esse voto adstrictum? ibid.
§. 2. Vtrùm teneatur explicare se simul esse religiosum, & Sacerdotem? fol. 193.
§. 3. Vtrùm Sacerdos, vel religiosus possit solùm dicere habeo votum? ibid.
§. 4. Vtrùm religiosus violans præceptum sanctæ obedientiæ, teneatur explicare & votum, & præceptum? fol. 194.
§. 5. Vtrùm, qui se accusat de peccato contra castitatem teneatur declare se esse sponsum, vel sponsam alterius de futuro? fol. 196.
§. 6. Vtrùm teneatur declarare reincidentiam, & consuetudinem fol. 197.
§. 7. Quid dicendum, si de consuetudine interrogetur? fol. 198:
§. 8. An Episcopus teneatur explicare dignitatem, & quid dicendum de Prælato, & Judice? fol. 199.
§. 9. Vtrùm, qui ex ignorantia culpabili juris, aut facti paccavit, teneatur explicare ipsam ignorantiā? fol. 200.
§. 10. Quid dicendum de ignorantia culpabili mysteriorū Fidei? fol. 201.

SECTIO V.

De circumstantia, Quid, fol. 203.

§. 1. *Prima difficultas.*

De circumstantia, *Quid*, quoad ea, quæ se tenent ex parte rei volitæ. ibid.
§. 2. An, si res fuerit prohibita pluribus præceptis, omnia debeant declarari? fol. 204.
§. 3. Vtrùm in peccatis odii debeat explicari qualitas mali voliti; fuerit ne mors, aut infamia, aut jactura bonorum? fol. 205.
§. 4. Vtrùm in peccatis contumeliæ debeat explicari qualitas illius dicendo, appellavi furem, hæreticum? Et quid dicendum de qualitate detractionis, & judicii temerari? fol. 206.
§. 5. Vtrùm debeat explicari blasphemiæ qualitas, & quid de qualitate voti, & juramenti fracti? ibid.
§. 6. Vtrū debeat declarari qualitas superstitionis, & hæresis; & quid dicendum de Apostasia? fol. 208.
§. 7. Vtrùm debeat declarari jactantiæ qualitas, fuerit ne de hac, aut de illa specie peccati? fol. 210.
§. 8. Vtrùm debeat declarari qualitas pravi consilii? ibid.

§. 9. *Secunda difficultas.*

De circumstantia, *Quid*, quoad personas, ad quas terminatur peccatū fol. 211.

§. 10. Vtrùm in peccatis contra castitatem declaranda sit persona, cum qua habebas impedimentum ad matrimonium? fol. 211.
§. 11. Vtrùm debeat declarari peccatū fuisse cum filia confessionis? fol. 215.
§. 12. Quomodo in peccatis delectationis venereæ sit obligatio declarandi objectum? fol. 217.
§. 13. Vtrùm in peccatis scandali debeant declarari personæ, quæ scandalizātur, nec non earum circunstantiæ, & numerus? fol. 218.
§. 14. Quid dicendum de scandalo indirecto? fol. 220.

§. 15 *Tertia difficultas.*

De circunstantia, *Quid*, quoad complices peccati. fol. 221.

§. 1. Vtrùm teneatur pœnitens declarare cōplicem, quando id ad integritatē confessionis est necessarium? ibid.

§. 17.

§. 17. Resolvuntur quatuor dubia, quæ ex tradita doctrina suboriuntur. fol. 223.
§. 18. Utrùm in aliquo casu possit confessarius obligare pœnitentē ad manifestandū complicem ob bonum commune, vel ipsius complicis? fol. 224.
§. 19. Quarta difficultas.
De circunstantia, Quid, quoad actum externum, & effectum sequutum. fol. 225.

SECTIO VI.

De circunstantia, Ubi. fol. 227.
§. 1. De furto in loco sacro. fol. 228.
§. 2. De homicidio, & effusione sanguinis in loco sacro fol. 229.
§. 3. De copula, & pullutione in loco sacro. fol. 230.
§. 4. Quid intelligatur nomine loci sacri: ibid.

SECTIO VII.

De circunstantia, Quibus auxiliis, & Cur? fol. 231.

SCTIO VIII.

De circunstantia, Quomodo, & Quando, fol. 233.

SECTIO IX.

Utrùm aliquando, & quas ab causas possit in confessione taceri aliquod peccatū, aut circunstantia? fol. 235.

TRACTATUS IV.

De forma Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 238.

DISPUTATIO I.

Quæ, & qualis sit forma Absolutionis? ibid.

SECTIO I.

An aliqua verba, & quæ sint de necessitate Absolutionis? ibid.
§. 1. Sola verba, Absolvo te, esse de substantia Absolutionis. fol. 239.
§. 2. Utrùm sola verba Te absolvo, concurrant ad effectum Sacramenti? fol. 241.

SECTIO II.

Quem sensum efficiant verba Absolutionis, & quam mutationem patiantur? fol. 242.
§. Unicus. Resolvuntur nonnulla dubia circa mutationem verborum Absolutionis. fol. 244.

SECTIO III.

Utrùm Absolutio dari possit sub conditione? fol. 247.

SECTIO IV.

Utrùm plures Sacerdotes possint simul eundem absolvere; & an Absolutio dari queat absenti? 249

DISPUTATIO II.

De absolutione moribundi. fol. 252.

SECTIO I.

Utrùm absolvendus sit moribundus, qui, aut non ostendit, aut nullum potuit dicere peccatum; sed tamen doloris signum ostendit? ibid.

SECTIO II.

Utrùm absolvendus sit moribundus, qui nec doloris signum potuit ostendere? fol. 254.
§. 1. De moribundo, qui, neque ante adventum Sacerdotis ullum edidit doloris signum. ibid.
§. 2. De moribundo, qui in præsentia Sacerdotis nullum edidit doloris signum; sed est, qui testetur eum confessionem petiisse &c. fol. 256.
§. 3. Quid dicendum, quando testimonium datum est in absentia moribundi, & in ejus præsentia ratificari non potest? fol. 258.
§. 4. Utrùm sufficiant testes mediati, & utrùm requirantur plures? fol. 259.
§. 5. Utrùm in prædicto casu non solum possit, sed etiam debeat sacerdos absolvere; & utrùm absolutè, an sub conditione? fol. 260.
§. 6. De moribundo, cujus confessionem non est, qui testetur, dubitatur tamen, an illam petierit? ibid.

TARCTATUS V.

De præcetpo Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 261.

DISPUTATIO I.

De præcepto divino. ibid.

CSETIO I.

An detur præceptum divinum de hoc Sacramẽto, & quas personas comprehendat? ibid.

SECTIO II.

Proque tempore obliget præceptum divinum? fol. 263.

SECTIO III.

Ad quam confessionem obliget præceptum divinum, & per quam impleatur? fol. 266.

DISPUTATIO II.

De præcepto Ecclesiastico. f. 269.

SECTIO I.

An detur præceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis, & quas personas obliget? ibid.

SECTIO II.

Utrùm non habens conscientiam peccati mortalis teneatur confiteri saltem venialia? fol. 272.

SECTIO III.

Pro quo tempore obliget præceptum Ecclesiasticum? fol. 274.

§. 1. Vtrùm detur obligatio confitendi quadragesima determinatè? *fol.* 275.

§. 2. Vtrùm, si post confessionem ocrrat aliquod mortale, detur obligatio illud confitendi eodem onno? *fol.* 276.

§. 3. Vtrùm, qui uno anno non est confessus, teneatur confiteri quam primum anno sequenti? *fol.* 277.

§. 4. Vtrùm confitens anno sequenti, satisfaciat non solum obligationi hujus anni, sed etiam sequentis? *fol.* 279.

§. 5. Vtrùm, qui prævidet futurum impedimentum, teneatur anticipare confessionem? *ibid.*

SECTIO IV.

Ad quam confessionem obliget præceptum Ecclesiasticum, & per quam impleatur? fol. 280.

Quæ pœnæ sint imposita transgressoribus hujus præcepti, & qui ab illis excusentur? fol. 281.

§. 1. Vtrùm excusẽtur illi, qui licet invalidè, confitentur tamen? *fol.* 282.

§. 2. Vtrùm excusentur pueri ante annos pubertatis? *fol.* 283.

§. 3. Vtrùm excusentur Regulares, & quid dicendum de meretricibus? *fol.* 284.

TRACTATUS VI.

De ministro Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 285

DISPUTATIO I.

Quis sit Minister hujus Sacramenti? ibid.

SECTIO I.

An omnis, ac solus Sacerdos sit minister hujus Sacramenti? ibid.

SECTIO II.

De tribus casibus, in quibus quilibet simplex Sacerdos potest absolvere. fol. 288.

SECTIO III.

De Ministro ex potestate ordinaria. fol. 291.

SECTIO IV.

De Ministro ex potestate delegata. fol. 295.

§. 1. An omnis delegatus possit subdelegare? *ibid.*

§. 2. An delegato requiratur notitia jurisdictionis sibi cõmissæ? *fol.* 297.

§. 3. An ad audiẽdas cõfessiones sufficiat delegatio, seu licẽtia præsũpta? *f.* 300.

§. 4. An sufficiat licentia [illegible] consuetudine, metu, aut dolo obtenta? *fol.* 303.
§. 5. Utrùm licentia ad audiendas confessiones expiret morte, vel cessione officii concedentis? *fol.* 305.
§. 6. An liceat confessiones excipere cũ sola licentia, & jurisdictione dubia? *fol.* 308.

SECTIO V.

De Ministro ex titulo colorato. fol. 309.

§. 1. Utrùm titulus coloratus prosit etiã scienti ejus falsitatem? *fol.* 311.
§. 2. An sufficiat error communis sine titulo? *fol.* 312.
§. 3. Utrùm sufficiat titulus collatus à Superiore cum vitio ex parte formæ? *fol.* 314.

DISPUTATIO II.

De approbatione in Ministro requisita. fol. 314.

SECTIO I.

Qui, & ad quorum confessiones indigeant approbatione Episcopi? ibid.

§. 1. Utrùm Prælati monasteriorum possint audire confessiones sæculariũ absq; approbatione Episcopi? *fol.* 316.
§. 2. An saltem id possint Prælati monasteriorum habentium annexam curam sæcularium? *ibid.*
§. 3. An qui renuntiavit beneficio possit adhuc audire confessiones sæcularium? Et an habens beneficium in una Parochia possit audire confessiones in alia? *fol.* 317.
§. 4. An Parochus possit committere confessiones sacerdoti non approbate ab Episcopo? *ibid.*
§. 5. An præter Parochos omnes alii indigeant Episcopi approbatione ad audiendas confessiones sæcularium? *fol.* 318.
§. 6. An Regulares possint absolvere sæculares, qui sunt ex sua familia absque Episcopi approbatione? *ibid.*
§. 7. An post Tridentinum aliquod subsistat privilegium ad audiendas confessiones sæcularium absque approbatione Episcopi? *fol.* 319.
§. 8. An subsistat privilegium indultum Religiosis nostræ Societatis ad audiendas confessiones sæcularium dum iter faciunt? *fol.* 320.
§. 9. An Valeat privilegium ad audiendas confessiones sæcularium, licet in eo non fiat expressa, & specifica mentio Concilii Tridentini. *ibid.*
§. 10. Utrùm confessio facta à sacerdote non approbato sit solum illicita, an etiam invalida? *fol.* 322.

SECTIO II.

A quo Episcopo habenda sit approbatio? fol. 322.

§. 1. Cujusnam Episcopi requiratur approbatio, locine, aut pœnitentis, an confessarii? *fol.* 325.
§. 2. Requiritur ad audiendas confessiones, & sufficit approbatio Episcopi pœnitentis. *fol.* 326.
§. 3. Sufficiet-ne approbatio cujuslibet Episcopi, ut sacerdos sit eligibilis per bullã, privilegium aut jubilæum? *ibid.*
§. 4. Utrùm semel approbatus à quolibet Episcopo censeatur ubique approbatus? *fol.* 328.

SECTIO III.

Qualis sufficiat, & requiratur approbatio? fol. 329.

§. 1. An ad approbationem necessario debeat præmitti examen? *fol.* 331.
§. 2. De judicio interno, quod in Episcopo ad approbationem requiritur. *fol.* 332.
§. 3. Utrùm approbatio debeat obtineri in scriptis, & gratis? *ibid.*
§. 4. Utrùm Regularibus sufficiat approbatio Episcopi sine licentia sui Prælati? *fol.* 333.

SECTIO IV.

Utrùm Episcopus possit negare approbationem justè petenti, aut eam semel concessam revocare? fol. 335.

§. 1. An approbatio justè petita, & injustè negata habeatur pro concessa? *fol.* 336.
§. 2. An subsistat privilegiũ Regularium circa aprobationem justè petitam, & injustè negatam? *ibid.*
§. 3. Resolvuntur nonnullæ quæstiones circa privilegium assignatũ? *fol.* 338.
§. 4. De revocatione approbationis semel factæ. *fol.* 340.

DISPUTATIO III.

De facultate eligendi confessarium. fol. 344.

SECTIO I.

Quis facultatem eligendi confessarium possit concedere, quibus sit à jure concessa? ibid.

§. 1. Vtrùm illi, quibus à jure conceditur eligere confessarium possint eligere non approbatum? *fol.* 347.

§. 2. Vtrùm quando proprius Sacerdos est ignorans, possit Pœnitens sibi alium eligere? *fol.* 349.

SECTIO II.

Quis confessarius sit eligibilis præsertim virtute Bullæ, & tempore Iubilæi? fol. 350.

§. 1. De Sacerdote habente beneficium curatum. *fol.* 351.

§. 2. De approbato cum limitatione. *fol.* 352.

SECTIO III.

Quem confessarium possint Regulares eligere extra Iubilæum, & tempore illius? fol. 354.

§. 1. Quibus possint confiteri Regulares, dum iter faciunt, aut sunt extra monasterium. *fol.* 355.

§. 2. An tempore Jubilæi possint Regulares eligere approbatum à Prælato sui Ordinis, licet non sit approbatus ab Episcopo? *fol.* 356.

§. 3. An Regulares tempore Jubilæi possint eligere quemlibet approbatũ sæcularem, vel Regularem alterius Ordinis absque licentia sui Prælati? *fol.* 358.

§. 4. Quem Confessarium possint eligere Moniales tẽpore Jubilæi. *fol.* 360.

DISPUTATIO IV.

De nonnulis obligationibus confessarii. fol. 361.

SECTIO I.

Quibus in casibus teneatur confessarius pœnitentem audire? ibid.

SECTIO II.

An confessarius teneatur revocare pœnitenti in memoriam peccatum, quod videt omitti? fol. 363.

SECTIO III.

An confessarius teneatur docere pœnitentem, quando videt illum peccare ex ignorantia? fol. 364.

§. 1. Satisfit quatuor argumentis, quæ fieri possunt contra proximam resolutionem. *fol.* 365.

§. 2. Quomodo se gerere debeat confessarius interrogatus ab habente ignorantiam invincibilem in casibus, in quibus non interrogatus dissimulare deberet? *fol.* 366.

§. 3. Quomodo se debeat gerere confessarius cum Judice, Reo, aut Principe, quos videt peccare ex conscientia erronea? *fol.* 367.

SECTIO IV.

An confessarius teneatur se accommodare opinioni probabili pœnitentis, relictâ propria? fol. 368.

SECTIO V.

Quomodo confessarius se gerere debeat cum pœnitente, qui retinet occasionem proximam, liberam, vel necessariam? fol. 371.

SECTIO VI.

Quomodo confessarius emendare debeat errores commissos in confessione? fol. 375.

DISPUTATIO V.

De Sigillo, &c. fol. 378.

SECTIO I.

An detur, & quale sit Sigilli præceptum? ibid.

SECTIO II.

Quas personas obliget Sigilli præceptum? fol. 380.

SECTIO III.

Quæ sit materia Sigilli? fol. 384.

SECTIO IV.

Quomodo confessarius loqui debeat de audi-

tis in confessione? fol. 388.

SECTIO V.

Utrum confessarius in aliquo casu possit uti notitia confessionis? fol. 392.

§. 1. An confessarius possit uti notitia confessionis ad vitandam propriam mortem? *fol.* 394.
§. 2. An confessarius uti possit notitia confessionis ad vitandam mortem spiritualem? *fol.* 395.
§. 3. An confessarius possit celebrare in Ecclesia, quam ex sola confessione novit pollutam? *fol.* 396.
§. 4. An possit negare Sacramentum illi, quem in confessione novit indignum? *ibid.*
§. 5. An debeat vitare eum, quem in confessione novit excommunicatum? *fol.* 397.

SECTIO VI.

De pœnis impositis illis, qui violant Sigillum. fol. 399.

TRACTATUS VII.

De casibus reservatis. fol. 400.

DISPUTATIO V.

De reservatione casuum. ibid.

SECTIO I.

Qui possint reservare, & quæ peccata? ibid.

§. 1. An reservatio extendatur ad peccata dubia? *fol.* 401.
§. 2. An possit reservari peccatum, etiam quoad absolutionem indirectam? *flo.* 405.
§. 3. An reservatio sine causa pro libito superioris sid valida? *ibid.*
§. 4. An reservatio expiret morte reservantis, aut per ejus amotionem ab officio? *fol.* 406.
§. 5. An uni delicto plures reservationes inesse queant. *fol.* 407.

SECTIO II.

Quæ peccata de facto sint reservata? fol. 408.

§. 1. Quæ peccata sint de facto Summo Pontifici reservata? *ibid.*
§. 2. Quæ peccata sint Episcopis reservata? *fol.* 409.
§. 3. An Episcopi ex vi Tridentini loco citato possint absolvere ab omnibus delictis occultis, prout occultum non opponitur noto, sed notorio? *fol.* 410.
§. 4. Quæ peccata sint reservata Prælatis Religionum? *fol.* 411.

SECTIO III.

Quas personas reservatio comprehendat? fol. 413.

DISPUTATIO II.

De absolutione à casibus reservatis. fol. 419.

SECTIO I.

Quis possit absolvere à reservatis? ibid.

§. 1. Quis possit absolvere à casibus Episcopo reservatis? *ibid.*
§. 2. Quis possit absolvere Regulares à suis reservatis? *fol.* 423.
§. 3. An Regulares possint absolvi quoad reservata, à solis suis Prælatis; vel de eorum licentia? *fol.* 424.
§. 4. An regulares possint absolvi à suis Prælatis, quoad omnes casus, etiam contentos in Bula Cænæ. *fol.* 425.
§. 5. An Prælatus teneatur deputare alium cōfessarium juste petenti, & quid si eum neget? *fol.* 428.
§. 6. Quis possit absolvere Prælatos, quando incidunt in aliquod reservatum? *fol.* 429.
§. 7. Quis possit absolvere perigrinos à reservatis? *fol.* 431.

SECTIO II.

De superiore, qui ex potestate ordinaria absolvit à reservatis. fol. 432.

§. 1. An Superior possit absolvere à solis reservatis remittendo subditum pro reliquis ad confessarium ordinarium? *ibid.*
§. 2. An cum adiri nequit superior, & urget necessitas, teneatur pœnitens con-

confiteri inferiori non sola peccata ordinaria, sed etiam reservata? fol. 434.

§. 3. An qui, urgente necessitate confessionis, confessus est reservata inferiori, & postea comparuit, teneatur iterum confiteri eadem reservata? fol. 436.

§. 4. Utrùm quando superior absolvit, tollat reservationem etiam quoad oblita, vel justo silentio suppressa? fol. 437.

§. 5. An etiam tollatur reservatio quando absolutio fuit invalida? fol. 440.

SECTIO III.

De inferiore, qui absolvit ex potestate delegata. fol. 442.

§. 1. An superior teneatur dare licentiam inferiori eam pro ejus subdito petenti? ibid.

§. 2. An licentia justè petita, & injustè negata habeatur pro concessa? fol. 444.

§. 3. An inferior petens à superiore licentiam pro uno subdito suo possit ea uti quoad se ipsum? fol. 445.

§. 4. Quid, si superior committat subditum confessario petito, putando esse alium confessarium ejusdem nominis? fol. 446.

§. 5. An superior possit concedere licentiam, cum onere sibi comparendi? fol. 449.

§. 6. An possit imponi præceptum confitendi bis eadem peccata? fol. 447.

§. 7. An licentia concessa pro hac vice extendatur etiam ad peccata commissa post illam obtentam? fol. 450.

§. 8. Quid possit inferior in articulo mortis quoad reservata? fol. 452.

§. 9. An extra articulum mortis in aliquo casu, defectu recursus ad superiorem, possit inferior directè absolvere à reservatis? fol. 454.

SECTIO IV.

De absolutione à reservatis per Bullam Sanctæ Cruciatæ. fol. 457.

§. 1. An Regulares sine licentia suorum Prælatorum possint uti Bulla Cruciata quoad effectum eligendi confessarium, qui eos possit absolvere à reservatis? ibid.

§. 2. Asseritur, & probatur resolutio negativa. fol. 459.

§. 3. Ex novissima declaratione Urbani VIII. res concluditur. fol. 461.

§. 4. Diluuntur opinionis contrariæ argumenta. fol. 465.

§. 5. An Regulares vi Cruciatæ possint absolvi saltem à confessariis ordinarii à Prælato deputatis pro eorum confessionibus, & an saltem possint ab aliis absolvi quoad non reservata? fol. 470.

§. 6. Qui casus possint absolvi virtute Bullæ? fol. 471.

§. 7. Quæ censuræ possint absolvi virtute Bullæ. ibid.

§. 8. An virtute Cruciatæ possit absolvi pœnitens, qui non valet parti satisfacere? fol. 472.

SECTIO V.

De absolutione à reservatis per Jubilæum. fol. 474.

§. 1. An virtute Jubilæi possint absolvi reservata commissa illius spe, & confidentia venturi? fol. 475.

§. 2. An possint absolvi reservata commissa post jam publicatum Jubilæum? fol. 476.

§. 3. An possint absolvi commissa post absolutionem durante adhuc tempore Jubilæi? fol. 477.

§. 4. An qui tempore Jubilæi non est confessus, quia non habuit conscientiam peccati mortalis possit post tempus Jubilæi absolvi à reservato oblito? ibid.

§. 5. An post tempus Jubilæi possit absolvi à reservatis oblitis ille, qui tempore Jubilæi confessus est, sed culpa sua illud non fuit lucratus? fol. 478.

§. 6. An post tempus Jubilæi possit absolvi à reservatis, qui reperit confessionem factam tempore Jubilæi fuisse nullam? ibid.

§. 7. An ille, qui justa de causa distulit absolutionem, possit absolvi à reservatis commissis post tempus Jubilæi? fol. 479.

§. 8. An qui in prima Hebdomada lucratus est Jubilæum, & absolutus est à reservatis, possit repetitis operibus illud iterum lucrari, & absolvi in secunda hebdomada? fol. 480.

§. 9.

§. 9. An qui in uno loco lucratus est Jubilæum, & absolutus est à reservatis, possit in alio illum iterum lucrari, & absolvi à novis reservatis? fol. 481.
§. 10. An privilegia Regularium ad absolvendū à reservatis suspēdātur per Jubilæum durante ejus tempore, aut per Bullam Cruciatæ? fol. 482.

DISPUTATIO III.

Explicantur nunnulli casus reservati in particulari. fol. 483.

SECTIO I.

Explicatur Undecimus Casus Clementis. VIII. pro Regularibus. ibid.

Primus Casus.

Veneficia, incantationes, sortilegia. ibid.

Secundus Casus.

Apostasia à Religione. fol. 484.

Tertius Casus.

Nocturna, & furtiva egressio. fol. 486.

Quartus Casus.

Proprietas contravotū paupertatis. ibid.

§. 1. An comprehendatur in hoc Casu qui pecunias accipit destribuendas nomine donantis? fol. 488.
§. 2. Probabilius est posse Religiosum accipere pecunias nomine donantis. fol. 489.
§. 3. Vtrùm sit contra votum paupertatis accipere comestibilia sine licentia? fol. 491.
§. 4. An, et quo sensu sit contra votum paupertatis habere depositum apud sæcularem? fol. 492.
§. 5. An sit contra votū paupertatis commodare, aut dare sine licētia ea, quæ Religiosus habet cum licentia? ibid.
§. 6. An sit peccatum reservatum contra votum paupertatis expendere in illicitis pecunias, quæ cum licentia habentur ad licita? fol. 493.
§. 7. Quantum possint Superiores Monasterii donare, aut dare licentiam ad donandum? fol. 494.
§. 8. Quanti pretii debet esse res, ut censeatur pretiosa, ne eam possit Prælatus alienare? fol. 495.

Quintus Casus.

Juramentum falsum in judicio legitimo. fol. 496.

§. 1. An Regularis teneatur fateri delictum, quandiu ei testium depositio non notificatur? ibid.
§. 2. Quid, si post notificationem depositionis, reus adhuc dubitat, an Prælatus juridice interrogat? fol. 497.
§. 3. An in casu, quo subditus injuste negeverit, teneatur se retractare? ibid.
§. 4. Vtrū reus juridice interrogatus teneatur fateri delictū, etiā in casu capitali, exilii, vel triremium? fol. 498.
§. 5. Quid de Regulari, qui sibi crimem imponit ad vitandum grave tormentum, aut damnum? fol. 499.
§. 6. An teneatur revelare complices, qui nulla infamia laborant? fol. 500.
§. 7. An teneatur dicere verum, quando scit Prælatum procedere ex falsa præsumptione delicti? ibid.
§. 8. An teneatur revelare delictū, quod sub secreto novit, aut ei ratione consilii patefactum est? fol. 501.

Sextus Casus.

Procuratio, auxiliū, seu consilium abortùs post animatum fætum, etiam effectu non secuto: ibid.

§. 1. An Superiores Regularium possint dispensare cum suis subditis in irregularitate secuta ex abortu? fol. 502.
§. 2. Vtrū irregularitas incurratur in dubio an fætus fuerit animatus? f. 503.

Septimus Casus.

Falcificatio manūs, vel Sigilli officialis monasterii. fol. 504.

Octavus Casus.

Furtum de rebus monasterii, seu conventùs in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. fol. 505.

§. 1. An modica furta uniantur? f. 508.
§. 2. An illud modicum furti complementum sit reservatum, saltem ratione injustæ retentionis? fol. 509.
§. 3. An etiam uniantur minima furta, quæ fiunt à diversis monachis? f. 512.

Nonus

Nonus Casus.

Lapsus carnis voluntarius opere consumatus. *fol.* 513.

Decimus Casus.

Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujusdem personæ. *fol.* 514.

Undecimus Casus.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad superiores. *ibid.*

SECTIO II.

Explicantur Casus diœcesani Episcopis reservati. fol. 516.

Primus Casus.

Homicidium voluntarium. *ibid.*

§. 1. Verùm liceat prævenire aggressorem, & illum occidere? *fol.* 517.

§. 2. An liceat occidere pro defensione propriorum bonorum? *fol.* 518.

§. 3. An liceat occidere pro defensione proprii honoris? *fol.* 520.

§. 4. Quid de eo, qui occidit pro defendendo proximo? *fol.* 522.

§. 5. Quid de occidente bannitum? *fol.* 523.

§. 6. An in aliquo casu liceat occidi innocentem? *fol.* 524.

§. 7. Vtrùm consulentes, & mandantes homicidium, etiam incurrant reservationem? *fol.* 525.

Secundus Casus.

Falsum testimoniũ in judicio, *fol.* 526.

§. 1. Quid de testimonio, & juramento falso præstito ab scholasticis coram Rectore Academiæ circa ea, quæ sunt de illius statutis? *fol.* 527.

§. 2. Vtrùm, & quomodo juramentum præstitum in Matricula obliget scholasticos sub mortali? *fol.* 528.

§. 3. Quæ continuatio requiratur, ut absque perjurio probari possint cursus scholasticorum in Academiis? *fol.* 530.

§. 4. Quid de juramento in ordine ad Cathedrarum suffragia tempore oppositionis? *fol.* 532.

Tertius Casus.

Corrumpentes, & adulterantes stateras, mensuras, & monetas. *fol.* 535.

Quartus Casus.

Violantes libertatem, seu immunitatem Ecclesiæ. *fol.* 536.

§. 1. Quibus locis sacris competat immunitas? *fol.* 537.

§. 2. Quid de extrahente reum ab Ecclesia incepta, vel destructa; interdicta, polluta, aut violata? *fol.* 538.

§. 3. Quid de extrahente reum, qui adhæsit parietibus extrinsecùs, aut ostio Ecclesiæ? *fol.* 539.

§. 4. Quid de extrahente reum à summo templi tecto, aut à portica, campanili, claustro, aut horto? *fol.* 540.

§. 5. Quid de extrahente reum ab ambitu Ecclesiæ? *fol.* 541.

§. 6. Quid de extrahente reum ab Oratorio, aut cæmeterio? *fol.* 542.

§. 7. Quid de extrahente ab hospitalibus, & monasteriis Religiosorum, ac ab eorum grangiis? *fol.* 544.

§. 8. Quid de extrahente à Palatiis Episcoporum? *fol.* 544.

§. 9. Quid de Extrahente reum à Palatio Eminentissimorum Cardinalium? *fol.* 545.

§. 10. Quid de extrahente à domibus Ecclesiæ? *fol.* 546.

§. 11. Quid de extrahente reum, qui adhæsit Sacerdoti portanti Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum? *ibid.*

§. 12. Qui delinquentes immunitate gaudeant. *fol.* 548.

§. 13. Quid de Episcopo extrahente Clericos ab Ecclesia? *fol.* 549.

§. 14. Quid de Religioso extracto per suum Prælatum? Et quid de servo per suum dominum? *fol.* 550.

§. 15. An interdicti, & excommunicati gaudeant immunitate? *fol.* 551.

§. 16. In quibus casibus Ecclesia immunitate gaudeat? *fol.* 552.

§. 17. Vtrùm aliqua alia delicta præter septẽ annumerata à Gregorio XIV. priventur immunitate? *fol.* 553.

§. 18. Explicantur septem casus Gregorii XIV. & in primis casus hæresis

refis, fol. 557.
§. 19. Homicidium, vel mutilatio in Ecclesia, vel cæmeterio. ibid.
§. 20. Homicidium proditorum. f. 561.
§. 21. Assassinium. fol. 564.
§. 22. Crimen læsæ maiestatis in Personam Principis. fol. 566.
§. 23. Publicum latrocinium, & grassatio viarum. fol. 557.
§. 24. Agrorum depopulatio. fol. 569.
§. 25. An in casibus prædictis exceptuatis possit reus abstrahi ab Ecclesia absque Episcopi facultate? ibid.
§. 26. De effectibus immunitatis, qui non possunt infringi absque ejus violatione. fol. 570.
§. 27. De secundo effectu immunitatis. fol. 572.
§. 28. De tertio effectu immunitatis. fol. 573.

Quintus Casus.

Incendiarii, & arborũ incisores. fol. 574.

§. 1. Quid dicendum de incendiariis? fol. 575.
§. 2. Quid de iis, qui damni, injuriæve causa vites, & arbores inciderint? fol. 578.

Sextus Casus.

Blasphemia publica. fol. 580.

§. 1. Vtrùm in blasphemiis detur paruitas materiæ? fol. 582.
§. 2. Quid de blasphemiis indeliberatis subortis ex prava consuetudine blasphemandi? fol. 582.
§. 3. De blasphemiis hæreticalibus, & non hæreticalibus, fol. 584.
§. 4. Quibus pœnis blasphemia puniatur? fol. 586.
§. 5. An audiens teneatur blasphemantes increpare, & accusare? ibid.

Septimus Casus.

Percussio Parentis. fol. 587.

Octavus Casus.

Abuti sacrosancta Eucharistia, sacrisvé rebus ad magicas artes, & alia id generis. fol. 588.

Nonus Casus.

Procuratio abortus. fol. 589.

§. 1. An Pater fœtus, qui, cùm possit, nõ impedit abortũ, incurrat ejus censuram? fol. 591.
§. 2. Quid de eo, qui ante executionẽ abortus consiliũ revocavit? fol. 593.
§. 3. An licitum sit consulere abortum ad vitandum maius peccatum? fol. 594.
§. 4. An saltem in aliqua extrema necessitate licitum sit puellæ procurare abortum? fol. 595.
§. 5. An mater teneatur se mori premittere, ut fœtus exeat in lucem, & baptizetur? fol. 597.

Decimus Casus.

Expositio infantis. fol. 599.

Undecimus Casus.

Matrimonium contractum in gradibus prohibitis. fol. 601.

§. 1. Qui gardus sint prohibiti ratione consanguinitatis? ibid.
§. 2. Qui gradus sint prohibiti ratione affinitatis? fol. 603.
§. 3. Qui gradus sint prohibiti ex impedimento publicæ honestatis? fol. 606.
§. 4. Qui gradus sint probiti ratione cognationis spiritualis? fol. 608.
§. 5. Qui gradus sint prohibiti ob cognationem legalem? fol. 609.

TRACTATUS VIII.

De satisfactione. fol. 611.

DISPUTATIO I.

De satisfactione secundum se. ibid.

SECTIO I.

An possit homo, & teneatur in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali alterius vitæ? ibid.

SECTIO II.

Quæ conditiones requirantur ad hujusmodi satisfactionem de condigno? fol. 613.

§. 1. An requiratur status gratiæ? ibid.
§. 2. An existens in peccato mortali possit

possit satispati? fol. 614.
§. 3. An requiratur, quod opus sit honestum, supernaturale, & elicitum ex intentione satisfaciendi? fol. 615.
§. 4. An requiratur, quod opus sit pœnale? fol. 616.
§. 5. An requiratur quod opus sit supererogationis, & non aliunde debitum ex præcepto? fol. 617.
§. 6. An requiratur, quod opus sit liberum, & voluntarium? fol. 618.
§. 7. An requiratur, quod opus acceptetur à Deo? fol. 620.

DISPVTATIO II.

De satisfactione Sacramentali. fol. 621

SECTIO I.


De impositione Pœnitentiæ. ibid.
§. 1. An confessarius teneatur imponere Pœnitentiam? *ibid.*
§. 2. Vtrùm possit imponere Pœnitentiam obligantem solùm ex consilio, & non ex præcepto? fol. 622.
§. 3. Quantam Pœnitentiam debeat confessarius inponere? fol. 623.
§. 4. Quæ opera possit confessarius imponere? fol. 624.
§. 5. An pœnitentia debeat imponi ante, vel post absolutionem? fol. 627.

SECTIO II.

De acceptatione Pœnitentiæ. fol. 627.
§. 1. Vtrùm pœnitens teneatur acceptare Pœnitentiam, & illam implere? *ibid.*
§. 2. Quale peccatum sit non acceptare Pœnitentiam, aut illam non implere? fol. 629.
§. 3. An pœnitens possit implere Pœnitentiam per alium? fol. 630.
§. 4. Quando teneatur pœnitens implere Pœnitentiam? fol. 631.
§. 5. An teneatur pœnitens implere Pœnitentiam in statu gratiæ? fol. 632.
§. 6. Quem effectum habeat Pœnitentia in satisfaciense cùm impletur? fol. 633.

SECTIO III.

De commutatione Pœnitentiæ. fol. 636.
§. 1. Vtrùm confessarius possit Pœnitentiam à se inpositam commutare? *ibid.*
§. 2. Vtrùm confessarius possit commutare Pœnitentiam ab aliis impositam? fol. 638.
§. 3. An pœnitens authoritate propria possit sibi Pœnitentiam commutare? fol. 641.




TRACTATUS PRIMUS DE POENITENTIA, PROUT EST VIRTUS.



MPLECTITUR DISPUTATIONES QUATUOR. Prima differit de natura, & quidditate virtutis Pœnitentiæ. Secunda de primo ejus effectu, qui est peccatorum mortalium remissio. Tertia de secundo effectu, qui est remissio peccatorum venialium. Quarta de tertio effectu, qui est virtutum perditarum, meritorumque recuperatio.

DISPUTATIO PRIMA DE NATURA, ET QUIDDITATE VIRTUTIS POENITENTIÆ.



EX DISTINGUITUR SECTIONIBUS: IN PRIMA inquiro, utrùm Pœnitentia sit virtus, eaque specialis? in secundo disputo de ejus objecto formali: in tertia de objecto materiali: in quarta de actibus: in quinta de subjecto: in sexta de habitu, ejusque perfectione.

SECTIO PRIMA.

Utrùm Pœnitentia sit virtus, eaque specialis?

Summarium.



N Pœnitentia sit virtus simpliciter? & proponitur opinio negativa.

2 *Præfertur affirmativa.*

3 *Diluuntur quatuor priora fundamenta contraria.*

4 *Solvitur quintum in opinione asserente omnem actum sive habere duos terminos, alterum à quo, alterum ad quem.*

5 *Solvitur etiam in secunda opinione asserente solum habere terminum à quo.*

6 *An Pœnitentia sit virtus specialis? & proponitur opinio negativa.*

7 *Præfertur affirmativa.*

8 *Satisfit argumentis contrariis.*

1 RIMA difficultas, utrùm Pœnitentia sit virtus? Non esse *simpliciter* virtutem, sed solùm *secundùm quid*, opinati sunt *Caiet. 2. 2. q. 114. art. 1. Durand. in 4. dist. 14. q. 1. & 2.* Probatur 1. ex Aristotele 2. Ethic. 7. ubi docet verecundiam simpliciter non esse virtutem, ex eo, quòd supponat turpitudinem in eo, qui verecundatur: sed etiam Pœnitentia supponit turpitudinem in eo, quem pœnitet: ergo, &c. 2. Quia omnis virtus est amanda, at Pœnitentia simpliciter non est amanda; sin minùs, amaretur turpitudo, quæ est medium unicum ad illam. 3. Quia omnis virtus juxta doctrinam Aristotelis cū delectatione exercetur, Pœnitentia autē non exercetur cū delectatione, sed potiùs cum dolore, & tristitiâ, ipsa enim Pœnitentia tristitia, & dolor est. 4. Quia Pœnitentia intendit factum reddere infectum; hujusmodi autem intentio, cùm sit de impossibili, ut docent *Plato, Socrates, & Cicero apud Tannerum, q. 2. dub. 1. n. 5.* nō tam est virtus, quàm stultitia. 5. Quia omnis virtus habet objectum bonum, aliter non esset bona; nam bonitas actus voluntatis desumitur ab objecto bono, sicut veritas actus intellectus desumitur ab objecto vero: sed Pœnitentia non habet objectum bonum. Probo hoc, quia est fuga, & odium; at omnis fuga, & odium est à malo, & habet pro objecto malum.

Caietan. Durand. Arist. Arist. Plato. Socrat. Cicer. Tanner.

2 *Nihilominus* dicendum Pœnitentiam esse virtutem simpliciter. Ita communis Theologorum cum *D. Thom. 3. p. q. 85. art. 1.* Probatur 1. quia virtus, ut eam definit *Aristot. 2. Ethicor. 2.) est qualitas bonum faciens habentem, & opus ejus,* seu (ut docet *eodem lib. cap. 6.*) *Virtus est illa, quæ fit secundùm rectam rationem in materia difficili*: sed Pœnitentia utroque modo se habet: ergo &c. 2. Quia præcepta sunt de aliqua virtute; legislator enim, teste *Aristotele 2. Ethic. 1.* intendit cives facere virtuosos: sed est divinæ legis præceptum de Pœnitentia, juxta illud Matth. 4. *Pœnitentiam agite.* Ergo Pœnitentia est virtus.

D. Thom. Aristot. Matth. 4.

3 *Ad primum* respondetur esse diversam rationem de Pœnitentia, ac de verecundia, nam verecundia potest esse cum actu turpitudinis oppositæ, de quo solùm sibi displicet inefficaciter metu iniquæ opinionis humanæ: ea autem virtus simpliciter talis non est, quæ stare potest cum actu turpitudinis oppositæ; neque enim ille simpliciter castus est, qui ita sibi inefficaciter displicet de luxuria, ut habeat voluntatem efficacem illius. At verò Pœnitentia esse non potest cum actu turpitudinis oppositæ, est enim efficax detestatio.

Ad secundum assero Pœnitentiam, supposito peccato, simpliciter esse amandam. *Ad tertium* respondetur delectationem sumi dupliciter. 1. prout opponitur dolori, & idem est, atque lætitia, seu jucunditas. 2. prout opponitur difficultati, & idem est, atque alacritas, seu facilitas. Assero igitur omnem virtutem exerceri cum delectatione, nō prout hæc opponitur dolori, & idem est, atque lætitia, seu jucunditas; sed prout opponitur difficultati, & idem est, atque alacritas, seu facilitas: est enim omnis virtus habitus, & hic opponitur difficultati, illamque vincit.

Ad quartū respōdetur, aliud esse conari factum non fuisse factum: aliud retractare ipsum factum. Pœnitentia non intendit primum, id enim esset conari ad impossibile: intendit secundum, quod non est intendere factum non fuisse factum, sed facti pœnitere, & dolere fuisse factum.

4 *Ad quintum* duæ sunt opiniones. *Prima* asserit omnem actum odii, & fugæ esse re ipsâ alicujus boni prosecutionem, & amorem, & simul in modo tendendi esse fugam, tendit enim in bonum fugiendo à malo opposito: v. g. qui odit dolorem capitis, fugit ab illo, & amat ejus carentiam. Unde patet, quòd omnis actus fugæ habeat duos terminos, alterum *à quo*, & hoc est malum, alterū *ad quem*, & hoc est bonum oppositum. Quòd autem omnis fuga sit alicujus boni prosecutio, & amor, sic probare soleo; nam omnis fuga est propter aliquod motivum, non propter malum, imò à malo: ergo propter bonum contrarium malo. Et confirmatur, quia particula *Propter* idem valet, ac amore, & gratiâ alicujus; non autem fugimus à malo propter malum, hoc est, gratiâ & amore illius: ergo gratiâ, & amore boni oppositi. Eodem modo se res habet in dissensu intellectus, quando enim dissentimur, non dissentimur propter falsum sed à falso propter verum oppositum. Unde quemadmodum in fuga voluntatis, sic in dissensu intellectus debent considerari

P. Salas. P. Suar. P. Præposit. derari duo termini, alter à quo, alter ad quem, seu propter quem: & ita cum Salas tom. 1. in 1. 2. tract. 9. disp. 3. sect. 32. n. 125. Suar. ibidem disp. 1. de passionibus sect. 7. n. 2. & Præposito 3. p. q. 85. n. 6. tenui in Physica, agendo de causa finali, & in hac opinione ad argumentum dicendum est, Pœnitentiam habere objectum bonum, non secundùm terminum à quo, sed secundùm terminum ad quem, & inde desumere bonitatem, & rationem virtutis.

5 Secunda opinio præcedenti contraria admittit quidem, fugam voluntatis esse meram fugam à termino à quo, nullo modo formaliter tendentem ad terminũ ad quem; si enim, inquit, odium esset amor, illud non experiremur asperum, & rigidum. Verùm hoc fundamentum non est magni momenti; illa enim asperitas, quam in fuga, & odio experimur, est tantùm circa terminum à quo, unde fuga, & odium accipit rationem fugæ, & odii, non circa terminum ad quem. Hanc tamen opinionem, & fundamentum cum

P. Arriag. P. Lug. pluribus tuentur Arriaga in suo Cursu Philosophico disp. 7. de Anima sect. 1. & Lug. de Pœnitentia disp. 1. n. 10. & in illa tametsi argumentum Caiet. & Durand. habeat maiorem vim, quàm in nostra, dicendum tamen est adhuc actus odii, & fugæ esse bonos. Neque obstat, quòd non habeant objectum bonum, & bonitas actuum desumatur ab objecto, id enim solùm verum est in actibus amoris, & prosecutionis, non in actibus odii, & fugæ; nam in iis eorum bonitas eò est maior, quò peius objectum, nam sicut honestum est amare bonum, ita honestum est odio habere malum.

6 Secunda difficultas. Utrùm Pœnitentia sit virtus specialis? Negant Altisiod. lib. 4. summæ tract. 6. q. 3. Mayron. in 4. dist. 14. q. 2. & alii opinantes virtutem Pœnitentiæ esse transcendentem per omnes alias, & in qualibet inducere rationem ejus, cujus peccata dolet. Unde, inquiunt, quatenus dolet peccata cõmissa contra justitiam, est justitia: quatenus commissa contra temperantiam, est temperantia: quatenus contra religionem, est religio, & sic de cæteris. Probatur 1. quia ejusdem virtutis est amare bonũ, & odio habere malum contrarium. 2. quia Pœnitentia non habet speciale peccatum, cui contrarietur, sed omnia detestatur: non est ergo specialis virtus, nam omnis virtus specialis habet speciale vitium, cui contrariatur. 3. quia non habet specialem materiam; virtutes autem cùm sint habitus, specificantur per actus, & hi per materiam, seu objecta.

Altisiod. Mayron.

7 Nihilominus dicendum Pœnitentiam, de qua loquimur, esse virtutem specialem. Ita communis Theologorum cum D. Thom. cit. art. 2. Dixi Pœnitentiam, de qua loquimur, quia non nego ad quãlibet virtutem spectare suam Pœnitentiam, qua pœniteat suorum peccatorum, quatenus hæc sunt contra motivum ipsius virtutis. Unde Pœnitentia de intemperantia, quatenus est contra motivum temperantiæ, est temperantia, & de irreligione, quatenus est contra motivum religionis, est religio. De his tamen Pœnitentiis non est sermo, sed de alia, quæ omnium virtutum peccata considerat, eaque detestatur sub ratione offensionis Dei. Et hanc assero esse virtutem specialem. Fundamentum est, quia virtutes specificantur per objecta formalia, unde fit, quòd illa specialis sit, quæ habet objectum formale speciale: atqui Pœnitentia habet objectum formale speciale, detestatur enim peccata sub ratione offensæ, quo pacto nulla alia virtus ea detestatur, ut sectione sequenti ostendemus: ergo, &c. D. Thom.

8 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur, malum proprium cujusvis virtutis, v. g. intemperantiam, posse considerari dupliciter, primò sub particulari, & specifica ratione, qua repugnat temperantiæ. Secundò sub ratione generali, quatenus est offensa Dei. Dicendum ergo est, ad eandem virtutem spectare amare bonum, & odio habere malum contrarium, at non sub ratione generali offensæ Dei, sed sub specifica, & propria ejusdem virtutis.

Ad secundum dicendùm est Pœnitentiam habere speciale vitium contrarium, nimirum impœnitentiam. Ad tertium, etiam habere materiam specialem, nimirum peccata sub formalitate offensæ Dei, quo pacto hæc à nulla alia virtute considerantur.

(*,*)

SECTIO II.

De objecto formali virtutis Pœnitentiæ.

Status quæstionis.

9 PRIMA *difficultas est*, Utrùm objectum formale, & ratio formalis, *sub qua*, virtutis Pœnitentiæ sit distincta ab objecto, & ratione formali *sub qua* omnium aliarum virtutum? Non esse distinctam sentiunt plures, qui rursum in varias subdividuntur sententias.

§. I.

Utrùm objectum formale Pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali charitatis?

10 *Proponitur prima opinio asserens objectum formale Pœnitentiæ coincidere cum objecto formali charitatis. Refutatur, & satisfit ejus argumentis.* ibid.

10 PRima opinio asserit rationem formalem *sub qua* Pœnitentiæ coincidere cum ratione formali *sub qua* charitatis. Ita nonulli apud *D. Bonavent. in 4. dist. 14. 1. p. a. 1. q. 3.* Probatur primò à priori, quia ratio formalis *sub qua* Pœnitentiæ est ratio offensæ contra bonitatem divinam; hæc autem est ratio formalis *sub qua* charitatis, quatenus illam peccatorum pœnitet. Secundò à posteriori, quia idem est utriusque effectus formalis, quælibet enim expellit peccatum. Tertiò, quia utraque dolendo intendit reconciliare peccatorem cum Deo. D. Bonav.

Sed hæc opinio communiter rejicitur, & mihi non placet, quia (ut inferius ostendam) ratio *sub qua* Pœnitentiæ est ratio offensæ, ratio *sub qua* charitatis, prout de peccatis dolet, est ratio peccati, prout est malum ipsius Dei; at verò ratio *sub qua* Pœnitentiæ non est ratio peccati, prout est malum Dei, sed potiùs prout est malum ipsius peccatoris, cujus malum est habere Deum rationabiliter aversum, & infensum. Ex quo patet solutio ad primum.

Ad secundum negandum est Pœnitentiam, de qua loquimur, quæ, prout sic, distinguitur à charitate, expellere formaliter peccatum, de quo disp. 2. ubi ostendemus testimonia Patrum asserentium Pœnitentiam expellere peccatum, non esse intelligenda de Pœnitentia, de qua nobis sermo est, sed de illa, quæ est ex motivo charitatis. Deinde dato, quòd Pœnitentia, de qua loquimur, expelleret peccatum, adhuc dicendum esset distingui à charitate; nam charitas expellit peccatum, prout est malum Dei, Pœnitentia verò illud expellit, prout est malum peccatoris, cujus malum est habere Deum rationabiliter aversum, & iratum.

Ad tertium concedo & Pœnitentiam, & charitatem, prout dolet de peccatis, intendere reconciliare peccatorem cū Deo, sed cum hoc discrimine, quòd charitas, intendit illum reconciliare cum Deo, ut amico: Pœnitentia verò cum Deo, ut offenso; hoc est, non formaliter appetendo Deum ut amicum, sed ut non offensum, nec rationabiliter aversum. Quæ duo formaliter distinguuntur; possum enim ego nō expetere amicitiam alicujus, & tamen nolle eum habere justè offensum, & rationabiliter aversum.

§. 2.

Utrùm objectum formale Pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali religionis?

11 *Refertur 2. opinio asserens objectum formale Pœnitentiæ coincidere cum objecto formali religionis.*

12 *Refutatur.*

13 *Diluuntur argumenta contraria.*

11 SEcunda *sententia* docet rationem formalem *sub qua* Pœnitentiæ coincidere cum ratione formali *sub qua* religionis, quatenus hanc peccatorum pœnitet. *Ita Caiet. in Comment. q. 85. art. 2.* Probatur primò, quia ratio formalis *sub qua* Pœnitentiæ est ratio offensæ contra excellentiam, & maiestatem divinam, hæc autem est ratio formalis *sub qua* religionis, quatenus dolet de peccatis. Secundò, quia eadē videtur ratio de gratitudine, ac de Pœnitētia; utraque enim occupatur in Deo venerando & adorādo: illa in satisfactionem pro beneficiis acceptis: hæc in satisfactionē pro offensis cōmissis; sed ratio *sub qua* gratitudinis est ratio *sub qua* religionis, ut docet *D. Tho. q. 106. art. 5. ad 1.* ergo idem dicendū de ratione *sub qua* Pœnitētiæ. Tertiò, quia Pœnitētia est sacri- Caiet. D. Thom.

sacrificium juxta illud *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c.* at verò ratio formalis *sub qua* sacrificii est ratio formalis *sub qua* religionis; nam sacrificium est actus religionis, ejusque species. Quartò, quia riligio, ut docet *D. Thom.* dicitur à reeligendo Deum, quem negligenter amiseramus; hoc autem fit per Pœnitentiam: ergo Pœnitentia est religio. D. Thom.

12 Hæc autem sententia non admittitur, & mihi non placet, quia ratio *sub qua* Pœnitentiæ, ut diximus, est ratio offensæ: at ratio *sub qua* religionis, prout de peccatis dolet, non est ratio offensæ, sed irreverentiæ contra honorem, & excellentiam ipsius Dei, quæ duo distinguuntur; nam, si per impossibile peccatum non esset contra honorem Dei, & tamen illum offenderet, adhuc esset ratio *sub qua* Pœnitentæ: Item, licèt Deum non offenderet, & tamen esset contra ejus honerem, & excellentiam; adhuc esset ratio *sub qua* religionis: ergo &c.

13 Ad primum fundamentum Caiet. patet responsio ex dictis. Ad secundum, dato, quòd gratitudo aliquo modo pertineat ad religionem, non est idem dicendum de Pœnitentia. Diversa ratio est, quia per gratitudinem erga Deum aliquo modo intenditur, & illi exhibetur honor; at per Pœnitentiam nullo modo intenditur honor Dei, sed destructio ejus offensæ.

Ad tertium respondetur, aliud esse loqui de Pœnitentia, quæ dolet de peccatis, prout sunt contra honerem Dei, hæc spectat ad religionem, & est quoddam sacrificium, de quo David loco citato; aliud esse loqui de Pœnitentia, quæ dolet de peccatis, prout sunt offensæ Dei, hanc dicimus non spectare ad religionem, sed constituere virtutem ab omnibus aliis distinctam.

Ad quartum respondetur, religionem dici à reeligendo Deum ex complacentia honoris, & excellentiæ illius, quod non fit per Pœnitentiam, hæc enim non reeligit Deum ex complacentia honoris. & excellentiæ illius, sed ex complacentia boni, quod est in destructione ejus offensæ.

§. 3.

Utrùm objectum formale Pænitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ vindicativæ?

14 *Proponitur tertia opinio asserens objectum formale Pænitentiæ coincidere cum objecto formali justitiæ vindicativæ.*

15 *Rejicitur.*

16 *Solvuntur ejus fundamenta.*

14 Tertia opinio tenet rationem formalem *sub qua* Pœnitentiæ coincidere cum ratione formali *sub qua* justitiæ; sed adhuc est triplex differentia, nam aliqui opinantur rationem formalem *sub qua* Pœnitentiæ esse justitiæ vindicativæ Ita *Scotus in 4. dist. 14. q. 2.* existimat enim præcipuum actum Pœnitentiæ consistere in vindicta, quam Pœnitens de se accipit pro offensa comissa contra jus divinum; at ratio *sub qua* vindictæ est justitiæ vindicativæ, & consistit in æqualitate supplicii cum offensa: ergo, &c. Scot.

15 Verùm hæc sententia communiter in scholis non admittitur. Et ego illam rejicio, quia ratio *sub qua* justitiæ vindicativæ non respicit offensam, ut materiam doloris de præterito, & propositi emendæ in futurum; & hoc est clarum, quia justitia vindicativa potest stare, & intelligi absque dolore peccati præteriti, & proposito emendæ in futurum, ut visitur in eo, qui sciens pœnæ pecuniariæ committit scelus, & postea sibi in eo complacendo cum arrogantia facti solvit pœnam pecuniariam. At verò ratio *sub qua* Pœnitentiæ respicit effectum, ut ob ectũ doloris de præterito, & propositi emendæ in futurum.

16 Ex quo manifesta fit solutio ad fundamentum Scoti, quatenus asserebat vindictam esse præcipuum actum Pænitẽtiæ; dicendum enim est, vindictam Pœnitentiæ considerare offensam, ut materiam doloris de præterito, & porpositi emendæ in futurum, quo pacto illam non considerat vindicta, quæ est ppopria justitiæ vindicativæ. Adde, quòd hæc occupatur in satisfaciendo, uti læso strictè sumpto, Pœnitentia verò minimè, ut ex inferiùs dicẽdis constabit.

§. 4

Utrùm objectum formale Pænitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ distributivæ?

 17 Alii

17 *Alii contendunt objectum formale Pœnitentiæ coincidere cum objecto formali justitiæ distributivæ.*

18 *Rejiciuntur; & satisfit eorum fundamento.*

Gabriel. 17 ALii igitur cum *Gabr. ibidem q. 1. art. 1. dub. 3.* defendunt rationem *sub qua* Pœnitentiæ spectare ad justitiam distributivam: nam justitia distributiva habet duas partes; alteram, qua reddit virtutibus præmium, alteram, qua reddit vitiis supplicium: dicunt ergo, Pœnitentiam esse justitiam distributivam sumptam quoad hanc secundam partem, hujus enim ratio *sub qua* est æqualitas supplicii cum peccato, & hæc est eadem ratio formalis *sub qua* Pœnitentiæ.

18 Sed hæc opinio etiam non admittitur. Ego eam rejicio ex eodem fundamento, quo suprà: nam etiam justitia distributiva non respicit vitia, & delicta, ut materiam doloris de præterito, & propositi emendæ in futurum, siquidem potest dari, & intelligi absque dolore de præterito, & proposito emendæ in futurum, ut patet in eo, qui sibi aliunde complacens in facinore, illi tamen, ex motivo justitiæ distributivæ supplicium indicit. Aliter dicendum de Pœnitentia. Ex quo patet solutio ad fundamentum Gabrielis.

§. 5.

Utrum objectum formale Pœnitentiæ distinguatur ab objecto formali justitiæ commutativæ?

19 *Communis sententia docet objectum formale Pœnitentiæ coincidere cum objecto formali justitiæ commutativæ.*

20 *Non esse tamen Pœnitentiam justitiam humanam, sed divinam.*

21 *Refutatur hæc communis sententia. Ostenditur rationem injuriæ & rationem offensæ esse formalitates distinctas.*

Ibidem.

22 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

23 *Concluditur Pœnitentiam habere rationem formalem* sub qua *distinctam à ratione formali* sub qua *omnium aliarum virtutum.*

19 REjectis ergo his duabus differentiis, & modis dicendi. Recentiores in his scholis communiter contendunt rationem *sub qua* Pœnitentiæ esse justitiæ commutativæ. Ita *Suar. disp. 7. ConinK. disp. 1. dub. 4. Tãner. q. 2. dub. 2. Filliuc. cap. 1. Bonacin. q. 1. punct. 1.* Probatur primò ex *D. Thoma. q. 85. art. 3.* ubi semel dicit Pœnitentiam esse quandam justitiam commutativam, & illius speciem. ergo habet eandem rationem *sub qua* cum illa. Secundò, quia ratio *sub qua* omnis compensationis injuriæ alicui factæ spectat ád justitiam commutativam; & hoc est clarum, ut patet primò in omni compensatione injuriæ cuilibet homini factæ. Secundò, quia ratio *sub qua* omnis compensationis est observatio juris alterius illæsi, hæc autem est ratio *sub qua* justitiæ commutativæ: atqui Pœnitentia est compensatio injuriæ Deo illatæ: ergo ejus ratio *sub qua* est justitiæ commutativæ. P.Suar. P.Conink. P.Tãner. P.Filliuc. Bonac. D.Thom.

20 Utrùm verò Pœnitentia coincidat cum justitia commutativa humana, an potiùs constituat aliam justitiam commutativam distinctam. Primum defendit *Durand. in 4. dist. 14. q. 2.* Secundum, & meliùs, docet *Suar. Conink. Tamner* & alii citati. Primò, quia justitia commutativa humana respicit jus humanum: Pœnitentia verò jus quoddam excellentius divinum. Secundò, quia justitia commutativa humana potest reddere æquale, Pœnitentia verò nõ potest reddere æquale Deo pro peccatis. Durand. P. Suar. P. Conink. P.Tãner.

21 *Nihilominus* dicendum rationem *sub qua* Pœnitentiæ distingui à ratione *sub qua* justitiæ commutativæ. Ita *Vasq. Præpos. Turrian. Becan. Lug. & Henriq.* quos inferiùs duabus sequentibus difficultatibus referemus. Et probatur, quia justitia commutativa, prout illam injuriarũ pœnitet, respicit, peccata non sub ratione offensæ, sed sub ratione injuriæ; & Pœnitentia respicit peccatũ non sub ratione injuriæ, sed sub ratione offensæ, quæ duæ formalitates sunt diversæ; & hoc probatur primò à priori, quia ratio injuriæ respicit jus læsũ strictè sumptum, offensa verò nõ ita. Secũdò à posteriori in eo, qui cõmitteret furtum contra amicum, nam in hoc furto præter rationem injuriæ est ratio offensæ distincta, quod vel inde ostenditur, quia factâ restitutione, & cessante injuriâ, adhuc non cessat ratio offensæ, & amicus adhuc rationabiliter averteretur, quandiu præter satisfactionem injuriæ, illi non satisfieret pro offensa. Tertiò etiam P.Vasq. P.Præpos. P. Turrian. P.Becan. P.Lug. P.Henriq.

am à posteriori in eo, qui amico librum commodatum petenti, illum irrationabiliter negaret, iste enim nullam amico faceret injuriam, non enim læderet illius jus, committeret tamen offensam, & amicum rationabiliter averteret.

Quartò, quia omne peccatum est offensa Dei, non tamen omne est illius injuria, nam ratio injuriæ non committitur ab illo, qui eam invincibiliter ignorat, & multi sunt, qui in peccato invincibiliter non agnoscunt rationem injuriæ. Adde, quòd plures cum *Vasq.* probabiliter opinantur peccatum non habere rationem injuriæ erga Deum; qui autem, quando peccat, se practicè conformaret cum ista opinione, non committeret rationem injuriæ, sed offensæ duntaxat: quo posito, adhuc istud peccatum esset objectum formale Pœnitentiæ, non tamen justitiæ commutativæ, ut est clarum: ergo objectum formale Pœnitentiæ distinguitur ab objecto formali justitiæ commutativæ.

Vasq.

Et confirmatur nostra resolutio: quia, si Pœnitentia esset ex debito justitiæ commutativæ, obligaret per statim ubi primùm peccatum commissum est, nam justitia non solùm obligat ad non lædendum jus alterius, sed etiam, si hoc est læsum, ad illi quàm primùm satisfaciendum; at verò Pœnitentia non obligat statim post peccatum commissum, ut dicemus suo in loco: ergo, &c.

Suar. Respondent adversarii primò cum *Suar.* Pœnitentiam non obligare statim post jus divinum læsum, quia dilatio satisfactionis non est nociva Deo. Non tamen satisfaciunt: primò, quia dilatio restitutionis non est minùs nociva, quàm prima læsio: ergo, si hæc inducit peccatum injustitiæ, idem dicendum erit de illa. Secundò; quia si dilatio non infert nocumentum juris, nec prima lesio illud inferret, nam dilatio restitutionis est perseverantia primæ læsionis. Tertiò; quia, si dilatio satisfactionis non est Deo nociva, nunquam peccator ad illam obligabitur ex justitia, & (quod inde sequitur) Pœnitentia non obligabit ex justitia.

Respondent adversarii secundò cum *Conink.* sæpe injuriam inferri sine aliquo damno, quod obliget ad restitutionem, ut patet in eo, qui effectu non secuto intendit occidere proximum, vel ejus ædes incendio evertere, nam hic peccat contra justitiam, non tamen incurrit ullam obligationem restitutionis; & dicunt hoc modo se habere injurias commissas contra Deum, illi enim inferuntur sine aliquo ejus damno. Non satisfaciunt, quia ex hac doctrina, & modo dicendi sequitur, peccatorem nunquam ex justitia teneri ad Pœnitentiam, nam Pœnitentia est quædam compensatio offensæ; & ille, qui injuriam alteri infert sine damno, hoc est, effectu non secuto, sed solo affectu, nunquam tenetur ad restitutionem, seu compensationem faciendam: ergo &c.

22 Ad primum fundamentum *Suar.* & aliorum desumptum ex locis *D. Thomæ.* Respondetur tripliciter posse aliquam virtutem spectare ad justitiam. Primò, ut ejus partem integralem, quo pacto se habent actus ipsius virtutis, & habitus partiales, si hi dantur. Secundò ut partem subjectivam, quo pacto se habent species respectu sui generis. Tertiò ut partem potestativam, quæ nimirum refert illius speciem, & similitudinem, simpliciter tamen non est in ejus serie, & ita se habet Pœnitentia ad justitiam, non enim est ejus pars integralis, aut subjectiva, sed tantùm potestativa, refert enim aliquam speciem, & similitudinem justitiæ commutativæ, & hoc tantùm vult D. Thom. loco citato. Ad secundum dicendum est Pœnitentiam non esse compensationem injuriæ strictè sumptæ, sed offensæ Deo factæ.

23 Ex dictis in tota hac difficultate clarè colligitur rationem *sub qua* Pœnitentiæ esse distinctam à ratione *sub qua* omnium aliarum virtutum, quod erat in titulo difficultatis quæsitum; nam ratio *sub qua* Pœnitentiæ, ut diximus, est ratio offensæ, hæc autem, ut nulli alii virtuti communis est, ita est propria Pœnitentiæ: ergo, &c.

§. 6.

Utrùm objectum formale Pœnitentiæ consistat in bono compensationis pro offensa?

24. *Proponitur sententia asserentium objectum formale Pœnitentiæ consistere in bono compensationis pro offensa.*

25 *Rejicitur, quia honestas, quæ visitur in compensatione, non movet per se ad dolorem de peccatis.*

26 *Potest per se, & absolutè. stare cum non dolore de peccatis.*

27 *Ostenditur id variis exemplis.*
28 *Solvitur fundamentum opinionis contrariæ.*
29 *An bonum compensationis specificet aliquā virtutem; & videtur, quòd non.*
30 *Sed probabilior est sententia affirmativa.*
31 *Peccatum non secundùm suam malitiam, sed secundùm suum utile ad Pœnitentiam, & compensationem ex suppositione, quòd sit commissum, potest amari.*
32 *Et sic potest esse effectus reprobationis, & prædestinationis, & consequenter aliquam virtutem specificare.*

24 SEcunda *difficultas*, utrùm ratio *sub qua* Pœnitentiæ sit bonum compensationis? Affirmant *Vasq. q.* 85. *art.* 3 *Prapos. ibi, dub.* 1. *Bellarmin. q.* 2. *de Pœnitentia cap.* 7. *Turrian. dub.* 5. *disp.* 6. *Gran. tract.* 2. *disp.* 3. Qui omnes sub his terminis defendunt rationem *sub qua* Pœnitentiæ esse bonum compensationis pro offensa: bonum enim & honestum est, inquiunt, offensam irrationabiliter commissam compensari, & hoc bonum, cùm sit per se amabile, potest specificare aliquam virtutem: non autem apparet alia, quàm Pœnitentia. Potest, inquam, specificare aliquam virtutem, quia omnis bonitas,& honestas potest specificare aliquam virtutem; & in compensatione pro offensa, ut diximus, apparet aliqua bonitas, & honestas. Probo hoc, quia in compēsatione pro beneficiis apparet aliqua bonitas, & honestas propter se amabilis, quæ spectat ad virtutem gratitudinis, illamque specificat. Item in compensatione pro injuria strictè sumpta apparet aliqua bonitas, aut honestas propter se amabilis, quæ spectat ad virtutem justitiæ, illamque specificat: ergo similiter in compensatione pro offensa, prout distinguitur ab injuria strictè sumptâ, apparebit aliqua bonitas, & honestas propter se amabilis, quæ spectet ad aliquam virtutem, eamque specificet.

P. Vasq. PP. Prapos. P. Bellarm. P. Turrian. P. Granad.

25 *Nihilominus* probabiliùs dicendum existimo hujusmodi bonum compensationis pro offensa non esse rationem *sub qua* Pœnitentiæ. Probatur, quia ratio *sub qua* Pœnitentiæ debet esse motiva doloris pro peccatis præteritis, eorumque detestationis, vel saltem debet habere infallibilem connexionem cum illa; quomodo enim intelligi potest, vel dici aliquis Pœnitens, qui non dolet de peccatis præteritis, neque illa detestatur? Adde, quòd ille dolor, ac detestatio est præcipuus actus, ad quem inclinat Pœnitentia, ut habetur *in cap. Ecce. de Panit. dist.* 1. ibi: *Vera Pœnitentia est peccata præterita plangere: & jugiter fletibus commissa diluere, &c.* At verò bonum compensationis non habet connexionem cum dolore pro peccatis præteritis, eorum ve detestatione; & hoc probatur primò, quia peccata præterita non obstant bono compensationis, imò ad illud potiùs juvant; si enim non darentur peccata præterita, non daretur compensatio, & e[j]us bonum: potiùs ergo bonum compensationis affert complacentiam de peccatis præteritis, quàm illorum odium. Secundò, quia bene intelligi potest velle aliquem bonum compensationis pro aliquo debito, quin doleat de illo contracto, ut patet in eo, qui emit librum, & vult satisfacere pro illo: neque tamen dolet de debito contracto. Item in eo, qui ex motivo gratitudinis vult compensare beneficium acceptum, neque tamen dolet, quòd ipsum acceperit: ergo &c.

Cap. Ecce.

26 Respondent adversarii impossibile esse velle aliquem bonum compensationis pro peccatis commissis, quin velit eorum dolorem, nam hic est medium unicum, & necessarium ad talem compensationem, quæ aliter fieri non potest, quod non visitur in compensatione libri, aut beneficii accepti; nam dolor de libro, aut beneficio accepto non est medium accommodatum ad compensationem faciendam pro illis. Non satisfaciunt, quia admittunt Pœnitentiam consistere in sola voluntate compensationis, & eo admisso, falsò dicunt hanc compensationem fieri non posse absque dolore: falsò inquam.

27 Primò, quidquid sit de facto, poterat Deus acceptare pro libito & liberalitate sua, quenvis alium actum supernaturalem in compensationem pro peccatis; v. g. actum religionis, aut eleemosynæ, qui quidem stare potest absque dolore, imò cum complacentia de peccatis præteritis, quo in eventu ille Pœnitens, actu religionis ritè soluto, aut eleemosynā erogatâ, esset verus Pœnitens, siquidem vellet facere, & re ipsa faceret veram compensationem pro peccatis, sine dolore tamen, imò cùm complacentia de illis. Quod nec de possibili admitti potest; inde enim sequeretur, Pœnitentiam de facto solùm

solùm per accidens exigere dolorem de peccatis, siquidem per se, & absolutè sine illo potest dari.

Secundò, quia de facto rusticus volens facere compensationem pro suis peccatis potest ex conscientia erronea invincibili putare non requiri ad eam faciendam dolorem internum de peccatis, eorumve detestationem, sed sufficere confessionem externam; quæ quidem ignorantia de facto in multis rusticis reperitur; multi enim tempore Quadragesimæ vero animo compensandi pro peccatis ad suos Parochos accedunt, qui ex errore invincibili existimant ad veram cõpensationem sufficere illã confessionem & humiliationẽ externam, & isti quidem in sententia adversariorum haberent veram Pœnitentiam; siquidẽ habẽt verum animum compensandi: non tamen dolorem internum, nec detestationem suorum peccatorum, imò cõplacentiam de illis commissis.

28 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur non probare, bonum compensationis spectare ad virtutem Pœnitentiæ, nam bonum compensationis, ut ostendimus, stare potest absque dolore de peccatis; at verò Pœnitentia non potest stare sine illo. Ad summum solùm probant adversarii bonum compensationis spectare ad aliquam virtutem specialem distinctam à Pœnitentia.

29 Dixi (ad summum) quia aliqui volunt ad nullam virtutem posse spectare, non enim potest appeti prædictum bonum compensationis, quin appetatur ipsum peccatum, pro quo fit compensatio, hoc enim est medium unicum ad illam, at verò nulla virtus potest appetere peccatum.

30 Dicendum tamen spectare ad aliquam virtutem, nam peccatum commissum potest considerari dupliciter, aut ut peccatum, sistendo in ejus malitia, & sic à nulla virtute potest amari; aut ut utile ad Pœnitentiam, & ut per illam compensabile, & sic aut ut absolutè volitum, quo pacto non potest amari ab aliqua virtute, quia consequenter amaretur ipsum peccatum, hoc enim est medium unicum ad illud; aut conditionatè, ex suppositione, quòd peccatum commissum sit, & hoc modo, peccati compensabilitas potest amari; supposito enim, quòd peccatum commissum sit, ejus compensabilitas est bona: ergo potest amari.

31 Confirmatur primò, quia hoc modo, peccandi utilitas ad redemptionem potest amari, juxta illud *O felix culpa; quæ talem, ac tantum habuit Redemptorem.!*

32 Secundò, quia hoc modo peccatum, prout est pœna sui ipsius, potest amari, & est effectus reprobationis. Item, prout est utile ad Pœnitentiam, & ad gloriam, potest amari, & est effectus prædestinationis, ut cum *Ruiz*, & aliis ostendimus in materia *de Præd. tract. 4. disp. 5.* P. Ruiz.

§. 7.

Concluditur objectum formale Pœnitentiæ esse rationem offensæ, prout distinguitur à ratione injuriæ, & consistit in pura ratione offensæ.

33. *Proponitur sententia asserens Pœnitentiam non specificari per rationem offensæ.*

34 *Concluditur specificari per rationem offensæ, prout offensa distinguitur ab injuria.*

35 *Solvitur primum argumentum contrarium.*

36 *Ostenditur rationem formalem, & terminum* ad quem *Pœnitentiæ esse quidam æqualitatem, & pacem cum Deo intendentem illum conservare inoffensum, & rationabiliter non aversum.*

37 *Non est hæc pax propriè pax, sed quædam veluti pax.*

38. *Solvitur 2. argumentum contrarium.*

33 Tertia difficultas, utrùm objectum formale Pœnitentiæ sit ratio offensæ, prout hæc distinguitur ab injuria, & ab aliis rationibus specialibus, & cõsistit in pura ratione offensæ? Et pro parte negativa, quam expressè tenet *Vasq. de Pœnitentia q. 85. art. 2. n. 38.* & alii P. Vasq. Doctores hic usque allegati, facit Primò quòd Pœnitentiæ, cùm sit actus odii, & fugæ, debet assignari non solùm terminus *à quo*, sed etiam terminus *ad quem*; at pura ratio offensæ ad summum erit terminus *à quo*, non est terminus *ad quem*, nec hic est assignabilis accommodatus. Secundò, quia ratio offensæ, prout distinguitur ab injuria, & ab aliis rationibus specialibus, consistitque in pura ratione offensæ, videtur spectare ad charitatem, prout

prout ex peccatis dolet: at verò ratio *sub qua* Pœnitentiæ non spectat ad charitatē.

34 *Nihilominus* dicendum objectum formale Pœnitentiæ esse rationem offensæ, prout distinguitur à ratione injuriæ, & ab aliis rationibus specialibus, & consistit in pura ratione offensæ. Ita *D. Thom. q. 85 art. 2. Valent. de Pœnit. disp. 7. q. 2. punct. 1. noster Henriq. lib. 1. de Pœnit. cap. 19. §. 2. Lugo disp. 2. à n. 48. Arriaga in manuscriptis de Pœnitentia, & tr. de Legibus d. 5. n. 55.* Probatur primò ex D. Thoma loco citato in corpore, ubi docet objectum formale Pœnitentiæ, prout hæc est virtus specialis, & ab omnibus aliis distincta, esse peccatum, in quantum est offensa Dei. Ubi ponderandum est non dixisse Sanctum Doctorem peccatum esse objectum *Pœnitentiæ*, inquantum est injuria, sic enim spectat ad justitiam, nec in quantum est irreverentia Dei, sic enim spectat ad religionē, nec in quantum est malum Dei, sic enim spectat ad charitatem, sed in quantum est offensa Dei, quo pacto asserit constituere specialem virtutem ab omnibus aliis distinctam.

D.Thom. P.Valer. P.Heriq. P.Lug. P.Arriaga.

Et idem clariùs docet *in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3. ad ult.* ubi agens de Pœnitentia, *Sicut enim est* (inquit) *alicujus virtutis, ut homo placet eum, quem peccando offendit, ita etiam est alicujus virtutis, ut homo Deum placet, quem peccando offendit.* Secundò probatur ex illo Ecclesiæ: *Deus, qui culpâ offenderis, & pœnitentiâ placaris, &c.* Hoc est, placaris pœnitentiâ culpæ sub ratione offensæ. Tertiò, quia ratio offensæ, prout distinguitur à ratione injuriæ strictè sumptæ (distinguitur enim ab illa, ut patet ex dictis pro resolutione primæ difficultatis) item prout distinguitur ab aliis rationibus specialibus, ut consistit in pura ratione offensæ, est specificativa alicujus virtutis specialis, & non apparet alia, nisi Pœnitentia. Confirmatur, quia hæc specialis virtus habet omnia illa, quæ à Theologis, & Sanctis Patribus dicuntur de Pœnitentia: ergo, &c.

35 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ (quatenus asserit puram rationem offensæ solum esse terminum *à quo*, & non *ad quem* Pœnitentiæ) respondetur, assignato & cognito Pœnitentiæ termino *à quo*, facile esse assignare terminum *ad quem*: hic enim est illius contrarius.

36 Supposito ergo quòd Pœnitentiæ terminus *à quo* sit pura offensa Dei, terminus *ad quem* erit quædam veluti pax cum ipso Deo, consistens in æqualitate, quæ intendit servare Deum inoffensum, & rationabiliter non aversum.

37 Dixi (quædam veluti pax) quia alia est pax, quæ consistit in actu complacentiæ de amicitia, seu charitate, & hæc non est virtus, sed actus, & effectus virtutis charitatis ad ipsam spectans, ut docet *D. Thom. 2. 2. q. 29. art. 4.* Alia est quasi pax consistens in æqualitate, quæ intendit servare alterum inoffensum, & rationabiliter non aversum, & hæc est virtus specialis, cujus ratio est terminus *ad quem* Pœnitentiæ; offensa verò terminus *à quo*. D.Thom.

38 Ad secundum respondetur rationem offensæ non spectare ad charitatem, quatenus dolet de peccatis. Ad cujus evidentiam ex suprà dictis diligenter notandum est, peccatum posse sumi aut ut malum Dei, & sic ejus odium spectat ad charitatem, prout de illo dolet: aut ut malum peccatoris, cujus malum est habere Deum offensum, & rationabiliter aversum, & sic sumitur sub pura ratione offensæ, & spectat ad Pœnitentiam.

SECTIO III.

De objecto materiali virtutis Pœnitentiæ.

39 *Proponitur prima difficultas de Pœnitentia quoad actus prosecutionis, & resolvitur habere pro objecto materiali omnem satisfactionem propriam.*

39 PRIMA difficultas, quodnam sit objectum materiale prosecutionis virtutis Pœnitentiæ, & imprimis certum est omnia illa, quæ per modum satisfactionis possunt inservire ad destructionem offensæ, cujusmodi sunt orationes, preces, lacrymæ, jejunia, eleemosynæ, castigationes, virtutes omnes, & earum actus, esse objectum materiale prosecutionis Pœnitentiæ: & hoc est clarum, quia sunt media accommodata ad finem Pœnitentiæ, qui consistit in destructione offensæ; at verò Pœnitentia potest prosecutione amplecti media accommodata ad suum finem; ergo.

§. 1.

De Satisfactione aliena.

40 *An etiam habeat pro objecto satisfactionem alienam? & afferuntur ea, quæ faciunt pro parte negativa.*
41 *Suadetur affirmativa.*
42 *Satisfit fundamentis contrariis.*

40 SOlùm potest dubitari, utrùm non solùm satisfactio propria, sed etiam aliena, sit objectum materiale prosecutionis Pœnitentiæ? Et nonnulli Recentiores existimant objectum materiale prosecutionis Pœnitentiæ esse solam satisfactionem propriam, & non alienam. Primò, quia Pœnitentia non tollit offensam utcumque, sed per retractationem; hæc autem importat proprios actus, & non alienos. Secundò exemplo justitiæ, quæ similiter non intendit tollere inæqualitatem utcumque, sed per propriam satisfactionem; non enim videtur spectare ad justitiam interponere preces amici ad obtinendam à creditore condonationem debiti, licèt hæc non minùs tollat debitum, quàm propria solutio: ergo similiter ad Pœnitentiam non spectabit interponere preces, & orationes aliorum.

41 *Nihilominus* dicendum etiam satisfactionem alienam esse objectum materiale prosecutionis Pœnitentiæ Probatur uno verbo; quia Pœnitentia potest amplecti media accommodata ad destructionem offensæ, ad hanc autem etiam inservit satisfactio aliena. Et hoc probatur exemplo justitiæ, quæ ex eo, quòd ad tollendam inæqualitatem & debitum, etiam inserviat solutio ab alio facta, potest illam amare, & expetere.

42 *Ad primum*, concedendum est Pœnitentiam secundùm suum præcipuum actum esse retractationem, assero tamen retractationem non solùm importare proprios actus, sed etiam expetere alienos; potest enim quis ex retractatione suæ offensæ, & ex dolore illius commissæ etiam interponere preces, & merita alterius. *Ad secundum*, dicendum est ad justitiam etiã spectare interponere preces alterius ad obtinendam condonationem debiti; ad justitiam enim inservit, quidquid inservit ad tollendam inæqualitatem, & debitum; ad hoc autem etiam inservit condonatio facta à creditore, quæ impetratur interpositione precum.

§. 2.

De Peccato mortali actuali.

43 *Proponitur secunda difficultas quoad actus fugæ; & quæritur, an omne peccatum mortale sit objectum materiale Pœnitentiæ? Et refutantur, quæ faciunt pro parte negativa.*
44 *Proponuntur duæ opiniones; prima asserentium posse committi peccatum mortale absque ratione offensæ, & in hac non omne peccatum mortale esse objectũ Pœnitentiæ, de qua loquimur.*
45 *Licèt omne peccatum mortale sit materia alicujus Pœnitentiæ.*
46 *Secunda opinio est dicendum, nullum peccatum mortale posse committi absque ratione offensæ, & in hac omne peccatum mortale est materia Pœnitentiæ, de qua loquimur.*
47 *Quæ harum opinionum sit probabilior? Præfertur secunda, & referuntur ejus fundamenta.*
48 *Peccatum commissum absque ulla advertentia formali, vel virtuali ad prohibitionem divinam non est mortale.*
49 *Habet solam gravitatem Philosophicam, non Theologicam.*
50 *Raro, aut nunquam committitur sine advertentia, saltem virtuali, & implicita ad prohibitionem Dei.*
51 *Non est opus interrogare Pœnitentem de hac advertentia; semper supponitur saltem virtualis.*
52 *Actus præscindens à prohibitione objecti, & non à malitia, adhuc esset peccatum mortale.*
53 *Solvitur instantia.*

43 SEcunda difficultas, quodnam sit objectũ materiale actuum fugæ? Et quæri potest primò, utrùm omne peccatum mortale actuale sit materia fugæ Pœnitentiæ? Pro parte negativa facit, quòd peccatum solùm est materia Pœnitentiæ sub ratione offensæ, at verò non omne peccatum habet rationem offensæ: & hoc ostenditur; quia potest committi cum sola advertentia ad malitiam, cum ignorantia, ac inadvertentia invincibili ad rationem offensæ; at verò ratio offensæ non incurritur cum ignorantia invincibili illius. Probo hoc, quia ratio injuriæ non incurritur cum ignorantia

rantia invincibili illius, ut constat ex n. 21. ergo idem dicendum de ratione offensæ.

44 *Nihilominus* distinctione opus est. Possumus enim loqui in duplici opinione, prima asserentium posse committi peccatum mortale absque ratione offensæ propter ignorantiam, & inadvertentiam invincibilem ad illam; tunc enim solùm committeretur peccatum sub ratione malitiæ, cujus daretur advertentia, & non sub ratione offensæ, cujus advertentia nõ daretur. Et ita docet *Salas tom. 2. in 1. tract. 13. disp. 16. sect. 22. Azor tom. 1. lib. 4. cap. 1. q. 4. Vega in Trid. lib. 3. cap. 25.* & in hac opinione dicendum est nõ omne peccatum mortale esse objectum Pœnitentiæ, de qua loquimur; nam prædictum peccatum mortale non haberet rationem offensæ; suppono enim hanc in eo invinciibiliter ignorari: ergo non esset materia Pœnitentiæ, de qua loquimur, nam hujus materia solum est peccatum sub ratione offensæ.

P. Salas. P. Azor. Vega.

45 Dixi, de qua loquimur, quia non est dubium prædictum peccatum mortale esse materiam Pœnitentiæ ejus virtutis, cujus ipsum peccatum est contrarium, v.g. si peccatum sit contra justitiam, erit materia justitiæ, prout illam pœnitet suorum peccatorum, non tamen Pœnitentiæ, de qua loquimur; & hujus diversa ratio est clara, quia in tali peccato daretur ratio injuriæ contra proximum, non tamen ratio offensæ contra Deum; suppono enim dari sufficientem advertentiam ad injuriam contra proximum, non verò ad offensam contra Deum: ratio autem injuriæ contra proximum spectat ad justitiam, prout de peccatis dolet, & ratio offensæ requiritur ad Pœnitentiam, de qua loquimur.

46 Secunda opinio est eorum, qui defendunt peccatum, quod committeretur sine ulla advertentia ad offensam Dei, non esse mortale. Eam tenent *Bellarmin. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 2. §. Ad confirmationem. Less. de Perfectionibus divinis lib. 13. cap. 26. n. 183. Conink. de Charitate disp. 32. n. 39. Henriq. lib. 3. de Pœnitentia cap. 1. §. 8. Lug. de Incarnatione disp. 5. sect. 5. ubi Suar. Vasq. Gran.* & plures alios citat. Et in hac opinione dicendum est, omne peccatum mortale esse materiam & objectum Pœnitentiæ, quia omne habet rationem offensæ: ergo &c.

P. Bellarm. P. Less. P. Conink. P. Henriq. P. Lug. P. Suar. P. Vasq. P. Granad.

47 Quæ autem harum opinionum sit probabilior, videtur standum pro secunda. Primò, quia nullum peccatum mortale potest ad æqualitatem compensari ab aliqua pura creatura, ut est communis Theolog. in materia *de Incarnatione*: at verò peccatum, quod committeretur sine ulla advertentia ad prohibitionem Dei, ejusque offensam, posset compensari; non enim haberet rationem offensæ divinæ, unde desumitur tota impossibilitas, & improportio compensationis: ergo non esset mortale. Secundò, quia omne peccatum mortale repugnat ex parte objecti cum actu dilectionis Dei super omnia. Et hoc probatur primò ex illo *Joan. 4. Si quis diligit me, mandata mea servabit.* Secundò ex censura Pii quinti, & Gregor. 13. contra Micha Baium, cujus hæc fuit septima propositio: *Homo existens in peccato mortali, sive reatu damnationis æternæ, potest habere veram charitatem; & charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis.* Tertiò ratione; quia ille, qui peccat mortaliter, præfert peccatum amicitiæ divinæ: ergo peccatum mortale stare non potest cum amicitia Dei; at verò peccatum, quod committeretur sine ulla advertentia ad prohibitionem, & offensam Dei, stare posset cum ejus amicitia; nam ille, qui committeret furtum attendendo solùm ad ejus malitiam sine ulla advertentia ad prohibitionem, & offensam Dei, non præferret furtum amicitiæ Dei; imò, si id adverteret, omnino desisteret furto, ut suppono: ergo, &c. Joan. 4.

48 Objicies primò. Ex hac doctrina sequitur adulterium, & furtum ex se non esse peccata mortalia: hoc autem est contra illud *Apostoli. 1. ad Corinth. 6. Neque fornicarii, neque fures regnum Dei possidebunt.* Respondetur adulteria, & furta esse peccata mortalia, si committantur cum advertentia saltem implicita, & virtuali ad prohibitionem Dei, ejusque offensionem; aliter dicendum, si committerentur sine ulla advertentia ad prohibitionem divinam; sicut peccata mortalia non essent, si committerentur sine ulla advertentia ad ipsorum malitiam. Apostolus loco citato loquitur de adulterio, & furto, positis circumstantiis generalibus advertentiæ, &c. 1. ad Corinth.

49 Sed instabis. Adulterium, homicidium, &c. antecedenter ad prohibitionem Dei, ejusque advertẽtiam, est malum grave, Deo graviter displicens, idcirco

circo enim graviter ab illo prohibetur, quia illi graviter displicet: ergo est peccatum mortale. Respondetur adulterium, & homicidium antecedenter ad prohibitionem Dei esse malum, & peccatum grave gravitate Philosophica, non gravitate Theologica. Gravitas Philosophica, juxta doctrinam *D. Thomæ* 1. 2. *q.* 71. *art.* 6. *ad* 5. est illa, quam Philosophi considerant, prout opponitur rectæ rationi. Gravitas Theologica est illa, quam Theologi considerant in ordine ad contemptum legis divinæ, & dignitatem odii Dei; hæc constituit peccatum mortale formaliter, illa solùm fundamentaliter.

D. Thom.

50 Objicies secundò. Ex hac doctrina sequitur plurima, eaque maxima scelera patrari absque peccato mortali, defectu advertentiæ ad prohibitionem, & offensam Dei. Respondetur raro, aut nunquam committi scelus absque advertẽtia, saltem implicita, & virtuali ad prohibitionem Dei, ejusque offensam, vel saltem eo affectu, ut, si peccator ad id adverteret, nihilominus facto non desisteret, quod sufficit ad rationem peccati mortalis.

51 Objicies tertiò. Sequitur oportere interrogari Pœnitentem à Confessore de hac circunstantia, utrùm scilicet adverteret ad prohibitionem, & offensam Dei. Respondetur negãdo sequel. supponitur enim advertisse saltem implicitè; nam magis advertit peccator ad prohibitionem Dei, ejusque offensam, quàm habens votum Castitatis ad ipsum votum; & tamen sufficit interrogare Pœnitentem de voto, & non est necesse, quòd interrogetur de advertentia ad illud, ut docet communis praxis Ecclesiæ; supponitur enim advertentia saltem implicita: ergo idem à fortiori dicendum de advertentia ad prohibitionem Dei, ejusque offensam.

52 Objicies quartò. Sequitur non peccare mortaliter eum, qui dicit; *Si homicidium non prohiberetur, nec esset offensa Dei, quamvis esset dissonum rationi, ego occiderem*: hoc, inquam, non esset peccatum mortale, quia hic actus præscindit à prohibitione Dei, ejusque offensâ. Respondetur negando sequelam, quia hujusmodi actus non solùm est prohibitus, quatenus tendit in objectum prohibitum à Deo, sed etiam, quatenus tendit in objectum malum, ut est dissonum, & contrarium rationi. Unde semper manet offensa Dei, & consequenter peccatum mortale; licèt enim abstrahat à prohibitione Dei, quæ est in objecto, incurrit prohibitionem ipsius actus sic conditionati, qui adhuc prout sic prohibetur ratione malitiæ objecti; non enim solum objectum prohibetur ratione suæ malitiæ, sed etiam ratione ejusdem prohibetur ipse actus. Solùm posset excusari prædictus actus à peccato mortali defectu advertentiæ ad prohibitionem ipsius actus.

53 Instab. Objectum in isto casu non est prohibitum: ergo nec ejus actus; nam quando objectum non est prohibitum, neque est prohibitus ejus actus. Respondetur objectum re ipsa esse prohibitum, præscindi tamen per intellectum ab ejus prohibitione, non tamen à prohibitione ipsius actus; quod fieri potest, nam quando prohibitio est in utroque; nimirum & in objecto, & in actu, potest per intellectum præscindi in uno, & relinqui in alio.

§. 3.

De peccatis venialibus.

54 *An omne peccatum veniale sit materia Pœnitentiæ? & proponuntur duæ rationes pro parte negativa.*

55 *Resolvitur tamen omne peccatum commissum modo ordinario esse materiam Pœnitentiæ.*

56 *Secùs de commisso sine ulla advertentia ad prohibitionem Dei.*

57 *Omne tamen peccatum veniale est materia alicujus Pœnitẽtiæ prout hæc trãscendit per alias virtutes.*

54 Quæri potest secundò, utrùm etiam peccata venialia sint materia fugæ Pœnitentiæ? Et ratio dubitandi est *primò*, quia peccata venialia non habent rationem offensæ simpliciter, sed tantùm secundùm quid; at verò materia fugæ Pœnitentiæ debet considerari sub ratione offensæ simpliciter. *Secundò*, quia peccata venialia possunt exuere etiam rationem offensæ secundùm quid per inadvertentiam, & ignorantiam invincibilem illius, ut colligitur ex proximè dictis.

55 *Loquendum tamen* videtur cum distinctione, & *Dicendum primò* peccata venialia, si fiant modo ordinario, esse materiam fugæ Pœnitentiæ. Ita communis Theologorum, & probatur; quia ratio *sub qua* Pœnitentiæ est ratio offensæ, prout abstrahit à gravi, & levi, à simplici-

ter, & secundùm quid, & hoc ostenditur exemplo Pœnitentiæ, prout transcendit per alias virtutes; nam justitia, prout dolet de suis peccatis, non solùm dolet de peccato gravi, sed etiam de levi; idem dicendum de temperantia, & aliis virtutibus, prout dolent de suis peccatis: ergo idem dicendum de Pœnitentia, prout distinguitur ab aliis virtutibus, & dolet de peccatis sub ratione offensæ.

56 *Dico secundò*: peccata venialia, si fiant absque sufficienti advertentia ad offensam Dei, ejusque prohibitionem, non sunt materia Pœnitentiæ, de qua loquimur. Probatur, quia non possunt considerari sub ratione offensæ: ergo, &c.

57 Dixi (Pœnitentiam, de qua loquimur) quia possunt esse materia Pœnitentiæ, prout est transcendens per alias virtutes, v. g. venialia contra justitiam possunt esse materia justitiæ, prout dolet de suis peccatis: nam ratio *sub qua* justitiæ est ratio injuriæ; hæc autem potest dari in furto veniali ratione advertentiæ ad ejus malitiam, licèt in eo non detur ratio offensæ contra Deum defectu advertentiæ ad illam: ergo, &c.

§. 4.

De imperfectionibus.

58 *Videtur, quòd imperfectiones, prout distinguuntur à culpa, non sint materia Pœnitentiæ.*
59 *Resolvitur tamen esse, quia sunt offensio, si non positiva, saltem negativa.*
60 *Et in hoc sensu potest Pœnitens petere à Deo veniam imperfectionum, & satisfacere pro illis.*
61 *Occurritur instantiæ inde renascenti.*

58 Quæri potest tertiò, Utrùm imperfectiones, prout distinguuntur à culpa, & non continent, nec peccatum veniale, sint materia Pœnitentiæ? Nomine imperfectionum intelliguntur omissiones actuum, qui poterant fieri cum maiori perfectione, non tamen fiunt; quæ quidem omissiones non sunt peccata, & consequenter nec materia Sacramenti Pœnitentiæ. Et videntur nec esse materia virtutis Pœnitentiæ. Probatur, quia non habent rationem offensæ: ergo, &c.

59 *Dicendum tamen* esse materiam virtutis Pœnitentiæ. Et probatur; quia, licèt non sint offensæ positivæ, sunt tamen offensæ negativæ, quatenus liberè desinūt mereri maiorem amicitiam Dei, qua quidem offensæ positivæ firmiùs, ac longiùs amoverentur.

60 Ex dictis *colliges primò*, quo sensu Pœnitens possit petere à Deo veniam suarum imperfectionum, non enim ideo illam petit, quia existimet Deum esse positivè offensum, sed quia existimat esse offensum negativè, hoc est, minùs longè ab offenso, idque imputabitur ad operantem. *Colliges secundò*, quo sensu Pœnitens possit satisfacere pro suis imperfectionibus, non enim satisfacit pro illis, quasi pro culpis positivis, sed quasi pro culpis negativis, quæ scilicet operantem liberè constituunt minùs longè à culpis positivis.

61 Sed objicies: Hoc modo etiam venialia, quæ non essent offensæ defectu advertētiæ ad prohibitionem Dei, forent materia Pœnitētiæ, licèt enim non essent offensæ positivæ, forent offensæ negativæ: superiùs autem diximus non esse materiam Pœnitentiæ. Respondetur superiorem doctrinam solùm procedere de venialibus, quæ nullo modo sunt offensæ, neque positivæ, neque negativæ defectu advertentiæ ad utrunque.

§. 5.

De peccato habituali, quoad maculam, & reatum pœnæ.

62 *Peccatum habituale est materia odii.*
63 *Sumptum quoad maculam videtur non esse materia retractationis.*
64 *Sed probabilius est esse.*
65 *Sumptum quoad reatum non est materia retractationis.*

62 Quæri potest quartò, Utrūm peccatum habituale sit materia Pœnitentiæ? Et non est dubium esse materiam alicujus actus Pœnitentiæ, si hæc sumatur in tota sua amplitudine; nam Pœnitentia habet varios actus, odii, detestationis, doloris, &c. Et certum est peccatum habituale quoad maculam esse materiam Pœnitentiæ sumptæ quoad actum odii.

63 Tota quæstio est, utrùm sit illius materia, quoad actum detestationis, seu retracta-

P. Lug. retractationis, quod idem est? Negat. *Lug. disp.* 3. *n.* 13. Probatur, quia nemo potest retractare, nisi suum proprium actum, at verò peccatum habituale quoad maculam non est actus proprius, sed consistit in dignitate odii Divini: ergo &c.

64 *Dicendum tamen* peccatum habituale quoad maculam esse materiam Pœnitentiæ quoad actum retractationis. Ita P. Suar. *Suar. disp.* 2. *sect.* 1. *n.* 1. Et probatur, quia retractatio cadit supra propriam voluntatem; at verò peccatum habituale, etiam quoad maculam, censetur propria voluntas, licèt enim physicè, ac formaliter talis non sit, pependit ex illa: illud autem, quod dependet à mea voluntate, censetur propria voluntas. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

65 Quid autem dicendum de peccato habituali quoad reatum pœnæ? Respōdetur, nullo modo esse materiam Pœnitētiæ. Probatur, quia reatus pœnæ non est offensa Dei, & hoc est clarum: nam remisso peccato quoad culpam, adhuc manet quoad pœnam: at verò illud solum est materia Pœnitentiæ, quod consideratur sub ratione offensæ: ergo, &c.

§. 6.

De peccato Originali.

66 *Peccatum originale est materia Pœnitentiæ, quoad actum odii.*
67 *Videtur esse materia retractationis.*
68 *Non tamen est.*
69 *Est materia nostræ liberæ satisfactionis, non necessariæ.*
70 *Cur peccatum habituale, non verò originale sit materia retractationis? & cur originale fuerit materia retractationis Adæ, non verò retractationis posterorum?*

66 Quæri potest quintò, utrùm peccatū originale sit materia Pœnitentiæ? Quæstio etiam procedit quoad actum retractationis, certum enim est peccatum originale esse materiam Pœnitentiæ quoad actus odii, & doloris. Esse similiter materiam Pœnitētiæ, quoad actum retractationis.

67 Probatur primò, quia eadē videtur ratio de peccato originali, ac de habituali, habituale verò est objectū retractationis, ut constat ex proximè dictis. Secūdò, quia fuit materia retractationis Adæ: ergo etiam retractionis ejus posterorum.

68 *Dicendum tamen* non esse materiam retractationis cum communi Theologorum apud *Suar.* Et probatur, quia retractatio non cadit, nisi in propriam voluntatem præteritam; retractare enim est velle se non fecisse: at peccatum originale nō est voluntas propria, neque enim talis est formaliter, neque pependit ex illa, sed fuit voluntas Adæ. P. Suar.

69 *Utrùm* verò peccatum originale sit materia nostræ satisfactionis? Respondetur cum *Suar. n.* 13. non esse materiam necessariam, nam peccatum originale, sicut unius Adæ voluntate commissum est, ita unius Christi Passione est deletum: esse tamen materiam possibilem, de quâ pleniùs infrà. P. Suar.

70 Ad primum respondetur esse diversam rationem de peccato habituali, ac de originali, nam habituale, licèt formaliter non sit propria voluntas, pependit ex illa; originale verò neque est propria voluntas, neque pependit ex illa. Ad secundum respondetur, peccatum originale esse propriam voluntatem Adæ, non nostram. Unde nil mirum, quòd fuerit materia retractationis illius, non verò nostræ.

§. 7.

De actu externo.

71 *Videtur actum externum non esse materiam Pœnitentiæ.*
72 *Concluditur tamen esse.*
73 *Solvitur fundamentum contrarium.*

71 Quæri potest sextò, utrùm actus externus sit materia Pœnitentiæ? Et pro parte negativa facit, quòd actus externus non addit supra internum distinctam malitiam, & rationem offensæ, ut communiter docent Theologi cum *D. Thoma.* 1. 2. *q.* 20. D. Thom.

72 *Sed dicendum* esse materiam Pœnitentiæ. Probatur, quia actus externus, prout moraliter formatur interno, induit malitiam, & rationem offensæ, illâq; inficitur: quæ autem ita se habent, pertinent ad materiam, & objectum Pœnitentiæ.

73 Neque obstat, quòd actus externus non addat supra internum offensam distinctam, satis enim est quòd habeat indistinctā; nam materia Pœnitētiæ nō constituitur per offensam distinctam, sed per offensam: parum refert, quòd sit distincta, vel

vel indistincta.

§. 8.

De actu materialiter malo.

74 *Videtur, quòd actus materialiter malus sit materia Pœnitentiæ.*
75 *Resolvitur non esse.*
76 *Diluitur fundamentum contrarium.*
77 *Cur actus materialiter malus possit esse materia aliarum virtutum, non tamen Pœnitentiæ?*

74 QUæri potest *septimò*, utrùm actus materialiter malus sit materia Pœnitentiæ? Et pro parte affirmativa facit primò, quod timens Deum etiam dolere solet de actibus primò primis, qui quidem defectu advertentiæ non sunt formaliter, sed materialiter mali. Secundò, quia aliæ virtutes etiam dolent de actibus materialiter malis, v. g. justitia dolet de damno, quod (licèt sine advertentia) intulit tamen. Item temperantia dolet de pollutione nocturna, & ebrietate inculpabili: ergo idem dicendum de Pœnitentia.

75 *Amplectenda* tamen resolutio negativa cum communi Theologorum. Et probatur, quia illud solû est materia Pœnitentiæ, quod habet rationem offensæ: at verò actus materialiter malus, qui fit sine advertentia, non habet rationem offensæ: ergo, &c.

76 Ad primum respondetur, aliud esse dolere de actibus primò primis ex virtute propriæ, ac specialis Pœnitentiæ, de qua loquimur, & hoc mod. nemo dolet de actibus primò primis; aliud ex virtute Pœnitentiæ, prout coincidit cum justitia, temperantia, &c. Et hoc modo dolere possumus de actibus primò primis.

77 Maior autem ratio, cur dolere possimus de actibus primò primis ex aliis virtutibus, non verò ex virtute Pœnitentiæ, meo est, quia, præcisâ advertentiâ, adhuc in actu materialiter malo manet ratio *sub qua* aliarum virtutum; v. g. in damno alteri illato (tametsi sine advertentia) manet inæqualitas, & læsio juris alieni, quæ est ratio *sub qua* justitiæ, & sic de cæteris. At verò in actu materialiter malo, sublatâ advertentiâ, non manet ratio offensæ, quæ sola est ratio *sub qua* Pœnitentiæ. Ex quo patet solutio ad secundum.

§. 9.

De peccato jam dimisso.

78 *Peccatum jam dimissum adhuc est materia doloris, & retractationis.*
79 *Item est materia satisfactionis, quandiu certò non cognoscatur dimissum. Sin autem certò cognoscatur dimissum, videtur non esse materia satisfactionis.*
80 *Dicendum tamen adhuc esse materiam satisfactionis.*
81 *Et tunc satisfactio habet pro objecto inæqualitatem, quæ fuit, præscindendo ab eo, quòd jam non est.*
82 *In quo differant ille, qui non peccavit, & ille, cui peccatum dimissum est?*

78 QUæri potest *octavò*, utrùm peccatum dimissum, sit materia Pœnitentiæ? Et imprimis non est dubium esse materiam odii, & doloris, imò & retractationis; nam retractare est velle se non fecisse, at pœnitens potest velle se non fecisse peccatum dimissum.

79 Tota dubitatio est, utrum sit materia satisfactionis? Et quidem, si remissio peccati ignoretur, vel certa non sit, clarum est posse pro illo fieri compensationem; sin autem remissio peccati alicui certa sit, videtur non posse satisfieri pro illo. Primò, quia ubi debitum non est, satisfactio esse non potest: hæc enim habet pro objecto inæqualitatem, inæqualitas autem supponit debitum. Secundò, quia ille, cui peccatum plenè dimissum est, proinde se habet, ac si non peccasset: qui autem non peccavit, incapax est satisfaciendi pro suo peccato.

80 *Adhuc tamen dicendum* cum communi, posse satisfieri pro peccato, quod certò cognosceretur esse dimissum. Probatur, quia de ratione satisfactionis est, quòd possit esse abundans, & superabundans. Et hoc ostenditur exemplis; primo satisfactionis Christi Domini pro peccato generis humani. Secundo Zacchæi, juxta illud *Si quenquam defraudavi, reddo quadruplum.* Tertiò, quia potest quis velle audire duo Sacra ex intentione satisfaciendi abundantiùs præcepto, &c. Et hujus ratio est, quia aliud est loqui de obligatione satisfactionis, aliud de ejus perfectione. Abundantia satisfactionis non est de obligatione virtutis, quæ satisfacit, est tamen de ejus perfectione.

81 Ad primum respondetur inæqualitatem,

litatem, quæ est objectum satisfactionis, considerari posse, aut ut factam sub existentia de præsenti, aut ut factam præscindendo ab existentia de præsenti. Et dicendum est satisfactionem obligantem habere pro objecto inæqualitatem primo modo, satisfactionem verò superabundantem habere pro objecto inæqualitatem secundo modo.

82 *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de illo, qui nunquam peccavit, ac de illo, cui peccatum dimissum est, nam primus non habet objectum satisfactionis nec obligantis, nec abundãtis: secundus habet objectum satisfactionis saltem abundantis.

§. 10.

De peccatis alienis.

83 *Proponitur prima sententia Turriani asserentis peccata aliena nõ esse materiam Pœnitentiæ sumptæ quoad actũ odii.*

84 *Refertur secunda sententia Patris Lugo existimantis virtutem Pœnitentiæ solùm concurrere ad inadæquatum odium peccati alieni, non verò ad odium adæquatum.*

85 *Tres rationes, quibus probari videtur virtutem Pœnitentiæ non concurrere ad adæquatum odium peccati alieni.*

86 *Concluditur tamen concurrere ad illud, seu (quod idem est) peccata aliena esse materiam Pœnitentiæ sumptæ quoad actum odii*

87 *Peccata propria sunt de objecto primario, peccata verò aliena sunt de objecto secundario.*

88 *Aliàs darentur duæ virtutes distinctæ; altera, qua odio heberemus peccata propria, altera, qua odio haberemus peccata aliena.*

89 *Quando Theologi dicunt Pœnitentiam esse de peccatis propriis, loquuntur de Pœnitentia quoad actum retractationis, non quoad actum odii.*

90 *Tunc solùm odium peccati alieni est actus Pœnitentiæ, quando procedit ex odio peccati proprii.*

91 *Hinc est, quòd in Deo odium peccati alieni non est Pœnitentia.*

92 *Et in Angelis odiũ luxuriæ, & ebrietatis alienæ non est castitas, aut abstinentia.*

83 Quæri potest ultimò, utrùm peccata aliena sint materia Pœnitentiæ? Et non est quæstio de Pœnitentia strictè sumpta quoad actum retractationis, hæc enim solùm cadit in actum proprium præteritum, ut constat ex dictis. Quæstio solùm procedit de Pœnitentia sumpta quoad actum odii. Partem negativam cum *Vasq. & Pezant.* defēdit *Turria. disp. 8. dub. 2. a. 6. alio modo* & P. Vasq. Pe ant. P. Turrian.

84 Illam saltem cũ aliqua limitatione amplectitur *Lugo disp. 3. n. 26.* ubi dicit Pœnitentiã solùm concurrere ad adæquatũ odium peccati proprii, non ad adæquatum odium peccati alieni; facit enim habitum Pœnitentiæ divisibilem, docetque concurrere ad duo, nimitũ ad odiũ peccati, & ad odiũ talis peccati, nimitũ proprii; & cùm odium peccati alieni etiam habeat duo, mimirum odium peccati, & odium talis peccati, nimirum alieni, bene sequitur Pœnitentiam concurrere ad primum, non ad secundum. Unde solùm concurrit ad odium peccati alieni partiale, non ad totale; ad hoc sumptum secundùm se totum concurrit alia virtus. P. Lug.

85 Et hoc porbatur primò, quia, si odium peccati alieni esset Pœnitentia, ejusque actus, daretur Pœnitentia de peccatis alienis, quod est contra communem Theologorum cum *D. Thom. in 4. dist. 17. q. 2. art. 2.* quatenus asserit Pœnitentiam debere esse de peccatis propriis. Secundò. quia sequeretur dari Pœnitentiam in Deo, quatenus odio habet nostra peccata. Tertiò. quia non est castitas amare bonum castitatis alienæ, vel odio habere ejus vitium contrarium: similiter non est abstinentia amare bonum abstinentiæ alienæ, vel odio habere ejus vitium contrarium; sin minùs Angeli dicerentur casti, & abstinentes, quatenus amant bonum nostræ castitatis, & abstinentiæ, & odio habent vitia contraria: ergo etiam non erit Pœnitentia amare bonum pacis alienæ, vel odio habere ejus peccata. D. Thom.

86 *Dicendum* tamen est peccata aliena esse materiam Pœnitentiæ quoad actum odii. Ita *Suar. citatus. n. 9. Conink disp. 1. dub. 3. Gran. tract. 2. disp. 2.* Et probatur, quia ad quamlibet virtutem spectat non solum objectum primarium, sed etiam secundarium, ut patet in charitate, ad quam spectat non solus Deus, qui est ejus objectum primarium, sed etiam proximus, qui est ejus objectum secundarium; item in Visione Beata, ad quam spectat non solus Deus, qui est ejus objectum primarium, sed etiam cre- P. Soar. P. Conink.

aturæ, quæ sunt de objecto secundario: atqui peccata aliena sub ratione offensæ sunt de objecto secundario Pœnitentiæ; & hoc

87 Probatur, quia objectum secundarium est illud, quod sequitur ex vi primarii virtutis Pœnitentiæ; at verò pecca aliena odio habentur ex vi objecti primarii virtutis Pœnitentiæ, cùm hujus objectum primarium constat in peccato sub ratione offensæ. peccatum autem sub ratione offensæ ex eo, quòd odio habeatur secundùm se, bene sequitur odio haberi, ubicunque sit, etiam in supposito alieno.

88 Et confirmatur; quia, si peccata aliena non spectarent ad Pœnitentiam, admittendæ essent duæ virtutes distinctæ, altera, qua odio haberemus propria peccata; altera, qua odio haberemus peccata aliena, hoc autem est falsum; *primò*, quia nulla est necessitas multiplicandi hujusmodi virtutes, cùm una, eademque sufficiat ad objectum primarium, & secundarium. *Secundò*, quia alioquin etiam admitteremus duas virtutes Theologicas spei; alteram, qua nobis, alteram, qua aliis speremus. Item duas virtues abstinentiæ, alteram, qua ejus bonum nobis volumus, alteram, qua illud volumus alii, & sic de cæteris virtutibus, quæ omnia sunt absurda: ergo, &c.

89 Neque obstant fundamenta adducta in contrarium. *Ad primum* respondetur Theologos cum D. Thoma, quatenus docent Pœnitentiam debere esse de peccatis propriis, loqui de Pœnitentia strictè sumpta, quoad actum retractationis, quo pacto non potest cadere in peccata aliena. Non loquuntur de Pœnitentia in tota sua latitudine, quoad actum odii, quo pacto etiam potest cadere in peccata aliena.

90 *Ad secundùm*, nego sequi ex nostra doctrina dari Pœnitentiam in Deo. Ad cujus evidentiam notandum est, objectum voluntatis concupiscentiæ, cujusmodi est actus Pœnitentiæ (consistit enin in amore pacis Pœnitentis cum Deo, hic autem amor est concupiscentiæ, utpote qui respectivus ad ipsum Pœnitentem, cui bonum pacis cum Deo, bonum est) Notandũ, inquam, objectum voluntatis concupiscentiæ integrari non solùm ex respectu ad finem *cujus*, sed etiam ex respectu ad finem *cui*.

91 Hic autem duplex est, alter primarius, qui constiuit objectum primarium, & hic est ad propriam personam; non enim censetur pœnitens, sicut neque castus, humilis, & abstinens, nisi ille, qui sibi amat bonum Pœnitentiæ, castitatis, humilitatis, & abstinentiæ, aliàs Deus diceretur pœnitens, castus, humilis, & abstinens, quia amat hujusmodi virtutum bona secundùm se, imò & hobis. Alter est secundarius, qui costituit objectum secndarium, & hic est ad personas alienas, & in hoc diligenter advertendum est non spectare ad virtutem Pœnitentiæ, nisi ex vi objecti primarii; quod explicatur exemplo charitatis, & Visionis Beatæ, ad quam non spectant creaturæ, quæ sunt objectum secundarium, nisi ex vi essentiæ Divinæ, quæ est objectum primarium. His ita explicatis, in ordine ad argumentum: evidenter conculditur, in Deo odium peccati alieni, quod est objectum secundarium Pœnitentiæ, non spectare ad ipsam Pœnitentiam, quia non procedit ex vi odii peccati proprii, quod est objectum primarium.

92 *Ad tertium* respondetur, etiam: ad castitatem spectare cõplacere in bono castitatis alienæ, & odio habere ejus vitium contrariũ: similiter ad abstinentiam complacere in bono abstinentiæ alienæ, & odio habere ejus vitium contrarium; castus enim, & abstinens amat bonum castitatis, & abstinentiæ, non solùm sibi, sed etiam secundùm se, hoc enim includitur in illo: unde illud amet, ubicunque sit, necesse est. Non tamen inde sequitur Angelos dici castos, & abstinentes; quia bonum castitatis, & abstinentiæ alterius solùm spectat ad objectum secundarium castitatis, & abstinentiæ: hujusmodi autem objectum secundarium solùm spectat ad castitatem, & abstinentiam ex vi objecti primarii, quod non datur in Angelis, ut constat ex dictis *ad secundum*.

SECTIO IV.

De actibus virtutis Pœnitentiæ.

93 *Non est sermo de actibus imperatis, sed de elicitis; & hi, alii sunt prosecutionis, & alii fugæ.*

93 ON est hìc sermo de actibus imperatis, ii enim sunt omnes illi, quos Pœni-

Pœnitentia imperat, & eligit ut media ad destructionem offensæ,& ad conservationem pacis ipsius Pœnitentis cum Deo: solùm loquimur de actibus virtutis Pœnitentiæ elicitis: sunt autem hi in duplici differentia, alii enim dicuntur actus prosecutionis,qui scilicet versantur circa bonum; & alii dicuntur actus fugæ, qui nimirum versantur circa malum.

§. 1.

De actibus prosecutionis.

94 *Numerantur sex actus prosecutionis.*
95 *Explicantur in particulari.*
96 *Videtur, quòd gaudium non sit actus Pœnitentiæ.*
97 *Concluditur tamen esse.*
98 *Solvuntur argumenta contraria.*

94 PRima difficultas est Qui, & quot sint actus prosecutionis virtutis Pœnitentiæ; Et communiter dici solet Pœnitentiam habere illos sex actus, qui ab aliis virtutibus eliciuntur. Primus dicitur amor simplex, seu complacentia inefficax. Secundus, amor efficax. Tertius desiderium. Quartus intencio. Quintus electio mediorum. Sextus gaudium. Cùm igitur bonum, circa quod Pœnitentia versatur, sit quædam veluti pax cum Deo, ut constat ex dictis. *n.* 36. primus actus Pœnitentiæ erit simplex amor, & complacentia in illa. Secundus, amor efficax. Tertius, desiderium. Quartus intentio ipsius pacis per modum finis. Quintus electio mediorum ad illam consequendam. Sextus guadium de tanto bono possesso.

95 Quæ ut clariùs percipiantur, explicandum breviter est, quid veniat nomine horum actuum. Amor ergo simplex, seu complacentia inefficax, est quædam boni volitio, non absoluta, sed conditionata, qua illud volumus, si in eo nullum sit inconveniens maioris momenti, quod utrùm sit, necne, adhuc pro eo signo non apparet. In sequenti signo, viso jam nullo inconvenienti, elicimus amorem efficacem, quo prædictum bonum volumus absolutè; & quia adhuc apprehenditur. ut absens,oritur tertio loco desiderium illius. Mox subsequitur intentio; ex qua quinto loco suboritur electio mediorum: sexto, præsenti, & posito jam bono, datur gaudium de illo, quod in eo differt à delectatione, quòd hæc etiam in brutis, & in appetitu sensitivo reperitur: gaudium verò non nisi rationem, & cognitionē intellectûs subsequitur.

96 *Dubitari solùm potest* de guadio, utrùm sit actus Pœnitentiæ? Videtur enim non esse; *primò*, quia *D. Thom. q* 85 *art.* 2. *ad primum*, gaudium de bonis operibus tribuit charitati. *Secundò*, quia gaudium videtur pugnare cum dolore, & illum excludere; Pœnitentia autem est dolor. *D.Thom.*

97 *Nihilominus* persistendum in cōmuni doctrina. Omnis enim virtus potest gaudere de possessione sui boni, circa quod versatur, Pœnitentia autem potest possidere suum bonum; nimirum destructionem offensæ, & pacem cum Deo: ergo, &c.

98 *Ad primum* respondetur aliud esse gaudere de bonis operibus, prout referuntur in Deum, ut amicum, & sic spectat ad charitatem: aliud guadere de bonis operibus, prout referuntur in Deum, ut non offensum, & rationabiliter non aversum, & sic spectat ad Pœnitentiam.

Ad secundum respondetur primò gaudium solùm pugnare cum dolore simul, non successivè: potest ergo Pœnitentia priùs dodere de peccato, postea guadere de destructione illius. Respondetur secundò gaudium, & dolorem solùm pugnare respectu ejusdem, non verò respectu diversorum.

§. 2.

De actibus fugæ.

99 *Numerantur quinque actus fugæ.*

99 PRima difficultas: Qui, & quot sint actus fugæ virtutis Pœnitentiæ? Et communiter etiam dici solet Pœnitentiam habere illos quinque actus, qui abaliis virtutibus circa malum suo bono contrarium eliciuntur. Primus dicitur odium simplex, seu displicentia inefficax. Secundus odium afficax. Tertius detestatio. Quartus dolor. Quintus propositum vitandi ipsum malum in futurum. Cùm igitur malum, circa quod versatur Pœnitentia, sit peccatum, prout est offensa Dei, primus actus Pœnitentiæ circa illud erit simplex odium, & displicentia inefficex. Secundus odium efficax. Tertius detestatio, quæ in eo differt ab odio, quòd odium respicit malum secundùm

dùm se, prout abstrahit à præsenti, præterito, vel futuro, & detestatio respicit malum apprehensum ut præsens, vel præteritum. Quartus est dolor, qui nascitur à detestatione, & ab ea differt primò, quia sunt separabiles? nam in Beatis datur detestatio peccati, non tamen dolor. Secundò differunt tamquam causa, & effectus, nam dolor causatur à detestatione, & ab ea suboritur. Tertiò, quia dolor pungit, estque cum animi inquietudine, & pœnâ: detestatio verò non ita. Quintus actus est propositum vitandi de cætero offensam Dei.

§. 3.

In quo actu consistat propriè Pœnitentia?

100 *Aliqui existimant Pœnitentiam desumere denominationem à detestatione.*
101 *Alii à dolore.*
102 *Dicendum tamen denominari ab utroque, sed principaliùs à dolore.*
103 *Quo sensu detestatio sit actus efficax, & absolutus, & quo actus inefficax, & conditionatus?*
104 *Quo sensu D. Thomas asserat detestationem esse actum elicitum charitatis?*

100 Quæres, in quonam prædictorum actum consistat Pœnitentia, juxta vocis proprietatem, & denominationem? licèt enim omnes hi actus Pœnitentiæ sint; aliquis tamen illorum est, à quo illa præcipuè denominatur, & dicitur Pœnitentia. Plures cum *Suar. disp. 3. sect. 2. n. 8. Gran. tract. 2. disp. 4. Tanner. q. 2. n. 3.* & aliis, opinantur Pœnitentiam denominari à detestatione, in eaque propriè consistere: est enim Pœnitentia, prout ejus vox sonat, facti retractatio, at verò facti retractatio idem est, atque detestatio. P.Suar. P.Gran. P.Taner.

101 Alii è contra cum *Præposito q. 85. art. 3. dub. 2.* contendunt Pœnitentiam denominari à dolore, in eoque collocari. Probatur primò ex *Cap. Ecce, de Pœnitentia dist. 7.* ubi Pœnitentia dicitur *planctus, dolor, contritio, &c.* Secundò ex *Concil. Florent. in decreto Eugenii, §. Quartum Sacramentum*, ubi dicitur contritionem esse dolorem de peccato commisso. Tertiò, quia Pœnitentia concipitur per modum fugæ, & cruciatûs animi, quod convenit dolori. P.Præpos. Cap. Ecce. C.Florent.

102 *Nihilominus* rectiùs dicendum videtur Pœnitentiam, juxta vocis significationem, denominari ab utroque, à detestatione scilicet, & dolore, & in utroque consistere. Probatur primò ex *Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. de contritione*, ibi: *Contritio animi dolor, ac detestatio est, &c.* Secundò, quia Pœnitentia non denominatur à sola detestatione, sin minùs daretur in Beatis, in quibus reperitur detestatio sine dolore. Non item denominatur à solo dolore, hic enim necessariò sequitur, supposita detestatione; Pœnitentia autem est liberа: ergo, cùm neuter actus se solo sufficiat, dicendum est utrumque requiri. Uter verò principaliùs devolvatur? Existimo principaliùs devolvi dolorem, tum quia iste modus dicendi videtur conformior *Concil. Trid.*, ut patet ex ejus verbis loco citatio: item *Concilio Florent.* necnon *Cap. Ecce*, suprà relatis; tum quia Pœnitentia principaliùs exprimit pœnam, seu dolorem. *Ad fundamenta* primæ, & secundæ opinionis contrariæ dicendum est, primam solùm probare Pœnitentam consistere in detestatione; & secunda, in dolore inadæquatè. C.Trid.

103 Objicies tamen primò contra detestationem: videtur enim nullo modo in ea posse consistere proprius actus Pœnitentiæ, nam actus Pœnitentiæ est absolutus, & efficax; avertit enim hominem, re ipsa à peccato, illudque expellit: at verò detestatio non est actus absolutus, & efficax. Probo hoc, quia detestari peccatum est velle illud non fuisse; hoc autem est impossibile, impossibile enim est præteritum non præteriisse: & de objecto impossibili non potest dari actus absolutus, & efficax, sed solùm conditionatus, & inefficax. Respondetur detestationem posse comparari ad peccatum dupliciter; primò volendo, quantum est ex se, illud non fuisse, & sic est inefficax, & conditionata, utpote quæ de objecto impossibili. Secundò tollendo ejus præsentiam moralem, item ejus maculam, & reatum pœnæ, & sic est absoluta, & efficax.

104 Objicies secundò: Detestatio peccati non est actus elicitus à virtute Pœnitentiæ, sed à virtute charitatis, ut docet *D. Thom. q. 85. art. 2. Ad secundum*: at verò nostra quæstio procedit de actu elicito virtutis Pœnitentiæ, in quo ipsa propriè consistat? Respondetur detestationem peccati sumpti, prout est malum Dei, esse actum elicitum charitatis, sumpti D.Thom.

pti verò, prout est offensa, esse actum elicitum Pœnitentiæ. *D. Thom.* loco citato accipit detestationem primo modo, quia loquitur de illa, quæ ad iustificationem requiritur, & hanc dicit esse actum elicitum charitatis, de quo nos disp. sequenti.

SECTIO V.

De subjecto virtutis Pœnitentiæ.

105 *Pœnitentia subjectatur immediatè in voluntate.*

105 QUÆSTIO potest primò procedere de subjecto proximo; & dicendum est cum communi Theologorum Pœnitentiam proximè, & immediatè subjectari in voluntate. Probatur primò ex *Conc. Trid. sess. 6. cap. 6.* ubi dicitur Pœnitentem moveri adversus peccata per odium, & detestationem: hæc autem sunt actus voluntatis. Secundò, quia (ut constat ex præcedenti Sect.) actus Pœnitentiæ versantur aut circa bonum, si prosecutionis sint, aut circa malum, si sint fugæ: actus verò, qui versantur circa bonum & malum, sunt actus voluntatis. Tertiò, quia contraria habent se respectu ejusdem subjecti, & Pœnitentia est contraria peccato, hoc autem habet pro subjecto voluntatem: ergo, &c. Potest secundò procedere quæstio de subjecto remoto, & ultimato; & de hoc in sequentibus difficultatibus. C. Trid.

§. 1.

Utrùm detur in Angelis?

106 *Plures existimant Angelis in statu Viæ non fuisse infusam virtutem Pœnitentiæ.*

107 *Sed contrarium est probabilius.*

108 *Neque obstat, quòd apprehendant immobiliter.*

109 *Potuerunt peccare venialiter, & illos potuit talis peccati pœnitere.*

110 *Item potuit illos peccati mortalis pœnitere, & ad id eis data sunt auxilia sufficientia.*

111 *Modò in Cœlo solùm habent virtutem Pœnitentiæ quoad entitatem non quoad denominationem.*

112 *Impossibilitas habitûs non desumitur ab impossibilitate actûs sumpta per accidens, & respectivè ad hanc, vel ad illam circumstantiam, sed ab impossibilitate sumpta per se, & absolutè.*

113 *Habitus Pœnitentiæ in Angelis non est otiosus, licèt enim illo non possint uti quoad actum principalem, possunt quoad minùs principales, & secundarios.*

114 *Solvuntur argumenta adducta n. 106.*

115 *Angeli non habent inflexibilitatem physicam, sed moralem. & hæc non tollit libertatem ad pœnitendum.*

116 *Sancti Patres in contrarium allegati non loquuntur de impotentia physica, sed morali.*

117 *Item loquuntur de Angelis, aut damnatis, aut Beatis; & de his quoad actum retractationis, non quoad actus minùs principales.*

106 PRima difficultas est, utrùm virtus Pœnitentiæ fuerit in Angelis? Et non procedit de Angelis Beatis, de his enim est eadem ferè ratio, ac de aliis Beatis, de quibus statim: non item procedit de Angelis damnatis, nam hi ratione status sunt incapaces omnis virtutis. Solùm ergo procedit de Angelis in statu Viæ: & sic non fuisse in illis virtutem Pœnitentiæ opinatur *Tanner. disp. 4. q. 2. dub. 4. Turrian. disp. 8. dub. 2. Valentia disp. 2. punct. 3. Granad.* & alii. Probatur primò, quia Angeli non possunt retractare suam voluntatem, apprehendunt enim immobiliter, suntque naturæ inflexibilis. Secundò ex variis Sanctorum Patrum testimoniis apud *Suar. ubi infrà*, quatenus asserunt peccatum Angelorum esse irremissibile. Tertiò ex aliis authoritatibus Sanctorum, quatenùs dicunt Angelos esse incapaces Pœnitentiæ: ergo, &c. P. Tanner. P. Turrian. P. Valent. P. Granad.

107 *Nihilominùs* probabiliùs dicendum videtur Angelos esse capaces retractationis suorum actuum, ac proinde fuisse in illis virtutem Pœnitentiæ. Ita *Suar. de Angelis lib. 8. cap. 1. n. 25. & 26. Vasq. de Pœnitentia q. 85. art. 4. dub. 2. Hurt. disp. 1. difficult. 8. Alarcon de Ang. disp. 9. cap. 5.* Probatur primò, quia in Angelis non datur inflexibilitas physica: possunt ergo suos actus per Pœnitentiam retractare; quæ potentia, cùm sit supernaturalis, utpote quæ in ordine ad retractationem supernaturalem, non sit alia, quàm P. Suar. P. Vasq. P. Hurt. P. Alarc.

quàm virtus Pœnitentiæ, necesse est. Antecedens ostenditur ab *Scoto in 2. dist. 7. q. unica, D. Bonav. Durãd. Gabri* & aliis, quos sequuntur *Molin. & Valentia in art. 2. q. 64. Vasq. disp. 239. cap. 3. & 4. Arrubal. disp. 180. cap. 2. Suar. lib. 3. cap. 10. in materia de Angel. Becan. tract. 3. cap. 6. q. 12. Turrian. disp. 64. dub. 1. Alarcon. tract. 6. de Angelis disp. 5. cap. 4. n. 3.* Et probatur, quia actus Angeli, sicut liberè elicitur, ita liberè continuatur; nam sicut ad e us primam productionem nulla concurrit causa necessitans, ita nulla assignabitur, quæ concurrat ad e us continuationẽ: posset ergo Angelus desistere tali actu, illumque retractare.

Scot. D. Bonav. Durand. Gabriel. P. Molin. P. Valent. P. Vasq. P. Arrub. P. Suar. P. Becan. P. Alarc. P. Turrian

108 *Dices* non posse, ex eo, quòd apprehendat immobiliter. Sed contra primò, quia solùm apprehendit immobiliter circa naturalia evidentia, objectum verò Pœnitentiæ est supernaturale. Secũdò, quia hujusmodi immobilitas, sicut non tollit libertatem actus quoad primam productionem, ita neque eam tollit quoad continuationem: potest ergo Angelus ab illo desistere. Tertiò, quia hujusmodi apprehensio, licèt immobilis, proponit objectum libertati accommodatum, hoc est, cum indifferentia in utranque partem contrarietatis, & contradictionis; quod stare potest cum eo, quòd Angelus eliciat, vel non eliciat talem actum, vel eliciat oppositum: & idem dicendum de continuatione: ergo, &c.

109 Secundò probari potest nostra resolutio; quia Angeli, licèt de facto non peccaverint, potuerunt tamen peccare, venialiter tantùm, ut contra aliquos Thomistas cum communi aliorum Theologorum docet *Suar. de Angel. lib. 1. cap. 8.* Et ratio uno verbo est, quia sicut fuerunt liberi in materia gravi, ita fuerunt liberi in materia levi: ergo sicut potuerunt peccare mortaliter, ita potuerunt peccare venialiter, quo in eventu poterat illos talis peccati venialis pœnitere; sin minùs deputandum esset illis Purgatorium, in quo possent pro venialibus satisfacere, quod est novum, & inauditum in Theologia.

P. Suar.

110 Tertiò probatur, quia post peccatum commissum in statu Viæ Deus non denegavit Angelis auxilia sufficientia ad Pœnitentiam, ut latè probat *Suar. citatus lib. 8. & Alarcon citatus cap. 5.* ergo erant capaces Pœnitentiæ, aliàs non eis darentur auxilia ad illam; quo posito, dicendum est Pœnitentiam illis fuisse infusam, eadem enim de illa est ratio, ac de aliis virtutibus infusis; nam sicut illis fuerunt infusæ aliæ virtutes, quarum actus nunquam exercuerunt, ex eo scilicet, quòd illos poterant exercere, ut patet in malis Angelis, ita illis debuit infundi Pœnitentia, quia poterat exercere ejus actus, licèt illos nunquam exercuerint.

P. Suar. P. Alarc.

111 *Quæres*, utrùm Angeli in cælo habeant modò virtutem Pœnitentiæ? Pro parte affirmativa facit, quòd in cælo habent modò eundem numero habitum, quem habebant in Via; at hic in Via erat Pœnitentiæ. Respondetur tamen cum distinctione; aut enim loquimur de virtute Pœnitentiæ quoad entitatem, & sic eam habent Angeli in cælo, ut probat ratio facta; aut de virtute Pœnitentiæ quoad denominationem, & sic eam non habent Angeli in cœlo, ut docet *D. Thom. in 4. dist. 14. q. 1. art. 3.* Et probatur, quia Pœnitentia denominatur à retractatione peccati: Angeli verò in cælo, supposito, quòd non peccaverint, non retractant suum peccatum.

D. Thom.

112 Objicies primò: Sublata possibilitate actus, debet tolli & habitus non solũ quoad denominationem, sed etiam quoad entitatem; nam habitus dicit respectum essentialem ad actum. Respondetur, duobus modis posse tolli possibilitatẽ actus, primò per se, & absolutè; & in hoc sensu, sublata possibilitate actus, tollitur & habitus. Secundò per accidens respectivè ad hanc, vel ad illam circunstantiam; & in hoc sensu, sublata possibilitate actus, non tollitur & habitus, hic enim non dicit respectum essentialem ad actum in hac circunstantia, sed ad illum sumptum absolutè, & secundùm se.

113 Objicies secundò: Habitus Pœnitentiæ in Angelis est otiosus, supposito enim, quòd non peccaverint, non possunt exercere actum Pœnitentiæ: ergo non datur, etiam quoad entitatem. Respondetur negando esse otiosum, licèt enim non possint exercere actum Pœnitentiæ circa proprium peccatum, possunt illum exercere circa alienum.

114 *Ad primum fundamentum opinionis contrariæ*, Respondetur naturam Angelorum non esse inflexibilem physicè, ut suprà probatum est, sed ad summum moraliter, idque aliquando; maximè quando peccant mortaliter ratione obcæcationis, & obdurationis, quæ Angelo provenit, eique magis, quàm homini, ex eo, quòd

quòd sit nobilissima creatura, quæ minimè peccare debuit, utpote maiori scientia, & perfectissimo lumine illustrata; & tamen peccavit.

115 Verùm hæc obcæcatio, & obduratio non inducit inflexibilitatem, & necessitatem physicam, sed tantùm moralem, ut patet in hominibus, qui in suis peccatis obcæcantur, & obdurantur.

116 *Ad secundum* dicendum est testimonia Patrum, quatenus asserunt peccatum Angelorum fuisse irremissibile, debere intelligi de impotentia morali, quæ stare potest cum habitu, seu potentia physica.

117 *Ad tertium* respondetur Sanctos Patres, quatenus dicunt Angelos esse incapaces Pœnitentiæ, loqui, aut de incapacitate morali, non physica, aut de Angelis Beatis, & de his in ordine ad Pœnitentiam actualem circa proprium peccatum; cùm enim nunquam peccaverint, clarum est non posse retractare sua peccata.

§. 2.

Utrùm fuerit in Adamo pro statu Innocentiæ?

118 *Videtur quòd Adamo in statu Innocentiæ non fuerit infusa virtus Pœnitentiæ.*

119 *Sed probabilius est oppositum.*

118 SEcunda *difficultas*, Utrùm virtus Pœnitentiæ fuerit in Adamo ante peccatum? Et non fuisse defendunt communiter Theologi, quibus conveniunt *Vasq. citat. art. 4. in fine, & Turrian.* ubi suprà. Probatur, quia virtus Pœnitentiæ nullum potuit habere actum pro statu Innocentiæ, nam actus Pœnitentiæ supponit peccatum, quod repugnat cum illo statu. Quòd si dicas actum Pœnitentiæ posse esse de peccato veniali, quod stare poterat cum statu Innocentiæ. Respondent primùm peccatum primi hominis secundùm communem legē futurum fuisse mortale.

P. Vasq. P. Turrian

119 *Nihilominus* dicendum in Adamo pro statu Innocentiæ fuisse virtutem Pœnitentiæ. Ita *Suar. Valentia*, & alii omnes, quos subjiciam *n.* 125. Probatur primò, quia eadem videtur ratio de virtute Pœnitentiæ, ac de aliis virtutibus infusis, parum enim refert, quòd non potuerit elici actus Pœnitentiæ pro illo statu, satis est, quòd absolutè pro aliquo statu fuerit possibilis. Quod probari potest primò exemplo ejusdem Adæ dormientis, qui prout sic, habebat omnes habitus aliarum virtutum, & tamen prout sic, non poterat elicere eorum actus, sed poterat absolutè. *Secundò* exemplo potentiæ Universalis ad essendum, quæ in illo datur pro statu abstractionis, & tamen non potest pro illo exercere suum actum, sed absolutè in alio statu, nimirum contractionis. Ex quo patet solutio ad fundamentū opinionis contrariæ.

P. Suar. P. Valent.

§. 3.

Utrùm detur in Beatis?

120 *Videtur, quòd in Beatis non sit virtus Pœnitentiæ, sicut nō est fides nec spes.*

121 *Sed probabilius est oppositum.*

122 *Habitus fidei superfluus est in Patria, non ita habitus Pœnitentiæ.*

123 *Habitus spei non manet in Patria, saltem quoad denominationem, quia non potest elicere actum principalem: at habitus Pœnitentiæ in Patria potest elicere suum actum principalem, nempe retractationem.*

120 TErtia *difficultas*, Utrùm virtus Pœnitentiæ reperiatur in Beatis? Et pro parte negativa facit *primò*, quòd in illis non datur habitus fidei. *Secundò*, quia non dabitur habitus spei, ex eo, quòd hi habitus repugnāt eorum statui; & non videtur minùs repugnare habitus Pœnitentiæ: ergo, &c.

121 *Nihilominus* tenenda est pars affirmativa cum Doctoribus, quos infrà *n.* 125. allego. Probatur, quia in Beatis admittuntur virtutes supernaturales, & habitus eorum actuum, quos possunt elicere in Patria: possunt autem elicere actus Pœnitentiæ, odii scilicet & retractationis peccati cōmissi, prout est offensa Dei.

122 *Ad primum* respondetur esse diversam rationem de virtute, seu habitu fidei, ac de virtute, seu habitu Pœnitentiæ; nam in Patria superfluus omnino est habitus fidei: aut enim potest Beatus considerari in ordine ad ea, quæ videt in Verbo, & ad hæc sufficit Visio Beata; aut in ordine ad ea, quæ videt extra Verbum, & ad hæc datur scientia per se infusa: at verò habitus, & virtus Pœnitentiæ in Patria necessariò est admittenda ratione actuum

actuum ipsius Pœnitentiæ eliciendorum.

123 *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de virtute, & habitu spei, nam hæc non potest elicere saltem suum actum principalem, ac primarium, qui versatur circa beatitudinem propriam, à quo ipsa denominatur; unde clarum est non posse manere sub denominatione spei. At verò virtus Pœnitentiæ in Beatis potest elicere suum primarium actum, saltem partialem, nimirum retractationem. Dixi (partialem) quia totalis integratur etiam ex dolore, ut constat ex dictis *n.* 102.

§. 7.

Utrùm fuerit in Beata Virgine?

124 *Plures existimant in Beata Virgine nō fuisse virtutem Pœnitentiæ.*
125 *At probabilius est fuisse.*
126 *Solùm quoad entitatem, non quoad denominationem.*
127 *Solvuntur fundamenta contrariæ opinionis.*

124 QUarta *difficultas*, Utrùm virtus Pœnitentiæ fuerit in Beata Virgine? Negant *Vasq.* & alii, quos citat, dicitque probabiliter loquutos *Turrian. disp.* 8. *dub.* 2. Et probatur, quia Pœnitentia est de aliquo proprio peccato; at Beata Virgo nullum habuit, nec habere potuit; fuit enim extrinsecè impeccabilis.

P. Vasq. P. Turrian.

125 *Nihilominus* tenenda resolutio affirmativa cum *Suar. disp.* 7. *sect.* 1. *n.* 10. *Prepos. q.* 85. *art.* 4. *dub.* 1. *Valent. q.* 2. *punct.* 3. *Tanner. disp.* 6. *dub.* 4. *Hurt. disp.* 1. *difficult.* 8. *Lugo disp.* 6. *n.* 11. *Granad. disp.* 7. *n.* 4. *Coninck. disp.* 5. *dub.* 3. Ad cujus explicationem dicendum est posse nos loqui, aut de Pœnitentia in ordine ad actus minùs proprios, nimirum circa peccata aliena, & sic non est dubium fuisse in Beata Virgine virtutem Pœnitentiæ; potuit enim dolere de peccatis alienis, & illa odio habere, prout sunt offensæ Dei. Aut possumus loqui de Pœnitentia in ordine ad actum retractationis circa proprium peccatum, & sic adhuc dicendum est fuisse in Beata Virgine virtutem Pœnitentiæ; nam absolutè in illa fuit possibilis iste actus retractationis circa propriū peccatum: Virgo enim Sanctissima non fuit per se intrinsecè, sed solùm per accidens, & extrinsecè impeccabilis ratione privilegii, seu manutenentiæ divinæ: ad hoc autem, ut in Beata Virgine admittatur virtus Pœnitentiæ, satis est, quòd absolutè sit possibilis proprius actus, licèt alioquin respectivè ad aliquam circunstantiā, & per accidens impediatur.

P. Suar. P. Prepos. P. Valent. P. Tanner. P. Hurt. P. Lug. P. Granad. P. Coninck.

126 *Utrùm verò* in Beata Virgine admittenda sit virtus Pœnitentiæ, etiam quoad denominationem, an solùm quoad entitatem? Respondetur debere admitti solùm quoad entitatem, non quoad denominationem defectu possibilitatis, in his circunstantiis, proprii actus, à quo virtus Pœnitentiæ desumit suam denominationem.

127 *Ad fundamentum opinionis contrariæ*, Respondetur imprimis Pœnitentiam quoad actus saltem minùs proprios etiam esse circa peccata aliena. Deinde dicendum est Beatam Virginem non fuisse per se, & absolutè impeccabilem, sed solùm per accidens respectivè ad manutenētiam divinam.

§. 8.

Utrùm fuerit in Christo Domino?

128 *Plures opinantur virtutem Pœnitentiæ non fuisse Christo D. infusam.*
129 *Sed probabilius est fuisse.*
130 *Solùm quoad entitatem, non quoad denominationem.*
131 *Satisfit fundamento opinionis contrariæ.*

128 QUinta *difficultas*, Utrùm virtus Pœnitentiæ fuerit in Christo Domino? Negat cum pluribus *Valentia, Vasq. Turrian. Hurt.* ubi suprà. Eorum fundamentum est, quia in Christo Domino non fuit possibile peccatum proprium, idque absolutè, per se, & ab intrinseco: aliena verò non sufficiunt ad Pœnitentiam; sin minùs hæc admitteretur in Deo.

P. Valent. P. Vasq. P. Turrian. P. Hurt.

129 *Nihilominus* probabilior videtur resolutio affirmativa, quam tenet *Suar. Coninck, & Lug. ubi suprà n.* 125. Probatur, quia possumus loqui de Pœnitentia, aut in ordine ad actus minùs proprios circa peccata aliena; & sic dicendum est dari in Christo Domino, quia potuit dolere de peccatis nostris, & illa odio habuit: aut in ordine ad retractationem circa proprium peccatum; & sic adhuc dicendum est fuisse in Christo Domino virtutem

P. Suar. P. Coninck. P. Lug.

Pœni-

Pœnitentiæ, nam absolutè in illo fuit possibilis iste actus retractationis circa peccatum commissum à sua humanitate, antequam assumeretur; licèt enim humanitas Christi Domini, postquam assumpta est, non potuerit peccare, absolutè antequam assumeretur, potuit peccare; potuit enim Verbum Divinum assumere naturam jam plures per annos existentem, lapsam, & peccato infectam, ut communiter dicunt Theologi in *Materia de Incarnat.* & in eo eventu ille homo Deus poterat retractare peccatum commissum à sua humanitate, antequam assumeretur: ad hoc autem, ut in Christo Domino admittatur virtus Pœnitentiæ, satis est quòd absolutè sit possibilis proprius actus, licèt alioquin respectivè ad aliquam circumstantiam impediatur.

130 Utrùm verò in Christo Domino admittenda sit virtus Pœnitentiæ, solùm quoad substantiam, an etiam quoad denominationem? Respondetur non debere admitti, nisi solùm quoad substantiam; quo pacto intelligendus est *D. Thom. in 4. dist. 14. q. 1. art. 3.* idque defectu possibilitatis in hac circunstantia proprii actûs, à quo Pœnitentia denominatur. *D.Thom.*

131 *Ad fundamentum opinionis contrariæ*, Respondetur in Christo Domino non fuisse possibile peccatū proprium cōmissum à sua humanitate, postquam assumpta est; fuisse tamen possibile peccatum commissum ab illa, antequam assumeretur, ut constat ex dictis.

SECTIO IV.

De habitu virtutis Pœnitentiæ, ejusque perfectione.

132 *Videtur habitum virtutis Pœnitentiæ esse naturalem.*

133 *Resolvitur tamen esse supernaturalem, & per se infusum.*

134 *Diluuntur argumenta contraria.*

132 RIMA difficultas, utrùm habitus Pœnitentiæ sit supernaturalis? Esse naturalem existimant *Durand. Scot. Gabriel. & Cajet. apud Suar.* ubi infrà. *Primò*, quia habitus Pœnitentiæ est virtus quædam moralis, ut ex inferiùs dicendis constabit; at omnis virtus moralis est naturalis. *Secundò*, si Pœnitentia foret supernaturalis, esset per se sufficiens dispositio ad gratiam; non autem talis est per se, sed solùm si fiat, sicut oportet, ut docet *Trid. sess. 6. cap. 6. & can. 3.* hoc est, si fiat ex peculiari inspiratione Spiritûs Sancti, à qua actus Pœnitentiæ solùm accipit, quòd sit supernaturalis quoad modum; actus verò solùm supernaturalis quoad modum provenit ab habitu in entitate naturali. *Tertiò*, quia objectum formale motivum virtutis Pœnitentiæ est naturale, nimirum ratio offensæ contra Deum. *Probo hoc*, quia naturali lumine cognoscitur; sic autem specificat, sicut cognoscitur. *Quartò*, quia aliàs posset quis esse certus de sua Pœnitentia supernaturali, quia potest esse certus se detestari suum peccatum, prout est offensa Dei.

Durand. Scot. Gabriel. Cajet. P. Suar. *Trid.*

133 *Nihilominus* dicendum habitum Pœnitentiæ esse supernaturalem. Ita communiter Theologi, quos latè citant, & sequuntur *Bellarm. de Pœnit. cap. 3. Suar. disp. 7. sect. 1. Vasq. art. 5. dub. 2. Valent. q. 2. punct. 3. Gran. tract. 2. disp. 2. Tanner. q. 2. dub. 1. Hurt. disp. 1. diff. 5. Turrian. disp. 7. dub. 2.* Fundamentum uno verbo est, quia objectum formale motivum Pœnitentiæ est supernaturale, nimirum ratio offensæ contra Deum, prout est bonum supernaturale: supernaturalitas autem habituum desumitur ex objecto formali motivo supernaturali, quod oportet dicat ordinem ad principiū proportionatum, à quo adæquatè attingibile est per lumen, & actus supernaturales, & non apparet aliud, nisi habitus supernaturalis; quæ doctrina potest ostendi, & verificari exemplo aliorum habituum supernaturalium: ergo, &c. Et confirmatur ex *Concil. Trid.* loco citato, ibi: *Si quis dixerit, sine præveniente Spiritûs Sancti inspiratione, atq; ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sit.* Ubi ponderandum est eodem modo dixisse non posse hominem solùm viribus naturalibus pœnitere, quo dixit non posse credere, sperare, & diligere: hæc autem sunt in sua entitate supernaturalia: ergo & illud. *Utrùm verò habitus* Pœnitentiæ, de quo loquimur, sit per se infusus, an acquisitus? Respondetur cum iisdem Doctoribus esse per se infusum, est enim supernaturalis, ut constat ex dictis; & omnis habitus supernaturalis est per se infusus; ut ex professo alibi ostendi.

P. Bellarm. P. Suar. P. Vasq. P. Valent. P. Granad. P. Tanner P. Hurt. P. Turrian. *Trid.*

134 *Ad primum* respondetur non solùm virtutes theologicas esse supernaturales, sed etiam aliquas morales, ut patet in religione, quæ quidem virtus moralis est, & tamen est supernaturalis. *Ad secundum* respondetur, Pœnitentiam supernaturalem, de qua loquimur, esse dispositionem ad gratiam. *Trid.* dicit Pœnitentiam debere fieri, sicut oportet, ut distinguat supernaturalem à naturali, de qua statim; nam sola supernaturalis est dispositio ad gratiam.

Ad tertium patet responsio ex dictis; dicendum enim est, objectum formale Pœnitentiæ esse supernaturale, nimirum rationem offensæ contra Deum, ut bonum supernaturale. Neque obstat quòd, prout sic, cognoscatur etiam lumine naturali, sicut etiam cognoscitur gratia, & cognoscuntur alia entia supernaturalia; non enim est objectum Pœnitentiæ supernaturalis, prout cognoscitur lumine naturali, de quo pleniùs infrà. *Ad quartum* respondetur neminem posse esse certum de sua Pœnitentia supernaturali; quia nemo potest esse certus se detestari suum peccatum sub ratione offensæ contra Deum cognitum lumine supernaturali, quod scilicet dicit ordinem ad potentiam, à qua tale objectum potest adæquatè attingi in ratione supernaturalis.

§. I.

Utrùm simul cum habitu Pœnitentiæ supernaturali detur aliquis naturalis?

135 *Proponitur sententia negativa.*
136 *Resolvitur imprimis dari habitum Pœnitentiæ naturalem circa peccatum sumptum sub ratione offensæ contra Deum, prout est Author Naturæ.*

137 *Maius dubium est de habitu circa peccatum sumptum sub ratione offensæ contra Deum, prout est Author Gratiæ, & Gloriæ supernaturalis: & proponitur communis sententia negativa.*

138 *Præfertur tamen affirmativa.*
139 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

135 SEcunda difficultas, Utrùm præter habitum Pœnitentiæ supernaturalem per se infusum, detur aliquis naturalis acquisitus? Negat *Vasq.* ubi proximè. *Primò*, quia Pœnitentia intendit reconciliationem cum Deo, & destructionem ejus offensæ per infusionem gratiæ sanctificantis, hic enim est totus finis Pœnitentiæ; at verò hic sicut non potest solo intellectu naturali cognosci, est enim objectum supernaturale, ita non potest sola naturali voluntate amari. *Secundò*, quia virtus Pœnitentiæ est efficax, utpote quæ destructiva maculæ peccati, & ejus reatûs ad pœnam: at talis non est Pœnitentia naturalis, non enim destruit maculam peccati, aut ejus reatum. *Tertiò*, quia aliàs etiam spes, qua speramus veniam nostrorum peccatorum per infusionem divinæ gratiæ, posset esse naturalis, hoc autem videtur contra *Trid. sess. 6. cap. 6.* *Trid.* P. Vasq.

136 *Nihilominus* distinctione opus est; aliud enim est quærere, utrùm detur habitus Pœnitentiæ naturalis acquisitus? aliud, utrùm hic sit virtus? Quod attinet ad primum, adhuc duplex est sensus: *Primus*, utrùm circa peccatum sub ratione offensæ contra Deum, prout est Author Naturæ, possit dari habitus Pœnitentiæ naturalis; Et in hoc standum est resolutione affirmativa cum *Suar. disp. 3. sect. 7. Granad. Valent. Tanner. Hurt. & Coninck* ubi proximè. Probatur primò, quia peccatum potest cognosci lumine naturali sub ratione offensæ contra Deum, prout est Author Naturæ: ergo poterit de illo, prout sic, dari Pœnitentia naturalis; nam, sicut esse potest Pœnitentia supernaturalis de peccato sub ratione offensæ contra Deum, ut est bonum supernaturale, ita videtur esse posse Pœnitentia naturalis de peccato sub ratione offensæ contra Deum, ut est bonum naturale. *Secundò*, quia non est maior difficultas de Pœnitentia naturali, quam de amore Dei naturali super omnia: utrumque enim includit propositum vitandi de cætero omnia peccata; at amor Dei naturalis super omnia potest haberi solis viribus Naturæ, saltem pro brevi tempore, in quo non occurrunt gravissimæ tentationes, ut est communis Theologorum in materia *de Gratia*: ergo idem dicendum de Pœnitentia naturali. P. Suar. P. Granad. P. Valent. P. Tanner. P. Hurt. P. Coninck

137 *Secundus sensus est*, utrùm circa idem objectum Pœnitentiæ supernaturale, nimirum circa peccatum sub ratione offensæ contra Deum, ut est bonum supernaturale, possit dari habitus Pœnitentiæ naturalis? Et præter *Vasq.* negant *Suar. l. 2. de Gratia cap. 11. & 16. Arrubal. 1. p. disp.* P. Vasq. P. Suar. P. Arrubal.

P. Fassol. P. Tanner P. Ruiz. P. Alarc. P. Turriā.

1. p. *disp.* 14. *cap.* 6. *Fassol. ibidem q.* 12. *art.* 1. *Tanner. tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 3. *n.* 153. *Ruiz de Prædest. disp.* 46. *sect.* 5. *Alarcon tract.* 1. *disp.* 2. *cap.* 5. *Turrian. opuscul.* 2. *de Grat. d.* 8. *dub.* 8. qui omnes asserunt nullum actum, vel habitum naturalem posse respicere objectum formale supernaturale. *Primò*, quia ex objecto motivo supernaturali probat *Apostol.* 1. *ad Thessal.* ipsos acceperisse fidem supernaturalem: acceperunt enim Evangelium, *non ut verbum hominum*, inquit, *sed ut verè verbum Dei.* *Secundò*, quia in contraria sententia sequitur posse aliquem actum, vel habitum naturalem simul esse certum, & obscurum, v.g. illum, qui niteretur authoritate divina; at nullus actus, vel habitus naturalis potest simul esse certus, & obscurus, ut loco citato ostendit *Suar.* *Tertiò*, quia objectum, & potentia debent esse proportionata, & talia non sunt objectum motivum supernaturale, & habitus naturalis. *Quartò*, quia actus, vel habitus tendens in objectum sub ratione supernaturali conducit ad vitam æternam: oportet ergo quòd sit supernaturalis. *Quintò*, quia alias possent objecta supernaturalia intuitivè, & quidditative attingi lumine, & actibus purè naturalibus, & consequenter Deus intuitivè, & quidditativè videri visione Beata naturali, quod est contra cōmunem Theologorum.

Ad Thess.

138 *Probabilior tamen* videtur contraria resolutio, quam cum pluribus docent *Mol. in Concord. d.* 7. §. *Nostra sententia*: & *d.* 13. & 14. & 12. *Arri. de Grat. d.* 42. *n.* 12. & *to.* 9. & 13. *Coninck de Fide disp.* 14. *n.* 7. *Herice.* 1. *p. disp.* 38. *Gran.* 1. 2. *controver.* 8. *de Gratia tract.* 1. *disp.* 4. *sect.* 3. *Ripal. de Ente supernat. disp.* 45. *Lorca de Gratia manuscript. disp.* 7. *sect.* 10. §. 3. *Lug. disp.* 6. *n.* 1. Probatur, quia actus, & habitus naturalis possunt respicere objectum motivum supernaturale: & hoc ostenditur *Primò*, quia Diabolus, aut quivis alius damnatus potest assentire alicui veritati propter authoritatem divinam contentam in Scripturis, quam novit esse infallibilem, non tamen elicit actum supernaturalem. *Secundò*, quia Deus cognitus, ut est Author Gratiæ, & Gloriæ supernaturalis, potest diligi amore naturali; sin minùs sciremus nos illum amare amore supernaturali, quia scimus nos illum amare, ut est Author bonorum supernaturalium. *Tertiò* ex *Trid.* loco citato, ubi dicit fidem esse dispositionem ad gratiam, si fiat, *sicut oportet*; ex quo manifestè colligitur posse fieri sicut non oportet, hoc est, per actum naturalem; & tamen ejus objectum motivum est supernaturale, nimirum authoritas divina; & idem dicendum de aliis virtutibus theologicis, de quibus similiter asseritur non esse dispositiones ad gratiam, nisi fiant, *sicut oportet*: & tamen omnes habent objectum formale supernaturale: ergo, &c. Et confirmatur nostra resolutio secundùm id, quod specialiter spectat ad Pœnitentiam; quia, suppositis principiis fidei, certò cognoscimus ipso lumine naturali Deū offendi nostris peccatis, etiam ut est Author bonorum supernaturalium: possumus ergo dolere de illis sub hac ratione formali, idque Pœnitentia naturali; nam hæc sequitur cognitionem naturalem.

P Molin P. Arriaga P. Coninck P. Herice P. Granad P. Ripal. Lorca P. Lug.

139 *Neque obstat primò*, quòd ex Apostolo colligatur fidem Thessalonicensium fuisse supernaturalem ex eorum objecto motivo supernaturali. *Non enim* colligitur ex eo solùm, sed etiam, quia loquitur Apostolus de illa, ut de dispositione ad gratiam. *Non obstat secundò*, quòd ex nostra sententia sequatur posse dari actum simul obscurum, & certum, naturalem, nam actus fidei naturalis non esset certus; non enim attingeret authoritatem divinam modo proportionato, prout scilicet est adæquatè attingibilis lumine supernaturali, sed solùm inadæquatè lumine naturali. *Non obstat tertiò*, quòd objectum & potentia debeant esse proportionata, nam objectum supernaturale inadæquatè sumptum, & secundùm capacitatem ad potentiam naturalem est illi proportionatum, licèt tale non sit sumptum adæquatè. Et confirmatur, quia, si argumentū contrarium cōvinceret, etiam probaret, nullo modo posse Deum à nobis cognosci lumine finito naturali, est enim ens infinitum supernaturale. *Non obstat quartò*, sequi ex nostra doctrina talem actum naturalem conducere ad vitam æternam, id enim falsum est; nam solus actus, qui est de objecto formali supernaturali, & fit *sicut oportet*, hoc est, cognitum lumine supernaturali, est alicujus momenti ad salutem. *Non obstat quintò*, sequi objecta supernaturalia posse intuitivè, & quidditativè cognosci actibus naturalibus. Non enim ita possunt cognosci, nisi à potentiis, cum quibus habent totalem proportionem, & ab illis possunt at-

tingi adæquatè. Ex dictis colliges, idem objectum formale diverso modo consideratum, & sub diversis nominibus posse specificare diversos actus, & habitus, nimirum naturales, & supernaturales.

§. 2.

Utrùm habitus Pænitentiæ naturalis sit virtus?

140 *Videtur quòd habitus Pœnitentiæ naturalis non sit virtus.*

141 *Oppositum tamen est probabilius; & solvuntur argumenta contraria.*

142 *Pœnitentia naturalis est efficax, non quia destruat peccatum habituale, sed quia destruit peccatum actuale.*

143 *Reddit habentem bonum simpliciter bonitate sua, sumpta in omni genere: & explicatur locus Aristotelis, qui videtur contrarius.*

144 *Diluuntur argumenta, quibus n. 135. contendebatur non dari habitum Pœnitentiæ naturalem.*

145 *Ostenditur Pœnitentiam naturalem posse intendere reconciliationem cum Deo per gratiam sanctificantem cognitam lumine naturali.*

146 *Cur Pœnitentia naturalis possit esse efficax respectu peccati actualis, & non respectu peccati habitualis?*

147 *Convincitur admittendam etiam esse aliquam spem naturalem: & explicatur Concilium Trident.*

140 QUod attinet ad secundum, Utrùm scilicet habitus Pœnitentiæ naturalis sit virtus? est maior difficultas. Negant cum pluribus *Valent.* & *Tanner.* locis citatis. *Primò*, quia Pœnitentia naturalis non est efficax respectu peccati. *Secundò*, quia virtus reddit habentem bonum simpliciter, est enim virtus, ut docet *Aristotel. 7. Physic. text. 27. dispositio perfecti ad optimum, quo scilicet circa suum objectum melius esse non potest*. at Pœnitentia naturalis non reddit habentem bonum simpliciter circa suum objectum, non enim destruit peccatum contrarium: ergo, &c.

P. Valent. P. Tanner. Arist.

141 *Probabiliùs* tamen dicendum videtur esse virtutem cum *Suar. Gran. Hurt.* & aliis locis cit. Probatur, quia Pœnitentia naturalis est de objecto honesto, in quo est magna difficultas. Et hoc, juxta *Arist.* videtur sufficere ad rationem virtutis: ergo, &c.

P. Suar. P. Gran. P. Hurt. Arist.

142 *Neque obstare debet primò* inefficacitas Pœnitentiæ naturalis; nam Pœnitentia naturalis potest considerari, aut in ordine ad peccatum habituale, & sic quidem non est ejus destructiva; aut in ordine ad peccatum actuale, & sic ejus destructiva, & efficax est; quod videtur sufficere ad rationem virtutis, nam aliæ virtutes, excepta charitate, etiam non destruunt peccatum habituale, sed solum peccatum actuale oppositum.

143 *Non obstare debet secundò*, quòd virtus debeat reddere habentem bonum simpliciter, satis enim est, quòd illũ reddat bonũ bonitate sua qualicunq; ad quod (ut dixi) non requiritur, quòd sit destructiva peccati habitualis contrarii, satis est quòd destruat actuale, ut patet in aliis virtutibus, charitate excepta. Neque locus Aristotelis quatenus asserit *virtutem esse dispositionem perfecti ad optimum*, intelligendus est in eo sensu, ut velit esse dispositionem perfecti ad optimum, quo scilicet circa suum objectum melius esse non possit, nam Arist. ibi solùm vult, virtutem reddere habentem perfectum in actu primo disponendo illum ad actum secundum, quòd est optimum respectu primi.

144 Ex dictis fit etiam locus solutioni ad argumenta proposita initio hujus secundæ difficultatis, quibus *Vasq.* intendebat impossibilem esse Pœnitentiam naturalem.

145 *Ad primum* concedendum est Pœnitentiam intendere reconciliationem cum Deo per infusionem gratiæ sanctificantis, sed cum hac distinctione, quòd Pœnitentia supernaturalis intendit quidem eam reconciliationem cognitam lumine supernaturali; Pœnitentia verò naturalis intendit quidem eandem, sed cognitam lumine naturali.

146 *Ad secundum* respondetur etiam cum distinctione: Pœnitentia naturalis non est efficax ad tollendum peccatum habituale, concedo: non est efficax ad tollendum peccatum actuale, nego. Et hujus diversa ratio est, quia peccatum habituale non tollitur, nisi per infusionem gratiæ, & condonationem divinam, quam Pœnitentia naturalis non meretur; at peccatum actuale tollitur per cessationem actus, voluntas verò cessat ab actu per Pœnitentiam, dolorem, & retractationem

nem ipsius actus.

147 *Ad tertium*, etiam admittenda est aliqua spes naturalis, qua speretur supernaturalis venia nostrorum peccatorũ, cognita tamen lumine naturali. *Concil. Trid.* loco citato asserens *solam spem supernaturalem esse dispositionem ad gratiam*, non negat dari spem naturalem, sed dicit illam, quæ disponit ad gratiam, debere fieri, *sicut oportet*, hoc est, debere tendere in suum objectum cognitum per afflatum Spiritus Sancti, lumine supernaturali.

§. 3.

Utrùm Pœnitentia supernaturalis, sit virtus theologica, an moralis?

148 *Videtur Pœnitentiam supernaturalem esse virtutem theologicam.*

149 *Ostenditur tamen solùm esse virtutem moralem.*

150 *Satisfit argumentis contrariis.*

148 Tertia *difficultas*, Utrùm Pœnitẽtia sit virtus theologica? Pro parte affirmativa facit *primò*, quòd virtus theologica est illa, quæ versatur circa Deum, ut patet in fide, quæ versatur circa Deum, ut verum: & in spe, necnon in charitate, hæc enim occupatur circa Deum ut bonum sibi, & illa circa Deum ut bonum nobis: at verò Pœnitentia etiam versatur circa Deum servandum inoffensum. *Secundò*, quia virtus moralis consistit in aliquo medio inter duo extrema, at Pœnitentia non curat medium, sed de omnibus, ac singulis peccatis potest dolere magis, ac magis.

149 *Nihilominus* dicendum virtutem Pœnitentiæ non esse theologicam, sed moralem. Ita communis Theol. cum *D. Thom.* Probatur primò, quia virtutes theologicæ sunt tantùm tres, juxta illud 1. *ad Corint.* 13. *Nunc autem manent, fides, spes, charitas; tria hæc, &c.* at Pœnitentia ad nullam earum spectat. *Secundò*; quia, ut docet *Granad. tract.* 2. *disp.* 5. omnis virtus theologica habet Deum pro motivo formali, fides enim habetur propter authoritatem divinam revelatam, spes propter bonitatem divinam in ordine ad nos, charitas propter bonitatem divinam sumptam in se: at verò Pœnitentia non habet Deum pro motivo formali; aut enim consideratur secundùm suos actus prosecutionis, & hi habentur propter bonum æqualitatis, & pacis ipsius Pœnitentis cum Deo; aut secundùm suos actus fugæ, & hi habent pro motivo formali rationem offensæ. *D. Thom. ad Corint. P Granad.*

150 *Ad primum* patet solutio ex dictis, dicendum enim est omnes virtutes theologicas habere Deum pro objecto formali, at Pœnitentia non ita se habet. *Ad secundum* respondetur illas solas virtutes morales consistere in medio, quæ versantur circa passiones moderandas, ut temperantia, fortitudo, &c. at Pœnitentia, sicut & religio, & aliæ non ita se gerunt.



DISPUTATIO SECUNDA

De primo effectu virtutis Pœnitentiæ, qui est peccatorum mortalium remissio.



Dnumerat sectiones quinque. In prima quæritur, utrùm per virtutem Pœnitentiæ omnia peccata mortalia in hac vita deleri possint? In secunda: quæ Pœnitentia remittat mortalia, & in quo genere causæ? In tertia, utrùm ad hunc effectum sit necessaria de lege ordinaria? In quarta, utrùm sit necessaria de potentia absoluta? In quinta, utrùm, & quomodo remissâ culpâ, remittatur & pœna?

SECTIO I.

Utrùm per virtutem Pœnitentiæ omnia peccata mortalia in hac vita deleri possint?

151 *Proponitur status quæstionis.*

152 *Primus error asserentium peccata commissa post baptismum deleri non posse per Pœnitentiam.*

153 *Secundus error Tertulliani existimantis posse peccata semel dimitti per Pœnitentiam, non tamen iterum, ac sæpiùs.*

154 *Tertius error asserentium esse aliqua peccata ita enormia, ut deleri non possint per Pœnitentiam.*

155 *Omnes hi errores sunt contra fidem.*

151 UPLEX est hujus quæstionis sensus. *Primus*, utrùm sint aliqua peccata ita gravia, ut tametsi peccator doleat, & pœniteat, deleri non possint? *Secundus*, utrùm sint aliqua peccata, quorum vera Pœnitentia sit impossibilis?

§. 1.

Utrùm sint aliqua peccata ita gravia, ut per veram Pœnitentiam, licèt peccator eam habeat; deleri non possint?

152 PRima ergo difficultas est de hoc primo sensu, & quoad illum tres hæreticorum circunferuntur errores. *Primus* tribuitur Catharis, & aliis apud *Suar. disp. 8. sect. 1.* asserentibus peccata commissa à Christianis post baptismum, nullum habere remedium, & per nullam Pœnitentiã deleri posse: hujus erroris fundamentum desumitur ex illo *Apostoli ad Hebr. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, &c.* & *cap. 10. Non relinquitur hostia pro peccato, &c.* P. Suar.

153 *Secundus* fuit Tertulliani apud eundem *Suar.* qui existimavit omnia quidem peccata semel remitti posse per Pœnitentiam, non tamen iterum ac sæpiùs, *Aliter* (inquit Tertullianus) *fieret peccatoribus nimia peccandi licentia*: & hinc est, quòd Christus Dominus in Evangelio neminem bis sanasse legitur.

154 *Tertius error* inventus est à Novato, qui docebat peccata regulariter loquendo remitti per Pœnitentiam, inde tamen excipi nonnulla graviora; nimirum apostasiam à fide, negare Christum in tormentis, & alia hujus generis monstra, quæ nullo modo per Pœnitentiam deleri possunt. Et probari videtur primò ex illo 2. *Machab. 9.* ubi dicitur de Antiocho, *Orabat scelestus Dominum, à quo non erat misericordiam consecuturus.* Item ex illo *Apostoli de Esau ad Hebræos 12.* *ad Hebr.*
Non invenit locum Pœnitentiæ, quanquam cum lacrymis inquisisset eam. Secundò probari potest ex illo *Ierem. 14.* ibi: *Cùm jejunaverint, non exaudiam preces eorum.* Et *Ieremi.* *Proverb.* *Proverb. 1. Invocabunt me, & non exaudiam. mane consurgent, & non invenient me.* Tertiò ex illo *Matth. 12.* & *Marc. 3. Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro, &c.* Quartò ex illo 1. *Joan. 5.* ibi: *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis, &c.* Ex quibus testimoniis apertè colligitur esse aliqua peccata maioris magnitudinis, quæ per Pœnitentiam remitti non possunt. *Matth.* *Marc.* *Ioan.*

155 *Ni-*

155 *Nihilominus* de fide est omnia peccata etiam commissa post baptismum, idque non semel, sed non toties, quin pluries, quamvis gravissima, nullo excepto, per Pœnitentiam deleri posse.

§. 2.

De peccatis commissis post baptismum.

156 *De fide est peccata cõmissa post baptismũ deleri posse per Pœnitentiam.*

157 *Explicantur testimonia adducta in contrarium.*

156 PRima pars resolutionis, quoad peccata commissa post baptismum, probatur *primò* ex illo Petri ad Simonem Magum jam baptizatum, *Actor.* 8. *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, &c.* Et quod addit, *si fortè, &c.* non est, quia dubitet de sufficientia veræ Pœnitentiæ, sed quòd dubitet de existentia illius, ob ejus difficultatem. *Secundò* ex illo *Pauli* 1. *ad Corinth.* 5. ubi excommunicat fidelem luxuriâ implicatum, ut eum ad Pœnitentiam trahat; & sic spiritus ejus salvus fiat. *Tertiò* ex *Trid. sess.* 6. *cap.* 14. *& Canon.* 19. necnon ex tota *sessi.* 14 Itẽ ex *Concil. Milevitan. Arausic. Niten.* & aliis apud *Suar. citat.* ubi hæc veritas expressè definita est.

Actor. 8.
ad Corint.
C. Trid. Concilia. Milevit. Arausic. Niten.

157 Neque obstat *primò* locus Apostoli ad Hebr. *Impossibile est eos, &c.* Quia *impossibile* hoc loco ponitur pro *raro, ac difficili*, juxta Scripturæ phrasim, ut in *D. Hieronymo* apud *Suar.* videre est. Non obstat *secundò* alius locus, *Non relinquitur hostia, &c.* quia ibi sermo est de iis, qui simul cum lege Evangelica legem Moysis retinebant, & de his asserit Apostolus nullam illis relinqui hostiam pro peccato; non hostiam legis veteris, neque hostiam legis novæ, quia utranque legem conjungentes ab utraque recedebant.

D. Hieron. P. Suar.

§. 3.

De peccatis pluries dimissis.

158 *De fide est peccata non toties, quin pluries posse dimitti per pœnitentiam.*

159 *Diluuntur fundamenta Tertulliani.*

160 *Textus allegati loquuntur de Pœnitentia externa, non de interna.*

158 SEcunda pars, quoad peccata non toties, quin pluries dimissa, probatur ex illo Christi Domini ad Petrum *Matth.* 18. *Non dico tibi septies, sed usque septuagies septies, &c.* *Matth.*

159 Neque imprimis obstat fieri in hominibus nimiâ peccandi licentiam. *Primò*, quia malor illis fieret, si desperarent. *Secundò*; quia; & si nonnulli misericordiâ divinâ abutantur, plures tamen sunt, qui ad illam tandem finaliter convertuntur. Non obstat præterea Christum Dominum neminem bis sanasse, voluit enim Christus Dominus ostendere, aut firmitatem curationis suæ, aut eam, quæ suos verè sanos decebat, in reincidentiam; seu (ut inquit *D. August.*) ut timeat quisque in peccatum relabi. *D. August.*

160 Sed objicies text. *in Cap. Reperiuntur, de Pœnit. dist.* 3. ibi: *Non est secundus locus Pœnitentiæ.* Et text. *in Cap. Si quis post remissionem, distinct.* 50. ibi: *Sicut unum est baptisma, ita unica est Pœnitentia.* Ex quibus videtur colligi solam primi peccati Pœnitentiam prodesse ad veniam, & remissionem. Respondetur cum Glossa ibi, in his textibus sermonẽ esse de quadam Pœnitentia externa solemni, quæ olim ad publicam satisfactionem, & ædificationem fieri solebat peculiari cæremoniarum ritu ab Ecclesia instituto, & hæc semel tantùm concedebatur, aut ad maiorem terrorem, aut ne contemneretur: nostra autem quæstio procedit de Pœnitentia interna.

Cap. Reperiũtur. Cap. Si quis post remissionẽ.

§. 4.

De peccatis summè enormibus, & gravissimis, etiam contra Spiritum Sanctum.

161 *De fide est omnia peccata etiam gravissima per Pœnitentiam posse deleri.*

162 *Solvuntur argumenta contraria.*

163 *Quæ sint peccata contra Spiritum Sanctum? & An remitti possint in hac vita? Explicantur loca Matthæi; & Marci.*

164 *Quod, & quale sit peccatum ad mortem? & explicatur locus D. Ioannis.*

161 TErtia resolutionis pars, quoad peccata, etiam gravissima, probatur ex illo *Psalm.* 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies, &c.* Item ex illo *Zachar.* 4. *Convertimini* *Psalm.* 50. *Zachar.* 4.

timini ad me, & ego convertar ad vos. Nec non ex illo *Ezechiel.* 18. *Omnium iniquitatum ejus non recordabor ampliùs, &c.* Tandem *Deuteron* 4. ibi: *Cumque quæsieris Dominum Deum tuum, invenies eum:* & *cap.* 30. *Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, &c.* Quæ loca procedunt generaliter, & nullam patiuntur limitationem, ut communiter asserunt Sancti Patres apud *Suar.* ubi proximè.

Ezech. 18. *Deuter.* 4

162 Neque contra hanc veritatem obstant *primò* testimonia adducta pro primo fundamento tertii erroris; illa enim solùm loquuntur, & debent intelligi de Pœnitentia imperfecta Antiochi, & Esau. *Non obstant secundò* testimonia adducta pro secundo fundamento; procedunt enim, aut etiam de Pœnitentia imperfecta, aut in ordine ad pœnas temporales, quas Deus aliquando, etiam posita vera Pœnitentia, & venia quoad culpam, non condonat; aut de peccatoribus damnatis pro statu damnationis, quorum Pœnitentia non admittitur.

163 *Non obstat tertiò* locus *Matth.* & *Marc.* de peccatis contra Spiritum Sanctũ, dicuntur enim hæc irremissibilia, non quòd per veram Pœnitentiam remitti non possint, sed quia raro fit vera Pœnitentia de illis. Quæ autem sint peccata contra Spiritum Sanctum? Variæ adducuntur Interpretum expositiones, quæ videri possunt apud *Bellarm.* 2. *de Pœnit. cap.* 16. Illa videtur probabilior, quæ asserit ea peccata esse contra Spiritum Sanctum, quæ illum contemnunt, maximè tribuendo ejus opera & miracula spiritui maligno. Probatur ex loco *Marci* cir. ubi, postquam Evangelista retulit Christum Dominum dixisse peccata Judæorum esse contra Spiritum Sanctum, subjunxit: *Quoniam dicebant, spiritum immundum habet,* hoc est, quia per summam blasphemiam tribuebant opera Spiritus Sancti spiritui immundo.

Bellarm.

164 *Non obstat quartò* locus Joan. *Est peccatum ad mortem*; dicitur enim peccatum ad mortem, non quòd remitti non possit per veram Pœnitentiam, sed quia, ut proximè dixi, raro fit vera Pœnitentia de illo. Dixit autem Apostolus se non dicere, ut pro hujusmodi peccatis roget quis, hoc est, cum certa fiducia obtinendi veniam; dixerat enim suprà pro aliis peccatis debere quemlibet orare cum certa fiducia obtinendi veniam: at in hoc peccato est specialis ratio, quia Deus raro flectitur ad illius veniam, flectitur tamen aliquando, sed raro. Unde non roget quis (inquit Apost.) pro peccato cum certa fiducia, sicut pro aliis, hujus enim conversio est valde difficilis.

§. 5.

Utrùm sint aliqua peccata, quorum vera Pœnitentia sit impossibilis?

165 *Proponitur prima sententia asserentium Deum aliquibus peccatoribus, propter eorum gravissima delicta negare auxilia sufficientia ad veram Pœnitentiam.*

166 *Idem probatur pluribus locis Scripturæ.*

167 *Deinde quatuor rationibus.*

168 *Proponitur secunda sententia contraria, asserens Deum nulli peccatori, propter ejus delicta etiam gravissima, negare auxilia sufficientia ad veram Pœnit. & hoc ostenditur testimoniis S. Paginæ.*

169 *Deinde Conciliis, & testimoniis Sanctorum.*

165 SEcunda *difficultas* continet hunc secundum sensum, & in illo duæ sunt opiniones, altera affirmativa, quam secuti sunt *Abul. in cap.* 4. *Mat. q.* 12. *Ariminen. in* 1. *dist.* 46. *q. unica. Caiet. in cap.* 19. *Joan.* ad illa verba: *Non poterant credere. Roffensis a* 26. *contra Lutherum*; *Ricard.* art. 7. *Henric. quodl.* 8. *q.* 5. *Med.* & alii apud *Suar. d.* 8. *sec.* 2. existimantes aliquos homines aliquando in hac vita ad eum peccatorum cumulum devenire, ut illis omnis præcludatur locus Pœnitentiæ, & fiat impossibilis vera conversio, non quidem ex parte libertatis; nam hæc per nulla peccata, etiam si plurima, & gravissima, deperditur, ut constat ex principiis fidei apud *Suar. n.* 2. sed ex parte gratiæ ad veram Pœnit. requisitæ, & hujus, non quòd Deus posito certo peccatorum cumulo statuerit aliquam legem denegandi gratiam omnibus, qui ad illum pervenerint (constat enim ex Scriptura apud *Suar n.* 3. Deum ex omnibus statibus, etiam enormibus convertere aliquando gravissimos peccatores ad Pœnitentiam) sed respectu aliquarum personarum, quibus Deus propter sua enormia delicta

Abulens. Arimi. nen. Caiet. Roffen. Richar. Henr. Med.

delicta denegat aliquando auxilia sufficientia ad Pœnitentiam, quanvis aliis habentibus similia, vel maiora peccata, talia
Ad Rom. 9 auxilia non deneget, juxta illud *ad Rom. 9. Deus, cujus vult, miseretur; & quem vult indurat.*

166 Probatur hæc sententia, & imprimis ex
Eccles. 7. *Eccles. 7. Considera opera Dei, quòd nemo poterit corrigere, quem ipse despexerit.* consonat illud
Psal. 8. *Psal. 8. Dimisi eos secundùm desideria cordis eorum,* &
Ierem. 6. *Ierem. 6. Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te.* & cap. 51. *Curavimus Babylonem, & non est sanata; derelinquamus eam.* &
Ioan. 12. *Ioan. 12. Propterea non poterant credere, quia dixit Isaias: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor, &c.* Has phrases, & modos loquendi imitati sunt plures sanctorum Patrum, præsertim
D. Isidor. *Isidor. lib. 2. de summo bono, cap. 15.* ibi: *Nonnulli ita despiciuntur à Deo, ut non possint mala plangere, etiamsi velint.*
D. August. *D. Aug.* in exposit. quarundam propositionum Epistolæ *ad Rom. cap. 26.* ubi de Pharaone ait: *Non ergo hòc illi imputatur, quòd tunc non obtemperavit, quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat; sed quia talem se præbuit, cui cor obduraretur.* Et alia similia ex *D. Gregor. Eusebio, & Bernardo,* adducit
P. Suar. *Suar. cit. n. 4.*

167 *Secundò* ratione, quia prædicta peccata merentur hanc pœnam: deinde ad ostentationem divinæ justitiæ, necnon ad correctionem aliorum expedit, quòd Deus interdùm illâ utatur. *Tertiò,* quia Deus aliquando maiori pœna afficit peccatorem; nonnunquam enim fulmine dejecto illum interficit in ipso actu peccati; & aliquando vivum (ut legitur de Dathane, & Abirone) in infernum detrudit; dicitur enim vivos deglutisse eos terra; quæ quidem pœnæ, & supplicia sunt maiora. *Quartò,* quia aliquando Deus ita aliquos confirmat in gratia, ut cadere nō possint: ergo etiam ita alios deseret in suis peccatis, ut nō possint surgere.

168 *Secunda sententia* huic contraria docet nullum esse statum peccati, aut scelerum cumulum, in quo peccator constitutus careat gratia sufficienti ad conver-
D. Thom. sionem, & veram Pœnitentiam. Ita *D.*
Vega. *Tho. Vega, Briedo,* & alii plures apud *Su-*
Briedo
P. Suar. *ar. n. 6.* quibus accedunt *Bellarm. l. 2. de*
P. Bellarm. *Grat. cap. 7. Valent. q. 3. punct. 4. §. 1.*
P. Valent. *Pererius in cap. 11. Exodi Tanner. de Grat.*
P. Perer.
P. Tanner *q. 2. n. 27. Vasq. 1. p. d. 97. cap. 4.* Pro-
Ezech. batur 1. ex illo *Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris:* & illo *Sap. 11. Dissimulans pec-* *Sapiēt. 11*
cata hominum propter Pœnitentiam. Unde *2. Petri. 3*
est illud *2. Petri. 3. Deus patienter agit* *Ad Rom. 2*
propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad Pœnitentiam reverti. & illud ad *Rom. 2. Ignoras, quia benignitas Dei ad Pœnitentiam te adducit?* & subdit: *Tu autem secundùm duritiem tuam, & impœnitens cor, &c.* Ex quo apertè colligitur quamcumque peccatoris impœnitentiam non provenire defectu auxilii, & gratiæ divinæ, sed quia non vult ipsum liberum arbitrium creatum.

169 *Secundò* probatur ex variis Conciliis, & testimoniis sanctorum Patrum, in quibus dicitur semper in hac vita, quādiu illa durat, esse locum veræ Pœnitentiæ, neque hunc nobis præcludi ullis peccatis; quod expressit *D. Prosper ad ob-* *D. Prosper.*
jectiones Vincent. responsione 15. ibi: *Nemini Deus correctionis adimit viam, neque quempiam boni possibilitate despoliat.* Et his similia plura affert *Suar. n. 9.* *Tertiò;* quia *P. Suar.*
homo, quandiu vivit, est in statu Viæ, de ratione autem status Viæ est quòd ad terminum possit accedere. *Quartò,* quia in hac vita nunquam cessat præceptum pœnitendi: cessaret autem, si peccator non posset Pœnitentiam agere; nemo enim tenetur ad impossibile. *Quintò,* quia Deus omnibus promisit suam gratiam, & auxilia ad pœnitendum, juxta illud *Ie-* *Ieremi. 3.*
rem. 3. Revertere aversatrix Israel, dicit Dominus, & non avertam faciem meam à vobis, quia sanctus sum ego, &c. ergo omnes possunt pœnitere.

§. 6.

Concluditur esse aliqua peccata, quorum Pœnitentia sit impossibilis moraliter, semper tamen est possibilis physicé.

170 *Distinguitur inter potentiam Physicam, & Moralem.*

171 *Quando peccator non advertit ad Pœnitentiam, non habet potentiam ad illam.*

172 *Quoties advertit, tametsi perditissimus habet potentiam Physicam.*

173 *Eò miseriarum, ac scelerum potest devenire, ut in eorum pœnam spolietur potentia Morali proxima.*

174 *De materia moraliter impossibili potest esse præceptum naturale, & non positi-vum;*

vum; & quare?

175 *Nunquam peccator destituitur potentia morali remota.*

176 *Quid sit potentia moralis proxima, & quid remota?*

177 *Scriptura, & Sancti Patres, quando dicunt peccatorem interdum reddi incapacem pœnitendi, non loquuntur de incapacitate physica, sed de morali.*

178 *Cur Deus nunquam spoliet in hac vita potentiâ ad pœnitendum physicâ?*

179 *Aliquando maiorem pœnam infligit, nunquam tamen hanc.*

180 *Cur aliqui sint, qui non possint peccare; & nemo, qui pœnitere non possit?*

179. Nihilominus distinctione in hac difficultate, quæ quidem est gravissima, utendum videtur; possumus enim loqui aut de potentia ad pœnitendum physica; aut de potentia morali. Potentia ad pœnitendum physica est illa, qua homo physicè potest Pœnitentiam agere; hæc integratur ex libero arbitrio simul, & ex auxilio divinæ gratiæ: cùm enim Pœnitentia sit supernaturalis, non potest physicè fieri sine auxilio divinæ gratiæ, ut constat ex *Concilio Trid. sess. 6. can.* 3. Potentia ad pœnitendum moralis dicitur illa, qua homo censetur moraliter potens ad pœnitendum, nam bene potest homo esse physicè potens ad pœnitendum, quin potens sit moraliter: potest enim auxilium divinæ gratiæ esse adeò remissum, & è contra voluntas adeò adhærere inveteratæ consuetudini, suisque cupiditatibus, ut, licèt tale auxilium physicè sufficiat ad Pœnitentiam, moraliter tamen non sit satis. Concil. Trid.

171 Rursum potest peccator considerari dupliciter. *Primò*, quando non cogitat sua peccata, neque advertit ad Pœnitentiam, sed est somno occupatus, aut aliis curis impeditus, negotiisve distractus: & sic peccator non est potens ad pœnitendum; non enim habet auxilium divinæ gratiæ, nam hoc consistit in actuali excitatione Spiritus Sancti, ut constat ex *Concilio Trid. sess. 6. cap.* 14. Et clarum est peccatorem in statu somni, amentiæ, aut ebrietatis; item quando actu non advertit ad Pœnitentiam, non excitari ad illam. Et ita docent *Driedo* de captivit. *tr. 5. cap. 3. conclus. 4. Bellarm. to. 3. lib. 2. de Grat. & liber. arbitr. cap. 6. Valent. 1. 2. d. 8. q. 3. puncto 4. ad quintum. Vasq. 1. p. d. 97. cap. 3. Suar. 1. p. l. 9. de Reprobatione cap. 3. n. 9. & de Auxil. l. 3. cap. 3. n. 6. Ripald. de Ente supernat. d. 20. n. 31.* *Secundo* potest peccator considerari quando actu cogitat sua peccata, & advertit ad Pœnitentiam; & sic, Concil. Trid. Driedo. P. Bellarm. P. Valent. P. Vasq. P. Suar. P. Ripald.

172. Sit *Prima conclusio*: Nulla sunt peccata, & si valde enormia, quorum peccator non possit physicè Pœnitentiam agere. In hoc sensu amplector secundam sententiam relatam *n.* 168. & ejus Doctoribus subscribo; quibus addo *D. Thom. 3. p. q. 86. art.* 1. ubi ait erroneum esse asserere aliquod peccatum esse in hac vita, de quo quis pœnitere non possit. Et sanè id ibi adducta testimonia suadent. Quod sic confirmo: *Primò*, quia Deus nulli peccatori cogitanti de suis sceleribus, & ad Pœnitentiam advertenti negat auxilium suæ gratiæ, sed omnibus illud actu confert, ut constat ex *Concil. Senonensi, decreto fidei* 15. ubi agit de libero arbitrio; & adductis illis verbis *Apocal.* 3. *Ecce sto ad ostium, & pulso*, sic concludit: *Neque tanta gratiæ necessitas libero præjudicat arbitrio, cùm illa semper sit, nec momentum quidem prætereat, in quo Deus non stet ad ostium, & pulset, cui siquis aperuerit januam, intrabit ad illum, & cœnabit cum illo.* Hoc sanè suadet testimonium *D. Prosperi* suprà relatum: *Nemini Deus correctionis adimit viam, neque quempiam boni possibilitate dispoliat*: dispoliaret autem, si negaret auxilium necessarium ad pœnitendum. Hoc etiam suadet illud *Ieren. 3. Revertere adversatrix Israel, dicit Dominus, & non avertam faciem meam à vobis, quia sanctus sum ego.* D. Thom. Conc. Senon. Apocal. 3. D. Prosper. Ierem. 3.

Secundò confirmatur; quia peccator, quandiu est in statu Viæ, potest accedere ad suum terminum; de ratione enim status Viæ est quòd possit accedere ad suum terminum: ad terminum autem, hoc est, ad visionem Beatam non acceditur, nisi per Pœnitentiam: ergo peccator, quandiu est in hac vita, debet illam posse agere.

Tertiò confirmatur, quia nullus est peccator adeò perditus, ac enormis, ut, si cogitet sua scelera, & ad Pœnitentiam advertat, non obligetur præcepto Pœnitentiæ: nō obligaretur autem, si non posset agere Pœnitentiam, quia nemo tenetur ad impossibile, & *Deus impossibilia non jubet*, ut dicitur in *Concil. Trid. sess. 6. cap.* 11. & *can.* 28. Concil. Trid.

173 *Secunda conclusio*: Peccator aliquando

quando ad eum scelerum cumulum pervenit, ut in eorum pœnam spolietur potentiâ morali ad pœnitendum proximâ, incurrendo obcæcationem, & obdurationem. Pro hac conclusione allegari possunt *Abulens. Ariminens.* & alii, quos suprà retulimus *n.* 165. asserentes absolutè peccatore in hoc casu spoliari potentiâ ad pœnitendum: intelligendi enim sunt de potentia morali, non de physica. Et certè in hoc sensu videtur tenere nostram sententiam *Suar. cit. n.* 21. Probatur ex locis Scripturæ, & sanctor. Patrum suprà relatis; maximè ex illo *Isidor. Nonnulli ita despiciuntur à Deo, ut non possint mala plangere, etiamsi velint.* Et ex illo *Ioan.* 12. *Propterea non poterant credere, quia dixit Isaias: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor,&c.* Quæ sanè apertè innuunt peccatorem aliquando eò miseriarum, & scelerum devenire, ut in eorum pœnam reddatur impotens ad pœnitendum; quod non est intelligendum de potentia physica: ergo de morali.

D. Isidor.

Ioan. 12.

174 Objicies: Peccator, ut constat ex dictis, semper tenetur præcepto Pœnitentiæ: ergo hæc semper est illi moraliter possibilis; nam præceptum, sicut & votum, non est de materia moraliter impossibili. *Respondetur* hoc solùm esse verum de præcepto positivo, non de naturali, quale est præceptum Pœnitentiæ, ut ostendemus *n.* 242. Itaque, licèt præceptum positivum, & votum non obligent, quando sunt de materia moraliter impossibili, præceptum naturale etiam sic obligat. Diversa ratio est, quia præceptum naturale obligat strictiùs, quàm positivum; & hoc ostenditur imprimis *à posteriori*, quia quodlibet grave incommodum, v. g. infirmitas excusat à præcepto audiendi Missam, jejunandi, &c. nullum verò incommodum excusat à præcepto non mentiendi, non polluendi se, &c. Deinde *à priori*, quia obligatio præcepti positivi oritur à voluntate legislatoris, quæ non fuit obligare cum tanto onere; at obligatio præcepti naturalis oritur ab intrinseca malitia objecti illi essentiali, quæ proinde in nullo eventu potest cessare. Hinc est quòd neque Deus possit dispensare in præcepto naturali, ut ostendemus *n.* 249.

175 Dixi suprà (spoliari potentia morali proxima) quia nunquam spoliatur potentia morali remota. Potentia moralis proxima, est illa, quam homo habet immediate ad Pœnitentiam. Potentia moralis remota est illa, quam quidem non habet immediatè ad Pœnitentiam, sed ad recurrendum ad orationem, vel ad dandam eleemosynam, & facienda alia pia opera, quæ si peccator faceret, ei etiam concederentur auxilia proxima,& immediata ad pœnitendum.

176 His ita constitutis, reliquum est, ut iis, quæ suprà proposuimus *à n.* 166 quatenus probare videbantur peccatorem aliquando spoliari potentiâ ad pœnitendum, satisfaciamus.

177 *Ad primum* desumptum ex testimoniis Scripturæ respondetur illis solùm convinci, peccatorem aliquando destitui potentia morali, non physica. Scio hanc interpretationem esse minùs suavem, quantum ad testimonium *D. Aug.* nam *D. Aug.* apertè ibi dicit peccatum non imputari obdurato Pharaoni pro tempore indurationis: adhuc tamen dici potest non imputari, quantum ad vires morales, imputari tamen quantum ad vires physicas. Sed ego potiùs censeo cum *Mol. in concord. d.* 10. *Valent.* proximè, & *Tanner. cit. n.* 29. *D. Aug.* in ea fuisse sententia, & eam postea retractasse *l.* 3. *de lib. arbitr. cap.* 18. 19. & 22. & *contra Faustum, cap.* 44. & 5. *contra Iulian. cap.* 5. & *lib de Nat. & grat. cap.* 67.

D. Aug.

P. Molin. P. Valent. P. Tanner.

178 *Ad secundum* prout dicit peccatorem justè mereri hanc pœnam, respondetur eam illi non infligi, quia destruit statum Viæ, & stare non potest cum præcepto Pœnitentiæ.

179 *Ad tertium* eadem applicanda est solutio,& dicendũ verum esse quòd Deus aliquando peccatorẽ puniat maiori pœna; verùm hæc repugnat cum statu Viæ, & non compatitur cum præcepto pœnitendi, quod semper peccatorem obligat, quandiu est in hac vita, ut constat ex Script. quæ cum omnibus loquitur, cùm dicit, *Pœnitentiam agite; Nisi Pœnitentiam egeritis*, &c.

180 *Ad quartum*, quatenus dicit, Deum interdum aliquos ita confirmare in gratia, ut cadere non possint. *Respondetur* id non repugnare cum statu Viæ: in eo quòd aliquos ita destituat, ut non possint pœnitere, illud speciale est quòd destruat statum Viæ, & destruat præceptum pœnitendi, quod omnibus peccatoribus tametsi sceleratissimis voluit imponere.

SEC.

SECTIO II.

Quæ, & quomodo Pœnitentia deleat peccata mortalia?

181 *An Pœnitentia, quæ delet peccatum mortale, sit actus elicitus charitatis?*

182 *De fide est sine charitate non dimitti peccatum.*

183 *Proponitur sententia asserens per Pœnitentiam, prout est virtus specialis distincta à charitate, posse remitti peccatum.*

184 *Et in hac opinione loca Scripturæ, quæ dicunt sine charitate non remitti peccatum, intelliguntur non de charitate formali, sed de charitate virtuali, qualis est Pœnitentia, prout est virtus specialis distincta. Neque obstat Conc. Trid. quia loquitur de justificatione ordinaria.*

181 PRIMA *difficultas:* Utrùm Pœnitentia, quæ delet peccatũ mortale, sit actus elicitus virtutis Pœnitentiæ, prout est specialis virtus distincta à charitate; an potiùs sit actus elicitus ipsius charitatis, propter ejus motivum formale?

182 Et ratio dubitandi est, quia sola charitas, extra Sacramentum, est ultima, & perfecta dispositio ad remissionem peccati, ut est communis doctrina Sanctor.
D. August. Patrum *D. August. lib. de vera, & falsa Pœnitentia cap. 9. & 17.* ibi *Sine amore nemo unquam gratiam invenit, nec veniam assecutus est,* &c. Quo etiam modo, & tenore loquuntur alii sancti Patres apud
P. Suar. *Suar. disp. 4. sect. 2. n. 2.*
Ioan. 3. Probari solet *primò* ex illo *Ioan. 3. Qui*
Luc. 7. *non diligit, manet in morte. Secundò,* quia
1. ad Corin. *Luc. 7.* soli dilectioni tribuitur remissio peccati: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Tertiò* ex illo *1. ad Corint. 13. Sine charitate nihil sum. Quartò*
Trident. ex *Trid. sess. 6. cap. 6.* ubi dicitur ad remissionem peccati, extra Sacramentum,
Caput Si charitas. præcedere dilectionem. Idem habetur *Cap. Si charitas, de Pœnitentia, dist. 2. &*
Cap. final. *Cap. final. dist. 3.* ex quibus locis apertè colligitur solam charitatem, extra Sacramentum, esse ultimam & perfectam dispositionem ad remissionem peccati.

183 Quæ licèt clara videantur, non desunt, qui opinentur, non requiri charitatem formalem, sed sufficere ad remissionem peccati Pœnitentiam, prout est specialis virtus distincta à charitate; quam dicunt esse charitatem virtualem. Ita *Sot. Gabr.* & alii, quos citat, & sequitur *Vega* *Sot.*
in Trid. lib. 13. cap. 12. hanc opinionem *Gabriel Vega*
aliquando tenuit *Suar.* & licèt eam retractet, probabilem adhuc judicat *loco cit. n. 13.* *Fundamentum est,* quia prædicta Scripturæ testimonia non videntur intelligi de charitate formali; sin minùs repugnarent aliis locis, quæ, nullâ factâ mentione charitatis, soli Pœnitentiæ tribuunt remissionem peccati, ut constat ex illo *Ezech. 18 Si impius egerit Pœnitent* *Ezechi.*
tiam, vitâ vivet. Idem habetur *Ioel. 2.* *Ioel.*
& passim aliis in locis, quæ cùm nullam faciant charitatis mentionem, solùm debent intelligi de charitate virtuali: Pœnitentia autem est charitas virtualis, idcirco enim me pœnitet Deum offendisse, quia eum diligo.

184 Neque contra hoc facit *Trid. loco cit.* (reliqua enim testimonia sufficienter explicantur per charitatem virtualem,) quatenus asserit ad remissionem peccati præcedere dilectionem Dei formalem; loquitur enim ibi Concil. de iis, quæ in adultis viâ ordinariâ, non verò de iis, quæ necessariò præcedunt remissionem peccati.

§. 1.

Pœnitentia, quæ delet peccatum, est charitas.

185 *Resolvitur Pœnitentiam, quæ delet peccatum, esse actum elicitum charitatis.*

186 *Ostenditur id ex sacra Pagina.*

187 *Deinde ostenditur ex Concilio Trid.*

188 *Tandem ratione.*

189 *Satisfit objectioni.*

185 NIhilominus hæc opinio communiter hodie rejicitur. Eam erroneam appellat *Vasq. q. 85. art. 2. dubio unico. n. 45.* retractat *Suar. cit.* impugnant cum *D. Thom. Scot. Valen.* & aliis pluribus *Tanner. q. 6. n. 5. Lug. disp. 5. sect. 1. Turrian. disp. 9. dub. 5. Præposit. q. 86. art. 1. dub. 3. Hurt. disp. 2. difficult. 1. Gran. tract. 2. disp. 7. sect. ult.* *P. Vasq. P. Suar. D. Thom. Scot. P. Valent. P. Täner P. Lug. P. Turrian. P. Præposi. P. Hurt. P. Gran.*

186 Ego illam refuto *primò*, quia sola dilectio est proxima dispositio ad gra-

tiam;

tiam, ut constat ex testimoniis allegatis: Pœnitentia verò, prout est virtus distincta à charitate, non est dilectio, neque formalis, ut patet, neque virtualis; & hoc probo; quia in tantum esset dilectio virtualis, in quantum idcirco me pœnitet Deum offendisse, quia eum diligo; at verò pœnitens præcisè, quà pœnitens Pœnitentià distinctà à charitate, non dolet de offensa Dei, quia eum diligit, sed quia offensa Dei illum reddit justè iratum, & rationabiliter aversum, ut constat ex dictis *disp.* 1. *sect.* 2.

187 *Secundò* eandem sententiam refuto, quia testimonia Scripturæ allegata intelliguntur de charitate formali, quod probo ex *Trid. sess.* 14. *cap.* 4. ubi dicitur solam Pœnitentiam charitate perfectam justificare extra Sacramentum. Ex quibus verbis constat Pœnitentiam, quæ justificat, debere esse charitate perfectam; hujusmodi autem perfectio non desumitur ex charitate habituali, hæc enim nondum supponitur: ergo desumitur ex motivo charitatis; actus verò elicitus ex motivo charitatis, est charitas formalis. Trid.

188 *Tertiò*, qui in justificatione restituitur habitus charitatis per quodlibet peccatum deperditus; ad habitum autem charitatis extra Sacramentum disponimur per solum actum charitatis, sicut per actum fidei disponimur ad habitum fidei per hæresim depreditum; & per actum spei ad habitum spei deperditum per desperationem.

189 Objicies tamen: In justificatione non solùm restituitur habitus charitatis, sed etiam restituuntur alii habitus virtutum supernaturlium infusi, misericordiæ, justitiæ, temperantiæ, &c. & hi restituuntur sine eorum actibus per solum actum charitatis; ergo etiam habitus charitatis restituitur sine ipsius actu, per solos actus Pœnitentiæ, aut alterius virtutis supernaturalis. *Respondetur* negando consequentiam, quia actus charitatis, cùm sit omnium virtutum perfectissimus, potest supplere actus aliarum virtutum, & non potest suppleri ab illis.

§. 2.

Non tamen est dilectio formalis.

190 *Majus dubium est, an Pœnitentia, quæ delet peccatum, sit dilectio formalis?*

191 *Proponitur ea, quæ faciunt pro parte affirmativa.*

192 *Refertur opinio Coninck asserentis ad justificationem, præter actum Pœnitentiæ, requiri alium distinctum, qui sit dilectio formalis.*

193 *Rejicitur.*

194 *Et diluuntur ejus fundamenta.*

195 *Proponitur alia opinio existimantium Pœnitentiam, quæ delet peccatum, esse quendam actum, qui simul sit Pœnitentia formalis, & dilectio formalis; simul prosecutio Dei, & fuga peccati.*

196 *Resolvitur tamen non esse dilectionem formalem, sed solùm virtualem.*

197 *Testimonia Scripturæ, quæ asserunt justificationem non fieri, nisi per dilectionem, debent intelligi de dilectione virtuali; & cur?*

198 *Pœnitentia præstat eundem effectum formalem dilectioni, quia habet idem objectum formale motivum cum illa.*

199 *Saltem de potentia ordinariâ non est possibilis actus, qui simul sit formalis fuga, & formalis prosecutio.*

190 Quæres, Utrùm Pœnitentia, de qua loquimur, quæ scilicet est sufficiens dispositio ad gratiam, debeat esse dilectio formalis; Potest enim esse charitas, quin sit amor seu dilectio? nam charitas habet alios actus præter dilectionem, habet enim non solùm actus prosecutionis, sed etiam actus fugæ, & amor non est actus fugæ, sed prosecutionis. Quærimus ergo, utrùm Pœnitentia, de qua loquimur, non solùm sit charitas, sed etiam amor, seu dilectio formalis?

191 Et pro parte affirmativa facit, quia eadem testimonia citata *n.* 181. quæ docent ad justificationem præerequiri charitatem, etiam docent prærequiri dilectionem: at verò ex illis convincitur prærequiri charitatem formalem: ergo etiam convincitur prærequiri dilectionem formalem. Et confirmatur *primò*, quia testimonia citata loquuntur simpliciter de amore; & possunt propriè intelligi de amore formali: ergo de illo debent intelligi. *Secundò*: quia dilectio seu amor virtualis non sufficit: nam etiam actus imperatus includitur virtualiter in imperante, & tamen hic non potest præstare effectum formalem imperati.

192 His convictus rationibus *Coninck. disp. 2. dub. 6.* existimat præter Pœnitentiam, quæ non potest esse amor formalis, ut statim ostendam, prærequiri ad *justificationem* alium actum amoris Dei formalis: quia Pœnitentia, inquit, illum supponit. Et hoc probatur *primò*; quia sicut omnis cognitio *falsi* supponit distinctam cognitionem *veri*, propter quod intellectus dissentitur *à falso* contrario, ita omnis detestatio, & odium *mali* supponit distinctum amorem *boni*, propter quod fugit *à malo* contrario. *Secundò*, quia ad justificationem prærequiritur actus, qui formaliter sit propter bonitatem Dei; at Pœnitentia non est propter bonitatem Dei, sed propter contrarietatem cum illa.

P.Coninck

193 Hæc opinio mihi non placet: *primò*, quia, aut ille actus amoris distinctus, est prior, quàm Pœnitentia; & hoc non, quia sequeretur ipsum justificare, & non Pœnitentiam, quod est contra testimonia Scripturæ tribuentis effectum justificationis virtuti pœnitentiæ, ut constat ex dictis. Aut non est prior; & hoc etiam non, quia aliàs non posset Pœnitentia esse propter illum: nam id, quod est propter aliud, supponit illud. *Secundò*, quia nulla videtur repugnantia in eo quòd, propositâ nobis bonitate Dei læsâ nostris peccatis, propter illam eodem actu detestemur ipsa peccata; hic verò actus sufficit, ut statim ostendam: ergo, &c.

194 *Neque officit primò*, quòd cognitio *falsi* supponat cognitionem *veri*; non enim illam necessariò supponit destinctam, sed potest eadem propter verum dissentire à falso. *Non officit secundò*, quòd Pœnitentia non sit propter bonitatem Dei, sed propter contrarietatem cum illa: nam actus fugæ charitatis, qualis est Pœnitentia, spectant ad eandem virtutem, ac proinde habent idẽ motivũ ex parte termini *ad quẽ*: nõ ergo sunt propter cõtrarietatẽ cum bonitate divina, sed propter ipsã bonitatem, cui peccata sunt contraria.

195 Alii Doctores cum *Capreol. in 1. disp. 1. q. 1. ar. 3. Caiet. 1. 2. q. 8. ar. 3. & q. 29 ar. 2. Maior in 1. dist. 1. q. 2. Vasq. 1. 2. d. 33. c. 4. n. 24. Valent. q. 3. puncto 3.* opinantur actum Pœnitentiæ, de qua loquimur, esse simul detestationem peccati, & amorem Dei formalem. *Probatur*, qui nõ repugnat iste actus, qui simul tendat in bonitatem Dei propter ipsam, & simul propter ipsam fugiat, & detestetur peccatum. Accedit, quòd hoc solo actu videntur conciliari testimonia Scripturæ, quæ dicunt peccatum remitti per Pœnitentiam, & per dilectionem, quæ videntur debere intelligi de Pœnitentia, quæ simul talis sit, & dilectio formalis.

Capreol. Caiet. Maior. P. Vasq. P. Valent.

196 *Nihilominus* probabiliùs dicendum reor prædictam Pœnitentiam esse quidem charitatem formalem, ut constat ex dictis, sed solùm dilectionem, seu amorem Dei virtualem. Ita Doctores cit. Conclusio indiget probatione quoad duas partes; prima est, *prædictam Pœnitentiam non esse dilectionem Dei formalem*; & hæc est clara, nam dilectio, seu amor formalis, est actus prosecutionis: at verò Pœnitentia, seu detestatio peccati est actus fugæ. Secunda pars est, *ejusmodi Pœnitentiam esse dilectionem Dei virtualem*; hæc est etiam manifesta: nam Pœnitentia, seu detestatio alicujus mali propter bonum contrarium, est virtualis prosecutio, seu amor ipsius boni; siquidem propter illud detestatur malum contrarium: Pœnitentia autem, de qua loquimur, est detestatio peccati propter bonitatem Dei: ergo est virtualis prosecutio, seu amor ipsius bonitatis.

197 *Neque obstat primò*, quòd testimonia Scripturæ loquantur simpliciter de amore, & possint intilligi propriè de amore formali; non enim possunt restringi ad illum solum, cùm etiam alia testimonia tribuant ejus effectum formalem virtuti Pœnitentiæ, quæ est solùm dilectio virtualis.

198 *Non obstat secundò*, quòd actus imperans contineat in sua virtute imperatum; & tamen non possit præstare illius effectum formalem: aliud enim est unum actum contineri in alio, tanquam in causa applicante, quo pacto actus imperatus continetur in imperante; & hæc continentia virtualis non sufficit ad hoc, ut actus imperans præstet eundem effectum formalem imperati; habet enim objectum formale diversum ab ipso. Aliud est contineri unum actum in alio, ut in voluntate æquivalente; & sic in prædicta Pœnitentia continetur amor Dei: & hæc continentia virtualis sufficit ad hoc, ut Pœnitentia præstet eundem effectum formalem amoris Dei; quia habet idem objectum formale cum illo, nimirum eandem bonitatem divinam, cujus ipsa Pœnitentia est amor virtualis.

194 *Non obstat ultimò* possibilitas illius

tius tertii actûs, qui simul sit detestatio peccati, & amor Dei formalis. *Primò*, quia ista possibilitas solùm videtur esse de potentia Dei absoluta, non de potentia ordinaria, propter diversum modum tendendi per modum prosecutionis, & fugæ, quæ duo non possunt formaliter reperiri in eodem actu; & non minùs pugnant in eodem actu, quàm duo contraria in eodem *Ariminens.* subjecto, ut cum *Ariminensi in 1. dist. 1. q.* *Marsil.* *1. art. 2. & Marsil. in 1. q. 4. art. 1. dub.* *P. Tanner* *2.* docet *Tanner. de actibus humanis q. 2. n. 3.* *Secundò*, quia Pœnitentia ordinaria, quæ solùm est amor virtualis, cùm habeat idem motivum formale amoris, videtur habere omnia requisita, ut præstet ipsius effectum formalem, & sit sufficiens dispositio ad gratiam.

§. 3.

Utrùm Pœnitentia remittat peccatum formaliter?

200 *Proponitur prima sententia Vasq. & aliorum asserentium per Pœnitentiam formaliter expelli peccatum.*

201 *Refutatur secunda sententia Soti existimantis Pœnitentiam esse saltem causam formalem inadæquatam remissionis peccati.*

200 SEcunda difficultas, Utrùm Pœnitentia formaliter se ipsâ expellat peccatum? *Prima sententia* affirmat absolutè. Ita cum pluribus *Vasq.* *P. Vasq.* *P. Hurt.* quem citat, & sequitur *Hurtado disp. 2. difficult. 8.* Probatur *primò* ex nonnullis testimoniis Scripturæ apud ipsum *Vasq.* quatenus asserunt peccatum expelli, animamque justificari per conversionem ad Deum: conversio autem idem est, atque Pœnitentia. *Secundò*, quia conversio formaliter se ipsâ opponitur aversioni, illamque expellit: est autem Pœnitentia formalis conversio ad Deum, & peccatum formalis aversio. *Tertiò*, quia implicat hominem intelligi perfectè conversum ad Deum, & simul ab eodem aversum: at ita intelligeretur, si Pœnitentia, quæ est perfecta conversio ad Deum, non esset ipsa formalis remissio, & expulsio aversionis.

201 *Secunda sententia*, quæ tribuitur *Soto*, & aliis, quos tacito nomine allegat *Suar.* opinatur Pœnitentiâ esse saltem *P. Suar.* *Sot.* causam formalem partialem remissionis peccati. *Fundamentum est*, quia sola gratia non videtur posse esse causa formalis adæquata: primò, quia sicut peccatum formaliter continet aliquem actum, quo voluntas, relicto Deo, fertur in creaturam, ita ejus expulsio debet formaliter continere aliquem actum, quo voluntas, relictâ creaturâ, feratur in Deum: non est autem hic actus alius, quàm Pœnitentia. *Secundò*, quia Pœnitentia se ipsâ formaliter tollit aliquid intrinsecè constitutivum peccati; nam peccatum constituitur & conversione ad creaturam, & aversione à Deo: at Pœnitentia tollit aversionem à Deo; est enim, ut diximus, formalis conversio ad illam: & conversio formaliter se ipsâ tollit aversionem: sunt enim hæc duo contraria, & unum contrarium formaliter se ipso expellit aliud, ut visitur in albedine respectu nigredinis, &c. *Tertiò* ex *Trid. sess. 6. cap. 7.* ubi dicitur hominem justificari per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum: includit ergo justificatio aliquem actum voluntatis; & non est alius commodior, quàm Pœnitentia: ergo, &c.

§. 1.

Asseritur resolutio negativa.

202 *Resolvitur Pœnitentiam non esse causam formalem neque adæquatam, neque inadæquatam remissionis peccati.*

203 *Probatur primò locis Trid. asserentis Pœnitentiam esse solam dispositionem ad justificationem.*

204 *Rejicitur explicatio Vasq.*

205 *Probatur secundò pluribus locis Sacræ Paginæ.*

206 *Probatur tertiò ratione.*

207 *Concluditur Pœnitentiam, neque divinitùs posse formaliter expellere peccatū.*

202 NIhilominus standum nobis communi Theologorum sententiâ asserentium Pœnitentiam nullo modo neq; totaliter, neq; partialiter esse causam formalem remissionis peccati, sed solùm se habere ad illam per modum dispositionis. Ita *Suar. disp. 8. sect. 3. Bellarm. lib. 1. de Iustif. cap. 13. Vega lib. 6. in Trid. cap. 28. Albert. tom. 1. principio 1. corollar. 18. n. 69. Tanner de Incarn. q. 2. dub. 9. Turrian. de Grat. opusc. 7. dub. 13. Lug. disp. 8. sect. 4. Coninck disp. 2. à n. 21. Præpos. q. 86. art. 1. dub. 5. Arriag. de Grat. d. 44. n. 12. & d. 46. n. 5.* P. S. P. Be. Veg. Alb. P. T. P. Tu. P. L. P. Co. P. P. P. Tri.

203 *Probatur primò ex Trid. sess. 6. cap.*

cap. 7. ubi postquam *cap. 6.* numerat dispositiones, quæ præcedunt justificationẽ, & remissionem peccati, scilicet fidem, spẽ, dilectionem, & Pœnitentiam, incipit *cap. 7.* his verbis: *Hanc dispositionem justificatio ipsa consequitur,* &c. Si consequitur, distinguitur ab illa; non est ergo Pœnitentia ipsa formalis justificatio, sed solùm dispositio ad illam. Et confirmatur ex eodem *Trid. sess. 6. cap. 6. can. 3.* ibi *Si quis dixerit sine præveniente Spiritûs Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sit.* Ex quo apertè colligitur Pœnitentiam, sicut & dilectionem, distingui formaliter à justificatione: ergo non est ipsa formalis justificatio.

204 Respondet *Vasq. Trid.* hisce locis solùm loqui de Pœnitentia imperfecta, qualis est attritio & hanc dicit esse dispositionem ad justificationem in Sacramento Pœnitentiæ consequendam. Non satisfacit *primò,* quia *Concil.* eodem modo loquitur de Pœnitentia, ac de fide, spe, & dilectione: loquitur autem de his ut perfectis. *Secundò,* quia loquitur de justificatione absolutè, prout abstrahit ab illa, quæ fit in Sacramento, & extra illud, ut constat, tum ex titulis ipsorum capitum; tum ex eorum contextu. Tum quia, si *Trid.* solùm loqueretur de justificatione in Sacramento, nihil haberemus definitum de justificatione absolutè extra Sacramentum; ac proinde non esset hæreticum dicere justificationem absolutè extra Sacramentum fieri per aliquam formam extrinsecam, non inhærentem animæ, nimirum per justitiam Dei, vel ejus condonationem; quod tamen omnes supponunt esse hæreticum, & contra *Trid.* locis citatis: loquitur ergo in illis *Concil.* de justificatione absolutè, & hanc dicit distingui à fide, spe, dilectione, & Pœnitentia, sicut distinguitur forma à suis dispositionibus. Cõfirmatur, quia, si pœnitentia, vel dilectio formaliter se ipsâ justificat, sequitur gratiam non justificare, nam gratia est posterior pœnitentiâ, eamque consequitur: at non potest dici gratiã non justificare, ut patet in puero, qui ubi primũ in baptismo accipit gratiam, intelligitur justificari absque ullo actu Pœnitentiæ, vel dilectionis, nondum enim est illorum capax.

205 *Secundò* probatur communis sententia ex pluribus locis Scripturæ, in quibus veræ Pœnitentiæ promittitur justificatio; juxta illud *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.* Et *Ierem. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa, &c. agam & ego pœnitentiam,* & Et illud ejusdem *Ierem. 3. Convertimini filii revertentes, & sanabo vos.* Quæ loca non possunt non intelligi de justificatione distincta à Pœnitentia, siquidem loquuntur de hac, ut de merito, & dispositione ad illam. Respondet *Vasq.* intelligi quidem de Pœnitentia distincta à justificatione, sed de Pœnitentia imperfecta, qualis est attritio. *Sed contra,* quia hæc testimonia debent intelligi de Pœnitentia, cui extra Sacramentum justificatio infallibiliter est annexa; promissio enim in illis contenta valebat etiam ante adventum Christi, pro tempore, quo nondum erat institutum Sacramentum Pœnitentiæ: at soli perfectæ Pœnitentiæ extra Sacramentum justificatio infallibiliter est annexa: ergo, &c. Adduci possunt plurima Patrum testimonia, quæ expressè loquuntur de perfecta Pœnitentia, cui promittitur justificatio, ut quid distinctum; quæ videri possunt apud authores citatos.

Ps. 50. Ieremi.

206 *Tertiò* probatur eadem communis doctrina ratione: nam Vel Pœnitentia justificat formaliter se ipsâ, sumpta quoad habitum; & hoc non, quia habitus Pœnitentiæ est posterior justificatione, ipsamque consequitur, ut ejus proprietas, sicut & aliæ virtutes supernaturales infusæ, quæ sunt connexæ cum gratia. Vel quoad actum; & hoc etiam non, quia actus est quid transiens, & de ratione formæ justificantis est, quòd sit per modum permanentis; debet enim consistere in aliquo quod se habeat per modum naturæ divinæ participatæ, qua justus constituitur filius Dei adoptivus, & cum qua habitus supernaturales sint connexi per modum potentiarũ cũm sua radice, & natura.

207 *Utrùm verò* Pœnitentia possit justificare, saltem divinitus, expellendo formaliter se ipsâ peccatum? Respondetur neque divinitus id fieri posse: & ratio est clara, quia effectus formalis neque divinitus potest suppleri, ut patet in omnibus formis; nam v. g. albedo, nec divinitus potest reddere nigrum: nigredo, nec divinitus potest reddere album, &c. Et hujus ratio est, quia effectus formalis alicujus formæ nihil aliud est, quàm entitas, & essentia ipsius formæ cõmunicata subjecto apto; at verò entitas, & essentia rei non potest mutari, etiam divinitus.

§. 5.

§. 3.

Satisfit fundamentis contrariis.

208 *Diluuntur fundamenta opinionis Vasq. Et imprimis testimonia allegata solùm intendunt, justificationem fieri per Pœnitentiam dispositive, & non formaliter.*

209 *Conversio seu Pœnitentia opponitur formaliter aversioni actuali, non habituali, huic solùm opponitur dispositivè, & non formaliter.*

210. *Homo per Pœnitentiam intelligitur perfectè conversus ad Deum quoad affectum, non quoad maculam; seu quoad actum, non quoad habitum.*

211 *Maius est peccatum in ratione offensæ, quàm Pœnitentia in ratione satisfactionis: & cur?*

212 *Diluuntur fundamenta opinionis Soti: & imprimis ostenditur remissionem peccati non includere formaliter aliquem actum ex parte hominis, sed solùm dispositivè.*

213 *Deinde Pœnitentiam formaliter solùm tollere affectum, non maculam: at verò solà macula, & non affectus est de ratione peccati habitualis.*

208 NEque obstant fundamenta primæ opinionis *Vasq.* Ad *primum* respondetur, illa testimonia Scripturæ, quatenus asserunt justificationem fieri per Pœnitentiam, solùm velle fieri per Pœnitentiam, ut per dispositionem proximam habentem se ex parte materiæ in genere causæ materialis; non in genere causæ formalis.

209 *Ad secundum* non est dubium conversionem opponi formaliter aversioni, seu peccato actuali: punctum difficultatis solùm est in conversione respectu aversionis, seu peccati habitualis. Peccatum ergo habituale nihil aliud est, quàm actus præteritus moraliter perseverans; & potest considerari dupliciter, *primò* quoad affectum, quatenus peccator censetur affectu approbare actum præteritum. *Secundò* quoad maculam, hoc est, quoad dignitatem odii Dei; licèt enim desinat perseverare quoad affectum, quia peccator dolet de facto præterito, adhuc potest perseverare quoad maculam; nam quoad illam censetur perseverare, quandiu aut non apponitur æqualis compensatio pro offensa, aut non condonatur à Deo. His positis, *Ad argumentum* dicendum est Pœnitentiam tollere formaliter aversionem, quæ inest peccato sumptam quoad affectum; clarum enim est illum, quem pœnitet peccati præteriti, non censeri illud approbare. Non tamen tollere formaliter aversionem quoad maculam, seu dignitatem odii Dei; non enim apponit æqualem compensationem pro offensa, sed solùm quandam dispositionem ad illam.

210 *Ad tertium* respondetur hominem per Pœnitentiam intelligi perfectè conversum ad Deum quoad affectum modo proximè explicato, non tamen quoad destructionem maculæ; non enim destruit maculam, seu dignitatem odii Dei, nisi apponendo æqualem compensationem pro offensa, quam pœnitens non apponit; nam offensa fuit aliquo modo infinita, quæ proinde non potest ad æqualitatem compensari à persona finita, ratione improportionis inter ipsam, & Deum, ut communiter tradi solet in materia de *Incarnat.*

211 Instab. Pœnitentia potest compensare, quod peccatum deliquit; nam Pœnitentia non minùs placet Deo, quàm peccatum displicuit. *Respondetur*, maius esse peccatum in ratione offensæ, quàm est Pœnitentia in ratione compensationis. Et hujus ratio est, quia magnitudo offensæ sumitur à persona, quæ offenditur, nimirum à Deo, qui est persona infinita: at magnitudo compensationis sumitur à persona, quæ compensat, nimirum à creatura, quæ est finita: maius ergo malum est peccatum in ratione offensæ, quàm sit bonum Pœnitentiæ in ratione compensationis.

212 Non item obstant fundamenta secundæ sententiæ *Soti*, & aliorum. *Ad primũ* respondetur concedẽdo remissionem peccati includere aliquem actum ex parte voluntatis, sicut aliquem includit ipsum peccatum; at non eodem modo, nam peccatum illum includit formaliter, remissio solùm ut dispositionem, seu dispositivè. Et hujus *diversa ratio est*, quia non eusdem est peccatum committere, & remittere; sed peccatum committere est solius hominis, unde includit formaliter ejus actum; peccatum remittere est solius Dei, cum sola dispositione, nimirum Pœnitentia ex parte hominis. Est autem peccatum remittere solius Dei, quia homo, cùm sit finitus, non est persona proporti-

 onata

onata ad satisfaciendum æqualiter pro offensa commissa contra Deum infinitum.

213 *Ad secundum* respondetur Pœnitentiam formaliter se ipsâ nihil tollere intrinsecè constitutivum peccati; solùm enim tollit aversionem illius quoad affectum non quoad maculam: at verò aversio quoad affectum non est de intrinseca ratione peccati; quod vel inde clarè ostenditur, quia potest tolli per attritionem, manente ipso peccato quoad maculam. *Ad tertium* respondetur, *Concil. Trid.* dicere, hominem justificari per voluntariam receptionem gratiæ non formaliter, sed solùm dispositivè.

§. 3.

Solvuntur alia quatuor argumenta, quæ fieri possunt contra traditam resolutionem.

214 *Eadem videtur ratio de Pœnitentia, ac de dilectione.*

215 *An, si homo existens in peccato videret Deum, esset Beatus?*

216 *Respondent aliqui negativè, sed falsò.*

217 *Alii dicunt futurum quidem habentem Beatitudinem, non tamen Beatū. Hoc tamen falsum est.*

218 *Dicunt nonnulli futurum Beatum, & reddi Sanctum, non per charitatem, sed per Visionem Beatam. Hoc etiam falsum est, quia Visio Beata non est per modum naturæ, sed per modum operationis; ac proinde non potest sanctificare.*

219 *Concluditur hominem in hoc eventu reddi Beatum, ejusque peccatum expelli per Visionem Dei, non tamen sanctificari quoad participationem naturæ divinæ nisi per gratiam.*

220 *Si quis absque gratia sanctificante diligeret Deum, sanctificaretur solùm in operando, & non in essendo. Item foret idem cum Deo, quantum est ex parte hominis, non quantum est ex parte Dei.*

221 *Per amorem Dei dicitur quis manere in Deo & transformari in illum quoad affectum, non quoad naturam.*

222 *Per dilectionem absque gratia redditur homo amicus Dei, quantum est ex parte ipsius hominis, non quantum est ex parte Dei.*

214 IN materia *de charitate* disputari solet quædam quæstio cum hac, in qua de præsenti sumus, penè eadem; utrùm scilicet charitas sit forma justificans? Et inde possunt facilè deduci argumenta contra traditam doctrinam; dicere enim potest quis Pœnitentiam, prout expellit peccata, esse ex motivo charitatis, actumque elicitum illius, ut constat ex prima difficultate: at verò charitas formaliter expellit peccatum; & pro hoc fieri possunt quatuor argumenta.

215 *Primum*: Si homo existens in peccato raperetur ad claram visionem Dei, ejusque amorem beatificum (quod videtur fieri posse de potentia Dei absoluta) certè tali homini ex vi Beatitudinis remitteretur peccatum, redderetur enim Beatus; & Beatitudo expellit omnem miseriam ex parte subjecti, summa autem miseria est peccatum: atqui in isto eventu peccatum non remitteretur ex vi gratiæ sanctificantis, sed ex vi Beatitudinis, quæ consistit formaliter in charitate, & visione: ergo formaliter per charitatem.

216 Respondent aliqui primò cum *Salas, de Beatit. tract. 2. disp. 7. sect. 9.* hujusmodi hominem in hoc eventu fore quidem videntem, & amantē Deum, non tamen Beatum; quia Beatitudo, inquiunt, non consistit in sola visione Dei, ejusque amore, sed etiam in carentia peccati. Non placent, quia Beatitudo formalis adæquatè consistit in visione Dei, & ejus amore, non autem in carentia peccati; sin minùs tot essent formæ beatificantes, quot sunt carentiæ peccati. P. Salas.

217 Respondent alii secundò istum hominem habere quidem formam beatificantem, non tamen dici Beatum, ob improportionem subjecti, quod est affectum miseriâ peccati: existimant enim accidens posse poni in subjecto improportionato. Non etiam placent *primò*, quia in Philosophia alibi ostendimus nullam formam, etiam divinitus, posse collocari in subjecto improportionato. *Secundò*, quia improportio tota consisteret in miseria peccati, & hæc expelleretur per ipsam Beatitudinem, quæ expellit omnem miseriam.

218 Respondent nonnulli tertiò prædictum hominem sanctificari quidem formaliter, non tamen per charitatem, sed per Visionem Beatam; ad hanc enim, quatenus est forma beatificans, & non

non ad illam, spectat expellere ex parte subjecti omnem miseriam, quale est peccatum. Adhuc non placent, quia videtur difficile admittere, quòd Visio Beata sit forma sanctificans: videtur, inquam, id difficile, *primò*, quia de ratione formæ sanctificantis est, quòd se habeat per modum naturæ divinæ, non verò per modum operationis: at Visio Beata non habet se per modum naturæ, sed per modum operationis. *Secundò*, quia videtur proprium formæ sanctificantis, quantum est ex se, reddere hominem filium Dei, hoc autem est speciale gratiæ, ut in ejus materia tradi solet. *Tertiò*, quia aliàs magis sanctus esset justus videns, quã nõ videns Deũ; ac proinde magis sanctus esset Moyses, & Paulus, imò & Beata Virgo, siquando in hac vita Deum viderunt, quàm postquam illum non viderunt.

219 Quare, his solutionibus, ut minùs probabilibus, relictis, *Dicendum* videtur hominem in eo eventu consecuturum quidem remissionem peccati formaliter per Visionem Beatam, non tamen per eam formaliter sanctificari. Cõsequeretur, inquam, remissionem peccati; quia Visio Beata expellit se ipsâ formaliter omnem miseriam subjecti, non minùs, quã gratia expellit peccatum: non tamen justificaretur formaliter, quia forma sanctificans debet esse per modum naturæ, quo pacto se non habet Visio Beata.

220 *Secundum argumentum*: Si quis, sublata gratia sanctificante, diligeret Deum ex toto corde, certè per talem dilectionem fieret unus spiritus cũ Deo, & adæquaretur in omnibus primæ regulæ, quæ est ipse Deus: ergo justificaretur; nam justificari nihil aliud est, quam adæquari in omnibus primæ regulæ divinæ, & fieri unum spiritum cum ipso Deo. *Respondetur*, dari duplicem justificationem, alteram, quæ consistit in adæquatione cum prima regula in operando; alteram, quasi in essendo, & hæc est sanctitas, semen gloriæ, & participatio divinæ naturæ. Dilectio ergo, præcisâ gratiâ, potest dici justificatio in operando, non in essendo; nam sola gratia est semen gloriæ, & participatio naturæ divinæ. Item prædicta dilectio faceret hominem unum spiritum cum Deo, quantum est ex parte hominis, non quantum est ex parte Dei; non enim amaretur à Deo amore illo, quo amantur filii adoptivi divinæ consortes naturæ, sed amore alio inferiori, qui non dat eam unitatem spiritus per conformitatem quasi in essendo, sed per conformitatem in operando.

221 *Tertium argumentum*: Per amorem Dei dicitur quis manere in Deo, & Deus in illo; item transformari in Deum, & manere Deiformis: forma autem Dei opponitur formaliter deformitati peccati: ergo, &c. *Respondetur*, per amorem Dei dici quemlibet manere in Deo, & Deum in illo, item transformari in Deum quoad affectum, non quoad participationem naturæ, hæc enim solùm participatur per gratiam sanctificantem.

222 *Quartum argumentum*: Per dilectionem redditur homo formaliter amicus Dei: ergo fit justus. Redditur, inquam, formaliter amicus Dei; quia imprimis diligit Deum, ut est clarum. Deinde diligitur à Deo. *Probo hoc*, quia diligere est velle bonum alicui: Deus autem vult dare illi homini dilectionem suam: ergo, &c. *Respondetur* dilectionem præcisâ gratiâ sanctificante, reddere hominem amicum Dei, quantum est ex parte ipsius hominis, non quantum est ex parte Dei. Non nego, etiam diligi à Deo, siquidem Deus illi confert dilectionem suam, sed dico solùm diligi à Deo amore inferiori, non illo pretioso, quo Deus diligit filios suos adoptivos divinæ naturæ consortes.

SECTIO III.

Utrùm virtus Pœnitentiæ sit necessaria de lege ordinaria ad remissionem peccati mortalis?

223 *Duplex necessitas, altera medii, altera præcepti.*

223 UPLEX datur necessitas, altera *medii*, sine quo finis obtineri non potest: talis est baptismus respectu infantis in re susceptus, nam sine illo infans salvari non potest. Altera dicitur necessitas *præcepti*, & hæc est talis, ut, si præceptum ob aliquam justam causam non servetur, tamen possit quis salvari; & ita se habet necessitas audiendi Sacrum die Dominica; nam, licèt in illa ob aliquam justam causam non audiatur, non tamen, idcirco præcluditur Saluti locus.

§. I.

Utrùm sit necessaria necessitate medii?

224 *Refertur prima sententia Cani asserentis Pœnitentiam formalem in omni eventu esse de necessitate* medii, *nec sufficere amorem Dei.*
225 *Modificatur à Soto, & aliis, qui dicunt Pœnitentiam esse quidem necessariam; at dari non posse amorem Dei sine illa.*
226 *Proponuntur hujus sententiæ fundamenta.*
227 *Refertur secunda sententia contraria, asserens Pœnitentiam formalem non esse necessariam necessitate* medii, *sed in omni eventu sufficere Pœnitentiam virtualem.*
228 *Pro resolutione hujus difficultatis distinguitur duplex necessitas, altera regulariter, & per se loquendo, altera respectivè ad aliquos casus.*
229 *Prima conclusio: Pœnitentia formalis est necessaria regulariter, & per se loquendo.*
230 *Homo advertens ad peccata, moraliter loquendo non potest amare Deum, quin retractet, ac detestetur ipsa peccata.*
231 *Secunda conclusio: Loquendo respectivè ad aliquos casus, sufficit Pœnitentia virtualis.*
232 *Referuntur tres casus speciales, in quibus non est necessaria Pœnitentia formalis.*
233 *Ad valorem Sacramenti confessionis non sufficit Pœnitentia virtualis: sufficit tamen ad Salutem, si sit actus amoris Dei super omnia.*
234 *In infideli magis necessaria est fides Christi formalis, quam peccatori Pœnitentia formalis; & cur? Adde, quòd in infideli etiam aliquo casu sufficit fides Christi virtualis.*
235 *In hæretico etiam aliquando sufficit reconciliatio virtualis cum Ecclesia.*

224 PRima *difficultas* est de necessitate *medii*; & procedit de Pœnitentia formali, eaque extra privilegium Sacramenti, vel martyrii. *Prima sententia* affirmat Pœnitentiam formalem esse necessariam necessitate *medii* ad Salutem. Ita *Can. Relectione de Pœnitent. cap. 3.* asserens Pœnitentiam formalē esse adeò necessariam in omni eventu, ut sine illa peccatum remitti non possit, etiamsi homo eliciat actum amoris Dei super omnia; unde consequenter asserit posse hominem existentem in peccato mortali elicere actum amoris Dei, quin justificetur. (Can.)

225 Eandem sententiam, sed non eodem modo defendunt Thomistæ cum *Soto apud Suar.* ubi infrà, opinantes Pœnitentiam esse medium unicum ad remissionem peccati, non tamen admittunt posse hominem existentem in peccato elicere actum amoris Dei, sed dicunt impossibile esse elicere verum actum amoris Dei, quin simul eliciat actum Pœnitentiæ: nam peccator existens in mortali nō potest verè amare Deum super omnia, quin detestetur ipsum peccatum.

226 Probatur hæc sententia *primò* ex *Concil. Trid. sess. 14. cap. 4.* ubi loquendo de Pœnitentia: *Fuit autem*, inquit, *omni tempore necessarius hic motus ad obtinendam peccati veniam*; idem asserit *sess. 6. cap. 6.* etiam iisdem ferè verbis definitur in *Concil. Later. cap. Firmiter.* Desumitur autem hoc decretum ex Sacra Pagina *Luc. 13.* ibi: *Nisi Pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Necnon ex *Apocal. 1.* ibi: *Age Pœnitentiam, sin minùs veniam ad te*, &c. Probatur *secundò* ratione, quia Pœnitentia habet hanc necessariam connexionem cum remissione peccati: idque tam ex ordinatione divina, ut constat ex textibus allegatis, quàm ex sua intrinseca ratione; nam præterquamquod Pœnitentia sit accommodatius mediū ad vitæ emendam, certè est aversio à creatura, ad quam peccatum fuit formalis conversio. (Trid. Concil. Lateran. Luc. 13. Apocal. 1.)

227 *Secunda sententia* huic contraria tuetur, Pœnitentiam formalem in nullo eventu esse necessariam, sed sufficere virtualem contentam in actu amoris Dei super omnia. Ita *Scot. Navar. Vega*, & alii quos citant, & sequuntur *Valentia 3. p. punct. 2. Vasq. q. 86. art. 2. dub. 1. Hurt. disp. 2. diff. 5.* Fundamentum est, quia sufficit actus amoris Dei super omnia. Et hoc probatur *primò* ex Scriptura *Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur*, &c. Necnon *1. Ioan. 4. Omnis, qui diligit, ex Deo natus est.* Item. *1. Petri 4. Universa delicta operit charitas*, &c. Secundò probatur ratione, quia Pœnitentia sufficit: ergo à fortiori amor, nam amor est perfectior, quàm Pœnitentia, illamque continet virtualiter. Et hoc ostenditur, tum ex motivo formali, quod est (Scot. Navar. Vega. P. Valent. P. Vasq. P. Hurt. Ioan. 14. 1. Ioan. 4. 1. Petri. 4.)

est idem in utroque actu; tum quia amor est perfecta conversio ad Deum, & consequenter aversio à creatura. Unde quoad istam secundam partem æquipollet Pœnitentiæ, quæ est aversio à creaturis. *Tertiò* probatur, quia fundamenta prioris sententiæ solùm convincũt necessitatem Pœnitentiæ virtualis.

228 *Nihilominus* distinctione opus est; aut enim possumus loqui de necessitate Pœnitẽtiæ generaliter, & per se loquendo absolutè, aut respectivè ad aliquos casus speciales, & quasi exceptiones à regula generali.

229 *Dico primò*: Pœnitentia formalis per se, & absolutè loquendo, est necessaria necessitate *medii* ad remissionem peccati mortalis. Ita cum *D. Thoma*, & aliis *Suar. disp. 9. sect. 1. Coninck. disp. 2. dub. 6. n. 50. Tanner. q. 3. n. 23. Præpos. q. 86. art. 2. dub. 1. Turrian. disp. 9. dub. 1. Laym. cap. 2.* Hæc conclusio probatur rationibus, & testimoniis primæ sententiæ, quæ debent intelligi de Pœnitentia absolutè, & per se loquendo. Et certè videntur non posse explicari, nisi de Pœnitentia formali; debent enim accipi in proprio sensu, cùm nulla appareat necessitas deflectendi ab illo: sensus autem proprius est Pœnitentiæ formalis.

D. Thom. P. Suar. P. Coninck. P. Tanner. P. Præpos. P. Turr. P. Laym.

230 Neque obstat, quòd actus dilectionis Dei super omnia se solo justificet; nam homo existens in peccato, & habens memoriam illius, non potest, moraliter loquendo, elicere verum actum amoris Dei, quin simul retractet ipsum peccatum: eadem enim bonitas, quæ allicit ad amorem, allicit à fortiori ad retractationem offensæ.

231 *Dico secundò*: Loquendo respectivè ad aliquos casus speciales, sufficit amor Dei super omnia. Ita Doctores proximè allegati. Et probatur, quia aliqui sunt casus, in quibus non potest elici actus Pœnitentiæ, & potest elici actus dilectionis Dei super omnia: dilectio autem Dei super omnia justificat, ut patet ex rationibus, & testimoniis citatis pro secunda sententia.

232 Casus autem, in quibus non potest elici actus Pœnitentiæ, & potest actus dilectionis Dei, assignari solent tres. *Primus*, quando peccator non est memor suorum scelerum; tunc enim clarum est nõ posse eũ pœnitere de illis; & tamen adjutus divinâ gratiâ potest elicere actũ amoris Dei. *Secundus*, quando, licèt sit suorum peccatorum memor, non tamen ea illi proponuntur practicè, hoc est, ut detestabilia; nam tunc etiam ea non potest detestari, peccator enim non potest detestari, nisi ea, quæ illi proponuntur, ut detestabilia. *Tertius*, præsens necessitas repentini martyrii, quæ tanta esse potest, ut pro tunc attendere ad removendum scandalum, aut ad explicandum causam martyrii, aut ad examinandas circunstantias facti, in quibus sit periculum peccandi, magis oporteat, quàm ad adhibendum conatum ad formalem Pœnitentiam.

233 Objicies primò: In Sacramento Pœnitentiæ nunquam sufficit Pœnitentia virtualis: sed requiritur formalis: ergo idem dicendum extra Sacramentum: nam minor Pœnitentia sufficit cum Sacramento, quàm extra illud. *Respondetur* negando consequentiam. Diversa ratio est, quia Pœnitentia formalis est pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ, integrans ejus materiam, de quo *tract.* sequenti. At hæc ratio non militat extra Sacramentum. Neque obstat quòd minor Pœnitentia sufficiat cum Sacramento; sufficit enim minor, hoc est, ex minori motivo, qualis est attritio; non tamen minùs expressa.

234 Objicies secundò: Ad justificationem peccatoris extra Sacramentum non minùs requiritur Pœnitentia formalis, quàm in infideli fides Christi: hæc autem nunquam sufficit virtualis, sed requiritur formalis. *Respondetur* negando minorem. Sufficit enim virtualis contenta in fide alterius objecti. *Respondetur secundò*, magis requiri fidem Christi, quàm Pœnitentiam, nam fides est fundamentum omnis actionis supernaturalis, Pœnitentia non ita.

235 Objicies tertiò: Non minùs requiritur in peccatore Pœnitentia, seu reconciliatio cum Deo, quàm in hæretico reconciliatio cum Ecclesia; sed hæc nunquam sufficit virtualis, sed requiritur formalis: ergo, &c. *Respondetur* negando min: sufficit enim virtualis contenta in amore Dei, quando formalis haberi non potest.

§. 2.

Utrùm sit necessaria necessitate præcepti?

236 *Proponitur sententia asserentium solùm esse necessariam necessitate* medii,

dii, & non necessitate præcepti.

237 *Concluditur tamen esse necessariam necessitate* præcepti.

238 *Ratione ostenditur.*

239 *Declaratur difficilis locus D. Thom.*

240 *Quo sensu existens in uno peccato possit damnari, quin committat novum peccatum impœnitentiæ.*

236 **S***Ecunda difficultas* est de necessitate præcepti. *Victoria*, & alii apud *Suar.* infrà, opinantur virtutem Pœnitentiæ solùm esse necessariam necessitate *medii*. Et probatur *primò* ex *D. Thoma.* 2. 2. q. 14. *art.* 1. *ad* 3. ubi dicit impœnitentiam, prout est solùm permanentia in peccato usque ad mortem, non esse speciale peccatum, sed circunstantiam quandam peccati. Si autem daretur speciale præceptum Pœnitentiæ, impœnitentia esset speciale peccatum. *Secundò* probatur, quia aliàs sequeretur, neminem damnari per unicum peccatum; nam semper intercederet aliud impœnitentiæ: imò & aliud impœnitentiæ de hoc secundo, & aliud impœnitentiæ de hoc tertio, & sic in infinitum.

Victoria. *D. Thom.*

237 *Nihilominus* dicendum virtutem Pœnitentiæ, supposito peccato, esse etiam necessariam necessitate *præcepti*. Ita communiter Theologi, quos latè referunt, & sequuntur *Suar. disp.* 15. *sect.* 1. *Vasq. q.* 86. *art.* 2. *dub.* 2. *Prapos.* ibidem *dub.* 3. *Granad. tract.* 2. *disp.* 9. *Henriq. lib.* 1. *cap.* 6. *Lug. disp.* 7. *sect.* 10. *Coninck disp.* 3. *dub.* 1. *Turrian disp.* 9. *dub.* 3. *Hurt. disp.* 3. *difficult.* 1. *Tanner. q.* 6. *dub.* 3. *Fillinc. tract.* 6. *cap.* 8. *q.* 1. *Bonacin. q.* 5. *sect.* 1. *punct.* 2. *n.* 4. Probatur *primò* ex illis verbis *Matth.* 4. *Pœnitentiam agite.* Et *Luc.* 7. *Nisi Pœnitentiam egeritis*, &c. Nam ex similibus verbis *Ioan.* 3. *Nisi quis renatus fuerit*, &c. deducitur Baptismum cadere sub præceptum. Confirmatur ex illo *Tertul de Pœnit. cap.* 4. *Bonum est pœnitere, an non? Deus præcepit*, &c.

P. Suar. *P. Vasq.* *P. Prapos.* *P. Granad* *P. Hurt.* *P. Lug.* *P. Coninck.* *P. Turrian.* *P. Hurt.* *P. Tāner.* *P. Filliuc.* *Bonac.* *Matth.* 4. *Luc.* 7. *Ioan.* 3. *Tertul.*

238 *Secundò probatur* ratione, quia virtus Pœnitentiæ est necessaria necessitate *medii*, ut constat ex resolutione prioris difficultatis: ea autem, quæ sunt necessaria necessitate *medii*, etiā sunt necessaria necessitate *præcepti*; tenemur enim adhibere media necessaria ad cōsecutionē ultimi finis, qui nobis proponitur sub præcepto; imò omnia præcepta ad id tendunt, ut homo procuret suum ultimum finem.

239 Neque obstant fundamenta adducta in contrarium. *Ad primum* desumptum ex loco D. Thomæ, relictis aliis explicationibus, quas adducunt Doctores citati, & mihi non placent. *Respondendum* impœnitentiam posse sumi dupliciter. *Primò*, prout est sola permanentia in peccato cum advertentia ad illam, ejusque durationem, at sine advertentia ad obligationem pœnitendi; & sic, ut docet *D. Thom.* non est speciale peccatum: nam duratio peccati non est speciale peccatum, sed circunstantia peccati. *Secundò* cum advertentia ad obligationem pœnitendi; & sic, ut asserit *D. Thom.* ibidem, est speciale peccatum, quia includit propositum saltem virtuale non pœnitendi, quod contrahit specialem malitiam impœnitentiæ.

D. Thom. *D. Thom.*

240 *Ad secundum* respondetur, non bene inferri sequi ex hac doctrina nunquam hominem posse damnari propter unicum peccatum; nam plures homines, commisso unico peccato, possunt emori, & de facto, eventu inopinato moriuntur, quin advertant, aut advertere possint ad speciale præceptum Pœnitentiæ: peccatum verò non incurritur contra illud absque advertentia.

§. 3.

Utrùm præceptum virtutis Pœnitentiæ naturale sit, an positivum?

241 *Refertur opinio Medinæ asserentis præceptum Pœnitentiæ solùm esse positivū, & non naturale.*

242 *Concluditur tamen esse naturale.*

243 *Probabile est non obligare in casu, quo Pœnitentia ex institutione divina non esset ordinata ad justificationem.*

244 *At probabilius est etiam tunc obligare.*

245 *Præceptum Pœnitentiæ obligat* 1. *ex motivo charitatis divinæ* 2. *ex motivo charitatis propriæ.* 3. *ex motivo Pœnitentiæ, prout est specialis virtus.*

246 *Communiter dicitur, etiam obligare ex motivo justitiæ; at minus bene.*

247 *Diluuntur fundamenta Medinæ relata. n.* 241. *& imprimis ostenditur præceptum Pœnitentiæ non esse mutatum.*

248 *Habere locum implicitum in Decalogo.*

249 Non

240. *Non esse à Deo dispensabile.*

241 QUæres primò, Utrùm præceptum Pœnitentiæ sit naturale? *Medina* existimat non esse naturale, sed solùm positivum, contentum in illis verbis, *Pœnitentiam agite*, & *Nisi pœnitentiam egeritis* &c. Probatur *primò*, quia præceptum naturale est immutabile: at præceptum Pœnitentiæ ante institutionẽ Sacramenti obligabat ad contritionem; modò sola attritione cum Sacramento cõtentum est. *Secundò*, si esset naturale, spectaret ad aliquod præceptum Decalogi; in nullo tamen eorum est.

Medina.

242 Dicendum tamen esse præceptum naturale. Ita Doctores proximè allegati. Et probatur, quia lumine naturali convincimur teneri adhibere medium unicum ad consecutionem nostri ultimi finis: at ex dictis constat pœnitentiam, supposito peccato, esse medium unicum ad consecutionem ultimi finis: ergo, &c.

243 Utrùm verò hujusmodi præceptum ita sit naturale, ut nullam prærequirat ordinationem divinam ipsius Pœnitentiæ ad justificationem? *Suar. Tanner. Præpos. Bonacin. & Filliuc.* supra cit. existimant prærequiri ordinationem divinam, quia absque illa Pœnitentia non inservit ad justificationem; nam Pœnitentia suâpte naturâ neque est forma justificans, neque dispositio habens infallibilem connexionem cum justificatione. Id solùm habet ex misericordia, & ordinatione divina.

P. Suar.
P. Tiner.
P. Præpo sit.
P. Bonac.
P. Filliuc.

244 Probabiliùs tamen dicendum videtur cum *Vasq. Turrian. & Coninck.* locis citatis, non prærequiri talem ordinationem; quia, etsi Pœnitentia suâpte naturâ non habeat adæquatam connexionem cum gratia divina, habet tamen aliqualem, & est medium omnium accommodatius ad illã: at peccator, suppositâ offensâ Dei, tenetur, quantum est ex parte sua adhibere medium accommodatius ad satisfactionem, & reconciliationem cum Deo. Et confirmatur efficaciter; quia quãdiu peccator, suppositâ offensâ divinâ, non retractat offensam cõmissam, censetur perseverare in illa quoad affectum: at peccator tenetur tollere illam moralẽ perseverantiam quoad affectum, licèt non possit quoad maculam; aliter censebitur, quãtum est ex parte sua, approbare ipsũ peccatum.

P. Vasq.
P. Turrian.
P. Coninck.

245 Ex quo autem motivo obliget hoc Pœnitentiæ præceptum? Respondetur obligare *primò* ex motivo charitatis erga Deum, nam bonitas divina non solùm, obligat ad nõ offendendum Deũ, ut amicum, sed etiã post offensã ad retractationẽ illius, & reconciliationẽ cũ ipso Deo. *Secũdò*, supposita ordinatione divina Pœnitentiæ ad justificationẽ, obligat etiam ex motivo charitatis propriæ, saltem in articulo mortis; tenetur enim tunc peccator elicere actum Pœnitentiæ, ne se exponat periculo damnationis æternæ. *Tertiò* obligat ex motivo virtutis Pœnitentiæ, prout est specialis virtus distincta ab aliis; nam illa obligat ad destructionem offensæ, & consequenter imperat medium necessarium ad hunc finem, qualis est Pœnitentia, prout coincidit cum charitate.

246 *Quartò*, ut sentiunt Authores citati, obligat ex motivo justitiæ, & restitutionis qua tenetur quis reparare damnum alteri illatum, & ejus jus læsum resarcire: nam per quodlibet peccatum damnum Deo inferimus, & ejus jus lædimus. Sed mihi non placet istud quartum motivum; nam, ut suprà *disp.* 1. *sect.* 1. ostendi, Pœnitentia non obligat titulo restitutionis ex motivo justitiæ, sin minùs obligaret statim post peccatum commissum, quod est falsum, ut statim ostendam. Ex dictis colliges, quodlibet peccatũ impœnitẽtiæ cõtrahere prædictas tres malitias distinctas, si ad eas sufficienter advertatur.

247 Neque officiunt fundamenta *Medinæ*, quatenus asserit præceptum Pœnitentiæ esse solùm positivum, contentum in illis verbis, *Pœnitentiam agite*, &c.

Nam etiam est naturale, ut constat ex dictis. *Ad primum* ergo respondetur præceptum Pœnitentiæ non esse mutatum, nam olim solùm obligabat ad contritionẽ extra Sacramentum, quod non erat: & modò etiam ad illam obligat extra Sacramentum, quod est: mutatio ergo solùm fuit in Sacramento, non in præcepto.

248 *Ad secundum* respondetur, præceptum Pœnitentiæ non habere locum expressum in Decalogo, habere tamen implicitum: nam non omnia præcepta divina naturalia habent locum expressum in Decal. ut patet in præcepto amoris Dei, quod non habet locum expressum in illo, sed solùm implicitum, nimirum in primo præcepto, quatenus præcipit Deum honorare; nam in hujusmodi honore, & cultu solùm continetur amor Dei implicitè; & in illo etiam continetur Pœnitentia:

tentiæ: præceptum enim, quod præcipit Deum honorare, & amare, etiam præcipit reconciliari cum ipso.

149 *Quæres secundò*, Utrùm præceptum Pœnitentiæ sit dispensabile à Deo? Et videtur esse, quia Deus potest remittere peccatum, & cedere amore, ac reverentiâ, quam sibi vendicat jure suo. *Sed probabilius* dicendum puto non esse dispensabile. *Primò* ex illo principio generali, quo dicitur Deum non posse dispensare in præceptis naturalibus; nam actiones contra præcepta naturalia sunt intrinsecè malæ, & Deus non potest dispensare in actionibus intrinsecè malis, ut ex communi doctrina in materia *de Iustitia* suppono. *Secundò*, quia, licet Deus suo decreto nobis remitteret obligationem, adhuc ejus bonitas, & excellentia infinita intrinsecè nos obligaret ad amorem, & retractationem offensæ commissæ.

§. 4.

Utrùm obliget statim post peccatum commissum.

250 *Quæstio non procedit de obligatione per accidens, sed obligatione per se.*
251 *Et imprimis certum est obligare in articulo mortis.*
252 *Proponitur opinio asserens obligare statim post peccatum commissum.*
253 *Probatur* primò *ex locis Sacræ Paginæ.*
254 *Probatur* secundò *argumento justitiæ.*
255 *Probatur* tertiò *argumento correctionis fraternæ.*
256 *Probatur* quartò *argumento charitatis propriæ.*
257 *Probatur* quintò *argumento charitatis ergà Deum.*
258 *Probatur* sextò *argumento pietatis, & reverentiæ Deo, ut Patri, debitæ.*
259 *Probatur* septimò *argumēto fidei.* Ultimò *argumēto promissionis, & voti.*

250 Tertia *difficultas*, quo tempore obliget præceptum Pœnitentiæ? Et quæstio non est de obligatione per accidens ratione alicujus Sacramenti, quod suscipiendum sit, vel administrandum; aut ratione alicujus tentationis gravis, quæ, ut vincatur, indigeat actu virtutis Pœnitentiæ. Solùm loquimur de obligatione præcepti.

251 Et imprimis certum est ex omnium Doctorum sententia, præceptum Pœnitentiæ obligare in articulo mortis, tum ex motivo charitatis ergà Deum, tum ex motivo charitatis ergà se ipsum: nec non ex motivo Pœnitentiæ, prout est specialis virtus, ut constat ex dictis.

252 Solùm dubitari potest, Utrùm obliget statim post peccatum commissum? *Affirmat Guilhelm. Parisiensis, Argētin. Sot. Maior, Caiet. Palud. Alens. D. Antonin. Sylvest. Marsil. Abul. D. Bonavent.* & alii apud *Vanner. n. 47.* Adde ex Canonistis *Archidiaconum in cap. Ille rex, de Pænit. dist. 3. & Innocentium in cap. Omnis utriusque, de Pænit. & remission.* Guilhel. Parisiens. Argent. Sotus. Maior. Caiet. Palud. Alens. D. Antonin. Sylvest. Marsilius. Abulens. D. Bonavent. Archidiacon. Innocentius.

253 Et probatur, *primò* ex Sacra Scriptura *Eccles. 5. Non tardes converti ad Deum, & ne differas de die in diem,* &c. Itē *Isai. 65. Omnes corruetis pro eo quòd vocavi, & non respondistis. Ierem 8. Nullus est, qui agat pœnitentiam: non sunt confusi, & erubescere nescierunt,* &c. Ex quibus locis, & aliis similibus constat Deum indignati contra differentes Pœnitentiam: est ergo ejus dilatio culpa, & peccatum. Eccles. Isai. Ierem.

254 *Secundò* probatur argumento justitiæ, quia per quodlibet peccatum damnum Deo inferimus; & ejus jus lædimus; quando autem læditur jus alterius, debetur illi restitutio, & compensatio statim post peccatum: restitutio verò, & compensatio juris divini fit per Pœnitentiam.

255 *Tertiò* argumento correctionis fraternæ, nam maior est obligatio corrigendi se ipsum, quàm proximum: at obligatio corrigendi proximum incurritur tempore habili, ut bene probat *Vasq. tit. P. dub. 5. n. 3.* Vasq.

256 *Quartò* argumento charitatis propriæ, quo tenemur statim nos eripere quolibet malo gravi temporali: ergo etiam malo gravi spirituali, quale est peccatum. Adde, quòd esse in peccato mortali, est esse in periculo æternæ dānationis, potest enim peccator casu aliquo inopinato, ac repentè mori, &c. At verò tenemur nos eripere quam primùm periculo æternæ damnationis. Præterea esse in uno peccato, est esse in periculo alterius, juxta illud vulgare *D. Greg. hom. 11. in Ezechiel.* ibi. *Peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, suo pondere trahit ad aliud,* &c. Tenemur autem nos eripere periculo peccandi, nam qui amat periculum, peribit in D. Greg.

257 *Quintò* argumento charitatis erga Deum, & amicitiæ semel cum illo initæ, quia tenemur statim cum illo reconciliari, aliter videbimur approbare statum odii, & contemnere ejus amorem: voluntas autem interpretativa est sufficiens ad inducendum novum peccatum, ut patet in omnissione actûs præcepti.

248 *Sextò* argumento pietatis, & reverentiæ Deo, ut Patri, debitæ; nam filius, qui parentem graviter offendit, tenetur ex præcepto pietatis procurare quamprimùm ejus reconciliationem, & gratiam amissam.

P. Sanch.
P. Suar.

259 *Septimò* exemplo fidei, quam quis tenetur recuperare statim post peccatum infidelitatis, ut videre est apud *Sanch. lib. 2. Decal. cap. 1.* & *Suar. de fide disp. 13. sect. 5.* *Ultimò* exemplo promissionis, & voti. Nam promissio facta indefinitè, nullo præfixo termino, obligat pro statim. *L. In omnibus obligationibus, ff. de regul. jur. L. Eum qui. §. Quoties, ff. de verborum obligat.* ibi: *Quod sine termino debetur, statim debetur*, &c. Item votum obligat pro statim, juxta illud *Deuteron. 23.* ibi: *Cùm votum voveris Domino, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum*, &c. Quod etiam in *cap. Non est de voto*, & aliis pluribus cum communi Doctorum tenet *Sanch. l. 4. Decal cap. 14. n. 5.* & *Suar l. 4. de voto cap. 12. n. 6.* ergo, &c.

L. In omnibus. *L. Eum.* *Deuteron.* *Cap. Non est.* *P. Sanch.* *P. Suar.*

§. 5.

Præfertur resolutio negativa.

260 *Non est textus, nec ratio sufficienter inducens prædictam obligationem.*

261 *Præceptum Pœnitentiæ non est negativum sed affirmativum.*

262 *Deinde Ecclesiæ praxis est contraria.*

263 *In contraria opinione accedens ad confessionem cum sola attritione, accederet cum peccato actuali.*

264 *Notatur aliud absurdum, quod ex contraria opinione sequitur.*

260 NIhilominus communis est hodie contraria sententia negativa, & quidem verior: ejus Auctores cum *D. Thom.* latè referunt, & sequuntur *Suar. disp. 15. sec. 5. Vasq. q. 86. art. 2. dub. 5 Præposit.* ibidem *dub. 4. Tanner.* ubi proximè. *Connick. disp. 3. dub. 3. Lugo disp. 7. n. 196. Hurt. disp. 1. diff. 3. Laym. cap. 2. Henr. lib. 1. cap. 6. Bonac. q. 5. sec. 1. p. 2. n. 8. Filliuc. tract. 6. cap. 8. q. 5. Fagund. Reginal. Granad. Amicus de Pœnitent. Escobar. to. 2. Theol. moral. lib. 13. sect. 2. problem. 28.* & alii communiter. Porbatur *primò*, quia hæc obligatio pœnitendi statim post peccatum, neque constat ex jure positivo; nam testimonia allegata pro parte contraria non convincunt, ut constabit ex eorum expositione; & non apparet alius textus convincens: neque constat ex jure naturali, nulla enim ratio naturalis assignabitur inducens tale præceptum, ut etiam patebit ex solutione eorum, quæ pro parte contraria afferuntur: ergo, &c.

D. Thom. *P. Suar.* *P. Vasq.* *P. Præpos.* *P. Tanner* *P. Connick.* *P. Lug.* *P. Hurt.* *P. Laym.* *P. Henriq.* *Bonac.* *P. Filliuc.* *P. Fagund.* *P. Reginald.* *P. Granad.* *P. Amic.* *P. Escobar.*

261 *Secundò* porbatur, quia præceptum Pœnitentiæ non est negativum, sed affirmativum: in eo autem differt præceptum affirmativum à negativo, quòd negativum semper obligat, & pro semper, ut patet in præcepto non furandi, non retinendi alienum, non vescendi carnes, &c. Præceptum affirmativum non ita.

262 *Tertiò* ex communi praxi Ecclesiæ; nam nemo se examinat, an statim post peccatum conatus fuerit ad Pœnitentiam; neque in confessionibus se accusat de hoc peccato, nec confessarii, tametsi doctissimi, & deligentissimi, interrogant de illo.

263 *Quartò*, quia aliter non posset excusari à novo peccato, qui cum sola attritione cognita venit ad Sacramentum Pœnitentiæ; nam hic in contraria opinione, cum non sit contritus, venit in peccato impœnitentiæ actuali, & consequenter indispositus, ut absolvatur, quod tamen videtur esse contra *Conc. Trid. sess. 14. cap. 4.*

Concilium Trident.

264 *Quintò*, quia sequeretur Baptismum olim adultis non conferri ad abluendas sordes, & ut homines à suis sceleribus lavarentur, quod est contra communem Sanctourm Patrum apud *Valent. tom. 4. disp. 4. punct. 1.* quatenus dicunt Baptismum ad id ablutionis conferri ab Ecclesia, ut homines à suis peccatis mundentur. Sequela ostenditur, quia Ecclesia olim prohibebat, ne adulti extra casum necessitatis baptizarentur, nisi vel in Octava Paschatis, vel Pentecostes, ut constat ex multis textibus apud *Vasq. de Baptis. disp. 150.* volebat enim quòd Cathecumeni

P. Valent. *P. Vasq.*

cumeni toto tempore Quadragesimæ instruerentur, & per bona opera disponerentur ad Baptismum. Quo dato, sequitur voluisse Ecclesiam illos accedere justificatos, siquidem juxta contrariam sententiā tenebantur illo tempore intermedio elicere veram Pœnitentiā suorum peccatorum.

§. 6.

Solvuntur argumenta contraria.

265 *Explicantur testimonia relata n.253.*
266 *Pro solutione argumenti justitiæ adducti n. 254. adhibentur duæ diversæ rationes.*
267 *Solvitur argumentum correctionis fraternæ propositum n. 255. ac prius refutatur communis solutio.*
268 *Apponitur alia, quæ vera est: & explicatur quibus in incasibus detur obligatio corrigendi proximum.*
269 *Satisfit argumento charitatis propriæ, ac prius rejicitur communis responsio.*
270 *Et apponitur vera solutio.*
271 *Non tenemur sub mortali vitare pericula metaphysica, sed sola moralia, & humana.*
272 *Diluitur argumentum charitatis erga Deum, relatum n. 257. & resolvitur solum dari voluntatem interpretativam actualem, quando omittitur actus præceptus.*
273 *Solvitur argumentum fidei, & concluditur esse majorem necessitatem fidei, quàm Pœnitentiæ*

265 NEque oppositum suadēt opinionis contrariæ fūdamenta. *Ad primum* desumptum ex locis Scripturæ. Respondetur, primum testimonium Ecclesiastici in primis non continere præceptum, sed consilium. Deinde non dicit, Pœnitentiam esse faciendam statim post peccatum; sed non esse longo tempore differendam. Ad alia loca, in quibus videtur Deus indignari contra differentes Pœnitentiam, dicendum est, Deum indignari contra illos, vel quia perseverabant in peccato actuali, vel quia illud longo pòst tempore commissum non retractabant; non autem ex eo, quòd committerent novum peccatum in non adhibenda Pœnitentia statim post peccatum.

266 *Ad secundum*, quatenus exemplo restitutionis probat Pœnitentiam adhibendam esse statim post peccatum, assignari possunt duæ diversæ rationes. *Prima*, quia dilatio Pœnitentiæ non est nociva Deo; dilatio verò restitutionis est nociva creditori: unde hæc obligat pro statim, non verò illa. Hæc solutio nobis est optima, non tamen iis, qui existimant præceptum pœnitentiæ obligare ex justitia; si enim fatentur dilationem Pœnitentiæ non esse Deo nocivam, quomodo dicunt tolli debere ex justitia? *Secunda* diversa ratio est, quia præceptum Pœnitentiæ est affirmativum, hoc autem non obligat statim pro semper; at præceptum restitutionis est negativum obligans non retinere alienum: at præceptum negativum obligat statim pro semper.

267 *Ad tertium* ex obligatione correctionis fraternæ, responderi solet, quēlibet non esse dominum bonorum proximi, sicut bonorum sui ipsius: ideo obligari ad subveniendum proximo statim; non tamen sibimetipsi. Exemplo res declaratur; quia, si quis videat bovem proximi in fovea periclitantem, tenetur illum liberare, non tamen tenetur extrahere bovem proprium. Sed hæc solutio non placet, quia solùm convincit neminem teneri ad subveniēdū sibi ex obligatione justitiæ, ex eo quòd sit dominus suorum bonorum: non tamen probat non esse sibi obligatum ex charitate, sicut ex charitate est obligatus ad subveniendum proximo. Unde adhuc persistit illa consequentia; nam, si est obligatus ex charitate ad corrigendum proximum statim post illius peccatum, etiam erit obligatus ad corrigendum se ipsum

268 Quare aliter argumento occurrendum videtur, dicendumque proximum considerari in duplici statu. *Primò*, quando ipse teneturr resurgere statim, vel quia est in peccato actuali, vel quia est in periculo novi peccati, vel quia est in articulo mortis: & tunc obligamur ad illum corrigendum statim, sicut nosmetipsos, si essemus in eodem statu. *Secundo*, quando ille non tenetur resurgere statim, & tunc non tenemur illum statim corrigere: non enim tenemur monere eum, qui potest licitè non acceptare talem monitionem.

269 *Ad quartū* ex charitate propria, respondent communiter esse diversam rationem in malo corporali, ac in malo spirituali; nam homo non est dominus suæ vitæ, & corporis, sed tantùm custos, unde tenetur illud statim eripere malo gravi; habet tamen dominium suæ libertatis,

tatis, unde non tenetur illam statim eripere peccato. Non satisfaciunt, quia solùm probant, non teneri ex justitia; non tamen non teneri ex charitate.

270 Respondendum igitur censeo, malum grave corporeum posse considerari, aut quando primò infligitur, & tunc non possumus illud nobis inferre; aut post ejus inflictionem, & tunc possumus differre medicinam per aliquot dies, vel menses, si ex ejus dilatione non sequitur novum aliquod damnum: & sic contingit in malo spirituali, non enim possumus illud primò contrahere, possumus tamen differre ejus medicinam.

271 Neque audiendi sunt adversarii, quatenus dicunt hominem existentem in peccato, versari in periculo damnationis æternæ, ratione casus, & mortis improvisæ, quæ aliquando contingit. Non, inquam, audiendi sunt, quia hoc periculum non est morale, & proximum; (suppono enim, talem hominem hic, & nunc rectè valere.) Et nos nō tenemur vitare pericula metaphysica, sed humana tantùm, & moralia; sin minùs esset peccatum differre Baptismum pueri per aliquot dies, quod est contra praxim, & canones Ecclesiæ: esset, inquam, peccatum; quia in eo non visitur minus periculi, quàm in dilatione Pœnitentiæ. Non item audiendi sunt, quatenus dicunt unum peccatum esse periculum alterius; quia etiam hoc periculum est tantùm remotum: licèt enim peccatum pondere suo animam trahat, non omninò eam debilitat, nec vires morales adimit ad resistendum.

272 *Ad quintum* ex charitate erga Deum, & amicitia cum illo inita, Respondetur peccatorem non teneri statim ad reconciliationem cum Deo; neque ex ejus omissione videbitur approbare statum odii, aut contemnere amorem Dei voluntate interpretativa sufficienti ad peccatum actuale, nam hæc solùm datur, quando omittitur actus præceptus; at Pœnitentia non præcipitur statim post peccatum.

Ad sextum ex reverentia, & pietate Deo, ut parenti, debita. Respondetur filium, qui graviter parentem offendit solùm statim teneri desistere à tali actu, & affectu, maximè si ita desistat, ut parenti constet destitisse; non tamen tenetur sub novo peccato statim reconciliari cum parente, satis est quòd id non longè differat.

273 *Ad septimum* ab exemplo fidei. Respondetur majorem necessitatem esse fidei, quàm Pœnitentiæ; illa enim est fundamentum, & principium omnium actionum supernaturalium, non hæc. Præterea diutius possumus resistere tentationibus, & servare præcepta sine Pœnitentia, quàm sine fide, ut est manifestum.

Ad ultimum desumptum ex promittente, & vovente, est longè diversa ratio; quia promittens, & vovens habent obligationem, & non est quid eam differant: at, qui peccatum commisit, non statim habet obligationem pœnitendi, sed hæc postea supervenit, cùm urget præceptū Pœnitentiæ.

§. 7.

Utrùm præceptum virtutis Pœnitentiæ obliget solùm in articulo mortis?

274 *Proponitur prima sententia, asserentium præceptum Pœnitentiæ obligare diebus festis.*

275 *Refutatur: & solvuntur ejus fundamenta.*

276 *Refertur secunda sententia asserentium præceptum Pœnitentiæ obligare, quoties peccata memoriæ occurrunt.*

277 *Explicantur testimonia adducta pro hac opinione; debent enim intelligi de Pœnitentia continua, continuatione negativa, non positiva.*

278 *Diluuntur alia tria fundamenta ejusdem opinionis*

279 *Proponitur tertia sententia asserentium præceptum Pœnitentiæ solum obligare in articulo mortis.*

280 *Concluditur obligare tempore aliquo intermedio, ante mortis articulum.*

281 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

282 *Quid hoc loco veniat nomine longi temporis?*

283 *Cur inconfessionibus regulariter non explicetur transgressio hujus præcepti?*

274 **Q***Uarta difficultas*: Utrùm obliget tempore aliquo intermedio ante mortis articulum? *Prima sententia* asserit obligare Dominicis, & diebus festis. Ita *Angelus*, & alii cum *Scot.* *Angelus.* apud *Coninck*, ubi infrà. Probatur *primò*, *Scot.* quia tenemur sanctificare prædictos dies,

& qui est in peccato, non eos sanctificat. *Secundò* ex *Levit.* 23. *n.* 32. & *n.* 29. ubi præcipitur *affligi animas diebus festis.* *Leviticus*

275 Sed hæc sententia communiter rejicitur; non enim apparet sufficiens textus, aut ratio inducens tale præceptum. Sanctificatio enim, quæ præcipitur in Scriptura, solū obligabat ad cæremonias, sacrificia, & actus externos. Item textus allegati solùm præcipiunt orationes, & afflictiones externas. *Primò*, quia etiam innocentes eodem præcepto continebantur. *Secundò*, quia locis citatis jubentur interfici delinquentes; Sacerdotes autem legis non judicabant de Pœnitentia interiori. Adde, quòd hujusmodi textus spectant ad legem veterem, quæ jam non obligat.

276 *Secunda sententia* docet, præceptum Pœnitentiæ obligare, quoties peccata memoriæ occurrunt. Ita *Alens. Beda*, & alii antiqui apud *Suar. disp.* 5. *sec.* 4. *n.* 3. Probatur *primò*, quia *D. August.* & alii Patres apud eundem *Suar.* docent dolorē de peccatis, & Pœnitentiam debere esse continuam, quod non potest intelligi de continuatione physica: ergo debent intelligi de morali, quoties, scilicet, peccata memoriæ occurrunt. *Secundò*, quia aliter videtur homo tacitè consentire, vel saltem parvi facere delicta sua. *Tertiò*, quia videtur se exponere periculo complacentiæ. *Quartò*, quia Pœnitentia semel exhibita non satisfacit de condigno: tenetur ergo multiplicare satisfactionem, quoties commodè possit; potest autem commodè, quoties peccata menti occurrunt. *Alensis. Beda. D. August.*

277 Verùm hæc etiam sententia communiter hodie rejicitur, quia inducit obligationem gravissimam absque sufficienti fundamento; nam ea, quæ afferuntur, possunt facilè dissolvi. *Ad primum* ex sanctis Patribus, quatenus asserunt Pœnitentiam debere esse continuam; dicendum est, Pœnitentiam duobus modis dici continuam. *Primò* positivè, quando actu positivo continuatur. *Secundò* negativè, quæ censetur durare, quandiu non displicet, neque retractatur; & sic obligat ad duo, nimirum ad nunquam displicendum de pœnitentia facta, & ad nunquam complacendum in peccato. Respondetur ergo sanctos Patres asserentes Pœnitentiam debere esse continuam, loqui de pœnitentia continua negativè, non de pœnitentia continua positivè.

278 *Ad secundum* negandum est carentiam Pœnitentiæ, quoties peccata memoriæ occurrunt, esse tacitum illorum consensum; non enim desinit peccator dolere, quia consentit in illis, sed quia non obligatur ad tunc dolendum de illis. *Ad tertium* negandū est per cessationem Pœnitentiæ se exponere periculo complacentiæ; potest enim alio modo volūtas diverti à tali complacentia. *Ad quartum* respondetur Deum per merita Christi acceptare Pœnitentiam semel exhibitam, & illâ esse contentum, licèt ea, quantum est ex se, nō satisfaciat de condigno.

279 *Tertia sententia* est asserentium, præcepum Pœnitentiæ solùm obligare in articulo mortis. Ita cum *Caiet. Navarr.* & aliis sentit *Vasq.* quos citat, & sequitur *Hurt. disp.* 3. *difficult.* 4. *Tolet. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 3. *Fagund. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 5. *Bonac. q.* 5. *sec.* 1. *punct.* 2. *n.* 5. Probatur *primò*, quia non assignabitur sufficiens radix, & titulus obligationis alio tempore. *Secundò*, quia supposito quòd non obliget statim post peccatum commissum, non est maior ratio cur obliget potiùs hoc, quàm illo anno, aut mense: loquimur enim per se, secluso Sacramento, & præcepto Ecclesiastico, aut quavis alia necessitate per accidens. *Tertiò*, quia ea est Ecclesiæ praxis, ut nemo sit, qui se accuset de violatione hujus præcepti, nec ullus Confessarius de ea interroget. *Caietan. Navar. P. Vasq. P. Hurt. P. Toletus P. Fagund Bonac.*

280 *Nihilominus* dicendum videtur obligare hujusmodi præceptum tempore aliquo intermedio ante mortis articulum. Ita communiter Patres, quos citant, & sequuntur *Suar. disp.* 15. *sec.* 6. *n.* 3. *Coninck. disp.* 3. *dub.* 3. *Henriq. lib.* 4. *de Sacr. cap.* 6. *n.* 6. *Lug. disp.* 7. *n.* 234. *Praeposit. q.* 86. *art.* 2. *dub.* 6. *Tanner. q.* 6. *dub.* 3. *Laym. cap.* 2. *Reginal. lib.* 1. *n.* 23. *Filliuc. trac.* 6. *cap.* 9. *n.* 207. Probatur *primò* ex necessitate gratiæ habitualis ad servanda alia præcepta; nam homo non existens in gratia non potest diu illa servare, ut definit *Conc. Milevitanum can.* 3. tenetur autem homo adhibere media necessaria ad servanda alia præcepta, quibus se componat, moresque instruat in ordine ad suum finem supernaturalem. *Secundò* probatur ex irreverentia, quæquidem videtur committi contra Deum, quando per longum tempus negligitur petitio veniæ, & reconciliatio cum ipso; ex quo resultat quidam veluti contemptus amicitiæ divinæ; neque enim de re, quam magni facimus, *P. Suar. P. Coninck. P. Henriq. P. Lug. P. Praepos. P. Tāner. P. Laym. P. Reginal P. Filliuc. Concilium Milevitanum.*

mus, tandiu curare negligimus.

281 Ex dictis manifesta fit solutio ad primum fundamentum opinionis contrariæ. *Ad secundum* respondetur tempus servandi hoc præceptum ex primo titulo necessitatis gratiæ tunc dari, quando datur necessitas gratiæ ad servanda alia præcepta. Item ex secundo titulo irreverentiæ tunc dari, quando homo advertit se per longum tempus, neglectis vocationibus divinis, esse in peccato mortali.

282 *Quid autem intelligatur* nomine longi temporis? Respondet *Tanner.* intelligi hebdomadam, vel mensem unum. *Coninck, & Lugo* dicunt intelligi tres, vel quatuor annos: *Præpositus, & Filliuc.* putant intelligi sex, aut septẽ annos: *Laym.* docet tempus hujus præcepti coincidere cum tempore annuæ confessionis. Præferendus *Henriq.* qui asserit per longum tempus intelligi illud, quod post annum repræsentant peccatori, ut longum, cum scrupulo se non convertendi ad Deum.

P.Tanner. P.Coninck. P.Lug. P.Præpos. P.Filliuc. P.Laym. P.Henriq.

283 *Ad tertium* concedendum est, neminem in confessione explicare transgressionem hujus præcepti; id tamen ex eo est, quia aut confitetur intra tempus præscriptum ab Ecclesia, & sic non est relictus locus tempori longo; aut extra tempus, & sic sufficienter explicatur dicendo, se tot, aut tot annos Sacramentum Pœnitentiæ non adiisse.

SECTIO IV.

Utrùm virtus Pœnitentiæ etiam de potentia Dei absoluta, sit necessaria ad remissionem peccati mortalis?

284 *Videtur peccatum habituale non posse divinitus remitti absque Pœnitentia ex parte peccatoris: & id probatur ex Divo Thom.*

285 *Deinde tribus rationibus.*

284 RIMA *difficultas*: Utrum Deus de potentia absoluta possit remittere peccatum mortale absque Pœnitentia? Quæstio procedit de peccato habituali, nam de actuali dicemus infrà. *Sot.* & nonnulli alii Thomistæ existimant peccatum habituale nullo modo, etiam divinitus, posse remitti absque retractatione ex parte pœnitentis. Probatur *primò* ex loco *D. Thom. q. 86. art. 2. in corpore*, ubi dicit impossibile esse peccatum mortale remitti absque Pœnitentia, prout est virtus.

Sot. D.Thom.

285 *Secundò*, quia in eo visitur manifesta implicatio: tolleretur enim peccatum habituale, ut supponitur; deinde non tolleretur, quia peccatum habituale nihil aliud est, quàm actuale moraliter perseverans; tandiu autem moraliter perseverat, quandiu sufficienter non retractatur; & hoc probatur, seu declaratur *Tertiò*, quia peccatum in tantum manet in ratione habitualis, in quantum manet in ratione voluntarii; manet autem in ratione voluntarii, in quantum non retractatur.

Quartò, quia in quantum peccator est conversus ad creaturam, est in peccato; in tantùm autem manet conversus ad creaturam, in quantum per Pœnitentiam, & retractationem non avertitur: aversio verò hæc debet esse voluntaria ipsi peccatori, sicut talis fuit ejus conversio.

§. 1.

Utrùm Deus possit remittere peccatum habituale per infusionem gratiæ absque Pœnitentia?

286 *Resolvitur imprimis peccatum habituale posse divinitus remitti per infusionem gratiæ absque ulla Pœnitentia ex parte peccatoris.*

287 *Probatur exemplo peccati originalis; deinde, quia non repugnat infundi formam absque præviis dispositionibus. Tandem, quia non repugnat remitti peccatum per unionem hypostaticam.*

288 *Satisfit fundamentis opinionis contrariæ.*

286 NIhilominus *dicendum* posse Deum de potentia absoluta remittere peccatum habituale absque ulla retractatione, seu Pœnitentia ex parte peccatoris. Ita communiter Theologi, quos latè referunt, & sequuntur *Suar. disp. 9. sec. 2. Vasq. 1. 2. disp. 207. cap. 1. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 3. punct. 2. Lug. disp. 7. sec. 8. Præposit. cit. dub. 7. Coninck disp. 2. dub. 7. Tanner. q. 3. n. 39. Reginald. lib. 5. n. 12. Gran. de Grat. tract. 9. disp. 1. Arriag. de Grat. d. 46. n. 8.*

P.Suar. P.Vasq. P.Valent. P.Lug. P.Præpos. P.Coninck. P.Tanner. P.Regin. P.Gran. P.Arriag.

287 Et quidem, si resolutio procedat de remissione peccati per infusionem

 gratiæ

gratiæ sanctificantis, videtur omnino certa. *Primò*, quia quoad hoc eadem ferè est ratio de peccato habituali, ac de originali; originale autem potest remitti à Deo, & de facto remittitur parvulis in baptismo per infusionem gratiæ sanctificantis absque ulla Pœnitentia, aut retractatione ex parte eorum. *Secundò*, quia Pœnitentia solùm requiritur ut dispositio ad infusionem gratiæ, & remissionem peccati: at non repugnat infundi à Deo formam absque præviis dispositionibus illi connaturalibus. *Tertiò*, quia Deus potest remittere peccatum per unionem hypostaticam, assumendo sibi naturam peccatoris, idque absque ulla prævia Pœnitentia ex parte talis naturæ, ut communiter dici solet in materia *de Incarnatione*: ergo etiam poterit remittere peccatum per infusionem gratiæ, sanctificando naturam existentem in peccato absque ulla Pœnitentia ex parte illius.

288 Neque oppositum suadent opinionis contrariæ fundamenta. *Ad primum* respondetur *D. Thom.* loco cit. debere intelligi de impossibilitate ordinaria, non de impossibilitate absoluta. *Ad secundum*, dicendum est tolli peccatum habituale per infusionem gratiæ; nam, licèt illud de lege ordinaria perseveret, quandiu non retractatur, de potentia absoluta potest tolli per condonationem, & infusionem gratiæ.

Ad tertium Verum est, peccatum in tantum manere in ratione habitualis, in quantum manet in ratione voluntarii; sed dico non manere in ratione voluntarii, ubi primum, aut sufficienter retractatur, si de lege ordinaria sermo sit, aut à Deo de potentia absoluta per infusionem gratiæ condonatur.

Ad quartum, concedo hominem tandiu esse in peccato, quandiu est conversus ad creaturam; sed dico posse de potentia absoluta averti, aut per solam condonationem maculæ, & culpæ, de qua statim; aut solùm per infusionem gratiæ, quæ est habitualis quædam conversio ad Deum, extinguens habitualem conversionem ad creaturam. Neque obstat quòd aversio à creatura debeat esse voluntaria, sicut voluntaria fuit conversio ad illam: est enim longè diversa ratio; nam conversio ad creaturam fuit peccatum, & peccatum committere est solius voluntatis; at aversio est remissio peccati, quæ proinde potest esse solius Dei.

§. 2.

Utrùm Deus possit remittere peccatum habituale per solam condonationem?

289 *Proponitur sententia asserentium peccatum habituale non posse divinitus remitti per solam condonationē extrinsecam absque infusione gratiæ.*

290 *Præfertur contraria sententia affirmativa.*

291 *Explicatur, quod sit objectum condonationis extrinsecæ.*

292 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ; & resolvitur, peccatum habituale non consistere in privatione gratiæ.*

293 *Sed potius esse ipsummet peccatum actuale præteritum, moraliter perseverans; & idem, proportione habitâ, dicendum de peccato originali.*

294 *Remissio peccati non est effectus formalis primarius gratiæ sanctificantis.*

295 *Datur duplex adoptio in filium Dei: altera intrinseca, & hæc fit per gratiam: altera extrinseca, & hæc fit per voluntatem extrinsecam & acceptationem divinam.*

296 *Cōdonatio, & non-imputatio distinguūtur; & in quo?*

297 *Ostenditur posse Deum aliquid velle, quin producat; quod maximè verum est, quando vult aliquid morale, & talis est condonatio peccati.*

289 SEcunda, & maior difficultas petit, Utrùm peccatum possit remitti à Deo per solam condonationem extrinsecam absque infusione gratiæ? Negant communiter Thomistæ cum *Caiet.* quibus accedunt *Vasq.* 1. 2. d. 206. & *Marat. de Grat. d.* 10. *sect.* 1. *Primò*, quia privatio gratiæ non tollitur, nisi per adventum ipsius gratiæ: at verò peccatum habituale consistit in privatione gratiæ. *Secundò*, quia gratia sanctificans est causa formalis nostræ justificationis, juxta *Conc. Trid. Sess.* 6. *cap.* 7. effectus verò formalis non potest, etiam divinitus, suppleri, aut præstari, nisi à sua causa formali. *Tertiò*; quia, si Deus absque infusione gratiæ per solam voluntatem extrinsecam posset homini remittere peccatum, etiam posset illum eodem modo adoptare in filium. Hoc autem videtur proprium infa-

Caietan. P. Vasq. P. Marat.

Concil. Trident.

infusionis gratiæ. *Quartò*, quia remitti peccatum per solam condonationem extrinsecam idem est, atque remitti per non-imputationem ad culpam; remitti verò peccatum per non-imputationem ad culpam, est hæreticum, & damnatum in *Conc. Trid. loco prox. cit.* *Quintò*, quia Deus nihil potest velle; quin producat; ejus enim velle, posse est: ejus ergo condonare nihil aliud esse potest, quàm producere gratiam. *Sextò*, quia peccatum non solùm est contra Deum, sed etiam contra creaturam rationalem: licèt ergo per solam condonationem Dei tolleretur, quatenus est contra ipsum Deum, adhuc maneret, quatenus est contra creaturam rationalem.

Concil. Trident.

290 *Nihilominus* tenenda resolutio affirmativa cum *Suar.* suprà, & *lib. 1. de Grat. cap. 29. Arriag. tr. de Iustif. d. 46. n. 8. Tanner. de Grat. d. 4. q. 5. dub. 6.* & aliis Doctoribus proximè allegatis. Probatur, quia in hoc nulla apparet contradictio, ut ex solutione eorum, quæ in contrarium objiciuntur, fiet manifestum. Et confirmatur, quia unus homo potest alteri remittere offensam per solam condonationem: cur ergo id non poterit Deus? Et hujus ratio est, quia, licèt injuriam irrogare sit in potestate hominis, illam condonare est in potestate Dei: sicut ergo homo pro libito illam irrogat, ita Deus pro libito potest illam condonare.

P. Suar. P. Arriag. P. Tanner.

291 Quod autem sit objectum hujus condonationis? Respondetur, esse destructionem tituli, quem homo per peccatum acquirit, ut indignatione, & odio habeatur à Deo: & Deus illum remittit cedendo jure suo ad tale odium, & perinde se habere volens, ac si peccatum non esset.

292 *Ad primum* fundamentum opinionis contrariæ, quatenus contendit peccatum habituale non posse tolli, nisi per adventum gratiæ, ex eo quòd consistat in privatione illius. Respondetur, peccatum habituale non consistere in privatione gratiæ; nam in statu puræ naturæ poterat dari peccatum, & tamen tunc non daretur privatio, sed negatio gratiæ.

293 Est ergo peccatum habituale ipsum actuale præteritum, moraliter perseverans. Neque dicas, peccatum præteritum non esse intrinsecum, peccatum verò habituale esse quid intrinsecum, ut colligitur ex *Conc. Trid. sess. 5. can. 3.* Non, inquam, hoc dicas; quia, licèt peccatum præteritum non sit quid physicè intrinsecum, est quid moraliter intrinsecum: censetur enim inhærere animæ quoad maculam. Et idem dicendum de peccato originali; est enim ipsum Adæ actuale moraliter intrinsecum, & præsens ejus posteris quoad maculam, seu dignitatem odii Dei. Sed de hoc alibi pleniùs.

Trident.

294 *Ad secundum* respondetur effectum formalem primarium non posse etiam divinitus suppleri, aliter dicendum de effectu formali secundario. At remissio peccati non est effectus formalis primarius gratiæ, sed solùm secundarius: effectus primarius gratiæ solũ est reddere subjectũ pulchrum, & gratum; remissio peccati est quid consequens, & secundarium ad illud.

295 *Ad tertium* dicendum est dari duplicem adoptionem filiorum Dei, alteram intrinsecam, & perfectam, qua justus elevatur ad esse filii Dei; & hæc non fit, nisi per infusionem gratiæ Sanctificantis; alteram extrinsecam, & minùs perfectam, quæ consistit in eo quòd Deus alicui condonet peccatum, & absque infusione gratiæ velit dare tantum jus ad gloriam, ac si haberet gratiam; hanc adoptionem dicimus non implicare fieri per acceptionem divinam alicujus in filium, similem illi, qua fit adoptatio humana. Et ita cum *Magistro, Salas*, & aliis docent *Coninck cit. n. 98.* & *Arriag. cit. d. 44. n. 13.*

Magister. P. Salas. P. Coninck. P. Arriag. P. Suar.

296 *Ad quartum* nego cum *Suar. cit. n. 21.* remitti peccatum per condonationem idem esse, ac remitti per non imputationem ad culpam. Discrimen in eo est, quòd condonatio tollit peccatum; non-imputatio minimè, sed illud tantùm dissimulat. Adde quod, licèt diceremus peccatum posse divinitus remitti per non imputationem ad culpam, non incurreremus damnationem. *Conc. Trid. loco cit.* nam Conc. tantùm loquitur de remissione peccati, quæ fit de facto, & lege ordinaria, non de illa, quæ potest fieri absolutè.

297 *Ad quintum*, in Physica ostendi velle, & posse divinum distingui virtualiter, & habere diversa objecta. Unde consequenter negavi, & iterum nego, Deum nihil posse velle, quin producat; potest enim animæ remittere pœnam Purgatorii, nihil in ea producendo. Item potuit nolle Mundum producere, nihil producendo. Tandem potest subtrahere rebus concursũ, nihil similiter in illis producendo. *Sed dices*: Per condonationem peccati fit aliqua mutatio non in Deo: ergo in creatu-

creatura; non autem apparet alia commodior, quàm infusio gratiæ. Respondetur fieri mutationem moralem ex parte creaturæ de statu peccati ad non peccatum.

Ad sextum respondetur Deum, ut est supremus Dominus creaturæ rationalis, posse offensam illi illatam condonare; sic Princeps potest condonare offensam factam suæ reipublicæ. Et in Adamo erant nostræ voluntates alligatæ, ita ut peccante illo, peccaremus: cur ergo non erunt in Deo alligatæ, ita, ut eo condonante, condonemur. Adde quòd, si argumentum concluderet, etiam probaret, neque per infusionem gratiæ posse peccatum remitti absque retractatione ex parte peccatoris.

§. 3.

Utrùm Deus per solam condonationem possit remittere peccatum actuale?

298 *Proponitur communis sententia asserens peccatum actuale non posse remitti per solam condonationem extrinsecam.*

299 *Refertur contraria sententia Lugi.*

300 *Concluditur peccatum actuale posse per condonationem extrinsecam tolli quoad maculam, non quoad esse.*

301 *Diluuntur contraria fundamenta.*

302 *Adhuc tunc destrueret gratiam sanctificantem.*

303 *An, transacto prædicto peccato actuali, homo denominetur peccator habitualis?*

298 T*Ertia difficultas*: Utrùm per solam condonationē possit remitti peccatum actuale? Negant communiter Theologi cum *Præposito cit.* & *Coninck* similiter citato *n. 99. Suar. sec. 4. n. 1. & lib. 7. de Grat. cap. 21. n. 5. Arriag. tr. de Iustif. d. 46. n. 7.* Et probatur, quia, aut quæstio procedit de peccato actuali, quando actu fit pro eo instanti, in quo fit, & sic non potest remitti, sin minùs in eodem instanti simul esset, & non esset: aut de illo, antequam fiat; & sic etiam non potest remitti, aliàs quando postea fieret, esset licitum, utpote condonatum: actus verò, saltem ii, qui sunt intrinsecè mali, ut mendacium, odium Dei, &c. non possunt reddi liciti; sin minùs possent etiam dispensari, imò & fieri meritorii, quod est contra ipsorum rationem intrinsecam: ergo, &c.

P. Præpos. P. Coninck P. Suar. P. Arriag.

299 Affirmat è contra *Lugo cit. n.* 125. asserens peccatum actuale posse condonari tum quando actu fit, tum antequam fiat. Probatur, quia Deus pro instanti, quo peccatum actu fit, vel antequam fiat potest cedere jure suo ad odium contra tale peccatum: condonatio autem consistit in cessione hujus juris, ut patet ex dictis. *P. Lugo.*

300 *Nihilominus* distinctione utendum videtur; possumus enim loqui de peccato actuali, aut quoad esse, quo pacto consistit in carentia rectitudinis debitæ; & sic non potest tolli per condonationem divinam; nam hæc non tollit carentiam rectitudinis, quam voluntas actualiter tribuit peccato: aut quoad maculam, seu dignitatem odii Dei; & sic potest tolli per condonationem, nam hæc tollit dignitatem odii divini, quæ inest peccato; est enim condonatio cessio juris divini, quo sublato tollitur dignitas ex parte peccati, est enim hæc respectiva ad illud.

301 Neque ex hac doctrina sequitur peccatum in eodem instanti simul esse, & non esse: sed esse quoad existentiam, & carentiam rectitudinis dibitæ, non quoad maculam. Non item sequitur, si condonetur antequam fiat, postea fieri licitè; fiet enim adhuc illicitè, & erit malum quoad esse, sed condonatum quoad maculam.

302 Quæres *primò*: Utrùm postea, quando fieret, destrueret gratiam sanctificantem? Respondetur affirmativè: quia gratia non solùm pugnat cum peccato sumpto quoad maculam, sed etiam cum illo sumpto quoad malitiam, & encitatem.

303 Quæres *secundò*: Utrùm transacto peccato actuali, sic condonato, & dimisso quoad maculam, adhuc homo maneret peccator habitualis? Respondent aliqui manere peccatorem habitualē quoad esse peccati, non quoad maculam; nam actus præteritus denominat eo modo, quo fuit; fuit autē peccatum quoad esse, licèt non quoad maculam. Meliùs tamen dicendum existimo, nullo modo manere; quia peccatum habituale tandiu duntaxat manet, quandiu non condonatur; consistit enim (ut dixi) in morali perseverantia actus, & hæc tandiu esse censetur, quandiu non condonatur: ubiprimum condonatio fit, nullo modo manet, neque quoad esse, neque quoad maculam. Unde ad

ad illud, quod dicitur, peccatum præteritum denominare eo modo, quo fuit, *Dicendum est*, id verum esse ante condonationem, post condonationem verò nullo modo manere; quia peccatum habituale nullo modo manet, si condonatur.

§. 4.

Utrùm Deus possit remittere unum peccatum, relicto alio?

304 *De lege ordinaria non potest remitti unum peccatum mortale, relicto alio.*
305 *Idem existimant plures esse de potentia absoluta.*
306 *Sed probabilius est oppositum; idque, licet Pœnitentia ex parte peccatoris sit generalis.*
307 *Solvuntur argumenta opinionis contrariæ.*

304 QUarta difficultas: Utrùm possit remitti unum peccatum sine alio? Quæstio non procedit de lege ordinaria, sic enim de fide est, unum peccatum non remitti sine alio, ut docet *Concil. Trid.* multis in locis apud *Suar. disp.* 10. *sect.* 1. Et ratio est, quia remissio peccati de lege ordinaria solùm fit per infusionem gratiæ, & acceptationem in amicitiam divinam: hoc autem non potest fieri, manente aliquo peccato mortali; quodlibet enim obest amicitiæ divinæ. (*Trid.* *P. Suar.*)

305 Solùm ergo procedit quæstio de potentia absoluta. Negant *Sotus*, & alii suprà, qui existimant remissionem peccati non posse fieri absque infusione gratiæ, & receptione in amicitiam divinam; unde consequenter docent non posse manere aliquod peccatum, quia quodlibet destruit amicitiam divinam. Adde, quòd hæc videtur sententia *D. Thom. q.* 86. *art.* 1. ubi dicit impossibile esse remitti unum peccatum sine alio. (*Scot.* *D. Thom.*)

306 *Nihilominus.* tenenda est resolutio affirmativa cum *Suar.* ubi proximè, & aliis Doctoribus citatis. Probatur, quia *difficultate secundâ* ostendimus posse Deum remittere peccata absque infusione gratiæ, & receptione in suam amicitiam per solam condonationem extrinsecam, quo posito nulla visitur implicatio in eo, quòd condonet unum peccatum, & non aliud: ergo, &c. Hæc doctrina amplianda est cum iisdem Doctoribus etiam ad casum, in quo peccator haberet Pœnitentiam & dolorem generalem de omnibus peccatis; nam (ut diximus *n.* 212) Pœnitentia non est causa formalis remissionis peccati, sed tantùm dispositio, quam Deus liberè acceptat: potest ergo illam acceptare in ordine ad unum peccatum, & non in ordine ad aliud. (*P. Suar.*)

307 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ patet solutio ex dictis. Ad secundum dicimus, *D. Thom.* loco cit. solùm disputare de remissione peccati secundum legem ordinariam, non in ordine ad potentiam Dei absolutam.

SECTIO V.

Utrùm, & quomodo remissâ per virtutem Pœnitentiæ culpâ, remittatur & pœna?

308 *De fide est remissâ culpâ mortali, remitti de lege ordinaria pœnam æternam.*

308 PRIMA difficultas: Utrùm, remissa culpa mortali, remittatur & pœna æterna? Et quidem, si quæstio procedat secundùm legem ordinariam, de fide est resolutio affirmativa; habetur in *Trid. sess.* 6. *cap.* 7. & 14. Ostenditur ratione, quia remissio non fit, nisi per infusionem gratiæ, ut habetur eodem *Concil. loco cit.* gratia autem, ut docetur ibidem, constituit hominem filium Dei, & hæredem gloriæ æternæ: ergo liberum reatu pœnæ æternæ; nam dignitas gloriæ æternæ pugnat cum reatu pœnæ æternæ. (*Concil. Trident.*)

§. 1.

Utrùm, remissa culpa mortali, possit divinitus manere reatus pœnæ æternæ?

309 *Etiam de potentia absoluta videtur non posse, remissâ culpâ, manere reatum pœnæ æternæ.*
310 *Sed probabilius est oppositum.*
311 *Diluitur primum fundamentum opinionis contrariæ, & explicatur in quo consistat macula peccati.*
312 *Resolvitur secundum, & declaratur quo-*

quomodo Deus possit infligere pœnam absque ullo odio, ex solo affectu justitiæ.

313 *Refellitur tertium, & resolvitur etiam posse Deum, non remissâ culpâ, remittere pœnam.*

309 Sin autem quæstio procedat de potentia absoluta. *Scot. Gabr.* & *Medin.* quos citant, & sequuntur *Arrub. q.* 86. *a* 4. & *Onufrius de Pœnit. d.* 2. *s.* 2. *q.* 1. opinantur non posse remitti culpam mortalem, quin etiam remittatur pœna æterna. *Primò*, quia existimant culpam, seu maculam consistere in reatu pœnæ æternæ: ergò non potest remitti illa, manente hoc. *Secundò*; quia, si remissâ culpâ adhuc maneret homo reus pœnæ æternæ, posset damnari à Deo; hoc autem repugnat, quia damnatio est odium Dei, quo ille homini vult maximũ malum: at verò remissio culpæ tollit odium Dei; est enim cessio juris divini ad odium. *Tertiò*; quia, si remissâ culpâ, posset manere pœna æterna, etiam è contra, remissâ pœnâ æternâ, posset manere culpa, quod non videtur dicendum.

Scot. Gabr. Medin. P. Arrub. Onufrius.

310 *Tenenda tamen est* resolutio affirmativa cum *Suar.* ubi proximè, *Coninck d.* 2. *dub.* 8. *Lug. d.* 7. *à n.* 78. *Tanner. q.* 3. *n.* 44. Ostenditur, quia Deus potest cedere jure suo ad odium, retento jure ad puniendum; at cedere jure ad odium, est remittere culpam, & retinere jus ad puniendum, est non remittere pœnam. Quòd verò possit cedere uno jure, retento alio, ostenditur facilè, quia illa duo jura sunt valdè diversa; nam, si per impossibile Deus non esset Judex Universi, ejusque gubernator, solum haberet primum jus ad odium, & non secundum ad puniendum. Explicatur hoc exemplo hominis privati, cui alter intulit offensam, solùm enim habet primum jus ad odium, non secundum ad puniendum. Item exemplo Judicis, qui non habet primum jus ad odium, sed solum secundum ad puniendum: ergo, &c.

P. Suar. P. Coninck P. Lug. P. Tanner.

311 Neque obstant contraria fundamenta. *Ad primum*, dicendum maculam peccati non consistere in reatu pœnæ, sed in dignitate odii divini. *Sed dices*, non esse majorem rationem, cur potiùs in hac, quàm in illo consistat. Respondetur majorem rationem desumi imprimis ex Conciliis apud *Suar. cit. n.* 4. quatenus asserunt ex Adamo in posteros transferri non solum reatum pœnæ æternæ, sed etiam culpam, & maculam peccatis distinguunt ergo hanc ab illo. *Secundò*, quia remissâ culpâ, non semper remittitur omnis pœna, ut videbimus, & tamen remittitur omnis macula. *Tertiò*, quia macula animæ sic dicitur, quasi macula objecti; unde, sicut macula objecti consistit in eo, quod reddit objectum displicens visui, ita macula animæ consistit in eo, quod illam reddit displicentem Deo.

Scio alios cum *Arriaga de Grat. d.* 45. *n.* 5. aliter explicare rationem maculæ; distinguunt enim in peccato offensam, & maculam: hanc collocant in privatione gratiæ: illam in odii dignitate. Sed reverà minùs benè. *Primò*, quia, ut inferiùs dicemus *n.* 345. peccatum veniale etiam relinquit suam maculam, non tamen privat gratiâ. *Secundò*; quia, si homo esset sine peccato, & sine gratia, non haberet maculam, & tamen haberet privationem gratiæ. *Tertiò*, quia in opinione, quam probabiliorem existimo, asserentium posse divinitus esse simul peccatum, & gratiam, quam ipse *Arriaga* sequitur *d.* 46. *sect.* 4. posset homo existens in peccato mortali esse sine macula, non enim haberet privationem gratiæ. *Probabiliùs* ergo dicendum est maculam non consistere in privatione gratiæ, sed in dignitate odii divini. Neque inde sequitur coincidere formaliter cum offensa; nam offensa consistit in actione, unde resultat hæc macula. P. Arriaga.

312 *Ad secundum* dicendum est, dupliciter posse Deum velle infligere homini pœnam æternam. *Primò* ex affectu odii, & displicentiæ illius, & hoc cedit Deus per condonationem, & remissionem culpæ. *Secundò* non ex affectu odii, sed ex affectu justitiæ, quæ, remissâ culpâ, adhuc retinet suam jurisdictionem quoad pœnam; & hoc modo potest Deus, remissâ culpâ, adhuc homini infligere æternam pœnam, quin illum odio habeat; non enim eum castigaret ex affectu odii, sed ex affectu justitiæ.

313 *Ad tertium* respondetur etiam nullam videri implicationem in eo, quòd Deus possit, retentâ culpâ, remittere pœnam. *Sed dices*: Retentâ culpâ, retineret odium, ac proinde vellet homini malum; non malum culpæ: ergo malum pœnæ: non ergo potest, retentâ culpâ, remittere pœnam. Respondetur Deum, retentâ culpâ,

culpâ, retinere odium, & consequenter velle homini malum pœnæ; non tamen malum pœnæ æternæ, sed negationem condonationis ipsius culpæ, item negationem gratiæ, & amicitiæ divinæ; potest enim Deus hominem neque amare; neque odio habere, per actum positivum nolendo utrunque.

§. 2.

Utrùm, remissâ culpâ, possit manere reatus pœnæ æternæ, prout illam Damnati patiuntur in Inferno?

324 *Proponinitur communis sententia asserentium, remissâ clupâ, non posse manere eandem pœnam, prout damnati illam in Inferno patiuntur.*

315 *Refertur contraria opinio, quam propugnat Lugo.*

316 *Resolvitur, non posse manere eandem pœnam, si tollatur omnis culpa: secus, si non tollatur omnis culpa.*

314 QUæres: Utrùm possit manere pœna æterna, prout de facto illam damnati patiuntur in Inferno? Negant *Suar. cit. n. 8. & Coninck.* similiter cit. *n.* 118. quia exstimant, solum posse manere pœnam æternam, prout dicit privationem gloriæ, & passionem pœnarum sensûs, non prout illam Damnati patiunatur in Inferno; quia hæc includit odium Dei, & vermem conscientiæ, quæ duo tollerentur, remissâ culpâ. *P. Suar. P. Coninck.*

315 Affirmatè contra *Lugo disp.* 8. *n.* 69. quia dicit posse Deum hujus modi damnato in pœnam peccati commissi negare in Inferno auxilia efficaria, relicto sufficienti ad resistendum tentationi, quæ ex tormento Inferni insurgeret vehementissima; & tunc miserrimus ille incideret in peccatum odii Dei, & verme conscientiæ torqueretur, per omnia similis aliis damnatis, nisi, quòd illi torquentur propter peccata commissa in hac vita, & non condonata quoad culpam: at hic torqueretur propter peccata condonata. *P. Lug.*

316 *Ego verò* distinctione utendum existimo; nam *Lugo* videtur mutare statum quæstionis. Possumus enim loqui aut di illo, qui, remissa omni culpa, solùm maneret cum reatu pœnæ æternæ, & hunc arbitor non subiturum eandem Pœnam, quam Damnati patiuntur in Inferno, defectu odii ipsius hominis erga Deum, & Dei erga illum; item defectu vermis cosciencitiæ, &c. Aut loqui possumus de illo, qui, sollâ remissâ culpâ hujus vitæ, alias comimtteret in Inferno, & hunc assero subire easdem pœnas, quas alii Dãnati patiuntur; odio enim haberet Deum, & haberetur ab illo, item torqueretur verme consciencitiæ.

§. 3.

Utrùm, remissâ culpâ, remittatur semper omnis pœna temporalis?

317 *Refertur sententia hæreticorum affirmativa; & qualiter probetur ex Scriptura.*

318 *Deinde probatur pluribus rationibus.*

319 *De fide tamen est non semper, remissâ culpa mortali, remitti omnem pœnam temporalem: probatur ex Scriptura.*

320 *Deinde authoritate Ecclesiæ, & ex Conciliis.*

321 *Satisfit primo hæreticorum argumento desumpto ex Scripturis.*

322 *Satisfit secundo argumento.*

323 *Satisfit tertio, & explicatur quomodo merita Christi Domini non nobis applicantur absolutè, sed respectivè ad nostra opera, ac proinde non in infinitũ, cèt illa in se sint infinita*

324 *Satisfit quarto.*

325 *Satisfit quinto.*

315 *Satisfit sexto; & explicatur, cur remisso peccato, nihil culpæ remanet, cum remaneat aliquid pœnæ.*

317 SEcunda dificultas. Utrùm, remissa culpa mortali, sẽper etiam remittatur omnis pœna temporalis? Affirmant Hæretici apud *Suar. cit. sect.* 3. argumentantur *primò*, quia Scripturæ hoc videntur insinuare *Ecclesiast.* 18. *Si impius egerit pœnitentiam, vitâ vivet, omnium iniquitatum ejus non recordabor.* Recordaretur autem, si adhuc eum puniret aliqua pœna temporali. Item *cap.* 33 *Omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei*, &c. Ubi notandum est textum loqui absolutè, unde videtur tollere non solùm imputationem ad culpam, sed etiam imputationem ad pœnam. Præterea *ad Roman.* 8. *Nibil damnationis* (in- *E cles. Romm.* 8.

(inquit Apostolus) est iis, qui sunt in Christo, &c. At verò pœna temporalis est aliquid damnationis.

318 *Secundò* argumentantur, quia Christus Dominus, dum fuit in hac vita, plutibus quidem peccata remisit; sed nulli Pœnitentiam injunxit. *Tertiò*, quia pro nobis satisfecit satisfactione infinita: omnis ergo alia satisfactio est superflua. *Quartò*, quia, sublatâ causâ, tollitur effectus; sed tota causa pœnæ, est culpa: ergo, sublatâ culpâ, tollitur omnis pœna. *Quintò*, quia Pœnitentia habet vim tollendi culpam, & pœnam æternam: ergo etiam habebit vim tollendi pœnam tẽporalem; hoc enim est minus, & qui potest maius, potest & minus. *Sextò*, quia eadem videtur ratio de pœna, ac de culpa: sed culpa omnino tollitur, ita ut nihil ejus remaneat: ergo idem de pœna dicendum est.

319 *Dicendum tamen*, non semper, remissâ culpâ mortali, & pœnâ æternâ, remitti omnem pœnam temporalem.

Concil. Trident. Hæc est de fide definita in *Triden. sess. 6. can. 3. & sess. 14. cap. 2. & 8. & can. 12. 13. & 14.* Ostenditur *primò* exemplis sacræ Paginæ; nam remisso Davidi peccato, juxta illud, *Dominus quoque transtulit peccatum tuum. 2. Reg. 12.* injuncta est

2. Regum. 12. pœna: *Filius, qui natus est tibi, morte morietur.* Item Moysi Deum oranti, ut populo peccatum murmurationis dimitteret, respondit Deus

Deuteron. *Deuter. 14. Dimisi juxta verbum tuum; at tamen non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum.*

Præterea in baptismo nobis remittitur culpa originalis, & pœna æterna, non tamen mors, & aliæ hujus vitæ miseriæ, quæ peccato originali datæ sunt in pœnam.

320 *Secundò* ostenditur ex antiquissimo usu Ecclesiæ, quæ inponit, & semper imposuit pœnam pro peccatis, ut exẽplis, & testimoniis Sanctorum Patrum latè probant *Vasq. q. 94. art. 1. dub. 1. & 2.*

P. Vasq. P. Bellarm. P. Suar. *Bellarm. l. 4. de Pœnit. à cap. 2. Suar. d. 10 sect. 3.* Ostenditur *tertiò*, quia ex Concil. & sanctis Patribus constat animas esse in Purgatorio pro peccatis dimissis quoad culpam, & non quoad pœnam. Item hujusmodi animas orationibus, eleemosynis, aliisque fidelium suffragiis esse juvandas.

321 Neque contraria fundamenta obstant. *Ad primum* ex sacra Pagina, quatenus pœnitenti promittit vitam æternam, & Deum iniquitatum illius non ampliùs recordaturum. Respondetur, in illis textibus solùm promitti pœnitenti vitam gratiæ spiritualem, de qua expressè ibi loquuntur; & huic vitæ dicunt peccata per Pœnitentiam deleta non nocitura, nec Deum, in ordine ad illam auferendam, eorum ampliùs recordaturum: quod non tollit, quominus illorum recordetur in ordine ad aliquam pœnam temporalem. In eodem sensu dicitur peccata non ampliùs pœnitenti imputanda esse, nimirum ad mortem æternam, de qua ibi est sermo: quod stare potest cum eo, quòd illi imputentur ad aliquam pœnam temporalem. Ex loco Divi Pauli solùm colligitur eos, qui sunt in gratia, nihil habere dignum damnatione æterna, quod non excludit omnem pœnam temporalem, & Purgatorium: neque enim animæ, quæ in Purgatorio sunt, dicuntur damnatæ.

322 *Ad secundum* respondetur Christum Dominum aliquando iis, quos in corpore, & animâ sanabat, aliquam Pœnitentiam injunxisse, ut videre est in leproso *Marci. 1.* quem jussit se se ostendere Sacerdoti, & illi pro emundatione offerre munus. Marc. 1. Et in Zacchæo, quem approbavit, & laudavit dicentem: *Ecce dimidium bonorum, &c.* Quòd si Christus D. aliis Pœnitentiam non injunxit, fuit ex eo quòd ipse ut summus Pontifex potuit illis omnem pœnam liberaliter indulgere; aut quia eorum contritio erat perfectissima, ut fuit contritio Magdalenæ, boni Latronis, &c.

323 *Ad tertium* respondetur satisfactionem Christi Domini fuisse quidem valoris infiniti, sed non nobis communicari absolutè infinitè, sed respectivè, & proportionatè ad nostra opera, & media, quæ aplicamus ad Passionem illius. Quod explicari potest exemplo meritorum ipsius Christi, quæ etiam fuere valoris infiniti, & tamen non nobis communicantur absolutè, sed respectivè, & proportionatè ad nostra merita, quæ applicamus ad illorum participationem, de quo alibi longiùs.

324 *Ad quartum* respondetur, sublatâ causâ, tolli effectum, qui ab illa pendet in fieri, & conservari, aliter dicendum de effectu, qui solùm pendet in fieri, ut videre est in filio, qui, sublato patre, perseverat: at verò reatus pœnæ solùm pendet à culpa in fieri.

325 *Ad quintum* respondetur contritionem non habere à se vim tollendi pœ-

pœnam, sed à misericordia divina, quæ ob justas causas, & nostrum maius bonum, ac meritum, putuit illam acceptare in ordine ad destructionem pœnæ æternæ; & non in ordine ad destructionem pœnæ tẽporalis.

326 *Ad sextum*. Nego eandem esse rationem de pœna, ac de culpa: nam Deus promisit pœnitenti plenam, & totalem remissionem culpæ, iuxta illud: *Omnium iniquitatum eius non recordabor*, &c. Et *Omnia peccata ejus non imputabuntur ei*, &c. At non ita promisit remissionem pœnæ.

4. §.

Utrùm, remissâ culpâ, semper remittatur aliquid pœnæ temporalis?

327 *Proponitur communis sententia asserentium, remissâ culpâ, & pœnâ æternâ, remitti semper aliquid pœnæ temporalis.*

328 *Refertur contraria sententia, quam defendit Lugo.*

329 *Auctoris resolutio triplici conclusione declaratur. An in eodem instanti reali secundum diversa instantia naturæ idem possit simul esse, & non esse?* Ibidm.

327 **T***Ertia difficultas*: Utrùm, remissâ culpâ, & pœnâ æternâ, semper remittatur aliquid pœnæ temporalis? Affirmat cum pluribus *Suar. cit. sec. 3. n. 17.* quibus accedunt *Tanner.* similiter cit *n. 58. Coninck. d. 2. n. 116.* & *Gran. tr. 4. disp. 2.* quatenus dicunt Pœnitentiam considerari in duplici instanti naturæ; in primo, prout antecedit gratiam, & sic est dispositio ad remissionem culpæ, & pœnæ æternæ, per commutationem in temporalem. In secundo, prout est jam formata per ipsam gratiam; & sic est satisfactiuria de condigno pro aliqua parte pœnæ temporalis magis, vel minùs, juxta gradus, & mensuram ipsius Pœnitentiæ: semper ergo in hoc secundo instanti remittitur aliquid pœnæ temporalis, quod non intelligitur remissum in primo.

P. Suar. P. Tãner. P. Coninck. P. Granad.

328 Verùm hæc doctrina impugnatur à *Lugo disp. 8. à n. 56.* quiaut, asserit, fictũ videtur in primo instãti naturæ illud pœnæ, quod remittitur in secundo; nã Deus non decernit pœnam, nisi, quam potest exequi; at verò Deus non potest exequi illud pœnæ; nam non potest illud exequi in primo instanti naturæ, illud enim non est exequibile, nisi in instanti reali: non in secundo, quia in hoc illud remittit, & tenetur remittere ex justitia. *Hæc Lugo.*

P. Lugo.

329 Ego triplici conclusione litem dirimendam existimo.

Dico Primò: Pœna temporalis, in quam æterna commutatur, habet locum in primo instanti. Hæc videtur omnino certa; nam in eo primo instanti remittitur pœna æterna, non tamen remittitur in totũ: ergo loco illius relinquitur pœna temporalis; aliàs, si pœna æterna remitteretur in totum, quo jure in secundo instanti reponeretur pœna temporalis, nam dona Dei sũt absque pœnitentia.

Dico secundò: In secundo instanti non remittitur aliquid pœnæ impositum in primo. Probatur; quia, ut docet *Lugo*, illud pœnæ, quod remittitur in secundo instanti, frustraneè imponeretur in primo, nam in eo non posset exequi: sed neque in secundo, cùm in eo necessariò remitteretur. Et huius conclusionis ratio *à priori* videtur esse, quia contritio in secundo instãti non addit distinctam libertatem, non enim potest non esse in secundo, supposito quòd fuerit in primo: quomodo ergo potest mereri non commutari pœnam æternam in illud temporale, in quod meruit commutari in primo? Certè eadem libertas non potest mereri destrui in secundo instanti naturæ illud, quod meruit poni in primo; sequitur enim manifesta contradictio, nempe idem in eodem instanti reali simul poni, & tolli, hoc est, simul esse, & non esse.

Obijicies: Instans durationis realis includit duo instãtia naturæ, & nõ implicat rem non esse in primo, & esse in secundo. Sic in primo instanti, in quo existit Sol, non est lux, est verò in sequẽti. Respondeo *non-esse* considerari dupliciter, primò negativè: secundò præcisivè; tunc consideratur negativè quando, ipsum *esse* negatur; tunc vero præcisivè, quando non negatur, sed ab illo præscinditur. Et notanda est hæc differentia, quòd si *esse* negatur, cùm tamen sit, committitur mendacium: si non negatur, sed tantùm præscinditur, nullum committitur mendacium; nam *abstrahentium non est mendacium.* Assero ergo in eodem instanti reali, juxta diversa instantia naturæ, posse idem simul esse, &

non

non esse præcisivè, hoc est, potest in secundo instanti naturæ includi illud, a quo in primo præscindebatur, & sic lux includitur in secundo instanti naturæ, non verò in primo. Non potest tamen idem simul esse, & non esse negativè. At verò illud pœnæ, quod esset in primo instanti naturæ, & remitteretur in secundo, in eodem instanti durationis simul esset, & non esset negativè.

Dico tertiò: In primo instanti, quo remittitur pœna æterna, semper remittitur aliquid pœnæ temporalis. Probatur, quia pœna æterna, cùm talis sit, poterat commutari in aliam maiorem hac, in quam de facto commutatur: cùm ergo commutetur in hanc, & non in maiorem, bene sequitur remitti illud maius, in quod poterat fieri commutatio, non tamen fit.

§. 5.

Utrùm aliquando, remissâ culpâ, remittatur omnis pœna temporalis?

330 *Videtur nunquam remitti omnem pœnam temporalem.*

331 *Sed dicendum est, aliquando remitti.*

332 *Solvuntur argumenta adducta in contrarium.*

330 QUarta difficultas: Utrùm aliquando, remissa culpa mortali, remittatur omnis pœna? Videtur nunquam remitti omnem pœnam temporlem; *primò* ex quodam loco *D. Thomæ in 4. dist. 18. q. 1. ar. 4.* ibi: *Inordinatio culpæ non reducitur ad ordinem justitiæ, nisi per pœnam justam: est enim, ut qui voluntati suæ plus indulsit, quàm debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur: sic enim erit æqualitas*, &c. D. Thom.

Secundò ex Concilio Trident. can. 3. ibi: *Si quis post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvenda, vel in hoc seculo, vel in futuro in Purgatorio, &c. Anathema sit.* Concil. Trident.

331 *Nihilominus* dicendum, aliquando remitti omnem pœnam temporalem. Ita *Suar. Vasq. Valent. Henr.* & alii, quos citat, & sequitur *Tanner. q. 3. n. 51.* Probatur 1. ex *D. Tho.* apud eundem *Tanner.* ubi, *Potest*, inquit, *tanta esse dispositio, ut etiam ex vi contritionis tota pœna tollatur*. P. Suar. P. Vasq. P. Valent. P. Henriq. P. Tanner.

2. ex *Concil. Trid. sess. 6. cap. 14.* ubi dicitur, *non semper remitti omnem pœnam temporalem &c.* Ex quo sequitur remitti aliquando. Et hujus ratio est; quia dolor potest esse tantus, ut præter eum gradum, qui sufficit ad remissionem culpæ, habeat alios plures: & cur hi non sufficient ad plenam satisfactionem pœnæ? quod præsertim accidet, quando culpa fuerit exigua, & dolor maximus. Concil. Trident.

332 *Ad primum* respondetur D. Thomam loco in contrarium allegato solùm loqui de remissione ordinaria, in qua semper remanet aliqua pœna temporalis; aliter dicendum, quando contritio est insignis, ut fuit contritio Magdalenæ,

Ad secundum dicendum est *Concil Trid.* solùm negare omni pœnitenti remitti omnem pœnam temporalem, particula enim (*cuilibet*) idem est, atque *omni:* non tamen negat alicui remitti, si ejus Pœnitentia fuerit insignis.

§. 6.

Utrùm, quando remanet pœna temporalis, id fiat per veram commutationem pœnæ æternæ in illam?

333 *Proponitur sententia negativa.*

334 *Præfertur, & explicatur affirmativa.*

335 *Occurritur objectioni.*

333 QUinta difficultas: Utrùm quando, remissâ culpâ, remanet pœna temporalis, remaneat per commutationem pœnæ æternæ in illam? Cummutatio hoc loco est impositio novæ pœnæ minoris, loco maioris. Et *Caiet. Sotusque* apud *Suar. cit n. 10.* opinantur nullam hîc fieri commutationem: dicunt enim, quodlibet peccatum habere duo, nimirum aversionem à Deo, & hæc habet malitiam infinitiam, cui respondet pœna damni æterna; alterum conversionem ad creaturam, & hæc habet malitam finitã, cui respondet pœna sensûs temporalis, & solùm per accidens æterna ratione conunctionis ad pœnam damni. Afferunt ergo, remissâ culpâ, remitti pœnam damni, quæ est æterna, & relinqui pœnam sensûs, quæ est temporalis; unde patet nullam fieri commutationem. Caietan. Sotus. P. Suar.

334 *Nihilominus dicendum*, fieri cõmutationem pœnæ æternæ in temporalem,

P. Suar. PConinck P. Valēt. P. Hēriq. Scot. Durand. Medin. P. Tanner

lem. Ita *Suar. cit. n.* 14. *Coninck. disp.* 2. *n.* 115. *Valent. tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 17. *punct.* 5. *Henriq. l.* 4. *cap.* 9. *n.* 5. *Scot. in* 4. *d.* 22. *q.* 1. *Dur. in* 4. *d.* 17. *q.* 3. *Med. tr.* 1. *de Pænit. q.* 7. *& tr.* 5. *q.* 1. *Tanner. q.* 3. *n.* 54. Probatur *primò*; quia, remissâ culpâ, remanet pœna correspondens non solùm conversioni ad creaturam, sed etiam aversioni à Deo; hæc non est æterna, quæ inerat: ergo temporalis loco illius. Maior ostenditur imprimis ex modo loquendi Conciliorum apud *Suar. cit.* quatenus asserunt, remissâ culpâ, manere reatum pœnæ pro aversione à Deo; & offensâ in illum commissâ. Deinde ratione; debuit enim in peccato puniri non solum, quod levius est, nimirum conversio ad creaturam, sed etiam aversio à Deo, quod est gravius, & penè infinitum. Probatur *secundò*; quia, remissâ culpâ, tollitur omninò pœna inferni, quæ inerat determinata ad certum locum, & circunstantias, &c. & loco illius ponitur pœna Purgatorii determinata ad alium locum, & circunstantias, &c. Et quid est aliud commutatio pœnæ, nisi hoc ipsum?

335 *Sed dices*; ex hac doctrina sequi in justificatione imponi novam pœnam, quod videtur non debere admitti absque nova culpa. Respondetur non imponi propriè novam pœnam, sed impropriè, per commutationem, & loco maioris.

DISPUTATIO TERTIA

De secundo effectu virtutis Pœnitentiæ, qui est remissio peccatorum venialium.



Abet sect. 3. *Prima disputat de necessitate Pænitentiæ ad remissionem Venialium extra Sacramentum, & in illo. Secunda de modo, quo in hac vita remittuntur. Tertia, Utrùm, & quomodo remittantur post mortem.*

SECTIO PRIMA.

De necessitate Virtutis Pœnitentiæ ad remissionem Venialium extra Sacramentum, & in illo.

336 *Videtur, quòd ad remissionem Venialium extra Sacramentum non sit necessaria Pœnitentia, sed sufficiat quilibet bonus motus.*

337 *Sed oppositum tenendum est.*

338 *Potest stare peccatum veniale cum augmento gratiæ, & actu meritorio illius.*

339 *Explicatur illud axioma,* Qui meretur maius, etiam meretur minus.

340 *Pœnitentia est necessaria ad remissionem Venialium necessitate medii.*

336 

RIMA difficultas. Utrùm ad remissionem Venialium, extra Sacramentū, necessaria sit aliqua Pœnitentia? Negant *Scot. in* 4. *d.* 22. *q.* 1. *Gabr. in* 4. *d.* 16. *q.* 5. *a.* 2. *concl.* 4. *Maior. q.* 1. *Abul.* 4. *Reg.* 2. *q.* 39. *Med. tr.* 1. *de Pœnit.* asserentes ad remissionem Venialium, extra Sacramentum, sufficere quemlibet bonum motum hominis justi. *Primò*, quia quilibet est meritorius augmenti gratiæ, & amicitiæ divinæ; & ad augmentum amicitiæ videtur pertinere leviores offensas remittere. *Secundò*, quia augmentum gratiæ est quid maius remissione peccati venialis, & qui meretur maius, etiam meretur minus. *Tertiò*, quia nulla apparet Pœnitentiæ necessitas, non enim est necessaria necessitate præcepti; nam loca Scripturæ, quæ dicunt Pœnitentiam esse necessariam, loquuntur in ordine ad remissionem peccati mortalis; quod vel inde ostendi potest, quia comminantur æternam pœnam non-agentibus Pœnitentiam. Deinde, non est necessaria necessitate medii, sunt enim alia media sufficientia, ut patebit ex dicendis.

Scot. Gabr. Maior. Abulens. Medina.

337 *Nibilominus* tenenda est resolutio affirmativa cum *D. Thom. q.* 87. *a.* 1. & communi Theologorum apud *Suar. d.* 11. *sec.* 3. Probatur imprimis nonnullis testimoniis *D. August. lib. de vera & falsa Pænit. cap.* 4. & 8. ubi dicit nullum peccatum remitti, nisi per Pœnitentiam. *Et to.* 2. *epist.* 48 (prout refertur in decret. *dist.* 43. *de Pænitentia*) asserit neminem sine Pœnitentia posse sive à magno, sive à parvo

D. Thom. P. Suar. D. August.

parvo peccato ad correctionem redire. Deinde ratione. *Primò*, quia alii actus meritorii compatiuntur cum peccato veniali, sola ejus Pœnitentia habet contrarietatē, & oppositionem cum illo; at peccatum veniale non expellitur, nisi per actum, qui habet contrarietatem cum ipso. *Secundò*, quia actus præteritus, loquendo de lege ordinaria, censetur permanere, quandiu nō retractatur: retractatur autem per solam Pœnitentiā: ergo, &c.

338 *Ad primum* negandum est ad augmentum gratiæ, & charitatis pertinere leviores offensas remittere, nisi hæ retractentur. Sin minùs augmentum gratiæ haberet cōtrarietatē cum Venialibus, neq; cōpateretur cum illis, quod est falsū.

339 *Ad secundum* concedo augmentū gratiæ esse quid maius remissione Venialis; sed dico hanc non proponi à Deo in præmium cujuslibet boni motus; illud verò maximè. Præterea axioma: *Qui meretur maius, etiam meretur minus*, solùm habet locum in minori ejusdem generis, quod scilicet includitur in maiori.

340 *Ad tertiū* respondetur Pœnitētiā esse necessariā necessitate medii, quod quidē colligitur ex duabus rationibus proximè factis pro fūdamēto nostræ resolutionis.

§. 1.

Quæ Pœnitentia requiratur ad remissionem Venialiū extra Sacramentū?

341 *Videtur sufficere Pœnitentia naturalis.*
342 *Dicendum tamen requiri supernaturalē.*
343 *Explicatur, an, & quomodo in statu puræ naturæ posset remitti peccatum Veniale per Pœnitentiā purè naturalē.*
344 *Peccatum Veniale etiam est aliqualis offensa Dei, & deordinatio à fine supernaturali.*
345 *Etiam relinquit suam maculam; & declaratur, in quo hæc consistat.*

341 SEcunda difficultas: Quæ Pœnitentia sit necessaria? Videtur enim sufficere naturalis; & certè ita existimant *Durand. in 4. d. 16. q. 2. & d. 20. q. 1. Gabr. & Maior. d. 16.* & alii, licèt non omnes eodem fundamento; nam Durandus contendit peccatum Veniale non esse offensam Dei, ut est ordinis supernaturalis, sed solùm esse deflexionē à recta ratione; unde fetit similiter per Pœnitentiam ordinis naturalis sufficienter emendari. Scotus verò, Gabr. Maior, & alii opinantur, transacto peccato veniali, nihil remanere maculæ, sed solùm reatum pœnæ temporalis, quem dicunt sufficienter tolli per dolorem, aut aliam naturalē tolerantiam ipsius pœnæ.

Durand. Gabr. Maior.

342 *Nihilominus* dicendum requiri omnino Pœnitentiam supernaturalem. Ita cōmunis Theologor. cum *D. Tho.* quos latè citant, & sequuntur *Suar.* ubi proximè, *Vasq. q. 87. a. 1. dub. 1. Præposit.* ibid. *n. 10. Henr. lib. 9 c. 5. n. 2. Tanner. q. 4. n. 7. Coninck disp. 2. n. 122. Gran. tr. 4. disp. 2.* Et Probatur *primò*, quia Pœnitentia, prout est remissiva Venialium, est quid utile ad salutem, conferensque ad vitam æternam; nihil autem purè naturale est utile ad salutē, conferensque ad vitam æternam, ut hisce penè verbis definit. *Conc. Arausic. contra Pelagianos can. 14. 22. & 24.* Item *Conc. Milevit. cap. 7. & 8. & Trid. sess. 6. cap. 11.* Probatur *secundò*, quia peccatum Veniale etiā est aliqua deordinatio à Deo, ut à fine supernaturali. Itē aliqua ejus offensa, ut est ordinis supernaturalis; quæ proinde cōpensari nō potest solis viribus Naturæ.

D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Præpos. P. Henr. P. Tanner P. Coninck P. Granad. Concil. Arausic. Melevit. Trident.

343 *Dices*: In statu puræ naturæ posset remitti peccatum Veniale, & tunc nō daretur Pœnitētia supernaturalis, sed purè naturalis: ergo hæc sufficit. Respondetur negando consequentiam; & duplex assignari potest diversa ratio *Prima*, quia peccatum Veniale in statu puræ naturæ non esset deordinatio à fine supernaturali: at talis est in hoc statu naturæ elevatæ: *Secunda*, quia Deus in hoc statu nihil purè naturale acceptat in ordine ad salutem supernaturalem; in eo autem aliquid acceptaret in ordine ad beatitudinem naturalē.

344 Ad fundamentum *Durandi* patet solutio ex dictis; nam peccatum Veniale etiam est offensa Dei, & aliqualis deordinatio à fine supernaturali.

345 Ad fundamentum verò *Scoti*, & aliorū, dicendū est, etiam præter reatum pœnæ, peccatū Veniale relinquere suam maculā imperfectā, & secundùm quid; quæ per analogiā ad maculā peccati mortalis, quæ est sola macula simpliciter, videtur cōsistere, non quidē in dignitate odii simpliciter, quo Deus ex displicētia animæ, illi justè negat suā gratiam, & charitatem; sed in dignitate odii secundùm quid, quo Deus ex displicentia animæ, illi justè negat, non quidē suā gratiā, aut charitatem habitualem; sed fervorem amoris actualis, cui fervori, ut cōmuniter docēt Theologi, opponitur peccatum Veniale.

§. 2.

Qualis Pœnitentia requiritur?

346 *Vasquez cum pluribus existimat requiri contritionem, aut formalem, aut virtualem, contentam in amore Dei, ac proinde non sufficere attritionem.*

347 *Sed dicendum sufficere attritionem.*

348 *Non tamen sufficit qualibet extra Sacramentum.*

349 *Sufficit attritio virtualis: & explicatur, quid sit attritio virtualis.*

346 TErtia difficultas: Qualis Pœnitentia sit necessaria? *Vasq.* enim cum pluribus loco citato, quem sequitur *Hurt. disp.* 2. *diff.* 14. *Lorca* tq. 2. in 1. 2. *disp.* 41. *Bonac q.* 6. *punc.* 3. *n.* 6. opinantur requiri contritionem, aut formalem, aut saltem virtualem contentam in amore Dei super omnia. Fundamentum est; quia, si sufficeret attritio, nunquam Venialia remitterentur per Sacramentum Pœnitentiæ, aut enim pœnitens accederet attritus, aut non; si primum, accederet dimissis jam Venialibus per ipsam attritionem ante Sacramentum. Si secundum, non illi dimitterentur per Sacramentum defectu Pœnitentiæ requisitæ ad remissionem ipsorum.

P. Vasq. P. Hurtado. Lorca. Bonacin.

347 *Nihilominus* dicendum, præter contritionem, & amorem Dei, etiam sufficere attritionem. Ita communis Theologor. quos citant, & sequuntur *Suar. sic. sec.* 3. *n.* 11. *Conninck n.* 124. *Tanner q.* 6. *n.* 13. *Henr. l.* 4. *c.* 19. *Valent. q.* 8. *pun.* 1. & 2. quibus adde *Gran. Turrian. Lug. Arrub.* & *Prapofit.* ubi proximè *Arriag. de Grat. d.* 47. *n.* 6. Probatur, quia minus requiritur ad remissionem peccati Venialis ex genere suo, quàm ad remissionem peccati mortalis; sed ad remissionem peccati mortalis requiritur contritio: ergo ad remissionem peccati Venialis sufficit attritio. Notandum tamen cum Doctoribus citatis attritionem particularem unius non sufficere ad remissionem alterius, cujus ipsa attritio non est. Et ratio est clara, quia attritio unius tantùm, non est retractatio alterius, Venialia verò non tolluntur, quandiu non retractantur, ut patet ex dictis in *prima difficultate.*

P. Suar. P. Coninck. P. Taner. P. Henriq. P. Turrian. P. Lug. P. Arrubal. P. Prapos. P. Arriag.

348 *Quæres primò:* Utrùm ad quodlibet Veniale sufficiat qualibet attritio illius? Respondetur negativè cum *Coninc. Gran. Turr. Arrub.* & aliis; quia peccatum potest esse maius, & attritio minima cùm in intensione, tum ex parte motivi; nam plura sunt motiva attritionis, alia aliis inferiora, ut dicemus *tract.* 3. Quæ doctrina poterit confirmari argumento *Vasq.* quia, si qualibet attritio sufficeret, nunquam Venialia homini justo remitterentur in Sacramento Pœnitentiæ, aut enim, (ut ipse asserit) pœnitens accedit aliquo modo attritus; & tunc remittuntur Venialia ante Sacramentum: aut nullo modo attritus; & tunc nec in Sacramento remittuntur: dicere autem quòd Venialia nunquam homini justo remittantur in Sacramento, videtur esse contra communem sensum fidelium: ergo, &c. Stando autem nostrâ doctrinâ optimè intelligitur, quomodo aliquando Venialia in Sacramento remittantur; remittuntur enim quoties de illis habetur minor attritio, sufficiens quidem ad remissionem Venialium in Sacramento; non extra illud.

P. Coninck. P. Granad. P. Turriz. P. Arrubal.

349 *Quæres secundò:* Utrùm requiratur attritio formalis, an sufficiat virtualis? Respondetur cum iisdem Doctoribus sufficere virtualem; quia hæc videtur habere sufficientem contrarietatem, & oppositionem cum Venialibus contrariis. Nomine autem attritionis virtualis intelligitur quæcunque virtualis displicentia de Venialibus habens contrarietatem cum illis; v. g. illa, quæ includitur in oratione, qua quis petit à Deo veniam pro Venialibus, ex affectu carendi illis.

§. 3.

Utrùm, quæ, & qualis Pœnitentia requiratur ad remissionem Venialium in Sacramento?

350 *Refertur sententia asserentium in Sacramento non requiri Pœnitentiam, sed sufficere voluntatem illius absque complacentia ipsorum Venialium.*

351 *Proponuntur fundamenta hujus sententiæ.*

352 *Præferenda tamen sententia asserens, etiam in Sacramento requiri aliqualem Pœnitentiam.*

353 *Satisfit fundamentis opinionis contrariæ, & explicatur, quomodo qualibet attritio sufficiat ad remissionem cujuslibet in Sacramento, & non extra illud.*

354 *Quo sensu in Sacramento minus requiratur ad remissionem Venialis, quàm ad remissionem Mortalis?*

355 *Etiam in martyrio requiritur aliqua Pœnitentia ad remissionem Venialium.*

356 *Quomodo Martyri dimittantur Venialia, sine ulla Pœnitentia discessit?*

350 **Q**Uarta difficultas: Utrùm prædicta Pœnitentia sit etiam necessaria in Sacramento? Negant *Suar. cit. n. 9. Bonac. q. 6. sec. 2. punct. 1. Azor. cap. 11. q. 7. Valent. q. 4. pun. 1. Henriq. l. 4. cap. 15. n. 5. Tanner. q. 4. n. 56. & Gran. tra. 4. disp. 1. Arriaga. cit. d. 47. n. 7.* asserentes quodlibet Sacramentum cum sola voluntate ipsius, sine complacentia Venialium, sufficere ad eorum remissionem; quod etiam intelligunt de Sacramento Pœnitentiæ, in quo facta fuit confessio cum dolore Mortalium, vel aliquorum Venialium, sufficienti ad veritatem & valorem ipsius Sacramenti, & sine dolore aliorum Venialium. In quo casu dicunt etiam per ipsum Sacramentum hæc Venialia confessa, vel non confessa remitti, dummodo non adsit eorum complacentia.

P. Suar. Bonacin. P. Azor. P. Valent. P. Henriq. P. Tanner P. Grand. P. Arriag.

351 Et probatur *primò*, quia ad remissionem Venialium in Sacramento sufficit aliquid attritione minus; & hoc est clarum, nam minus sufficit in Sacramento, quàm extra illud: extra Sacramentum autem sufficit attritio: ergo in Sacramento sufficiet aliquid minus attritione, & hoc videtur esse voluntas Sacramenti sine cõplacentia Venialium.

Secundò probatur, quia in Sacramento minus requiritur ad remissionem Venialium, quàm ad remissionem mortalium: at verò ad remissionem mortalium sufficit quælibet attritio.

Tertiò, quia non magis requiritur ad remissionem Venialium in Sacramento, præsertim in baptismo, quàm in martyrio, at verò in martyrio sufficit voluntas illius, sine complacentia Venialum.

D. Thom.

Quod probatur tum ex *D. Tho. q. 87. ar. 1. & 2.* ubi dicit, *Martyrium purgare ab omni culpa veniali, & mortali, cui non reperit voluntatem actualiter inhærentem, &c.*

Tum ratione; quia, si requireretur attritio, plures Martyres, qui ex hac vita fortè decedunt sine particulari attritone omnium Venialium, essent in Purgatorio, & (quod inde sequitur) possemus nos pro Martyre prudenter orare, & offerre sacrificia: fortè enim in tormentis non doluit de aliquibus Venialibus, ac proinde erit in Purgatorio; quod tamen est contra textum in *Cap. Cum Marthæ, de celebrat. Missar. §. fin.* ubi *Innocent. III. Injuriam*, inquit, *Martyri facit, qui orat pro Martyre.* Ergo &c.

Caput Cum Marthæ

352 *Nihilominus* dicendum, etiam in Sacramento requiri aliqualem illam attritionem, de qua *difficultate proximâ*. Ita cum multis *Praeposit. cit. n. 96. Turrian. dis. 11. dub. 2. Coninck. n. 122. Lug. dis. 9. n. 27. Filliuc. tr. 6. cap. 5. n. 126.* Et probatur, quia eadem quoad hoc videtur ratio in Sacramento, ac extra illud; nam Deus, neque in Sacramento dimittit peccatum, quandiu censetur voluntarium; censetur autem voluntarium, quandiu non retractatur; & non retractatur, nisi per aliqualem Pœnitentiam, & attritionem, saltem virtualem, de qua suprà: ergo, &c.

P. Præpos. P. Turriã. P. Coninck. P. Lug. P. Filliuc.

Confirmatur ex *D. August.* suprà, *l. de vera, & falsa Pœnit. cap. 4. & 8. & epist. 48.* ubi dicit nullum peccatum remitti, nisi per Pœnitentiam. Item sine Pœnitentia neminem posse, sive à magno, sive à parvo peccato ad correctionem redire.

D. August.

Occurrit *Arriaga primò*, dicendo Divum August. non ibi loqui, nisi de peccatis mortalibus, quæ inter se comparata habent suam magnitudinem, & parvitatem. Non satisfacit, quia quoad hoc non est maior ratio de peccato mortali, quàm de veniali; at verò mortale oblitum, cujus non est Pœnitentia, non remittitur per confessionem, sed hæc in eo casu manet informis, ut dicemus *tract. 3. n. 155.* ergo idem dicendum de Veniali, cujus non est Pœnitentia.

Occurrit *secundò* D. Augustinum loco cit. nomine Pœnitentiæ etiam intelligere Sacramentum confessionis. *Sed contra primò*, quia (ut dixi) mortale oblitum, cujus non est Pœnitentia, non remittitur per Sacramentum confessionis: ergo neque Veniale. *Secundò*, quia Sacramentum confessionis non habet maiorem vim in Venialia, quorum non est Pœnitentia, quàm Eucharistia, & alia Sacramenta, sed hæc non remittunt talia Venialia, ut docet *D. August. loco cit.* dicens nullum peccatũ remitti absque Pœnitentia. ergo, &c.

353 Neque fundamenta opinionis contrariæ oppositum suadent. *Ad primum* concedendum est, minus sufficere in Sacramento, quàm extra illud; sed dicendum est, extra Sacramentum non sufficere quamlibet attritionem; sufficere tamen in illo, juxta ea, quæ diximus *n. 349.*

353 *Ad secundũ* etiã concedo minus requiri in Sacramento ad remissionem Venialis, quàm ad remissionem mortalis; sed hoc minus cõsistit in eo, quòd ad remissionem cujuslibet Venialis non requiritur propositum vitandi alia, & multò minus vitan-

vitandi omnia in futurum: at ad remissionē cujuslibet mortalis requiritur propositum vitandi omnia mortalia. Item ad remissionem Venialium non requiritur examen,& cogitatio explicita de omnibus Venialibus; ad remissionem verò mortalium prærequiritur cogitatio explicita de omnibus mortalibus, prout infrà declarabimus.

355 *Ad tertium* concedo non magis requiri in Sacramento ad remissionem Venialium, quàm in martyrio; sed dico in martyrio non sufficere voluntatem illius, sed requiri aliqualem attritionem,qua retractentur Venialia. *Neque obstat primò* locus D. Tho. cit. nam *D. Thom.* solùm vult martyrium purgare ab omni culpa, cui non reperit voluntatem inhærentem physicè, vel moraliter: inhæret autem voluntas culpæ moraliter, quandiu illam per Pœnitentiam non retractat. Solùm, inquam, hoc vult D. Thom. quia loquitur de omni culpa tam mortali, quàm veniali: at martyrium non purgat à mortali, nisi supposità aliquâ pœnitentiâ illius, aut formali, aut virtuali, ut cum *Suar. Vasq. Henri. Less. Conine. Bellar. Filliuc.*& aliis tenet *Bonac. de Sacram. disp. 2. puncto. 1.*

356 *Non obstat secundò* sequi ex hac doctrina posse nos orare pro martyre, si fortè sit in Purgatorio: nam Martyri virtute ipsius martyrii remittuntur Venialia, & quoad culpam,& quoad pœnam statim post mortem per primum actum ferventem amoris Dei, & retractationem Venialium, quam elicit in primo instanti post separationem animæ à corpore, de quo pleniùs *sec.* 3. agendo de modo,quo remittuntur Venialia post hanc vitam.

SECTIO. II.

De modo, quo Venialia in hac vita remittuntur.


Hactenus de necessitate virtutis Pœnitentiæ ad remissionem Venialium. Superest agendum de modo, quo illa remittantur; occurrunt enim plura scitu digna.

§. 1.

Utrùm semper remittantur Venialia cum infusione gratiæ?

357 *Proponitur sententia asserentium Venialia in hac vita posse remitti sine infusione gratiæ.*

358 *Contrarium tamen tenendum est.*

359 *Venialia non remittuntur,quandiu manet aliquod mortale, & cur?*

360 *Explicatur locus difficilis Divi Cyrilli.*

357 **P**Rimà *difficultas*: Utrùm remissio Venialum in hac vita semper fiat cum infusione gratiæ? Dixi (in hac vita) quia remissio,quæ fit in primo instanti post mortem, non fit cum infusione gratiæ,aliàs homo admitteretur ad maiorem gradum gloriæ, quàm fuerit illi debitus in hac vita. Loquendo igitur de remissione in hac vita, *Scot.* & *Durand.* apud *Suar. d.* 11. *sec.* 1. opinantur fieri absque infusione gratiæ, sed ex diverso fundamento, ut suprà retulimus. Nam *Durand.* existimat Venialia remitti per Pœnitentiam naturalem, ad hanc autem planum est non requiri infusionē gratiæ. *Scotus.* *Durand.*

Scotus. verò contendit peccatum Veniale nullam relinquere maculam, sed consistere in solo reatu ad pœnam temporalem: unde hanc consequenter docet tolli per tolerantiam talis pœnæ, similiter absque ulla infusione gratiæ.

358 **N***Ihilominus* dicendum remissionem Venialium in hac vita semper fieri cum infusione gratiæ, ejusve augmento. Ita cōmunis Theologor. Apud *Suar.* suprà, & *Arriaga de Gratia d.* 47. *n.* 1. Et probatur,quia remissio Venialium non fit, nisi prævià Pœnitentiâ supernaturali; hæc autem aut,est contritio, & sic consequitur infusionem gratiæ; aut attritio, & hæc, aut in Sacramento, quo pacto etiam consequitur infusionem gratiæ;aut extra Sacramentum & sic, aut elicitur ab homine justo, & consequitur augmentum gratiæ, aut à non justo, & tunc non consequitur quidem gratiam. *P. Suar. P. Arriag.*

359 Sed neq; remissionem Venialium consequitur; nam peccata venialia non remittuntur, relicto mortali, cum quo sunt conjuncta, neque enim congruit Deum reconciliari pro injuria levi cum inimico, perseverante inimico.

360 Neque obstat contra hanc doctrinam locus *D. Cyrilli in Ioan.* 8. *Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat*, &c. Ubi Cyrillus dicit, *Omnes illos fuisse in peccato mortali, non in venialibus, hæc enim illis erant dimissa per cæremonias, &c.* Ex quo colligitur venialia posse dimitti sine mortalibus. Sed hoc, inquam, non obstat; quia, ut optimè notat *D. Tho. q.* 87. *ar.* 2. D. Cyrillus non loquitur de Venialibus propriè sumptis, sed de immunditiis, & sordibus externis, quæ per cæremonias legales mundabantur. Fundamenta Scoti, & Durandi rejecta sunt *à n.* 342.

D.Cyrillus

§. 2.

Qua necessitate requiritatur prædicta gratiæ infusio?

261 *Refertur sententia Vasq. & aliorum existimantium infusionem gratiæ requiri per se, saltem in Sacramento.*

362 *Sed dicendum solùm habere se per accidens, & concomitanter.*

363 *Venialia formaliter remittuntur per condonationem Dei extrinsecam.*

364 *Et hæc, licèt formaliter nihil ponat intrinsecum physicè, ponit aliquid intrinsecum moraliter.*

365 *Mortalia formaliter remituntur per gratiã, quia hæc illis opponitur formaliter; Venialia verò non opponuntur gratiæ, sed cum illa stare possunt.*

361 **S**Ecunda difficultas: Utrùm prædicta gratiæ infusio sit necessaria per se ad remissionem Venialiũ, an solùm concomitanter, & per accidens, ratione attritionis, quæ requiritur ad ipsã remissionem, & est meritoria gratiæ; *Vasq. q.* 87. *ar.* 2. *dub.* 2. & 1. 2. *d.* 207. *c* 4. docet requiri per se in Sacramento; quia gratia, quæ ibi confertur, ut formaliter remissiva peccatorum confertur. Extra Sacramentum dicit solùm requiri per accidens, quia Venialia extra Sacramentũ non remittuntur formaliter per gratiam, sed per Pœnitentiam. Idem asserunt *Præposit. q.* 87. *ar.* 2. *n.* 25. & *Coninc. disp.* 2. *n.* 134. nisi, quòd hi extra Sacramentum existiment Venialia non remitti formaliter per Pœnitentiam, sed per solam cõdonationem Dei extrinsecam.

P.Vasq.

P.Præpos. P.Conin.

262 *Nihilominus* dicendum infusionem gratiæ habere se solùm per accidens, & concomitanter ad remissionẽ Venialium, idque tàm in Sacramento, quàm extra illud. Ita cum *D. Tho.* & aliis *Suar. disp.* 11 *sec.* 2. *n.* 20. & *to.* 3. *de Gratia l.* 7. *c.* 24. *Arriaga* proximè *n.* 4. *Tanner. q.* 4. *n.* 43. *Valent. q.* 4. *punct.* 4. *Lugo disp.* 9. *n.* 3. *Bonac. q.* 6. *sec.* 2. *punct.* 4. *n.* 6. Et probatur, quia nulla gratia, etiam Sacramentalis, eaque in quantocunque augmento, pugnat cum Veniali: non ergo hæc requiritur ad ejus expulsionem. Antecedens, probatur, quia justus, conservata, & persistente illa quantacunque gratia, potest peccare venialiter; &, si relaberetur in illud numero Veniale remissum, adhuc persisteret in eadem numero gratia: ergo, &c. Neque obstat, quòd gratia in Sacramento conferatur, ut remissiva peccatorum; solùm enim confertur, ut remissiva formaliter se ipsã peccatorum mortalium, non ut remissiva formaliter se ipsã Venialium, sed per aliquid superadditum.

D Thom. P.Suar. P. Arriag. P.Tanner. P.Valent. Bonacin. P.Lug.

363 Quæres, quid sit hoc superadditũ formaliter se ipso remissivum peccati venialis? Non enim est contritio extra Sacramentum, vel attritio in illo, nam hujusmodi contritio (& idem dicendum de attritione) est meritoria remissionis; non ergo est ipsa remissio, nihil enim est meritorium sui ipsius. *Dicendum* igitur videtur, esse condonationem Dei extrinsecam. Ita Doctores proximè allegati. Et probatur, quia non est gratia, neque contritio, neque attritio, ut constat ex dictis; & nihil aliud superest, nisi condonatio.

354 Objicies *primò*: Remissio Venialium est aliqua intrinseca animi mundities: debet ergo fieri per aliquid intrinsecum. Respondetur fieri per aliquid intrinsecum morale, non physicum; nam condonatio secundùm id, quod ponit ex parte objecti, potest considerari, aut physicè, quo pacto nihil ponit intrinsecum, aut moraliter, & sic ponit aliquid intrinsecum, nimirum veniam, & remissionem, hæc enim est aliquid morale intrinsecum.

365 Objicies *secundò*: Remissio Mortalis non fit per solam condonationem; ergo neque remissio Venialis. Respondetur esse diversam rationem; quia remissio Mortalis fit formaliter per justificationẽ, quæ est effectus formalis gratiæ Sanctificantis: at verò remissio Venialis non fit formaliter per justificationem. Et hujus diversa ratio est; quia justificatio formaliter opponitur peccato mortali, cum quo simul

simul esse non potest: at non opponitur peccato veniali, imò cum illo esse potest.

§. 3.

Utrùm Venialia remittantur per meritum de condigno?

366 *Proponitur sententia asserentium remissionem Venialium non cadere in meritum de condigno.*

367 *Asseritur contraria opinio.*

368 *Cur possimus mereri de condigno remissionem Venialis, non verò remissionem Mortalis?*

369 *Quo sensu remissio Venialis dicatur opus gratiæ?*

370 *Peccatum bene potest dici remitti per meritum de condigno.*

371 *Valor operis totus expenditur, non tamen totaliter, in promerenda gratia. Et explicatur quomodo possimus mereri remissionem Venialium, non tamen auxilia congrua.*

366 Tertia difficultas: Utrùm mereamur remissionem Venialium de condigno? Negant *Sot. lect. 18. de Pœnit. Valent. q. 4. punc. 1.* & alii, quibus accedunt *Lugo citatus à n. 16. Arriaga de Grat. d. 47. n. 14.* existimantes remissionem Venialis, sicut dicitur de remissione Mortalis, non cadere in meritum de condigno. *Primò*, quia eadem utriusque videtur ratio; nam offensa suam gravitatem potissimùm accipit à persona offensa: satisfactio suum valorem à persona satisfaciente: ut ergo satisfactio sit æqualis, & cōdigna, debet persona satisfaciens esse æqualis personæ offensæ; at nulla creatura est æqualis personæ divinæ: ergo nulla potest satisfacere pro peccato de cōdigno. Et hæc ratio non solùm probat esse impossibilem satisfactionē pro Mortali de cōdigno, sed etiam pro Veniali.

P.Valent. P. Lug. P. Arriag. Sotus.

Secundò, quia juxta communem Theologor. remissio Venialium dicitur opus gratiæ, & humiliter petitur à Deo; si autem fieret per nostrum meritum de condigno, non esset opus gratiæ, sed justitiæ. *Tertiò*, quia aliàs peccatum Veniale non diceretur propriè remitti: debitum enim, cui satisfit de condigno, dicitur solvi, & non remitti. *Quartò*, quia totus valor operis expenditur in promerenda gratia, & gloria; hinc est, quòd non meremur de condigno auxilia, &c. & consequenter, nec remissionem Venialium.

367 *Nihilominus* probabilior videtur resolutio affirmativa, quam tenet *Vasq. q. 87. art. 3. dub. 1. n. 13.* ubi dicit contrariam opinionem esse periculosam, *Suar. disp. 11. sec. 3. & t. 1. dis. 4. sec. 11. Henr. l. 4. c. 15. n. 15. Tanner. q. 4. n. 21.* & alii. Probatur, quia justus per Pœnitentiam meretur de cōdigno augmentum gratiæ, & gloriæ: ergo etiam remissionem Venialis; nam hæc est quid minus illo. Et confirmatur, quia remissio Venialis habet omnia requisita; ut cadat sub meritum de condigno; solùm enim poterat dici deesse promissionem, at non deest, ut constat ex illo *1. Ioannis 1. n. 9.* ibi: *Si confitemur peccata nostra, fidelis est, & justus, ut mundet nos ab omni iniquitate, &c.* Et hoc loco sermo est de Venialibus, ut notat *S. Aug.* ibidem *tra. 1.* & colligitur ex verbis antecedentibus *n. 8.* ubi: *Si dixerimus*, inquit, *quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.* quòd omnes Interpretes intelligunt de Venialibus, quibus omnes implicamur. Dicit autem Apostolus hujusmodi Venialia remitti per Pœnitentiam, non solùm ex fidelitate, sed etiam ex justitia, hoc est, de condigno: ergo, &c.

P. Vasq. P. Suar. P. Henriq. P. Tanner. 1. Ioannis D. August.

368 Neque fundamenta oppositæ sententiæ convincunt. *Ad primum* respondetur esse diversam rationem de remissione Mortalis, & remissione Venialis, nam, prætérquam quòd hæc supponat gratiam in homine justo: non illa. Remissio Mortalis est remissio offensæ simpliciter; hæc verò, ut fiat de condigno, requirit æqualitatem inter personam satisfacientem, & personam offensam. At verò remissio Venialis non est remissio offensæ simpliciter, sed tantùm offensæ secundùm quid; hæc verò, cùm sit levissima, non requirit illam æqualitatem, sed, ea non obstante, removeri potest de condigno.

369 *Ad secundum*, Respondetur remissionem Venialis dici opus gratiæ, prout gratia opponitur Naturæ, non prout opponitur justitiæ; seu (quod idem est) dicitur opus gratiæ, quia non potest fieri solis viribus Naturæ, non, quòd non possit fieri ex justitia. Neque obstat, quòd in oratione petatur humiliter à Deo: ita enim petitur, quia non est debita homini, cui petitur, hoc tamen non tollit, quominus ipsi petitioni debeatur.

370 *Ad tertium*, Respondetur meritum de condigno non tollere, quominus pecca-

peccatum dicatur remitti; nam meritum Christi D. fuit de condigno, & tamen peccatum generis humani dicitur per illud à Deo remitti: & hujus ratio est, quia in ista remissione semper intervenit aliqua gratia; in remissione peccati generis humani intervênit gratia Incarnationis: in remissione Venialis intervenit gratia excitans, & adjuvans ad ipsum meritum.

371 *Ad quartum*, dicendum est valorem operis totum, sed non totaliter expendi in promerenda gratia, & gloria; nam etiam expenditur in promerenda remissione Venialis, ut constat ex loco *D. Joannis*. Neque hinc sequitur posse nos mereri auxilia congrua, & primam gratiã efficacem de condigno; nam Deus non illam promisit nostris operibus, juxta illud: *Non volentis, neque currentis, &c.* At promisit remissionẽ Venialis nostris actibus, ut constat ex loco *D. Joan.* ubi proximè.

§. 4.

Utrùm Venialia remittantur per Sacramenta ex opere operato.

372 *Proponitur sententia asserentium Venialia non remitti per quodlibet Sacramentum ex opere operato.*

373 *Prafertur resolutio affirmativa.*

374 *Examinatur primum fundamentum, & rejicitur.*

375 *Examinatur secundum, & similiter rejicitur.*

376 *Firmius fundamentum.*

372 QUarta *difficultas*. De modo, quo Venialia remittuntur per Sacramenta. Remitti per Baptismum ex opere operato constat *ex Conc. Trid. sess. 6. cap. ult.* Item remitti per Eucharistiam constat *ex eadem sess. 6. cap. 11. & sess. 13. cap. 2. & ex Cap. Cùm omne crimen. dist. 2.* Deinde remitti per extremam Unctionem, colligitur *ex Trident. sess. 14. c. 2. & ex Innocent. III. cap. 2. de extrema Unctione.* Tandem remitti per Sacramentum Pœnitentiæ non est dubium, cùm constet per illud remitti etiam mortalia. De aliis tribus Sacramentis, nimirum de Confirmatione, Ordine, & Matrimonio est controversum, & quidem per illa non remitti Venialia ex opere operato contendit *Sotus* apud *Suar.* quia nõ est, inquit, unde tale privilegium, & vis remissiva colligatur: ergo, &c.

Concilium Tridentin. Cap. Cùm omne. Innocent. 3.

Sotus.

373 *Nihilominus* vera est resolutio affirmativa, quam cum *D. Thom. 3. p. q. 87. a. 3.* tenent *Alens. 4. p. q. 65. Petr. Sot. sec. 12. de Euch; & 18. de Pænit. D. Bonav. in 4. d. 21. a. 1. q. 2. Dominic. Sot. in 4. d. 15. a. 3. Valent. 4. p. punc. 1. Henr. l. 4. c. 15. n. 3. Suar. disp. 12. sec. 1. Vasq. 1. 2. disp. 207. n. 20. & hic q. 87. a. 1. dub. 2. & 3. Bonac. q. 6. sec. 2. punc. 1. Tanner. q. 4. dub. 4. Lugo disp. 9. sec. 3. & Hurt. disp. 2. difficult. 16. Arriag. cit. d. 47. n. 12.* Sed non omnes in fundamento hujus resolutionis conveniunt.

D. Thom. Alens. Pet. Sotus D. Bonav. Dom. Sot. P. Valent. P. Henriq. P. Suar. P. Vasq. Bonac. P. Tanner. P. Lug. P. Hurt. P. Arriag.

374 Nam *D. Thom.* quem sequitur *Lugo, Valent. Henr.* & alii, dicit omnia Sacramenta de se tollere Venialia ex opere operato, quia omnia ex opere operato conferunt gratiam, Venialia autem tollitur per collationem gratiæ. Sed contra, quia in justo qualibet attritio, etiam minima, est meritoria augmenti gratiæ, non tamen remissionis Venialium, & ut cum eodem *Lugo*, & aliis tradidimus supra. *n.* 547. Præterea non videtur bona consecutio ab infusione gratiæ ad remissionẽ Venialium, nam gratia solùm opponitur peccato mortali, non veniali.

375 Aliud ergo fundamentum traditur à *Suar.* quem sequuntur *Tanner. Bonacin.* & alii; dicunt enim omnia Sacramenta ex opere operato tollere mortalia; & inde colligunt à fortiori tollere Venialia. Sed contra, quia idcirco omnia Sacramenta ex opere operato tollunt mortalia, quia omnia ex opere operato conferunt gratiam, quæ non compatitur cum mortalibus; at verò gratia compatitur cum Veniali. *Arriaga* aliud invenit, quia inquit, omnia Sacramenta instituta sunt ad disponendum hominem, ut sanctè, & rectè exerceat aliquod munus, in ordine autem ad hunc finem sine dubio conducit ablatio Venialium; saltem eorum, quæ ejus rectæ administrationi obesse queunt: expediens ergo fuit, ut ea per talia Sacramenta possent auferri. Sed contra, quia, aut loquitur de Venialibus commissis ante muneris administrationem, & hæc non tollunt, quominus munus sanctè, ac rectè administretur, aliàs esset peccatum, illud administrare in Venialibus. Aut loquitur de Venialibus, quæ committuntur in ipsa administratione, & hæc, cùm fiant in Sacramento, non tolluntur per illud, ut ipsemet Arriaga confessus fuerat. *n. 9.* fine.

P. Suar. P. Tanner. Bonacin.

P. Arriag.

Quare

366 Quare aliud nobis quærendum fundamentum, dicendumque omnia Sacramenta de se habere vim remissivam Venialium propter excellentiam operis operati, hoc est, ipsius Sacramenri. Et probatur, quia maior est excellentia cujuslibet Sacramenti, quam attritionis; illud enim Christus D. instituit ad supplendos hujus defectus, & conferendas uberiores gratias: at aliqua attritio est de se remissiva Venialium: ergo idem à fortiori dicendum de quolibet Sacramento.

§. 5.

Utrùm similiter Venialia remittantur per Sacramentalia ex opere operato?

377 *Explicatur quid veniat nomine Sacramentalium, & quot sint.*
378 *Proponitur opinio asserentiam Venialia remitti per Sacramentalia ex opere operato.*
379 *Sed contraria sententia tenenda est.*
380 *Ejus fundamentum.*
381 *Diluitur oppositum.*
382 *Cur Sacramentalia dicantur remittere Venialia, non vero Mortalia?*

377 Quinta difficultas, Demodo, quo Venialia remituntr per Sacramentalia. Nomine Sacramentalum intelliguntur, ea, quæ sunt ordinata ab Ecclesia ad remisionem Venialium aliquo modo, ad instar Sacramentorum, quæ institutua sunt à Christo Domino ad remissionem Mortalium. Et sex præcipuè numerantur: Oratio Dominica, seu quævis alia cum tunsione pectoris: Aspersio aquæ benedictæ: Comestio panis benedicti: Confessio generalis: Eleemosyna, & Benedictio episcopalis; quæ omnia hoc versu continentur. *Orans, tinctus, edens, cõfessus, dans, benedicens.* Quæritur modò: Utrùm remittant Venialia, sicut Sacramenta ex opere operato; an solùm ex opere operantis ratione pii motûs, quẽ excitant?

Canus. Vraldens. Sot. Petr. Sot. Victor. P. Valent. P. Henriq. P. Azor. Cap. Aqu.

378 Remittere ex opere operato opinantur *Canus. relect. de Sacram. p. 1. ad 6.* Vv*aldens. to. 3. tit. 4. dub. 3. Sot. d. 15. q. 2. a. 3. Petr. Sot. lect. 18. Victor. in sum. n. 79. Valen. q. 4. p. 1. Heur. l. 4. cap. 15. Azor. cap. 11. q. 7.* Probatur; quia sunt remissiva Venialium, ut constat ex *Cap. Aquam, de consecrat. dist. 3.* Item ex mente fidelium, & autoritate SS. PP. apud Doctores citatos; & non apparet alius modus, nisi ex opere operato: non enim videtur dicendum remittere ex opere operantis, ratione pii, ac sancti motûs, quem excitant. *Primò*, quia hoc modo etiam dicerentur remittere Mortalia. *Secundò*, quia non semper experimur excitari in nobis hujusmodi motum. *Tertiò*, quia revera *D. August.* relatus *Cap. De quotid. de Pænit. dist. 3.* videtur sentire orationem Dominicam (& idem est de aliis Sacramentalibus) remittere Venialia per se immediatè absque motu Pœnitentiæ. Mortalia verò non nisi mediante motu Pœnitentiæ, ibi: *Delet*, inquit, *omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata: delet & illa, à quibus vita fidelium scelerate etiam gesta; sed, si pœnitendo in meliùs mutata discedit.*

D. August. Cap. de Quotidianis.

379 *Nihilominus* probabilior est resolutio negativa, quam cum *D. Thom. in 4. d. 16. q. 2. a. 2. quæstiunc. 4. & d. 21. q. 2. a. 1. Alens. 4. p. q. 65. memb. 3. a. 4. Durand. d. 21. q. 3. & ibi. D. Bonav. a. 3. q. 1. Ric. a. 3. q. 1. Turrecrem. in Cap.* Tres autem, de Pœnit. *d. 1. a. 3. Suar. disp. 12. sect. 2. Vasq. q. 87. a. 3. n. 9. Reginald. l. 5. n. 43. Zerol. cap. 2. q. 19. Pezant. 3. p. q. 87. a. 3. disp. 1. Filliuc. tr. 6. cap. 5. q. 10 n. 130. Less. l. 2. de just. cap. 23. dub. 20. §. De qua re. Bellar. Con. tenent. Præpositus cit. n. 27. Lug. sec. 4. Tanner.* ubi proximè. *Gran. tract. 4. disp. 3. Turr. disp. 11. dub. 1. Hurt. dis. 2. difficult. 15. Bonac. ci. puncto 2. Arriaga* proximè *n. 12.*

D. Thom. Alens. Durand. D. Bonav. Richar. Turrecrem. P. Suar. P. Vasq. P. Regin. Zerol. Pezant. P. Filliuc. P. Less. P. Bellarm. P. Coninck. P. Præpos. P. Lug. P. Tanner. P. Grand. P. Turrian. P. Hurt. P. Arriag. Bonacin.

380 Probatur, quia hujusmodi Sacramentalia non id habent ex institutione divina; & hoc est clarum, quia, prætterquam quòd nullus Doctor id asserat; nullum est vestigium in Scripturis, aut in traditionibus Ecclesiæ, unde constet Christum D. præter septem Sacramenta aliud signum externum instituisse ad remittenda peccata mortalia, vel venialia. Deinde non id habent ex institutione Ecclesiastica, quia Ecclesia non habet potestatem dimittendi peccata extra Sacramentum; quod inde ostenditur. *Primò*, quia non constat de tali potestate ex aliquo textu, vel traditione.

Secundò, quia aliàs posset Pontifex alicui extra Sacramentum dicere: *Ego tibi remitto peccata*; quod à nullo conceditur, nec Ecclesia in se tale unquam agnovit imperium: ergo, &c.

371 Ad fundamentum opinionis contrariæ respõdetur, Sacramentalia quidem

de remittere Venialia, sed nō immediatè per se, hoc est, ex opere operato, sed ex opere operantis, ratione pii, ac sancti motûs, quem ex intentione & oratione Ecclesiæ impetrant à Deo.

382 *Neque dicas primò*, hoc modo etiam Sacramentalia remittere Mortalia. Non, inquam, hoc dicas; quia Sacramentalia id non impetrant à Deo, idque tū ex parte Dei, qui non ita facilè placatur circa Mortalia; tum ex parte hominis, qui non ita facilè concipit motum sufficientem ad remissionem Mortalium; tum ex parte Ecclesiæ, quæ per Sacramentalia præcipuè intendit remissionem Venialium.

Non dicas secundò, non semper excitari in nobis hujusmodi motum; quia Deus justis de causis non semper concedit pro omnibus ea, quæ pro omnibus universaliter petuntur ab Ecclesia.

Non dicas tertiò D. Augustinum textu citato stare pro opinione contraria: quia *August.* in illo non intendit Mortalia, aut Venialia remitti immediatè per Sacramētalia, absque motu Pœnitentiæ; sed tantùm vult, motum Pœnitentiæ ad Venialia facilè impetrari oratione solùm Dominica; at motum Pœnitentiæ ad Mortalia non ita facile, sed opus esse maiori animi conatu, & mutatione vitæ.

SECTIO III.

Utrùm, & quomodo Venialia remittantur post mortem?

383 *Aperitur status quæstionis.*

383 POSSUMUS loqui *primò* de Venialibus, cū quibus peccator decedit existens in Mortali: & sic, aut de Venialibus, quæ sunt adjuncta Mortali actuali; aut de Venialibus, quæ sunt adjuncta soli Originali. *Secundò* possumus loqui solùm de Venialibus, cum quibus Justus decedit existens in gratia.

§. 1.

De Venialibus, cum quibus peccator decedit.

384 *Refertur opinio existimantium Venialia remitti in Inferno.*

385 *Asseritur, & probatur contraria sententia.*

386 *Diluuntur fundamenta oposita.*

387 *An Veniale, quod remissum est quoad culpam, & non quoad pœnam, remittatur in Inferno quoad pœnam?*

388 *Quid dicendum de Veniali, quod soli Originali adjunctum est. Et plures referuntur sententiæ.*

389 *Eligitur, & statuitur probabilior.*

384 PRima difficultas: Utrùm post mortem remittantur Venialia, quibuscum peccator existens in Mortali decedit? Affirmat *Scot.* ductus illo suo fundamento, quia existimat Veniale consistere in reatu pœnæ temporalis; unde docet remitti in Inferno per tolerantiam tantæ, vel tantæ pœnæ, qua sola ipsum Veniale est dignum. Et probatur, quia aliàs puniretur Veniale in Inferno pœnâ æternâ, quod non videtur dicendum. *Primo*, quia peccatum Veniale non est dignum pœnâ æternâ, & Deus non punit ultra condignum; id enim esset maximè alienum ab ejus justitia, & misericordia. *Secundò*, quia aliàs quoad æternitatem pœnæ nullum in Inferno esset discrimen inter peccatum mortale, & veniale. *Scot.*

385 *Nihilominus* dicendum Venialia conjuncta Mortali non remitti in Inferno. Ita cum *D. Tho.* 3. *p.* q. 87. *a.* 4. & 1. 2. *q.* 87. *a.* 5. *ad* 3. *Palud.* ibidem q. 1. *a.* 1. *Ric. a.* 4. *ar.* 2. & *d.* 21. *a.* 2. *q.* 3. *D. Bonaven.* ibidem *a.* 1. *q.* 1. *Sot. d.* 15. *q.* 2. *a.* 4. *Val. q.* 4. *p.* 3. *Vasq. hic q.* 87. *a.* 4. *Præposit. n.* 17. & *Gran. tract.* 4. *disp.* 2. Probatur, quia Venialia non remittuntur absq; aliqua Pœnitentia, eaque supernaturali, ut constat ex dictis *n.* 342. at verò damnati in Inferno, præter id quòd sint obstinati, destituuntur omni virtute supernaturali: ergo, &c. *D. Thomas. Palud. Ricard. D. Bonav. P. Valent. P. Præpos. P. Granad. P. Vasq.*

386 Ad primum fundamentum *Scot.* respondetur peccatum Veniale non esse per se dignum pœnâ æternâ; esse tamen illâ dignum per accidens: est enim dignum pœnâ, quandiu non retractatur; & in Inferno nunquam retractabitur: unde fit quòd nunquam delebitur.

Ad secundum respondetur, adhuc peccatum mortale in Inferno quoad æternitatē pœnæ discriminari à Veniali; nam Mortale est per se dignum pœnâ æternâ; non ita Veniale, sed solùm per accidens.

387 Quæres 1. quid dicendum sit de Veniali, quod in hac vita remissum est

quoad culpam; non verò quoad pœnam? remitteturne in Inferno quoad pœnam? *Durand.* Affirmat *Durand.* apud *Suar.* quia istud Veniale solùm est dignum tanto, vel tanto tempore pœnæ; unde, illo expleto, extinguetur. Sed communis est resolutio negativa, quia reatus pœnæ, qui relinquitur à culpa, nunquam tollitur, nisi per Pœnitentiam voluntariam, & amicabilem, aliàs remitteretur Purgatorium illi, qui cum summa impatientia, & nulla conformitate cum voluntate Dei, subiret magnas pœnas in hac vita, quod non est dicendum. Et ratio est, quia pœna solvitur per modum compensationis loco culpæ; nulla autem culpæ digna compensatio fit ab inimico, manente inimico, & qui ut talis supponitur. Sed de his latiùs tract. de Satisfactione *n. 16.*

388 Quæres *secundò.* Quid dicendum sit de Veniali, quod est conjunctum soli Originali? Et plures sunt sententiæ. *Prima* asserit impossibile esse, Veniale adjungi soli Originali; quia, aut quando puer pervenit ad usum rationis, elicit actum amoris Dei, & sic per illum tollitur Originale; aut non elicit talem actum, & sic peccat mortaliter, quia tenetur pro illo puncto rationis elicere actum amoris Dei. Et hæc est opinio Thomistarum, cui cum *Valent.* & aliis adhæret *Tannerus cit. n. 39.* *P. Valent.* *P. Tanner* Sed nobis non placet; quia puer in primo instanti, quo utitur ratione, potest non advertere ad præceptum charitatis, & peccare venialiter in alia materia: item ante perfectum usum rationis potest habere sufficientē advertentiā ad peccandū venialiter, non verò ad peccandū mortaliter, quibus in evētibus clarū est posse habere Veniale adjunctum soli Originali.

Paludan. *Secunda sententia* est Paludani asserentis Veniale adjunctum Originali remitti in Limbo per ipsius retractationem. Sed contra, quia hæc in Limbo solùm erit naturalis; ad remissionem autem Venialis requiritur retractatio supernaturalis. *Tertia sententia* est aliorum apud *Suar.* qui docent hujusmodi animam priùs ire in Purgatorium, ubi purgabit Veniale, deinde descendere in Limbum. Sed contra, *Concil. Florent.* quia *Concil. Florent. in literis Unionis* docet illas animas solùm ire in Purgatorium, quæ in charitate decedunt. *Quarta* sententia est aliorum, qui dixerunt hujusmodi animam detrudi in Infernum, & ibi puniri aliquo cubiculo separato. Huic modo dicendi subscribunt nonnulli Moderni. Sed contra, quia detruderetur propter solum Veniale; nam Originale non punitur in Inferno. Accedit, quòd hi Auctores recludunt hanc animam in illo cubiculo separato causâ minoris tormenti; & mihi nullum levamen repræsentatur in illa clausura per totam æternitatem; licentiùs extra illum carcerem per totum, quam amplus est, Infernum spatiarentur alii Damnati. His igitur opinionibus rejectis.

389 Respondendum videtur cum doctoribus suprà citatis, hujusmodi Veniale adjunctum Originali non remitti, defectu Pœnitentiæ supernaturalis, sed puniri in Limbo pœnâ æternâ, levissimâ quidem, nimirum aliquali tristitia, & conscientiæ verme.

Sed objicies *primò*: Limbus non est locus ad pœnam sensûs, sed solùm ad pœnam damni, aliàs non distingueretur ab Inferno. Respondetur, Limbum per se non esse locum ad pœnam sensûs, quia solum institutus est ad pœnam peccati originalis, cui sola correspondet pœna damni: id tamen non tollit, quominus per accidens ratione peccati venialis in eo subeatur aliqualis pœna sensûs. Neque inde sequitur manere indistinctum ab Inferno; nam Infernus est per se constitutus ad pœnam sensus, eamque talem, qualis debetur Mortali actuali, non ita Limbus.

Objicies *secundò*: Omne Veniale punitur igne, ut constat ex textu in *Cap. Qualis, & Cap. Penultimo dist. 25.* at in Limbo non est ignis. *Cap. Qualis. Cap. Penult.* Respondetur, omne Veniale per se puniri igne, quia Purgatorium est locus per se destinatus ad Venialia, & ad hæc ibi est deputatus ignis. Hoc tamen non tollit, quominus per accidens aliquod Veniale non puniatur igne, si nimirum ratione Originalis descendat in Limbum, ubi non est ignis; erit tamen aliqua tristitia, & vermiculus conscientiæ æquivalens.

§. 2.

De Venialibus, cum quibus Iustus decedit.

390 *Proponitur prima sententia asserentium neminem posse decedere cum solo Veniali.*

391 *Refertur secunda sententia existimantium Venialia remitti immediatè ante mortem.*

392 Sed

392 *Sed dicendum remitti post mortem.*
393 *Explicatur difficilis locus D. Gregorii.*
394 *Aliqui existimant remitti paulatim, ac successive per pœnas Purgatorii.*
395 *Sed probabilius est remitti immediatè post mortem in primo instanti separationis animæ à corpore.*
396 *Idque per contritionem elicitam in eo instanti, non per modum meriti, sed per modum dispositionis. Aliquo tamen modo potest hujusmodi remissio tribui meritis vitæ anteactæ.*
397 *Diluitur fundamentum opinionis contrariæ. Et explicatur eleganter textus* in Cap. Unum orarium.

390 SEcunda *difficultas*: Utrùm, & quomodo post mortem remittantur Venialia, cum quibus Justus existens in gratia decedit? Duæ sunt sententiæ. *Prima* asserit non posse Justum decedere cum Veniali, quia aut tempore mortis agit, quod potest, ad Venialium expiationem; & sic tolluntur Venialia ante mortem; aut nõ agit, quod potest: & sic cõmittit peccatum mortale, ac proinde non decedit cum solo Veniali. Verùm hæc sẽtentia est falsa: potest enim Justus in morte non dolere de Veniali, aut quia ad illud non advertit, aut quia noluit; neque enim in articulo mortis datur præceptum obligans sub Mortali ad dolendum de Veniali, nec ulla potest assignari ratio tam stricti præcepti.

Alensis. Maior. 391 *Secunda sententia est Alens. in 2. p. q. 124. Maior. in 4. d. 21. q. 3.* asserentium peccata venialia non remitti post mortem, sed immediatè ante illã per gratiam finalem, quod videtur probari ex *D. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 24.* quatenus dicit, *Deum purgare levia peccata justorum ipsâ mortis acerbitate.* D. Gregor.

392 *Nihilominus* hæc sententia communiter rejicitur à Theologis cum *D. Thom. apud Suar. sect. 4. Primò*, quia sine fundamento asserit gratiam finalem habere privilegium remittendi Venialia immediatè ante mortem, est enim gratia finalis eadem, quæ erat toto tempore antecedente; & toto illo non habuit privilegium remittendi Venialia: unde postea constat illud ei concedi tempore mortis? *Secundò*, quia potest quis emori in actuali complacentia Venialis, qua stante, certũ est ipsum non remitti: ergo, &c. D. Thom. P. Suar.

393 Neque obstat testimonium *D. Gregor.* quia ille loco citato non intendit, Venialia Justorum semper remitti per acerbitatem mortis; non enim omnes Justi, qui habent Venialia, moriuntur morte acerba: loco ergo citato solùm intendit, Deum aliquando Justos affligere acerbitate mortis in eorum favorem, ut scilicet per patientiam, & dolorum tolerantiam disponantur ad remissionem Venialium, non solùm quoad culpam, sed etiam quoad pœnam, ita ut post mortem Purgatorio non indigeant.

394 *Quæres*, quo tempore Justis post mortem Venialia remittantur? Remitti enim post mortem non est dubium; quia, ut constat ex dictis, plures moriuntur cum solis Venialibus; & hæc certum est remitti in alia vita, quia aliquando visuri sunt Deum, nam propter solum Veniale nemo punitur pœnâ æternâ: non autem possunt Deum videre, quandiu illis peccata non remittuntur, juxta illud *Apocal. 21. Nihil coinquinatum*, &c. Quæritur ergo, quo tempore illis post mortem hujusmodi Venialia remittantur? *Gabr. d. 16. q. 1. D. Bonav. a. 2. q. 1. Carthus. q. 1. Abul. Matth. 25. q. 718. & Sot. disp. 15. q. 2. a. 2.* existimant remitti paulatim, ac successivè, aut per solam durationem pœnarum; aut etiam per bonos actus, quibus animæ in Purgatorio exercentur, præsertim per voluntariam acceptationem pœnarum. Probatur ex *D. Paulo 1. ad Corinth. 5.* ubi dicit hujusmodi Venialia purgari per ignem; quod etiam constat ex *Cap. Qualis, & ex Cap. penultimo dist. 25. & præcipuè ex Cap. Unum orarium* eodem titulo, ibi: *Illo enim transitorio igne, de quo dicit Apostolus: Ipse salvus erit, sic tamen, quasi per ignem: non capitalia, sed minuta peccata purgantur*, &c. Dicere autem Venialia purgari per ignem, idem est, ac dicere, purgari tractu temporis pœnarum, paulatim, & successivè: ergo, &c. Apocal. 21. Gabriel. D. Bonav. Carthus. Abulens. Sotus. 1. ad Corinth. 5. Cap. Qualis. Cap. Penultim. Cap. Unũ orarium.

395 His non obstantibus, probabilius dicendum videtur cum Doctoribus suprà citatis Venialia quoad culpã remitti immediatè post mortem in primo instanti separationis animæ à corpore. Probatur, quia in eo dantur omnia requisita ad remissionem quoad culpam; elicit enim anima statim ferventem actum dilectionis Dei, & contritionem perfectissimam omnium præcedentium culparum; & hæc contritio videtur sola requiri, quia sola inducit retractationem voluntatis; duratio enim pœnarum eam non inducit: unde

de hæc solùm requiritur ad remissionem quoad pœnam, non ad remissionem quoad culpam.

396 *Notandum* tamen hic est *primò* prædictam contritionem non operari per modum meriti; nam meritum finitur cum tempore huius vitæ: aliquo tamen modo potest tribui meritis vitæ trãsactæ, quæ sicut meruerunt gloriam, ita meruerunt medium necessarium ad illam, nimirum remissionem Venialium faciendam primo instanti non impedito: primum autem instans non impeditum est illud, in quo per retractationem removetur impedimentum, nimirum voluntas peccati. *Notandum secundò* posse hanc contritionem sumi, vel per modum conditionis, sine qua non sit Venialium, quoad culpam, remissio; vel per modum condignæ satisfactionis; nã, ut inferiùs ostendemus, possumus satisfacere de cõdigno pro Veniali: an verò de facto id fiat primo, vel potiùs secũdo modo? Probabilius dicendum existimo fieri secundo modo, quia revera is videtur aptior, & commodior. Ita Arriaga cit. *disp.47.n.* 14.

Notandum tertiò, in illo primo instanti solùm remitti Venialia quoad culpam, non quoad pœnam, nisi sermo sit de Martyre, huic enim etiam remittitur pœna propter privilegium martyrii. *Dices*, non esse maiorem rationem quoad culpam, quàm quoad pœnam. Respondetur contritionem in eo instanti esse convenientissimum remedium ad culpam. Est enim ejus detestatio, quæ est præsentissimum antidotum ad culpam, utpote maximum ejus contrarium; non ita est accommodata ad pœnam: non enim est pœnarum maxima, maximè elicita in instanti: unde ad ignem est recurrendum.

397 Neque obstat fundamentum opinionis contrariæ, quia aliud est loqui de perfecta remissione peccati, hoc est, quoad culpam, & quoad pœnam, & hæc fit in Purgatorio paulatim, ac successivè per durationem ignis, juxta textus suprà citatos. Aliud loqui de remissione peccati solùm quoad culpam, & hæc fit quidem in Purgatorio, non tamen successivè per durationem ignis, sed primo instanti, quo, remoto impedimento, elicitur contritio.

Hæc est communis solutio. Verùm, licèt satisfaciat aliis textibus, non videtur satisfacere textui in *Cap. Unum orarium*; nam in eo dicitur, per ignem in Purgatorio sola remitti Venialia, non verò Mortalia: loquitur ergo de remissione quoad culpam, nam quoad pœnam non sola Venialia, sed etiam Mortalia remittuntur in Purgatorio per ignem. Si autem Venialia quoad culpam remittuntur in primo instanti post separationem animæ à corpore, non remittuntur per ignẽ, quod est contra textum.

Respondetur duos intellectus prædicto textui posse accommodari. *Primùm*; quia, dum dicit Venialia purgari, quasi per ignem, non vult, quòd in eo instanti, quo Venialia remittuntur, jam anima sit in igne intrinsecè, sed extrinsecè. Sic multa incipiunt extrinsecè per ultimum sui non-esse, ita ut verum sit dicere, *Nunc non est, immediatè post erit*. Et; licèt hoc in præsenti casu, quoad omnia non, verificetur physicè, verificatur moraliter. Firmo hunc intellectum ponderando particulam *quasi per ignem*; non enim dicit textus *per ignem*, sed *quasi per ignem*; quia nondum anima est intrinsece in igne, sed extrinsecè.

Secundus intellectus, isque clarior, desumi potest ex distinctione, quam communiter Theologi ponere consuevêre inter baptismum Flaminis; Fluminis, & Sanguinis. Quid, quæso, est baptismus Flaminis, seu ignis? Dicunt Theologi esse contritionem, quæ dicitur baptismus Flaminis; seu ignis ab incendio cordis, quo anima per contritionem torquetur. Itaque contritio ignis est Spiritûs Sancti, quo anima in instanti immediatè pòst separationem à corpore, purgatur à Venialibus quoad culpam: & licèt contritio non sit propriè ignis, est quasi ignis, ad quod videtur alludere textus, dum dicit *quasi per ignem*.

(✠)

DISPUTATIO QUARTA

De tertio effectu Pœnitentiæ, qui est reviscentia meritorum, gratiæ, virtutumque recuperatio.



Absolvitur tribus sectionibus. Prima agit de reviviscentia meritorum per virtutem Pænitentiæ. Secunda de recuperatione gratiæ, virtutumque, & antiquæ dignitatis. Tertia de reditu peccatorum per subsequens peccatum.

SECTIO PRIMA.

De Reviviscentia meritorum per virtutem Pænitentiæ.

398 *Quæ dicantur opera mortua? & quæ mortificata?*

398 PER quodlibet peccatum mortale dicunt communiter Theologi, alia nostrorum operum reddi mortua: alia non mortua, sed solùm mortificata. Illa redduntur mortua, quæ fiunt in statu peccati: redduntur autem mortua, tum ex parte principii, quia fiunt à principio mortuo: tum ex parte effectus, quia carent effectu perducendi ad vitam æternam de condigno. Alia redduntur non mortua, sed mortificata; & hujusmodi sunt opera facta in statu gratiæ, quæ ex se habent effectum perducendi ad vitam æternam, sed quoad illum impediuntur per subsequens peccatum, juxta illud *Ezech.* 18. *Si averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur*, &c. Agendum est priùs de operibus mortificatis, postea de mortuis.

§. 1.

Utrùm merita reviviscant?

399 *Quæ videantur suadere opera mortificata non reviviscere.*
400 *Dicendum omnino est reviviscere.*
401 *Probatur ex Scriptura.*
402 *Deinde ex Conc. Trident.*
403 *Tandem ratione.*
404 *Confirmatur.*
405 *Explicatur locus Ezechielis, qui videbatur contrarius.*
406 *Declaratur locus Concil. Trid.*
407 *Cur peccata semel condonata non redeant per subsequens peccatum, merita verò per virtutem Pænitentiæ reviviscant?*
408 *Quo sensu merita maneant tempore peccati?*
409 *An reviviscant ex justitia, an ex misericordia? Refertur sententia asserentium reviviscere partim ex justitia, partim ex misericordia.*
410 *Sed probabilius est reviviscere ex justitia.*
411 *Diluitur fundamentum opinionis contrariæ.*
412 *An hujusmodi reviviscentia possit divinitùs impediri?*
413 *Etiam in casu, quo Deus remitteret peccatum per solam condonationem extrinsecam absque infusione gratiæ, merita ex justitia reviviscerent.*
414 *Idem dicendum in casu, quo Deus extraheret aliquem damnatum ab Inferno, & eum suæ gratiæ restitueret.*

399 PRima difficultas: Utrùm merita peccato mortificata per virtutem Pænitentiæ reviviscant? Et pro parte negativa videtur *primò* locus *Ezech.* ubi proximè. *Secundò* locus *Concil. Trid. sess. 6. can. 26.* ubi asserit sola merita, quæ perseverant usque ad finem, esse digna retributione vitæ æternæ. *Tertiò*, quia peccata semel condonata non redeunt per subsequens peccatum: ergo neque merita semel amissa redibunt per Pœnitentiam subsequentem. *Quartò*; quia, si merita reviviscerent, tempore peccati manerent, licèt mortificata; at non manent neque physicè, quia jam non existunt: neque moraliter, quia sicut per peccatū amittitur jus ad vitam æternam, ita amittuntur ipsa merita. Ezechiel. Trident.

400 *Nihilominus* tenenda resolutio affirmativa cum *Grat. de Pœnit. dist. 4. canone* Intermittentes, & *can. ultimo*. Item cum Gratian.

Magister. D. Thom. P. Vasq. P. Valent. P. Fillinc. Molfetius. Pezant. P. Coninck. P. Henriq. Nugnus. Bonacin. P. Tanner. P. Prapos. P. Lug. P. Granad. P. Turriã. P. Hurtad.

cum *Magistro in 4. d. 14. D. Tho.* ibidem *q. 2. a. 3. q. 3. & hic. q. 89. a. 5.* & communi Theologor. *Suar. in opusc. de reviv. merit. d. 1. p. 1. sec. 2. Vasq. 3. p. q. 8. a. 5. dub. 1. Valent. tr. 4. disp. 7. q. 6. p. 3. Fillinc. tr. 6. c. 6. quæsito 3. Molfet. tr. 7. cap. 6. concl. 9. Pezan. 3. p. q. 8. disp. 1. & 2. Coninc. de Pænit. disp. 3. dub. 20. n. 167. Henric. 33. n. 1. in comment. Nugn. 3. p. q. 89. a. 5. Bonac. q. 6. sect. 4. p. 1. n. 3. Tanner. q. 5. dub. 1. Prapofit. q. 89. a. 5. dub. 1. Lugo disp. 11. sec. 1. Gran. tr. 6. disp. 2. Turr. disp. 14. dub. 1. Hurt. disp. 2. diff.* 23. quorum alii dicũt contrariam opinionem esse contra Fidem: alii esse erroneam, alii proximam errori.

401 Et probatur imprimis *ex Scriptura*, idque *primò* ex illo *Ioëlis* 2. *Convertimini ad me*, &c. Et statim subditur: *Reddam vobis annos, quos comedit locusta*, &c. Hoc est juxta *Gloss. interlin.* ibidem. *Non patiar perire ubertatem operum bonorum, quam peccando perdidistis*, &c. *Secundò* ex *D. Paul. ad Hebr.* 6. ubi postquam graviter animadvertit in eos, qui post baptismum in pristina scelera redibant, veritus ne illos in desperationem egerit, hac spe revocat, ac firmat: *Confidimus*, inquit, *dilectissimi, tametsi ita loquimur, non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius*, &c. Ex quo testimonio *D. Hier. D. Ansel.* & alii Sancti Patres apud *Suar.* colligunt merita Justorum peccato mortificata postea per virtutem Pœnitentiæ reviviscere.

Ioel. 2. — *Glossa.* — *ad Hebr. 6.* — *D. Hiron.* — *D. Ansel.* — *Trident.*

402 Probatur deinde *ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 16.* ibi: *Iustificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuò conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono, scientes, quòd labor vester non sit inanis in Domino; non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis &c.* Ubi ponderandum est, non requiri ad fructum bonorum operum perseverantiam in gratia nunquam interruptam, sed solùm perseverantiam finalem. Item Concilium accipere verba Apostoli in sensu proximè explicato, nimirum de reviviscentiæ meritorum. Idem Concilium eâdem *sess. can. 32. Siquis*, inquit, *dixerit justificatum bonis operibus non mereri augmentum gratiæ & gloriæ, & ipsius, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, anathema sit*, &c. Ubi notandum est non dixisse, si ex gratia non exciderit, sed si in gratia decesserit. Unde fit, quòd, juxta Concil. bona opera consequuntur vitam æternam, si habeant duas conditiones; alteram, quòd fiant in gratia; alteram quòd homo in gratia decedat. At merita mortificata habent has duas conditiones, fuerunt enim facta in gratia, & justus in gratia decedit.

403 Probatur tãdem *ratione*, & prætermissis iis, quæ communiter afferri solent, sunt enim tantùm congruentiæ, & conjecturæ. Hæc nobis ratio adhibenda est; quia gratia virtute Pœnitentiæ acquisita tollit reatum pœnæ æternæ: est enim gratia suâpte naturâ connexa cum gloria; hæc autem non compatitur cum aliqua pœna æterna: at verò mortificatio meritorum est pœna, eaque, nisi merita reviviscerent, esset æterna. Probo hoc à simili exemplo pœnæ damni; nam pœna damni est illa, qua homo propter peccatum privatur jure, quod habebat ad gratiam, & ad gloriam: nisi autem merita reviviscerent, privaretur homo jure, quod habebat ad maiorem gratiam, & gloriam respondentem ipsis meritis: ergo mortificatio meritorum esset quædam, quasi pœna damni, eaque æterna.

404 Et confirmatur, quia Deus ita acceptat merita, ut non desinat ea ampliùs acceptare: *sunt enim dona Dei absque pœnitentia*, ut loquitur *Apostol. ad Rom.* 11. Unde per peccatum subsequens non desinit Deus merita acceptare, sed semper est paratus, quantum est ex parte sua, illa remunerare, si tollatur obex peccati; unde, hoc sublato, merita, quæ semel acceptavit, remuneret, necesse est. Quibus positis.

ad Roman.

405 Ad primum fundamentum pro parte contraria desumptum ex illo *Ezech. Si averterit se justus, justitiæ ejus non recordabor*, &c. dicendum est non recordari, durante statu peccati, quod non tollit quominus, eo sublato, recordetur, & merita reviviscant.

Ezechiel. — *Trident.*

406 Ad secundum ex *Conc. Trident*: ubi ad remunerationem bonorum operũ requiritur perseverantia usq; ad mortem: Respondetur nomine perseverantiæ usque ad mortem non intelligi gratiam nunquam interceptam, sed finalem, ut patet ex eodem *Trident. loco proximè citato*. Potest autem gratia per reviviscentiã esse finalis, licèt aliquando fuerit intercepta. Et hoc etiã modo explicari solet illud Christi Domini *Matth. 24. Qui perseveraverit*

usque in finem, hic salvus erit, &c. Non enim requiritur ad salutem perseverantia nunquam intercepta, sed finalis.

407 Ad tertium concedendum est peccata semel condonata non redire per subsequens peccatum: cum quo stat, quòd merita mortificata per subsequentem Pœnitentiam reviviscant. Diversa ratio est, quia peccata semel condonata non desinunt condonari; *sunt* enim, ut diximus, *dona Dei absque pœnitentia*. Unde fit, quòd peccata semel condonata non ampliùs redeant: eodem modo merita semel acceptata non desinunt acceptari; imò Deus semper de se est paratus illa remunerare, si tollatur obex peccati; unde fit, quòd, illo sublato, reviviscant.

408 Ad quartum concedo, merita manere tempore peccati, mortificata tamen, & impedita quoad effectum perducendi ad vitam æternam: menent, inquam, non physicè, quia jam non existunt, sed moraliter; idque tum in acceptatione Divina, ut cum *D. Thom.* docet *Suar. cit.* tum in ipso peccatore, in quo etiam remanet ipsum jus, non immediatè ad gloriam, hoc enim consistit in gratia; sed immediatè ad gratiam, suspensum tamen, seu ligatum & impeditum, ut cum *Scot.* docet *Tanner cit n. 45.*

P. Thom. P. Suar. Scot. P. Tanner.

409 *Quæres primò*: Utrùm, sublato peccato, merita reviviscant ex natura rei, seu ex justitia: an potiùs ex misericordia? *Suar. cit.* docet reviviscere partim ex misericordia, partim ex justitia: ex misericordia, quia poterant manere mortificata in pœnam peccati; at Deus ob suam misericordiam illa non patitur ita manere. Ex justitia, quia supposità misericordià, qua Deus non patitur illa manere mortificata, manent ut antea meritoria de condigno; & ubi datur ratio meritoria de condigno, datur aliqua ratio justitiæ.

P. Suar.

410 *Probabiliùs* tamen dicendum videtur reviviscere ex natura rei, seu ex justitia. Ita *Vasq. & Turr. citati.* Probatur ex illo *Apostol. Non enim est injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri*, &c. Deinde ratione, quia: (ut diximus) gratia adveniens suâpte naturâ excludit omnem pœnam æternam: ergo inducit reviviscentiam meritorum; nam, nisi hæc reviviscerent, eorum mortificatio esset pœna æterna, ut constat ex dictis *n.* 403.

P. Vasq. P. Turrian. D. Paulus.

411. Neque obstat, quod dicit *Suar.* nimirum merita potuisse manere mortificata in pœnam peccati; id enim negandum est *primò* ratione gratiæ, quæ suâpte naturâ tollit omnem pœnam æternam; ac proinde mortificationem meritorum. *Secundò* ratione acceptationis divinæ, qua Deus acceptavit ipsa merita absoluta, quantum est ex se, sublato obice: unde supposita tali acceptatione, & sublato obice, non potest non illa acceptare. *Dices*, hanc acceptationem fuisse ex misericordia. Respondetur id verum esse: at quæstio procedit, supposita tali misericordia: item suppositâ, illa, qua condonavit subsequens peccatum. Et quæritur: Utrùm his duabus misericordiis suppositis, merita suâpte naturâ, & ex justitia reviviscât? & in his terminis habet locum nostra resolutio affirmativa.

412 *Quæres secundò*: Utrùm prædicta reviviscentia possit divinitus impediri? Negat *Vasq. ubi proximè*, quia merita, supposita acceptatione, & sublato obice, habent condignitatem cum tali reviviscẽtia. Dicendum tamen posse divinitus impediri; quia reviviscentia solùm est connexa cum gratia, ut ejus proprietas: at Deus de potentia absoluta potest impedire resultantiã proprietatũ, nimirum resultantiã caloris in igne: intellectûs in anima, &c.

P. Vasq.

413 *Quæres tertiò*: Utrùm in casu, quo Deus alicui remitteret peccatum absque infusione gratiæ per solam condonationem extrinsecam, illius merita suâpte naturâ reviviscerent? Negat. *Lugo citatus*; quia merita, inquit, solùm reviviscunt ratione gratiæ, quæ suâpte naturâ excludit pœnam æternam, ac proinde mortificationem meritorum. Dicendum tamen: adhuc in tali casu merita suâpte naturâ reviviscere, non quidẽ ratione gratiæ; quia hæc, ut supponitur, nõ daretur; sed ratione acceptationis, qua Deus absolutè, quãtũ est ex parte sua, acceptaverat merita, sublato obice: & in prædicto casu tollitur obex.

414 *Quæres quartò*: Utrùm in casu, quo Deus extraheret ab Inferno aliquem damnatum, & cum suæ gratiæ restitueret, ejus merita suâpte naturâ reviviscerent? Respondetur affirmativè, idque tum ratione gratiæ, quæ suâpte naturâ, ut diximus, excluderet omnem reatum pœnæ æternæ, & consequenter mortificationem meritorum; tum ratione acceptationis antiquæ, qua Deus acceptaverat merita absolutè, quantum est ex parte sua, sublato obice: & in præsenti casu tolleretur obex. Neque obstat, quòd merita hujus damnati essent potiùs mortua, quàm mortificata; nam

nam in ordine ad istum casum extraordinarium; & ad potentiam Dei absolutam non essent mortua, sed mortificata.

§. 2.

Utrùm merita reviviscant ad idem omnino præmium?

415 *Proponitur sententia asserentium reviviscere solum ad præmium accidentale.*
416 *Dicendum tamen reviviscere ad idem præmium substantiale.*
417 *Explicatur locus D. Thomæ.*
518 *Plures tamen sentiunt non reviviscere integrè*
419 *Sed oppositum tenendum est.*
420 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

415 S*Ecunda difficultas*: Utrùm merita reviviscant ad idẽ omnino præmium antiquum? & quæri possunt duo: *Primum*, Utrùm reviviscant ad idem præmium substantiale? Nonnulli enim apud *Suar.* negant reviviscere ad idem præmium essentiale: solùm dicunt reviviscere ad aliquod accidentale; nimirum ad gaudium; quod Beatus in cælo habebit de bonis operibus factis ante peccatum. Probatur ex D. *Thom.* q. 89. a. ad 5. ad tertium, ibi: *Ille*, inquit, *qui per pœnitentiam resurgit in minori dilectione, consequetur quidem præmium essentiale secundum quantitatem dilectionis, in quâ invenitur. Habebit tamen gaudium maius de operibus in prima dilectione factis, quàm de operibus, quæ in secunda fecit, quod pertinet ad præmium accidentale*; &c. Hæc D. *Thom.* ex quibus videtur colligi merita solùm reviviscere ad præmium accidentale.

D.Thom.

416 *Nihilominus* tenenda resolutio affirmativa cum *Suar.* & aliis Doctoribus suprà cit. qui contrariam sententiam temeritatis notâ inurunt, est enim parùm conformis Scripturæ, & locis *Conc. Trid.* suprà allegatis, præsertim *can.* 32. ubi dicitur merita consequi gratiam, & gloriam, ejusque augmentum, positis solis duabus illis conditionibus: *prima*, quòd fiant in gratia: *secunda*, quòd homo in gratia decedat; & has duas conditiones habent merita, quæ reviviscunt. Confirmatur, quia nomine gloriæ, & ejus augmenti non potest venire præmium accidentale, nimirum gaudium: nam ibi *Concilium* loquitur de gloria essentiali, resolvit enim controversiam Catholicorum contra Hæreticos, quæ non erat: Utrùm nostris operibus consequamur gaudium de illis, sed Utrùm consequamur vitam æternam quod Hæretici negabant, Catholici verò affirmabant: & hanc Catholicorum veritatem difinit *Concilium loco cit.* Accedit nostra ratio de incompatibilitate gratiæ cùm reatu pœnæ æternæ explicata *proximâ difficultate*: nam, si mortificatio meritorum tolleret ipsa merita in ordine ad præmium substantiale, esset quidem aliqua pœna damni, & ea æterna, de qua suprà

P.Suar.

Trident.

417 Neque obstat locus D *Tho.* adductus in contrarium. Ad illum dicit *Suar.* Sanctum Doctorem non satis accuratè ibi locutum esse. Idem asserunt fere omnes Theologi ubi supra. Sed meo judicio D. *Thom.* optimè locutus est, non enim ibi negat merita reviviscere ad antiquum præmium substantiale; imò id in corpore docuerat; sed vult præter hoc præmium antiquum acquirere pœnitentem quando resurgit, novam gloriam; & hanc novam gloriam dicit quoad substantiam non esse maiorem dispositione, in qua invenitur; esse tamen maiorem illâ quoad accidens, quia affert gaudium de operibus quæ perierant, & inventa sunt: juxta illud *Lucæ* 15 *Congratulamini mihi, quia inveni ovem, quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo, &c.*

418 *Quæri potest secundò*: Utrùm merita semper integrè reviviscant ad idẽ præmium substantiale? *Valent. enim q.* 5. *p.* 1. *Caperol in* 4. *d.* 14. *q.* 2. *a.* 1. *conclus.* 2. *& a.* 5. *Led. l.* 4. *q.* 30. *a.* 2. *&* 6. *Durand. in* 3. *d.* 31. *q.* 2. *corp. & ad.* 2. *&* 3. *Palud. q.* 1. *&* 2. *Alexand. p.* 4. *q.* 12. *memb.* 4 *a.* 5. *ad* 7. *& a.* 6. *Henr. in summ. l.* 1. *de Pœnit. cap.* 34. *& Gran. trac.* 6. *disp.* 3. *sect.* 1. contendunt merita quidem reviviscere ad idem præmium substantiale, non tamen semper integrè ad eandem portionem, & gradus gloriæ antiquæ. *Primò*, quia nemo consequitur præmium, nisi secundùm quantitatem dispositionis, in qua invenitur; quod præter D. *Thom. ubi proximè* docet *Trid. sess* 6. *cap.* 7. ubi dicitur in justificatione *infundi gratiam singulis secundum propriam cujusque dispositionem*, &c. At verò quando pœnitens resurgit, non semper invehitur in dispositione æquali antiquæ; sed aliquando in minori. Se-

Secundò, quia quando quis reconciliatur cum inimico, non statim eum admittit in eum gradum antiquæ familiaritatis, ac pristinæ amicitiæ.

419 Dicendum tamen merita semper integrè reviviscere ad eandem portionem, & gradus gloriæ antiquæ. Ita Suar. & alii Doctores ubi suprà; & certè id convincitur ex Trident. cit. can. 32. nam merita, sublato obice, habent illas duas conditiones requisitas. Primam quòd sint facta in gratia: secundam, quia homo in gratia decedit; habent ergo omnia requisita ad integrum præmium antiquum. Præterea id ostendit nostra ratio proximè facta; quia, si merita privarentur suo illo jure ad integrum præmium antiquum, puniretur homo aliquali æterna pœna damni, quod repugnat cum gratia: ergo, &c. Neque obstant fundamenta contraria.

420 Ad primum Respondetur illam propositionem: Nemo consequitur præmium, nisi in ea quantitate dispositionis, in qua invenitur, veram esse præmio dato ex vi proximæ dispositionis, quia hoc est præmium illius, unde debet conferri juxta ejus mensuram. Aliter dicendum de præmio, quod confertur ex reviviscentia, hoc enim debet conferri juxta quantitatem dispositionis antiquæ, quia non est præmium ujus dispositionis proximæ, sed antiquæ. Ad secundum Respondetur hominem, quando reconciliatur cum inimico, non statim illum admittere ad gradum antiquæ familiaritatis. Primò, quia cùm non intueatur cor, non statim illi constat de vera pœnitentia inimici. Secundò quia non reconciliatur reconciliatione perfecta: at verò Deus intuetur cor pœnitentis, & reconciliatur cum illo reconciliatione perfecta.

§. 3.

Utrùm opera mortua vivificentur?

421 *Quæ suadere videantur resolutionem affirmativam.*

422 *Amplectenda tamen negativa.*

423 *Satisfit argumentis contrariis.*

421 Tertia difficultas est de operibus mortuis: Utrùm, scilicet, vivificentur? Et pro parte affirmativa facit primò, quòd facilius est vivificari, quàm reviviscere; hoc enim est contra, illud secundùm Naturam: at eleemosynæ, & orationes in gratia factæ, per Pœnitentiam reviviscunt: ergo etiam factæ in peccato per eandem Pœnitentiam vivificabuntur. Secundò, quia remotâ causâ, removetur effectus; at verò causa mortis erat peccatum, quod per Pœnitentiam removetur. Tertiò locus D. Hieron. qui refertur in Cap. Si quando, de Pœnitent. disp. 3. ibi: Si quando videris inter multa mala opera facere peccatorem quemquam aliqua, quæ justa sint, non est tam injustus Deus, ut propter multa mala obliviscatur paucorum bonorum, &c. Ex quo videtur colligi bona peccatoris opera vivificari per Pœnitentiam. D. Hieron.

422 Nihilominus dicendum cum communi Theologor. ubi suprà, opera mortua non vivificari. Probatur primò ex illo Joann. 15. ubi dicitur palmitem non posse ferre fructum, nisi manserit in vite: peccator autem non manet in Christo, ut patet ex eodem Joan. epist. 1. Secundò ex illo ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum, &c. charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, &c. Prodesset autem, si vivificatur. Tertiò ratione, quia recens Pœnitentia non confert operibus antiquis novum valorem, sed solùm tollit obicem, & removet obstaculum, ut habeant illum valorem, quem habebant: at verò illa opera nullum habebant, nec unquam habuerunt valorem. Quartò, quia unum ex requisitis à Trident. suprà ad rationem meriti est, quòd fiat in gratia: at Pœnitentia subsequens non facit, quòd opera mortua fiant in gratia; non enim fiunt post Pœnitentiam, sed jam ante illam facta sunt. Joan. 15. ad Corinth.

423 Ad primum Respondetur opera naturalia faciliùs vivificari, quàm reviviscere: at non ita opera supernaturalia, quia hæc desumunt suam vitam à principio: vivo at opera mortificata illud habuerunt, non ita opera mortua. Ad secundum Respondetur causam, ob quam opera sint mortua, esse, quòd facta fuerint à principio mortuo; & hæc non tollitur, quando postea destruitur peccatum, quia per destructionem peccati nō tollitur, quòd opera facta sint à principio mortuo. Ad tertium Respondetur cum D. Thom. Deum recordari bonorum operum, quæ fiunt in statu peccati, non in ordine ad vitam æternam; quo pacto de illis loquitur Apostolus, quando dicit: Nihil mihi prodest; &c. Sed tunc in ordine ad bona temporalia, D. Thom.

lia, aut ad humiliationem, aut ad moderandas pœnas Inferni, quæ tria his duobus versibus comprehendit *Glossa Cap. Quod quidam de Pœnit. & remis.*

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ,
Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ.

SECTIO II.

De recuperatione gratiæ, virtutumque, & antiquæ dignitatis.

424 *Plures sentiunt non recuperari gratiam Sacramentalem.*
425 *Sed oppositum tenendum est.*
426 *Refutato communi fundamento, proponitur magis firmum.*
427 *Priùs infunditur nova gratia, quàm recuperetur antiqua amissa.*
428 *An, & quomodo Adamus recuperaverit gratiam Originalem, quam habuit in statu Innocentiæ; & per peccatum amisit?*

424 PRima *difficultas*: Utrùm per virtutem Pœnitentiæ recuperetur omnis antiqua gratia? Et non est sermo de gratia, quæ data fuerat ex meritis, hanc enim diximus integrè recuperari, sed de gratia, quæ data fuerat sine meritis, solùm ex opere operato virtute alicujus Sacramenti. Hanc non recuperari cum pluribus tenet *Vasq.* quem sequitur *Turrian d. 14. dub. 5. Hurt. d. 2. dub. 25.* Probatur, quia ex Scriptura, & *Trident.* solùm constat restitui gratiam antiquam, quæ data fuerat ex meritis, non verò illam, quæ data fuerat sine meritis ex opere operato: & est diversa ratio de una, ac de alia; nam prima restituitur, quia data fuerat intuitu meritorum, quæ reviviscunt: secunda non restituitur, quia data fuerat intuitu Sacramenti, quod non reviviscit.

P. Vasq. P. Turrian P. Hurt.

415 *Nihilominus* tenenda resolutio affirmativa cum *Suar. Lugo*, & aliis citatis. Et probari solet exemplo gratiæ, quæ data fuit ex propriis meritis: nam sicut hæc data fuit ex propriis meritis, ita Sacramentalis data est ex meritis Christi, quæ nobis per Sacramenta applicantur, & fiunt nostra, quantum ad effectum, & certam partionem gratiæ: ergo, sicut illa, ita & hæc, sublato obice, reviviscunt. Verùm hæc ratio non plenè satisfacit; unde enim cōstat, quòd merita Christi per Sacramentum nobis applicata, postea per Pœnitentiam reviviscant? De meritis propriis id cōstat ex *Scriptura, & Trident.*

P. Suar. P. Lug.

426 *Quare* nobis id aliâ viâ probandum est; & adhærendum rationi illi, de qua suprà; quia nimirum, si per subsequēs peccatum privaretur homo suo jure, quod ad maiorem gloriam acquisierat, puniretur aliquali æterna pœna damni, quæ (ut dixi) pugnat cum gratia. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ; dicendum enim est merita Christi in nobis quodammodo reviviscere.

427 *Quæres primò*: Quæ gratia priùs pœnitenti infundatur, recens, an antiqua? Respondetur priùs infundi recentem. Probatur, quia recenti debetur recuperatio antiquæ, quæ fit ratione illius; non est autem hæc prioritas temporis; sufficit Naturæ, qua ipsa antecedit suas proprietates, cum quibus est connexa.

428 *Quæres secundò*: Utrùm etiam Adamus per Pœnitentiam recuperaverit omnem gratiam, quàm habuerat in statu Innocentiæ? Respondetur affirmativè, si sermo sit de gratia sanctificante; aliàs enim puniretur aliquali pœna æterna. Negativè verò, si sermo sit de justitia originali, prout hæc supra gratiam sanctificantem addit immortalitatem, & impassibilitatem corporis; necnon subjectionem concupiscentiæ, & carentiam rebellionis. Et hujus diversa ratio est, quia (ut dixi) si Adamus privaretur gratia sanctificante, puniretur aliquali pœna æterna, quæ repugnat cum gloria: privatio verò justitiæ originalis secundùm id, quod addit supra gratiam sanctificantem, non est pœna æterna, sed temporalis durans solo spatio hujus vitæ, quod non repugnat cum gloria.

§. I.

Utrùm pœnitens semper resurgat in maiori gratia?

429 *Asseritur resolutio affirmativa.*
430 *Explicatur difficilis locus D. Thomæ.*
341 *An homo semper salvetur in maximi gratia, quam habuit in toto vitæ tempore?*
432 *Licèt peccator semper resurgat in maiori gratia non inde sequitur reportare lucrum ex iniquitate suâ.*

429 Quæret tertiò: Utrùm pœnitens semper resurgat in gratia maiori illâ, quā deciderat? Respondetur affirmativè; nam præter antiquam gratiam, quam omnem, ut dixi, recuperat, accipit novam, correspondentem Pœnitentiæ, per quam resurgit.

430 Objicies primò locum *D. Thom. q. 89. a. 2.* ubi asserit *Pœnitentem quandoque in minori gratia resurgere*. Respondetur imprimis *Suar. Vasq.* & alios *in commento* ibi existimare *D. Thomam* minùs bene hoc loco sensisse. Ego tamen assero *D. Thomam* hoc loco non comparare totam gratiam, prout coalescit ex nova, & antiqua, cum sola antiqua; & sic clarum, est quòd sit maior; nam omne totum est maius sua parte. Sed loquitur de nova gratia, quam respectu antiquæ dicit aliquādo esse minorem, quando scilicet dispositio præsens est minor, quàm antiqua. D. Thom. P. Suar. P. Vasq.

431 Objicies secundò: Ex hac doctrina sequitur semper hominem salvari cum maxima gratia, quam habuit in toto vitæ tempore, quia tota antiqua recuperatur, & additur nova. Sequela autem non videtur sana, sapit enim illam propositionem: *Deus semper vocat hominem in hac vita in optimo statu, quem in illa habuit*, quæ fuit Parisiis damnata, ut refert *Maior* apud *Suar.* Respondetur concedi sequelam: propositio verò illa, quæ adducitur, potest intelligi dupliciter. *Primò* restrictivè ad solos Prædestinatos, & sic vera est; nam Prædestinati semper salvantur in maxima gratia, quam habuerunt in toto vitæ tempore. *Secundò* absolutè, ita ut etiam ad reprobos extendatur, & sic est falsa, & damnata; nam reprobi non vocantur ab hac vita in optimo statu, plures enim sunt in gratia, qui pro eo statu non vocantur, sed postea cùm sunt in peccato. Maior. P. Suar.

432 Objicies tertiò: Ex prædicta doctrina sequitur peccatorem reportare lucrum ex sua iniquitate, siquidem ex peccato resurgit sanctior, quàm si non peccasset. Respondetur negando sequelā; non enim reportat lucrum, sed maximum detrimentum. *Primò*, quia quandiu non pœnituit, fuit inimicus Dei, quod est gravissimum malum. *Secundò*, quia perdidit bona opera facta tempore peccati. *Tertiò* quia peccatum relinquit sæpe pravas reliquias, & habitus. *Quartò*, quia relinquit reatū pœnæ. Neque obstat, quòd peccator resurgat sanctior; aliud enim est loqui de ejus sanctitate per respectum ad illam, à qua exciderat, & sic resurgit sanctior: aliud de ejus sanctitate per respectum ad illam, quam tempore peccati, & loco illius poterat acquirere per actus meritorios contrarios, & sic non resurgit sanctior.

§. 2.

Utrùm sit maius beneficium Pœnitentia, an Innocentia?

433 *Videtur Pœnitentia esse maius beneficium.*

434 *Sed revera maius beneficium est Innocentia.*

435 *Explicatur locus D. Thomæ.*

433 Quæritur quartò: Sitne maius beneficium Innocentia, an Pœnitentia? Nomine Innocentiæ intelligitur conservatio in prima gratia; & nomine Pœnitentiæ remissio peccati. Plures existimant Pœnitentiam esse maius beneficium. Ita *D. Thom. Suar. d. 13. sect. 3. Tanner. cit. dub. 3. Prepos.* Probatur, quia conservatio confertur digno, remissio peccati confertur indigno: maius autem beneficium est, quod confertur indigno. D. Thom. P. Suar. P. Tanner P. Prepos.

434 *Probabiliùs* tamen dicendum existimo Innocentiam, cæteris paribus, esse maius beneficium. Et hoc probo sic, quia Innocentia importat *Deum nunquam offendisse*: Pœnitentia autem importat *Deum aliquando offendisse*: maius autem beneficium est *Deum nunquam offendisse*, ut docet *D. Cyprian Epist. 5. Primum felicitatis genus est non delinquere: secundum delicta cognoscere, & retractare.* D. Cyprian

435 Neque obstat, quòd conservatio in gratia conferatur digno, remissio verò peccati conferatur indigno; inde enim solùm colligitur Pœnitentiam esse maius beneficium secundum quid (& hoc tantùm vult D. Thom.) non tamen simpliciter; nam simpliciter præstantius, & æstimabilius est Deum nunquam offendisse. Dixi (*cæteris paribus*) quia omnium maximum beneficium est charitas, & gratia Dei; unde illi simpliciter confertur maius beneficium, cui confertur maior charitas, & gratia.

§. 3.

§. 4.

Utrùm per Pœnitentiam recuperentur Virtutes supernaturales?

436 *Quæ faciant pro parte negativa.*
437 *Sed amplectenda est affirmativa.*
438 *Cur homo, adhuc post Pœnitentiam, experiatur minorem facilitatem?*
439 *Quo sensu Virginitas semel amissa possit, & non possit per Pœnitentiam recuperari?*

436 SEcunda difficultas: Utrùm etiam recuperentur virtutes supernaturales, quæ cum gratia fuerunt deperditæ? Pro parte negativa facit *primò*, quòd post peccatum, ejusque Pœnitentiam, non semper experimur antiquam facilitatem. *Secundò*: saltem Virginitas per peccatum contrarium amissa non restituitur.

437 *Nihilominus* amplectenda resolutio affirmativa cum communi Doctorum locis cit. Probatur, quia hæ virtutes, quæ deperduntur cum gratia, ipsam sequuntur per modum proprietatum, ut ex professo traditur in materia *de Gratia*: unde sicut cum ipsa per peccatum deperdita, deperduntur; ita cum ipsa per Pœnitentiam recuperata, recuperabuntur.

438 *Ad primum* Respondetur eam minorem facilitatem, quam post peccatum pœnitens experitur, provenire ab habitibus contrariis, qui acquiruntur per peccata, ab illisque relinquuntur, & hi depravant nostram naturam, eam inclinando ad vitia contraria: unde difficultas in operando non provenit ex eo, quòd virtutes non sint, sed ex eo quòd à vitiis contrariis retardentur, & aliquo modo impediantur.

439 *Ad secundum* Respondetur Virginitatem posse sumi, aut quoad materiale virtutis, prout dicit corporis integritatē sub inexperientia rei venereæ voluntariæ, & sic semel amissa non potest restitui: aut quoad formale virtutis, prout dicit propositum servandi perpetuam integritatē, & sic per Pœnitentiam restituitur.

§. 5.

Utrùm, & quæ dignitas recuperetur?

440 *Quæ suadere videantur non recuperari amissam dignitatem.*
441 *Dignitas apud Deum, eaque primaria, ac principalis, recuperatur per Pœnitentiam.*
442 *Cur sola primaria recuperetur, non autem secundaria?*
443 *Dignitas apud Ecclesiam etiam per Pœnitentiam restituitur.*
444 *Limitatur in quinque casibus.*
445 *Satisfit argumentis contrariis.*

440 TErtia difficultas: Utrùm etiam recuperetur omnis antiqua dignitas? Pro parte negativa facit *primò*, quòd non recuperatur dignitas Virginitatis. *Secundò*: non recuperatur dignitas innocentiæ, ejusque status. *Tertiò* ex *Cap. Quicunque, dist.* 50. ubi ex *D. Hieron. Quicunque dignitatem divini gradûs non custodiunt, contenti sint animam salvare, reverti enim in pristinum gradum difficile*, &c. Necnon *text. in can. Apud, eâdem dist.* ibi: *Apud Nicænum constituti canones, pœnitentes etiam ab infimis officiis excludunt*, &c. Cap. Quicunque.

Quartò *text. in Cap. Hi, qui altari deserviunt, eâdem dist.* ibi: *Hi, qui altari deserviunt, si subitò in carnis fragilitatem corruerint, & Domino respiciente dignè pœnituerint, officiorum suorum sic loca recipiant, ut non possint ad altiora officia ulterius promoveri.* Cui affine est illud *Ezechi.* 44. ibi: *Levitæ, qui recesserunt à me, nunquam appropinquabunt ad me, ut Sacerdotio fungantur.* Ex quibus testimoniis liquet Pœnitentiam non restituere hominem in pristinam dignitatem. Cap. Hi. Ezech.

441 *Nihilominus* distinctione opus est: potest enim esse sermo, aut de dignitate apud Deum, aut apud Ecclesiam. Rursus dignitas apud Deum duplex est, altera primaria & principalis, qualis est filiatio divina, & hæc semper per Pœnitentiam restituitur: semper enim restituitur gratia, ut ex 1. diff. patet. Altera minùs principalis, & secundaria, qualis est dignitas Virginitatis, & Innocentiæ, & hæc non semper restituitur.

442 Sed ex hac secundaria poterit quis argumentari ad primariam. Nam ideo restituitur primaria, quia aliàs puniretur Beatus pœnâ æternâ, quæ repugnat cum gloria: sed eadem æterna pœna sequitur ex privatione dignitatis secundariæ; & tamen hæc non restituitur: ergo idem dicendum de dignitate primaria. Respondeo imprimis dignitatem secunda-

riam

riam Virginitatis, & Innocentiæ destrui dupliciter: *primò*, ut effectum peccati logicè necessarium, implicat enim committi peccatum luxuriæ, & tamen perseverare innocentiam *Secundò* dici potest etiam tolli in pœnam peccati: post Pœnitentiam ergo adhuc quidem manet deperdita ea dignitas secundaria, sed ut effectus necessarius peccati, non ut pœna illius: at verò, si dignitas gratiæ primariæ in æternum deperderetur, solùm deperderetur in pœnam; non enim est effectus peccati logicè necessarius.

Deinde assero dignitatem secundariam facilè in cælo compensari, nimirum majori gaudio, quod *erit in cælo coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.* Non ita amissio gratiæ, & gloriæ; hæc enim non est compensabilis.

Cap. Domino. 443 Dignitas apud Ecclesiam per Pœnitentiam restituitur, ut habetur *Cap. Domino dist. 50.* ibi: *Illos ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio.*

444 Sed limitanda est hæc doctrina in quinque casibus, in quibus dignitas amissa non recuperatur. *Primò*, quando
Cap. Quia sanctitas. non præcedit digna satisfactio & confessio, habetur *Cap. Domino citato*, & *Cap. Quia sanctitas, dist. 50.* *Secundo*, cũ Pœni-
Cap. Si quis Diaconus. Cap Si quis viduam. tentia fit negligenter, ut habetur *Cap. Si quis Diaconus, eadem dist. 50.* *Tertio*, quando incurritur irregularitas, ut habetur *Cap. Si quis viduam, dist. 50.* ubi dicitur, quòd *Si quis viduam, vel ab alio relictam duxerit, non admittatur ad Clericatum, sicut nec ille, qui homicidii, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit:* particula *aut defensione* intelligenda est, quando homicidium non fuerit medium necessarium ad defensionem, ut habetur in jure novo
Clement. unica de homicid. *Clem. unica, de homicid.* Et quod dicitur de irregularitate, etiam extendendum est ad censuras, & ad quodvis aliud impedimentum canonicum; nam hoc non tollitur per Pœnitentiam, sed per peculiarem absolutionem, & dispensationem, quæ quamdiu ab Ecclesia non confertur, non recuperatur dignitas antiqua.

Quartò, quando ex peccato subsecutum
Cap. de his est scandalum, ut habetur *Cap. De his 11.* ibi: *Qui deprehensi, vel capti fuerint publicè in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus, à proprio gradu decidant, quia scandalum est populo Dei tales personas super se positas habere.* *Quinto*, quando per peccatum, ejusve sententiam ablatum est dominium talis dignitatis, nimirum beneficii Ecclesiastici; tunc enim per Pœnitentiam non restituitur, sed illâ privatur quis, sicut quando privatur pecuniis, & fructu beneficiorum, quæ delinquenti ampliùs non restituuntur, etiamsi Pœnitentiam agat. His positis.

445 Ad primum, & secundum patet responsio ex dictis: dicendum enim est dignitatem Virginitatis, & Innocentiæ apud Deum non esse primariam, sed secundariam. *Ad tertium* Respondetur textus *in Cap. Quicunque* non dicere esse impossibile reverti ad pristinum gradum, sed solùm esse difficile propter difficultatem perfectæ Pœnitentiæ. Præterea canones *Apud Nicænum* loquuntur de iis, quibus publica Pœnitentia est imposita, unde secutum est scandalum. *Ad quartum* eadem applicanda est solutio.

SECTIO III.

De reditu peccatorum per subsequens peccatum.

446 *Proponitur status quæstionis.*

446 POSSUMUS primò loqui de reditu quoad culpam; & sic aut in ordine ad potentiam ordinariam, aut ad absolutam. Secundò possumus loqui de reditu peccatorum quoad pœnam.

§. 1.

De reditu quoad culpam secundùm legem ordinariam.

447 *Refertur sententia asserentium peccata dimissa quoad culpam redire per subsequens peccatum.*

448 *Sed contraria communis, & vera est.*

449 *Probatur authoritate.*

450 *Deinde rationibus.*

451 *Quo sensu Scripturæ asserant, quòd charitas operit multitudinem peccatorum?*

452 *Quo etiam sensu asserant Deum meminisse iniquitatum antiquarum?*

453 *Explicatur parabola servi nequam.*

454 *Quo sensu sancti Patres asserant peccata*

ra semel dimissa redire per subsequens peccatum?

447 PRima difficultas: Utrùm peccata dimissa redeant quoad culpam per subsequens peccatum? Affirmant *Hugo Victor. & Gratian. dist. 4. de Pœnitentia Guilhelmus Parisiens.* ; Favent *Mag. & Med apud Suar. d. 13. sect.* 1. Probatur primò, quia Scriptura sæpe dicit justorum peccata tegi, & operiri à charitate; hac ergo sublatâ per subsequens peccatum, iterum apparent. Secundò, quia ex Scriptura colligitur Deum per subsequens peccatum recordari aliorum, quæ jam erant dimissa, ut patet ex illo 3. *Reg.* 17. *Quid mihi, & tibi vir Dei? ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ?* Cui consonat *Psal.* 108. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus*; & *Psal.* 68. *Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.* Tertiò probatur ex parabola servi nequam, cui Dominus ejus remiserat universum debitum; nam certior factus crudelitatis, quam ipse exercuerat in fratrem suum, recantatâ veniâ, illum ad tortores, & vincula jubet; & finitâ parabolâ, superaddidit Christus: *Sic etiam Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo.* Ex quo loco D. *Ambr. Greg. Beda, August*, & alii Patres apud *Gratianum, de Pœnitentia dist.* 4. colligunt saltem peccatum crudelitatis, & odii fraterni habere vim revocandi veniam, & reducendi peccata jam dimissa.

Hug. Victor. Gratianus. Guilhelm. Magist. Medin.

3. Regum. Ps. 108. Ps. 68.

D. Ambros. D. Gregor. Beda. D. August. Gratian.

448 *Nihilominus* dicendum peccata semel dimissa non ampliùs redire quoad culpam. Ita Theologi cum *D. Thom. q.* 88. *a.* 3. *&* 4. *Nugus* ibidem, *Suar. disp.* 33. *sect.* 2. *Henr. l.* 4. *cap.* 32 *pun.* 3. *Vasq.* 3. *p. disp.* 88. *a.* 1. *n.* 52. *&* 75. *Zerola de pœnit. cap.* 2. *q.* 21. *versic.* Dico 2. *Valen. to.* 4. *disp.* 7. *q.* 5. *pun.* 3. *Molfet. tr.* 7. *cap.* 6. *n.* 56. *Pezant.* 3. *p. q.* 78. *a.* 1. *disp. unic. Filliuc. tr.* 6. *cap.* 6. *q.* 10. *n.* 161. *Bonac. q.* 6. *sect.* 3. *p.* 3. *Præposit. q.* 88. *Tanner. q.* 5. *dub.* 3. *Layman. cap.* 4. *n.* 21. *Lug. d.* 20. *Bellar. d.* 2. *dub.* 18. *Hurt. d.* 2. *diff.* 18.

D. Thom. Nugnus. P. Suar. P. Henr. P. Vasq. Zerola. P. Valent. Molfet. Pezantius P. Filliucius. Bonacin. P. Præpos. P. Tanner. P. Laym. P. Lug. P. Bellarm. P. Hurtad.

449 Probatur primò ex quodam Decreto *Gelasii in can. Divina, de Pœnitentia dist.* 4. *Divina clementia dimissa peccata in ultionem ulteriùs redire non patitur.* Secundò ex D. *Prospero in responsione ad secundam objectionem Gallorum*, ibi: *Qui recedit à Christo, in perditionem vadit, sed non in id, quod remissum est, recidit, nec pro originali damnabitur.* Tertiò ex D. *Chrysost. homil.* 40. *ad populum Antiochenum*, ibi: *Non est, sicut homo, Deus*; *neque enim exprobrat præterita.*

Can. Divina. D. Prosper. D. Chrysost.

450 Quartò *ratione*, quia *dona Dei sunt absque pœnitentia*, ut docet *Apostolus*: at verò remissio peccati est donum Dei. *Dices*, sola dona absoluta esse sine pœnitentia: at verò Deum non condonare peccatum absolutè, sed conditionatè, id est, nisi detur subsequens peccatum. Sed contra, quia nulla est ratio, aut Scripturæ testimonium, ex quo constet de tali conditione, & limitatione; imò verba Scripturæ sunt absoluta, ut patet ex *Psalm.* 50. *Mundabor, lavabis me; & super nivem* &c. Et *Ps.* 102. *Quantum distat Ortus ab Occidente, longe fecit iniquitates nostras.* Hinc est, quòd Christus Dominus *Joann.* 1. absolutè dicitur tollere peccata mundi. Et *Trid. sess.* 5. *de peccato originali §. Si quis per Iesum Christum.* docet peccatum originale (idem est de aliis peccatis) tolli per baptismum, ita ut nihil ejus remaneat.

Apostolus. Ps. 50. Ps. 102. Joann. 1. Tridentin.

Quintò probatur; quia, si peccata præterita redirent per subsequens peccatum, teneretur homo illa iterum confiteri, vel saltem quando accedit ad Sacramentum, teneretur iterum de illis dolere, ut sic tolleret obicem, & removeret impedimenta ad effectum Sacramenti: hoc autem est contra communem praxim Ecclesiæ.

451 Neque fundamenta contraria solutione carent. *Ad primum* ex Scriptura, quatenus asserit peccata operiri charitate: Respondetur peccata non dici operiri ex eo, quòd maneant sub tegumento charitatis, id enim est hæreticum, & contra *Trid. sess.* 6. *&* 14. sed dici operiri, aut metaphoricè, aut quia ibi fortè sermo est de peccatis alienis, quæ charitas non detegit, sed operit.

Tridentin.

452 *Ad secundum*, quatenus asserit Deum per subsequens peccatum recordari antiquorum: Respondetur ea testimonia non debere intelligi de peccatis antiquis dimissis, sed de peccatis non dimissis, quæ tamen ex eo, quòd non punita essent à Deo pœnis temporalibus, videbantur dimissa.

453 *Ad tertium* ex parabola servi nequam, Respondetur parabolas, ut docet D. *Chrisost. apud Suar.* non esse secundùm omnem sui partem, & ornatum applicandas veritati; aliàs ex parabola Villici iniquitatis disceremus facere eleemosynas ex pecunia furtiva. Solùm applican-

D. Chrysost.

dum veritati illud, quod Christus Dominus in eis intendit, & hoc ex circunstantiis sermonis ipsius colligere est. In præsenti autem Christus Dominus solùm intendit, Deum eodem modo nobis peccata nostra dimissurum esse, sicut nos peccata proximo dimiserimus.

454 Neque obstant testimonia Patrum *apud Gratianum cit.* quatenus videntur asserere peccata dimissa redire per subsequens peccatum odii fraterni; intelligenda enim sunt non de reditu simpliciter, sed de reditu secundùm quid, & hic explicandus est fieri duobus modis. *Primo* ratione ingratitudinis erga Deum, quæ visitur in peccato odii fraterni, & eò est grandior, quò præcedens misericordia Dei fuerat maior: redeunt ergo peccata dimissa per peccatum odii fraterni, quatenus in eo aggravant circunstantiam ingratitudinis erga Deum.

Secundò, quia non dimitteretur prædictum peccatum odii, nisi difficillimè: unde fit, quòd peccata dimissa quodammodo redeant in illo; nam per istud detrudetur homo in Infernum, sicut detruderetur per peccata dimissa. Quod diximus de peccato odii fraterni, etiam dictum volumus de tribus aliis peccatis, nimirum de apostasia à fide, & contemptu confessionis, & de dolore Pœnitentiæ factæ, nam etiam per hæc tria peccata dicunt nonnulli Patres apud *Vasq.* redire peccata dimissa, & intelligendi sunt de reditu secundùm quid duobus modis explicatis. P. Vasq.

§. 2.

De reditu quoad culpam per ordinem ad potentiam Dei absolutam.

455 *Proponitur sententia asserentium neque de potentia Dei absoluta posse peccata semel dimissa redire quoad culpam.*

456 *Magis probatur opposita.*

457 *Quo sensu peccata conditionatè dimissa dicerentur manere, & quo non?*

458 *Riderent non per reproductionem à Deo, sed per moralem quandam resultantiam.*

459 *An Deus posset sibi hypostaticè unire naturam, cui peccata essent dimissa conditionatè?*

455 SEcunda difficultas: Utrùm de potentia Dei absoluta possint peccata dimissa redire quoad culpam? Negant *Suar. Vasq. Lugo, Tanner. Henriq. Turrian. & Hurt. ubi proximè*; quia peccatum habituale (de hoc enim loquimur) est ipsum actuale præteritum non condonatum: fieri autem nequit etiam de potentia Dei absoluta peccatum cōdonatum, non fuisse condonatum. P. Suar. P. Vasq. P. Lugo. P. Tanner P. Heriq. P. Turrian P. Hurtad

456 *Nihilominus* probabilior videtur resolutio affirmativa cum *Valent. Præposit. Granad. & Conine.* quia Deus potest condonare peccata non absolutè, sed sub conditione, quòd non detur subsequens peccatum: quo in eventu peccata præterita redibunt per subsequens peccatum, non enim fuerant dimissa absolutè, sed solùm conditionatè; & hoc non est peccatum condonatum, non fuisse condonatum, sed solùm condonatum fuisse sub conditione, & obligatione ulteriùs non peccandi. P. Valēt. P. Præpos. P. Grana. P. Conink

457 *Quæres primò*: Utrùm peccata in hoc eventu sic conditionatè dimissa, dicerentur aliquo modo manere in eo, cui remitterentur? Et videntur manere; nam merita per subsequens peccatum non tolluntur, sed manent mortificata: ergo etiam peccata per illam condonationem non tollerentur, sed manerent mortificata. Respondetur negando consequent. diversa ratio est; quia merita per subsequens peccatum non desinunt acceptari; unde manent in acceptatione divina, & consequenter sunt aliquo modo in homine: at peccator per condonationem desinit odio haberi; unde ejus peccatum non manet in odio Dei, & consequenter neque in ipso peccatore.

458 *Quæres secundò*: A quo reproducerentur peccata, quando postea per subsequens peccatum redirent? non enim possunt reproduci à Deo, quia Deus non est causa peccati; neque ab homine, quia hic non iterum illa committit. Respondetur peccata in eo eventu redire per moralem resultantiam, qua censerentur moraliter resultare per subsequens peccatum.

459 *Quæres tertiò*: Utrùm Deus possit sibi unire hypostaticè illam naturam, cujus peccata solùm dimissa essent conditionatè? Respondetur affirmativè, quia ille homo nullo modo denominaretur peccator, nisi posito peccato subsequenti, quod nullo modo poneretur, durante unione hypostatica, ut est clarum.

§. 3.

§. 3.

De reditu quoad pœnam.

460 *De lege ordinaria peccata non redeunt quoad pœnam*

461 *Aliqui negant posse redire, etiam de potentia Dei absoluta.*

462 *Sed probabilior est resolutio affirmativa.*

460 **T***Ertia difficultas*: Utrùm peccata dimissa redeant quoad pœnam? Et in primis, si quæstio procedat secundùm præsentes divinæ providentiæ leges, certum omnino est peccatum non redire quoad pœnam. Ita omnes Theologi allegati in prima difficultate. Et probatur ex *Decreto Gelasii in canone Divina.* Item ex testimoniis *Divi Prosperi, & D. Joānis Chrysost. locis citatis*, quæ non solùm loquūtur de reditu quoad culpam, sed etiam, imò clariùs, de reditū quoad pœnam ut locis citatis videre est. Deinde ostenditur ratione, quia pœna remittitur per condonationem Dei absolutam, & *dona Dei sunt absque pœnitentia*, ut constat ex dictis. *Can. Divinā. D. Prosper D. Chrysost.*

461 Secundò potest quæstio procedere de reditu peccatorum quoad pœnam in ordine ad potentiam Dei absolutam; & sic adhuc negant *Vasq. Turrianus, & Hurt. citati.* Probatur; quia Deus non potest facere, quòd homo, cui semel cum culpa remissa est pœna, maneat iterum dignus pœnā, non potest autem illum punire ultra condignum; id enim repugnat misericordiæ, & justitiæ divinæ. *P. Vasq. P. Turrian. P. Hurtad.*

462 *Nihilominus* probabilior est resolutio affirmativa, quam tenet *Suar. cit. sect. 2. n. 14. Præpos. Lugo, Granado, Coninc. & alii citati.* Probatur quia Deus potest remittere pœnam sub conditione, quòd homo non reincidat: quo posito, si homo iterum peccet, pœna redibit. Ad fundamentum *Vasq.* respondetur hominem, cui pœna conditionatè remissa est, solùm manere illā indignum, quandiu iterum non peccat. *P. Suar. P. Præpos. P. Granad. P. Lug. P. Connick*

TRACTATUS SECUNDUS

De Pœnitentia, prout est Sacramentum.



NA & altera instituenda disputatio est. Prima differit de institutione, & essentia hujus Sacramenti. Secunda de illius potestate, quæ dicitur potestas Clavium.

DISPUTATIO PRIMA

De Institutione, & essentia Sacramenti Pœnitentiæ.



XPLICO sectiones tres. In prima agendum de institutione hujus Sacramenti. In secunda de essentia. In tertia de necessitate, & usu.

SECTIO PRIMA.

De Institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

1 *Refertur Hæreticorum sententia asserentium, non dari in Ecclesia verum, ac propriè dictum Sacramentum Pœnitentiæ.*

2 *Sed de fide est dari.*

3 *Deinde ostenditur ratione.*

4 *Solvitur primum Hæreticorum argumentum.*

5 *Solvitur secundum, & explicatur locus D. Pauli.*

6 *Diluitur tertium.*

7 *Satisfit quarto.*

8 *Refertur primus error aliquorum Hæreticorum asserentium Sacramentum Pœnitentiæ fuisse institutum à Deo, antè ad ventum Christi.*

9 *Refertur secundus asserentium fuisse institutum ab Apostolis.*

10 *Ostenditur fuisse institutum à Christo Domino.*

H 2 11 *Di-*

11 *Divus Thomas, & alii Doctores, qui ante Concilium Tridentinum floruère, minùs clarè locuti sunt de institutione hujus Sacramenti.*

1 

RIMA difficultas: Utrùm in Ecclesia sit verum, & propriè dictum Sacramentum Pœnitentiæ? Negant Lutherani, Calvinistæ, & alii Hæretici communiter apud *Bellarm. l. 1. de Pœnit. à cap. 1.* Et Probant *primò*, quia non est locus in Scriptura, ex quo constet dari hujusmodi Sacramentum, nam ille *Joann. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. non potest intelligi de Sacramento Pœnitentiæ, quia Sacramentum est signum sensibile, & ex loco citato non colligitur posse Sacerdotes remittere peccata per aliquod signum sensibile, sin minùs assignetur; sed ad summum colligitur posse ea remittere in corde suo. Addunt, quòd neque hoc colligitur, quia prædictus locus non intelligitur de remissione facienda à Sacerdotibus, sed de prædicanda per illos, & facienda à solo Deo, si in peccatore detur virtus Pœnitentiæ.

P. Bellarm. Joan. 20.

Secundò, quia Pœnitentia non fuit Sacramentum ante adventum Christi: ergo neque post illum. Probant consequentiam, quia *Apostolus Actor. 26. n. 20. & 22.* asserit se eandem Pœnitentiam annuntiare, quam Prophetæ annuntiarunt. *Tertiò*, quia Christus Dominus *Joann. 20.* dixit Apostolis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*; & statim subdit: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. At ipse non remisit peccata per aplicationem sacramenti Pœnitentiæ, sed per prædicationem Evangelii: ergo idem dicendum de Apostolis, & ejus successoribus. *Quartò*, quia tempore Gratiani nondum erat certum Pœnitentiam esse Sacramentum: nam ipse *dist. 1. de Pænit.* relatis pro utraque parte variis Sanctorum Patrum testimoniis, tandem rem dubiam, & indecisam reliquit.

Actor. 26.

2 *Nihilominus* de fide est resolutio affirmativa. Habetur *in Concil. Florent. in decreto de Sacramentis*, ubi Pœnitentia numeratur inter alia Sacramenta. Item *in Conc. Constantiensi sess. 8. & in Conc. Trid. sess. 7. Can. de Sacramentis in genere*, & *sess. 14. Can. 1.* ibi: *Si quis dixerit in Ecclesia Pœnitentiam non esse verè, & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino institutum, anathema sit*, &c. Et hoc constat communi, firmissimoque consensu omnium Patrum Ecclesiæ apud eundem *Belar. loco cit.*

Concil. Floren. Constan. Trident.

3 Deinde probatur ratione, quia Sacramentum *Est signum sensibile infallibiliter significans, & causans gratiam*; & ita se habet Sacramentum Pœnitentiæ: nam in primis est *signum sensibile*; & hoc constat ex loco citato: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. Nam, ut docent Concilia, & citati Patres, in hoc loco datur potestas Sacerdotibus remittendi peccata, quæ cùm sit in ordine ad homines, debet exerceri signo aliquo humano sensibili. Deinde significat gratiam, significat enim absolutionem, & remissionem peccatorum, quæ non fit, nisi per infusionem gratiæ. Tandem causat ipsam gratiam, quia remittit peccata, & peccata non remittuntur, nisi per infusionem gratiæ: ergo, &c.

4 Ex quo patet solutio *ad primum*, quòd hæretici objectant; dicendum enim est Sacramentum Pœnitentiæ constare ex citato loco Joan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. quòd autem prædictus locus non intelligatur de remissione prædicanda, sed de facienda ab ipsis Sacerdotibus, præterquam quòd id definiat *Conc. Trid. sess. 14. can. 3.* & doceat communis praxis Ecclesiæ apud *Suar. d. 16.* ostenditur facilè ex ipsis verbis; non enim propriè dicitur remittere peccata, qui ea non remittit, sed solùm exhortatur ad remissionem petendam: at verò verba clarè dicunt ipsos Sacerdotes posse remittere peccata

Trident. P. Suar.

5 *Ad secundum* Respondetur Apostolum loco cit, quatenus dicit, *se annuntiare eandem Pœnitentiam, quam Prophetæ annuntiarunt*, non loqui de Pœnitentia, prout est Sacramentum, nam huic non est locus, nisi post Sacramentum baptismi: & Apostolus loquebatur ad Gentes, & Judæos. Præterea dato, quòd loqueretur de Pœnitentia, prout est Sacramentum, dicendum est Prophetas etiam illud annuntiasse in figuris, & cæremoniis, quibus legalis immundicia expiabatur.

6 *Ad tertium* Respondetur illa verba *Sicut misit me Pater*, &c. intelligenda esse, quoad substantiam remittendi peccata, non quoad modum; aliàs Sacerdotes possent

ſent remittere peccata authoritate propria, & vi ſuorum meritorum, quo pacto illa Chriſtus remiſit: at hoc ipſi hæretici non admittunt.

7 *Ad quartum* dicendum ſemper in Eccleſia fuiſſe certum dari Sacramentum Pœnitentiæ. Gratianus loco citato non dubitat de hoc, ſed diſputat: Utrùm ante ſuſceptionem Sacramenti, per ſolam virtutem Pœnitentiæ remittantur peccata? De quo nos tractatu primo *diſp.* 2.

8 *Secunda difficultas*: Quo tempore, & à quo fuerit inſtitutum Sacramentum Pœnitentiæ? In hac re duo fuere errores.
P. Suar. *Primus* eorum apud *Suar. d.* 17. *ſec.* 1. qui dixerunt fuiſſe inſtitutum à Deo ante adventum Chriſti, vel ſtatim in Paradiſo poſt peccatum Adæ, quando eum interrogatione illa interpellavit, *Quid feciſti?* aut in lege veteri, quando fuerunt inſtituta ſacrificia Propitiatoria, quæ Deo offerebantur, præmiſſâ quadam confeſſione, de
Numer. 5. qua *Numer.* 5. *n.* 7.

9 *Secundus error* eſt eorum apud eundem *Suar.* qui opinati ſunt Sacramentum Pœnitentiæ incepiſſe quidem poſt Chriſti adventum, tempore tamen Apoſtolorum, ab ipſis, & ab Eccleſia inſtitutum. Et hunc errorem videtur tenere *Gloſ.*
Gloſſa. cum nonnullis Canoniſtis *de Pœnit. diſt.* 5. *initio.*

10 *Nihilominus* dicendum fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino citatis verbis
Ioan. 20. *Trid.* *Joan.* 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata,* &c. Ita *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *de neceſſitate, & inſtitutione Sacramenti Pœnit. cap.* 1. ubi condemnans duos ſupradictos errores ſubjungit: *Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè inſtituit, cùm à mortuis excitatus inſufflavit in diſcipulos ſuos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata,* &c. Particula (*præcipuè*) apponitur,
Matth. 18 quia jam antea *Matth.* 18. *n.* 18. Chriſtus Dominus eam poteſtatem Apoſtolis permiſerat illis verbis: *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terrã, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolveritis,* &c. Eam tamen ſic permiſſam, re ipsâ non contu-
Ioan. 20. lit, niſi *Ioan.* 20. quod oſtenditur à ſimili exemplo clavium, quas Chriſtus Domi-
Matth. 16 nus Petro promiſit *Matth.* 16. *n.* 18. ibi, *Tibi dabo claves, & quodcunque ſolveris,* &c. re tamen ipsâ eas illi non tradidit, ni-
Ioan. 20. ſi poſt reſurrectionem ſuam, *Ioan.* 21. illis verbis, *Paſce oves meas,* &c.

11 Ubi diligenter notandum eſt
D. Thom. D. Bonav. Marſil. D. Thom. D. Bonaventuram, Marſil. & alios Doctores, qui ante Concil. Trid. floruerunt, minùs clarè de inſtitutione hujus Sacramenti fuiſſe loquutos: nam *D. Thom. in* 4. *diſt.* 22. *q.* 2. *ar.* 3. *quæſtiunc.* 3. dixit hoc Sacramentum inſtitutum fuiſſe *Matth.* 4. quoad utilitatem, *Luc.* 13. quoad neceſſitatem, *Ioann.* 20. quoad poteſtatem. Et *D. Bonav. in* 4. *diſt.* 17. *ſec.* 2. *ar.* 1. *q.* 3. aſſerit hoc Sacramentum fuiſſe inſinuatum à Chriſto, & inſtitutum ab Apoſtolis, quem modum loquendi alii Doctores tenuerunt: ſed illi nullus jam relinquitur locus poſt Concil. Tridentinum.

§. unicus.

De diverſitate Sacramenti Pœnitentiæ à Sacramento Baptiſmi.

12 *Refertur hæreticorum ſententia aſſerentium Sacramentum Pœnitentiæ coincidere cum Sacramento Baptiſmi.*

13 *Oſtenditur eſſe Sacramentum distinctum.*

14 *Diluitur primum hæreticorum argumentum; & explicatur, quo ſenſu Sacramentum Pœnitentiæ dicatur ſecunda tabula poſt naufragium.*

15 *Satisfit ſecundo; & explicatur, quomodo differant poteſtas ad baptizandum, & poteſtas ad abſolvendum.*

16 *Diluitur tertium; & declaratur, cur Baptiſmus laboris dictus fuerit Baptiſmus Pœnitentiæ.*

17 *Diluitur quartum, & explicatur locus D. Auguſtini.*

12 Tertia difficultas: Utrùm Sacramentum Pœnitentiæ ſit diverſum à Sacramento Baptiſmi? Ne-
P. Bellar. gant hæretici apud *Bellar.* ubi ſuprà, aſſerentes Sacramentum Pœnitentiæ coincidere cum Sacramento Baptiſmi; nec aliud dari diſtinctum, ſed omnia peccata remitti per Baptiſmum, aut per primam illius ſuſceptionem, ſi de peccatis commiſſis ante ipſum Baptiſmum ſermo ſit: aut per ejus recordationem ſimul cum dolore de peccatis, ſi loquamur de peccatis commiſſis poſt Baptiſmum. Et probatur *primò*, quia non eſt neceſſarium aliud Sacramentum; nam idcirco Sacramentum Pœnitentiæ eſſet neceſſarium, quia Baptiſmus per peccatum, quaſi prima tabula, frangeretur; unde neceſſaria nobis eſſet Pœnitentia, quaſi ſecunda tabula poſt

 nautra-

naufragium: at tabula Baptismi non frangitur per peccatum, sicut nec ipse Baptismus. Unde non indigemus aliâ secundâ tabulâ, sed ad hanc primâ, unicamque Baptismi nobis per recordationem recurrendum est.

Secundò, quia Christus Dominus eandem potestatem remittendi peccata fecit Apostolis *Ioan.* 20. ac illis contulit *Matth. ultimo*, & *Marc. similiter ult.* At verò his duobus locis solùm dedit potestatem remittendi peccata per Baptismum: ergo idem dicendum de illo *Ioan.* 20. *Tertiò*, quia ob hanc causam Baptismus Joannis modò dicebatur Baptismus, modò Pœnitentia, seu (quod idem est) Baptismus Pœnitentiæ. Et Patres etiam quandoque Baptismum Christi ita appellant; & Petrus *Actor.* 2. jubet baptizandos priùs agere Pœnitentiam: quasi hæc duo, nimirum Pœnitentia, & Baptismus, unum Sacramentum integrent, ac statuant. *Quartò*, quia in hoc sensu *D. Aug. l.* 2. *de Nuptiis cap.* 33. docet Baptismum etiam remittere peccata, quæ post ejus susceptionem committuntur.

Ioan. 20: *Matth. Marc.* *Actor.* 2. *D. August.*

13 *Nihilominus* de fide est Pœnitentiam esse Sacramentum distinctum à Sacramento Baptismi, ita *Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 2. & *Can.* 2. ibi: *Si quis Sacramenta confundens, ipsum Baptismum Sacramentum Pœnitentiæ esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint, atque ideo Pœnitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam existimaverit, anathema sit*, &c. Consonant Sancti Patres, & communis totius Ecclesiæ sensus. Ratio est clara, quia hæc duo Sacramenta habent distinctas materias, distinctas formas, & ministros distinctos, ut magis ex dicendis constabit: ergo, &c.

Tirdent.

14 *Ad primum* Respondetur Sacramentum Baptismi per peccatum non frangi quoad substantiam, adhuc enim manet quoad caracterem; naufragari tamen quoad effectum, hoc est, quoad gratiam Dei, qua excidentes immergimur peccatis, ita ut illis sine secunda Pœnitentiæ tabula emergere, & enatare non possimus.

15 *Ad secundum* Respondetur diversam potestatem fieri *Ioan.* 20. & diversam *Matth. ac Marc. ultimo*; nam in his duobus locis solùm datur potestas baptizandi, & prædicandi: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ, baptizantes eos*, &c. Et hinc est, quòd ibi non fiat mentio retinendi peccata, quia peccata nō retinentur per Baptismum, aut per prædicationem: at *Ioan.* 20. datur potestas Sacramenti Pœnitentiæ, quæ est potestas solvendi, & retinendi peccata, cujus retentionis ibi mentio fit.

16 *Ad tertium* Respondetur, Baptismum Joannis dici Baptismum Pœnitentiæ, non, quòd illius Baptismus, & Pœnitentia fuerint Sacramentum, sed quia Joannes suos baptizatos exhortabatur ad virtutem Pœnitentiæ. Baptismus Christi etiam aliquando dicitur Baptismus Pœnitentiæ, non, quòd hæc duo Sacramenta coincidant, ut patet ex dictis; sed quia in adultis, qui post peccatum actuale accedunt ad Baptismum, debet præcedere virtus Pœnitentiæ, per quam ipsi adulti disponantur ad effectum Sacramenti.

17 *Ad quartum* Respondetur D. Augustinum loco cit. solùm velle Baptismum etiam inservire ad remissionem peccatorum, quæ post ejus susceptionem committuntur, quatenus reddit hominem capacem suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ, per quod peccata, quæ committuntur post Baptismum, remittuntur. Solùm, inquam, hoc vult, tum quia id patet ex verbis sequentibus, tum quia ipse *l.* 1. *de adulterinis conjug. cap. ultimo* expresse docet peccata, quæ committuntur post Baptismum, non remitti per illum immediatè, sed per Sacramentum Pœnitentiæ, ut videre est apud *Coninck. disp.* 4. *n.* 8.

D. August. *P. Coninck.*

SECTIO II.

De essentia Sacramenti Pœnitentiæ.

18 *Proponitur status quæstionis.*
19 *Refertur prima sententia asserentium Sacramentum Pœnitentiæ constare essentialiter solâ formâ.*
20 *Refertur secunda asserentium constare essentialiter solâ materiâ.*

18 RIMA difficultas: Utrùm Sacramentum Pœnitentiæ constet essentialiter materiâ, & formâ? Non est dubium constare materiâ, & formâ; est enim Sacramentum; & omne Sacramentum constat materiâ, & formâ, ut ex *Conc. Florent. in decreto Eugenii*, & ex *Trid. sess.* 7. doceri solet in materia de Sacramentis in genere. Solùm

Côc. Trid. Côc. Flor.

lùm quærimus; Utrùm constet materiâ, & formâ essentialiter? Negant plures Doctores, & neque sic conveniunt, sed in duas dividuntur sententias.

19 *Prima* asserit Sacramentum Pœnitentiæ essentialiter constare solâ formâ, nimirum absolutione. *Ita Scot. in 4. d. 14. q. 4. Mai.* ibi *q. 2. Gabr.* ibi *q. 2. Dionys. Ciserciens. d. 23. q. 2. a. 1.* Probatur primò, quia tota essentia Sacramenti consistit in eo, quòd sit signum gratiæ, & ejus causa, & hoc totum consistit in verbo *Absolvo te.* Secundò, quia solus Sacerdos, & non pœnitens, est minister. hujus Sacramenti: ergo solus Sacerdos conficit essentiam illius: at conficit solam absolutionem: ergo, &c. Tertiò, quia ob hanc rationem *Conc. Trid. sess. 14. cap. 7.* non dicit hoc Sacramentum constare materiâ, sed solùm constare *quasi* materiâ.

Scot. Maior. Gabr. Dionys.

Trident.

20 *Secunda sententia* huic contraria docet, Sacramentum Pœnitentiæ constare essentialiter solâ materiâ; absolutione verò perfici, ut complemento. Ita *Sotus in 4. d. 14. q. 1. a. 1.* Probatur primò ex D. *Thom. q. 84. art. 1. ad 2.* ubi asserit Sacerdotem per absolutionem dare complemētum huic Sacramento. Secundò, quia Pœnitentia est actus pœnitentis, & ita se habet sola confessio; nam absolutio non est actus pœnitentis, sed Sacerdotis.

Sotus. D. Thom.

§. I.

Sacramentum Pœnitentiæ constat essentialiter materiâ, & formâ.

21 *Difficilis resolutio.*
22 *Diluuntur fundamenta primæ sententiæ, & ostenditur non solùm formam, sed etiam materiam hujus Sacramēti, & aliorum, producere gratiam.*
23 *Sacerdos non solùm administrat formam, sed etiam materiam hujus Sacramenti.*
24 *Quo sensu confessio dicatur à Trident. quasi materia hujus Sacramenti.*
25 *Satisfit fundamentis secundæ sententiæ.*

21 Nihilominus dicendum est Sacramentum Pœnitentiæ essentialiter constare materiâ, & formâ. Ita communiter Theologi apud *Suar. disp. 18. sec. 2.* Et hujus est ratio clara: quia quando una res non potest intelligi, quin includat aliquid, illud dicit essentialiter: at Sacramentum Pœnitentiæ non potest intelligi, quin includat materiam, & formam nimirum confessionem, & absolutionem.

P. Suar.

22 Neque contrarium suadent fundamenta primæ sententiæ Scoti. *Ad primum* respondetur, non solam absolutionem, sed etiam confessionem, prout stat sub absolutione, esse significativam, & effectivam gratiæ, ut cum cōmuni Theologorum tenet *Suar. cit. n. 12.* Et id ostenditur, quia non solæ formæ, sed etiam materiæ aliorum Sacramentorum significant, & causant gratiam, ut tradi solet in materia *de Sacramentis in genere.* Et quoad hoc in materia hujus Sacramenti non est aliqua minor ratio: nam non sola forma, nimirum absolutio, est significativa reconciliationis ex parte Dei cum pœnitente; sed etiam materia, nimirum confessio, est significativa reconciliationis ex parte pœnitentis cum Deo: & Sacramenta efficiunt gratiam per omnes partes, per quas illam significant. Adde, quòd hanc doctrinam innuere videtur *Concil. Trident. ubi proximè,* asserens præcipuam vim hujus Sacramenti positam esse in forma; ex quo colligitur etiam positam esse, licèt minùs præcipuè, in materia.

P. Suar.

Cōc. Trid.

24 *Ad secundum* concedo solum Sacerdotem esse ministrum hujus Sacramenti, & consequenter assero, eum solum illud conficere quoad essentiam; sed nego conficere solam formam, nam etiam conficit materiam, eam quasi aptando, & elevando. Materia enim potest considerari dupliciter: primò veluti remotè, prout adhuc sub elevatione non est. Secundò proximè, prout est sub elevatione. Sacerdos non conficit materiam primo modo; conficit tamen secundo, eam aptando formæ, & hanc ipsi materiæ; & sic utranque elevando, eisque utendo per modum instrumenti ad productionem gratiæ.

14 *Ad tertium* Respondetur primò confessionem dici à Trident. quasi materiam, non, quòd ipsa propriè materia non sit, quantùm ad effectum componendi Sacramentum per modum materiæ; sed quia non est tam propriè materia, sicut materia Baptismi, quæ est aqua elementaris. Intēdit autem Concil. hoc loco assignare discrimen inter unam, & aliam materiam horum duorum Sacramentorum. Responderi potest secundò cum *Henr. & Bonac. q. 3. pun. 2.* particulam (quasi) non adhi-

P. Henr. Bonacin.

adhiberi ad diminuendam proprietatem, sed ad illam asserendam, sicut *Ioan.* 1. gloria Christi Domini, dicitur *gloria quasi Unigeniti à Patre*. *Ioan.* 1.

25 Non item contrarium suadent fundamenta secundæ sententiæ Soti. *Ad primum* Respondetur D. Thomam loco cit. solùm velle Sacramentum Pœnitentiæ inchoatum per confessionem, integrari, & compleri per absolutionem essentialiter. *Ad secundum* respondetur, hoc Sacramentum dici Pœnitentiam, nõ, quòd constet solis actibus pœnitentis, sed quia illos habet pro materia.

§. 2.

Utrùm importet utramque in recto?

26 *Quid sit importari in recto, & quid in obliquo?*
27 *Refertur prima sententia asserentium, Sacramentum Pœnitentiæ importare in recto solam formam.*
28 *Refertur secunda asserentium importare in recto solam materiam.*
29 *Resolvitur importare utramque.*
30 *Diluuntur fundamenta utriusque sententiæ.*

26 Secunda difficultas: Utrùm hoc Sacramentum dicat in recto materiam, & formam? Nam bene potest aliquid importari essẽtialiter, quin dicatur in recto, ut notavimus in materia *de Trinit.* ubi ostendimus connotationes dicere essentialiter id, quod connotant, sed in obliquo; & concreta dicere essentialiter id, cum quo concrescunt, similiter in obliquo. Quærimus ergo: Utrùm Sacramentum Pœnitentiæ dicat materiam, & formam, non solùm essentialiter, sed etiam in recto? Et duæ sunt opiniones.

27 *Prima asserit*, hoc Sacramentum importare in recto solam formam; est enim Sacramentum Pœnitentiæ *Absolutio à Sacerdote pœnitentis confessi cum dolore*. In qua definitione clarum est solam absolutionem significari in recto, confessionem verò in obliquo. Ita *Angel. Alexand. Ricard. & D. Bonav.* *Angel. Alexãder. Ricard. D. Bonav.*

28 *Secunda opinio docet*, solam materiam importari in recto; & absolutionem in obliquo. Ita *Vasq. & alii apud Lug.* Probatur, quia Pœnitentia importat in recto actum pœnitentis: & sola materia est actus pœnitentis: nam absolutio est actus Sacerdotis. *P. Lug.*

29 *Nihilominus* dicendum cum communi Theologor. apud *Lug. d.* 12. *sec.* 3. utramque importari in recto, nimirum materiam, & formam. Probatur *primò* exemplo aliorum Sacramentorum, quæ dicunt in recto materiam, & formam *Secundò*, quia hoc Sacramentum, sicut & alia, est quoddam artefactum; artefacta verò, ut docet communis doctrina *in Logica*, dicunt in recto materiam, & formam. *Tertiò*, quia utraque est significativa, & effectiva gratiæ, ut patet ex dictis in *prima difficultate n.* 22. ergo, &c. *P. Lug.*

30 Ad fundamentum primæ opinionis respondetur illam definitionem, Sacramentum Pœnitentiæ *Est absolutio à Sacerdote pœnitentis*, &c. non esse essentialem, sed solùm descriptivam. Definitio essentialis, seu quasi essentialis, aptari potest hoc modo: *Est Sacramentum per modum judicii habens vim remittendi peccata.* Ad fundamentum secundæ opinionis respõdetur, Sacramentum Pœnitentiæ non esse solum actum pœnitentis, sed etiam constare absolutione Sacerdotis.

§. 3.

Quæ sit materia, & quæ forma hujus Sacramenti?

31 *Hujus Sacramenti forma est absolutio.*
32 *Materia remota sunt peccata, proxima sunt tres partes, contritio, confessio, & satisfactio.*
33 *Confessio est pars essentialis.*
34 *Aliqui sentiunt contritionem non esse partem essentialem.*
35 *Dicendum tamen, esse.*
36 *Satisfactio non est pars essentialis, sed solùm accidentalis.*
37 *Quo sensu satisfactio semper sensibilis sit, & esse debeat?*
38 *Quomodo stare possit, quòd satisfactio sit materia, & tamen subsequatur formam?*

31 Tertia difficultas procedit juxta titulum. Et quod attinet ad formam, certum est illam consistere in absolutione: ita enim definitur *in Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 3. Et probatur, quia hoc Sacramentum est per modum judicii, *Cõc. Trid.*

dicii, hujus autem forma est sententia: de illa tamen dicendum *tract.* 4.

32 Quod attinet ad materiam; dicemus *tract.* 3. Interim hoc loco quæri solet, quot sint partes hujus materiæ? Et non est sermo de materia remota, quæ est peccatum, sed de materia proxia, quæ sunt actus pœnitentis, & hi tres assignantur à *Conc. Trid.* Concil. Trid. loco cit. nimirum *Contritio, Confessio, & Satisfactio.*

33 Quæstio solùm esse potest, Utrùm hæ tres partes sint essentiales? Et in primis de Confessione, indubitata est resolutio affirmativa; quia hoc Sacramentum institutum est per modum judicii, in quo ipse pœnitens fit accusator sui ipsius; hujusmodi autem accusatio non potest intelligi fieri, nisi per confessionem suæ culpæ.

34 Quod attinet ad Contritionem, aliqui negant illam esse partem essentialem. Ita *Ledesm.* 1. *p. q.* 31. *a.* 2. *Vega l.* 13. *in Trident. cap.* 15. *Almain in d.* 4. *q.* 4. *Bernard. de Granc. quodlib.* 5. *q.* 14. *Rosel. verb. confessio* 2. §. 1. *Silves. Cofess.* 1. §. 24. Quia, inquiuntur, materia essentialis debet esse sensibilis: at contritio non est sensibilis.

Ledesm. Vega. Almain. Silvest. Bernard. de Ganac. Rojel.

35 Dicendum tamen esse partem essentialem. Ita communis Theologor. cum *D. Tho.* 3. *p. q.* 84. *a.* 1. *ad* 1. *& d.* 17. *q.* 3. *a.* 4. *Suar disp.* 20. *sec.* 4. *n.* 7. *Capr.* 4. *dist.* 16 *q.* 2. *a.* 3 *Navar. in cap. Fratres n.* 33. *de pœn. d* 5. *D. Antonin.* 3. *p. tit.* 14. *cap.* 19. §. 5. *Henr. l.* 4. *cap.* 10. *n.* 2. *Coninc. de pœn. disp.* 4. *dub.* 4. *n.* 34. *Filliuc. tr.* 7. *cap.* 6. *q.* 5. *n.* 148. *Valent. l.* 4. *disp.* 7. *q.* 1. *pun.* 2. *Lugo. d.* 14. *sec.* 1. *Bonac. q.* 3. *p.* 2. Probatur, quia prædicta accusatio sui ordinatur ad consequendam veniam: propria autem accusatio, quæ ordinatur ad consequendam veniam, debet fieri cum Pœnitentia, & dolore delicti commissi. Et confirmatur efficaciter; quia, si contritio (loquimur de illa, prout abstrahit à prefecta, & imprefecta) non esset de essentia hujus Sacramenti, confessio facta sine illa esset valida, & consequẽter peccata in tali confessione subjecta non essent repetenda; nam semel validè confessa peccata, non sunt repetenda: hoc autem est contra communem praxim Ecclesiæ, juxta quam repeti jubentur peccata, quæ sine sufficienti contritione deprehenduntur confessa. Neque obstat, quòd materia essentialis Sacramenti debeat esse sẽsibilis; & talis non sit contritio: licèt enim non sit sensibilis per se, satis est, quòd sit sensibilis per accidens ratione confessionis.

D. Thom. P. Suar. Capreol. Navar. D. Antonin. P. Henriq. P. Coninck. P. Filliuc. P. Lug. P. Valent. Bonacin.

36 Quod verò attinet ad Satisfactionem, dicendum est cum communi Theologor. eam solùm esse partem integrantem accidentalem; non essentialem. Et hoc secundum probatur, quia hoc Sacramentum datur quoad substantiam absque satisfatione; datur enim quoad substantiam statim, ubi confertur absolutio: at satisfactio adhuc pro tunc non datur, sed impletur longo pòst tempore, & aliquando non impletur, aut quia memoriâ excidit, aut quia morte intrecipitur: imò aliquando non imponitur, ut patet in moribundis, quia absolvuntur tempore, quo jam sunt sensibus destituti ergo, &c. Quòd verò satisfactio sit pars integralis, Probatur cùm ex definitione *Conc. Trid. loco cit.* tum ratione; quia Sacramentum Pœnitentiæ ordinatur non solùm ad remissionem quoad culpam, sed etiam ad remissionem quoad pœnam: hæc autem remittitur per satisfactionem. *Conc. Trid.*

37 Objicies tamen primò: Partes materiæ Sacramenti debent esse sensibiles, saltem per accidens: at talis non est satisfactio Sacramentalis; potest enim imponi aliqua purè spiritualis, ut meditatio, & oratio mentalis per spatium unius horæ; item repetitio nominis JESU in corde, quæ aliquando imponitur moribundis, qui voce impedita, animam agunt: ergo satisfactio nullo modo est pars materiæ hujus Sacramenti. Respondetur hujusmodi satisfactiones reddi sensibiles, aut per præceptum Confessarii, aut per acceptationem pœnitentis.

38 Objicies secundò: Materia debet antecedere formam, satisfactio verò non antecedit, sed subsequitur absolutionem: Respondetur materiam quoad partes essentiales debere antecedere formam, non ita quoad partes accidentales, ut videre est in materia hominis, quæ post infusionem animæ acquirit per nutritionem plures partes integrantes, non essentiales.

(✠)

SECTIO

SECTIO III.

De necessitate, & usu Sacramenti Pœnitentiæ.

39 *Aliqui existimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ esse solum de necessitate* præcepti, & *non de necessitate* medii.

39  *Rima difficultas.* Utrùm Sacramētum Pœnitentiæ sit necessarium ad salutem? Et non est hoco loco sermo de necessitate *præcepti*, de hac enim instituendus totus tractatus quintus? sed solùm de necessitate *medii*. Esse solùm necessarium necessitate *præcepti*, & non necessitate *medii* opinati sunt *Hugo de S Vict l. 2. de sacram. p. 14. cap. 1. Alens. 4. p. q. 17. D. Bonav. apud Suar. d. 17. sect. 2. Iansen. in Concord. c. 147.* cum quibus sentire videntur *Scot. in 4. d. 17. q. unica §. In ista. Gabr. q. 1. a. 1. Med. cod. de confessione q. 2. & Caietan. Ioan. 20* quatenus asserunt non constare ex Scriptura de necessitate *medii* hujus Sacramenti: & hoc est primum hujus opinionis fundamentum, quia scilicet non constat ex Scriptura de hac necessitate *medii*. Secundum, quia per adventum Christi non est facta salus difficilior: sed ante adventum Christi hoc Sacramentum non erat medium necessarium, sed poterant homines salvari sine illo: ergo, &c.

Hug. vict. Alens. D. Bonav. P. Suar. Iansen. Scot. Gabr. Medina. Caietan.

§. 1.

Sacramentum Pœnitentiæ est necessarium necessitate medii *lapsis in Mortale post baptismum.*

40 *Asseritur vera resolutio, & explicatur ejus fundamentum.*

41 *Quomodo ex loco D. Ioannis probetur, Sacramentū Pœnitentiæ esse mediū necessarium ad remissionem Mortalium, non verò ad remissionem Venialium?*

42 *Diluuntur contrariæ opinionis fundamenta.*

40 N*Ihilominus dicendum,* Sacramentum Pœnitentiæ lapsis in Mortale post baptismum esse medium necessarium ad salutem. Ita communis Theologor. quos latè citant, & sequuntur *Valent. q. 5. pun. 6. Henr. l. 1. c. 2 Vasq. q. 90. ar. 1. dub 2. Suar. d. 17. sect. 2. Tanner. q. 1. dub. 3. Prep.* ibidem, *Gran. tr. 1. d. 7. Lug. d. 15. sec. 1. Laym. cap. 3. n. 2. Turrian. d. 5. dub. 1. & Hurt d. 4. diffic. 6.* Probatur ex illo *Ioann. 20. Accipite Spiritū Sanctū, quorum remiseritis peccata,* &c. In quo duo ponderanda sunt: *Primum,* quòd Christus Dominus ut docet *Conc. Trid. sess. 14. c. 5.*) è terris ascēsurus ad cælos Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tanquam præsides & judices, ad quos omnia mortalia crimina deferrentur, &c. Ex quo colligitur non, nisi in hoc tribunali ea posse absolvi. Et hoc declaratur exemplo Imperatoris, qui in exteras terras profecturus tribunal relinqueret, cui committeret causas capitales, dicens: *Quorum remiseritis,* &c. In his enim circunstantiis dicendum esset, in eo solo tribunali causas capitales posse decidi. *Secundum,* quia Christus Dominus subjunxit: *quorum retinueritis,* &c. quæ verba non intelliguntur de retentione positiva, sed de negativa, quatenus peccata non absolvuntur, & facit hunc sensū: *Quorū peccata non remiseritis, non erunt remissa.* Est ergo hoc Sacramentum medium necessarium ad remissionem Mortalium, & consequenter ad salutē? Et cōfirmatur 1. ex pluribus testimoniis sanctorum Patrum apud *Suar. n. 28.* quia prædictum locum *Ioan. 20* hoc modo intelligunt, & explicant. Secundò ex *Con Trid. sess. 14. cap. 2.* ubi: *Est,* inquit, *hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse baptismus,* &c. At verò baptismus nondum regeneratis est necessarius necessitate *medii*, ut docet cōmunis Theologor. in materia *de Baptismo.*

P. Hurtad. Valēt. P. Vasq. P. Suar. P. Tanner P. Præpos. P. Granad. P. Lugo. P. Laym. P. Turrian. P. Hurt. Conc. Trid. Ioan 20. P. Suar. Ioan. 20. Conc. Trid.

41 Sed objicies: Ex hac doctrina sequitur etiam Sacramentum Pœnitentiæ esse medium necessarium ad remissionem Venialium, quæ committuntur post baptismum: hoc autē est, falsum, ut constat ex dictis *tract. primo d. 3.* Ostenditur sequela primò, quia Christus Dominus in illis verbis: *quorum remiseritis,* &c. non solùm instituit tribunal ad remissionem Mortalium, sed etiam Venialium. Secundò, quia verba *quorum retinueritis,* &c. videntur intelligi nō solùm de retentione Mortaliū sed etiam de retentione Venialiū: intelliguntur enim de retentione peccatorum absolutē, & Venialia etiam absolutè sunt peccata. Tertiò, quia baptismus est medium necessarium lapsis ante ipsum,

sum, non solùm in Mortalia, sed etiam in Venialia: ergo, &c. Respondetur negando sequel. Neque obstat prima ejus probatio, nam Christus Dominus in illis verbis, *quorum remiseritis*, &c. solùm instituit tribunal primariò, & directè ad remissionem Mortalium; ad remissionem verò Venialium solùm consequutione quadam, quatenus ille, qui potest remittere maius, etiam potest remittere minus.

Non obstat secunda; quia illa verba, *quorum retinueritis*, &c. intelligenda sunt tantùm de retentione Mortalium, non de retentione Venialium; quia sola Mortalia sunt peccata simpliciter: Venialia solùm dicuntur peccata secundum quid. *Dices*: Priora verba, *quorum remiseritis*, &c. intelliguntur formaliter de absolutione à Mortalibus, & consequutione quadam de absolutione à Venialibus: ergo etiam posteriora verba, *quorum retinueritis*, &c. intelligentur formaliter de retētione Mortalium, & consequutione quadam de retentione Venialium. Respondetur negando consequētiam: diversa ratio est, quia in absolutione, qui potest absolvere à Mortali, etiam potest absolvere à Veniali, hoc enim est minus illo: at in retentione, qui potest negare absolutionem à Mortali, non sequitur posse negare absolutionem à Veniali, nam Veniale faciliùs condonatur, quàm Mortale. Non obstat tertia probatio, quia Baptismus non est medium necessarium lapsis in Venialia, sed solùm lapsis in Mortalia: peccata venialia per se possunt remitti extra Baptismum, & extra Sacramentum Pœnitentiæ, cùm in hac vita, tum in alia per solam Pœnitentiam, prout est virtus, ut constat ex dictis *tract. 1. d. 3.* His ita explicatis.

42 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ, quatenus dicit ex Scriptura non constare Sacramentum Pœnitentiæ esse medium necessarium ad salutem, patet solutio ex dictis, dicendum enim est, constare ex illo loco *Ioann. 20.* modo superiùs explicato. Ad secundum; quatenus contendit, quòd ex institutione & necessitate hujus Sacramenti salus sit reddita difficilior. Respondetur non redditam esse difficiliorem, sed faciliorem. Primò, quia in hoc Sacramento sufficit attritio, quæ ante illud non sufficiebat. Secundò, quia confertur uberior gratia. Tertiò, quia hoc Sacramentum refrænat à peccatis futuris. Quartò, quia est per modum medicinæ, ratione consiliorum, quibus Confessarius medetur pœnitenti. Quintò, quia remittit magnam partem reatûs pœnæ.

Ioan. 20.

§. 2.

Proponuntur, & solvuntur quatuor argumenta, quæ fieri possunt contra traditam resolutionem.

43 *Nectarius non abstulit usum Sacramenti Pœnitentiæ, sed Pœnitentiariæ, in qua dabatur absolutio solemnis quodam ritu, ac ceremoniis externis.*

44 *Explicatur textus insignis in* Cap. fin. de pœnit. *dist. 5.*

45 *Explicantur nonnulla loca dificilia D. Ioannis Chrysostomi.*

46 *Declarantur alii textus.*

43 Adhuc tamen contra traditam doctrinam objicies primò: Nectarius Patriarcha Cōstantinopolitanus, vir doctrinâ, & sanctitate insignis, prohibuit usum hujus Sacramenti, ut constat ex historiis Ecclesiasticis apud *Suar. cit. n. 30.* & non est credibile virum sanctissimum abstulisse suæ Ecclesiæ medium necessarium ad salutem, neque in re gravissima operatum esse absque motu Spiritûs Sancti. Respondetur cum Doctoribus suprà citatis, Nectarium non abstulisse usum Sacramenti Pœnitentiæ, sed usum tribunalis, quod dicebatur *Pœnitentiaria*, cui post confessionem sacramentalem in ordine ad Sacramentum Eucharistiæ deferebantur aliquot peccata maiora, & illis quidam Presbyter, qui dicebatur *Pœnitentiarius*, imponebat publicam Pœnitentiam, nec aliter pœnitentes admittebantur ad mensam Eucharistiæ. Hunc ergo Pœnitentiarium, & ejus tribunalis usum abstulit Nectarius occasione Pœnitentiæ minùs prudenter impositæ cuidam nobili matronæ, quæ cum Diacono peccaverat; nam inde secutum est magnum scandalum in Ecclesia. Quòd verò Nectarius solùm abstulerit hujusmodi Pœnitentiariæ usum, non verò usum Sacramenti Pœnitentiæ colligitur ex eo, quòd in historiis dicitur abstulisse solum Presbyterum Pœnitentiarium; & hoc non potest intelligi de usu Sacramenti; non enim est credibile, quòd unus tantùm Presbyter esset deputatus ad audiendas *P. Suar.*

das confessiones omnium fidelium Ecclesiæ tam numerosæ. Intelligendum ergo est de usu Pœnitentiariæ, in qua à presbytero pœnitentiario pro peccatis grandioribus publicæ pœnitentiæ imponebantur.

Cap. Ult. 44 Objicies secundò textum *in Cap. ult. de Pœnitentia dist.* 1. ibi: *Quidam Deo solummodò confiteri debere peccata dicunt, ut Græci: quidam verò Sacerdotibus confitenda esse percensent, ut tota ferè sancta Ecclesia: quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam, ita duntaxat, ut Deo, qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, & hoc perfectorum est*, &c. Et paulo infrà: *Sed tamen Apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra*, &c. Ex quo textu patet non esse necessarium confiteri Sacerdotibus, sed satis esse, quòd quis confiteatur Deo, & hoc dicitur observari ab aliquibus in Ecclesia non sine magno fructu. Respondetur hunc textum habere duplicem intellectum: Primus est, si dicas confessionem, quæ ibi dicitur posse fieri soli Deo, esse de solis Venialibus, ut notat glossa verbo *perfectorum*; dicit enim textus, *confiteri soli Deo esse perfectorum*, hoc est, *non existentium in mortalibus*. Secundus intellectus est, si dicas quæstionem in hoc textu esse. Utrùm confessio facienda sit publicè Sacerdoti Pœnitentiario, an potiùs secretò soli Sacerdoti, ut Deo, & ut ejus locum tenenti? Atque utrumque dicitur fieri tum temporis in Ecclesia, non sine magno fructu. Quod verò in fine Capituli additur, nimirum confessionem institutam esse ab Apostolo, non de confessione Sacramentali, quoad substantiam, juxta ea, quæ diximus *sect.* 1. *à n.* 9. *dist.* 1. sed de confessione publica, aut etiam de Sacramentali quoad aliquod accidens, intelligendum est.

D. Chrysost. 45 Objicies tertiò nonnulla testimonia *D. Ioannis Chrysostomi hom.* 2. *in Ps.* 50. ibi: *Peccata tua dicito, ut deleas illa: si confunderis alicui ea dicere, dicito ea quotidie in anima tua, non dico, ut confitearis conservo tuo, ut exprobret; dicito Deo, qui curat ea.* & to. 2. *hom.* 4. *de Lazaro: Dicito* (inquit) *ei, qui Dominus est, neque enim ignorat, etiamsi non dixeris*, &c. Et *hom.* 21. *in epist. ad Hebræos* ibi: *Tua confitere peccata, non linguâ, sed conscientiæ tuæ memoriâ*, &c. Et *hom.* 8. *de pœnitent.* tractans illud Apostoli *Probet autem se ipsum homo*, D. Paulus &c. *Non*, inquit, *in commune theatrum accusationem producit; intus in conscientia, stante nemine præter Deum, reforma, quod deliquisti, atque sic purâ conscientiâ sacram attinge mensam*, &c. Ex quibus colligitur non esse nobis necessarium Sacramentum Pœnitentiæ, sed posse remitti peccatum extra illud.

Respondetur D. Chrysostomum in prioribus locis solùm agere de quotidiano conscientiæ examine, quod ibi commendat: in posterioribus autem agere de pœnitentia publica, quæ post Sacramentalem in ordine ad Sacramentum Eucharistiæ petebatur ab illo celebri Pœnitentiario, in solutione primi argumenti commemorato. Et asserit D. Chrysostomus sequutus sententiam Nectarii, cujus cùm in mitra, tum in doctrina successor fuit; hujusmodi publicam Pœnitentiam non esse necessariam ad remissionem delictorum, aut ad susceptionem Eucharistiæ, sed sufficere post confessionem Sacramentalem compungi pœnitentem coram Deo, & sic dicebat posse securè accedere ad Eucharistiam. Hæc solutio est *Gratiani in Decreto de Pœnitentia dist.* 1. §. *Ex authoritatibus post Caput Quis aliquando.* Neque in contrarium potest dubitari de mente D. Chrysostomi, ex aliis enim locis, præsertim *ex hom.* 22. *in* 2. *ad Corint.* constat eum semper constanter docuisse Sacramentum Pœnitentiæ esse omnino necessarium ad salutem. Gratian. Cap. Quis aliq. D. Chrysost.

46 Objicies quartò plures textus eâdem *dist.* 1. *de Pœnitentia à cap.* 1. usque ad 36. in quibus dicitur: *Quemlibet posse delicti veniam sine confessione Sacramentali factâ Ecclesiæ promereri*, &c. Ex quo colligitur Sacramentum Pœnitentiæ non esse necessarium. Respondetur cum *Suar. n.* 40. his textibus solùm intendi ad justificationem non requiri susceptionem Sacramenti in re, sed sufficere in voto, de quo pleniùs titulo sequenti. P. Suar.

§. 3.

Quòd prædicta necessitas non sit Sacramenti in re, sed in voto.

47 *Sufficit Sacramentum Pœnitentiæ in voto.*

48 *Explicatur, quid sit hoc Sacramentum in voto.*

49 *Non requiritur votum explicitum, sed sufficit implicitum.*

50 *An idem dicendum de voto Baptismi?*

47 Quæ-

47 QUæres primò: Utrùm hoc Sacramentum requiratur in re? Respondetur sufficere in voto. *Ita Conc. Trid. sess. 6. cap. 14. & sess. 14. cap. 4.* ubi id expresse definitur. Et ratio est clara, quia pœnitens ubi primum elicit contritionem, statim justificatur ante realem susceptionem ipsius sacramenti, ut definitur in eodem *Trid.* locis citatis: non ergo requiritur ad justificationem ipsum Sacramentum in re, sed sufficit in voto. Cõc. Trid.

48 *Quæres secundò*; Quid sit suscipere hoc Sacramentum in voto? Aliqui dicunt, id nihil aliud esse, quàm habere propositum suscipiendi illud in re, quod propositum includitur in contritione perfecta; hæc enim, ut talis sit, debet includere propositum servandi omnia præcepta, & unum eorum est confitendi tempore debito. Sed iste modus dicendi non satisfacit, quia illo solùm concluditur, Sacramentum Pœnitentiæ esse necessarium, sicut necessaria sunt & alia, quæ cadunt sub præcepto: at nostra quæstio procedit de necessitate medii hujus Sacramenti. Dicendum ergo videtur suscipere hoc Sacramentum in voto idem esse, ac ponere cõtritionem loco ipsius Sacramenti, ut ejus vices gerentem, ipsumque supplentem cum obligatione suscipiendi illud in re tempore debito. Probatur, quia hoc modo optimè intelligitur necessitas medii hujus Sacramenti, & non aliorum præceptorum: nam contritio non ponitur loco illorum, nec ea supplet; ponitur tamen loco hujus Sacramenti, & ejus vices gerit: ergo &c.

49 *Quæres Tertiò*: Utrùm hoc votum debeat esse explicitum, an sufficiat implicitum? Respondetur cum Doctoribus citatis, quibus accedit *Escobar tom. 2. Theolog. moral. lib. 14. sect. 2. de Sacram. Pænit. Problem. 6.* sufficere implicitum. Probatur, quia *Conc. Trid sess. 14. cap. 4.* dicit *illud includi in contritione*: non autem includitur explicitè, sed implicitè. Et declaratur, quia potest homo elicere contritionem absque eo, quòd recordetur hujus Sacramenti, quo in eventu non habebit votum illius explicitum; nihil enim volitum, quin præcognitum: & tamen justificabitur; actus enim contritionis consequitur justificationem, ut alibi diximus. P. Escobar Cõc. Trid.

50 Sed objicies: Ad justificationem requiritur votum Baptismi explicitum, & lapsis post Baptismum eodem modo requiritur Pœnitentia, quo Baptismus nondum regeneratis, ut constat ex *Conc. Trid* suprà relato. *Valent. citat.* cum *Soto*, & aliis conatur assignare diversam rationem inter votum Baptismi, & votum Pœnitentiæ, sed frustra; nulla enim videtur assignabilis. Respondendum ergo est cũ *Suar. de Baptismo d. 27. sec. 2. Gran. ubi suprà, & Turr. cit. dub. 2.* etiam ad justificationem sufficere votum Baptismi implicitum; in eventu scilicet, quo cum oblivione, & ignorantia illius eliceretur actus contritionis, vel amoris Dei super omnia. Cõ. Trid. P. Valent. Sotus. P. Suar. P. Granad. P. Turrian.

§. 4.

Utrùm Sacramentum Pœnitentiæ sit iterabile?

51 *Quæ faciant pro parte negativa.*
52 *Amplectenda resolutio affirmativa.*
53 *Sacramentum Pœnitentiæ potest repeti pro peccatis commissis post Baptismum nondum dimissis, nec confessis.*
54 *Diluuntur argumenta contraria.*
55 *Potest etiam repeti pro peccatis jam dimissis, & indirectè confessis.*
56 *Etiam pro peccatis dimissis, & directè absolutis, ac confessis.*

51 SEcunda difficultas: Utrùm hoc Sacramẽtum possit iterari? Et pro parte negativa facit primò, quòd eadem videtur ratio de hoc Sacramento, ac de Baptismo; Baptismus verò non potest iterari. Secundò, quia *in Cap. Reperiuntur de Pœnit. dist. 3. & in Cap. Si quis post remissionem, dist. 50.* dicitur Pœnitentiam non posse iterari. Cap. Reperiuntur. Cap. Si quis.

52 *Nihilominus* tenenda contraria resolutio, ad cujus explicationem distinguenda sunt tria peccatorum genera, in ordine ad hoc Sacramentum. In primo collocantur peccata commissa post Baptismum, & nondum in Sacramento dimissa. In secundo peccata in Sacramento jam dimissa cum aliis, non tamen formaliter cõfessa ex oblivione. In tertio peccata dimissa, & formaliter confessa.

53 *Dico primò*: Sacramentum Pœnitentiæ potest repeti toties quoties, pro peccatis primi generis, quæ scilicet sunt cõmissa post Baptismum, & nondum in Sacramento dimissa. Est de fide definita *in Conc. Trid. sess. 14. Can. 1.* ubi dicitur Cõc. Trid.

hoc Sacramĕtum esse institutum pro fidelibus reconciliandis, quoties peccaverint; & ita tenet communis praxis Ecclesiæ. Probatur ratione, quia hoc Sacramentum est institutum in remedium ad recuperandam gratiam lapsis post Baptismum: gratia verò non semel deperditur, sed multoties. Et confirmatur; quia, si hoc Sacramentum non posset repeti, qui post illud semel susceptum peccaret, maneret sine remedio, quod non est dicendum.

54 Neque obstat primò argumentum à paritate Baptismi; est enim longè diversa ratio: nam Baptismus institutus est pro peccato originali, quod non iteratur; Sacramentum verò Pœnitentiæ est institutum pro peccatis actualibus, quæ pluries repetuntur. Non obstant secundò textus citati, quatenus dicunt *Pœnitentiam non posse iterari*: loquuntur enim non de pœnitentia Sacramentali; sed de pœnitentia publica, ut diximus *tract.* 1. *n.* 160.

55 *Dico secundò*: Etiam Sacramentum Pœnitentiæ potest iterari pro peccatis secundi generis, quæ, scilicet, fuerunt dimissa in Sacramento, non tamen formaliter confessa ex oblivione. Hæc etiam cŏstat ex communi praxi Ecclesiæ. Et probatur; quia, ut postea dicemus, datur præceptum de confessione integra quoad omnia, ac singula peccata; hæc verò peccata secundi generis nondum fuere confessa.

56 *Dico tertiò*: Etiam hoc Sacramentum potest repeti pro peccatis tertii generis, jam scilicet dimissis, & formaliter confessis. Hæc est contra *Sotum in 4. dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 3. ubi dicit iteratum usum hujus Sacramenti pro iisdem peccatis jam confessis, sine causa, esse Sacramenti abusum, & ludibrium religionis. Constat tamen ex antiquissimo usu, & approbatissimo Ecclesiæ; & habetur *in Extrav.* 1. *à Benedicto* 2. *de privilegiis*; & est communis Doctorum, quos referunt, & sequuntur *Valent. q.* 1. *pun.* 6. *Suar. d.* 18. *sect.* 4. *Tanner. q.* 1. *à n.* 66. *Præpos. q.* 1. *dub.* 4. *Ioann. Sanch. in select. d.* 31. *Laym. cap.* 3. *n.* 5. *Henr. Filliuc. Regin. Vasq. Emman. Rod.* & alii plures, quos citat, & sequitur *Bonac. q.* 4. *pun.* 4. Probatur primò ex illo, *Ampliùs lava me.* Deinde ratione, quia hoc Sacramentum non solùm institutum est per modum judicii, medicinæ, &c. Sed etiam per modum satisfactionis pro peccatis; at verò satisfactio potest iterum, atque iterum repeti, & fieri abundans, ac superabundans, ut pluribus ostendimus *tract.* 1. *à num.* 78. Ergo, &c.

Sotus. *Extrav.* 2. *P. Valēt. P. Suar. P. Tanner. P. Præpos. Ioan. Sach. P. Laym. P. Henriq. P. Filliuc. P. Regin. P. Vasq. Emman. Rod. Bonac.*

DISPUTATIO SECUNDA

De Potestate Clavium.

TRES sunt instituendæ sectiones, in prima videndum: Utrùm, & quomodo huic Sacramento conveniat potestas Clavium? In secunda: Utrùm, & quomodo potestas Clavium includat potestatem Ordinis, & Iurisdictionis? In tertia: Utrùm potestas Iurisdictionis accipiatur immediatè à Christo, an ab Ecclesia?

SECTIO. I.

Utrùm, & quomodo huic Sacramento conveniat potestas Clavium?

57 *Quæ videantur probare potestatem hujus Sacramenti non rectè venire nomine Clavium.*

58 *Resolvitur tamen rectè venire nomine Clavium.*

59 *Diluuntur contraria argumenta.*

57 PRIMA *difficultas*: Utrùm potestas hujus Sacramenti veniat nomine Clavium? Et pro parte negativa facit primò, quòd hæc potestas nunquam in Evangelio significatur nomine Clavium: nam *Matth.* 16. ubi Petro promittuntur claves Cæli, sermo est de suprema Pontificatûs potestate: & *Matth.* 18. ubi Apostolis promittuntur claves, non est sermo de potestate in foro Sacramentali, sed de potestate in foro contentioso per leges, pœnas, & censuras, ut patet ex contextu *Matth.* 16 & 18.

ejus

eius loci, ibi: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi, sicut Ethnicus*, &c. Secundò, quia potestas Sacramentalis, de qua agimus, est una tantùm, & Claves sunt plures.

Concilia Florent. Constant. Trid. P. Suar. P. Tanner.

58 *Nihilominus* dicendum potestatem Sacramenti Pœnitentiæ rectè per metaphoram Clavium regni Cœlorum significari. Ita illam explicant Concilia *Florent.* in literis unionis: *Constantiens. sess.* 8. & 15. & *Trid. sess.* 14. *cap.* 5. necnon communiter Sancti Patres apud *Suar. d.* 16. *sec.* 4. & *Tanner. q.* 10. *dub.* 1. Proprietas hujus metaphoræ desumitur ex eo, quòd, sicut clavis, ita hæc potestas aperit, & claudit portas regni Cœlorum; aperit, quatenus remittit peccata: claudit, dum ea retinet.

Sed dices, hac ratione etiam hujusmodi potestatem posse significari nomine Clavium Inferni; nam etiam illum aperit retinendo peccatum; & claudit remittendo. Respondetur esse dissimilem rationem, quia hujusmodi potestas denominatur à termino, quem intendit; & intendit Cœlum, non Infernum: & hic valet illud axioma, *Denominatio sumitur à potiori parte*.

59 *Ad primum* Respondetur hanc potestatem, licèt in Evangelio non significetur nomine Clavium, significari tamen in Conciliis locis citatis. *Ad secundum* Respondetur hujusmodi potestatem esse quidem unam, duabus tamen partibus integrari, alterâ ad examinandum, & interrogandum juridicè, ita ut pœnitens teneatur fateri; & hæc potestas dicitur *Clavis scientiæ*; alterâ ad absolvendum, & hæc dicitur *Clavis potentiæ*.

§. I.

Proponitur sententia asserentium potestatem Clavium esse solùm ad remittendas pœnas.

60 *Authores, & fundamenta hujus sententiæ.*

61 *Aliqui existimant neque pœnas æternas remittere, sed solùm temporales.*

62 *Alii etiam remittere pœnas æternas.*

60 SEcunda difficultas: Utrùm potestas Clavis sit in ordine ad peccata quoad culpas, an quoad pœnas tantùm? Aliqui Doctores, iique gravissimi, existimarunt potestatem Clavium non remittere peccata quoad culpas, sed declarare culpas remissas, & solùm remittere quoad pœnas. Ita *Magist. in* 4. *d.* 16. & 18. *Altisiodor. l.* 4. *summæ tr.* 6. *cap.* 8. *Alexand. Alens.* 4. *p. q.* 80. *D. Bonav. d.* 18. *a.* 2. *q.* 1. & 2. *Gab. q.* 2. & *d.* 14. *q.* 2. *Mai. q.* 2. & *d.* 18. *q.* 1. *Argent.* ibid. *a.* 3. *Abul.* 1. *p. defensor. cap.* 6. *Adr. quod. lib.* 5. *a.* 3. & alii. Probatur primò, quia remittere peccata quoad culpas est proprium solius Dei. Secundò, quia Sacramentum Pœnitentiæ jam supponit peccata dimissa quoad culpas; supponit enim contritionem, quæ est materia hujus Sacramenti: at verò per contritionem remittuntur peccata quoad culpas. Tertiò; quia, ut docet *D. Aug. Cyril. Gregorius, & Beda apud Suar.* hujusmodi potestas repræsentatur in illa, quam Christus Dominus tradidit Apostolis ad solvendum Lazarum defunctum; at Christus Dominus priùs illum immediatè per se suscitavit, & postea tradidit Apostolis solvendum à vinculis pœnarum, & mortis reliquiis. Quartò ex *D. Hieronymo in Matth. cap.* 6. ubi asserit, quod sicut Levitici Sacerdotes tantùm discernebant inter lepram, & lepram, & eam non poterant auferre, ita etiam Sacerdotes Evãgelici se gerunt circa peccata. Ergo, &c.

Magister. Altisiod. Alex. Alês. D. Bonave. Gabr. Maior. Argent. Abulensi. Adr. D. August. D. Cyril. D. Gregor. Beda. P. Suar. D. Hieron.

61 Utrùm verò hujusmodi potestas remittat solùm pœnas temporales, an etiam æternas? *Magist. Altisiod. D. Bon. Gabr. & Maior* dicunt solùm remittere quoad pœnas temporales, non quoad æternas; quia, remissâ culpâ, etiam remittitur pœna æterna, ut constat ex dictis *tract.* 1. *d.* 2. *sec.* 3. at solus Deus remittit quoad culpam, ut constat ex dictis: ergo etiã solus remittit quoad pœnã æternam.

Magist. Altisiod. D. Bonav. Gabr. Maior.

62 *Medin.* è contra, *Ricar. Hug. Vict.* & alii citati asserunt, etiam remittere quoad pœnam æternam, quia potestas Clavium est ad aperiendas portas Cæli; si autem neque remitteret peccata quoad culpas, neque quoad pœnas æternas, non aperiret portas Cæli, sed supponeret apertas: nam illæ non clauduntur, nisi aut per culpas, aut per pœnas æternas.

Medin. Ricard. Hug. Vict.

§. II.

Resolvitur potestatem Clavium etiam esse ad remittendas culpas.

63 *Ostenditur hanc esse communem Theologorum sententiam.*

64 *Probatur rationibus.*
65 *Deinde ex traditione Ecclesiæ.*
66 *Tandem decretis Summorum Pontificum.*

63 NIhilominus dicendum potestatem Clavium esse in ordine ad peccata non solùm quoad pœnas, sed etiam quoad culpas. Ita communis Theolog. cum *D. Thom.* quos citant, & sequuntur *Vasq. q.* 84. *ar.* 3. *dub.* 2. *Suar. d.* 16. *sect.* 2. *Coninck d.* 4. *dub.* 1. *Hurt. d.* 5. *diff.* 2. *Turr. d.* 2. *dub.* 1. qui dicunt contrariam sententiam esse erroneam. (D. Thom. P. Vasq. P. Suar. P. Coninck. P. Hurt. P. Turriã.)

64 Probatur primò ex illo *Joan.* 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. nam hæc verba possunt, & debent accipi in sensu proprio: peccata autem non dicuntur propriè remitti, nisi quando remittuntur quoad culpam. Secundò, quia potestas Clavium remittit saltem quoad pœnam æternam, ut constat ex dictis: ergo etiam remittit quoad culpam; nam remissio pœnæ æternæ, est quid consequens remissionem culpæ; unde potestas ad remissionem pœnæ æternæ, fuerit ad remissinem culpæ, necesse est. Tertiò, quia *Apoc.* 3. dicitur Christum Dominum habere clavem ad aperiendum, & claudendum regnum Cælorum, hæc in Christo est in ordine ad peccata, non solùm quoad pœnas, sed etiam quoad culpas, ut apud omnes est in confesso: dedit autem Christus Dominus illam Ecclesiæ in ordine ad utrumque, juxta illud, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* (Joan. 20. Apocal. 3.)

65 Quartò probari potest efficaciter ex traditione Ecclesiæ, & doctrina Conciliorum, præsertim *Constantiensis ubi proximè*, & *Florent. in Decreto Eugen. sess. ultima*, ubi dicitur effectum Sacramenti Pœnitentiæ esse remissionem peccatorum; & *Trid. sess.* 14. *cap.* 1. ubi dicitur *Christum Dominum in Sacramento Pœnitentiæ communicasse Apostolis, & eorum successoribus potestatem reconciliandi fideles Baptizates cum Deo, & hoc universorum Patrum consensum semper intellexisse*, &c. Homines autem non reconciliantur cum Deo per remissionem quoad pœnas, sed per remissionem quoad culpas: nam reconciliatio fit per restitutionem in amicitiam, cui sola opponitur culpa, & non pœna. Accedunt plura, & clarissima testimonia *D. Augustini, D. Chrysost. Ambros. & Hier. apud Suar.* (Cõc. Flor. Constant. Trident. D. August. D. Chrysost. D. Ambr. D. Hieron. P. Suar.)

66 Quintò, & ultimò probatur ex Bulla Pii V. & Gregor. XIII. contra Michael. Baium, quam refert *Turri. tr. de Gratia opusc.* 15. ubi istam Bullam commentatur, & explicat, quo sensu damnati sint errores ipsius Baii; ubi etiam damnatur ejus propositio 54. habens sic: *Peccator pœnitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolventis, sed à solo Deo, qui Pœnitentiam suggerens, & inspirans vivificat eum, & resuscitat: ministerio autem Sacerdotis solus reatus tollitur*, &c. Quæ propositio etiam damnatur in Bulla, quam noster S. P. Urbanus VIII. edidit anno proximè elapso 1643. quæ incipit *In eminenti.* ubi propositiones Baii, & aliæ plures condemnantur. (Pius 5. Greg. 13. P. Turriã. Urban. 8.)

§. 3.

Satisfit fundamentis opinionis contrariæ.

67 *Quo sensu nemo possit remittere peccata, nisi solus Deus.*
68 *Potestas Clavium non supponit peccata dimissa, sed solam dispositionem ad eorum remissionem.*
69 *Explicantur testimonia D. Augustini, & aliorum Sanctorum Patrum.*
70 *Explicatur etiam locus D. Hieronymi.*

67 NEque obstat primò, quòd remittere quoad culpam sit proprium solius Dei; id enim verum est de remissione facta authoritate propria, & in genere causæ principalis: non de remissione collata per participationem, & in genere causæ instrumentalis.

68 Non obstat secundò, quòd potestas Clavium jam supponat peccata dimissa quoad culpam per contritionem; nam peccata quoad culpam solùm dimittuntur per contritionem perfectam: & potestas Clavium solùm supponit contritionem, prout abstrahit à perfecta, & imperfecta. Adde, quòd nec per contritionem perfectam dimittuntur peccata quoad culpas, nisi in ordine ad claves, & per illas in voto.

69 Non obstant tertiò testimonia D. Augustini, & aliorum Patrum, quatenus dicunt, potestatem Clavium repræsentari in illa, quam Christus Dominus tradidit Apostolis in ordine ad solutionem Lazari; unde videtur colligi Christum remittere peccata quoad culpas: Apostolos solùm quoad pœnas. Non, inquam, obstant; quia aliud est loqui de prima (D. August.)

prima gratia efficaci, & vocatione congrua, qua Christus Dominus clamat: *Lazare, exi foras*; nam hæc confertur à Deo immediatè ob merita Christi. Aliud loqui de absolutione à vinculis quoad culpas, & quoad pœnas; hæc fit per Apostolos, ejusque successores; & hoc tantùm volunt Sancti Patres significari exemplo Lazari. Neque instes, eos dicere vitam conferri immediatè à Christo; loquuntur enim de primo spiritu vitæ, hoc est, de prima gratia vocante, excitate, & auxiliante; non de vita perfecta, quæ consistit in gratia sanctificante.

70 Non obstat quartò locus *D. Hieronym*, quatenus asserit Sacerdotes gratiæ non posse auferre peccata, sicut Sacerdotes Levitici non poterant auferre lepram; nam D. Hieron. solùm vult Sacerdotes gratiæ non posse pro libito dimittere peccata absque dispositione pœnitentis cujus dispositionis Sacerdotes nō sunt causa, sed tantùm judices illam discernentes, sicut Sacerdotes Levitici inter lepram, & lepram discernebant. *D. Hier.*

SECTIO II.

Utrùm, & quomodo potestas Clavium includat potestatem Ordinis, & Jurisdictionis?

71 *Resolvitur includere utramque potestatem.*

72 *Idque non ex institutione Ecclesiastica, sed ex constitutione, & jure divino.*

71 PRIMA difficultas: Utrū potestas Clavium includat potestatem Ordinis, & Jurisdictionis? Respondetur affirmativè, quia potestas Clavium includit duo, alterum constitutivum judicis animarum pro foro conscientiæ; & hoc est Ordinis, collatum in illis verbis: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. quæ in Sacramento Ordinis ab Episcopo nomine Christi dicuntur cuilibet Sacerdoti, ut docetur *à Ioan. XXII. in Extrav. Quia quorumdam, de verborum significatione*; & habetur in *Conc. Trid sess.* 14. *c.* 6. *& Can.* 10. *& sess.* 23. *cap.* 1. Alterum collativum Jurisdictionis, quia potestas Clavium importat Jurisdictionem; est enim potestas judiciaria, per modum tribunalis, ac judicii, ut definitur *in Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 1: *& Can.* 9. Omne autem judicium, ut sit validum, debet habere jurisdictionem; nam de iis, quæ foris sunt, nihil ad nos. *Extrav. Ioan. 22. Conc. Trid.*

72 Utrùm autem potestas Clavium includat hæc duo ex ordinatione Ecclesiastica, an ex institutione Christi, seu jure divino? Respondetur ea includere ex institutione Christi; ac proinde hujusmodi potestates quoad institutionem esse juris divini. Quod attinet ad potestatem Ordinis, res est clara; quia, ut *tract. 6. de Ministro hujus Sacramenti* ostendemus, absolutio collata à non-sacerdote est nulla jure divino: ergo potestas Ordinis requiritur ipso jure. Quod attinet ad potestatem Jurisdictionis, probatur primò ex *Conc. Trid. sess.* 14 *cap.* 10, ubi dicitur Sacramentum Pœnitentiæ ex institutione Christi esse per modum judicii: ergo ex eadem institutione erquirit jurisdictionem; nam omne judicium, ut validum sit, requirit jurisdictionem. Secundò ex *Conc. Florent. in literis Eugenii*, ubi explicans ea, quæ ad valorem hujus Sacramenti requiruntur ex institutione Christi, Jurisdictionem adnumerat. Tertiò ex *Cap. Si Episcopus, de Pœnit. & remissionibus in 6.* ubi dicitur nulla consuetudine posse induci, aut præscribi, ut quis sine jurisdictione validè absolvatur, quia nimirum contra jus divinum, nulla prævalet consuetudo, aut præscriptio. *Cōc. Trid. Cōc. Flor. Cap. Si Epi, copus.*

§. I.

Utrùm potestas Ordinis sit jurisdictio completa in actu secundo?

73 *Proponitur status quæstionis*

74 *Refertur sententia Armacani, & aliorum asserentium, quemlibet Simplicem Sacerdotem posse validè absolvere; & potestatem Iurisdictionis coincidere cum potestate Ordinis, accipique in ipso Sacramento Ordinis, ex institutione, & jure divino.*

75 *Sed communis est contraria resolutio.*

66 *Neque sententia Armacani videtur posse defendi post concilium Trident.*

77 *Diluuntur fundamenta Armacani.*

73 SEcunda difficultas: Utrùm potestas Ordinis sit Jurisdictionis? Et possumus primò comparare potestatem Ordinis cum Jurisdictione completa in actu secundo, habent scilicet

cet omnia requisita ad valorem absolutionis: secundò cum Jurisdictione solùm in actu primo; & sic, aut cum Jurisdictione completa, aut cum sola inchoata, & incompleta.

74 *Quæritur ergo primò*: Utrùm potestas Ordinis sit Jurisdictionis completæ, habentis scilicet omnia requisita ad valorem absolutionis in actu secundo? Celebris est opinio affirmativa, quam tenet *Armacanus l. 11. de quæstionibus Armenorum cap. 1.* & probabilem existimant *Durand. d. 19. q. 2. Almain. d. 18. a. 4.* asserentes quemlibet Sacerdotem ex vi illorum verborum, quæ ei dicuntur in Sacramento Ordinis: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. posse validè absolvere quoslibet pœnitentes, non tamen licitè propter prohibitionem Ecclesiæ. Probatur *primò*, quia potestas collata illis verbis ad absolvendos omnes, est per modum Judicii: omnis autem potestas ad absolvendum per modum Judicii, est Jurisdictionis. *Secundò*, quia potestas, quæ in Sacramento Ordinis cuilibet Sacerdoti confertur in corpus Christi mysticum, nimirum in Christi fideles, ex vi illorum verborum: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. non est minùs completa, quàm, quæ confertur in corpus Christi verum, ex vi illorum verborum: *Accipite potestatem offerendi sacrificium*, &c. Sed hæc est completa habens omnia requisita ad valorem consecrationis in actu secundo: ergo etiam illa erit completa habens omnia requisita ad valorem asolutionis in actu secundo. *Tertiò*, quia illis verbis, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. concessa est Apostolis potestas Jurisdictionis completa: ergo etiam conceditur Sacerdotibus; nam illis dicuntur eodem modo, quo dicta sunt Apostolis.

Armacan.
Durand.
Almain.

75 *Nihilominus* dicendum, potestatem Ordinis non esse Jurisdictionem cõpletam habentem omnia requisita ad valorem absolutionis in actu secundo. Ita communis Theolog. cum *D. Thom. 2. 2. q. 39. a. 3. & 4. contra gentes cap. 72. & in 4. d. 17. q. 3. a. 3. & d. 19. q. 1. a. 3. D. Bonav. ibi a. 3. q. 1. Sot. in 4. d. 18. q. 4. a. 2. Ledes. 2. p. 4. q. 22. a. 1. Cano, relect. de Pœnit. p. 1. Med. eod. de confess. q. de alieno. Castro de justa heret. punit. c. 21. Turrecrem. in summa de Eccles. l. 1. cap. 98. Covar. l. 1. var. resol. cap. 10. n. 11. Alber. Mag. & Ric. d. 18. Scot. Dur. Palud. d. 19. Alexan. Alens. 4. p. q. 79. 80. & 81. Suar. disp. 16. sec. 3. Coninck. disp. 8. dub. 2. Vasq. q. 93. ar. 1. dub. 3. Lug. d. 15. sect. 2. Hurt. d. 10. diff. 3. Tur. d. 23. dub. 2. Val. Filliuc. & Regin.* quos citat, & sequitur *Bonac. q. 7. punct. 1.*

D. Thom.
D. Bonav.
Sotus.
Ledesm.
Cano.
Medina.
Castro.
Turrecrem.
Covar.
Albert. Mag.
Ricard.
Scot.
Durand.
Palud.
Alex. Ale.
P. Suar.
P. Coninck
P. Vasq.
P. Lug.
P. Hurt.
P. Turri.
P. Valent.
P. Filliuc.
P. Reginal.
Bonacin.

76 Neque hisce temporibus contraria sententia Armacani potest defendi; nam in ea dicitur, quemlibet Sacerdotem validè, quamvis non licitè, posse administrare Sacramentum Pœnitentiæ; hoc autem est contra *Conc. Florent. in Decreto Eugenii*, ubi dicitur *non quemlibet Sacerdotem esse ministrum hujus Sacramenti, sed habentem authoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione Superioris*, &c. Item contra *Conc. Trid. sess. 14. cap. 7.* ubi dicitur *Absolutionem illam nullam esse, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet jurisdictionem*, &c. necnon contra *textum in Cap. Si Episcopus, de Pœnit. & remissionibus in 6.* ubi dicitur *nulla consuetudine posse induci, aut præscribit, ut quis sine jurisdictione validè absolvatur*, &c. Ex quo apertè colligitur posse dari simplicem Sacerdotem habentem solam potestatem Ordinis, sine potestate Jurisdictionis completa in actu secundo: ergo hæ duæ potestates distinguũtur, & sunt separabiles.

Conc. Flor.
Cõc. Trid.
Cap. Si Episcop.

77 Neque obstant fundamenta opinionis Armacani. *Ad primum*: Respondetur potestatem collatam in Sacramento Ordinis esse per modum Judicii, non tamen completi, sed complendi per potestatem Jurisdictionis. *Ad secundum* dicendum est, esse diversam rationem de potestate in corpus Christi verum, ac de potestate in corpus Christi mysticum; nam ad corpus Christi verum sola est necessaria potestas Ordinis, quæ confertur in illis verbis: *Accipite potestatem offerendi sacrificium*, &c. Ad corpus Christi mysticum, præter potestatem Ordinis, etiam est necessaria potestas Jurisdictionis: at in illis verbis, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. solùm confertur potestas Ordinis, non potestas Jurisdictionis completa. *Ad tertiam* negandum est Apostolos ex vi illorum verborum, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. accepisse potestatem Jurisdictionis completam: non nego illam habuisse; sed dico illam non habuisse ex vi horum verborum, sed ex vi Apostolatûs, ad quem pertinebat potestas Jurisdictionis completa: & quem Apostolatum acceperunt ex vi illorum

lorum verborum. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*, quæ ex institutione Christi fuerunt collativa Apostolatûs. Et, quo diximus de Apostolis, etiam dictum volumus de summo Pontifice; nam hic etiam habet potestatem Jurisdictionis completam immediatè à Deo: sed non ex vi Sacramenti Ordinis, sed ex vi Pontificatûs collati ex illis verbis *Pasce oves meas*, de quo latè *Bellar. l. 4. de Romano Pontifice*.

§. 2.

Utrùm potestas Ordinis sit Jurisdictionis completæ in actu primo.

78 *Refertur sententia afferentium cuilibet Sacerdoti in Sacramento Ordinis conferri jurisdictionem completam in actu primo, non in actu secundo.*

79 *Caietanus existimat jurisdictionem in actu secundo conferri ab ipso pœnitente per voluntariam sui subjectionem Sacerdoti*

80 *Refutatur hæc sententia Caietani.*

81 *Navarrus, & alii opinantur jurisdictionem in actu secundo conferri quidem ab Ecclesia, at in actu primo, seu (ut aiunt in habitu conferri à Deo in Sacramento Ordinis.*

82 *Referuntur hujus sententiæ fundamenta.*

83 *Explicatur, & defenditur contraria.*

84 *Diluuntur fundamenta Navarri, & assignantur duo intellectus Cap.* Placuit.

85 *Potestas absolvendi à Venialibus. & à Mortalibus confessis, necnon in articulo mortis non est immediatè à Deo, sed ab Ecclesia.*

78 QUæritur secundò: Utrùm potestas Ordinis si Jurisdictio completa in actu primo? Affirmant *Caietan. to 1. opusc. tr. 7. Navar. in summa c. 4. n. 20. & cap. 27. n. 259. & 260. Palud. in 4. d. 17. q. 3. a. 3. casu 4. Silvest. verbo confessor. 1. q. 2. Abulens. in defensorio p. 2. cap. 62.* licèt non eodem modo se explicent. *Caietan. Navar. Abulens. Silvest. Abulens.*

79 Nam Caietanus asserit potestatem Ordinis, quæ Sacerdotibus confertur in illis verbis, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. esse jurisdictionis completæ in actu primo, complendæ in actu secundo per jurisdictionem, quam pœnitens dat Confessario super se ipsum, illi sese voluntariè subjiciendo; ad eum modum, quo quis voluntariè se subjiciendo alicui judici arbitro, illi dat *jurisdictionem* super se ipsum. Non negat Caietanus requiri ad valorem absolutionis jurisdictionem distinctam à potestate Ordinis, sed dicit tria: Unum, hanc jurisdictionem non esse complementum potentiæ in actu primo, sed solùm in actu secundo: Alterum, non tribui Confessario à Superiore, sed à pœnitente per volluntariam sub ectionem: Tertium, pœnitentem non posse validè se subjicere cuilibet Sacerdoti, sed tantum proprio Confessario sibi designato.

80 In hac opinione, & modo dicendi illud apertiùs falsum est, quòd asserit jurisdictionem requisitam ad valorem absolutionis non tribui Confessario à superiore, sed à pœnitẽte, quod est contra *Conc. Florent. citatũ*: asserit enim: *Ministrũ hujus Sacramenti esse Sacerdotem habentem authoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel commissione Superioris*, &c. non ergo acceptam à pœnitente, nam pœnitens non venit nomine Superioris. Quod secundò ostenditur ex *Trident. sess. 14. cap. 7.* ubi dicit, *absolutionem illam nullam esse, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet jurisdictionem*; quæ verba non possunt inteligi de jurisdictione collata à pœnitente super se ipsum; nam quando pœnitens se subjicit Confessario, non potest dici, illi tribuere jurisdictionem ordinariam, aut delegatam: sed necessariò prædicta verba intelligenda sunt de jurisdictione collata à Superiore, qui Confessario potest dare jurisdictionem ordinariam, vel delegatam. *Concil. Florent.* *Trident.*

Tertiò ostenditur ex *Concilio Lateran. sub Innocentio III. in cap. Omnis utriusque sexûs, de Pœnitentia, & remission.* ubi dicitur, *alienum Sacerdotem non posse absolvere sine licentia proprii*, &c. à proprio ergo Sacerdote dimanat jurisdictio, & non à pœnitente. Quartò, & à priori; quia Confessarius in hoc foro absovit nomine Dei: nullus ergo illi potest conferre jurisdictionem, nisi vel Deus, vel, qui ad hoc habeat vicem illius: pœnitens autem in hoc foro non agit vices Dei. *Concil. Later. Cap. Omnis utriusque.*

81 Aliâ ergo vivâ, & modo *Navarrus, Palud. Silvest. & Abul.* prædictam sententiam declarant; dicunt enim quatuor: *Primum* potestatem Ordinis esse *Navar. Palud. Silvest. Abulens.*

jurisdictionem: *Secundum*, hanc jurisdictionem ex vi Sacramenti esse completam, etiam in actu secundo, sed ligari, & impediri per prohibitionem Ecclesiæ, ita, ut non possit validè prodire in actum secundum, seu (quod idem est) ita, ut non maneat actu, sed habitu. *Tertium*, expediri hanc potestatem per jurisdictionem acceptam ab Ecclesia. *Quartum*, hanc jurisdictionem non conferri Confessario à pœnitente, sed à Superiore, & in hoc ultimo discrepant à Caietano; & meritò, propter nostras rationes proximè factas. In aliis tribus prioribus persistunt ducti argumentis, quæ retulimus pro opinione Armacani; deinde duobus aliis.

82 *Primo* desumpto *ex Cap. Placuit*, ex quo constat, quod ex usu primitivæ Ecclesiæ, usque ad tempora Urbani secundi, quilibet Sacerdos poterat validè absolvere quoslibet pœnitentes, donec crescente malitia, id prohibuit ipse Urbanus in dicto *Cap. Placuit, de Pœnit. dist.* 6. ibi: *Placuit, ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri Sacerdoti ad Pœnitentiam suscipere sine ejus consensu, cui priùs se commisit*, &c. Hæc autem potestas ante prohibitionem non erat alia, quàm potestas Ordinis: ergo hæc ex vi Sacramenti est completa, & solùm invalidatur ab Ecclesia in actu secundo.

Cap. Placuit.

Secundo, quia omnes Sacerdotes ex vi suæ Ordinationis possunt absolvere à Venialibus, item à Mortalibus jam confessis, & in articulo mortis ab omnibus peccatis: quo posito, sic conficitur argumentum; quia potestas Ordinis ex vi Sacramenti non est magis completa ad hos tres casus, quàm ad omnes alios: nec minùs ad omnes alios, quàm ad hos tres, non enim ibi fit specialis mentio concessionis horum trium, aut exclusionis aliorum; sed conceditur potestas generalis, & absolutè illis verbis, *Quorum remiseritis peccata*, & ci conceditur ergo potestas generalis completa ad omnes casus, cum hoc discrimine, quòd impeditur, prohibetur, & invalidatur ab Ecclesia ad omnes alios, non ad hos tres.

83 Verùm hæc opinio, etiam hoc secundo modo explicata, est falsa: & contraria omnino tenenda asserentium potestatem Ordinis non esse jurisdictionem completam in actu primo. Ita cum *D. Thom.* & aliis Doctoribus suprà citatis *Suar. Vasq. Coninck. Hurt. & Turrian.* ubi

D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Coninck. P. Turrian.

proximè. Probatur uno verbo; quia, si potestas Ordinis esset jurisdictio completa, absolutio collata à Simplice Sacerdote solùm posset prohiberi ab Ecclesia, non tamen annullari in actu secundo: nam, quando potestas completa immediatè accipitur à Christo, & est de jure divino, non dependet ab Ecclesia quoad valorem actûs secundi. Hinc est, quòd Ecclesia non potest efficere, quòd Sacerdos invalidè Sacramentum Unctionis administret. Item quòd Episcopus aliquem invalidè ordinet, aut confirmet, ut contra *Innocent. Abbatem*, & alios Canonistas docet *Castro de justa Hæreticorum punitione* *cap.* 11. asserens contrarium esse hæreticum cum *Covar. Alex. Adrian. & Maiore*, quos citat, & sequitur *Azor. p.* 2. *l.* 3. *cap.* 30. *q.* 10. at verò absolutio collata à Sacerdote habente tantùm potestatē Ordinis est nulla in actu secundo, ut patet ex Conciliis *Florent. Trident.* & aliis textibus suprà allegatis: ergo potestas ad illam collata in Sacramento Ordinis non est completa in actu primo.

Innoc. Abbas. Castro. Covar. Adrian. Alex. Maior. P. Azor.

Con. Flor. Conc. Trid.

84 Neque obstant fundamēta opinionis contrariæ. *Ad primum* desumptum ex *Cap. Placuit*, duplex est illius textûs intellectus. Primus, si dicas cum *Coninck. d.* 8. *n.* 14. in eo solùm agi de Pœnitentia externa: & decernit Urbanus pœnitentem, qui se commisit uni Sacerdoti, non posse sine licentia ipsius se alteri committere detrectandæ Pœnitentiæ causâ, nisi probet errorem prioris Sacerdotis, quem errorem textus ibi vocat ignorantiam. Secundus intellectus traditur à *Suar. d.* 16. *sec.* 3. *n.* 22. ubi hunc textum intelligit etiam de Pœnitentia Sacramentali, & dicit duo. Primum, non dari talem usum absolvendi quoslibet pœnitentes usque ad tempora Urbani 2. nam *Dionysius Papa* fuit illo antiquior, & tamen ejus tempore non dabatur talis usus, ut constat ex *tex. in cap.* 1. 13. *q.* 1. & utroque antiquior fuit *Calixtus Papa*, at neque ejus tempore talis erat consuetudo, ut constat ex *tex. in Cap.* 1. 9. *q.* 2. Alterum, quod dicit, est: Si quando Presbyteri alicujus Ecclesiæ habuerunt potestatē absolvendi quoslibet pœnitentes alienæ Parochiæ, eam illis fuisse concessam, non ex vi Sacramenti Ordinis, sed à suis Episcopis, qui facilè eo temporum illam suis Presbyteris committebant; quia pauci tunc, & selecti ordinabantur, dependenter tamen ab ipsis Episcopis, qui talem commissionem poterant limitare, vel

Cap. Placuit. P. Coninck. P. Suar. Dionys. P. Cap. 1. Calixt. Cap. Cap. 1.

Cap. Placuit. vel tollere, ut constat ex ipso *Cap. Placuit*, & aliis textibus allegatis. Vel dic Textum solùm velle unum Sacerdotem non posse mutare Pœnitentiam impositam ab alio, nisi de consensu alterius, quod intelligitur extra confessionem: secùs, si secundus Confessarius agnoscat peccata in confessione.

85 *Ad secundum* negandum est Sacerdotes posse absolvere in illis tribus casibus assignatis ex vi Sacramenti Ordinis; sed potiùs dicendùm est, id habere ex confessione Ecclesiæ, ut suo in loco inferiùs ostendemus.

§. 3.

Utrùm potestas Ordinis sit jurisdictio inchoata, & incompleta in actu primo?

86 *Refertur sententia asserentium potestatem Ordinis nullo modo esse jurisdictionem, neque inchoatam, & incompletam.*
87 *Contraria tamen probabilior videtur.*
88 *Diluuntur contraria argumenta.*

86 Quæritur tertiò: Utrùm potestas Ordinis sit jurisdictio solùm inchoata, an potiùs solùm quid prærequisitum ad illam? Nullo modo esse jurisdictionem, sed solùm quid prærequisitum ad illam existimant cum Doctoribus citatis *Suar. Lug. & Coninck.* P. Suar. P. Lug. P. Coninck. *ubi suprà*. Probatur *primò*, quia potestas jurisdictionis ad absolvendum potest delegari, ut constat ex Conciliis *Florent. &* Côc. Flor. Côc. Trid. *Trid.* lociscit, at potestas Ordinis non potest delegari: ergo non est jurisdictionis. *Secundò*, quia potestas jurisdictionis, cùm sit superioritatis, est respectiva ad Subditos: nõ enim potest intelligi quis Superior, aut Judex sine Subditis; sicut neque dominus sine servis; aut dux sine militibus. At potestas Ordinis ex vi Sacramenti non est prædicto modo respectiva; nam simplex Sacerdos nullos habet Subditos. *Tertiò*, quia potestas Ordinis consistit in charactere, non ita potestas jurisdictionis: ergo distinguuntur.

87 *Probabiliùs* tamen dicendum reor esse jurisdictionem incompletam. Ita cum pluribus *Vasq. Hurt. & Turr. ubi suprà*. P. Vasq. P. Hurt. P. Turrian. Probatur, quia illa potestas est jurisdictionis ad absolvendum de peccatis, quæ est activa, & instituta ad absolvendum: at ita se habet potestas Ordinis collata in illis verbis: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. Et hoc probatur ex *Concilio Trident. sess. 15. cap. 5.* Côc. Trid. ubi dicit Christum Dominum in illis verbis constituisse Sacerdotes judices ad absolvendum de peccatis: est ergo potestas ibi collata activa, & instituta ad absolvendum. Et confirmatur; quia, nisi Sacerdos acciperet potestatem jurisdictionis immediatè à Christo ex vi Sacramenti, non facilè intelligeretur quomodo absolveret nomine Christi, & non potiùs nomine Ecclesiæ. at absolvit nomine Christi, dicens: *Dominus Iesus Christus te absolvat, & ego authoritate ipsius absolvo te*, &c. Et urgetur, quia in iis, ad quæ Sacerdos accipit totam jurisdictionem ab Ecclesia, potest absolvere nomine Ecclesiæ, ejusque authoritate; ut patet, quando absolvit ab excommunicatione, &c.

88 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* dicendum est solam jurisdictionem secundùm id, quod addit supra potestatem Ordinis posse delegari, & id tantùm docere Concilia locis citatis. *Ad secundùm* similiter respondetur solam jurisdictionem, & superioritatem completam respicere Subditos designatos: jurisdictio, & superioritas inchoata solùm respicit Subditos designandos. *Ad tertium* Respondetur potestatem jurisdictionis inchoatam, prout coincidit cùm potestate Ordinis, etiam consistere in charactere, non prout iste est supra corpus Christi verum, ex vi illorum verborũ *Accipe potestatem offerendi sacrificium*, &c. sed prout est supra corpus Christi mysticũ, ex vi illorum verborum, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum*, &c.

SECTIO III.

Utrùm potestas jurisdictionis accipiatur immediatè à Christo, an ab Ecclesia?

89 *Proponitur status quæstionis, & statuitur potestatem Summi Pontificis accipi immediatè à Christo.*

89  ON est quæstio de jurisdictione inchoata & incompleta, hanc enim dicimus coincidere cum potestate Ordinis; ac proinde accipi ex vi Sacramenti immediatè à Christo, à quo accipitur ipsa potestas Ordinis. Quæstio solùm procedit

cessit de jurisdictione completa, aut ordinaria, aut delegata. Non item est quæstio de jurisdictione Summi Pontificis, hanc enim clarum est accipi immediatè à Christo, supposita electione, & designatione personæ, à Cardinalibus factâ per modum conditionis, *sine qua non*, ut constat ex *Cap. Novit, de iudiciis*, ubi Innocentius III. *Potestas nostra*, inquit, *non est ex homine, sed ex Deo*. Et habetur *Cap. In nomine Domini, dist. 23. cap. ultimo, & penult. Quia q. 3. & Cap. Cuncta per modum de maioritate, & obedientia*. Et ratio est clara, quia Cardinales non habent jurisdictionem Pontificis: ergo non possunt eam illi dare. *Reg. Nemo 79. in 6.* ibi: *Nemo potest plus juris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscitur*. Sed de his ex professo in materia *de Legibus*.

Cap. Nov. Innoc. 3. Cap. In nomine Domini. Cap. Cunct. Reg. Nemo.

§. 2.

Utrùm potestas Episcoporum accipiatur immediatè à Christo, an ab Ecclesia?

90 *Refertur prima sententia asserentium potestatem Episcoporum accipi immediatè à Christo.*
91 *Præfertur, & defenditur contraria asserentium accipi immediatè ab Ecclesia.*
92 *Probatur textibus.*
93 *Deinde formâ ipsâ, qua in creandis Episcopis utuntur Pontifices:*
94 *Præterea, quia Summus Pontifex potest Episcopos deponere, transferre, & eorum jurisdictionem tollere, minuere, aut ampliare, &c.*

90 **P**Rima difficultas est: Utrùm Episcopi accipiant suam jurisdictionem immediatè à Christo, an ab Ecclesia? Et plures existimãt accipi immediatè à Christo, supposita electione & cõfirmatione Põtificis ut cõditione, *sine qua non*. Ita *Maior in 4. d. 17. q. 2. Victoria relect. 11. de potest. Eccles. q. 2. princip. ãn. 27. Petr. Sot. q. 5. de confess. Dominic. Sot. in 4. d. 18. q. 4. a. 2. §.* Ad licet, *& d. 22. q. 2. a. 1. conclus. 2. Castro 2. de justa hæretic. punit. cap. 24.* affirmans hanc esse omnium Doctorum sententiam. Eandem tenet *Vasq. to. 2. disp. 152. cap. 3. n. 28. Henr.* cum pluribus *l. 1. de Pœnit. cap. 5. n. 2. litera B. Salas de Leg. disp. 8. sect. 4.* Et probatur primò, quia Episcopi Apostolis succedunt, ut Papa Petro, *Cap. In novo, dist. 21. Cap. Videntes. 21. q. 1. Cap. Quorum vices, dist. 24.* & idem docet *Concilium Florent. in instructione Armenorum, & Trident. sess. 23. cap. 4.* de quo plura apud *Castro contra Hæres. verbo. Episcopus*. Sed Apostoli habuerunt jurisdictionem immediatè à Christo, ut constat ex dictis sectione proxima; & ex iis, quæ affert *Aug. Barb. de Potestate Episcopi 1. p. tit. 1. cap. 1.* ergo etiam Episcopi; nam successor ab eo habet suam jurisdictionem, à quo ejus prædecessor: alias non succedit, sed instituitur alio ordine. Hinc est, quòd Pontifices habent jurisdictionem immediatè à Christo, quia sunt veri successores Petri, qui habuit jurisdictionem immediatè à Christo.

Maior. Victor. Petr Sot. Dom. Sot. Castro. P. Vasq. P. Henriq. P. Salas. Cap. In novo. Cap. Videntes. Cap. Quorum. Cõc. Floren. Castro. Barbosa.

Secundò probatur illo *Act. 20. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, &c.* cui consonat illud Apostoli *ad Ephes. 4. Ipse dedit quosdam Apostolos: alios prophetas: alios pastores, & Doctores, &c.* Ubi nomine Pastorum, & Doctorum intelliguntur Episcopi secundùm expositionem D. Hieronymi. Huic etiam affine est illud D. Dionysii *de Hierarch. Eccles. cap. 6.* ubi *Episcoporum Hierarchiam* dicit *immediatè terminari in Iesum: sicut inferiores Ordines Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum terminantur in Episcopum*. Huc tandem pertinet illud *D. Cypriani l. 3. epist. 9. ad Rogatianum*, ubi dicit, *Episcopos à Christo fieri, à quo Apostoli creati sunt, Diaconos autem ab Apostolis, non à Christo institutos.*

Actor. 20. ad Ephe. 4. D. Hieron. D. Dionys. D. Cypr.

Tertiò probatur; quia, si Episcopi haberent suam jurisdictionem à summo Põtifice, illo demortuo, eam amitterent; nam præciso capite omnia membra moriuntur. *Quartò*, quia aliàs plures Episcopi, præsertim in Asia, & Africa, non habuissent jurisdictionem; constat enim non fuisse creatos à summo Pontifice, sed quemlibet ab Episcopis suæ provinciæ, præcedente solo testimonio populi, & electione à Clero cum authoritate Metropolitani, aut Primatis, ut constat ex *Cap. 6. Concilii Niceni*; item ex *Concilio Arelat. 2. cap. 6. ex Carthag. 2. cap. 12. ex Carthag. 4. cap. 1. ex epist. Synodali Rom. Concilii sub Syricio Papa*, & ex *Conc. Tauritan. sub. eodem Syricio cap. 1.* & aliis pluribus apud *Grat. dist. 63.*

Cõc. Nicæ. Cõc. Arel. Cõc. Car. 2 Carthag. 4 Roman. Tauritan. Gratian.

Quintò; quia aliàs, si Episcopi haberent jurisdictionem à Papa, hic etiam sine causa posset eam illis auferre, quod esset

set in destructionem Ecclesiæ. *Sextò*, quia in Concilio Carthag. 6. cui etiam S. Augustinus interfuit, negatum est jus appellationis ab Episcopis ad Papam, & hoc non nisi ex eo, quòd jurisdictio Episcoporum respiciat immediatè solū Deum: ergo, &c.

Concil. Carthag. 6.

91 *Nihilominus* dicendum jurisdictionem Episcoporum non esse immediatè à Deo, sed ab Ecclesia. Ita D. *Thom. Turrecrem. Abbas, Felin. Caiet. Corduba, Franciscus Vargas, Palud. Hervæus*, & alii plures, quos citant, & sequuntur *Suar. de Pœnit. d. 25. sec. 1. Bellarm. l. 4. de Rom. Pont. cap. 24. Valent. 2. 2. d. 1. q. 1. punct. 7. Azor. p. 2. l. 3. cap. 30. quæsito 13. Barb. cit. Laym. l. 1. de Leg. tr. 4. c. 7. §. 2. Cæsar in sua Hierar. Eccles.* Et omissis aliis pluribus fundamentis, quæ videri possunt apud Doctores citatos.

D. Thom. Turrecrē. Abbas. Felin. Caietan. Cordub. Franc. Varg. Palud. Hervæus. P. Suar. P. Bellar. P. Valent. P. Azor. Barb. P. Laym. Cæsar.

92 Ego nostram resolutionem probo primò ex *Cap. Ita Dominus, dist. 19.* & ex *Cap. Quoties 24. q. 1.* ubi dicitur Episcopos habere suam jurisdictionem à summo Pontifice, tanquam à capite.

Cap. Ita Domin. Cap. Quoties

93 Secundò ex forma, qua summus Pontifex utitur in creandis Episcopis, quæ habet sic: *Providemus Ecclesiæ N. de N. & præficimus eum in patrem, pastorem, & Episcopum ejusdem Ecclesiæ, committentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.* Quæ verba clara sunt, & debent accipi in proprio sensu, cùm nihil urgeat, ut ab illo deflectamus: si autem sumantur in proprio sensu, apertè significant summum Pontificem Episcopis conferre jurisdictionem.

94 Tertiò, quia summus Pontifex potest Episcopis auferre jurisdictionē; imò eos deponere, & transmutare, ut constat ex toto titulo *de translatione Episcop.* & ex communi praxi totius Ecclesiæ, de qua D. *Bernard. Epist. 131. ad Mediolan* ibi: *Potest Romana Ecclesia novos ordinare Episcopatus, ubi hactenus non fuerunt: potest eos, qui sunt, deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictaverit, ita ut de Episcopis Archiepiscopos creare valeat; & è converso, si necesse visum fuerit*, &c. Ergo jurisdictio Episcoporum non est immediatè à Deo; alias summus Pontifex non posset eam mutare, aut tollere, juxta *Reg. in Cap. Sunt quidam 25. q. 1.* ubi dicitur Prælatum inferiorem non posse tollere, aut mutare jurisdictionem collatam à superiore, de quo *Barb. citatus n. 28.* Et confirmatur, quia ex hoc capite summus Pontifex non potest tollere, aut mutare potestatem Ordinis, quia nimirum hæc est immediatè à Deo.

D. Bernar. Cap. Sunt Barb.

Sed dices, hoc tertium fundamentum non concludere, quia Christus Dominus potuit dare jurisdictionem Episcopis immediatè, cum subordinatione tamen ad Pontificem, ipso scilicet non repugnante: ad eum modum, quo Prælatus superior aliquando dat jurisdictionem ad audiendas confessiones cum subordinatione tamen ad Parochum, ipso scilicet non repugnante. Sed contra, quia in primis ex secundo fundamento constat summum Pontificem esse, qui dat jurisdictionem. Deinde aliud est dare jurisdictionem, aliud illi non repugnare. Parochus non repugnans non dicitur dare jurisdictionem, sed tantùm illi non repugnare: at verò summus Pontifex dicitur dare jurisdictionem; non verò illi repugnare, aut non repugnare.

§. 2.

Satisfit fundamentis opinionis contrariæ.

95 *Explicatur illud axioma*, Episcopi succedunt Apostolis, sicut Papa Petro.

96 *Explicatur locus Actorum* Attēdite vobis, &c. *Et resolvitur Spiritum Sanctum instituere Episcopos non immediatè, sed mediante Ecclesia.*

97 *Declaratur similiter locus ad Ephes.*

98 *Necnon difficilis locus Divi Dionysii.*

99 *Explicatur alius etiam difficilis D. Cypriani.*

100 *Emortuo summo Pontifice, non expirat jurisdictio Episcoporum.*

101 *Semper summi Pontifices sibi reservarunt confirmationem Episcoporum, neque ullus Episcopus unquam ab Ecclesia cognitus est, qui à summo Pontifice non confirmaretur.*

102 *An summus Pontifex possit sine causa auferre Episcopis jurisdictionem?*

103 *In Concilio Carthaginensi non fuit ablatum jus appellationis ab Episcopis ad summum Pontificem, sed temperatus modus appellationis.*

95 Neque fundamenta opinionis contrariæ oppositum suadent. *Ad primum* Respondetur, sicut Papa

Papa succedit Petro, ita Episcopos succedere Apostolis in dignitate, & quoad ea, quæ sunt Ordinis; non quoad ea, quæ sunt jurisdictionis: & hoc tantùm voluit textus citatus. Succedunt, inquam, in dignitate, & quoad ea, quæ sunt Ordinis; nam sicut Apostoli acceperunt dignitatem Apostolatûs immediatè à Christo, ita Episcopi ab illo immediatè accipiunt dignitatem Episcopatûs quoad potestatem Ordinis, non ita quoad potestatem jurisdictionis, hanc enim immediatè accipiunt ab Ecclesia, ut constat ex dictis. Aliæ adhiberi possunt solutiones, sed minùs faciles, quas alibi examinabimus, non enim sunt propriæ hujus loci.

96 *Ad secundum* deductum ex illo *Act.* 20. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos*, &c. Respondetur Spiritum Sanctum non ponere Episcopos immediatè, sed mediante Summo Pontifice; nam ea, quæ summus Pontifex decernit, decernuntur etiam ab Spiritu Sancto mediatè, juxta illud *Act.* 15. *Visum est Spiritui Sancto, & nobis*, &c. Et illud *Apostoli ad Roman.* 13. *Non est potestas nisi à Deo*, hoc est, mediatè, vel immediatè.

Actor. 20.
Actor. 15.
ad Roman. 13.

97 Neque obstat primò locus *ad Ephes. Ipse dedit quosdam Apostolos: Alios pastores, & Doctores*, &c. nam ibi, aut etiam sermo est de Deo dante immediatè, vel mediatè: aut de istis dignitatibus quoad institutionem; nam Deus est, qui illas instituit: non de illis quoad jurisdictionem, nã summus Pontifex est, qui confert Episcopis jurisdictionem.

ad Ephes.

98 Non obstat secundò locus *D. Dionysii* asserentis *Episcoporum Hierarchiam terminari immediatè in Iesum; sicut inferiores Ordines terminantur immediatè in Episcopum*, &c. non enim hæc intelliguntur quoad jurisdictionem, sed quoad dignitatem, ita ut, si in tabella hi Ordines pingerentur, Ordines Presbyterorum, Diaconorum, &c. collocandi essent sub Episcopo; & Ordines Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & Summorum Pontificum cõtinerentur sub Christo Domino, ut Sacerdote æterno *secundùm ordinem Melchisedech*.

D. Dionys.

99 Non obstat tertiò illud *Cypriani*, nimirum *Episcopos à Christo fieri, à quo Apostoli creati sunt; Diaconos autem ab Apostolis, non à Christo institutos*, nam D. Cyprianus solùm vult Ordinem Episcoporum esse institutum à Christo Domino, qui voluit Hierarchiam suæ Ecclesiæ constare ex Ordinibus Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, &c. Ordines Diaconorum, & Subdiaconorum, &c. existimat D. Cyprianus non fuisse à Christo Domino inventos, sed ab Apostolis. Verùm hæc sententia D. Cypriani quoad istam secundam partem à Theologis cõmuniter non admittitur, ut videre est apud *Salas loco cit.* P. Salas.

D. Cypriã.

100 *Ad tertium* negandum est sequi ex nostra doctrina, quòd, emortuo Papa, omnes Episcopi amitterent suam jurisdictionem; nam jurisdictio Episcoporum est ordinaria, & non delegata; & sola jurisdictio delegata expirat morte delegantis; non jurisdictio ordinaria, ut alibi ex professo ostendemus. Neque exemplum capitis, quo præciso, omnia membra moriuntur, est alicujus momenti; nam aliud est loqui de capite naturali, quo præciso, omnia membra moriuntur; aliud loqui de capite mystico, quo præciso, ejus membra non moriuntur, non enim hæc in omnibus æquiparantur, sed in aliquibus, ut alibi fusiùs dicendum.

101 *Ad quartum* Respondetur omnes Episcopos fuisse creatos à summo Pontifice aut immediatè, aut mediatè per Patriarchas Metropolitanos, & Primates, quibus ipsi summi Pontifices committebant Episcoporum creationes *Cap. Plures, Cap. Nosce, Cap. Episcopus, & Cap. Literas dist.* 63. *Cap. Quoniam, dist.* 10. *Cap. Nosti, & Cap. Transmissam, de electione, & Cap. Tum ex illo, de translatione.* Quamquam ultimam confirmationem sibi semper immediatè reservaverit *Cap. Quando. & Cap. Salonitan dist.* 63. *& Cap. Pastoralis* 7. *q.* 1. & constat ex pluribus aliis, quæ eruditissimè adducit *Albertus Pighius in Hierarch. Ecclesiast. l.* 4. *à cap.* 11. ubi probat nullum Episcopum unquam fuisse cognitum à populo Catholico, nisi priùs à summo Pontifice confirmaretur.

Cap. Plures. Cap. Nosce. Cap. Trãsmissam. Cap. Tum. Cap. Episc. Cap. Liter. Cap. Quoniã. Cap. Nosti. Cap. Quando. Cap. Salon. Cap. Past. Albert. Pigh.

102 *Ad quintum* negandum est sequi, summum Pontificem posse sine causa auferre jurisdictionem ab Episcopis, nam id posse, caderet in maximam perniciem Ecclesiæ; & potestas summorum Pontificum non est ad destructionem, sed ad ædificationem. Plures tamen Doctores concedunt etiam sine causa posse auferre Episcopis jurisdictionem, ut videre est apud *Salas loco citato*. Sed ad nostrum intentum satis est, quòd eam illis possit auferre, datâ causâ, ut posse constat P. Salas.

ex

ex titulo *de traslatione Episcoporum.*

103 *Ad sextum* Respondetur in Concilio Carthaginensi citato non negatum fuisse jus appellationis ad Papam, sed tantùm petitum à Pontifice, quòd tolleretur modus procedendi in talibus appellationibus: mittebantur enim tum temporis Romam Presbyteri cum manu armata, & deferebantur testes utriusque sexûs Romam, ex quo maxima incommoda sequebantur: & hunc modum appellationis tolli à Pontifice in eo Concilio postulatum est, de quo plura eruditissimè *Laym. cit. cap. 6.* *P. Laym.*

§. 3.

Utrùm etiam Sacerdotes accipiant potestatem jurisdictionis immediatè ab Ecclesia?

104 *Videtur non eam accipere immediatè ab Ecclesia.*

105 *Sed contrarium tenendum est.*

106 *Cur Sacerdos absolvat à censuris, non verò à peccatis, nomine Ecclesiæ?*

107 *Etiam Confessarius Summi Pontificis ab eo accipit jurisdictionem. Et explicatur quomodo id fieri possit.*

108 *Non repugnat posse quemlibet dare jurisdictionem in se ipsum. Deinde in Summo Pontifice ad hoc est speciali ratio.*

109 *Cur summus Pontifex non possit absolvere se ipsum à peccatis, possit tamen alteri dare jurisdictionem, ut ipsum absolvat.*

110 *An Summus Pontifex possit se absolvere à censuris?*

111 *Cur Summus Pontifex non possit alteri dare jurisdictionem, ut ipsum excommunicet; possit tamen dare, ut ipsum absolvat?*

112 *An possit alteri dare jurisdictionem, ut dispenset cum illo in votis, & ei indulgentias impertiat?*

104 S*Ecunda difficultas* est de jurisdictione Sacerdotum, sive Ordinarii sint, sive Delegati. Et eam accipi immediatè à Christo, positâ designatione Ecclesiæ solùm ut conditione, *sine qua non*, opinantur *Maior, & Sotus ubi suprà.* Et probatur *primò*, quia aliàs non facilè intelligeretur quomodo Parochus absolveret nomine Christi, & non potiùs nomine Ecclesiæ; at verò absolvit nomine Christi, ut patet ex suprà dictis. Et confirmatur; quia, ut diximus, quando Parochus absolvit ab excommunicatione, absolvit nomine Ecclesiæ, quia nimirùm ab ea accipit jurisdictionem ad absolvendum à censuris: ergo etiam, si ab ea acciperet jurisdictionem ad absolvendum à peccatis, absolveret nomine illius, ejusque authoritate. *Maior. Sotus.*

Secundò, quia aliter non apparet quomodo Summus Pontifex possit absolvi à suis peccatis; non enim potest absolvi à se ipso: sed neque ab alio, nam Summus Pontifex non potest alteri conferre jurisdictionem, quam ipse non habet supra se ipsum, ut absolvatur, sicut neque ut excõmunicetur.

105 *Nihilominus* ea, quæ diximus de jurisdictione Episcoporum, à fortiori habent locum in Sacerdotibus; & dicenda sunt de eorum jurisdictione, ut consideranti manifestum erit.

106 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* respondetur non posse Sacerdotes absolvere à peccatis nomine Ecclesiæ, quia ad absolvendum à peccatis requiritur potestas Ordinis per modum jurisdictionis incompleta, quæ non accipitur ab Ecclesia, sed immediatè à Christo. Et hinc est, quòd Sacerdos absolvit à censuris nomine Ecclesiæ: à peccatis verò nomine Christi, quia absolutio à censuris non est actus Ordinis, hoc est, promanans à potestate Ordinis, sed actus puræ jurisdictionis promanans à sola jurisdictione Ecclesiæ: at verò absolutio à peccatis est actus Ordinis promanans à potestate Ordinis, quæ, ut diximus, accipitur à Christo immediatè.

107 *Ad secundum* respondent aliqui primò: Confessarium Summi Pontificis excipi à regula generali aliorum Sacerdotum, & accipere jurisdictionem immediatè à Christo, posita electione à Põtifice, ut conditione, *sine qua non.* Sed hoc absque necessitate, & consequenter liberè dicitur. Quare respondendum est secundò, etiam Confessarium Summi Pontificis, ab eo accipere jurisdictionem, quam Pontifex, ut Pontifex, potest dare in se ipsum sumptum per modum ovis; nam Summus Pontifex, præterquam quòd sit Summus Pontifex, etiam est ovis Christi, indigens pascuis Sacramentorum; & Christus Dominus etiam pro illo instituit Sacramenta: quatenus ergo, ut supremus Pastor de plenitudine potestatis dat jurisdi-

 ctionem

ctionem in omnes oves, etiam potest dare jurisdictionem in se ipsum, quia etiã ipse est ovis.

108 Objicies primò: Nemo potest dare jurisdictionem supra se ipsum: ergo, &c. Respondetur antecedens in primis esse falsum, quia qui eligit judicem arbitrum, illi dat jurisdictionem supra se ipsum. Item Respublica communi consensu potest eligere aliquem sibi in supremum principem, illi tribuendo jurisdictionem supra se ipsam. Deinde in summo Pontifice est specialis ratio; quia, cùm sit supremus Pastor, habet jurisdictionem in omnes oves Christi, & consequenter supra se ipsum, quia etiam ipse est ovis Christi.

109 Objicies secundò: Summus Pontifex non potest absolvere se ipsum: ergo neque tribuere alteri jurisdictionem, ut absolvatur. Respondetur concedendo Summum Pontificem non posse se absolvere à peccatis: verùm inde non sequitur non posse alteri tribuere jurisdictionem, ut absolvatur. Et ratio est, quia Summus Pontifex non desinit posse se absolvere defectu jurisdictionis, sed defectu distinctionis à se ipso, nam forma absolutionis Sacramentalis, *Ego te*, requirit distinctionem.

110 Dixi (*Forma absolutionis Sacramentalis*) quia forma absolutionis à censuris, cùm sit merè Ecclesiastica, potest à Pontifice institui talis, ut cadat in ipsum absolventem: & hinc est, quòd Summus Pontifex non possit se absolvere à peccatis, quia non potest variare formam absolutionis Sacramentalis à Christo Domino institutam; potest tamen se absolvere à censuris (si fortè ligatus aliquâ in Pontificatum sit assumptus) quia potest instituere formam absolutionis ad id accõmodatam, ut cum cõmuni Theologorum alibi fusiùs prosequemur.

111 Objicies tertiò: Summus Pontifex non potest alteri dare jurisdictionem, ut ipsum excommunicet: ergo neque, ut eum absolvat à peccatis. Respondetur negando consequentiam. Diversa ratio est, quia excommunicatio non potest ligare Summum Pontificem, est enim actus merè Ecclesiasticus, qui jure divino est sub, ectus ipsi summo Pontifici, ut supremo principi, & capiti; ac proinde non potest in illum prævalere. At absolutio à peccatis, vel ejus negatio, potest ligare Summum Pontificem, est enim actus sacramentalis validus de jure divino, quem proinde Summus Pontifex non potest abrogare.

112 Utrùm verò possit alteri dare jurisdictionem, ut dispenset cum illo in votis, vel indulgentias impertiat? Respondetur etiam affirmativè, non, quòd istæ actiones non sint merè Ecclesiasticæ, tales enim sunt, sicut & excommunicatio est merè Ecclesiastica, possunt tamen illæ fieri, non verò hæc. Et diversa ratio est, quia illæ sunt gratiæ, & favores, qui non ligant; ac proinde possunt cadere in Pontificem Summum: excommunicatio vero ligat, & ideo repugnat cadere in Summum Pontificem; repugnat enim illum ligari actu merè Ecclesiastico cùm hic quoad valorẽ in fieri, & cõservari sit ipsi Summo Pontifici subjectus.

(✠)



TRACTA-

TRACTATUS TERTIUS

De materia Sacramenti Pœnitentiæ.



INCLUDIT tres disputationes. Prima agit de Contritione, prout est prima pars materiæ proximæ hujus Sacramenti. Secunda de Confessione, prout est secunda pars. Tertia de Peccatis, prout sunt materia remota.

DISPUTATIO PRIMA

De Contritione, prout est prima pars materiæ proximæ hujus Sacramenti.



SEX findītur sectionibus. In prima quæritur: Quid sit Contritio, prout distinguitur ab Attritione. In secunda: Qualis sit quoad aliquas perfectiones accidentales? In tertia: Quid sit Attritio, prout distinguitur à Contritione? In quarta: Utrum, & quæ Attritio sit materia hujus Sacramenti? In quinta Qualis Attritio sit materia hujus Sacramenti, quando confessio fit de Mortalibus? In sexta: Qualis esse debet, quando confessio fit de solis Venialibus?

SECTIO PRIMA.

Quid sit Contritio, prout distinguitur ab Attritione?

1 *Quid veniat nomine Contritionis?*
2 *Ponitur ejus definitio.*



1 NOMINE Contritionis, prout distinguitur ab Attritione, intelligimus illum actum, qui juxta doctrinam *Concilii Tridentini sess.* 14. *cap.* 4. de lege ordinaria extra Sacramentum sufficit ad justificationem, & remissionem peccati; & hunc debere esse actum elicitum virtutis charitatis, propter ejus motivum formale, ostendimus tractatu primo *à num* 185. ubi etiam *num.* 196. diximus non esse dilectionem formalem, sed solùm virtualem. Item *à num.* 202. non expellere formaliter peccatum, sed solùm dispositivè.

Conc. Trid.

2 Definitur ergo Contritio: *Detestatio peccati, prout est offensa Dei super omnia dilecti, cum proposito non peccandi de cætero.*

§. 1.

Utrùm Contritio detestetur peccatum super omnia?

3 *Quid sit detestari peccatum mortale super omnia?*
4 *Contritio illud super omnia detestatur.*

3 PRima difficultas: Utrùm Contritio detestetur peccatum mortale super omnia? Detestari peccatum mortale super omnia consistit in hac conditionali, *Si mihi eligendum esset, aut aliquod Mortale, aut quodvis aliud malum gravissimum, eligerem potiùs quodvis aliud malum gravissimum.*

4 Respondetur ergo Contritionem detestari peccatum mortale super omnia. Probatur primò, quia Contritio est propter Deum super omnia dilectum, & non potest esse propter Deum super omnia dilectum, quin eligat potiùs quod vis aliud malum gravissimum, quàm aliquod peccatum mortale: nam diligere Deum super omnia, est adhærere ejus amicitiæ præ omnibus aliis rebus, quæ illam possunt impedire; atqui quodlibet peccatum mortale illam impedit: ergo Contritio potiùs eligeret quodvis alium malum gravissimum, quàm peccatum mortale. Secundò

dò probatur ex illo Christi Domini Matthæi 10. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus;* hoc est,
Matth. 10. Qui non detestatur peccatum mortale super omnia, quæ intelliguntur nomine *Patris & Matris*, &c. seu (quod idem est) qui non eligeret potiùs quodvis aliud malum gravissimum, quàm peccatum mortale, non est me dignus. Tertiò probatur ex illo *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,* &c. hoc est, adhærendum tibi est Deo, ejusque amicitiæ præ omnibus aliis rebus, illi contrariis, ita ut eligas potiùs quodvis aliud malum gravissimum, quàm peccatum mortale. Quartò ex illo Matthæi 26. *Melius illi erat, si natus non fuisset.* Ubi
Matth. 26. Christus Dominus asserit melius esse Judæ non fuisse natum, quàm tale peccatum commisisse. Itaque comparat Judæ peccatum cum ejus esse; & judicat potiùs eligendum non-esse.

Objicies: Non est melius non nasci, quàm nasci in peccato originali, ut docet *P. Sanch. lib. 7. de Matrim. disp.* 102. *n.*
P. Sanch. 8. ibi: *Meliùs est puero sic esse cum Originali culpa, & carentia Visionis, quàm omnino non esse,* ut notat *D. Thom.* 1. 2. *q.* 83.
D. August. *D. Thom.* *art.* 1. *ad quintum.* Et colligitur ex *D. Augustino lib.* 5. *contra Julianum cap.* 8. Itaque peccatum originale est peccatum mortale: & tamen non est melius non nasci, quàm nasci in Originali. Respondeo nasci in Originali non esse committere aliquod peccatum; unde meritò dicitur, quòd melius est nasci in Originali, quàm absolutè non nasci. Itaque aliud est comparare commissionem alicujus peccati cum quolibet esse, aut non-esse; & sic meliùs est non esse, quàm committere quodlibet peccatum: aliud est comparare esse cum esse in peccato ab alio commisso; & sic, cùm sic esse, non sit peccatum, non est melius non esse, quàm sic esse, sed potiùs: inquit D. Thomas loco citato. *Melius est ei sic esse, quàm nullo modo esse, præsertim cùm possit per gratiam damnationem evadere.*

§. 2.

Utrùm Contritio detestetur peccatum magis, quàm Infernum?

5 *Magis detestatur peccatum, quàm Infernum, consideratum in pura ratione culpæ.*

6 *Quid de peccato comparato cum Inferno, prout representatur transigendus in actuali blasphemia, & odio Dei?*

7 *Probabile est, quòd, si homo in articulo mortis cum sola attritione non possit confiteri, nisi præmisso mendacio, teneatur illud proferre?*

8 *Satisfit argumentis contrariis.*

5 QUæres tamen primò: An Contritio detestetur peccatum non solùm magis, quàm quodlibet malum pœnæ temporalis, sed etiam magis, quàm Infernum? Et Infernus potest considerari dupliciter: Primò in pura ratione pœnæ. Secundò etiam in ratione culpæ, ut nimirum transigendus in peccato, hoc est, in actuali blasphemia, & odio Dei.

Quod attinet ad primum, Dicendum cum *D. Thoma quodlibet.* 1. *a.* 9. *D. Bonav. dist.* 16. *a.* 2. *q.* 1. *Paludano, Alensi, Soto,* & aliis, quos citat, & sequitur *Suar. disp.* 3. *sect.* 9. Accedunt *Lug. disp.* 5. *à n.* 30. *& Escobar tom.* 2. *lib.* 14. *de Pœnitent. Sacramento sect.* 2. *Problem.* 8. Contritionem detestari peccatum etiam magis, quàm Infernum. Probatur, primò, quia Infernus sub hac consideratione est purum malum pœnæ; & malum culpæ est detestabilius quolibet malo pœnæ; est enim (inquit Suarius) malum culpæ, malum simpliciter; malum pœnæ solùm est malum secundùm quid; nam illud repugnat Deo secundùm se, & rectæ rationi: hoc autem per se non est contra rectam rationem, & est incommodum soli homini. Hinc fit, quòd malum pœnæ eligi possit, & debeat ad vitandum malum culpæ, è converso autem nullo modo. *D. Thom. D. Bonav. Paludam. Alens. Sotus. P. Suar. P. Lug. P. Escob.*

Secundò probatur ex *D. Anselmo lib. de similitud. cap.* 190. ibi: *Si hinc. peccati pudorem, & illinc cernerem Inferni horrorem, & uni eorum necessariò haberem immergi, potiùs me in gehennam immergerem, quàm peccatum in me immitterem: mallem enim à peccato purus Infernum intrare, quàm peccati sorde pollutus Cælorum regna tenere.* *D. Anselm.*

Tertiò ex illo Apostoli *ad Romanos* 9. *Optabam ego anathema esse à Christo pro fratibus meis.* Et ex illo Moysis *Exodi* 32. *Aut dimitte eis hanc noxam; aut, si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Nam, si Apostolus, & Moyses potiùs volebant detrudi in Infernum, quàm videre proximos in peccato, à fortiori vellent potiùs Infernum, quàm se ipsos in pecca- *Ad Rom.* 9. *Exod.* 32.

to

to esse.

6 Quod attinet ad secundum de peccato comparato cum Inferno, prout repræsentatur transigendus in actuali blasphemia, & odio Dei, est maius dubium. *Durandus in 4. dist. 17. q. 5.* non admittit possibilitatem hujus casûs. Illam admittunt *Suar. cit. n. 6. fine, & Lugo disp. 5. n. 30.* Et sanè videtur negari non posse, ut si quis v. g. non potens elicere contritionẽ in articulo mortis, cum sola attritione sibi putet non posse cõfiteri, nisi præmisso mendacio; tunc enim ex altera parte est mendacium; & ex altera Infernus transigendus in æternis blasphemiis, & odio Dei. Quid in his terminis faciendum sit misero isti? solùm invenio tactum, non verò discussum à Doctoribus.

Durand. *P. Suar.* *P. Lug.*

Illud imprimis indubitatum videtur quòd, si miser ille utrumque reputet peccatum, nimirum, & mentiri in illa occasione, & permittere se detrudi in Infernum, teneri potiùs mentiri, quia hoc apparet minus peccatum, & ex duobus peccatis minus est eligendum. Affert *Suarius* exemplum rustici, qui si interrogatus à Tyranno de innocente, quem vult occidere, sibi putet peccare dicendo se de illo nescire, tenetur potiùs hoc mendacium proferre, quàm tradere innocentem, quod putat esse maius peccatum; ex duobus enim malis necessariis minus est eligendum. Et ita cum communi Theologorum tenet *Suarius cit. disp. 3. sect. 10. n. 4.*

P. Suar.

Utrùm verò sic eligendo minus peccatum, peccet? Affirmat *Suarius citatus*, quia facit id, quod putat esse peccatum, & deviat à sua conscientia, & recta ratione. Sed meliùs dicendum existimo, solùm putare peccare se; non tamen re ipsâ peccare coram Deo, quia non potest ei imputari ad culpam id, quod ipse tenetur facere, & à Deo laudabile est fecisse, imò esset dignus odio æterno, si non fecisset. Et ita opinantur *Lugo disp. 5. n. 40. Arriaga to. 1. in 1. 2. disp. 22. n. 19.*

P. Lug. *P. Arriag.*

7 Sed dubium est: An non respectivè ad ignorantiam, sed absolutè, si homo cum sola attritione in articulo mortis non possit confiteri, nisi præmisso mendacio, teneatur illud proferre? Pro parte negativa asserentium non teneri, nec posse, facit *primò*, quòd mentiri est peccatum; permittere autem se damnari non est peccatum: at verò peccatum non est committendum, facta comparatione ad quodlibet aliud malum. *Secundò*, quia non sunt facienda mala, ut veniant bona. *Tertiò*, quia illud, quod est intrinsecè malum, quo pacto se habet mendacium etiam levissimum, nulla ratione potest cohonestari. Hanc sententiam tenet *Lug. disp. 5. n. 60.*

P. Lug.

In contrarium pro parte affirmativa, quæ non videtur improbabilis, contendunt nonnulli Doctores, quos tacito nomine refert *Suar. cit. disput. 3. sect. 9. n. 4.* Et probatur, quia tenetur homo se eripere periculo morali peccati, juxta illud Sapientiæ *Qui amat periculum, peribit in illo*; at Infernus transigendus in æternis blasphemiis, & actuali odio Dei, est peccatum, tales enim sunt ipsæ blasphemiæ, & ipsum odium Dei: ergo, nisi homo se eripiat illius periculo, peccabit, idque peccato ejusdem rationis cum illo, cujus periculum est. Unde, si prædictus homo advertat exponere se periculo odii Dei, & ejus blasphemiarum, peccabit contra charitatem, & contra Religionem. Tunc sic argumentor: Hoc peccatum est maius, quàm mendacium, & ex duobus peccatis necessariis minus est eligendum.

P. Suar. *Sapient.*

8 Neque obstat *primò*, quòd mentiri sit peccatum, nam etiam non eripere se periculo transigendi æternitatem in continuis blasphemiis, & odio Dei, est peccatum, imò maius peccatum; & ex duobus peccatis minus est eligendum.

Non obstat *secundò*, quòd non sunt facienda mala, ut veniant bona; nam se non eripere periculo æterni peccati est facere malum; unde mentiri in hoc casu non est facere malum, ut veniant bona, sed est eligere minus, ne faciat maius malum.

Non obstat *tertiò*, quòd illud, quod est intrinsecè malum, quo pacto se habet mendacium, nulla ratione potest cohonestari; nam id solùm est verum, quando malum est liberum, non verò quando est necessarium, & in præsenti casu prædictum mendacium non est liberum, sed necessarium; quando enim ex duobus peccatis alterum necessariò est eligendum, tunc minus peccatum non est liberum, sed necessarium necessitate quadam etsi non physicâ, saltem morali. Et hoc sanè videtur negari non posse in quæstione sumpta in primo sensu, quod homo in articulo mortis constitutus, saltem ex opinione sua, utrumque reputat peccatum, nimirum mentiri, & non confiteri: sed hoc ultimum reputat maius peccatum;

 tunc

tuno enim non est dubium teneri mentiri, ac proinde ejus mendacium propter necessitatem cohonestari.

Non obstat quartò, sequi ex hac doctrina posse quemlibet mentiri venialiter, ut effugiat periculum peccati mortalis; nam hoc solùm speciale est in periculo Inferni. Et hujus diversa ratio est, quia periculum alterius peccati non affert ejus necessitatem, sed adhuc manet liberum, & evitabile ipsum peccatum: at periculum Inferni transigendi in actuali blasphemia, & odio Dei affert ejus necessitatem inevitabilem.

§. 3.

Utrùm Contritio detestetur unum peccatum magis, quàm aliud?

9 *Videtur detestari omnia æqualiter.*

10 *Dicendum tamen magis detestari peccatum gravius.*

11 *Peccatum gravius magis destruit amicitiam Dei, quàm minùs grave.*

12 *Electio conditionalis peccati minùs gravis præ graviori non continet peccatum.*

13 *Utrùm verò inversio ordinis, & electio peccati gravioris præ minùs gravi contineat peccatum mortale? Aliqui negant.*

14 *Dicendum tamen esse peccatum mortale, quando excessus est notabilis: secùs quando excessus notabilis non est.*

15 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

16 *In electione conditionali peccati gravioris datur affectus ad peccatum conditionatum. Et explicatur quomodo hic possit esse culpabilis.*

17 *Quo sensu aliquando dicant viri timorati:* Si essem damnandus, vellem potiùs vivere voluptuosè, quàm sobriè, & rigidè.

9 QUæres tamen primò: Utrùm Contritio detestetur omnia Mortalia æqualiter, an potiùs unum supra aliud, hoc est, gravius supra minùs grave? Et videtur detestari omnia æqualiter. *Primò*, quia omnia æqualiter tollunt amicitiam Dei, & destruunt ejus gratiam. *Secundò*, quia detestari peccatum gravius supra minùs grave consistit in ista conditionali: *Si mihi committendum esset alterum ex his duobus peccatis, committerem potiùs minùs grave.* At ista conditionalis videtur peccaminosa; nam peccatum minùs grave non potest eligi absolutè, imò neque consuli: ergo neque conditionatè.

10 *Nihilominus* dicendum Contritionem detestari peccatum gravius supra minùs grave. Ita communis Theologorum cum *D. Tho.* quos citant, & sequuntur *Suar. disp.* 4. *sect.* 14. *Granad. tract.* 2. *d.* 7. *n.* 40. *Lugo d.* 5. *sect.* 4. *Coninck. d.* 2. *dub.* 9. *Bonac. d.* 5. *q.* 5. *p.* 7. *n.* 5. *cum Valent. to.* 4. *d.* 7. *q.* 8. *p.* 5. *Petig.* 2. *p. disp.* 14. *q.* 3. *a.* 9. *conclus.* 4. *Henr. l.* 4. *cap.* 24. *n.* 3. *& cap.* 27. *n.* 2. *Regin. l.* 5. *n.* 96. & aliis pluribus. Et probatur, quia hoc necessariò sequitur ex eo quòd Contritio sit dilectio Dei; nam, si detestatur peccata ex eo quòd sint contra Deum, magis debet detestari ea, quæ sunt graviora, & magis ac magis contra Deum: consistit autem hic excessus, ut dictum est, in ista conditionali: *Si mihi committendum esset alterum ex his duobus peccatis, committerem potiùs minùs grave, quàm gravius.*

D. Thom. P. Suar. P. Granad. P. Lug. P. Coninck. P. Valent. Petigianus P. Henriq. P. Reginal.

11 Neque verum est *primò*, omnia Mortalia æqualiter destruere amicitiam Dei; omnia quidem destruunt, non tamen æqualiter, sed unum magis, aliud minùs graviter; nam unum est offensa magis, aliud est offensa minùs gravis.

12 Non etiam verum est *secundò*, illam electionem conditionalem continere peccatum, nam illa solùm procedit in casu, quo necessariò committendum esset alterum ex duobus peccatis, & tunc debet eligi minus, illudque consuli. Unde patet, quid dicendum sit ad electionem absolutam; illa enim est illicita, quando est libera, non quando est necessaria, ut ex inferiùs dicendis constabit.

13 *Utrùm verò* inversio ordinis, & electio peccati gravioris præ minùs gravi sit culpa mortalis? Negat cùm *Soto q.* 3. *a.* 3. *Led.* 2. *p. q.* 2. *a.* 3. *Ricard. a.* 1. *q.* 5. *Dur. Victoria, Mantic. Guevara,* & aliis, quos citat, & sequitur *Henr. l.* 1. *de pœnit. cap.* 27. *n.* 8. Probatur *primò*, quia utrumque Mortale continet aversionem à Deo; quare eligere unum præ alio non videtur addere malitiam gravem. *Secundò*: In isto casu nullus datur voluntatis affectus ad illud maius peccatum, imò voluntas neutrum vult, sed significat quid vellet, si in illo impossibili constitueretur. *Tertiò*, quia plures

Sotus. Ledesma. Ricardus. Durand. Victoria. Mantica. Guevara. P. Henriq.

plures viri timorati solent dicere: *Si futurus essem hæreticus, mallem esse Atheista, quam Arianus*: & tamen Atheismus est gravius peccatum.

14 Distinctione tamen utendum videtur, potest enim comparatio fieri aut inter duo Mortalia, quæ se notabiliter non excedunt; & tunc excessus, cùm non sit notabilis, non videtur gravis: aut inter duo Mortalia, quæ se notabiliter excedunt; & tunc excessus, cùm sit notabilis, videtur gravis. Et ita cum Suar. Coninck, & aliis pluribus tenent. *Bonac. cit. n. 6. Lug. n. 41. Præpos. q. 86. art. 1. dub. 8.* Et confirmatur, quia illa conditionalis: *Si peccandum mihi esset, peccarem potius decies, quàm semel*, continet malitiam gravem: illi autem æquipollet hæc: *Ex duobus peccatis eligerem gravius.*

P. Suar. P. Coninck. Bonacin. P. Lug. P. Præpos.

15 *Ad primum* respondet *Henr.* utrumque peccatum continere aversionem à Deo, at peccatum gravius continere aversionem magis gravem.

P. Henriq.

16 *Ad secundum* respondetur in prædicto casu nullum ad peccatum gravius dari voluntatis affectum absolutum; dari tamen conditionatum; & licèt voluntas de facto neutrum velit absolutè, vult tamen conditionatè peccatum gravius: at verò objectum conditionatè volitum (nisi præscindat à malitia) eam refundit in suum actum, ut si dicas: *Si essem Romæ, committerem hoc peccatum.* Et explicatur; quia, ut ipse *Henr.* concedit, conditionalis electio peccati mortalis præ veniali continet culpam gravem. Item electio peccati gravioris præ minus gravi, ut ipse fatetur, continet culpam venialem: ergo objectum conditionatè volitum refundit malitiam in suum actum.

17 *Ad tertium* respondetur illam conditionalem: *Si essem hæreticus, forem potius Atheista, quàm Arianus*, proferri à viris timoratis, aut ad ostendendam falsitatem Arianismi; aut sine advertentia ad maiorem malitiam, sed ad solum maius commodum temporale; quo sensu etiam dicunt: *Si essem damnandus, mallem vivere voluptuosè, quàm sobriè, & rigidè*: non enim advertunt ad maiorem malitiam; sed ad maius commodum.

§. 4.

Utrùm Contritio detestetur peccatum proprium super alienum?

18 *Detestatur peccatum mortale proprium magis, quàm alienum.*

19 *Item peccatum veniale proprium magis, quàm mortale alienum.*

20 *Proponitur, & solvitur optimum argumentum.*

18 Quæres secundò: Utrùm Contritio detestetur peccatum propriũ super alienum? Et quidem, si quæstio procedat de peccato proprio mortali, respondendum est affirmativè cum eisdem Doctoribus ubi proximè. Et probatur, quia peccatum mortale proprium tollit amicitiam divinam, non ita alienum; at Contritio adhæret amicitiæ divinæ præ omnibus aliis rebus, quæ illam possunt destruere.

19 Si autem quæstio procedat de peccato veniali proprio, adhuc respondendum est affirmativè; quia non est eligendum peccatum veniale proprium pro vitando mortali alieno, juxta illud Apostol. *ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.* ad Rom. 3.

20 Objicies: Peccatum mortale alienum est magis nocivum Deo, quàm veniale proprium, licèt Veniale proprium sit magis nocivum tibi, quàm Mortale alienum: ergo Mortale alienum est magis detestabile; nam vera charitas magis curat ea, quæ sunt Dei, quàm quæ sua sunt. Et declaratur; quia, si per impossibile peccatum mortale proprium esset necessarium ad vitandum aliquod damnum Dei intrinsecum, vera charitas, posthabito Mortali proprio, occurreret ad defendendum Deum. Respondetur, peccatum mortale alienum esse magis nocivum Deo, quàm Veniale proprium: at hoc nocumentum est merè extrinsecum, & tale, ut magis placeam Deo, vitando peccatum veniale proprium, quàm mortale alienum. Instantia de damno Dei intrinseco non convincit; tunc enim peccatum proprium, quod esset medium necessarium ad vitandum damnum Dei, censeretur necessarium; & magis placerem Deo illum defendendo, quàm vitando tale peccatum necessarium.

§. 5.

Utrùm Contritio detestetur peccatum actuale magis, quàm Originale?

21 *Magis detestatur peccatum mortale actuale, quàm Originale.*

22 *An detestabilius sit Veniale, quàm Originale? & consequenter, An Beata Virgo potiùs eligeret Veniale, quàm Originale?*

23 *Distinguitur, & explicatur hæc quæstio.*

24 *Resolvitur detestabilius esse Veniale, quàm Originale sumptum quoad contractionem maculæ, quæ in conceptione incurritur.*

25 *Peccatum veniale extra articulum mortis etiam est detestabilius, quàm Originale sumptum quoad commissionem per voluntatem Capitis.*

26 *Originale est maius peccatum, quàm veniale, at minùs voluntarium, utpote commissum per voluntatem alienam.*

27 *Veniale magis opponitur amori ex parte hominis: Originale magis opponitur ex parte Dei. At verus, & rectus amor magis curat amare, quàm amari.*

28 *An Originale magis dedeceat Beatam Virginem, quàm Veniale? Utrumque magis dedecet in suo genere.*

21 QUæres tertiò: Utrùm Contritio detestetur peccatum proprium actuale super Originale? Et, si quæstio procedat de actuali mortali, tenenda est resolutio affirmativa, quia peccatum actuale est magis voluntarium, utpote commissum voluntate propria: peccatum originale non est commissum voluntate propria, sed aliena: at peccatum quò est magis voluntarium, est magis detestabile: ergo,&c.

22 Si verò quæstio procedat de actuali Veniali, videtur Originale esse detestabilius. Et ita sentiunt *Spinel. in suo throno cap. 7. n. 7.* & nonnulli Concionatores agentes de Conceptione Beatæ Virginis, quatenus dicunt, si Beata Virgo ex duobus esset electura, aut Veniale, aut Originale, potiùs electuram Veniale, quam Originale; nam Veniale non destruit amicitiam Dei, neque privat gratiâ, & charitate, Originale verò maximè. Spinel.

23 Verùm hæc doctrina indiget examine, & distinctione; nam peccatum originale potest considerari dupliciter. Primò, quando commissum est in Adamo, *in quo omnes peccaverunt.* Secundò, quando in conceptione contrahitur. Ubi diligenter notandum est, peccatum originale non committi in conceptione, sed commissum esse in Adamo: in conceptione illud tantùm pati incipimus, & in Adamo commissum contrahimus.

24 *Dico primò*: Peccatum Veniale est detestabile super Originale sumptum quoad contractionem maculæ, quæ in conceptione incurritur. Probatur, quia contractio Originalis non est peccatum, sed ejus passio & contractio: at peccatum veniale est detestabile super omne aliud malum, quod peccatum non est. Explico me; quia, si quis sciat se esse in statu peccati, & non posse ab illo liberari, nisi committendo unum peccatum veniale, non poterit illud committere, quia non sunt facienda mala, ut veniant bona. Unde, si aliquis cognosceret se esse in peccato mortali, & putaret non posse ab illo liberari, nisi per Sacramentum Pœnitentiæ, quod aliter adire non posset, nisi mentiendo venialiter, certè non posset ita mentiri. Sed de his pleniùs *n. 5.* Vide, quæ diximus ibi.

25 *Dico secundò*: Peccatum Veniale etiam videtur detestabile super Originale, sumptum quoad commissionem per voluntatem Capitis. Hæc est minùs certa, quàm prima; videtur tamen valde probabilis, & traditur *à P. Sanch. lib. 7. de matrim. d. 102. n. 8.* Et probatur primò, quia peccatum veniale est magis voluntariū, utpote commissum per volūtatem propriam: nam peccatum originale solùm est commissum per voluntatem alienam, in qua nostræ per ordinationem divinam solùm moraliter erant alligatæ. Secundò, quia Veniale est reprehensibile, non ita Originale; nam reprehendere est dicere, *Cur hoc fecisti?* Tertiò, & à priori; quia, licèt peccatū originale afferat maiorē separationē volūtatis divinæ à nobis, tamèn peccatū veniale affert maiorē separationē voluntatis propriæ à Deo: at verus amor magis procurat amare, quàm amari.

26 Objicies primò: Peccatum originale est maius peccatum, quàm veniale, ut bene cum *Suar. & Azor.* probant *Spinel. cit. & Gran. 1. 2. controv. 6. de peccatis tr. 8. d. 2. sec. 4.* at maius peccatum, est detestabilius. Respondetur ita esse, cæteris paribus; non tamen, quando minus peccatum committitur per voluntatem propriam: & maius solùm per voluntatem alienam; nam hoc secundum stare potest cum eo, quòd quis maximè amet Deum: P. Suar. P. Azor. P.Spinel. P.Granad.

non

non ita primum.

27 Objicies secundò: Peccatum originale destruit amicitiam divinam; non ita peccatum veniale: Contritio verò adhæret amicitiæ divinæ præ omnibus aliis rebus illi contrariis: ergo detestatur Originale super Veniale. Respondetur Contritionem adhærere præ cæteris amicitiæ divinæ, quantum ipsa amicitia est ex parte nostra, non quantum est ex parte Dei. Et hoc patet exemplo illius, qui putaret se amicitiam divinam in Sacramento consecuturum, mediante mendacio; hic enim non posset mentiri, ut consequeretur amicitiam Dei. At peccatum Veniale magis opponitur amicitiæ divinæ, prout illa est ex parte nostra, quàm peccatum originale; siquidem Originale, ut dixi, stare potest cum eo, quòd Deum maximè amemus: non ita peccatum Veniale.

28 Objicies tertiò: Magis dedecebat peccatum originale Beatam Virginem, quàm Veniale: ergo Originale est magis detestabile. Respondetur in primis utrumque peccatum dedecere Beatam Virginem, quodlibet magis in suo genere; Originale, quia est maius peccatum; Veniale, quia magis voluntarium. Item Originale, quia magis separat Deum ab amore animæ; Veniale, quia magis separat animam ab amore Dei.

§. 6.

Utrùm Contritio debeat esse virtualis de omnibus Mortalibus?

29 *Quæ faciant pro parte negativa.*

30 *Tenenda tamen resolutio affirmativa.*

31 *Cur contritio unius Mortalis non se extendat ad Venialia, neque contritio unius Venialis se extendat ad omnia; & tamen contritio unius Mortalis necessariò se extendat ad omnia Mortalia?*

32 *Non est necesse, quòd contritio se formaliter extendat ad omnia Mortalia, satis est, quòd se extendat virtualiter. Et explicatur quid sit extensio formalis, & virtualis.*

33 *Communiter dicitur, etiam actus aliarum virtutum, qui habent motivum generale, se extendere virtualiter ad omnia objecta materialia. Et hujus afferuntur tria exempla.*

34 *In hac opinione dicendum est, quando actus temperantiæ, vel justitiæ non se extendit ad omnem materiam ipsius virtutis non habere motivum adæquatum generale, sed illi admisceri aliquod particulare.*

35 *His non obstantibus, non videtur negandum, posse actum alicujus virtutis, tametsi feratur ex motivo generali, sistere in una materia quin se extendat ad aliam.*

36 *Cur actus aliarum virtutum eliciti ex motivo generali non necessariò se extendant ad omnem materiam: Actus verò contritionis necessariò detestetur omnia Mortalia?*

37 *Cur actus fidei, quo hæreticus credit uni articulo, non sit actus veræ fidei? An attritio ex metu gehennæ necessariò se extendat ad omnia Mortalia?* Ibidem. *An propositum non peccandi de cætero ex motivo charitatis se necessariò extendat ad omnia Mortalia?* Ibidem.

29 **S***Ecunda difficultas*: Utrùm contritio unius Mortalis virtualiter se extendat ad omnia? Et pro parte negativa facit *primò*, quòd contritio unius Mortalis non se extendit ad Venialia, neque contritio unius Venialis se extendit ad omnia Venialia. Potest enim quis habere contritionem de Mortalibus, & tamen adhærere Venialibus: Item habere contritionem de uno Veniali maximo, & tamen adhærere aliis Venialibus levioribus: ergo etiam contritio unius Mortalis non se extendet ad omnia Mortalia.

Secundò, quia potest quis meminisse de uno Mortali tantùm, quin aliorum recordetur; & tunc contritio videtur esse tantùm de illo, cujus meminit, & non de aliis, quæ non novit; nihil enim volitum, quin præcognitum.

Tertiò, quia aliæ virtutes possunt elicere actum, quo fugiant ab uno peccato, non tamen ab omnibus aliis sui generis illi contrariis. v. g. temperantia potest elicere actum, quo propter motivum ipsius temperantiæ fugiat à fructibus, non tamen a vino; & è contra, à vino, non tamen à fructibus. Item justitia potest elicere actum, quo propter motivum ipsius justitiæ fugiat ab homicidio, non tamen à furto; & è contra, à furto, non tamen ab homicidio. Et urgetur; quia, sicut motivum contritionis est generale ad omnia Mortalia, ita motivum temperantiæ est generale ad omnia peccata mortalia intemperantiæ: & motivum justitiæ ad omnia pecca-

peccata injustitiæ. Et tamen temperantia potest dolere de uno peccato intemperantiæ, quin doleat de aliis; & eodem modo justitia de uno peccato injustitiæ, quin doleat de aliis: ergo, &c.

30 *Nihilominus* dicendum contritionem non posse esse unius Mortalis, quin virtualiter se extendat ad omnia. Ita communis Theolog. quos sequitur *Suar. d. 3. sec. 8. Lug. d. 5. sec. 6. Coninck. d. 1. dub 5 n. 30.* Probatur, quia contritio, ut ostendimus, est propter Deum super omnia dilectum; hoc est, adhæret amicitiæ divinæ præ omnibus aliis rebus, quæ stare nō possunt cum illa: ergo est fuga omnium Mortalium, quia nullum stare potest cum amicitia divina.

P. Suar. P. Lugo. P. Coninck.

31 *Ad primum* concedo contritionem unius Mortalis non se extendere ad omnia Venialia, neque cōtritionem unius Venialis se extendere ad omnia Venialia: inde tamen non sequitur, contritionem unius Mortalis non se extendere ad omnia Mortalia. Diversa ratio est, quia contritio quoad suam essentiam solum adhæret amicitiæ divinæ præ cæteris, quæ stare non possunt cum ipsa amicitia; at Venialia stare possunt cum amicitia divina: unde contritio solum se extendit ad Mortalia, non ad Venialia. Quòd si sermo sit de contritione præfectissima, quæ adhæret amicitiæ divinæ, non solum præ cæteris, quæ possunt destruere ipsam amicitiam, sed etiam quæ ipsam possunt, vel venialiter offendere, tunc se extendet ad omnia non solùm Mortalia, sed etiam, aut ad aliqua Venialia maioris momenti duntaxat, aut ad omnia.

32 *Ad secundum* Respōdetur solùm probare posse dari contritionem formalem unius Mortalis, quin formaliter, non tamen quin virtualiter, se extendat ad omnia Mortalia. Tunc contritio formaliter se extendit ad omnia Mortalia, quando procedit ex apprehencione omnium, sive explicita, sive implicita: tunc autem se extendit virtualiter ad omnia Mortalia, quando non procedit ex apprehensione eorum omnium; ita tamen adhæret amicitiæ, divinæ, ut comparatione illius postponat omnia contraria. Contritio ergo, licèt non semper se extendat ad omnia Mortalia primo modo, extensione formali, de qua inferiùs, semper tamen se extendit ad illa secundo modo, extensione virtuali.

33 *Ad tertium* communiter responderi solet, etiam actus aliarum virtutum, qui procedunt ex motivo generali, virtualiter se extendere ad omnia alia objecta materialia, in quibus reperitur idem motivum formale; & hujus afferunt tria exempla: *Primum* est actus fidei, qui ex eo, quòd procedat propter authoritatem divinam, virtualiter se extendit ad omnes alios articulos fidei, in quibus sit eadem authoritas divina: unde qui se ita non extendit, non est actus fidei divinæ. Et hinc est, inquiunt, quòd hæreticus, qui non credit uni articulo, nulli credit fidei divinæ. *Secundum* exemplum est actus attritionis, quando detestatur peccatum ex metu gehennæ; nam hic actus etiam virtualiter se extendit ad omnia Mortalia, prō quo e jus motivum est generale ad omnia Mortalia: quodlibet enim Mortale est dignum gehennâ. *Tertiū* est propositum non peccandi ex motivo charitatis; nam hoc etiam ex eo, quòd sit ex motivo generali, se extendit ad omnia Mortalia.

34 Neque obstat, quòd aliquando actus unius virtutis elicitus ex motivo generali illius, non se extendat virtualiter ad omnia objecta materialia ipsius virtutis. Verbi gratiâ, actus temperantiæ ad omnem materiam temperantiæ, actus justitiæ ad omnem materiam justitiæ; nam in his casibus aliquod motivum particulare admiscetur generali, ex quo, & ex generali integratur motivum totale: v. g. qui propter motivum temperantiæ abstinet à vino, non tamen à fructibus, vel è contra, motivo temperantiæ admiscet, ut rationem motivam, particularem indecentiam vini, quam non invenit in fructibus, vel nocumentum valetudinis, quod invenit in fructibus, non in vino. Item qui ex motivo justitiæ desistit furto, non tamen homicidio, vel è contra, motivo justitiæ admiscet, ut rationem motivam, particularem turpitudinem, quam invenit in uno, & non in alio. Stando igitur hac doctrina, & modo dicendi, afferendū est contritionem unius Mortalis se extendere virtualiter ad omnia Mortalia; quia motivum contritionis adæquatum est generale, nimirum bonitas divina super omnia dilecta, non ita motivum adæquatum temperantiæ, & justitiæ in prædictis casibus.

35 Verùm hæc doctrina, licèt sit omnium ferè communis, mihi non placet; quia negat posse aliquem ex motivo generali alicu jus virtutis fugere ab uno

ejus

ejus contrario, quin fugiat ab omnibus aliis, quod est falsum; potest enim quis amare illud motivum generale affectu moderato, & mediocri, non illo summo super omnia, ejus contrario: hoc est, potest amare motivum temperantiæ super delectationem, quam sentit in potu, non tamen super delectationem, quam sentit in esu fructuum; vel è contra. Item potest amare motivum justitiæ super convenientiam, quam invenit in homicidio, non tamen super convenientiam, quam invenit in furto, vel è contra: quo posito, iste actus solùm erit fuga unius contrarii, & nõ aliorum.

36 Stando igitur hac doctrina, & faciliori, imò veriori dicendi modo, Respondendum est ad tertium, alias quidem virtutes posse elicere actum, quo fugiant ab uno contrario, quin fugiant ab omnibus aliis, quando scilicet non feruntur ex affectu ad suum motivum super omnia contraria: aliter dicendum, quando feruntur ex affectu ad suum motivum super omnia contraria. At contritio semper fertur ex affectu ad amicitiam divinam super omnia contraria: est enim contritio ultima dispositio ad gratiam; & aliter eam noluit acceptare Deus, nisi sit ex affectu ad illũ super omnia contraria, ut constat ex dictis initio primæ difficultatis.

37 Neque tria exempla, quibus intenditur actum unius virtutis elicitum ex motivo generali se extendere virtualiter ad omnem materiam ipsius virtutis, id convincunt. *Ad primum* de actu fidei dicendum est, actum fidei, quo hæreticus credit uni articulo, & non aliis, non esse fidem divinam ex duplici capite: Primo, quia hæreticus non credit propter authoritatem divinam cognitam per afflatum Spiritûs Sancti lumine supernaturali, sed naturali; juxta ea, quæ diximus *tract.* 1. *n.* 138. Secundo, quia non credit ex pia affectione ad ipsam authoritatem divinã super omnia contraria, quam affectionem postulat ipsa authoritas divina, est enim infallibilis in omni materia; unde in omni exigit sui appretiationem super omnia contraria.

Ad secundum exemplum de attritione ex metu gehennæ distinguendum est inter attritionem, quæ timet Infernum super omnia; quæ illum inducunt, & sic se extendit ad omnia Mortalia; & inter attritionem, quæ non timet Infernum super omnia, namirum super infamiam, &c. & sic non se extendit ad omnia Mortalia. *Ad tertium* propositi non peccandi ex motivo caritatis. Respondetur, se extendere ad omnia Mortalia, quia est ex affectu ad amicitiam divinam super omnia contraria, & quodlibet Mortale est contra amicitiam divinam.

§. 7.

Utrùm, & quomodo Contritio includat propositum non peccandi de cætero?

38 *Certum est contritionem includere propositum virtuale.*

39 *Refertur prima sententia asserentium contritionem requirere propositum formale.*

40 *Secunda sententia asserentium non requirere propositum formale, sed solo virtuali contentam esse.*

41 *Resolvitur, quòd regulariter loquendo requirit propositum formale; & id ostenditur ex Scriptura.*

42 *Deinde ratione, exemplo, & praxi.*

43 *Quàm necessarium sit hujusmodi propositum.*

44 *An Magdalena, & David illud elicuerint in instanti suæ conversionis?*

45 *Cur sufficiat amor virtualis, non verò propositum virtuale?*

46 *Cur sufficiat contritio contenta in amore, non verò propositum contentum in contritione?*

47 *Cur sufficiat contritio contenta in proposito, non verò propositum contentum in contritione?*

48 *Si loquamur respectivè ad aliquos casus speciales, & necessitatis, sufficit propositum virtuale.*

38 TErtia *difficultas*: Utrùm Contritio requirat propositum non peccandi de cætero? Et non est dubium includere propositum virtuale; est enim ipsa Contritio dolor, ac detestatio peccati propter Deum super omnia dilectum, adhærens efficaciter ejus amicitiæ præ omnibus aliis rebus ei cõtrariis. hujusmodi autem adhæsio habet vim, & virtutem propositi non peccandi de cætero mortaliter. Solùm quærimus: Utrùm sufficiat istud propositum virtuale, an præter illud requiratur aliud distinctum formale?

39 Prima sententia asserit requiri propo-

propositum distinctum formale. Ita *D. Tho. hic, q. 85. & 86. & 3. contra gentes c. 118. & l. 4. cap. 2. & in 4. d. 17. q. 2. Alens. 4. p. q. 12. & 16. Albertin. & D. Bonav. in. 4. d. 14. Caiet. to. 1. opusc. tr. 4. Sot. lec. 17. de Pænit. Can. relect. de Pænit. p. 1.* & alii, quos citant, & sequuntur *Bellar. l. 2. de Pænit. cap. 6. Valent. d. 7. q. 8. pu. 6. Gran. de grat. tr. 9. d. 4. n. 13. Tolet. l. 3. c. 9.* Probatur primo ex sacra Pagina, ubi ad instans justificationis prærequiritur nova vita, juxta illud *Apoc. 2. Age pœnitentiam, & prima opera fac,* &c. illud *Ezech. 18. Facite vobis cor novum, & spiritum novum,* &c. At verò hæc nova vita non potest prærequiri in re, non enim potest re exerceri in instanti: ergo prærequiritur in proposito.

D. Thom. Alensis. Albert. D. Bonav. Caietan. Sotus. Canus. P. Bellar. P. Valent. P. Granad. P. Tolet. Apoc. 2. Ezech. 18.

Secundò ex pluribus textibus apud *Gratianum de Pænit. dist. 3. & causa. 33. q. 3.* quatenus dicunt contritionem esse dolorem cum proposito non peccandi; quod expressius docuit *Concilium Florent. in instructione Armenorum sub Eugenio*, ubi dicit contritionem esse partem Pœnitentiæ, ad quam spectat dolor de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Quod etiam docuit *Concilium Trident. sess. 6. cap. 6.* ubi inter actus, qui sunt dispositio ad justificationem, adnumerat propositum non peccandi distinctum ab amore Dei, & à detestatione peccati: & clariùs *sess. 14. cap. 4.* ubi definit, *Contritionem esse dolorem, & detestationem de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero.* Et ponderandum est loqui Concilium de proposito distincto à contritione: ergo de proposito formali; nam propositum virtuale includitur in ipsa contritione.

Gratian. Florent. Trident.

Tertiò probatur ratione, quia non est minùs accommodatum medium ad obtinendam delicti veniam ipsum propositum emendæ, quàm dolor, & detestatio delicti commissi: ergo. &c.

40 Secunda sententia contendit sufficere propositum virtuale. Ita *Maior, & Almai. 4. d. 14. q. 1. Adr. in 4. q. 1. de Pænit. Veg. l. 13. in Trid. cap. 23. Med. cod. de Pænit. tr. 1. q. 7. Navar. manual. n. 15.* & alii cum *Vasq.* quos citant, & sequuntur *Turrian d. 9. dub. 6. Hurt. d. 2. diff. 1. Bonac. q. 5. sect. 1. pun. 8. n. 2. Diana. p. 3. t. 4. resolut. 119.* Probatur primò, quia propositum formale non est necessarium necessitate medii; nulla enim assignabitur ratio id convincens: neque necessitate præcepti, nam loca Scripturæ, & Concilia, quæ eam inducere videntur, sufficienter explicantur de proposito virtuali: imò de illo debent explicari, quia ex aliis locis Scripturæ constat soli contritioni, nulla facta mentione propositi, adscribi justificationem, ut constat ex illo *2. Reg.* nam ubi David dixit (*Peccavi*) statim illi respondit justificatio, ut constat ex illo: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum,* &c. Unde *D. Aug. homil. 41. Tres,* inquit, *Syllabæ sunt, Peccavi, sed in his tribus flamma sacrificii coram Domino ascendit.* Item Contritioni Magdalenæ, nulla facta mentione propositi, tribuitur justificatio: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* &c. Et tamen dilectio, vel contritio, non sunt propositum formale, sed solùm virtuale: ergo de hoc debent intelligi Concilia, & Scriptura. Neque obstat quòd aliquando loquantur de proposito, ut de distincto; solùm enim loquuntur de illo, ut de distincto virtualiter, non ut de distincto à parte rei: quo pacto etiam loquuntur de attributis divinis, ut de distinctis, juxta illud *ad Rom. 1. Invisibilia Dei,* &c. Et *1. ad Cor. 2. Quæ sunt Dei,* &c. Et tamen attributa solum distinguuntur virtualiter, & non à parte rei.

Maior. Almain. Adrian. Medin. Navarrus P. Vasq. P. Turriā. P. Hurt. Bonac. Diana. 2. Reg. D. August. Ad Rom. 1. 1. ad Cor.

Secundò probatur, quia non minus requiritur ad justificationem amor, vel contritio, quàm propositum non peccandi: at sufficit amor virtualis contentus in cōtritione; & contritio virtualis contenta in amore: ergo etiam sufficiet propositum virtuale contentum in contritione. Tertiò, quia sufficit virtualis contritio contenta in proposito formali: ergo etiam sufficiet propositum virtuale contentum in contritione formali.

41 *Nihilominus* distinctione opus est; possumus enim loqui de eo, quod absolutè, & per se loquendo, requiritur; aut de eo, quod sufficit respectivè ad aliquos casus necessitatis, & speciales.

Dico primò: Absolutè, & per se loquendo requiritur propositum formale distinctum. Hoc saltem probare videntur Authores primæ sententiæ: & certè cum hac limitatione, & in his terminis loquuntur *Suar. d. 4. sec. 3. Tanner. q. 6. n. 16. Coninck. d. 2. dub. 6. Lug. d. 5. n. 97. Filliuc. Reg. & alii.* Probatur primò, quia hoc convincunt loca Scripturæ, & Concilia ubi suprà, debent enim intelligi de necessitate propositi formalis absolutè, & per se lo-

P. Suar. P. Tanner P. Coninck P. Lug. P. Filliuc. P. Reginal

se loquendo: nam alia loca Scripturæ, quæ justificationem attribuunt contritioni, nulla facta mentione propositi, loquuntur respectivè ad casus necessitatis, & speciales; quod non tollit, quominus priores textus possint intelligi de necessitate propositi formalis absolutè, & per se loquendo: ergo ita debent intelligi; nam hic est proprius sensus illorum verborum: & textus, si possunt, debent intelligi in proprio sensu.

42 Secundò probatur ratione, exemplo, & praxi. Ratione, quia propositum est connexum cum contritione, morali quadam necessitate resultans ex illa; non enim minùs resultat ex contritione, quàm ipsa contritio resultat ex amore: at contritio resultat ex amore, morali quadam necessitate, ita ut absolutè, & per se loquêdo dari non possit amor sine contritione. Idcirco *tractatu 1. d. 2. sec. 3. diff. 1.* resolvimus præter dilectionem formalem absolutè, & per se loquendo requiri formalem Pœnitentiam, seu contritionem: ergo etiam propositum formale resultabit ex contritione, eâ necessitate, ut absolutè, & per se loquendo dari non possit contritio sine proposito formali. Exemplo probatur, quia parentes à filiis, & domini à servis, præter detestationem culpæ, exigunt propositum expressum emendæ. Praxi, quia Confessarii de illo solent pœnitentes interrogare: ergo, &c.

43 Neque obstat primò, quòd hujusmodi propositum, neque sit necessarium necessitate medii, neque necessitate præcepti; dicendum enim est esse necessarium necessitate medii, ita ut absolutè, & per se loquendo, non possit peccator justificari sine illo. Et ratio est, quia non potest justificari sine contritione, contritio autem absolutè, & per se loquendo, dari non potest sine proposito formali; nam bonitas divina, quæ allicit ad contritionem, absolutè, & per se loquendo, allicit ad propositum formale. Ex dictis sequitur, etiam prædictum propositum esse necessarium necessitate præcepti; nam ea, quæ sunt necessaria necessitate medii, etiam sunt necessaria necessitate præcepti; tenemur enim adhibere media necessaria ad consequutionem nostri ultimi finis, de quo diximus *tract. 1. d. 2. sect. 3.*

44 Non obstat secundò Davidem, & Magdalenam fuisse justificatos per solam contritionem absque proposito formali non peccandi de cætero; duæ enim adhiberi possunt solutiones: prima, eos casus fuisse speciales: secunda, Scripturam non negare eos habuisse propositum formale, sed adscribere justificationem contritioni, ut dispositioni principali.

45 Non obstat tertiò sufficere amorem virtualem contentum in contritione, unde videtur colligi sufficere similiter propositum virtuale; negatur enim consequentia. Et diversa ratio est; quia magis continetur amor in contritione, quàm propositum; nam contritio habet bonitatem divinam pro objecto primario, unde necessariò est illius amor, si non formalis, *ut quod*, saltem formalis, *ut quo*: at neque *ut quo* est propositum formale: nihil ergo mirum, quòd sufficiat ad justificationem amor contentus in contritione: non verò propositum.

46 Non obstat quartò, quòd sufficiat contritio contenta in amore; non enim sufficit absolutè, & per se loquendo, sed solùm respectivè ad aliquos casus necessitatis speciales, ut constat ex dictis *tr. 1. n. 229.*

47 Non obstat quintò sufficere contritionem virtualem contentam in proposito formali; unde videtur colligi etiam sufficere propositum virtuale contentum in contritione. Negatur enim antecedens: imò dicendum est contritionem non contineri in proposito, ut patet in illo, qui nunquam peccavit, potest enim habere propositum non peccandi, & tamen hoc nullo modo est contritio: item in sene, qui sibi non displicens in delictis juventutis, imò fortassis complacens, habet propositum jam in senectute non peccandi.

48 *Dico secundò*, respectivè ad aliquos casus speciales sufficere propositum virtuale. Hoc saltem probant Authores secundæ sententiæ: & ostenditur, quia sunt aliqui casus, in quibus non potest elici propositum formale, sed solùm virtuale contentum in contritione, & amore; & tunc non est dubium, hominem per contritionem, & amorem justificari: ergo, &c. Casus autem præcipui sunt duo; *Primus*, si quis non advertat ad futuram vitam: *Secundus*, si ea desperata jam sit in ultimo mortis articulo. Neque obstant loca Scripturæ, & Concilia, quatenus asserunt ad justificationem esse necessarium propositum non peccandi distinctum, solùm enim loquuntur de necessitate propositi absolutè, & per se loquendo, non respectivè

pectivè ad prædictos casus speciales.

SECTIO II.

Qualis sit Contritio quoad aliquas perfectiones accidentales?

Proponitur status quæstionis.

49 ACTENUS de quidditate, & substantia Contritionis, nunc de quibusdam accidentibus, seu conditionibus accidentalibus ad effectum justificationis requisitis, nimirum de ejus extensione, intensione, duratione, & principio effectivo.

§. 1.

Utrùm Contritio debeat esse universalis de omnibus, ac singulis Mortalibus in particulari, & explicitè

50 *Refertur prima sententia asserentium Contritionem debere se extēdere explicitè ad omnia & singula Mortalia; ac proinde procedere oportere ex eorum omnium destincta cognitione specifica, & individuali.*

51 *Proponuntur hujus sententiæ fundamenta.*

52 *Probabilior videtur contraria resolutio asserentium, non esse opus ejusmodi examine & cognitione expressa.*

53 *Neque enim opus est, quòd ipsam Contritionem præcedat.*

54 *Deinde non est opus, quòd illam comitetur.*

55 *Tandem neque est opus, quòd subsequatur.*

56 *Procedit hactenus tradita doctrina de necessitate per se, quæ aliquando stare potest cum necessitate per accidens, ratione Confessionis sacramentalis, vel restitutionis faciendæ, &c.*

57 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ, & in primis explicitur Concilium Trid. & declarantur nonnulla loca Scripturæ allegata pro parte contraria.*

58 *Declarantur nonnulla testimonia Sanctorum Patrum.*

59 [illegible] *[illegible]tionem debeat præcedere examen omnium, ac singulorum peccatorum, non verò Contritionem?*

50 **P**Rima difficultas est de extensione Contritionis: & non est sermo de illa essentiali, qua se extendit ad omnia Mortalia in genere, de qua *n.* 29. sed de alia accidentali, qua se debeat extendere ad omnia, ac singula Mortalia explicitè. Et debere se ita extendere, opinantur *Sotus d.* 17. *q.* 2. *a.* 3. *Can. relect. de Pænit. p.* 3. *q.* 8. *Navar manu. cap.* 1. *n.* 23. *Val. q.* 8. *p.* 6. *Alens.* 4. *p. q.* 69. *membro* 8. *a.* 2. *Ric. d.* 16. *a.* 4. *q.* 2. *Dur. Palud. d.* 17. *Adr. q.* 3. *de Bapt. Med. tr.* 1. *q.* 3. & alii, quos citant, & sequuntur *Gran. tr.* 2. *d.* 7. *sect.* 2. *Fag. l.* 2. *cap.* 6. & *Tanner. q.* 6. *n.* 29. Sotus. Canus. Navarrus P. val. Alensis. Ricard. Paludan. Adrian. Medir. P. Granad

51 Probatur primò ex *Concilio Trident. sess.* 14. *Can.* 5. *de Pœnitentia*, ibi: *Siquis dixerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, quisquis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem*, &c. ex quibus verbis apertè colligitur contritionem debere detestari omnia, ac singula Mortalia in particulari explicitè. P. Fagūd. P. Tanner Trident.

Et confirmatur pluribus testimoniis Scripturæ, quatenus explicant contritionem per dolorem procedentem ex prædicta recogitatione, ut constat ex illo *Isaiæ* 38. *Recogitabo tibi omnes ānos meos in amaritudine*: & ex illo *Psal.* 118. *Cogitavi vias meas, & converti pedes meos*, &c. ubi *D. Aug. Quia cogitavi, ideo converti*, &c. Unde *D. Chrysost. hom.* 9. *ad Heb. Si quis*, inquit, *cognoscat se peccasse, & non ad singulas species descendat, nunquam cessabit.* & *D. Thom.* pluribus in locis docet oportere quòd peccator singula peccata detestetur. Isai. 18. Psal. 118. D. Aug. D. Chrys. D. Thom.

Secundò probatur ratione, quia Confessio sacramentalis instituta est à Christo Domino loco Contritionis: at verò Confessio debet procedere ex recogitatione omnium, ac singulorum peccatorum particularium: ergo idem dicendum de contritione. Et confirmatur, quia idcirco Christus Dominus præcepit Sacramentum procedere ex recogitatione, quia per Sacramentum intendit vitæ emendationem, ad quam maximè inservit prædicta peccatorum recogitatio: atqui Deus etiam per contritionem intendit vitæ emendationem, ad quam inservit eadem recogitatio: ergo ex ea debet procedere ipsa contri-

contritio.

52 *Nihilominus* probabiliùs dicendum videtur contritionem per se non requirere hujusmodi examen, & recogitationem explicitam omnium, ac singulorum peccatorum in particulari. Ita cum *D. Thom. q. 28. de verit. a. 5. ad 3. & 4. Bonac. q. 5. p. 6. n. 2. Turri. disp. 16. dub. 3. Præpos. q. 86. a. 1. dub. 7. Lug. disp. 5. n. 91. Suar. disp. 4. sec. 6. Henr. l. 1. cap. 28. Vasq. q. 86. a. 2. dub. 7. Coninc. disp. 2. n. 51. & 76. Regin. lib. 1. n. 49. Bellar. l. 2. de Pœnit. cap. 12. propos. 5. Filliu. tr. 6. à n. 217. Ochegav. q. 14. concl. 2. Onufr. disp. 2. sect. 2. q. 1. Diana p. 3. tr. 4. resol. 118.* & alii. Et probatur, quia aut prædictum examen, & recogitatio debet præcedere contritionem, aut comitari, aut subsequi.

D. Thom. Bonac. P. Turrian. P. Lug. P. Præpos. P. Suar. P. Henriq. P. Vasq. P. Coninck. P. Rigin. P. Bellarm. P. Filliuc. Ochegav. Onufr. Dian.

53 In primis non est necesse, quòd præcedat; non enim præcessit in Zacchæo, qui statim justificatus est, juxta illud *Luc. 19. Salus hodie domui huic facta est*: cùm tamen illa die non potuerit, Zacchæus revocare in memoriam omnes contractus illicitos, quibus tot homines defraudaverat; erat enim princeps publicanorum. Item non præcessit in bono Latrone; neque enim in brevissimo tempore suæ conversionis potuit examinare vitam anteactam tot sceleribus implicitam. Præterea peccator cōsiderans bonitatem Dei, & se esse extra gratiam illius, potest subjecta inspiratione illuminari, & in eodem instanti converti, ita ut, si immediatè pòst moriatur, salvus fiat, ut pleniùs ex *diff. 3.* constabit: cùm tamen in illo instanti nequeat discutere conscientiam examine adeò explicito.

Luc. 19.

54 Deinde non requiritur, quòd comitetur; nam contritio, ut probabo *diff. 3.* potest dari in instanti; & examen peccatorum non potest fieri in instanti, maximè quando peccata sunt plura, & eorum circunstantiæ cognitu difficiles. Accedit, quòd neque prædictum examen comitatum est contritionem Zacchæi, neque contritionem boni Latronis pro instanti suarum conversionum, ut constat ex dictis.

55 Tandem neque opus est, quòd subsequatur; nam aut prædicta recogitatio subsequens esset necessaria ad essentiam ipsius actûs: & hoc non, quia id, quod est posterius, supponit id, quod est prius, ac proinde ejus essentiam; id enim, quod præcessit, cum sua essentia præcessit, non enim potuit esse, aut intelligi sine illa. Aut esset necessaria ad ejus effectum formalem, & hoc etiam non, quia effectus formalis est in eodem instanti reali cum sua forma: aut esset necessaria ex aliquo præcepto, & hoc, aut naturali, aut positivo: nullum tamen assignabitur, ut ex solutione eorum, quæ pro parte contraria objiciuntur, clariùs constabit.

56 Dixi in conclusione (prædictum examen non requiri ad contritionem per se quia per accidens potest aliquando requiri, aut adhibendi remedii gratiâ, aut restitutionis faciendæ; aut ratione Sacramenti. Præterea notandum est, nos solùm dicere nō requiri prædictum examen; quòd si pœnitens per accidens habeat memoriam suorum scelerum explicitam, tunc moraliter loquendo omnia explicitè detestabitur; motivum enim contritionis, quod allicit ad detestationem implicitam, etiam alliciet ad detestationem explicitam.

57 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ desumptum ex *Concilio Trid. can. 5.* Respondetur, loqui ibi Concilium de contritione requisita ad Sacramentum Confessionis, cujus partem essentialem *can. 4.* dixerat esse ipsam contritionem. Ad confirmationem respondetur, ex illis testimoniis Scripturæ solùm probari recogitationem singulorum peccatorum in particulari esse de perfectione accidentali contritionis, non de necessitate, & essentia.

58 Neque officit primus locus *D. Aug.* ubi, *Ideo* (inquit) *converti, quia cogitavi*, &c. nam Divus Aug. solùm ibi ponderat occasionem, & causam extrinsecam contritionis, non essentialem, & intrinsecam. Non officit secundus locus *D. Chrysost.* nam, aut loquitur de contritione in ordine ad Sacramentum Confessionis; aut solùm requirit descensum ad singulas peccatorum species, ut peccator fugiat occasiones de cætero: sin minus non cessabit peccare. Hoc est, justificabitur quidem, sed iterum recidet in eadem peccata. Non officit tertius locus *D. Thom.* quo dicitur, necessariam esse prædictam recogitationem; nam, aut procedit de contritione in ordine ad *Sacramentum* Confessionis, aut de necessitate ad melius esse, non ad esse, & simpliciter.

59 Ad secundum respondetur Sacramentum *Pœnitentiæ* institutum esse à Christo Domino loco contritionis

diverso modo; quia Christus Dominus instituit illud per modum judicii, in quo pœnitens agit personam accusatoris coram Confessario, qui non novit, nisi ea, de quibus pœnités se accusat; unde ad hoc, ut integrè & plenè se accuset, requiritur ex parte ipsius diligens suorum scelerum recogitatio: at contritio fit coram Deo, qui optimè novit nostra scelera, etiamsi pœnitens solùm se accuset in genere. Ad confirmationem, quidquid sit de fine remoto, respondetur finem proximum examinis, quod requiritur in Confessione, esse, quia illa instituta est à Christo Domino per modum judicii coram Confessario, qui non novit, nisi ea, de quibus pœnitens se accusat.

§. 2.

Utrùm Contritio requirat certam aliquam gradûs intensionem?

60 *Refertur sententia asserentium contritionem debere esse summè intensam.*
61 *Contrarium defenditur.*
62 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ. Contritio debet quidem esse summè intensa in specie, non tamen in individuo.*
63 *Dolet dolore summo appreciativo, non intensivo.*
64 *Explicantur loca Scripturæ, & Sanctorum Patrum.*
65 *Refertur alia sententia asserentium intensionem gradualem contritionis debere esse tantam, quanta fuit delectatio peccati, & affectus ad illud.*
66 *Resolvitur tamen nullam requiri certam intensionem gradualem, sed sufficere quamlibet contritionem in qualibet intensione graduali minori minima.*

60 Secunda difficultas de intensione graduali; & quæri potest primò: Utrùm Contritio debeat esse summè intensa? Affirmant *Adrianus*, & alii. *Primò*, quia peccator debet facere, quantum ex se potest, ut satisfaciat: ergo debet habere summam Contritionem, quam potest. *Secundò*, quia debet dolere super omnia: ergo summo dolore. *Tertiò*, ex illo *Deut. 4. Invenies eum, si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ.* Adduci in hanc rem possunt plura testimonia Sanctorum Patrum asserentium ad justificationem requiri dolorem summè intensum.

Adrian.

Deut. 4.

61 *Nihilominus* tenenda resolutio negativa cum communi Theologor. *Suar. disp. 4. sect. 4. Tan. q. 6. n. 22. Laym. cap. 4. n. 1. Granad. tr. 2. disp. 7. sect. 3. Turrian. disp. 17. dub. 2. Bonac. q. 5. sect. 1. punct. 7. Regin. l. 5. n. 30. & 32. Henr. l. 4. cap. 27. n. 6. Bellar. cit. cap. 11. Prepos. 3. Valent. q. 8. p. 5. Fillin. tr. 6. cap. 9. quæsito 7. & 9. Molf. tr. 7. cap. 7. n. 20. Coninck. disp. 2. n. 70.* Probatur primò ex pluribus testimoniis Sanctorum Patrum, quatenus asserunt non requiri, quòd contritio habeat certam aliquam gradûs intensionem: illud præ cæteris illustre, quod habetur *in Cap. Talis de Pœnit. dist. 3.* ibi: *Quantulamcunque Deus non respuit pœnitentiam; neque patitur quamvis exiguæ conversionis perdere mercedem*, &c. Secundò ratione; quia aut requiritur sũma intensio absolutè possibilis: & hoc non, quia nulla est, qua nõ sit possibilis alia maior. Aut sũma intensio respectivè possibilis ex vi hujus auxilii: & hoc etiam non, quia sæpe contingit unum præveniri minori auxilio, quàm alium; quare, si primus eliceret contritionem, *ut duo*, juxta quantitatem sui auxilii, justificaretur: secundus verò, quamvis eliceret contritionem, *ut quatuor*, non justificaretur, quia non se adæquavit quantitati sui auxilii: hoc autem videtur incredibile, præsertim, quia ille primus (ut suppono) habebat plura, & maiora peccata.

P. Suar. P. Tanner. P. Laym. P. Grannad. P. Turrian. Bonac. P. Reginal. P. Henriq. P. Bellarm. P. Prepos. P. Valent. P. Filliuc. Molf. P. Coninck.

62 *Ad primum* Respondetur peccatorem solùm teneri ad summam satisfactionem in specie, non in individuo; aliter teneretur satisfacere Deo omnibus modis, quibus posset, nimirum summis precibus, arctissimis jejuniis, vigiliis, macerationibus, eleemosynis, &c. Ratio verò, cur Deus obligaverit ad summam satisfactionem in specie, non in individuo, ea est; quia prima poterat facilè præstari, non ita secunda, imò hæc videtur moraliter impossibilis.

63 *Ad secundum* Respondetur, ex dolore super omnia, quem peccator tenetur adhibere, solùm colligi debere elicere summum dolorem appreciativè, hoc est, propter Deum super omnia dilectum: non summum dolorem intensivè, hoc est, per additionem gradûs ad gradum, usque ad summum ejusdem qualitatis.

64 *Ad tertium* Respondetur, illud

Deut,

Deut. & alia hujusmodi debere intelligi de tribulatione, & dolore summo appretiativè, modo proxime explicato: non de dolore summo intensivè per additionem gradûs ad gradum. Neque obstant testimonia Patrum, quatenus dicunt ad reconciliationem cum Deo requiri dolorem summè intensum; non enim loquuntur de intensione graduali accidentali, sed de intensione essentiali ex parte motivi super omnia.

65 Quæri potest secundò: Utrùm contritio in intensione graduali debeat esse saltem tanta, quanta fuit peccati delectatio, ejusque affectus? Affirmant *Sotus*, & alii; quia hæc videtur esse doctrina Sanctorum Patrum, ut constat ex illo *D. Amb. ad virginem lapsam cap.* 18. ibi: *Fortiùs est dolendum, quia fortiùs est peccatum*, &c. Et ex illo *Hugonis Victorini. l. de sacram. part.* 14. *cap.* 2. *Si in correctione minor est afflictio, quàm in culpa fuit delectatio, non est dignus pænitentiæ tuæ fructus.* Necnon ex illo *Cypr. tr. de lapsis*: *Quàm magna deliquimus, tam granditer defleamus; pænitentia crimine minor non sit.*

Sotus. *D. Ambros.* *Hugo Vict.* *Cypr.*

66 Amplectenda tamen cum communi resolutio negativa; quia ex contraria sententia sequitur maximum inconveniens, nimirum peccatum gravissimum, v. g. abnegationem Christi scandalosam commissam affectu, *ut duo*, deleri per contritionem, *ut duo*, per quam non deleretur peccatum longè minùs, v. g. furtum patratum affectu, *ut tria*, quod non est credibile, cùm posterius peccatum respectu prioris sit levissimum. Neque officiunt testimonia *Amb. Hugonis, & Cyp.* Primò, quia loquuntur in ordine ad remissionem peccati non solùm, quoad culpam, sed etiam, quoad pœnam. Secundò, quia non loquuntur de eo, quod est de necessitate præcepti, sed de eo, quod est de perfectione consilii.

§. 3.

Utrùm Contritio requirat certam aliquam durationem?

67 *Refertur sententia asserentium Contritionem requirere certam durationem.*

68 *Refutatur; & concluditur sufficere instantaneam.*

67 Tertia *difficultas* de duratione; & quæritur: Utrùm Contritio requirat aliquam certam durationem, saltem tantam, quanta fuit duratio peccati? Affirmant *Scot. Almain. & Caiet.* qui videntur fundari in testimoniis *D. Amb. Hug. & Cyp.* proximè allegatis; existimant enim etiam debere intelligi de tanta duratione doloris, quanta fuit duratio peccati. *Scot. Almain. Caietan.*

68 *Nihilominus* tenenda cum communi resolutio negativa. Probatur primò *ex tex. in Can. Si Presbyter.* 26. *q.* 6. ubi Papa Julius primus dixit sufficere contritionem momentaneam, ibi: *Dominus non solùm temporis, sed etiam cordis inspector est: sicut Latro unius momenti pænitentiâ meruit esse in Paradiso*, &c. Secundò ex *text. in Can. Agnovimus, eâdem q.* 6. ubi Cælestinus Papa: *Desperat*, inquit, *de misericordia Dei, qui ei ad subveniendum morienti sufficere vel in momento non credit posse*, &c. Tertiò *ex text. in Can. Is, qui, eâdem q.* 6. ubi Papa Leo: *Apud Deum*, inquit, *nullas patitur veniæ moras vera contritio*, &c. Et confirmatur ex illo *Ezech.* 12. *In quacunque hora peccator ingemuerit*, &c. *Can. Si Presbyter.* *Can. Agnovimus.* *Can. Is, qui* *Ezech.* 12.

Quartò ratione, idque tum, quia nullum assignabitur præceptum, aut naturale, aut positivum obligans ad aliquam certam durationem: tum, quia in quolibet momento possunt dari omnia requisita ad veram contritionem: tum denique, quia in contraria sententia sequitur, quòd, si homo habeat summum dolorem de peccato, prout est contra Deum super omnia dilectum, & immediatè pòst moriatur, non salvabitur defectu durationis in contritione; quòd est falsum, & damnatum in libro *de Ecclesiast. dogmatibus cap.* 80. & *in Concilio Mogunt.* 2. Ergo, &c. *Concilium Mogunt.*

§. 4.

Utrùm Contritio in instanti justificationis procedat effectivè à gratia habituali?

69 *Proponitur sententia Thomistarum affirmativa.*

70 *Ejus fundamenta.*

71 *Defenditur contraria negativa.*

72 *Probatur illo communissimo fundamento*, Principium meriti non potest cadere sub meritum.

73 *Ostenditur contritionem esse meritoriam* de congruo *primæ gratiæ sanctificantis.*

 74 *Di-*

dò probatur ex illo Christi Domini Matthæi 10. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus*; hoc est, Qui non detestatur peccatum mortale super omnia, quæ intelliguntur nomine *Patris & Matris*, &c. seu (quod idem est) qui non eligeret potius quodvis aliud malum gravissimum, quàm peccatum mortale, non est me dignus. Tertiò probatur ex illo *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua*, &c. hoc est, adhærendum tibi est Deo, ejusque amicitiæ præ omnibus aliis rebus, illi contrariis, ita ut eligas potiùs quodvis aliud malum gravissimum, quàm peccatum mortale. Quartò ex illo Matthæi 26. *Melius illi erat, si natus non fuisset.* Ubi Christus Dominus asserit melius esse Judæ non fuisse natum, quàm tale peccatum commisisse. Itaque comparat Judæ peccatum cum ejus esse; & judicat potiùs eligendum non-esse.

Matth. 10.

Matth. 26.

Objicies: Non est melius non nasci, quàm nasci in peccato originali, ut docet *P. Sanch. lib. 7. de Matrim. disp. 102. n.* 8. ibi: *Melius est puero sic esse cum Originali culpa, & carentia Visionis, quàm omnino non esse*, ut notat *D. Thom. 1. 2. q. 83. art. 1. ad quintum.* Et colligitur ex *D. Augustino lib. 5. contra Julianum cap.* 8. Itaque peccatum originale est peccatum mortale: & tamen non est melius non nasci, quàm nasci in Originali. Respondeo nasci in Originali non esse committere aliquod peccatum; unde meritò dicitur, quòd melius est nasci in Originali, quàm absolutè non nasci. Itaque aliud est comparare commissionem alicujus peccati cum quolibet esse, aut non-esse; & sic melius est non esse, quàm committere quodlibet peccatum: aliud est comparare esse cum esse in peccato ab alio commisso; & sic, cùm sic esse, non sit peccatum, non est melius non esse, quàm sic esse, sed potiùs: inquit D. Thomas loco citato: *Melius est ei sic esse, quàm nullo modo esse, præsertim cùm possit per gratiam damnationem evadere.*

P. Sanch.

D. August.

D. Thom.

§. 2.

Utrùm Contritio detestetur peccatum magis, quàm Infernum?

5 *Magis detestatur peccatum, quàm Infernum, consideratum in pura ratione culpæ.*

6 *Quid de peccato comparato cum Inferno, prout repræsentatur transigendus in actuali blasphemia, & odio Dei?*

7 *Probabile est, quòd, si homo in articulo mortis cum sola attritione non possit confiteri, nisi præmisso mendacio, teneatur illud proferre?*

8 *Satisfit argumentis contrariis.*

5 Quæres tamen primò: An Contritio detestetur peccatum non solùm magis, quàm quodlibet malum pœnæ temporalis, sed etiam magis, quàm Infernum? Et Infernus potest considerari dupliciter: Primò in pura ratione pœnæ. Secundò etiam in ratione culpæ, ut nimirum transigendus in peccato, hoc est, in actuali blasphemia, & odio Dei.

Quod attinet ad primum, Dicendum cum *D. Thoma quodlibet. 1. a. 9. D. Bonav. dist. 16. a. 2. q. 1. Paludano, Alensi, Soto*, & aliis, quos citat, & sequitur *Suar. disp. 3. sect. 9.* Accedunt *Lug. disp. 5. à n. 30. & Escobar tom. 2. lib. 14. de Pœnitent. Sacramento sect. 2. Problem.* 8. Contritionem detestari peccatum etiam magis, quàm Infernum. Probatur, primò, quia Infernus sub hac consideratione est purum malum pœnæ; & malum culpæ est detestabilius quolibet malo pœnæ; est enim (inquit Suarius) malum culpæ, malum simpliciter; malum pœnæ solùm est malum secundùm quid; nam illud repugnat Deo secundùm se, & rectæ rationi: hoc autem per se non est contra rectam rationem, & est incommodum soli homini. Hinc fit, quòd malum pœnæ eligi possit, & debeat ad vitandum malum culpæ, è converso autem nullo modo.

D. Thom.
D. Bonav.
Paludam.
Alens.
Sotus.
P. Suar.
P. Lug.
P. Escob.

Secundò probatur ex *D. Anselmo lib. de similitud. cap. 190.* ibi: *Si hinc peccati pudorem, & illinc cernerem Inferni horrorem, & uni eorum necessariò haberem immergi, potiùs me in gehennam immergerem, quàm peccatum in me immitterem: mallem enim à peccato purus Infernum intrare, quàm peccati sorde pollutus Cœlorum regna tenere.*

D. Anselm.

Tertiò ex illo Apostoli *ad Romanos 9. Optabam ego anathema esse à Christo pro fratibus meis.* Et ex illo Moysis *Exodi 32. Aut dimitte eis hanc noxam; aut, si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Nam, si Apostolus, & Moyses potiùs volebant detrudi in Infernum, quàm videre proximos in peccato, à fortiori vellent potiùs Infernum, quàm se ipsos in pecca-

Ad Rom. 9.
Exod. 32.

to esse.

6 Quod attinet ad secundum de peccato comparato cum Inferno, prout repræsentatur transigendus in actuali blasphemia, & odio Dei, est maius dubium. Durand. *Durandus in 4. dist. 17. q. 5.* non admittit possibilitatem hujus casûs. Illam admittunt P.Suar. P.Lug. *Suar. cit. n. 6. fine, & Lugo disp. 5. n. 30.* Et sanè videtur negari non posse, ut si quis v.g. non potens elicere contritionē in articulo mortis, cum sola attritione sibi putet non posse cōfiteri, nisi præmisso mendacio; tunc enim ex altera parte est mendacium; & ex altera Infernus transigendus in æternis blasphemiis, & odio Dei. Quid in his terminis faciendum sit misero isti? solùm invenio tactum, non verò discussum à Doctoribus.

Illud imprimis indubitatum videtur quòd, si miser ille utrumque reputet peccatum, nimirum, & mentiri in illa occasione, & permittere se detrudi in Infernum, teneri potiùs mentiri, quia hoc apparet minus peccatum, & ex duobus peccatis minus est eligendum. Affert *Suarius* exemplum rustici, qui si interrogatus à Tyranno de innocente, quem vult occidere, sibi putet peccare dicendo se de illo nescire, tenetur potiùs hoc mendacium proferre, quàm tradere innocentem, quod putat esse maius peccatum; ex duobus enim malis necessariis minus est eligendum. Et ita cum communi Theologorum tenet P.Suar. *Suarius cit. disp. 3. sect. 10. n. 4.*

Utrùm verò sic eligendo minus peccatum, peccet? Affirmat *Suarius citatus*, quia facit id, quod putat esse peccatum, & deviat à sua conscientia, & recta ratione. Sed meliùs dicendum existimo, solùm putare peccare se; non tamen re ipsâ peccare coram Deo, quia non potest ei imputari ad culpam id, quod ipse tenetur facere, & à Deo laudabile est fecisse, imò esset dignus odio æterno, si non fecisset. Et ita opinantur P.Lug. P.Arriag. *Lugo disp. 5. n. 40. Arriaga to. 1. in 1. 2. disp. 22. n. 19.*

7 Sed dubium est: An non respectivè ad ignorantiam, sed absolutè, si homo cum sola attritione in articulo mortis non possit confiteri, nisi præmisso mendacio, teneatur illud proferre? Pro parte negativa asserentium non teneri, nec posse, facit *primò*, quòd mentiri est peccatum; permittere autem se damnari non est peccatum: at verò peccatum non est committendum, facta comparatione ad quodlibet aliud malum. *Secundò*, quia non sunt facienda mala, ut veniant bona. *Tertiò*, quia illud, quod est intrinsecè malum, quo pacto se habet mendacium etiam levissimum, nulla ratione potest cohonestari. Hanc sententiam tenet *Lug. disp. 5. n. 60.* P.Lug.

In contrarium pro parte affirmativa, quæ non videtur improbabilis, contendunt nonnulli Doctores, quos tacito nomine refert *Suar. cit. disput. 3. sect. 9. n. 4.* P. Suar. Et probatur, quia tenetur homo se eripere periculo morali peccati, juxta illud Sapientiæ *Qui amat periculum, peribit in illo;* Sapient. at Infernus transigendus in æternis blasphemiis, & actuali odio Dei, est peccatum, tales enim sunt ipsæ blasphemiæ, & ipsum odium Dei: ergo, nisi homo se eripiat illius periculo, peccabit, idque peccato ejusdem rationis cum illo, cujus periculum est. Unde, si prædictus homo advertat exponere se periculo odii Dei, & ejus blasphemiarum, peccabit contra charitatem, & contra Religionem. Tunc sic argumentor: Hoc peccatum est maius, quàm mendacium, & ex duobus peccatis necessariis minus est eligendum.

8 Neque obstat *primò*, quòd mentiri sit peccatum, nam etiam non eripere se periculo transigendi æternitatem in continuis blasphemiis, & odio Dei, est peccatum, imò maius peccatum; & ex duobus peccatis minus est eligendum.

Non obstat *secundò*, quòd non sunt facienda mala, ut veniant bona; nam se non eripere periculo æterni peccati est facere malum; unde mentiri in hoc casu non est facere malum, ut veniant bona; sed est eligere minus, ne faciat maius malum.

Non obstat *tertiò*, quòd illud, quod est intrinsecè malum, quo pacto se habet mendacium, nulla ratione potest cohonestari; nam id solùm est verum, quando malum est liberum, non verò quando est necessarium, & in præsenti casu prædictum mendacium non est liberum, sed necessarium; quando enim ex duobus peccatis alterum necessariò est eligendum, tunc minus peccatum non est liberum, sed necessarium necessitate quadam etsi non physicâ, saltem morali. Et hoc sanè videtur negari non posse in quæstione sumpta in primo sensu, quod homo in articulo mortis constitutus, saltem ex opinione sua, utrumque reputat peccatum, nimirum mentiri, & non confiteri; sed hoc ultimum reputat maius peccatum;

tuno enim non est dubium teneri mentiri, ac proinde ejus mendacium propter necessitatem cohonestari.

Non obstat quartò, sequi ex hac doctrina posse quemlibet mentiri venialiter, ut effugiat periculum peccati mortalis; nam hoc solùm speciale est in periculo Inferni. Et hujus diversa ratio est, quia periculum alterius peccati non affert ejus necessitatem, sed adhuc manet liberum, & evitabile ipsum peccatum: at periculum Inferni transfigendi in actuali blasphemia, & odio Dei affert ejus necessitatem inevitabilem.

§. 3.

Utrùm Contritio detestetur unum peccatum magis, quàm aliud?

9 *Videtur detestari omnia æqualiter.*
10 *Dicendum tamen magis detestari peccatum gravius.*
11 *Peccatum gravius magis destruit amicitiam Dei, quàm minùs grave.*
12 *Electio conditionalis peccati minùs gravis præ graviori non continet peccatum.*
13 *Utrùm verò inversio ordinis, & electio peccati gravioris præ minùs gravi contineat peccatum mortale? Aliqui negant.*
14 *Dicendum tamen esse peccatum mortale, quando excessus est notabilis: secùs quando excessus notabilis non est.*
15 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*
16 *In electione conditionali peccati gravioris datur affectus ad peccatum conditionatum. Et explicatur quomodo hic possit esse culpabilis.*
17 *Quo sensu aliquando dicant viri timorati: Si essem damnandus, vellem potiùs vivere voluptuosè, quàm sobriè, & rigidè.*

9 Quæres tamen primò: Utrùm Contritio detestetur omnia Mortalia æqualiter, an potiùs unum supra aliud, hoc est, gravius supra minùs grave? Et videtur detestari omnia æqualiter. *Primò*, quia omnia æqualiter tollunt amicitiam Dei, & destruunt ejus gratiam. *Secundò*, quia detestari peccatum gravius supra minùs grave consistit in ista conditionali: *Si mihi committendum esset alterum ex his duobus peccatis, committerem potiùs minùs gravè.* At ista conditionalis videtur peccaminosa; nam peccatum minùs grave non potest eligi absolutè, imò neque consuli: ergo neque conditionatè.

10 *Nihilominus* dicendum Contritionem detestari peccatum gravius supra minùs grave. Ita communis Theologorum cum *D. Tho.* quos citant, & sequuntur *Suar. disp. 4. sect. 14. Granad. tract. 2. d. 7. n. 40. Lugo d. 5. sect. 4. Coninck. d. 2. dub. 9. Bonac. d. 5. q. 5. p. 7. n. 5. cum Valent. to. 4. d. 7. q. 8. p. 5. Petig. 2. p. disp. 14. q. 3. a. 9. conclus. 4. Henr. l. 4. cap. 24. n. 3. & cap. 27. n. 2. Regin. l. 5. n. 56.* & aliis pluribus. Et probatur, quia hoc necessariò sequitur ex eo quòd Contritio sit dilectio Dei; nam, si detestatur peccata ex eo quòd sint contra Deum, magis debet detestari ea, quæ sunt graviora, & magis ac magis contra Deum: consistit autem hic excessus, ut dictum est, in ista conditionali: *Si mihi committendum esset alterum ex his duobus peccatis, committerem potiùs minùs grave, quàm gravius.* (D. Thom. P. Suar. P. Granad. P. Lug. P. Coninck. P. Valent. Petigianus. P. Henriq. P. Reginal.)

11 Neque verum est *primò*, omnia Mortalia æqualiter destruere amicitiam Dei; omnia quidem destruunt, non tamen æqualiter, sed unum magis, aliud minùs graviter; nam unum est offensa magis, aliud est offensa minùs gravis.

12 Non etiam verum est *secundò*, illam electionem conditionalem continere peccatum, nam illa solùm procedit in casu, quo necessariò committendum esset alterum ex duobus peccatis, & tunc debet eligi minus, illudque consuli. Unde patet, quid dicendum sit ad electionem absolutam; illa enim est illicita, quando est libera, non quando est necessaria, ut ex inferiùs dicendis constabit.

13 *Utrùm verò* inversio ordinis, & electio peccati gravioris præ minùs gravi sit culpa mortalis? Negat cum *Soto q. 3. a. 3. Led. 2. p. q. 2. a. 3. Ricard. a. 1. q. 5. Dur. Victoria, Mantic. Guevara*, & aliis, quos citat, & sequitur *Henr. l. 1. de pœnit. cap. 27. n. 8.* Probatur *primò*, quia utrumque Mortale continet aversionem à Deo; quare eligere unum præ alio non videtur addere malitiam gravem. *Secundò*: In isto casu nullus datur voluntaris affectus ad illud maius peccatum, imò voluntas neutrum vult, sed significat quid vellet, si in illo impossibili constitueretur. *Tertiò*, quia plures (Sotus. Ledesma. Ricardus. Durand. Victoria. Mantica. Guevara. P. Henriq.)

plures viri timorati solent dicere: *Si futurus essem hæreticus, mallem esse Atheista, quàm Arianus*: & tamen Atheismus est gravius peccatum.

14 Distinctione tamen utendum videtur, potest enim comparatio fieri aut inter duo Mortalia, quæ se notabiliter non excedunt; & tunc excessus, cùm non sit notabilis, non videtur gravis: aut inter duo Mortalia, quæ se notabiliter excedunt; & tunc excessus, cùm sit notabilis, videtur gravis. Et ita cum *Suar. Coninck*, & aliis pluribus tenent. *Bonac. cit. n. 6. Lug. n. 41. Præpos. q. 86. ar. 1. dub. 8.* Et confirmatur, quia illa conditionalis: *Si peccandum mihi esset, peccarem potius decies, quàm semel*, continet malitiam gravem: illi autem æquipollet hæc: *Ex duobus peccatis eligerem gravius.* P. Suar. P. Coninck. Bonacin. P. Lug. P. Præpos.

15 *Ad primum* respondet *Henr.* utrumque peccatum continere aversionem à Deo, at peccatum gravius continere aversionem magis gravem. P. Henriq.

16 *Ad secundum* respondetur in prædicto casu nullum ad peccatum gravius dari voluntatis affectum absolutum; dari tamen conditionatum; & licèt voluntas de facto neutrum velit absolutè, vult tamen conditionatè peccatum gravius: at verò objectum conditionatè volitum (nisi præscindat à malitia) eam refundit in suum actum, ut si dicas: *Si essem Romæ, committerem hoc peccatum.* Et explicatur; quia ut ipse *Henr.* concedit, conditionalis electio peccati mortalis præ veniali continet culpam gravem. Item electio peccati gravioris præ minus gravi, ut ipse fatetur, continet culpam venialem: ergo objectum conditionatè volitum refundit malitiam in suum actum.

17 *Ad tertium* respondetur illam conditionalem: *Si essem hæreticus, forem potius Atheista, quàm Arianus*, proferri à viris timoratis, aut ad ostendendam falsitatem Arianismi; aut sine advertentia ad maiorem malitiam, sed ad solum maius commodum temporale; quo sensu etiam dicunt: *Si essem damnandus, mallem vivere voluptuosè, quàm sobriè, & rigidè*: non enim advertunt ad maiorem malitiam, sed ad maius commodum.

§. 4.

Utrùm Contritio detestetur peccatum proprium super alienum?

18 *Detestatur peccatum mortale proprium magis, quàm alienum.*
19 *Item peccatum veniale proprium magis, quàm mortale alienum.*
20 *Proponitur, & solvitur optimum argumentum.*

18 QUæres secundò: Utrùm Contritio detestetur peccatum propriù super alienum? Et quidem, si quæstio procedat de peccato proprio mortali, respondendum est affirmativè cum eisdem Doctoribus ubi proximè. Et probatur, quia peccatum mortale proprium tollit amicitiam divinam, non ita alienum; at Contritio adhæret amicitiæ divinæ præ omnibus aliis rebus, quæ illam possunt destruere.

19 Si autem quæstio procedat de peccato veniali proprio, adhuc respondendum est affirmativè; quia non est eligendum peccatum veniale proprium pro vitando mortali alieno, juxta illud Apostol. *ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.* ad Rom. 3.

20 Objicies: Peccatum mortale alienum est magis nocivum Deo, quàm veniale proprium, licèt Veniale proprium sit magis nocivum tibi, quàm Mortale alienum: ergo Mortale alienum est magis detestabile; nam vera charitas magis curat ea, quæ sunt Dei, quàm quæ sua sunt. Et declaratur; quia, si per impossibile peccatum mortale proprium esset necessarium ad vitandum aliquod damnum Dei intrinsecum, vera charitas, posthabito Mortali proprio, occurreret ad defendendum Deum. Respondetur, peccatum mortale alienum esse magis nocivum Deo, quàm Veniale proprium: at hoc nocumentum est merè extrinsecum, & tale, ut magis placeam Deo, vitando peccatum veniale proprium, quàm mortale alienum. Instantia de damno Dei intrinseco non convincit; tunc enim peccatum proprium, quod esset medium necessarium ad vitandum damnum Dei, censeretur necessarium; & magis placerem Deo illum defendendo, quàm vitando tale peccatum necessarium.

§. 5.

Utrùm Contritio detestetur peccatum actuale magis, quàm Originale?

21 *Magis detestatur peccatum mortale actuale, quàm Originale.*

22 *An detestabilius sit Veniale, quàm Originale? & consequenter, An Beata Virgo potiùs eligeret Veniale, quàm Originale?*

23 *Distinguitur, & explicatur hæc quæstio.*

24 *Resolvitur detestabilius esse Veniale, quàm Originale sumptum quoad contractionem maculæ, quæ in conceptione incurritur.*

25 *Peccatum veniale extra articulum mortis etiam est detestabilius, quàm Originale sumptum quoad commissionem per voluntatem Capitis.*

26 *Originale est maius peccatum, quàm veniale, at minùs voluntarium, utpote commissum per voluntatem alienam.*

27 *Veniale magis opponitur amori ex parte hominis: Originale magis opponitur ex parte Dei. At verus, & rectus amor magis curat amare, quàm amari.*

28 *An Originale magis dedeceat Beatam Virginem, quàm Veniale? Utrumque magis dedecet in suo genere.*

21 QUæres tertiò: Utrùm Contritio detestetur peccatum proprium actuale super Originale? Et, si quæstio procedat de actuali mortali, tenenda est resolutio affirmativa, quia peccatum actuale est magis voluntarium, utpote commissum voluntate propria: peccatum originale non est commissum voluntate propria, sed aliena: at peccatum quò est magis voluntarium, est magis detestabile: ergo, &c.

22 Si verò quæstio procedat de actuali Veniali, videtur Originale esse detestabilius. Et ita sentiunt *Spinel. in suo throno cap. 7. n. 7.* & nonnulli Concionatores agentes de Conceptione Beatæ Virginis, quatenus dicunt, si Beata Virgo ex duobus esset electura, aut Veniale, aut Originale, potiùs electuram Veniale, quam Originale; nam Veniale non destruit amicitiam Dei, neque privat gratiâ, & charitate, Originale verò maximè. Spinel.

23 Verùm hæc doctrina indiget examine, & distinctione; nam peccatum originale potest considerari dupliciter. Primò, quando commissum est in Adamo, *in quo omnes peccaverunt.* Secundò, quando in conceptione contrahitur. Ubi diligenter notandum est, peccatum originale non committi in conceptione, sed commissum esse in Adamo: in conceptione illud tantùm pati incipimus, & in Adamo commissum contrahimus.

24 *Dico primò*: Peccatum Veniale est detestabile super Originale sumptum quoad contractionem maculæ, quæ in conceptione incurritur. Probatur, quia contractio Originalis non est peccatum, sed ejus passio & contractio: at peccatum veniale est detestabile super omne aliud malum, quod peccatum non est. Explico me; quia, si quis sciat se esse in statu peccati, & non posse ab illo liberari, nisi committendo unum peccatum veniale, non poterit illud committere, quia non sunt facienda mala, ut veniant bona. Unde, si aliquis cognosceret se esse in peccato mortali, & putaret non posse ab illo liberari, nisi per Sacramentum Pœnitentiæ, quod aliter adire non posset, nisi mentiendo venialiter, certè non posset ita mentiri. Sed de his pleniùs *n. 5.* Vide, quæ diximus ibi.

25 *Dico secundò*: Peccatum Veniale etiam videtur detestabile super Originale, sumptum quoad commissionem per voluntatem Capitis. Hæc est minùs certa, quàm prima; videtur tamen valde probabilis, & traditur *à P. Sanch. lib. 7. de matrim. d. 102. n. 8.* Et probatur primò, quia peccatum veniale est magis voluntarium, utpote commissum per voluntatem propriam: nam peccatum originale solùm est commissum per voluntatem alienam, in qua nostræ per ordinationem divinam solùm moraliter erant alligatæ. Secundò, quia Veniale est reprehensibile, non ita Originale; nam reprehendere est dicere, *Cur hoc fecisti?* Tertiò, & à priori; quia, licèt peccatũ originale afferat maiorẽ separationẽ volũtatis divinæ à nobis, tamẽn peccatũ veniale affert maiorẽ separationẽ voluntatis propriæ à Deo: at verus amor magis procurat amare, quàm amari.

26 Objicies primò: Peccatum originale est maius peccatum, quàm veniale, ut bene cum *Suar. & Azor.* probant *Spinel. cit. & Gran. 1. 2. controv. 6. de peccatis tr. 8. d. 2. sec. 4.* at maius peccatum, est detestabilius. Respondetur ita esse, cæteris paribus; non tamen, quando minus peccatum committitur per voluntatem propriam: & maius solùm per voluntatem alienam; nam hoc secundum stare potest cum eo, quòd quis maximè amet Deum: P. Suar. P. Azor. P. Spinel. P. Granad.

non

non ita primum.

27 Objicies secundò: Peccatum originale destruit amicitiam divinam; non ita peccatum veniale: Contritio verò adhæret amicitiæ divinæ præ omnibus aliis rebus illi contrariis: ergo detestatur Originale super Veniale. Respondetur Contritionem adhærere præ cæteris amicitiæ divinæ, quantum ipsa amicitia est ex parte nostra, non quantum est ex parte Dei. Et hoc patet exemplo illius, qui putaret se amicitiam divinam in Sacramento consecuturum, mediante mendacio; hic enim non posset mentiri, ut consequeretur amicitiam Dei. At peccatum Veniale magis opponitur amicitiæ divinæ, prout illa est ex parte nostra, quàm peccatum originale; siquidem Originale, ut dixi, stare potest cum eo, quòd Deum maximè amemus: non ita peccatum Veniale.

28 Objicies tertiò: Magis dedecebat peccatum originale Beatam Virginem, quàm Veniale: ergo Originale est magis detestabile. Respondetur in primis utrũque peccatum dedecere Beatam Virginem, quodlibet magis in suo genere; Originale, quia est maius peccatum; Veniale, quia magis voluntarium. Item Originale, quia magis separat Deum ab amore animæ; Veniale, quia magis separat animam ab amore Dei.

§. 6.

Utrùm Contritio debeat esse virtualis de omnibus Mortalibus?

29 *Quæ faciant pro parte negativa.*

30 *Tenenda tamen resolutio affirmativa.*

31 *Cur contritio unius Mortalis non se extendat ad Venialia, neque contritio unius Venialis se extendat ad omnia; & tamen cõtritio unius Mortalis necessariò se extendat ad omnia Mortalia?*

32 *Non est necesse, quòd contritio se formaliter extendat ad omnia Mortalia, satis est, quòd se extendat virtualiter. Et explicatur, quid sit extensio formalis, & virtualis.*

33 *Communiter dicitur, etiam actus aliarum virtutum, qui habent motivum generale, se extendere virtualiter ad omnia objecta materialia. Et hujus asseruntur tria exempla.*

34 *In hac opinione dicendum est, quando actus temperantiæ, vel justitiæ non se extendit ad omnem materiam ipsius virtutis non habere motivum adæquatum generale, sed illi admiscere aliquod particulare.*

35 *His non obstantibus, non videtur negandum, posse actum alicujus virtutis, tametsi feratur ex motivo generali, sistere in una materia quin se extendat ad aliam.*

36 *Cur actus aliarum virtutum eliciti ex motivo generali non necessariò se extendant ad omnem materiam: actus verò cõtritionis necessariò detestetur omnia Mortalia?*

37 *Cur actus fidei, quo hæreticus credit uni articulo, non sit actus veræ fidei? An attritio ex metu gehennæ necessariò se extendat ad omnia Mortalia?* Ibidem. *An propositum non peccandi de cætero ex motivo charitatis se necessariò extendat ad omnia Mortalia?* Ibidem.

29 SEcunda difficultas: Utrùm contritio unius Mortalis virtualiter se extendat ad omnia? Et pro parte negativa facit *primò*, quòd contritio unius Mortalis non se extendit ad Venialia, nèque contritio unius Venialis se extendit ad omnia Venialia. Potest enim quis habere contritionem de Mortalibus, & tamen adhærere Venialibus: Item habere contritionem de uno Veniali maximo, & tamen adhærere aliis Venialibus levioribus: ergo etiam contritio unius Mortalis non se extendet ad omnia Mortalia.

Secundò, quia potest quis meminisse de uno Mortali tantùm, quin aliorm recordetur; & tunc contritio videtur esse tantũm de illo, cujus meminit, & non de aliis, quæ non novit; nihil enim volitum, quin præcognitum.

Tertiò, quia aliæ virtutes possunt elicere actum, quo fugiant ab uno peccato, non tamen ab omnibus aliis sui generis illi contrariis. v. g. temperantia potest elicere actum, quo propter motivum ipsius temperantiæ fugiat à fructibus, non tamen a vino; & è contra, à vino, non tamen à fructibus. Item justitia potest elicere actum, quo propter motivum ipsius justitiæ fugiat ab homicidio, non tamen à furto; & è contra, à furto, non tamen ab homicidio. Et urgetur; quia, sicut motivum contritionis est generale ad omnia Mortalia, ita motivum temperantiæ est generale ad omnia peccata mortalia intẽperantiæ: & motivum justitiæ ad omnia pecca-

peccata injustitiæ. Et tamen temperantia potest dolere de uno peccato intemperantiæ, quin doleat de aliis; & eodem modo justitia de uno peccato injustitiæ, quin doleat de aliis: ergo, &c.

30 *Nihilominus* dicendum contritionem non posse esse unius Mortalis, quin virtualiter se extendat ad omnia. Ita communis Theolog. quos sequitur *Suar. d. 3. sec. 8. Lug. d. 5. sec. 6. Coninck. d. 1. dub 5 n. 30.* Probatur, quia contritio, ut ostendimus, est propter Deum super omnia dilectum; hoc est, adhæret amicitiæ divinæ præ omnibus aliis rebus, quæ stare nō possunt cum illa: ergo est fuga omnium Mortalium, quia nullum stare potest cum amicitia divina.

P. Suar. P. Lugo. P. Coninck.

31 *Ad primum* concedo contritionem unius Mortalis non se extendere ad omnia Venialia, neque cōtritionem unius Venialis se extendere ad omnia Venialia: inde tamen non sequitur, contritionem unius Mortalis non se extendere ad omnia Mortalia. Diversa ratio est, quia contritio quoad suam essentiam solum adhæret amicitiæ divinæ præ cæteris, quæ stare non possunt cum ipsa amicitia; at Venialia stare possunt cum amicitia divina: unde contritio solum se extendit ad Mortalia, non ad Venialia. Quòd si sermo sit de contritione præfectissima, quæ adhæret amicitiæ divinæ, non solùm præ cæteris, quæ possunt destruere ipsam amicitiam, sed etiam quæ ipsam possunt, vel venialiter offendere, tunc se extendet ad omnia non solùm Mortalia, sed etiam, aut ad aliqua Venialia maioris momenti duntaxat, aut ad omnia.

32 *Ad secundum* Respōdetur solùm probare posse dari contritionem formalem unius Mortalis, quin formaliter; non tamen quin virtualiter, se extendat ad omnia Mortalia. Tunc contritio formaliter se extendit ad omnia Mortalia, quandò procedit ex apprehencione omnium, sive explicita, sive implicita: tunc autem se extendit virtualiter ad omnia Mortalia, quando non procedit ex apprehensione eorum omnium; ita tamen adhæret amicitiæ, divinæ, ut comparatione illius postponat omnia contraria. Contritio ergo, licèt non semper se extendat ad omnia Mortalia primo modo, extensione formali; de qua inferiùs, semper tamen se extendit ad illa secundo modo, extensione virtuali.

33 *Ad tertium* communiter respondetur solet, etiam actus aliarum virtutum, qui procedunt ex motivo generali, virtualiter se extendere ad omnia alia objecta materialia, in quibus reperitur idem motivum formale; & hujus afferunt tria exempla: *Primum* est actus fidei, qui ex eo, quòd procedat propter authoritatem divinam, virtualiter se extendit ad omnes alios articulos fidei, in quibus est eadem authoritas divina: unde qui se ita non extendit, non est actus fidei divinæ. Et hinc est, inquiunt, quòd hæreticus, qui non credit uni articulo, nulli credit fidei divinæ. *Secundum* exemplum est actus attritionis, quando detestatur peccatum ex metu gehennæ; nam hic actus etiam virtualiter se extendit ad omnia Mortalia, prō quo ejus motivum est generale ad omnia Mortalia: quodlibet enim Mortale est dignum gehennā. *Tertiū* est propositum non peccandi ex motivo charitatis; nam hoc etiam ex eo, quòd sit ex motivo generali, se extendit ad omnia Mortalia.

34 Neque obstat, quòd aliquando actus unius virtutis elicitus ex motivo generali illius, non se extendat virtualiter ad omnia objecta materialia ipsius virtutis. Verbi gratiā, actus temperantiæ ad omnem materiam temperantiæ, actus justitiæ ad omnem materiam justitiæ; nam in his casibus aliquod motivum particulare admiscetur generali, ex quo, & ex generali integratur motivum totale: v. g. qui propter motivum temperantiæ abstinet à vino, non tamen à fructibus, vel è contra, motivo temperantiæ admiscet, ut rationem motivam, particularem indecentiam vini, quam non invenit in fructibus, vel nocumentum valetudinis, quòd invenit in fructibus, non in vino. Item qui ex motivo justitiæ desistit furto, non tamen homicidio, vel è contra, motivo justitiæ admiscet, ut rationem motivam, particularem turpitudinem, quam invenit in uno, & non in alio. Stando igitur hac doctrina, & modo dicendi, afferendū est contritionem unius Mortalis se extendere virtualiter ad omnia Mortalia; quia motivum contritionis adæquatum est generale, nimirum bonitas divina super omnia dilecta, non ita motivum adæquatum temperantiæ, & justitiæ in prædictis casibus.

35 Verùm hæc doctrina, licèt sit omnium ferè communis, mihi nōn placet; quia negat posse aliquem ex motivo generali alicujus virtutis fugere ab uno ejus

ejus contrario, quin fugiat ab omnibus aliis, quod est falsum; potest enim quis amare illud motivum generale affectu moderato, & mediocri, non illo summo super omnia, ejus contrario: hoc est, potest amare motivum temperantiæ super delectationem, quam sentit in potu, non tamen super delectationem, quam sentit in esu fructuum; vel è contra. Item potest amare motivum *justitiæ* super convenientiam, quam invenit in homicidio, non tamen super convenientiam, quam invenit in furto, vel è contra: quo posito, iste actus solùm erit fuga unius contrarii, & nõ aliorum.

36 Stando igitur hac doctrina, & faciliori, imò veriori dicendi modo, Respondendum est ad tertium, alias quidem virtutes posse elicere actum, quo fugiant ab uno contrario, quin fugiant ab omnibus aliis, quando scilicet non feruntur ex affectu ad suum motivum super omnia contraria: aliter dicendum, quando feruntur ex affectu ad suum motivum super omnia contraria. At contritio semper fertur ex affectu ad amicitiam divinam super omnia contraria: est enim contritio ultima dispositio ad gratiam; & aliter eam noluit acceptare Deus, nisi sit ex affectu ad illũ super omnia contraria, ut constat ex dictis initio primæ difficultatis.

37 Neque tria exempla, quibus intenditur actum unius virtutis elicitum ex motivo generali se extendere virtualiter ad omnem materiam ipsius virtutis, id convincunt. *Ad primum* de actu fidei dicendum est, actum fidei, quo hæreticus credit uni articulo, & non aliis, non esse fidem divinam ex duplici capite: Primo, quia hæreticus non credit propter authoritatem divinam cognitam per afflatum Spiritûs Sancti lumine supernaturali, sed naturali; juxta ea, quæ diximus *tract.* 1. *n.* 138. Secundo, quia non credit ex pia affectione ad ipsam authoritatem divinã super omnia contraria, quam affectionem postulat ipsa authoritas divina, est enim infallibilis in omni materia; unde in omni exigit sui appretiationem super omnia contraria.

Ad secundum exemplum de attritione ex metu gehennæ distinguendum est inter attritionem, quæ timet Infernum super omnia; quæ illum inducunt, & sic se extendit ad omnia Mortalia; & inter attritionem, quæ non timet Infernum super omnia, nimirum super infamiam, &c. & sic non se extendit ad omnia Mortalia. *Ad tertium* propositi non peccandi ex motivo caritatis. Respondetur, se extendere ad omnia Mortalia, quia est ex affectu ad amicitiam divinam super omnia contraria, & quodlibet Mortale est contra amicitiam divinam.

§. 7.

Utrùm, & quomodo Contritio includat propositum non peccandi de cætero?

38 *Certum est contritionem includere propositum virtuale.*

39 *Refertur prima sententia asserentium contritionem requirere propositum formale.*

40 *Secunda sententia asserentium non requirere propositum formale, sed solo virtuali contentam esse.*

41 *Resolvitur, quòd regulariter loquendo requirit propositum formale; & id ostenditur ex Scriptura.*

42 *Deinde ratione, exemplo, & praxi.*

43 *Quàm necessarium sit hujusmodi propositum.*

44 *An Magdalena, & David illud elicuerint in instanti suæ conversionis?*

45 *Cur sufficiat amor virtualis, non verò propositum virtuale?*

46 *Cur sufficiat contritio contenta in amore, non verò propositum contentum in contritione?*

47 *Cur sufficiat contritio contenta in proposito, non verò propositum contentum in contritione?*

48 *Si loquamur respectivè ad aliquos casus speciales, & necessitatis, sufficit propositum virtuale.*

38 TErtia difficultas: Utrũ Contritio requirat propositum non peccandi de cætero? Et non est dubium includere propositum virtuale; est enim ipsa Contritio dolor, ac detestatio peccati propter Deum super omnia dilectum, adhærens efficaciter ejus amicitiæ præ omnibus aliis rebus ei cõtrariis. hujusmodi autem adhæsio habet vim, & virtutem propositi non peccandi de cætero mortaliter. Solùm quærimus: Utrùm sufficiat istud propositum virtuale, an præter illud requiratur aliud distinctum formale?

39 Prima sententia asserit requiri propo-

D. Thom. Alensis. Albert. D. Bonav. Caietan. Sotus. Canus. P. Bellar. P. Valent. P. Granad. P. Tolet.

propositum distinctum formale. Ita *D. Tho. hic, q. 85. & 86. & 3. contra gentes c. 118. & l. 4. cap. 2. & in 4. d. 17. q. 2. Alens. 4. p. q. 12. & 16. Albertin. & D. Bonav. in. 4. d. 14. Caiet. to. 1. opusc. tr. 4. Sot. lec. 17. de Pœnit. Can. relect. de Pœnit. p.* 1. & alii, quos citant, & sequuntur *Bellar. l. 2. de Pœnit. cap. 6. Valent. d. 7. q. 8. pu. 6. Gran. de grat. tr. 9. d. 4. n. 13. Tolet. l. 3. c. 9.* Probatur primo ex sacra Pagina, ubi ad instans justificationis prærequiritur nova vita, juxta illud *Apoc. 2. Age pœnitentiam, & prima opera fac*, &c. illud *Ezech. 18. Facite vobis cor novum, & spiritum novum*, &c. At verò hæc nova vita non potest prærequiri in re, non enim potest re exerceri in instanti: ergo prærequiritur in proposito.

Apoc. 2. Ezech. 18.

Secundò ex pluribus textibus apud *Gratianum de Pœnit: dist. 3. & causa. 33. q. 3.* quatenus dicunt contritionem esse dolorem cum proposito non peccandi; quod expressius docuit *Concilium Florent. in instructione Armenorum sub Eugenio*, ubi dicit contritionem esse partem Pœnitentiæ, ad quam spectat dolor de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Quod etiam docuit *Concilium Trident. sess. 6. cap. 6.* ubi inter actus, qui sunt dispositio ad justificationem, adnumerat propositum non peccandi distinctum ab amore Dei, & à detestatione peccati: & clariùs *sess. 14. cap. 4.* ubi definit, *Contritionem esse dolorem, & detestationem de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero.* Et ponderandum est loqui Concilium de proposito distincto à contritione: ergo de proposito formali; nam propositum virtuale includitur in ipsa contritione.

Gratian. Florent. Trident.

Tertiò probatur ratione, quia non est minùs accommodatum medium ad obtinendam delicti veniam ipsum propositum emendæ, quàm dolor, & detestatio delicti commissi: ergo. &c.

40 Secunda sententia contendit sufficere propositum virtuale. Ita *Maior, & Almai. 4. d. 14. q. 1. Adr. in 4. q. 1. de Pœnit. Veg. l. 13. in Trid. cap. 23. Med. cod. de Pœnit. tr. 1. q. 7. Navar. manual. n. 15.* & alii cum *Vasq.* quos citant, & sequuntur *Turrian d. 9. dub. 6. Hurt. d. 2. diff. 1. Bonac. q. 5. sect. 1. pun. 8. n. 2. Diana. p. 3. t. 4. resolut. 119.* Probatur primò, quia propositum formale non est necessarium necessitate medii; nulla enim assignabitur ratio id convincens: neque necessitate præcepti, nam loca Scripturæ, & Concilia, quæ eam inducere videntur, sufficienter explicantur de proposito virtuali: imò de illo debent explicari, quia ex aliis locis Scripturæ constat soli contritioni, nulla facta mentione propositi, adscribi justificationem, ut constat ex illo *2. Reg.* nam ubi David dixit (*Peccavi*) statim illi respondit justificatio, ut constat ex illo: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*, &c. Unde *D. Aug. homil. 41. Tres*, inquit, *Syllabæ sunt, Peccavi, sed in his tribus flamma sacrificii coram Domino ascendit.* Item Contritioni Magdalenæ, nulla facta mentione propositi, tribuitur justificatio: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, &c. Et tamen dilectio, vel contritio, non sunt propositum formale, sed solùm virtuale: ergo de hoc debent intelligi Concilia, & Scriptura. Neque obstat quòd aliquando loquantur de proposito, ut de distincto; solùm enim loquuntur de illo, ut de distincto virtualiter, non ut de distincto à parte rei: quo pacto etiam loquuntur de attributis divinis, ut de distinctis, juxta illud *ad Rom. 1. Invisibilia Dei*, &c. Et *1. ad Cor. 2. Quæ sunt Dei*, &c. Et tamen attributa solum distinguuntur virtualiter, & non à parte rei.

Maior. Almain. Adrian. Medin. Navarrus P. Vasq. P. Turrian. P. Hurt. Bonac. Diana. 2. Reg. D. August. Ad Rom. 1. 1. ad Cor.

Secundò probatur, quia non minus requiritur ad justificationem amor, vel contritio, quàm propositum non peccandi: at sufficit amor virtualis contentus in contritione; & contritio virtualis contenta in amore: ergo etiam sufficiet propositum virtuale contentum in contritione. Tertiò, quia sufficit virtualis contritio contenta in proposito formali: ergo etiam sufficiet propositum virtuale contentum in contritione formali.

41 *Nihilominus* distinctione opus est; possumus enim loqui de eo, quod absolutè, & per se loquendo, requiritur; aut de eo, quod sufficit respectivè ad aliquos casus necessitatis, & speciales.

Dico primò: Absolutè, & per se loquendo requiritur propositum formale distinctum. Hoc saltem probare videntur Authores primæ sententiæ: & certè cum hac limitatione, & in his terminis loquuntur *Suar. d. 4. sec. 3. Tanner. q. 6. n. 16. Coninck. d. 2. dub. 6. Lug. d. 5. n. 97. Filliuc. Reg. & alii.* Probatur primò, quia hoc convincunt loca Scripturæ, & Concilia ubi suprà, debent enim intelligi de necessitate propositi formalis, absolutè, & per

P. Suar. P. Tanner P. Coninck P. Lug. P. Filliuc. P. Reginal

se lo-

se loquendo: nam alia loca Scripturæ, quæ justificationem attribuunt contritioni, nulla facta mentione propositi, loquuntur respectivè ad casus necessitatis, & speciales; quod non tollit, quominus priores textus possint intelligi de necessitate propositi formalis absolutè, & per se loquendo: ergo ita debent intelligi; nam hic est proprius sensus illorum verborum: & textus, si possunt, debent intelligi in proprio sensu.

42 Secundò probatur ratione, exemplo, & praxi. Ratione, quia propositum est connexum cum contritione, morali quadam necessitate resultans ex illa; non enim minùs resultat ex contritione, quàm ipsa contritio resultat ex amore: at contritio resultat ex amore, morali quadam necessitate, ita ut absolutè, & per se loquendo dari non possit amor sine contritione. Idcirco *tractatu 1. d. 2. sec. 3. diff. 1.* resolvimus præter dilectionem formalem absolutè, & per se loquendo requiri formalem Pœnitentiam, seu contritionem: ergo etiam propositum formale resultabit ex contritione, eâ necessitate, ut absolutè, & per se loquendo dari non possit contritio sine proposito formali. Exemplo probatur, quia parentes à filiis, & domini à servis, præter detestationem culpæ, exigunt propositum expressum emendæ. Praxi, quia Confessarii de illo solent pœnitentes interrogare: ergo, &c.

43 Neque obstat primò, quòd hujusmodi propositum, neque sit necessarium necessitate medii, neque necessitate præcepti; dicendum enim est esse necessarium necessitate medii, ita ut absolutè, & per se loquendo, non possit peccator justificari sine illo. Et ratio est, quia non potest justificari sine contritione, contritio autem absolutè, & per se loquendo; dari non potest sine proposito formali; nam bonitas divina, quæ allicit ad contritionem, absolutè, & per se loquendo; allicit ad propositum formale. Ex dictis sequitur, etiam prædictum propositum esse necessarium necessitate præcepti; nam ea, quæ sunt necessaria necessitate medii, etiam sunt necessaria necessitate præcepti; tenemur enim adhibere media necessaria ad consequutionem nostri ultimi finis, de quo diximus *tract. 1. d. 2. sect. 3.*

44 Non obstat secundò Davidem, & Magdalenam fuisse justificatos per solam contritionem absque proposito formali non peccandi de cætero; duæ enim adhiberi possunt solutiones: prima, eos casus fuisse speciales: secunda, Scripturam non negare eos habuisse propositum formale, sed adscribere justificationem contritioni, ut dispositioni principali.

45 Non obstat tertiò sufficere amorem virtualem contentum in contritione, unde videtur colligi sufficere similiter propositum virtuale; negatur enim consequentia. Et diversa ratio est; quia magis continetur amor in contritione, quàm propositum; nam contritio habet bonitatem divinam pro objecto primario, unde necessariò est illius amor, si non formalis, *ut quod*, saltem formalis, *ut quo*: at neque *ut quo* est propositum formale: nihil ergo mirum, quòd sufficiat ad justificationem amor contentus in contritione: non verò propositum.

46 Non obstat quartò, quòd sufficiat contritio contenta in amore; non enim sufficit absolutè, & per se loquendo, sed solùm respectivè ad aliquos casus necessitatis speciales, ut constat ex dictis *tr. 1. n. 229.*

47 Non obstat quintò sufficere contritionem virtualem contentam in proposito formali; unde videtur colligi etiam sufficere propositum virtuale contentum in contritione. Negatur enim antecedens: imò dicendum est contritionem non contineri in proposito, ut patet in illo, qui nunquam peccavit, potest enim habere propositum non peccandi, & tamen hoc nullo modo est contritio: item in sene, qui sibi non displicens in delictis juventutis, imò fortassis complacens, habet propositum jam in senectute non peccandi.

48 *Dico secundò*, respectivè ad aliquos casus speciales sufficere propositum virtuale. Hoc saltem probant Authores secundæ sententiæ: & ostenditur, quia sunt aliqui casus, in quibus non potest elici propositum formale, sed solùm virtuale contentum in contritione, & amore; & tunc non est dubium, hominem per contritionem, & amorem justificari: ergo, &c. Casus autem præcipui sunt duo: *Primus*, si quis non advertat ad futuram vitam: *Secundus*, si ea desperata jam sit in ultimo mortis articulo. Neque obstant loca Scripturæ, & Concilia, quatenus asserunt ad justificationem esse necessarium propositum non peccandi distinctum, solùm enim loquuntur de necessitate propositi absolutè, & per se loquendo, non res-

pectivè ad prædictos casus speciales.

SECTIO II.

Qualis sit Contritio quoad aliquas perfectiones accidentales?

Proponitur status quæstionis.

49  ACTENUS de quidditate, & substantia Contritionis, nunc de quibusdam accidentibus, seu conditionibus accidentalibus ad effectum justificationis requisitis, nimirum de ejus extensione, intensione, duratione, & principio effectivo.

§. 1.

Utrùm Contritio debeat esse universalis de omnibus, ac singulis Mortalibus in particulari, & explicitè

50 *Refertur prima sententia asserentium Contritionem debere se extēdere explicitè ad omnia & singula Mortalia; ac proinde procedere oportere ex eorum omnium destincta cognitione specifica, & individuali.*

51 *Proponuntur hujus sententiæ fundamenta.*

52 *Probabilior videtur contraria resolutio asserentium, non esse opus ejusmodi examine & cognitione expressa.*

53 *Neque enim opus est, quòd ipsam Contritionem præcedat.*

54 *Deinde non est opus, quòd illam comitetur.*

55 *Tandem neque est opus, quòd subsequatur.*

56 *Procedit hactenus tradita doctrina de necessitate per se, quæ aliquando stare potest cum necessitate per accidens, ratione Confessionis sacramentalis, vel restitutionis faciendæ, &c.*

57 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ, & in primis explicatur Concilium Trid. & declarantur nonnulla loca Scripturæ allegata pro parte contraria.*

58 *Declarantur nonnulla testimonia Sanctorum Patrum.*

59 *Cur Confessionem debeat præcedere examen expressum omnium, ac singulorum peccatorum, non verò Contritionem?*

50 PRima difficultas est de extensione Contritionis: & non est sermo de illa essentiali, qua se extendit ad omnia Mortalia in genere, de qua n. 29. sed de alia accidentali, qua se debeat extendere ad omnia, ac singula Mortalia explicitè. Et debere se ita extendere, opinantur *Sotus d. 17. q. 2. a. 3. Can. relect. de Pænit. p. 3. q. 8. Navar manu. cap. 1. n. 23. Val. q. 8. p. 6. Alens. 4. p. q. 69. membro 8. a. 2. Ric. d. 16. a. 4. q. 2. Dur. Palud. d. 17. Adr. q. 3. de Bapt. Med. tr. 1. q. 3.* & alii, quos citant, & sequuntur *Gran. tr. 2. d. 7. sect. 2. Fag. l. 2. cap. 6. & Tanner. q. 6. n. 29.* Sotus. Canus. Navarrus P. val. Alensis. Ricard. Paludan. Adrian. Medir. P. Granad P. Fagūd. P. Tanner

51 Probatur primò ex *Concilio Trident. sess. 14. Can. 5. de Pœnitentia*, ibi: *Siquis dixerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem,* &c. ex quibus verbis apertè colligitur contritionem debere detestari omnia, ac singula Mortalia in particulari explicitè. Trident.

Et confirmatur pluribus testimoniis Scripturæ, quatenus explicant contritionem per dolorem procedentem ex prædicta recogitatione, ut constat ex illo *Isaiæ 38. Recogitabo tibi omnes ãnos meos in amaritudine:* & ex illo *Psal. 118. Cogitavi vias meas, & converti pedes meos,* &c. ubi *D. Aug. Quia cogitavi, ideo converti*, &c. Unde *D. Chrysost. hom. 9. ad Heb. Si quis*, inquit, *cognoscat se peccasse, & non ad singulas species descendat, nunquam cessabit.* & *D. Thom.* pluribus in locis docet oportere quòd peccator singula peccata detestetur. Isai. 18. P. al. 118. D. Aug. D. Chrys. D. Thom.

Secundò probatur ratione, quia Confessio sacramentalis instituta est à Christo Domino loco Contritionis: at verò Confessio debet procedere ex recogitatione omnium, ac singulorum peccatorum particularium: ergo idem dicendum de contritione. Et confirmatur, quia idcirco Christus Dominus præcepit Sacramentum procedere ex recogitatione, quia per Sacramentum intendit vitæ emendationem, ad quam maximè inservit prædicta peccatorum recogitatio: atqui Deus etiam per contritionem intendit vitæ emendationem, ad quam inservit eadem recogitatio: ergo ex ea debet procedere ipsa contri-

contritio.

52 *Nihilominus* probabiliùs dicendum videtur contritionem per se non requirere hujusmodi examen, & recogitationem explicitam omnium, ac singulorum peccatorum in particulari. Ita cum *D. Thom. q. 28. de verit. a. 5. ad 3. & 4. Bonac. q. 5. p. 6. n. 2. Turri. disp. 16. dub. 3. Præpos. q. 86. a. 1. dub. 7. Lug. disp. 5. n. 91. Suar. disp. 4. sec. 6. Henr. l. 1. cap. 28. Vasq. q. 86. a. 2. dub. 7. Coninc. disp. 2. n. 51. & 76. Regin. lib. 5. n. 49. Bellar. l. 2. de Pœnit. cap. 12. propos. 5. Filliu. tr. 6. à n. 217. Ochegav. q. 14. concl. 2. Onufr. disp. 2. sect. 2. q. 1. Diana p. 3. tr. 4. resol. 118.* & alii. Et probatur, quia aut prædictum examen, & recogitatio debet præcedere contritionem, aut comitari, aut subsequi.

D. Thom. Bonac. P. Turrian. P. Lug. P. Præpos. P. Suar. P. Henriq. P. Vasq. P. Coninck. P. Regin. P. Bellarm. P. Filliuc. Ochegav. Onufr. Dian.

53 In primis non est necesse, quòd præcedat; non enim præcessit in Zacchæo, qui statim justificatus est, juxta illud *Luc. 19. Salus hodie domui huic facta est*: cùm tamen illa die non potuerit, Zacchæus revocare in memoriam omnes contractus illicitos, quibus tot homines defraudaverat; erat enim princeps publicanorum. Item non præcessit in bono Latrone; neque enim in brevissimo tempore suæ conversionis potuit examinare vitam anteactam tot sceleribus implicitam. Præterea peccator cōsiderans bonitatem Dei, & se esse extra gratiam illius, potest subita inspiratione illuminari, & in eodem instanti converti, ita ut, si immediatè pòst moriatur, salvus fiat, ut pleniùs ex *disp. 3.* constabit: cùm tamen in illo instanti nequeat discutere conscientiam examine adeò explicito.

Luc. 19.

54 Deinde non requiritur, quòd comitetur; nam contritio, ut probabo *disp. 3.* potest dari in instanti; & examen peccatorum non potest fieri in instanti, maximè quando peccata sunt plura, & eorum circunstantiæ cognitu difficiles. Accedit, quòd neque prædictum examen comitatum est contritionem Zacchæi, neque contritionem boni Latronis pro instanti suarum conversionum, ut constat ex dictis.

55 Tandem neque opus est, quòd subsequatur; nam aut prædicta recogitatio subsequens esset necessaria ad essentiam ipsius actûs: & hoc non, quia id, quod est posterius, supponit id, quod est prius, ac proinde ejus essentiam; id enim, quod præcessit, cum sua essentia præcessit, non enim potuit esse, aut intelligi sine illa. Aut esset necessaria ad ejus effectum formalem, & hoc etiam non, quia effectus formalis est in eodem instanti reali cum sua forma: aut esset necessaria ex aliquo præcepto, & hoc, aut naturali, aut positivo: nullum tamen assignabitur, ut ex solutione eorum, quæ pro parte contraria objiciuntur, clariùs constabit.

56 Dixi in conclusione (prædictum examen non requiri ad contritionem per se) quia per accidens potest aliquando requiri, aut adhibendi remedii gratiâ, aut restitutionis faciendæ; aut ratione Sacramenti. Præterea notandum est, nos solùm dicere nō requiri prædictum examen; quòd si pœnitens per accidens habeat memoriam suorum scelerum explicitam, tunc moraliter loquendo omnia explicitè detestabitur; motivum enim contritionis, quod allicit ad detestationem implicitam, etiam alliciet ad detestationem explicitam.

57 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ desumptum ex *Concilio Trid. can. 5.* Respondetur, loqui ibi Concilium de contritione requisita ad Sacramentum Confessionis, cujus partem essentialem *can. 4.* dixerat esse ipsam contritionem. Ad confirmationem respondetur, ex illis testimoniis Scripturæ solùm probari recogitationem singulorum peccatorum in particulari esse de perfectione accidentali contritionis, non de necessitate, & essentia.

58 Neque officit primus locus *D. Aug.* ubi, *Ideo* (inquit) *converti, quia cogitavi*, &c. nam Divus Aug. solùm ibi ponderat occasionem, & causam extrinsecam contritionis, non essentialem, & intrinsecam. Non officit secundus locus *D. Chrysost.* nam, aut loquitur de contritione in ordine ad Sacramentum Confessionis; aut solùm requirit descensum ad singulas peccatorum species, ut peccator fugiat occasiones de cætero: sin minùs non cessabit peccare. Hoc est, justificabitur quidem, sed iterum recidet in eadem peccata. Non officit tertius locus *D. Thom.* quo dicitur, necessariam esse prædictam recogitationem; nam, aut procedit de contritione in ordine ad Sacramentum Confessionis, aut de necessitate ad melius esse, non ad esse, & simpliciter.

59 Ad secundum respondetur Sacramentum Pœnitentiæ institutum esse à Christo Domino loco contritionis ad

 diver-

diverso modo; quia Christus Dominus instituit illud per modum judicii, in quo pœnitens agit personam accusatoris coram Confessario, qui non novit, nisi ea, de quibus pœnités se accusat; unde ad hoc, ut integrè & plenè se accuset, requiritur ex parte ipsius diligens suorum scelerum recogitatio: at contritio fit coram Deo, qui optimè novit nostra scelera, etiamsi pœnitens solùm se accuset in genere. Ad confirmationem, quidquid sit de fine remoto, respondetur finem proximum examinis, quod requiritur in Confessione, esse, quia illa instituta est à Christo Domino per modum judicii coram Confessario, qui non novit, nisi ea, de quibus pœnitens se accusat.

§. 2.

Utrùm Contritio requirat certam aliquam gradûs intensionem?

60 *Refertur sententia asserentium contritionem debere esse summè intensam.*

61 *Contrarium defenditur.*

62 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ. Contritio debet quidem esse summè intensa in specie, non tamen in individuo.*

63 *Dolet dolore summo appreciativo, non intensivo.*

64 *Explicantur loca Scripturæ, & Sanctorum Patrum.*

65 *Refertur alia sententia asserentium intensionem gradualem contritionis debere esse tantam, quanta fuit delectatio peccati, & affectus ad illud.*

66 *Resolvitur tamen nullam requiri certam intensionem gradualem, sed sufficere quamlibet contritionem in qualibet intensione graduali minori minima.*

60 SEcunda difficultas de intensione graduali; & quæri potest primò: Utrùm Contritio debeat esse summè intensa? Affirmant *Adrianus*, & alii. *Primò*, quia peccator debet facere, quantum ex se potest, ut satisfaciat: ergo debet habere summam Contritionem, quam potest. *Secundò*, quia debet dolere super omnia: ergo summo dolore. Tertiò, ex illo *Deut. 4. Invenies eum, si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ.* Adduci in hanc rem possunt plura testimonia Sanctorum Patrum asserentium ad justificationem requiri dolorem summè intensum.

Adrian.

Deut. 4.

61 *Nihilominus* tenenda resolutio negativa cum communi Theologor. *Suar. disp. 4. sect. 4. Tan. q. 6. n. 22. Laym. cap. 4. n. 1. Granad. tr. 2. disp. 7. sect. 3. Turrian. disp. 17. dub. 2. Bonac. q. 5. sect. 1. punct. 7. Regin. l. 5. n. 30. & 32. Henr. l. 4. cap. 27. n. 6. Bellar. cit. cap. 11. Præpos. 3. Valent. q. 8. p. 5. Fillin. tr. 6. cap. 9. quæsito 7. & 9. Molf. tr. 7. cap. 7. n. 20. Coninck. disp. 2. n. 70.* Probatur primò ex pluribus testimoniis Sanctorum Patrum, quatenus asserunt non requiri, quòd contritio habeat certam aliquam gradûs intensionem: illud præ cæteris illustre, quod habetur *in Cap. Talis de Pœnit. dist. 3.* ibi: *Quantulamcunque Deus non respuit pœnitentiam; neque patitur quamvis exiguæ conversionis perdere mercedem*, &c. Secundò ratione; quia aut requiritur sũma intensio absolutè possibilis: & hoc non, quia nulla est, qua nõ sit possibilis alia maior. Aut sũma intensio respectivè possibilis ex vi hujus auxilii: & hoc etiam non, quia sæpe contingit unum præveniri minori auxilio, quàm alium; quare, si primus eliceret contritionem, *ut duo*, juxta quantitatem sui auxilii, justificaretur: secundus verò, quamvis eliceret contritionem, *ut quatuor*, non justificaretur, quia non se adæquavit quantitati sui auxilii: hoc autem videtur incredibile, præsertim, quia ille primus (ut suppono) habebat plura, & maiora peccata.

P. Suar. P. Tanner. P. Laym. P. Granad. P. Turrian. Bonac. P. Reginal. P. Henriq. P. Bellarm. P. Præpos. P. Valent. P. Filliuc. Molf. P. Coninck.

62 *Ad primum* Respondetur peccatorem solùm teneri ad summam satisfactionem in specie, non in individuo; aliter teneretur satisfacere Deo omnibus modis, quibus posset, nimirum summis precibus, arctissimis jejuniis, vigiliis, macerationibus, eleemosynis, &c. Ratio verò, cur Deus obligaverit ad summam satisfactionem in specie, non in individuo, ea est; quia prima poterat facilè præstari, non ita secunda, imò hæc videtur moraliter impossibilis.

63 *Ad secundum* Respondetur, ex dolore super omnia, quem peccator tenetur adhibere, solùm colligi debere elicere summum dolorem appreciativè, hoc est, propter Deum super omnia dilectum: non summum dolorem intensivè, hoc est, per additionem gradûs ad gradum, usque ad summum ejusdem qualitatis.

64 *Ad tertium* Respondetur, illud

Deut,

Deut. & alia hujusmodi debere intelligi de tribulatione, & dolore summo appretiativè, modo proxime explicato: non de dolore summo intensivè per additionem gradûs ad gradum. Neque obstant testimonia Patrum, quatenus dicunt ad reconciliationem cum Deo requiri dolorem summè intensum; non enim loquuntur de intensione graduali accidentali, sed de intensione essentiali ex parte motivi super omnia.

65 Quæri potest secundò: Utrùm contritio in intensione graduali debeat esse saltem tanta, quanta fuit peccati delectatio, ejusque affectus? Affirmant *Sotus*, & alii; quia hæc videtur esse doctrina Sanctorum Patrum, ut constat ex illo *D. Amb. ad virginem lapsam cap.* 18. ibi: *Fortiùs est dolendum, quia fortiùs est peccatum*, &c. Et ex illo *Hugonis Victorini. l. de sacram. part.* 14. *cap.* 2. *Si in correctione minor est afflictio, quàm in culpa fuit delectatio, non est dignus pœnitentiæ tuæ fructus.* Necnon ex illo *Cypr. tr. de lapsis: Quàm magna deliquimus, tam granditer defleamus; pœnitentia crimine minor non sit.*

Sotus. D Ambros. HugoVict. Cypr.

66 Amplectenda tamen cum communi resolutio negativa; quia ex contraria sententia sequitur maximum inconveniens, nimirum peccatum gravissimum, v. g. abnegationem Christi scandalosam commissam affectu, *ut duo*, deleri per contritionem, *ut duo*, per quam non deleretur peccatum longè minùs, v. g. furtum patratum affectu, *ut tria*, quod non est credibile, cùm posterius peccatum respectu prioris sit levissimum. Neque officiunt testimonia *Amb. Hugonis, & Cyp.* Primò, quia loquuntur in ordine ad remissionem peccati non solùm, quoad culpam, sed etiam, quoad pœnam. Secundò, quia non loquuntur de eo, quod est de necessitate præcepti, sed de eo, quod est de perfectione consilii.

§. 3.

Utrùm Contritio requirat certam aliquam durationem?

67 *Refertur sententia afferentium Contritionem requirere certam durationem.*

68 *Refutatur; & concluditur sufficere instantaneam.*

67 TErtia difficultas de duratione; & quæritur: Utrùm Contritio requirat aliquam certam durationem, saltem tantam, quanta fuit duratio peccati? Affirmant *Scot. Almain. & Caiet.* qui videntur fundari in testimoniis *D. Amb. Hug. & Cyp.* proximè allegatis; existimant enim etiam debere intelligi de tanta duratione doloris, quanta fuit duratio peccati.

Scot. Almain. Caietan.

68 *Nihilominus* tenenda cum communi resolutio negativa. Probatur primò *ex tex. in Can. Si Presbyter.* 26. *q.* 6. ubi Papa Julius primus dixit sufficere contritionem momentaneam, ibi: *Dominus non solùm temporis, sed etiam cordis inspector est: sicut Latro unius momenti pœnitentiâ meruit esse in Paradiso*, &c. Secundò ex *text. in Can. Agnovimus, eâdem q.* 6. *ubi* Cælestinus Papa: *Desperat*, inquit, *de misericordia Dei, qui ei ad subveniendum morienti sufficere vel in momento non credit posse*, &c. Tertiò *ex text. in Can. Is, qui, eâdem q.* 6. ubi Papa Leo: *Apud Deum*, inquit, *nullas patitur veniæ moras vera contritio*, &c. Et confirmatur ex illo *Ezech.* 12. *In quacunque hora peccator ingemuerit*, &c.

Can. Si Presbyter. Can Agnovimus. Can. Is, qui. Ezech. 12.

Quartò ratione, idque tum, quia nullum assignabitur præceptum, aut naturale, aut positivum obligans ad aliquam certam durationem: tum, quia in quolibet momento possunt dari omnia requisita ad veram contritionem: tum denique, quia in contraria sententia sequitur, quòd, si homo habeat summum dolorem de peccato, prout est contra Deum super omnia dilectum, & immediatè pòst moriatur, non salvabitur defectu durationis in contritione; quòd est falsum, & damnatum in libro *de Ecclesiast. dogmatibus cap.* 80. & *in Concilio Mogunt.* 2. Ergo, &c.

Concilium Mogunt.

§. 4.

Utrùm Contritio in instanti justificationis procedat effectivè à gratia habituali?

69 *Proponitur sententia Thomistarum affirmativa.*

70 *Ejus fundamenta.*

71 *Defenditur contraria negativa.*

72 *Probatur illo communissimo fundamento,* Principium meriti non potest cadere sub meritum.

73 *Ostenditur contritionem esse meritoriam* de congruo *primæ gratiæ sanctificantis.*

74 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*
75 *Idem non potest esse prius, & posterius respectu ejusdem in eodem genere causæ.*
76 *Explicatur Concilium Arausicanum.*
77 *Angelicus Doctor est pro nostra sententia, & non pro contraria.*
78 *Explicantur in vero, ac germano sensu quædam loca D. Thomæ, quæ ab adversariis allegantur.*

69 QUarta difficultas est de principio effectivo Contritionis, & quæritur: Utrùm procedat effectivè à gratia habituali? Affirmant communiter Thomistæ cum *Ferr. Med. Caiet. Soto Cano, Maiore, Henr.* & aliis, quos citant, & sequuntur ex nostris *Val. d. 8. q. 5. p. 6. Vasq. 1. 2. d. 121. Tur. 22. d. 77. dub. 3. Gaspar Hurt. de Charit. d. 1. diff. 8.* qui dicunt Contritionem esse ultimam dispositionem ad gratiam in genere causæ materialis, fieri tamen ab illa in genere causæ efficientis.

Ferrar. Medina. Caiet. Can. Maior. Henriq. P. Valent. P. Vasq. P. Turrian. P. Gaspar Hurt.

70 Et probatur *primò*, quia debet produci modo magis consentaneo; & modus magis consentaneus est, quòd priùs infundatur gratia, quæ se habet per modum naturæ ad operationes supernaturales, deinde infundatur habitus, qui sunt proprietates, & quasi potentiæ: tandem ab illis eliciantur operationes, nimirum Contritio, Dilectio, &c. *Secundò*, quia non repugnat prædicta mutua prioritas in diverso genere causæ; duæ enim causæ possunt sibi invicem esse causæ, ut patet in Materia, & Forma, & in pluribus aliis exemplis, quibus id docuimus in Philosophia agendo de Causis. *Tertiò* probatur ex *Concil. Arausic. 11. can. 18.* ubi dicitur deberi mercedem bonis operibus, si fiant ex gratia, quæ non debetur, & præcedit, ut fiant, &c. *Quartò* ex pluribus testimoniis D. Thomæ, quæ subjiciam.

Concil. Arausic.

71 *Nihilominus* contraria resolutio est nostræ Societatis propria, in eaque communior: eam optimè tractant *Suar. d. 4. sect. 7. & to. 3. de Gratia l. 8. cap. 12. Mol. in Concord. d. 44. Coninc. d. 21. n. 16. Lug. d. 8. sect. 7. Eric. d. 28. cap. 2. Tanner. q. 6. n. 19. Filliuc. tr. 6. cap. 7. n. 178. Arrub. to. 2. in 1. part. d. 175. cap. 1. n. 5. Gran. de Gratia tr. 10. d. 2. Fassol. 1. p. q. 12. n. 45. Præpos. q. 86. ar. 1. dub. 4. n. 30. Arriaga de Grat. d. 57. n. 17. Petr. Hurt. d. 127.* Nostris adnumero *Mascarenhas de Auxiliis d. 1. p. 4.* quibus accedunt *Vega, Lorca, Mend. Bonacin. Cordub.* & alii plures. Omissis aliis fundamentis minùs firmis, quæ videri possũt apud Auctores citatos.

P. Suar. P. Molin. P. Coninck P. Lug. P. Ericius P. Tanner. P. Filliuc. Arrub. P. Grand. P. Fassol. P. Præpos. Mascaren Vega. Lorca. Mend. Bonacin. Cordub. Petr. Hurt.

72 Illo utor communissimo Theologorum axiomate: *Principium meriti non potest cadere sub idem meritum*, de quo latè in materia *de Prædest. tract. 2. d. 2.* ubi cum Aristotele ostendimus causam meritoriam esse efficientem, ac proinde non posse recausare suum principium: nam duæ causæ ejusdem generis non possunt esse sibi invicem causæ, sin minùs, idẽ posset esse causa sui ipsius; nam, quod est causa causæ, est causa sui causati: item idem posset esse se ipso prius, & posterius; prius, quatenus causa; posterius, quatenus causatum: & quod inde sequitur nullum haberemus principium distinctionis Personarum in Divinis; totum enim principiũ distinctionis earum est, quia idem non potest produci à se ipso, nec esse se ipso prius, & posterius. At, si Contritio produceretur à gratia, principium meriti, nimirum gratia, caderet sub idem meritum: siquidem mereretur à Contritione, quæ est meritum congruum ipsius gratiæ: ergo, &c.

73 Negant *Vasq.* & alii, Contritionem esse meritoriam primæ gratiæ: sed id meo judicio negari non potest, quia contritio habet omnia requisita, ut sit meritoria *de congruo* primæ gratiæ; nam in primis illam antecedit, ut constat ex *Concilio. Trid. sess. 6. cap. 7.* ubi loquendo de Contritione, *Hanc dispositionem*, inquit, *justificatio ipsa consequitur* Et *can. 3.* asserit contritionem esse necessariam, ut justificationis gratia conferatur, &c. *Dices* esse priorem in genere causæ materialis, non in genere causæ efficientis. Sed contra, quia est prior in genere causæ impetratoriæ, ut constat ex eodem *Trident. sess. 14. cap. 4.* ubi dicitur *Contritionem fuisse omni tempore necessariam ad impetrandam veniam*, &c. At causa impetratoria est efficiens: eadem enim quoad hoc de illa, ac de meritoria, est ratio.

Trident. Triden. c

Deinde contritio est actus liber, & voluntarius ipsius gratiæ, ut etiam constat ex eodem *Trid. sess. 6. cap. 7.* ubi loquendo de contritione decernit hominem per illam justificari, ut per voluntariam susceptionem gratiæ. Præterea est actus supernaturalis: Tandem illi facta est promissio ipsius gratiæ, juxtà illud *Ezech. 18.* *Ezech.*

Si

Si impius egerit pœnitentiam, vitâ vivet, &c. Ergo habet omnia requisita, ut sit meritoria *de congruo* primæ gratiæ.

74 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum*, quatenus asserit contritionem debere produci modo magis consentaneo, & modum magis consentaneum esse, quòd producatur à suo habitu infuso, & à gratia. Respondetur hunc esse modum magis consentaneum, si habitus, & gratia antecederent hunc primum actum contritionis, at illum non antecedunt; imò ab eo antecedantur, ut à dispositione, & causa effectiva meritoria.

75 *Ad secundum*, quidquid sit de mutua prioritate in diverso genere causæ, quam plures negant in Philosophia; saltem admitti non potest in eodem genere causæ: at, si contritio produceretur effectivè à gratia, cùm aliàs sit illius causa meritoria, esset illâ prior, & posterior in eodem genere causæ efficientis.

76 *Ad tertium* desumptum ex *Concilio Araus.* Respondetur ibi solùm esse sermonem de bonis operibus, quæ sunt meritoria *de condigno*, quæ proinde debent procedere ex gratia: at contritio solùm est meritoria *de congruo*, & non *de condigno* primæ gratiæ.

77 *Ad quartum* dicendum est cum Doctoribus citatis D. Thomam esse pro nostra sententia, & non pro contraria, ut constat ex pluribus testimoniis. *1. p. q. 62. ar. 2. & 3. & 1. 2. q. 10. ar. 6. in corp. & 3. p. q. 86. ar. 1. ad 3.* ubi asserit solam gratiam vocantem, excitantem, & auxiliantem, non tamen sanctificantem, prærequiri ad contritionem, ut est ultima dispositio ad primam gratiam. *D. Thom.*

78 Objici tamen potest primò ejus locus *q. 28. de Verit. ar. 8.* ibi: *Si ordo naturæ attendatur secundùm rationem causæ materialis, contritio præcedit gratiam gratum facientem; si verò attendatur secundùm rationem causæ formalis, gratia gratum faciens præcedit contritionem*, &c. Respondetur hunc locum intelligi de contritione formata, & informi; nam, prout est informis, antecedit gratiam, cujus est meritoria *de congruo*; & prout est formata, & jam meritoria gloriæ *de condigno*, est posterior ipsâ gratiâ.

Objicies secundò locum eâdem *q. 28. ar. 7.* ubi dicitur *Remissionem peccati esse priorem contritione*; & consequenter idem dicendum est de gratia, nam hæc est simul cum remissione peccati. Respondetur remissionem peccati, & gratiam esse priorem contritione formata, non priorem contritione informi, modo proximè explicato.

Objicies tertiò locum *1. 2. q. 113. ar. 8. in corpore*, ubi D. Thomas asserit *priùs naturâ infundi gratiam, quàm habeatur motus contritionis*: & ibidem ad secundum, *Motus*, inquit, *liberi arbitrii sequitur gratiæ infusionem.* Respondetur ibi sermonem esse de infusione gratiæ actualis excitantis, & auxiliantis, quæ priùs naturâ infunditur, quàm eliciatur contritio, non de infusione gratiæ habitualis sanctificantis.

Objicies quartò testimonium *3. p. q. 89. ar. 1. ad primum.* ubi asseritur *Pœnitentiam, in quantum est virtus, esse effectum gratiæ sanctificantis*, &c. Respondetur ibi D. Thomam loqui de virtute Pœnitentiæ, prout est habitus infusus, nam is procedit à gratia sanctificante, cum qua est connexus per modum proprietatis cum sua natura; non loquitur de actu contritionis, qui est dispositio meritoria primæ gratiæ.

SECTIO III.

Quid sit Attritio, prout distinguitur à Contritione?

79 *Attritio est sufficiens dispositio ad justificationem in Sacramento, non tamen extra illud.*

79 Nomine Attritionis, prout distinguitur à Contritione, intelligitur dolor ille de peccato commisso, qui juxta *Trid. ses. 14. cap. 4.* est dispositio sufficiens ad justificationem in Sacramento, non tamen extra illud. Agendum primò de ejus supernaturalitate. Secundò de illius motivo: Tertiò de differentia à Contritione: Quartò, Utrùm Attritio possit fieri Contritio? *Trident.*

§. 1.

De Attritione quoad supernaturalitatem.

80 *Refertur sententia asserentium Attritionem non esse supernaturalem.*
81 *Defenditur contraria.*
82 *Satisfit argumentis opinionis contrariæ.*

83 *Attritio non elevatur à Sacramento.*
84 *Proponitur sententia asserentium Attritionem esse quidem supernaturalem, sed quoad modum duntaxat, non quoad substantiam, & in sua entitate.*
85 *Defenditur esse supernaturalem in entitate.*
86 *Explicatur, cur visus restitutus cæco solùm sit supernaturalis quoad modum, & non in sua entitate.*
87 *Refertur sententia asserentium Attritionem non solùm debere esse supernaturalem ex parte principii, sed etiam ex parte objecti.*
88 *Resolvitur sufficere supernaturalitatem ex parte principii.*
89 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

80 PRima difficultas: Utrùm Attritio debeat esse supernaturalis? Negant *Sot. Can. & Vega apud Ripal.* infrà. *Primò*, quia non est credibile facientem, quod in se est viribus naturæ, & sic accedentem ad Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ, damnari. *Secundò*, quia Attritio naturalis sufficienter elevatur per ipsum Sacramentum. Et loquuntur hi Auctores non solùm de Attritione, prout est pars Sacramenti Pœnitentiæ, de quo nos infrà, sed etiam de illa, prout cum Sacramento est dispositio ad gratiam.

Sotus. Canus. Vega.

81 *Nihilominus* standum resolutione affirmativa cum communi Theologor. quos latè citant, & sequuntur *Valent. q. 8. punct. 4. Vasq. q. 92. a. 1. dub. 3. Alphonsus de Leon recollect. 19. n. 31. Turrian. disp. 17. n. 2. Henr. l. 4. cap. 21. n. 6. Bellar. l. 2. cap. 8. Regin. l. 5. n. 40. Fillinc. tr. 6. n. 182. Bonac. q. 5. sec. 1. punct. 3. n. 3. Tan. q. 6. n. 35. Laym. cap. 2. Præpos. q. 2. dub. 5. Gran. tr. 2. disp. 8. n. 7. Suar. d. 5. sec. 1. Coninck. d. 2. n. 21. Lug. d. 5. sec. 9. Ripal. d. 17. n. 32.* Probatur primò ex *Trid.* tum *ses. 14. cap. 4.* ubi dicit *Attritionem esse donum Dei, & Spiritûs Sancti impulsum*, &c. tum *ses. 6. cap. 6. & 7.* ubi loquens de dispositione, hoc est, de attritione requisita ad effectum Sacramenti Baptismi, decernit *debere procedere ex gratia excitante, & adjuvante*, &c. tum ibidem *can. 3.* ubi dicit *neminem sine Spiritûs Sancti adjutorio posse pœnitere, sicut oportet ut ei justificationis gratia conferatur:* loquitur autem ibi non solùm de justificatione, quæ per contritionem fit extra Sacramentum, sed etiam de justificatione, quæ per attritionem fit in illo, ut ex ipso contextu colligere facile est.

P. Valent. P. Vasq. Alph. Leon P. Turrian. P. Henriq. P. Bellar. P. Reginal. P. Fillinc. Bonac. P. Tanner P. Laym. P. Præpos. P. Granad. P. Suar. P. Coninck. P. Lug. P. Ripald. Trident.

Secundò ex *Concilio Arausican. 2. can. 4.* ubi dicit *voluntatem, qua volumus purgari à peccato, esse in nobis per infusionem Spiritûs Sancti.* Et confirmatur, quia Attritio pertinet ad Salutem, estque utilis ad vitam æternam; at idem Concilium *Arausic. can. 6. & 7.* definit *nihil solis viribus naturæ posse fieri utile ad salutem, & ad vitam æternam*; in quam rem nos plura adduximus in materia *de Prædest. tr. 2. d. 1.* ubi rejectis aliis rationibus, minùs firmis, quæ communiter adduci solent ad probandam supernaturalitatẽ hujusmodi Attritionis, seu dispositionis ad gratiam, hanc confecimus; quia nimirum dispositio ad gratiam, qualis est Attritio, habet aliquam exigentiam, & connexionem cum gratia: ergo est supernaturalis, nam gratia est super omne debitum, & exigentiam naturæ.

Arausican.

82 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ, quam *Ripalda citatus cum Suar.* & aliis, quos allegat, gravissimâ censurâ dignam opinatur, Respondetur neminem facientem, quod in se est, accedere ad Sacramentum cum sola Attritione naturali; nam facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam.

83 *Ad secundum*, Respondetur, aliud esse loqui de Attritione, prout est pars materiæ Sacramenti Pœnitentiæ, de qua nos *sect. seq.* aliud loqui de Attritione, prout est dispositio ad effectum Sacramẽti, quo pacto nunc de illa loquimur; &, prout sic, dicimus non sufficere Attritionem naturalem, neque elevari à Sacramẽto, tum quia aliàs non requireretur ad illam ex parte principii gratia excitans, & adjuvans, quod est contra Concilia locis citatis; tũ quia dispositio, ut diximus, debet habere aliquam exigentiam, & connexionem intrinsecam cum forma, ad quam disponit: Attritio verò naturalis nullam habet connexionem cum gratia; sed neque habere potest, quia dispositio disponit communicando formaliter se ipsam subjecto: at causa formalis nullam admittit elevationem, est enim ipsa essentia, & entitas formæ communicata subjecto; at rerum essentiæ & entitates non possunt mutari.

84 *Quæres primò*: Utrùm sufficiat Attritio supernaturalis quoad modum, an requiratur supernaturalis in entitate? *Vasq.* & alii, quos citant, & sequuntur *P. Vasq. Tur.*

P. Turriā. P. Hurtad. *Tur. d. 27. dub. 3. & Hurt. disp. 6. diffic. 6.* existimant sufficere Attritionem supernaturalem quoad modum, quia non est unde colligatur maior necessitas supernaturalitatis in substantia.

85 Sed probabiliùs dicendum cum *Suar. Tan.* & aliis ubi proximè, requiri Attritionem supernaturalem in entitate, quia requiritur Attritio, quæ postulat principium in entitate supernaturale, ut constat *ex Concilio Trident.* locis citatis, ubi ad Attritionem requirit idem principium, quod ad Contritionem; ad Contritionem autem requiritur principium quoad entitatem supernaturale: at verò Attritio, quæ postulat principium in entitate supernaturale, est supernaturalis in sua entitate. (P. Suar. P. Tanner.)

86 Objicies: Visus restitutus cæco postulat principium supernaturale; & tamen non est supernaturalis in sua entitate. Respondetur visum restitutum cæco non postulare principium in entitate, sed solùm quoad modum supernaturale; non enim postulat principium indebitum naturæ, sed indebitum in his circunstantiis, & hoc modo.

87 *Quæres secundò:* Utrùm sufficiat quòd Attritio sit supernaturalis solùm ex parte principii, an etiam requiratur, quòd sit supernaturalis ex parte objecti motivi. *Suar. Val. & Tan.* opinantur etiam debere esse supernaturalē ex parte objecti. Probatur primò; quia, ut ex dictis constat, debet esse in sua entitate supernaturalis: at supernaturalitas actuum desumitur ex supernaturalitate objecti motivi, ita, ut dari non possit actus in sua entitate supernaturalis, quin habeat objectum motivum supernaturale; & hoc, præter Auctores citatos, docent *Arrubal, Fassol. Ruiz, & Alarc. apud Ripald. ubi infrà.* Probatur secundò ex pluribus locis *D. Aug.* apud Tannerum, ubi dicit *dolorem ex solo motivo humano conceptum, esse inutilem & fictum.* Tertiò, quia peccatum avertit à Deo, prout est ordinis supernaturalis: ergo Pœnitentia, quæ expellit ipsum peccatum, debet convertere ad Deum, prout est ordinis supernaturalis. (P. Suar. P. Valent. P. Tanner. P. Arrub. P. Fassol. P. Ruiz. P. Alarc. D. August.)

88 Dicendum tamen videtur sufficere supernaturalitatem ex parte principii. Ita *Molin. Gran. Erice, Conine. Lorca, & Salas,* quos citat & sequitur *Ripal. de Ente supernaturali d. 45.* asserentes sufficere ad supernaturalitatem substantialem actûs principium supernaturale. Probatur primò, quia ad spiritualitatem actûs sufficit principium spirituale. Item ad diversitatem cognitionis humanæ, & Angelicæ de eodem objecto, & propter idem motivum formale, sufficiunt principia diversa, ita ut cognitio humana desumatur à principio humano, & Angelica à principio Angelico: ergo etiam supernaturalitas sufficiēter desumetur à principio supernaturali. Secundò probatur, quia scientia per se infusa Christi Domini non solùm prout attingebat supernaturalia, sed etiam prout attingebat naturalia, erat supernaturalis; & tunc clarum est ejus supernaturalitatem non posse desumi, nisi à principio supernaturali. Tertiò; quia, ut *tract. 1 n. 138.* ostendimus, potest dari actus naturalis ex motivo supernaturali, dummodo principium naturale sit: ergo etiam dari poterit actus supernaturalis ex motivo naturali, dummodo principium sit supernaturale. Quartò, loquendo specialiter de Attritione, quia *Concilium Trid. sess. 14. cap. 4.* docet motivum Attritionis esse aut metum gehennæ, aut turpitudinē peccati; hæc autem sunt naturalia. (P. Molin. P. Granad. P. Eric. P. Coninck. Lorca. P. Salas. P. Ripald. Concilium Trident.)

89 Neque obstat primò, quòd actus specificentur per objecta formalia; non enim specificantur per illa utcunque supra in entitate, sed sub diversis capacitatibus ad principia diversa, (seu quod idem est) non specificantur adæquatè per objecta formalia, sed etiam per principia; unde sufficit, quòd hæc sint supernaturalia. Non obstat secundò, quòd *D. Aug.* appellet inutilem, & fictum illum dolorem, qui concipitur ex solo motivo humano; loquitur enim ibi de motivo, quod nullo modo respicit Deum, de quo nos *diffic. sequenti.* Item loquitur de dolore, qui non elicitur ex inspiratione Spiritus Sancti, & principio supernaturali. Non obstat tertiò, quòd Pœnitentia debeat convertere ad Deum, ut est ordinis supernaturalis; nam, ut talis sit, non est necesse, quòd attingat supernaturalitatem Dei explicitè: satis est quòd illam attingat implicitè, respiciendo ipsum Deum per motivum, quod non sit merè humanum, de quo *titulo sequenti.*

§. 2.

De Attritione quoad motivum.

90 *Motivum Attritionis duplex est, nimirum metus gehennæ, & pœnarum, & turpi-*

turpitudo peccati.

91 *Quid veniat nomine pœnarum hoc loco?*

92 *Etiam potest haberi Attritio ex metu alicujus pœnæ temporalis divinæ, hoc est, prout à Deo inflictæ.*

93 *Non tamen ex metu pœnæ humanæ sine respectu ad Deum, prout concipitur inflicta à judice purè humano.*

94 *Refertur sententia asserentium Attritionem habitam ex metu gehennæ & pœnarum non esse honestam.*

95 *Oppositum tamen tenendum est.*

96 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

97 *Quo sensu Attritio magis detestetur pœnam, quàm culpam.*

98 *Fugere iram Dei est quid honestum.*

99 *Quo sensu ad minus bonum possit ordinari bonum maius?*

100 *Ad quam virtutem pertineat Attritio habita ex metu?*

101 *Quid intelligatur nomine turpitudinis peccatis?*

102 *Aliqui existimant non solùm intelligi turpitudinem peccati, prout hoc concipitur contrarium Deo, sed etiam prout sistitur in ipsa turpitudine furti, ebrietatis, &c.*

103 *Sed probabilius est intelligi solam turpitudinem peccati, prout ejus detestatio convertit ad Deum.*

104 *Explicatur locus Trident qui videtur cõtrarius.*

90 SEcunda difficultas: Quod sit motivum Attritionis? *Concilium Trid. sess. 14. cap. 4.* definit Attritionem communiter concipi, aut (ex turpitudinis peccati consideratione, aut ex gehennæ, & pœnarum metu) Trident.

91 Quod attinet ad metum gehennæ, & pœnarum, *Quæres primò*, quid veniat nomine pœnarum? Respondetur intelligi non solam pœnam damni, sed etiam pœnam sensûs: item non solam pœnam Inferni, sed etiam pœnam Purgatorii.

92 Unde sequitur cum *Tan. q. 6. n. 91. Lugo disp. 5. n. 137. Val. q. 8. p. 4. Henr. l. 4. cap. 22. n. 5. lit. Q. Conine. disp. 14. de Fide. n. 120. Pezan. in additionibus ad D. Thom. q. 5. disp. 3. Gran. tr. 2. disp. 2. sec. 1. n. 5. Vega l. 13. in Trid. cap. 34. contra Vasq. q. 92. a. 1. dub. 3.* posse etiam haberi attritionem ex metu alicujus damni temporalis, quo Deus potest in hac vita punire peccata. Et probatur primò, quia pœna Purgatorii est temporalis, & tamen attritio potest concipi ex metu illius. Secundò, quia *Concilium Trident. loco citato* adducit in exemplum attritionem Ninivitarum, quæ fuit concepta ex timore subversionis civitatis.

P Tanner. P. Lug. P. Valent. P. Henriq. P. Conin. k Pezan. P. Granad. Vega. P. Vasq.

93 Utrùm verò sufficiat metus pœnæ humanæ, quæ scilicet sine respectu ad Deum concipitur infligi à judice purè humano? Respondetur negativè cum communi Doctorum ubi proximè. Probatur ex *D. Aug. ubi suprà,* qui attritionem ex hujusmodi metu conceptam appellat inutilem, & fictam. Deinde ratione, quia hic metus nullo modo convertit hominem ad Deum: at Pœnitentia, quæ requiritur ad justificationem, debet convertere ad Deum; opponitur enim, & est contraria peccato, quod fuit aversio ab ipso Deo. D. Aug.

94 Maius dubium est, quomodo hujusmodi attritio concepta ex metu gehennæ & pœnarum sit honesta? Illam non esse honestam existimant *Greg. Alm. & Adrian. apud Suar. d. 5. sec. 2.* Et probatur *primò,* quia hic metus, cùm sit servilis, videtur includere istam conditionalem; *Si peccatis non esset imposita pœna, non illa detestarer:* ista autem conditionalis non est honesta. *Secundò,* quia detestatur culpam propter pœnam, unde magis detestatur pœnam, quàm culpam; nam propter quod unumquodque tale, & illud magis. Unde prædicta detestatio videtur includere istam conditionalem, *Si altera mihi esset incurrenda, vellem potiùs culpam, quàm pœnam:* hæc autem conditionalis est peccaminosa, ut patet ex dictis *n. 10.* Gregor. Almain. Adrian. P. Suar.

Tertiò; quia licèt demus istum metum non esse malum, non inde sequitur esse bonum; sed erit indifferens, nam fugere pœnam pertinet ad quandam naturæ cõmoditatem, quæ de se neque est bona, neque mala, sed indifferens. *Quartò;* quia, licèt ille timor esset bonus, tamen ordinare ad illum detestationem culpæ esset inordinatum, & consequenter malum, quia est ordinare maius ad minus bonum. *Quintò,* quia non assignabitur virtus, ad quam pertineat talis metus: ergo studiosus, & honestus non est.

95 *Nihilominus* negari non potest post *Concilium Trid.* attritionem ex metu esse honestam. Ita definiri videtur *sess. 6. can. 8. & sess. 14. cap. 4. & can. 5.* Ratione ostenditur, quia & ejus intentio, & ejus medium sunt honesta; intentio, quia intendit Trid.

dit fugere iram, & odium Dei, quod est honestum: medium, quia ad fugiendam iram Dei eligit fugere culpam, prout est digna odio, & irâ ipsius Dei, quod etiam est honestum. Et confirmatur, quia ille actus est honestus, ad quem Christus Dominus nos in Evangelio excitat; at excitat ad prædictam attritionem *Luc. 12.* *Luc. 12. Timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.* Item Scripturæ *Apoc.* *Apoc. 14.* *cal. 14. n. 7. Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus,* &c. *Exod. 10.* *Exod. 20. n. 20. Ut probaret vos, venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis.*

Et sanè hæc est communis doctrina *Tertul.* Sanctorum Patrum *Tertul. l. de Pœnit.* *D.Cypr.* *D.Basil.* *Cyprian. l. 3. ad Quirinum cap. 20. Basil.* *D.Hieron* *in Psal. 33. Hieronym. in cap. 1. Malach.* *D.Ambros.* *Ambros. l. 2. de vocat. gentium cap. 9. Au-* *D.August.* *gust. tom. 10. serm. 214. de tempore. Gre-* *D.Gregor* *gor. hom. 34. in Evang. & l. 28. Moral.* *D.Thom.* *cap. 8.* Quibus subscribunt Scholastici. *D.* *D.Bonav.* *Thom. 2. 2. q. 19. a. 4. & 3. p. q. 85. a. 5.* *Domin.* *ad primum, & ad 3. D. Bonav. in opusc.* *Sot.* *Petr.* *de Grat. sanctificant. s. 5. cap. 4. Domin.* *Ledes.* *Sot. in 4. dist. 14. q. 2. a. 5. Petrus Ledesm.* *Castro.* *in Theol. moral. tr. de Pœnit. cap. 7. Castro* *Bonacin.* *verbo Timor, hæres. 1. contra Luther. Bonac. tom. 1. d. 5. q. 5. punct. 3. propos. 3. n. 4.*

96 Ad primum respondetur timorem servilem, de quo loquimur, ut sit honestus, & sufficiens ad justificationem in Sacramento, includere istam conditionalem: *Si peccatum non esset dignum irâ Dei, non illud detestarer ex timore*, quæ conditionalis, licèt non inducat, tamen non tollit detestationem ex amore, sed ab illa abstrahit; quod nihil includit inhonestum, sed maximè honestum, ut patet ex dictis.

97 Ad secundum concedo prædictam attritionem magis detestari pœnam, quàm culpam, sed inde non sequitur includere illam conditionalem: *Si altera mihi esset incurrenda, eligerem potiùs culpam, quàm pœnam.* Dices: Detestari peccatum grave magis, quàm leve, includit istam conditionalem: *Si alterum mihi esset committendum, committerem potiùs peccatum leve, quàm grave*, ut constat ex dictis *à n. 9.* ergo etiam detestari pœnam magis, quàm culpam, includit istam conditionalem: *Si altera mihi esset incurrenda, incurrerem potiùs culpam, quàm pœnam.*

Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia in primo casu detestamur ex parte objecti materialis unum magis, quàm aliud, & detestari unum objectum materiale magis, quàm aliud, est postponere unum alii: at in secundo casu non detestamur pœnam ex parte objecti materialis magis, quàm culpam, sed detestamur solam culpam propter pœnam sumptam in ratione objecti formalis; & detestari objectum materiale propter formale, non est illud postponere huic, sed illud detestari propter hoc, præscindendo à comparatione, & appreciatione unius præ alio ex parte objecti materialis, reservando illam in alium actum. Tota hæc doctrina patet: in eo, qui diligit Deum propter gloriam; & in eo, qui offert sacrificium Missæ propter aliquod bonum temporale: non enim postponunt Deum gloriæ, neque sacrificium Missæ bono temporali; sed primus diligit Deum propter gloriam, & secundus offert sacrificium Missæ propter bonum temporale, quod est valde diversum, ut constat ex dictis.

98 Ad tertium respondetur, fugere pœnam, prout idem est, atque fugere iram Dei, ejusque odium, esse honestum, & secundùm rectam rationem.

99 Ad quartum respondetur, unum bonum bene posse immediatè ordinari ad aliud minus, dummodo ultimò ordinetur ad aliud maius, ut patet in mysterio Incarnationis, quod immediatè ordinatum est ad remedium peccati, ultimò ad gloriam Dei. Sic ergo detestatio culpæ potest immediatè ordinari ad fugiendam pœnam, dummodo ultimò intendatur conversio ad Deum.

100 Ad quintum respondetur cum *Suar. citato n. 10.* attritionem ex metu pertinere ad virtutem Spei, quia ejusdem *P.Suar.* virtutis est prosequi bonum, & fugere à malo contrario; at verò gehenna, & ejus pœnæ sunt contrarium Beatitudinis, cujus prosequutio pertinet ad virtutem Spei; est enim Beatitudo objectum primarium Spei, reliqua bona objectum secundarium.

101 Quod attinet ad motivum ex turpitudine peccati, *Quæres secundò:* Quid intelligatur nomine turpitudinis peccati? Respondetur intelligi turpitudinem, quæ inest rationibus offensæ, inobedientiæ, ingratitudinis, necnon irreverentiæ commissæ contra Deum, & cæteris formalitatibus, quæ apprehenduntur, ut contrariæ

riæ ipsi Deo.

102 Utrùm verò etiam intelligantur aliæ turpitudines, furti, ebrietatis, &c. quæ non concipiuntur ut contrariæ Deo, neque earum detestatio ad illum convertit? Affirmat *Suar. cit. sect. 2. n. 11.* & sic videtur loqui conformiùs *Concilio Trid.* quatenus absolutè docet, *attritionem concipi ex turpitudine peccati.*

P. Suar.
Trid.

103 Sed probabiliùs negandum est cum *Val. q. 8. puncto. 4. §. Animadvertendum. Pezant. ubi proximè. Coninc. disp. 14. de Fide: n. 120. Lugod. 5. n. 142.* quia eadem est ratio de hac turpitudine, ac de metu merè humano; nam, sicut hic non convertit ad Deum, ita neque & illa: attritio verò, quæ est sufficiens dispositio ad gratiam, debet convertere ad Deum, ut constat ex dictis.

P. Valent.
Pezant.
P. Coninck.
P. Lug.

104 Neque obstat, quòd *Concilium Trident.* absolutè doceat sufficere attritionem conceptam ex turpitudine peccati, non enim dicit sufficere conceptam ex quacumque turpitudine, sed ex turpitudine peccati; nam peccatum, quà tale, dicit aversionem à Deo, etiam ut est ordinis supernaturalis, saltem implicitè, illique est contrarium: voluit ergo Concilium attritionem debere concipi ex turpitudine peccati, ut avertente à Deo, illique contraria.

§. 3.

De Attritione quoad differentiam à Contritione.

105 *Referuntur, & refutantur nonnullæ differentiæ inter Attritionem, & Contritionem.*

106 *Notantur quatuor optima discrimina.*

105 Tertia *difficultas*: In quo differant Attritio, & Contritio? Nonnulli eam distinguunt cum *Scot. & Palud.* per minorem intensionem, & durationem. Sed non rectè, nam *n. 61. & 68.* ostendimus nullam intensionem, aut durationem esse de ratione Contritionis. Alii cum *Caiet.* sentiunt discriminari per acceptationem divinam. Non etiam rectè, quia antecedenter ad acceptationem divinam aliquid discriminis reperitur inter Contritionem, & Attritionem, saltem ex parte motivi, ut patet ex dictis. Plures cum *Soto, & Ricardo* contendunt eundem dolorem, prout antecedit gratiam, dici Attritionem; & prout illâ formatur, esse Contritionem. Rejiciuntur; quia, ut suprà ostendimus *à n. 71.* Contritio, prout antecedit gratiam, & ad illam disponit, habet veram rationem Contritionis.

Sotus.
Paludan.
Caietan.
Sotus.
Ricardus.

106 Dicendum ergo est Contritionem, & Attritionem differre *primò*, & principaliter ex parte motivi, quia motivum Contritionis est supremum Charitatis, nimirum Deus super omnia dilectus; motivum verò Attritionis est inferius ex metu gehennæ & pœnarum, vel ex turpitudine peccati. *Secundò* differunt, quia Contritio, licèt in aliquo instanti naturæ, in nullo reali est informis; Attritio verò non formatur, nisi in Sacramento. *Tertiò*, quia Contritio etiam extra Sacramentum justificat; Attritio verò non ita. *Quartò*, quia Contritio per se est dispositio proxima ad gratiam; Attritio verò solùm per accidens ratione Sacramenti. Ita communis Theolog. cum *D. Thom. q. 1. de part. pœnit. a. 3. Nugn. ibidem dubio 1. Valent. disp. 2. q. 8. punct. 2. Henr. l. 4. cap. 25. Suar. disp. 5. sec. 3. Vasq. q. 82. a. 1. dub. 2. n. 14. & q. 86. a. 3. dub. 8. n. 4. Zerola cap. 6. quæsito 2. Angles in suis floribus in 4. q. de Contr. l. 4. Camerota tr. 6. de Contr. dub. 2. Pitig. p. 2. d. 14. quæsito 2. q. 2. a. 6. conclus. 2. Filliuc. tr. 6. c. 4. quæsito 8. 9. & 11. Bonac. q. 5. sec. 1. p. 3. n. 11. Molf. tr. 7. cap. 8. n. 26. Escobar. to. 2. sect. 2. de Sacram. Pœnit. Prob. 15.*

D. Thom.
Nugnus.
P. Valent.
P. Henriq.
P. Suar.
P. Vasq.
Zerola.
Anglesius.
Camerota.
Pitigianus.
P. Filliuc.
Bonac.
Molf.
P. Escobar

§. 4.

De Attritione quoad mutationem in Contritionem.

107 *Videtur, quòd Attritio possit fieri Contritio.*

108 *Sed re vera non potest.*

109 *Quo sensu in Sacramento ex attrito quis fiat contritus?*

110 *Una species etiam moralis non potest transire in aliam.*

111 *Quo sensu, quando Turcus baptizatur, habitus jejunii Mahometani possit concurrere ad je unium Christianum?*

112 *Attritio, cui adjungeretur actus amoris Dei, maneret Contritio, non propriè & formaliter, sed æquivalenter.*

107 Quarta *difficultas*: Utrùm Attritio fieri possit Contritio? Videtur posse, *primò*; quia attritus potest fieri contritus, ut est vulgare inter Theologos, qui dicunt accedentem cum

cum sola attritione ad Sacramentum, per susceptionem illius ex attrito fieri contritum: ergo etiam Attritio poterit fieri Contritio. *Secundò*, quia non repugnat unum actum moralem transire ab una specie in aliam, v. g. actus internus erogandi eleemosynam ex motivo misericordiæ, illo relicto, potest ad mittere motivum vanæ gloriæ, & transire in illam, persistente eadem entitate actûs circa eandem materiam eleemosynæ. *Tertiò*: idem dicendum de habitu, potest enim, deposita una specie, transire in aliam: v. g. Mahometanus solitus jejunare propter cultum suæ Sectæ, factus Christianus potest ex eodem habitu faciliteri ad jejunium Christianum; quo in eventu idem habitus ex malo (erat enim cultus falsæ religionis) transit in bonum, hoc est, in professionem veræ fidei. *Quartò*, quia saltem potest accedere ad Attritionem amor Dei super omnia; & tunc attritio, quæ solùm erat Attritio, per conjunctionem amoris Dei videtur fieri Contritio, justificabit enim extra Sacramentum. ergo, &c.

108 *Nihilominus*, si propriè loquamur, dicendum est Attritionem non posse fieri Contritionem. Ita communis Theologor. cum *D. Thom. apud Suar. d. 5. sect. 3. Vasq. q. 86. a. 2. dub. 3. Granad. n. 13. Valent. q. 8. punct. 2. Tурian. disp. 15. dub. 2. Escobar proximè Problem. 15.* Probatur uno verbo; quia, si Attritio fieret Contritio, amitteret suam rationem, & abiret in essentiam diversam; sunt enim Attritio, & Contritio essentialiter diversa, & habent objecta formalia specificativa diversa: at verò Attritio non potest amittere suam essentiam; sunt enim essentiæ rerum immutabiles: ergo, &c.

D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Granad. P. Valent. P. Turrian. P. Escobar.

109 Ad primum respondetur, accedentem cum sola attritione ad Sacramentum posse considerari dupliciter: *Primò*, prout in Sacramento non excitatur ad contritionem, illamque elicit, sed in sola attritione perseverat; & sic non potest dici propriè fieri contritus, sed solùm quoad æquivalentiam, quia scilicet ejus attritio simul cum Sacramento æquivalet contritioni, & justificat, sicut justificat sola contritio sine Sacramento. *Secundò*, potest considerari, prout in Sacramento excitatur ad contritionem, illamque elicet; & sic potest propriè dici fieri contritus, nunquam tamen ejus attritio potest propriè dici fieri contritio. Et hujus diversitatis ratio est, quia dicere unum concretum mutari in aliud, v. g. calidum in frigidum, solùm significat subjectum ab una forma accidentali transire in aliam, quod non repugnat; at dicere unum abstractum mutari in aliud, v. g. calorem in frigus, aut albedinem in nigredinem, significat unam formam transire in essentiam alterius, quod repugnat.

110 Ad secundum, etiam negandum est actus morales posse transire ab une specie in aliam; sunt enim, ut diximus, essentiæ rerum immutabiles. Sed dices: Moralitas non est de essentia actûs physici: potest ergo, persistente hac, illa mutari. Respondeatur (quidquid sit de moralitate extrinseca, quæ desumitur ab actu imperante, vel prout coincidit cum libertate) moralitatem intrinsecam, quæ desumitur ex objecto formali motivo, etiam esse de substantia physica, & essentia ipsius actûs Sed de hoc alibi plenius.

111 Ad tertium respondetur, etiam habitum ob eandem rationem non posse mutari ab una essentia in aliam. Ad exemplum habitûs jejunii Mahometani, respondetur illum considerari dupliciter: *Primò*, prout removet prohibens moderando appetitum comedendi. & sic faciliat etiam ad jejunium Christianum. *Secundò* prout dicit tendentiam in objectum, & actum jejunii Christiani; & sic non ordinat ad illud, sed ad solum jejunium Mahometanum.

112 Ad quartam respondetur, in eo casu, quod amor Dei adjungeretur attritioni, posse tunc dici quòd attritio fiat contritio, non propriè & formaliter per commutationem unius entitatis in aliam, sed impropriè & quoad æquivalentiam, ut dixi, quia illa attritio juncta cum amore Dei æquivalet quoad effectum veræ contritionis, justificat enim extra Sacramentum, sicut justificat contritio.

SECTIO II.

Utrùm, & quæ Attritio sit materia hujus Sacramenti?

Explicatur status quæstionis.

113 Actenus explicavimus, quid sit Contritio, & quid Attritio: nunc videndum superest, quænam earum requiratur ad valorem hujus Sacramenti &

sit

sit illius materia necessaria? Quod per sequentes titulos, ac difficultates examinandum est.

§. I.

Utrùm sufficiat Attritio?

114 *Refertur sententia asserentium non sufficere attritionem, sed requiri contritionem.*

115 *Concluditur sufficere attritionem.*

116 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ, & concluditur posse dari justificationem in Sacramento absque charitate actuali, licèt dari nunquam possit absque charitate habituali.*

117 *Contritio fuit medium necessarium extra Sacramentum, & modò adhuc est medium necessarium extra illud.*

114 PRimi difficultas: Utrùm sufficiat attritio? Videtur enim requiri contritio, & id docent *Mag. 4. disp. 18. D. Bonav. a. 2. q. 1. Ugo de S. Vict. in summa sent tr. 5. cap. 11. Ricard. de S. Vict. tr. de potest. solvendi. & lig. cap. 11. Alex. Alens. 4. p. q. 21. membro. 1. & 2. Altisiod. l. 4. summæ a. 6. cap. 8. Abul. 1. sui defensor. cap. 6. Gabr. in 4. d. 14. q. 2. notat. 2. & a. 2. & d. 18. q. 2. a. 2. Maior ibidem suplement Gabr. disp. 23. q. 2. a. 1. Med. tr. 2. de confess. ficta. iteranda, & q. de effect. absolut. Adrian. q. 1. de confess. Petr. Sot. lect. 7. de pœnit. & 4. de confess.* Primò, quia requiritur dispositio, ex cujus vi hoc Sacramentum justificet, est enim institutum ad justificandum: at sola contritio justificat, sola enim est charitas, & sine charitate non datur justificatio, juxta illud *Sine charitate nihil sum, &c.* Secundò, quia aliàs contritio post institutionem hujus Sacramenti desineret esse medium unicum, ac necessarium ad salutem; sufficeret enim attritio, prout est pars hujus Sacramenti: at contritio non potest desinere esse medium necessarium, nam Christus Dominus per institutionem Sacramentorum non destruxit media necessaria ad salutem, sed ea perfecit.

Magister. D. Bonav. Ugo. Vict. Ricard. Vict. Alexand. Alens. Altisiod. Abulensis. Gabriel. Maior. Medina. Adrianus Petr. Sotus

115 *Nihilominus* dicendum sufficere attritionem. Ita communiter Theologi cum *D. Thom.* quos citant & sequuntur *Suari disp. 20. sect. 1. Vasq. q. 92. a. 1. dub. 2. Valent. q. 8. p. 4. Henr. l. 2. cap. 26. Taner. q. 6. dub. 4. Prepos. q. 2. dub. 4. Turrian. d. 27. dub. 1. Hurt. d. 6. diff. 2. Lug. d. 5. n. 133. Tolet. l. 3. cap. 10. n. 7. Conink. d. 4. dub. 5. Filliuc. tr. 7. n. 144. Bonac. q. 5. sect. 1. 3. n. 10. Malder. 2. 2. q. 19. a. 4. Mercer. ad supplem. D. Tho: q. 1. a. 3. de contritione. Ioannes Wiggers. de virtut. Theologicis q. 19. a. 4. n. 14.* qui communiter dicũt, contrarium post Concilium Trident. esse erroneum. Probatur primò ex *sess. 14. cap. 4.* ubi *Concilium Trid.* loquẽs de attritione docet eam extra Sacramentum non sufficere ad justificationem, sufficere tamen in illo. Secundò ex pluribus tex. apud *Gratian. 26. q. 6.* ex quibus constat amentem, & moribundum quandoque ad salutem æternam pendêre ab absolutione Sacerdotis, itaut cum illa salvetur, & non sine illa; quod ideo dicitur, quia attritio moribundi sufficit cum Sacramento, & non sufficit sine illo. Tertiò, quia hoc Sacramentum est institutum ad suscitandos eos, qui post Baptismum existunt in peccato, sicut Baptismus est institutus ad suscitandos eos, qui ante ipsum in peccato existunt, idcirco utrunque dicitur Sacramentum mortuorum; at tale non esset, si requireretur contritio, nam hæc justificaret ante susceptionem ipsius Sacramenti. Quartò; quia, ut omnes Theologi docent, hoc Sacramentum facit ex attrito contritum, non formaliter, ita ut attritus per susceptionem Sacramenti excitetur ad contritionem formalem, ut patet in amente, & moribundo attrito, cui sensibus destituto administratur hoc Sacramentum, juxta *tex. cit 26. q. 6.* clarum enim est hunc amentem per suscepitionem Sacramenti non fieri ex attrito contritum formaliter: ergo æquivalenter, & quoad effectum, ita ut attritio cum Sacramento præstet effectum justificationis, quem præstaret contritio se solâ extra Sacramentum.

D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Valent. P. Henriq. P. Tanner. P. Prepost. P. Turrian. Hurtad. P. Lug. P. Toletus. P. Coninck. P. Filliuc. Bonac. Maldre. Mercer. Ioannes. Vrigers. Gratianus.

116 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur solam contritionem justificare extra Sacramentum, quod non tollit quominus attritio etiam justificet in Sacramento. Neque obstat quòd sola contritio sit charitas, & sine charitate non detur justificatio; aliud enim est non dari justificationem absque charitate habituali, & hoc est verum: aliud non dari sine charitate actuali, & hoc licet citra privilegium Sacramenti sit verum, dato privilegio Sacramenti verum non est.

117 Ad

117 Ad secundum respondetur contritionem non esse, neque unquam fuisse medium necessarium ad salutem, nisi extra Sacramentum; sola pœnitentia sufficiens ad justificationem erat, & nunc est medium necessarium ad salutem, quod Christus Dominus non destruxit, sed perfecit, faciendo quòd attritio in Sacramento sufficeret ad justificationem, & contritio in illo conferret uberiorem gratiam, quàm extra illud.

§. 2.

Utrùm sufficiat Attritio cognita?

118 *Refertur sententia asserentium non sufficere.*
119 *Concluditur contraria.*
120 *Solvuntur fundamenta oppositi.*

118 *Secunda difficultas*: Utrùm satis sit Attritio cognita? Aliqui enim Doctores existimant sufficere Attritionem in re, nam saltem de hac debet intelligi *Concilium Trid.* verùm asserunt non sufficere Attritionem cognitam, sed requiri putatam Contritionem. *Ita Victor. in relect. de potest. Eccles. q. 2. Sot. l. 1. de natura, & grat. cap. 15. & in 4. d. 18. q. 3. a. 2. Led. 2. p. q. 20. a. 1. Vega l. 13. in Trid. cap. 34. ad 3. Cord. l. 1. quæstionum Theologic. q. 2. opin. 3. in 2. punct. illius, & opin. 4. Navar. in summa c. 1. n. 30.* Probatur *primò*; quia rationes factæ pro resolutione proximæ difficultatis solùm convincunt sufficere Attritionem in re, non tamen cognitam. *Secundò*; quia qui accedit ad Sacramentum cum sola attritione cognita, accedit scienter in peccato mortali, & nemo cum tali scientia potest accedere ad Sacramenta, quia sancta sanctè sunt tractanda: unde qui sic accederet, peccaret; & consequenter non accederet dispositus ad Sacramentum Pœnitentiæ.

Victora. Sotus. Ledesm. Vega. Cordub. Nava.

119 *Nihilominus* dicendum sufficere Attritionem cognitam. Ita communis Theologor. quos citant, & sequuntur *Suar. disp. 20. sect. 1. n. 20. Tan. q. 6. n. 72. Valent. q. 8. punct. 4. Vasq. q. 92. a. 1. dub. 2. n. 13. Bonac. q. 5. sect. 1. punct. 3. Præpos. Coninc. Hurt. Turr. Tolet. Filliuc. & Lugo ubi proximè, Escobar tom. 2. lib. 14. sect. 2. problemat. 26. n. 127.* Probatur primò, quia hoc Sacramentum, ut diximus, est mortuorum, hoc est, institutum ad suscitandos mortuos: potest ergo quis, se cognoscens mortuum, nimirum non contritum, sed solùm attritum, accedere ad illud. Secundò, quia deludit verba *Trid.* qui dicit, illud loqui de attritione putata contritione, nam *Concilium* apertè loquitur de attritione, quæ elicitur ex metu gehennæ, & ex turpitudine peccati, qui modus attritionis à nullo putatur contritio.

P. Suar. P. Tanner. P. Valent. P. Vasq. Bonac. P. Præpos. P. Coninck P. Hurtad. P. Turrian. P. Tolet. P. Filliuc. P. Lug. P. Escob.

Tertiò, quia aliàs cuilibet maneret liberum dicere etiam attritionem cognitam non sufficere cum Baptismo. Quartò, quia dispositio ad gratiam sufficit, aut non sufficit secundùm id, quod in re est, aut non est: sin minùs sufficeret extra Sacramentum attritio putata contritio: & è contra non sufficeret contritio putata attritio, quod est omnino falsum.

120 *Ad primum* patet solutio ex dictis; nam rationes assignatæ etiam convincunt sufficere attritionem cognitam, ut eas consideranti fiet manifestum. *Ad secundum* dicendum est bene posse quempiam cum scientia peccati mortalis accedere ad Sacramenta mortuorum, dummodo cum ea dispositione accedat, ut per ipsum Sacramentum justificetur; neque tunc dicetur indignè, sed sanctè accedere ad sancta, quod patet exemplo Baptismi, nam sanctè eum tractat, & sanctè accedit ad illum, qui cum ea dispositione accedit, ut per ejus susceptionem justificetur.

§. 3.

Utrùm etiam sufficiat in articulo mortis?

121 *Communis, & celebris est opinio negativa.*
122 *Probabilior est contraria affirmativa.*
123 *Satisfit fundamentis oppositis; & concluditur neminem, etiam in articulo mortis, teneri vitare pericula metaphysica, sed sola moralia, & humana.*

121 *Tertia difficultas*: Utrùm etiam in articulo mortis satis sit Attritio cognita? Celebris est opinio negativa, quam amplexi sunt *Suar. d. 15. sect. 4. n. 18. & Sanch. tom. 1. Dec. l. 1. cap. 9. n. 34. Val. q. 8. punct. 4. Gran. 1. 2. controv. 2. de actib. hum. tr. 12. disp. 4. sect. 4. n. 36. Zambran. de casib. occurrent.*

P. Suar. P. Sanch. P. Valent. P. Granad. Zambran.

rent. tempore mortis. cap. 4. dub. 1. n. 4. Nugn. 3. p. to. 2. q. 2. a. 4. Regin. l. 5. n. 23. Bonac. in Decal. disp. 3. q. 4. punct. 2. n. 2. Filliuc. tr. 6. cap. 8. n. 197. Ioan. Sanch. disp. 44. n. 13. §. Rursus. Tan. q. 6. n. 66. & 68. Præpos. q. 2. n. 57. Probatur, quia homo tenetur ex charitate propria se non exponere periculo damnationis æternæ; qui autem in articulo mortis, relictâ contritione, confitetur cum sola attritione cognita, exponit se periculo damnationis æternæ; nam contraria opinio asserens non sufficere attritionem cognitam, est probabilis, ac proinde potest esse vera. Et confirmatur, quia in dubiis, quando agitur de salute animæ, tutior pars est eligenda, ut communiter asserunt Doctores, qui ex hoc principio inferunt ministrum Baptismi non posse baptizare utendo materia, vel forma probabiliori, relictâ securâ ac certâ.

Nugnus. P. Rigiul. Bonacina. P. Filliuc. Joan. Sãch. P. Tanner. P. Præpos.

122 *Nihilominus* probabilior est contraria resolutio affirmativa, quam cum pluribus tenent *Fagund. l. 2. c. 4. n. 13. Becan. de Sacram. c. 35. n. 3. Laym. l. 4. tr. 6. cap. 2. n. 6. Coninck. disp. 3. dub. 1. n. 5. Faber de pœnit. d. 14. q. 2. disp. 18. c. 3. n. 71. Turrian. in select. p. 1. disp. 21. dub. 2. Sal. 1. 2. tr. 8. disp. unica sect. 10. n. 98. Tolet. l. 4. cap. 9. n. 10. Azor. to. 1. l. 9. cap. 4. quæsit. 1. Diana p. 3. tr. 4. de sacram. resolut. 98. & Lugo d. 7. sec. 13. Escobar ubi proximè probl. 27. n 130.*

P. Fagund. P. Becan. P. Laym. P. Coninck. Faber. P. Turrian. P. Salas. P. Toletus. P. Azor. Diana. P. Lug. P. Escobar.

Probatur; quia nemo, etiam in articulo mortis, tenetur vitare periculum damnationis, quod morale, & humanum non est, sed solùm metaphysicum. Et hoc ostenditur primò, quia alias teneretur nõ toties, quin pluries iterare contritiones, quia nunquam potest manere certus de aliqua. Secundò: teneretur adire plures Confessarios, nunquam enim potest manere certus de veritate alicujus, hoc est, de Baptismo illius, de collatione Ordinum, de intentione, &c. Tertiò: teneretur iterum, atque iterum Baptismum repetere, non enim potest unquam manere certus se esse verè baptizatum. Quartò: teneretur post quodlibet peccatum statim confiteri, non enim est certus de aliquo instanti suæ vitæ, & potest repentè emori, quæ omnia falsa sunt ex eo, quòd hæc pericula non sint moralia, & humana, sed solùm metaphysica: at verò, qui sequitur opinionem asserentem sufficere cum Sacramento attritionem cognitam, solùm se exponit periculo metaphysico falsitatis talis opinionis, non periculo morali, & humano; nam prædicta opinio post *Concilium Trident.* est moraliter vera solũ, & potest esse falsa metaphysicè: ergo, &c.

123 Ad fundamentum opinionis contrariæ patet solutio ex dictis, dicendum enim est eum, qui se mori sineret cõfessum cum solâ attritione cognita, non se exponere periculo morali, & humano, sed solùm periculò metaphysico; & neminem teneri vitare pericula metaphysica. Ad confirmationem respondetur, solùm in dubiis moralibus, non in metaphysicis tutiorem partem esse eligendam: at verò post *Concilium Trident.* est moraliter certũ sufficere attritionem cognitam, neque contraria sententia habet probabilitatem moralem. Exemplo res declaratur; quæritur enim inter Doctores: Utrùm validus sit Baptismus, in quo prolatio formæ non coëxistit physicè ablutioni, sed solùm moraliter? Aliqui negant, & sine dubio hæc pars est tutior, & secura: contraria tamen affirmativa moraliter certa est; unde possumus eam practicare, & Baptismus in ea collatus non est reiterandus. Sic ergo se res habet in Confessione facta pro articulo mortis cum sola attritione cognita; nam opinio asserens illam sufficere cum Sacramento post *Concil. Trid.* ut diximus, moraliter certa est.

§. 4.

Utrùm requiratur Attritio formalis, an sufficiat virtualis?

124 *Refertur sententia asserentium sufficere attritionem virtualem.*

125 *Sed dicendum, omnino requiri attritionem formalem.*

126 *Materia Sacramentorum debent intervenire formaliter, non virtualiter.*

127 *Cur sufficiat propositum virtuale, non tamen attritio virtualis?*

128 *Cur sufficiat intentio virtualis?*

129 *Non sufficit attritio contenta in voluntate hujus Sacramenti, seu (quod idem est non sufficit voluntas confitendi absque dolore formali.*

130 *Non sufficit contenta in amore Dei; & hoc optimo exemplo declaratur.*

131 *Non sufficit contenta in odio peccati absque retractatione, & dolore illius.*

132 *Non sufficit contenta in proposito non peccan-*

peccandi.

133 *Non sufficit dolor non dolendi; hic autem dolor est sufficiens signum attritionis latentis.*

124 QUarta difficultas: Utrùm requiratur attritio formalis? Videtur enim sufficere virtualis contenta primò in voluntate suscipiendi Sacramentum: secundò in amore Dei super omnia: tertiò in odio peccati, prout est contra Deum; quartò in proposito non peccandi: quintò in dolore non dolendi de peccatis. Et probatur, quia non est unde colligatur maior obligatio. Et ita docere videntur *Rosella, Angelus, Sylv. Sa. Scot. Palud. Navar. Dur. & Maior apud Tan. q. 6. n. 72.* quibus adde *Molfesium tr. 7. c. 9. n. 36. & 38.*

Rosella. Angelus. Sylvest. Sa. Scot. Palud. Navar. Durand. Maior. Molfes.

125 *Nihilominus* dicendum requiri attritionem formalem. Ita communis Doctorum cum *D. Thom.* quos citant, & sequuntur *Suar. d. 20. sect. 1. n. 2. Vasq. q. 92. ar. 1. dub. 3. Tur. d. 27. dub. 1. Coninck d. 4. dub. 5. Hurt. d. 6. diff. 1. Filliuc. tr. 7. cap. 6. q. 2. Alphonsus de Leon recollect. 19 n. 106. Laym. cap. 4. n. 5. Tan. cit. n. 73. Regin. in praxi l. 5. n. 47. Bellar. de pœnit. l. 2. cap. 6. Henr. l. 4. cap. 26. n. 5. Bonac. q. 5. sect. 1. p. 3. n. 6.* qui dicunt contrariam sententiam non solùm esse falsam, & improbabilem, sed etiam hoc tempore temerariam, & erroneam, neque Autores pro ea allegatos id velle, pro quo citantur.

D. Thom. P. Sua. P. Vasq. P. Turrian. P. Coninc. P. Hurtad. Alph. de Le. P. Laym. P. Tanner. P. Regin. P. Bellar. P. Henriq. Bonac.

Probatur primò ex communi sensu, & praxi Ecclesiæ, in qua practicatur Confessionem factam absque attritione formali esse nullam, & idcirco repeti jubetur. Secundò, quia ex *Concilio Trid. sess. 14. cap. 3. & sess. 6. cap. 14.* item ex *Concilio Florent. in Decreto Eugenii* constat attritionem esse materiam hujus Sacramenti, & debent intelligi de attritione formali, tum quia debent accipi in proprio sensu, tum quia expresè dicunt attritionem esse materiam hujus Sacramenti, &

Trident. Florent.

126 Materiæ Sacramentorum debent intervenire formaliter, non virtualiter, ut patet exemplo aliorum Sacramentorum; nam ad Baptismum requiritur aqua formalis, nec sufficit virtualis contenta in distillatione. Item ad Eucharistiam requiritur panis proprius ac formalis, hoc est, triticeus; & vinum proprium ac formale, hoc est, ex vite, & non sufficit virtuale; & sic de cæteris: Ergo, &c.

127 Objicies primò: Aliquando sufficit propositum virtuale; ergo etiam attritio virtualis. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia attritio est materia hujus Sacramenti per se, non ita propositum, sed solùm ratione attritionis formalis, ad quam sufficit propositum virtuale in ea contentum.

128 Objicies secundò: Sufficit intentio virtualis; ergo etiam attritio virtualis. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia intentio non requiritur ut materia, sed solùm ut conditio: attritio verò requiritur ut materia: at verò materiæ Sacramentorum debent intervenire formaliter, & non solùm virtualiter, ut constat ex dictis *n. 126.*

129 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ dicendum est non sufficere ad valorem hujus Sacramenti attritionem contentam in voluntate illius.

130 Ad secundum etiam negandum est sufficere attritionem contentam in amore Dei super omnia: non nego hunc sufficere ad justificationem, sed nego sufficere ad valorem Sacramenti: hoc enim non potest subsistere absque sua materia essentiali; unde qui cum tali amore confiteretur, justificaretur quidem, sed non ex vi Sacramenti. Ad eum modum, quo si quis cum tali amore baptizaretur in aqua rosacea, justificaretur quidem, sed ex vi amoris, non ex vi Sacramenti Baptismi, hoc enim non potest subsistere absque sua materia, quæ est sola aqua elementaris.

131 Ad tertium negandum similiter est sufficere attritionem contentam in odio peccati absque retractatione, & dolore illius, in quibus duobus consistit attritio.

132 Ad quartum nego sufficere attritionem contentam in proposito non peccandi: primò, quia non continetur in illo, ut patet ex dictis *n. 41.* secundò, quia, licèt contineretur in illo virtualiter, id non sufficit, sed omnino requiritur attritio formalis.

133 Ad quintum etiam negandum est sufficere dolorem non dolendi de peccatis, quia hujusmodi dolor non est attritio formalis. Addunt tamen Auctores citati posse securè absolvi illum, qui habet dolorem non dolendi, non quia ille dolor sit attritio formalis, sed quia est signum illius latentis.

§. 5.

Utrùm sufficiat Attritio naturalis?

134 Refertur opinio asserentium sufficere attritionem naturalem.
135 Temperatur hæc sententia, solùm enim dicit sufficere ad valorem Sacramenti, non tamen ad fructum illius. Item non sufficere attritionem naturalem cognitam, sed putatam supernaturalem.
136 Defenditur non sufficere attritionem naturalem.
137 Satisfit argumentis opinionis cōtrariæ.

134 QUinta difficultas: Utrùm satis sit attritio naturalis? Affirmant *Sot. Can. Ledes. Palud. Capr. Rich. Caiet. Sylv. Nav. Covar. Almain. Vict. Mantica. & Penha*, quos ex nostris citant, & sequuntur *Henriq. de pœn. l. 1. cap. 26. n. 2. Gran. tr. 3. d. 3. sect. 3. n. 22. Filliuc. tr. 6. c. 6. n. 154. Val. d. 7. p. 2.* quibus adde *Bonac. q. 5. sect. 1. p. 3. Alphonsum de Leon. recollect. 19. n. 31.* Probatur, quia non repugnat materiam alicujus Sacramēti esse naturalem, nam ablutio, quæ est materia Sacramenti Baptismi, est naturalis; & sic dicendum de materiis aliorum Sacramentorum: imò & confessio, quæ est alia pars materiæ hujus Sacramenti, est quid naturale: ergo idem dicendum de attritione.

Sotus. Canus. Ledesm. Palud. Capreol. Ricard. Caiet. Sylvest. Navar. Covar. Almain. Victoria. Mantica. Penha. P. Henriq. P. Granad. P. Filliuc. P. Valent. Bonacin. Alph. de Leon.

135 Duo tamen advertenda sunt in hac opinione: *primum*, ejus autores excepto *Soto, Cano, Victoria, & Vega* solùm dicere attritionem naturalem sufficere ad veritatem, & valorem Sacramenti, non ad effectum gratiæ; ad hunc enim concedunt requiri dispositionem supernaturalem: unde asserunt Sacramentum cum sola attritione naturali esse verum, & validum, quia habet omnia requisita ad essentiam: non tamen formatum, sed informe defectu dispositionis supernaturalis requisitæ ad effectum gratiæ.

Secundum, istos Autores solùm dicere sufficere attritionem naturalem putatam supernaturalem, non tamen cognitam; alias pœnitens accederet indispositus, & consequenter faceret Confessionem nullam, ac sacrilegam.

136 *Nihilominus* probabiliùs dicendum videtur non sufficere attritionem naturalem. Ita *D. Thom. Suar. disp. 20. sect. 4. n. 6. Vasq. q. 92. a. 1. dub. 3.* & alii plures, quos latè citant, & sequuntur *Tan. q. 6. n. 87. Præpos. q. 2. dub. 2. Regin. l. 5. n. 40. Coninck. d. 4. dub. 5. Fag. q. 18. n. 2. Escobar. tom. 2. lib. 14. sect. 2. de Sacram. Pœnit. Problem. 17.* Probatur primò ex *Conc. Trid. sess. 14. c. 4.* ubi agens de cōtritione, prout abstrahit à perfecta, & imperfecta, & est materia hujus Sacramēti, dicit eā esse charitate perfectam, & tunc clarum est esse supernaturalem; aut imperfectam, nimirum attritionem, & hanc dicit esse donum Dei, & Spiritûs Sancti impulsum, &c. ergo est supernaturalis. Et confirmatur, quia eàdem *sess. cap. 3.* docet attritionem eatenus esse materiam, & partem hujus Sacramenti, quatenus ad peccati remissionem requiritur; at verò ad peccati remissionem non sufficit attritio naturalis, sed omnino requiritur supernaturalis, ut patet ex dictis *n. 81.*

D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Tannet. P. Præpos. P. Reginal. P. Coninck. P. Fagund. P. Escob. Trid.

Secundò probatur ex *D. Tho. q. 84. ar. 1. ad 2.* ibi: *In Sacramento Pœnitētiæ sunt actus humani pro materia, qui proveniunt ab inspiratione interna, unde materia non exhibetur à ministro, sed à Deo interiùs operante, &c.* Tertiò probatur ex quadā regula generali, nā quando Scriptura, & Concilia faciunt mentionē pœnitentiæ, non debent intelligi de pœnitentia naturali, hæc enim non dicitur pœnitentia in ordine ad salutem, quo pacto de illa loquuntur Cōcilia: at Concilia dicunt, Christū Dominum instituisse pro materia hujus Sacramēti pœnitētiā, prout est actus pœnitētis, ut videre est in *Trid. sess. 14. c. 3.* ergo loquitur de pœnitētia, prout est actus supernaturalis.

D. Thom.

137 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur concedendo non repugnare materiam aliorum Sacramentorum esse naturalem, imò verum est etiam aliam partem materiæ hujus Sacramēti, nimirum Confessionem, esse quid naturale; cum hoc tamen stat, quòd contritio, prout abstrahit à perfecta, & imperfecta, debeat esse supernaturalis: primò quia cōstat ex *Trid.* eam contritionē assumi in materiā hujus Sacramenti, quæ requiritur ad remissionē peccati mortalis. Secundò, quia ex *eodem Trident.* constat materiam hujus Sacramenti esse Pœnitentiam; hæc autem, prout de illa loquuntur Concilia, est supernaturalis.

§. 6.

Utrùm sufficiat Attritio putata

138 *Refertur sententia asserentium sufficere attritionem putatam, licet re ipsa attritio non sit.*

139 *Concluditur requiri attritionem veram, nec sufficere putatam.*

140 *Diluuntur argumenta contraria.*

138 SExta difficultas: Utrùm requiratur attritio in re, an sufficiat existimata? Sufficere existimatam contendunt *Vega, Sot. Canus, Navar. Sylvest. & Covar.* quos probabiliter loquutos dicit *Filliuc. tr. 6. cap. 6. n. 151.* quibus accedunt *Vasq. q. 91. a. 1. dub. 2. Molf. tr. 7. cap. 9. n. 40. & Camer. tr. 6. de contr. dub. 2.* Probatur *primò*; quia, si omnino requireretur attritio in re, redderentur pœnitentes nimiùm soliciti de repetendis Confessionibus, in quibus fortè non est exhibita attritio in re. *Secundò*, quia alia Sacramenta sunt valida cum sola attritione putata. *Tertiò*, quia qui confitetur cum hujusmodi attritione, non peccat; & consequenter non ponit obicem Sacramento, ejusque effectui.

Vega. Sotus. Canus. Navar. Sylvest. Covar. P. Filiuc. P. Vasq. Molf. Camer.

139 *Nihilominus* tenenda contraria resolutio cum communi Doctorum: eam docet *Suar. d. 20. sect. 2. & Bonac. q. 5. sect. 1. p. 2. n. 6.* qui citat plures. Probatur primò, quia ex *Trid. sess. 14. cap. 4.* constat materiam hujus Sacramenti esse contritionē, prout abstrahit à perfecta, & imperfecta; quæ verba debent accipi in proprio sesu; at verò attritio putata nō est propriè attritio, sicut truncus existimatus homo, propriè homo non est. Secundò, quia aliàs aqua putata, esset materia Baptismi; item vinum, aut panis putatus, esset materia Eucharistiæ, &c. Tertiò, quia attritio putata non est donum Spiritûs Sancti, neque ad illam requiritur ejus auxilium, & impulsus: at attritio, quæ est materia hujus Sacramenti est donum Spiritûs Sancti, ut constat ex Conciliis relatis *n. 81.*

P. Suar. Bonacin. Trident.

140 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ negandum est pœnitentes in nostra sententia reddi nimis solicitos de repetendis Confessionibus; nam aut accedunt ad Sacramentum mala fide, & tunc clarum est teneri Confessionem repetere, aut bona fide; & sic, aut postea reperiunt defectum veræ attritionis, & tunc etiam clarum est teneri repetere Cōfessionem: aut illum non reperiunt, & tūc illis dimittuntur peccata per sequentē Cōfessionem factam cum dolore generali.

Ad secundum respondetur alia Sacramenta esse valida absque attritione, quia hæc non est de eorum materia, & essentia: at attritio est pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ. Ad tertium concedendum est illum, qui cum attritione putata confitetur, non committere novum peccatū; sed dicendum est non suscipere verum Sacramentum defectu materiæ.

SECTIO V.

Qualis sit Attritio, quæ est materia hujus Sacramenti, quando Confessio fit de mortalibus?

Proponitur status quæstionis.

141 EGimus de iis, quæ spectant ad Attritionem absolutè, & secundùm se. Nunc disputandum de Attritione respectivè ad Mortalia, vel ad sola Venialia; & primò de requisitis, quando confessio fit de Mortalibus. In sequenti sectione dicemus de sufficientibus, quando confessio fit de solis Venialibus.

§. I.

Utrùm Attritio debeat esse virtualis de omnibus mortalibus?

142 *Requiritur per se integritas attritionis, seu doloris.*

143 *Refertur sententia asserentiū non posse, etiam in casu ignorantiæ, aut oblivionis, dari attritionem unius mortalis, quin se extendat ad omnia mortalia non confessa; nec aliàs sufficere ad confessionem.*

144 *Proponuntur hujus sententiæ fundamenta.*

145 *Probabilius est posse dari, & sufficere prædictam attritionem particularem unius Mortalis, quin se virtualiter extendat ad omnia Mortalia non confessa.*

146 *Fundamentum hujus sententiæ.*

147 *Diluuntur opposita.*

148 *Efficax intentio finis est virtualis electio medii per modum imperii, & causæ efficientis, non per modum causæ formalis: & id declaratur.*

149 *Efficax amor boni est virtualis fuga omnis mali contrarii, quando appretiativè ipsum bonum æstimat super omnia ejus contraria: non tamen quando illud*

æstimat moderatè, nō respectivè ad omnia contraria, quorū aliqua ignorat.
150 *Non quilibet dolor est attritio, sed ille tantùm, qui non stat cum complacentia alterius peccati.*
151 *Cur propositum non peccandi de cætero se faciliùs extendat ad omnia Mortalia, non ita dolor?*
152 *Attritio involvit quidem propositum; at hoc non est virtualis dolor.*

142 PRima difficultas: Utrùm Attritio debeat se extendere ad omnia Mortalia non confessa? Et non est dubium debere extendi per se; nam, sicut confessio debet esse integra de omnibus mortalibus non confessis, de quo postea, ita attritio integra esse debet; nam utraque est de materia & essentia hujus Sacramenti, & sicut attritio sine confessione de omnibus non sufficit, ita confessio sine attritione de omnibus satis non est.

143 Solùm quæritur: Utrùm per accidens possit non esse virtualis ex oblivione, vel ignorantia invincibili, & tamen sufficere ad valorem hujus Sacramenti? Negant *Adrian. Gabr. & Maior, Vasq. Coninck, Fagund. Lsym. Ioan. Sanch. & Præpos.* quos statim referemus.

Adrian. Gabriel. Maior. P. Vasq. P. Coninck. P. Fagund. P. Lsym. Ioan. Sanch. P. Præpos.

144 Et probatur *primò*, quia attritio aut dolet propter metum gehennæ, & sic virtualiter se extendit ad omnia Mortalia, nam quodlibet est dignum gehenna: aut dolet propter turpitudinem peccati, prout est contra Deum, & sic virtualiter se extendit etiam ad omnia Mortalia, quia quodlibet est contra Deum. *Secundò*, quia attritio, quæ requiritur ad hoc Sacramentum, debet efficaciter intendere reconciliationem cum Deo: ergo virtualiter se extendit ad omnia Mortalia. Et hoc ostenditur, tum quia retractatio cujuslibet est medium necessarium ad reconciliationem; & qui efficaciter intendit finem, etiam vult medium necessarium ad illum: tum quia intentio finis est efficax amor ipsius finis, & consequenter fuga virtualis sui contrarii, ut patet in amore Dei super omnia, qui ex eo quòd talis sit, est virtualis fuga contrarii: at quodlibet Mortale est contrarium reconciliationi cum Deo, sicut quodlibet est contrarium amori ipsius Dei.

Tertiò; quia, si sufficeret attritio particularis illius Mortalis, hæc posset stare cum actuali affectu alterius, & consequẽter posset dari attritio sufficiens ad Sacramentum Pœnitentiæ, imò, & susceptio valida ipsius cum peccato mortali actuali. *Quartò*, quia eadem videtur ratio de attritione, ac de proposito non peccandi in posterum: hoc autem debet esse virtuale respectu omnium Mortalium. *Quintò* desumi potest argumentum ab hoc proposito, nam vera attritio illud devolvit; ergo saltem ratione illius detestatur virtualiter omnia Mortalia, nam sicut formalis attritio de omnibus est virtuale propositum vitandi omnia, ita formale propositum est implicita & virtualis attritio de omnibus.

145 *Nihilominus* probabiliùs dicendum videtur posse per accidens dari, & sufficere attritionem particularem unius Mortalis, quin se virtualiter extendat ad omnia non confessa. Ita *D. Thom. Sot. Can. Caiet. Victor. Led. Covar. Henr. Suar. Valent. Dian. Bonac. Lug. Gran. Sal. Tancer.* quorum loca statim subjiciemus n. 155.

D. Thom. Sotus. Canus. Caietan. Victoria. Lede'm. Covar. P. Henriq. P. Suar. P. Valent. Dian. Bonac. P. Lug. P. Granad. P. Salas. P. Tancr.

146 Et probatur uno verbo, quia potest quis habens duo Mortalia dolere de uno, quin doleat de alio, cujus invincibiliter non meminit. Idque potest accidere dupliciter: primò, quia dolet propter metum gehennæ, & illā timet nō timore summo super omnia, sed moderato, & mediocri super convenientiam, quam invenit in hoc peccato, cujus meminit, præscindendo à timore super maiorem convenientiam, quam habet in alio peccato, cujus non meminit, juxta ea, quæ suprà diximus n. 51. Secundò, quia dolet propter turpitudinẽ peccati; & hæc hujus peccati, cujus meminit, est gravissima: alia verò secundi peccati, cujus non meminit, est minùs gravis: unde dolendo de isto, cujus meminit, non dolet virtualiter de alio, cujus non meminit.

147 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* patet solutio ex dictis. *Ad secundum* concedendum est veram attritionem intendere efficaciter reconciliationem cum Deo; inde tamen non sequitur se extendere ad omnia Mortalia. Neque obstat primò quòd attritio sit efficax intentio reconciliationis cum Deo, ad quā reconciliationem requiritur ut medium necessarium detestatio omnium Mortalium; unde colligebatur attritionem esse virtualem detestationem omnium mortalium, quia efficax intentio finis est virtualis electio medii necessa-

cessarii ad ipsum finem.

148 Non, inquam, hoc obstat, quia aliud est intentionem finis esse virtualem electionem medii per modum causæ, & imperii illius, & ita se habet intentio, est enim virtualis electio medii per modum causæ, & imperii illius. Aliud esse virtualem electionē medii æquivalentē ad illud per modū formæ, præstando ejus effectum formalem; & ita se non habet intentio, nō enim æquivalet medio, neque præstat ejus effectum formalem; sin minùs attritio extra Sacramentum, quæ est efficax intentio reconciliationis cum Deo, esset aut virtualis amor ipsius Dei super omnia, illi æquivalens, præstansque ejus effectum formalem, hic enim amor est medium necessarium ad istam reconciliationem extra Sacramentum: aut esset ipsum virtuale Sacramentum, habens se æquivalenter ad illud, præstansque ejus effectum formalem, nam Sacramentum est medium necessarium ad ipsam reconciliationem cum Deo, quando non datur contritio.

Dices: Attritio, prout est efficax intentio reconciliationis cum Deo, est virtualis dolor omnium mortalium, saltem per modum causæ, & imperii: ergo nunquam potest dari sine illo saltem concomitanter. Respondetur negando consequentiam, quia potest dari oblivio, seu ignorantia; invincibilis hujus medii, seu doloris generalis, & tunc clarum est attritionem particularem non posse illum imperare, nemo enim imperat illud, quòd ignorat; sin minùs habens hujusmodi attritionem, & invincibiliter ignorans remedium Sacramenti, illud imperaret, illudque haberet concomitanter, quod est ridiculum.

149 Non obstat secundò, quòd efficax amor finis sit virtualis fuga, ac detestatio ejus contrarii: unde fit, ut attritio, quæ est intentio reconciliationis cum Deo, sit fuga, ac detestatio omnium mortalium, quia quodlibet est contrarium ipsi reconciliationi. Non, inquam, hoc obstat, quia dupliciter potest amari objectum; aut appreciativè super omnia ejus contraria, quo pacto se habet dilectio Dei super omnia, & hæc anteponit objectum omnibus ejus contrariis, & detestatur omnia præ illo: aut appreciativè tantùm super aliqua contraria, non super omnia; non, quòd aliqua anteponantur objecto, sed, quòd præscindatur ab illis: & hoc modo se habet attritio particularis de uno peccato, & non de alio, quæ solùm est detestatio illius, cujus est attritio, non verò alterius; quia solùm anteponit objectum peccato, de quo dolet, non verò alteri.

150 *Ad tertium* nego posse dari attritionem particularem de uno peccato cum affectu, & complacentia alterius; nam non quilibet dolor de peccato est sufficiens attritio, sed ille tantùm, qui inducit voluntatem, & propositum non peccandi de cætero, ut expressè dicit *Concilium Trid. sess.* 14. *cap.* 4. hujusmodi autem voluntas, & propositum stare non potest cum peccato actuali, & affectu, seu complacentia illius. *Concil. Trident.*

151 *Ad quartum* negandum est eandem esse rationem de attritione, ac de proposito non peccandi in futurum; nam dolor de se est minùs amplus, ac universalis, quàm propositum, est enim dolor illorum tantùm, quæ apprehenduntur ut mala præsentia, vel præterita: & ea, quæ memoriæ non occurrunt, minùs facilè apprehenduntur ut præsentia, vel præterita: at propositum est non peccandi in futurum, quo pacto omnia mortalia faciliùs devolvuntur.

152 *Ad quintum* respondetur attritionem devolvere propositum; sed dicendum est propositum non esse virtualem attritionem omnium mortalium, ut patet in illo, qui nunquam peccavit, & habet propositum nunquam peccandi: attritio verò est virtuale propositum, nam, qui odio habet peccata, & illa verè detestatur, virtute, & implicitè non vult ampliùs peccare.

§. 2.

Utrùm dari possit Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe?

153 *Quid sit Sacramentum validum, & informe?*

154 *Refertur opinio negans dari posse.*

155 *Probabilior est affirmativa.*

156 *Concilia solùm dicunt eam attritionem esse materiam hujus Sacramenti, quæ per se est sufficiens ad gratiam; quod stare potest cum eo, quòd per accidens non sufficiat ad gratiam ratione obicis.*

157 *Quomodo in Sacramento informi verificetur absolutio.*

158 Pos-

158 *Posset quis damnari, suscepto Sacramento valido informi.*

159 *Conscius suæ indispositionis non susciperet Sacramentum Pœnitentiæ validum.*

153 QUæres primò (quod ex resolutione proximæ difficultatis sequitur) Utrùm dari possit Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe, hoc est, habens essentiam, & veritatem Sacramenti, fructu tamen, & effectu gratiæ carens?

Adrian. Gabr. Maior. Medina. P. Vasq. P. Coninck. P. Fagund. P. Turrian. P. Laym. P. Saa. Ioannes. Sanch. P. Præpos.

154 Negant *Adrianus quæst. 5. de Confessione, Gabriel d. 17. q. 1. a. 1. dubio 2. Maior. dist. 17. quæst. 9. Medina Codice de Confessione quæst. De confessione ficta iteranda. Vasq. q. 92. a. 2. dub. unico. Coninck. disp. 4. dub. 11. Fagund. 2. præcepto Eccles. l. 2. cap. 7. Turrian. disp. 28. dub. 1. Laym. cap. 9. n. 2. Saa, verbo Confessio n. 6. Ioann. Sanch. in compend. verbo Sacramentum, Præpos. q. 2. dub. 6.* & plures alii. Primò, quia aut pœnitens habet sufficientem dispositionem ad gratiam, & sic illam recipit; aut non, & sic non recipit Sacramentum; non enim præstat sufficientem materiam ad valorem, & veritatem illius: nam illa sola attritio est sufficiens materia ad valorem, quæ est sufficiens dispositio ad gratiam; & hoc constat ex *Concilio Trid. sess. 14. cap. 3.* ubi dicit contritionem eatenus esse materiam, & partem hujus Sacramenti, quatenus est sufficiens dispositio ad remissionem peccati. Idem constat ex aliis locis ejusdem Concilii, & ex *Florentino* apud *Vasq. cit.*

Conc. Trident. Florent.

Secundò; quia, si hoc Sacramentum posset esse informe, in eo redderetur falsa ejus forma: *Ego te absolvo*, &c. nam absolvere, est remittere peccata; & peccata non remittuntur per Sacramentum informe. Tertiò, quia aliàs, qui in articulo mortis susciperet istud Sacramentum validum, damnaretur. Quartò, quia sequeretur posse quemlibet scienter suscipere tale Sacramentum: sicut potest scienter suscipere Baptismum validum, & informe defectu dispositionis, quam novit se non habere.

D. Thom. Caiet. Covar. Victor. Ledesm. Canus. Sotus.

155 Dicendum tamen est posse dari Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe. Ita *D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. a. 4. q. 1. Caiet. to. 1. opusc. tr. 5. q. 5. Covar. in cap. Alma mater. p. 1. §. 4. Victoria in sum. n. 144. Ledesma 2. p. 4. q. 8. a. 1. & q. 31. a. 2. Canus p. 5. Relect. Sotus d. 18. q. 3. a. 3. Suar. disp. 20. sect. 5. n. 3. & 7. Val. q. 11. pun. 2. Henr. l. 4. cap. 24. n. 1. & l. 5. cap. 12. n. 1. Zerola de pœnit. cap. 25. quæsit. 30. Sayr. de pœnit. c. 14. n. 2. Pezant. in addition. q. 10 de dolore disp. 2. Nugn. in addition. ad 3. p. q. 5. a. 1. Filliuc. tr. 6. cap. 6. quæsito 11. Bonac. q. 6. sec. 1. p. 5. Diana 2. p. tr. 17. resol. 31. Lugo. d. 14. sec. 6. Gran. tr. 3. d. 3. sec. 3. Hurt. d. 6. dif. 8: Tanner. q. 7. n. 113. Emman. Rodrig. in summa to. 1. cap. 57. concl. 6. Salas in sua pœn. manuscripta q. 87. a. 1. dub. 7. Alphons. de Leon. recollect. 20. an. 123. Tolet. l. 3. cap. 10. Leander. tr. 5. disp. 7. quæst. 23. P. Antonius de Escobar. to. 2. de Sacramentis lib. 14. sect. 2. cap. 7. Problemate 20.* Sed non omnes eodem fundamento. Ego illud ex resolutione proximæ difficultatis assumo; quia, ut ex illa constat, potest quis habens duo mortalia dolere de uno, quin doleat de alio inculpabiliter; & hic duobus modis potest accedere ad Sacramentum, Primo, confitendo solum primum peccatum, & non secundum, quia illius inculpabiliter non meminit. Secundo, confitendo etiam secundum, at sine dolore, quia inculpabiliter non meminit dolere, aut quia putat se dolere, non tamen dolet: & certè in his duobus casibus efficiet Sacramentum validum habens omnia requisita ad essentiam, & valorem, non tamen recipiet gratiam propter obicem secundi peccati, quod non tollitur sine prævia illius pœnitentia, & dolore.

P. Suar. P. Valent. P. Henriq. Zerola. Sayr. Pezant. Nugnus. P. Filliuc. Bonac. Dian. P. Lug. P. Granad. P. Hurtad. P. Tanner. Rodrig. P. Salas. Leon. Toletus. Leand. P. Escobar.

156 Neque obstat primò, quod Concilia dicant illam solam attritionem esse sufficientem materiam hujus Sacramenti, quæ est sufficiens dispositio ad gratiam, nam Concilia tantùm volunt illam solam attritionem esse sufficientem materiam hujus Sacramenti, quæ per se est sufficiens dispositio ad gratiam; quod stare potest cum eo, quòd per accidens non sufficiat ratione obicis: & ita se habet attritio, quæ est materia Sacramenti validi, & informis, sufficit enim ad gratiam per se, si tollatur obex secundi peccati.

157 Non obstat secundò absolutionem falsificari, si ipsum Sacramentum sit informe, nam forma absolutionis, *Ego te absolvo*, solùm significat poni se ipsum, & pœnitentem manere absolutum quoad formam absolutionis, non quoad effectû, hoc est, quoad fructum, & productionem gratiæ, hæc enim non producitur, nisi tollatur obex.

158 Non

158 Non obstat tertiò sequi ex hac doctrina damnari eum, qui suscepto Sacramento valido moreretur; non enim est mirum damnari eum, qui moritur sine dolore de peccato, quod commisit, sicut damnari adultum, qui sine dolore de peccatis commissis baptizaretur.

159 Non obstat quartò sequi posse aliquem scienté suæ indispositionis accipere Sacramentum Pœnitentiæ validũ; nam, si agnoscat suam indispositionem, illud non recipiet, quia sic accedendo committit peccatum mortale, ac proinde non accedit cum attritione requisita ad valorem hujus Sacramenti, cùm hæc talis esse debeat, ut removeat voluntatem peccandi.

§. 3.

Utrùm Sacramentum informe, recedente postea fictione, suum operetur effectum?

160 *Refertur sententia negativa.*
161 *Defenditur ut probabilior affirmativa.*
162 *Obviàm itur fundamentis oppositis.*

160 QUæres secundò: Utrùm Sacramentum Pœnitentiæ informe, recedente postea fictione, consequatur suum gratiæ fructum? Negant *Vasq. Turr. Hurt. Henri. & Filliuc.* ubi suprà. *Primò*, quia sola Sacramenta informia, quæ non possunt iterari, recedente postea fictione, suum fructum, & effectum operantur; non ita Sacramenta, quæ possunt iterari. ut patet in Eucharistia, nam hæc si fictè, hoc est, sine sufficienti dispositione suscipiatur, postea recedente fictione, non operatur effectum: at veró Sacramentum Pœnitentiæ est iterabile. *Secundo*, quia nullo fundamento potest ostendi Christum Dominum instituisse pœnitentiam hoc modo, ut postea recedente fictione suum effectum operetur: & non aliunde hoc Sacramentum id peculiare habet.

P. Vasq.
P. Turrian.
Hurtat.
P. Henriq.
P. Filliuc.

161 Sed probabilior est contraria resolutio affirmativa, quam cum *D. Thoma*, & iis pluribus tenent *Suar. Valent. Tann. & Bonac. locis citatis.* Probatur; quia, ut cum *D. August.* communiter docent Theologi, idcirco Sacramentum Baptismi informe, postea recedente fictione, suum operatur effectum, quia est medium necessarium ad salutem; sed etiam Sacramentum Pœnitentiæ est medium necessarium ad salutem: ergo, &c. Neque dicas posse iterari; nam, licet possit, nemo tenetur peccata semel validè confessa, iterum Clavibus subjicere; huic autem sic validè confesso primum illud Sacramentum informe est medium necessarium ad salutem; nam peccata, quæ in illo confessus est, non possunt remitti, nisi virtute talis Sacramenti, debent enim remitti virtute alicujus: non virtute secundi, quia hoc aut non est; aut respectu illorum peccatorum, quæ non repetuntur, perinde se habet, ac si non esset, quia ea illi nullo modo subjiciuntur: nec ratione confessionis, quia in ea nulla fit mentio illorum: nec ratione doloris, suppono enim hunc esse particularem, ac proinde nullo modo se extendere ad illa peccata jam confessa: ergo debent remitti virtute primi Sacramenti informis.

D. Thom.
P. Suar.
P. Valent.
P. Tanner.
Bonac.
D. August.

162 Neque officit *Primò* Sacramentum Pœnitentiæ esse iterabile, nam omnia Sacramenta informia, quæ sunt de necessitate medii ad salutem, postea recedente fictione, operantur suum effectum, possint, aut non possint iterari; & ita se habent Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, non ita Sacramentum Eucharistiæ. Non officit *Secundò*, nullo fundamento posse ostendi Sacramentum Pœnitentiæ informe postea, recedente fictione, operari suum effectum, nam id satis colligitur ex eo, quòd Christus Dominus illud instituerit, ut medium necessarium ad salutem.

§. 4.

Quibus modis recedat fictio?

163 *Proponuntur duo casus Sacramenti informis.*
164 *In primo, quando scilicet non omnia peccata sint confessa, non recedit fictio, nisi cùm postea omnia confitentur.*
165 *In secundo, quando omnia quidem sunt confessa, sed defuit dolor de aliquo, quando hic postea advenit, recedit fictio.*

163 QUæres tertio: Quo pacto fictio recedat? Et, ut respondeam, adverto duos esse casus, in quibus diximus posse dari Sacramentum Pœ-

Pœnitentiæ validum, & informe. *Primus* est, quando pœnitens habens duo mortalia, & solùm dolens de uno, illud tantùm confitetur, & non aliud propter oblivionem inculpabilem. *Secundò*, quando confitetur utrunque.

164 Dicendum ergo est in primo casu, in quo unum tantùm mortale confessum est, non removeri fictionem, quando postea advenit dolor de non confesso; sed requiri subsequentem confessionem, in qua ipsum Clavibus subjiciatur, aut, directè, si memoriæ occurrat, aut indirectè ratione doloris generalis in ipsa sequenti confessione præstiti. Et probatur; quia peccatum debet aliquo modo subjici Clavibus: at illud nullo modo fuit subjectum, neque directè, quia non est confessum, neque indirectè, quia de illo dolor in confessione non est datus.

165 In secundo casu, in quo quidem utrumque mortale est confessum, dicendum est sufficienter tolli fictionem, quando postea advenit dolor de secundo peccato. Probatur, quia illud jam in confessione fuit subjectum Clavibus, & hoc sufficit, ut Sacramentum postea adveniente dolore supra illud exendat suum effectum. Confirmatur exemplo Baptismi informis, cujus fictio (ut est communis Theologorum) recedit, quando postea advenit attritio, quæ defecerat. Ita *Suar. sect.* 5. *n.* 14. & alii Doctores citati. P. Suar.

§. 5.

Utrùm, & quomodo Attritio de mortalibus includat propositum non peccandi de cætero?

166 *Refertur sententia asserentium non includere propositum.*

167 *Contraria stabilitur.*

168 *Utùm verò includat propositum formale, an solum virtuale? Referuntur Auctores, & sententiæ pro utraque parte.*

169 *Resolvitur, per se, ac regulariter loquendo, includere formale, per accidens tamen virtuali esse contentam.*

166 SEcunda difficultas: Utrùm attritio, prout est de materia, & essentia hujus Sacramenti debeat includere propositum non peccandi de cætero? Negant *Sotus dist.* 18. *q.* 1. *a.* 3. *Durand.* 4. *dist.* 16. *q.* 1. *Palud. dist.* 17. Sotus. Durand. Paludan. *q.* 8. *Gabriel in* 4. *dist.* 14. *q.* 2. *a.* 1. *Maior ibidem q.* 2. *Sotus in* 4. *dist.* 14. *q.* 4. & *alii*. Fundamentum videtur esse, quia non constat hujusmodi propositum esse de essentia, sed solùm de præcepto hujus Sacramenti, & non sunt onerandæ conscientiæ, & iterandæ confessiones absque necessitate. Gabr. Moior. Scotus.

167 *Nihilominus* tenenda resolutio affirmativa cum communi Theologor. quos citat: & sequitur *Suar. disp.* 20. *sect.* 4. *Lugo d.* 14. *sec.* 5. *Bonac. q.* 5. *sect.* 1. *p.* 3. *Coninck. d.* 2. *n.* 129. *Laym. cap.* 4. *n.* 6. *Vasq. q.* 62. *ar.* 1. *dub. unico n.* 21. *Hurt. d.* 6. *dif.* 7. *Alphonsus de Leonrecolle* *q.* 19. *n.* 81. *Filliuc. cap.* 6. *q.* 10. *n.* 259. *Regin. l.* 5. *cap.* 1. *n.* 111. Probatur ex *Concilio Florent.* in instructione Armenorum sub Eugenio, ubi dicit ad attritionem, prout est pars hujus Sacramenti, pertinere dolorem de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. Item ex *Concilio Trid. sess.* 6. *cap.* 6. ubi numeratis actibus pœnitentis, qui sunt materia hujus Sacramenti, recenset propositum non peccandi in posterum, quibus in locis cùm sit sermo de matria hujus Sacramenti, dicendum est decerni propositum non peccandi esse de essentia illius. Et confirmatur, quia ad valorem hujus Sacramenti requiritur attritio efficax, quæ scilicet voluntatem peccandi omnino excludat, ut docet idem *Trid. sess.* 14. *cap.* 4. Attritio verò, quæ hujusmodi voluntatem peccandi excludit, includit, saltem virtualiter propositum nõ peccandi. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ. P. Suar. P. Lugo. Bonacin. P. Coninck. P. Laym. P. Vasq. P. Hur. Leon. P. Filliuc. P. Reginal. Conc. Flor. Trid.

168 Utùm verò prædictum propositum debeat esse formale; an sufficiat virtuale? *Tolet.* cum *Med. in sum. l.* 3. *c.* 4. existimat debere esse formale, quia ità videtur colligi ex verbis *Trid.* & *Florent.* locis citatis. *Vasq.* è *contra*, *Bonac. Lugo, Hurt. Laym.* cum aliis opinantur sufficere propositũ virtuale, quia in *Trid. sess.* 14. *cap.* 4. dicitur sufficere attritionẽ, quæ excludit voluntatem peccandi, & ita se habet attritio, quæ solùm includit propositum virtuale. P. Tolet. Medina. P. Vasq. Bonac. P. Lug. P. Hurt. P. Laym. Trident.

169 Respondendum tamen est cum distinctione, dicendumque, per se loquendo requiri propositum formale. Probatur primò ex prædictis Conciliis, quæ debent intelligi in sensu proprio, hoc est, de proposito formali; si enim solùm loquerentur de proposito virtuali, solùm dicerent sufficere attritionem talem, quæ excludat volun-

voluntatem peccandi; at verò aliquid plus dicunt locis citatis: ergò aliquid plus requiritur.

Secundò, quia tale propositum est per se connexum cum vera pœnitentia, ita ut si detur advertentia ad illud, non possit vera pœnitentia elici sine illo. Unde qui potens illud elicere, non elicit, non habet veram pœnitentiam, & consequenter sic accedens ad Sacramentum, illud facit nullum. Ita *Suar. ubi proximè n.* 3. Per accidens tamen dicendum est sufficere propositum virtuale, quando non datur advertentia ad formale, & de hoc casu per accidens intelligendum est *Concilium Trid. sess.* 14. *cap.* 4. Quæ doctrina, pertterquamquod sit vera, cohæret illi, quam tradidimus *sect.* 1. *diff.* 3. agendo de proposito, quod requiritur ad contritionem; nam eadem videtur ratio de proposito, quod requiritur ad attritionem in Sacramento, ac de proposito, quod requiritur ad contritionem extra Sacramentum. Et ita tenent *Caiet. in sum. verbo Confessio n.* 12. *Navar. in sum cap.* 1. *n.* 6. *Vega l.* 3. *cap.* 21. *de iustific. Filliuc. tr.* 7. *cap.* 6. *q.* 10. *n.* 159. *& alii.*

P. Suar.
Caiet.
Navar.
Vega.
P. Filliuc.

§. 6.

Utrùm Attritio debeat præcedere confessionem, an satis sit quod præcedat absolutionem?

170 *Refertur opinio contendentium debere præcedere confessionem.*
171 *Resolvitur satis esse quòd præcedat absolutionem.*
172 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

170 **T**Ertia *difficultas*: Utrùm attritio debeat præcedere confessionem? Affirmat *Coninck. d.* 4. *dub.* 6. *& Laym. cap.* 4. *n.* 4. Probatur *primò*, quia attritio debet significari per confessionem, siquidem per illam debet reddi sensibilis: at non potest significari, & sentiri per illam, nisi ipsa jam sit. *Secundò*, quia confessio, nisi attritione formetur, ab eaque procedat, manet quædam historica narratio, quæ prout sic materia Sacramenti non est. *Tertiò*, quia non manet accusatio; nam vera accusatio sui in ordine ad obtinendam veniam debet esse dolorosa, & procedere ex pœnitentia delicti.

P. Coninck.
P. Laym.

171 *Nihilominus* tenenda contraria resolutionum *Sum. disp.* 20. *sect.* 4. *n.* 31. *Megala. disp.* 4. *q.* 4. *cap.* 4. *n.* 9. *Bonac. q.* 3. *punct.* 2. *n.* 18. *Navar. in manu. cap.* 1. *n.* 22. *Henr. l.* 4. *cap.* 28. *n.* 5. *Ochag. q.* 30. *n.* 2. *Vasq. q.* 92. *a.* 2. *dub.* un. *n.* 17. *Fag. l.* 2. *cap.* 6. *n.* 10. *Diana p.* 3. *tr.* 4. *resol.* 134. quibus accedunt *Gran. tr.* 2. *d.* 3. *sect.* 3. *n.* 7. *Lug. d.* 14. *sect.* 12. *Hurt. d.* 6. *diff.* 10. *Filliuc. q.* 9. *n.* 158. *Alphons. de Leon, recollect.* 19. *n.* 130. *Escobar. to.* 2. *lib.* 14. *sect.* 2. *problem.* 21. *n.* 112. & communi Theol. Probatur ex communi praxi Fidelium; nemo enim se examinat, an habuerit dolorem ante, vel post peccatorum narrationem, dummodo illum habuerit ante absolutionem. Imò solent Fideles post totam confessionem factam ante absolutionem se excitare ad dolorem, & Confessarii tunc ad illum movent, & adhortantur. Et confirmatur, quia confessio perseverat moraliter toto tempore ante absolutionem, ac proinde sufficienter informatur dolore præstito ante ipsam.

P. Suar.
Megala.
Bonac.
Navar.
P. Henriq.
Ochagav.
P. Vasq.
P. Fagund.
Diana.
P. Granad.
P. Lug.
P. Hurtad.
P. Filliuc.
Alphons. de Leon.
P. Escob.

172 *Ad primum* respondetur attritionem sufficienter sentiri, & significari per confessionem, si hæc illâ informetur ante absolutionem: nam confessio solùm significat dolorem præstitum, vel præstandum ante absolutionem. Sed dices: Confessio non habet connexionem cum dolore consequente, non enim est causa effectûs, aut imago illius: ergo non illum significat. Respondetur confessionem habere connexionem cum dolore, ut cum aliquo connexo cum sua causa; nam voluntas confitendi est causa confessionis, & hæc connectitur cum dolore, ut cum medio unico, & necessario ad ipsam suscepcionem Sacramenti. *Ad secundum, & tertium* respondetur confessionem sufficienter informari dolore consequente, juxta ea, quæ diximus.

§. 7.

Quanta conjunctio, & simultas debeat esse attritionis cum absolutione?

173 *Non est opus quòd attritio coëxistat absolutioni physicè, satis est quòd coëxistat moraliter.*
174 *Quandiu attritio censeatur moraliter perseverare? Refertur prima sententia.*
175 *Dicendum videtur sufficienter perseverare,*

verare, quandiu non retractatur per peccatum contrarium, aut dubium illius.

176 *Aliquando non sufficit attritio eodem die facta cum animo confitendi. Aliquando sufficit vesperi, & hesterno die facta.*

177 *Potest absolvi moribundus, qui, antequam sensibus destitueretur, petivit confessionem, licèt jam unus, vel plures dies sint elapsi.*

173 **Q**Uarta difficultas: Quantum temporis possit intercedere inter attritionem, & absolutionem? Et tria sunt certa. *Primum*, attritionem non debere physicè coëxistere absolutioni. *Secundum*, debere saltem moraliter. *Tertium*, tunc coëxistere moraliter, cùm, quando datur absolutio, attritio moraliter perseverat.

174 Dubium est, quandiu attritio moraliter perseveret? *Gran. tr. 3. d. 3. sect. 1. n. 7.* dicit tandiu solùm attritionem moraliter perseverare, quandiu pœnitens interrogatus, Cur doluisti? aut cur dolorē non retractas? Ex eadem deliberatione confitendi respondere potest, Quia volo confiteri. Et juxta hanc sententiam attritio debet esse valde proxima confessioni, & elici, dum jam quæritur Confessarius, & spectatur locus ingrediendi ad illum. P. Granad.

175 *Nihilominus* hæc opinio videtur magis secura, quàm probabilis. Ego cum *Hurt. de Sacramentis in genere d. 1. diff. 11. Diana p. 5. tr. 14. resol. 67.* & aliis, quos tacito nomine refert *Granad. ubi proximè*, existimo, tandiu attritionem perseverare, quandiu non retractatur per peccatum contrarium, aut dubium illius. Probatur exemplo moribundi, qui sensibus destitutus absolvitur, hic enim validè absolvitur, & tamen non habet attritionem actualem, sed solùm habitualem, hoc est, præteritam, non retractatam. P. Hurtat. Diana. P. Granad.

176 Ex dictis infertur primò, aliquando non sufficere attritionem eodem die factam animo confitendi, si post illam commissum est peccatum contrarium, vel dubium illius; aliquando veró sufficere attritionem vesperi factam cum animo confitendi altera die, si post illam non est commissum peccatum contrarium, nec dubium illius. Et ita præter Hurt. & Dianam citatos tenet Præpositus q. 2. dub. 130. Hurtad. Diana. P. Præposi.

177 Infertur secundò, posse absolvi moribundum, qui immediatè antequam amitteret usum rationis, petiit confessionem, licèt jam unus, vel plores dies sint elapsi, de quo tractatu sequenti.

§. 8.

Utrum eadem attritio possit inservire duabus confessionibus?

178 *Communis sententia docet, eundem dolorem non posse inservire duabus absolutionibus.*

179 *Probabile est, quando semel obtenta absolutione statim reconciliatur quis de peccato oblito, sufficere eandem attritionem.*

180 *Aliqui existimant, etiam, quando quis apud eundem, vel diversum Confessarium repetit eadem peccata in prima confessione subjecta.*

181 *Sed mihi non videtur probabilis hæc sententia.*

182 *Prolatâ sententiâ legitimè, finitur totus processus judicii, ita ut non possit dari nova sententia absque nova tela, & processu.*

183 *Satisfit argumentis opinionis contrariæ.*

178 **Q**Uinta difficultas: Utrùm post unam absolutionem possit alia obtineri de eisdem peccatis, non renovatâ attritione? Negant communiter Theologi, qui absolutè dicunt eadem peccata posse esse materiam secundæ absolutionis, non tamen eundem dolorem. Et hujus, inquiunt, diversa ratio est, quia peccata in hoc Sacramento sunt materia remota: & eadem materia remota, quæ inservijt formæ primi Sacramenti, potest inservire formæ secundi, ut patet in eadem aqua, quæ inservijt uni Baptismo, potest enim inservire alteri: at dolor est materia proxima, & materia proxima, quæ inservijt formæ primi Sacramenti, non potest inservire formæ secundi, ut patet in ablutione, quæ inservijt uni Baptismo, non enim potest alteri inservire.

179 Nibi-

179. *Nihilominus* distinctione opus est: potest enim quæstio procedere in duobus casibus: *primò*, quando quis semel confessus, iterata mox nova confessione, absque novo dolore explicat peccatum oblitum; & in hoc casu probabile est, quòd ad utrumque Sacramentum sufficiat eadem attritio. Ita docet *Henr. l. 4. cap. 26. §. 7.* cum quo consentit *Lugo d. 14. sect. 3. Escobar. sect. 2. cap. 7. problem. 23. n. 118.* Probatur, quia in hoc casu illa attritio extenditur directè ad peccatum oblitum, ad quod solum fuerat extensa indirectè. Et confirmatur bona praxi, nam quando peccator semel est absolutus, & mox reconciliatur de peccato oblito, absolvi iterum solet, quin exigatur nova attritio.

P. Henriq. P. Lug. P. Escobar

180 *Secundus casus est*, quando secunda confessio apud eundem, vel diversum Confessarium fit de eisdem peccatis, à quibus pœnitens fuit directè absolutus. Et adhuc in hoc *Salas in manuscript. de pœn. q. 84. a. 10. Petr. Led. in sum. cap. 4. de Sacram. pœnit. Ioannes à Cruce in directior. p. 2. de Sacram. pœnit. q. 1. dub. 6. conclus. 2.* & alii apud *Dianam 3. p. tr. 4. resol. 116. Escobar. cit. sect. 2. cap. 7. problem. 22. n. 115*, quos *Lugo* asserit se non audere reprobare, docent sufficere eandem attritionem ad utramque absolutionem, si secunda statim petatur post primam. Probatur *primò*, quia non repugnat eandem materiam proximam subjici diversis Sacramentis; nam corpus Christi, quod est materia proxima Eucharistiæ, subjicitur diversis consecrationibus in diversis hostiis. *Secundò*, quia non repugnat eandem satisfactionem esse materiam proximam diversæ absolutionis: si enim impositum tibi sit pro pœnitentia jejunium crastinum, & rursum hodie confitearis, poterit secundus Confessarius idem jejunium crastinum tibi imponere in pœnitentiam, juxta communem sententiam asserentem posse imponi in pœnitentiam opera aliunde debita ex præcepto, imò id supponere videntur Doctores, qui docent per illa verba *Quidquid boni feceris*, &c. elevari omnia opera bona in satisfactionem, nam in secunda confessione post primam statim repetuntur eadem verba.

P. Salas. Ledesm. Ioanes à Cruce. Diana. P. Escobar P. Lug.

181 Ego verò hanc opinionem non audeo approbare. Primò; quia, licèt Doctores contrariam ex professo non tractent, expressè dicunt novam absolutionem ab eisdem peccatis semel confessis sub eodem dolore esse sacrilegam, quia adhibetur eadem materia proxima, quæ non potest inservire formæ diversæ, ut videre est apud *Rodrig. cap. 54. conclus. 4. Sot. disp. 18. q. 4. a. 3. Vasq. q. 92. a. 3. dub. 5. n. 10. Suar. disp. 18. sect. 1. n. 6. & sect. 4. ad fin. Filliuc. tr. 6. cap. 4. quæsito 11. Regin. l. 6. n. 94. Henriq. cap. 12. n. 5. Zerol. cap. 17. quæsito 31. Ledesm. Victor.* & alios, quos citat, & sequitur *Bonac. q. 4. punct. 4. n. 1. & Ioan. Sanch. in select. d. 1. n. 22.*

Rodrig. Sotus. P. Vasq. P. Filliuc P. Regin. P. Henriq Zerol. Ledesm. Victoria. Bonacin. Ioan. Sanch.

Secundò propter communem praxim; nullus enim pœnitens ab eisdem peccatis semel confessis novam absolutionem petit ab eodem, vel diverso Confessario, nisi conetur ad novum dolorem.

181 Tertiò, quia hoc Sacramentum institutum est per modum judicii; judicium autem, ubi semel sententia valide prolata est, omnino finitur, ita ut non possit proferri alia sententia sine nova accusatione, & novo processu: at nova accusatio, & novus processus requirunt novam confessionem, & novum dolorem; nam illa accusatio, & dolor primus solùm habent ordinem ad primam sententiam validam, quæ ubi prolata est, finiuntur in ordine judicialio.

183 Neque obstat *primò* eandem materiam proximam posse subjici diversis Sacramentis, ut patet in corpore Christi Domini, quod in diversis hostiis subjicitur diversis consecrationibus, nam sola accidentia, & species sunt propriè materia proxima Eucharistiæ, non corpus Christi Domini, nam hoc non antecedit consecrationem, & materia debet præcedere formam. Deinde dato quod corpus Christi Domini aliquo modo minùs propriè sit materia proxima Eucharistiæ, adhuc in materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ est diversa ratio; nam, cùm sit per modum judicii, ejus accusatio & processus finiuntur ubi prolata est prima sententia valida, ut constat ex dictis.

Non obstat *secundò* eandem satisfactionem posse esse materiam diversæ confessionis, quia inprimis satisfactio non est materia essentialis, sed solùm accidentalis, ut constat ex dictis *tract. 2. d. 1. sect. 2. diff. 3.* Deinde eadem pœna potest imponi per diversas sententias: at eadem accusatio, & idem processus non possunt

 infer-

inservire sententiis diversis.

§. 9.

Utrùm Attritio debeat elici ex intentione confitendi?

184 *Proponitur sententia affirmativa.*
185 *Defenditur negativa.*
186 *Solvuntur fundamenta contraria.*
187 *Satis est quòd intentio adveniat post materiam ante prolationem formæ.*
188 *Inter confessionem, & dolorem debet quidem intercedere aliqua moralis unio; & qualis ea esse oporteat, declaratur.*
189 *Potest pœnitens in hodierna confessione uti dolore, quem heri elicuit sine intentione confitendi, si eum non retractavit per novum peccatum, aut dubium illius.*

184 SExta difficultas: Utrùm attritio necessariò elicienda sit ex intensione confitendi? Affirmant *Suar. d. 20. sect. 4. n. 29. Laym. cap. 4. n. 5. Prapos. q. 2. dub. 1. n. 30. & Bonac. d. 5. q. 3. p. 2. n. 17.* Probatur *primò*, quia actiones Sacramentales debent fieri ex intentione Sacramenti. alias in Baptismo sufficeret ablutio facta absque intentione Sacramenti, si immediatè pòst referretur ad illud. Item in Sacramento Pœnitentiæ sufficeret confessio facta absque intentione obtinendi absolutionem, si immediatè pòst referretur ad illam: at verò attritio est actio Sacramentalis ponens materiam Sacramenti.

Sotus. P. Laym. P. Prapos. Bonac.

Secundò, quia debet intercedere aliqua unio moralis conjungens dolorem cum confessione, & utramque uniens per modum unius materiæ; at verò hæc unio videtur consistere in eo, quòd attritio eliciatur ex intentione confessionis. *Tertiò*, quia aliàs posset pœnitens uti, si vellet, ad præsentem confessionem attritione, quam heri, vel nudiustertius elicuit sine intentione confitendi.

185 *Nihilominus* probabilius dicendum videtur posse pœnitentem uti attritione facta absque memoria Sacramenti. Ita cum *Soto Regin. in prax. t. 1. l. 5. n. 54. Coninck. d. 4. dub. 6. n. 44. Lugo d. 14. sect. 4.* ubi probat etiam *Suar.* stare pro hac parte. Subscribit *Diana 6. p. tr. 6. miscellan. resol. 43.* & *Escobar.* ubi suprà *problem. 25. n. 123.* Fundamentum est primò, quia hæc attritio habet omnia, quæ *Concilium Trid. sess. 14. cap. 4.* dicit requiri, & sufficere ad justificationem in Sacramento; est enim supernaturalis, & talis, ut excludat voluntatem peccandi: ergo, &c. Secundò probatur ex communi sensu Fidelium; nam, si quis, dum aliquid pium ac sanctum legit, vel audit, convertatur ad Deum absque memoria Sacramenti, & mox recordatus illius, facto suæ conscientiæ examine, confiteatur ex vi doloris priùs habiti, illo utendo ad Sacramentum, ritè ac validè omnium calculis confitebitur. Tertiò, quia non minùs unitur dolor confessioni, quando confessio fit ex vi doloris, quàm quando dolor fit ex intentione confessionis: in utroque enim casu dolor unitur confessioni, & confessio dolori. Et confirmatur, quia connaturalius & perfectius est, quòd quis ex vi doloris adeat confessionem, quàm quòd ex voluntate confessionis eliciat dolorem: at verò, qui ex vi doloris confitetur, non elicit dolorem ex intentione confitendi, sed potiùs confitetur ex vi doloris.

Sotus. P. Regin. P. Coninck P. Lug. P. Escobar

186 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur actiones Sacramentales debere fieri ex intentione Sacramenti, sed dicendum est sufficienter fieri ex intentione Sacramenti, si intentio adveniat post materiam ante prolationem formæ; tunc enim quodammodo intentio retrahitur ad materiam, & illam moraliter informat: quod in præsenti materia explicatur exemplo doloris; nonenim hic minùs requiritur ad cõfessionem, quàm intentio; & tamen sufficit quòd dolor adveniat post confessionem ante absolutionem, quod patet ex dictis *n. 171.* ergo idem dicendum de intentione, si adveniat post dolorem ante absolutionem.

187 Unde existimo illum, qui in Missa sine intentione consecrandi accepit Hostiam, si immediatè ante prolationem formæ advenit intentio, verè consecrasse. Similiter illum, qui in Baptismo ablutus est sine intentione Sacramenti, si tamen hæc immediatè pòst advenit antè prolationem formæ, esse verè baptizatum. Similiter illum, qui inculpabiliter confessus est sine intentione Sacramenti, si hæc advenit ante absolutionem, manere absolutum.

188 *Ad secundum* concedendum est inter dolorem, & confessionem debere intercedere aliquam moralem unionem, sed hanc

hanc assero sufficienter poni per confessionem ex vi doloris, & per adventum intentionis ante absolutionem, ut patet ex dictis.

189 *Ad tertium* respondetur posse pœnitentem uti dolore, quem heri elicuit, si eum non retractavit per peccatum contrarium, vel dubium illius, juxta superiùs dicta *n.* 176.

SECTIO VI.

Qualis sit Attritio, quæ est materia hujus Sacramenti, quando confessio fit de solis Venialibus.

Inprimis debet esse formalis, & efficax.

190  Ertum in primis est attritionem, etiam quando confessio fit de solis Venialibus, debere esse formalem, quia sola hæc (ut diximus *n.* 115.) est materia hujus Sacramenti. Item debere esse efficacem, quia sola attritio, quæ excludit voluntatem peccandi, est materia hujus Sacramenti, ut constat ex *Concilio Trident. sess.* 14. *cap.* 4. at verò attritio, quæ excludit voluntatem peccandi, est efficax.

§. 1.

Utrùm sit peccatum mortale confiteri de solis Venialibus absque attritione?

191 *Refertur sententia negativa cujusdam Theologi.*

192 *Contraria omnino tenenda est.*

193 *Diluuntur fundamenta opposita; & explicatur, cur non peccet pœnitens non habens dolorem de aliquibus Venialibus, peccet verò illum non habens de omnibus.*

194 *Sententia Caietani asserentis Eucharistiam receptam sine devotione non conferre gratiam, est falsa.*

195 *Cur non peccet mortaliter ille, qui non implet pœnitentiam levem, licèt aliqua ex parte frustretur Sacramentum?*

196 *Qui ob metum gravem contrahit matrimonium fictum, non peccat mortaliter; & cur.*

191 PRima difficultas est: Utrùm sit mortale confiteri absque dolore de solis Venialibus? Negat Theologus, nescio quis, apud *Lug. cit. n.* 108. cui addi potest *Faber* apud eundem *Lug. n.* 115. asserentes frustrari Sacramentum in materia levi, non esse culpam gravem. *Primò*, quia qui confitetur plura Venialia sine dolore de aliquibus, frustratur Sacramentum, ejusque effectus principales quoad aliqua, & tamen non peccat mortaliter. *Secundò*, quia in opinione *Caietani*, & aliorum, Sacramentum Eucharistiæ non confert gratiam, nisi accipiatur cum devotione: unde, si quis illam accipiat sine devotione, frustrabitur Sacramentum, & tamen non peccabit mortaliter. *Tertiò*, quia qui non implet pœnitentiam levem impositam ob Venialia, frustratur Sacramentum quoad illam partem, & effectum, & tamen non peccat mortaliter. *Quartò*, quia qui fictè contrahit matrimonium absque intentione, frustratur Sacramentum: si tamen id faciat ad vitandum aliquod grave damnum, non peccabit mortaliter, ut cum communi Theologor. docet *Sanch. de Matr. l.* 4. *d.* 16. *n.* 1. *Faber.* *Caietan.* *P. Sanch.*

192 *Nihilominus* approbanda non est hæc sententia, sed ut falsa rejicienda; nam absque sufficienti fundamento opponitur communi doctrinæ omnium Theologorum asserentium frustrari quodlibet Sacramentum esse sacrilegium. Et ratio est, quia qui frustratur Sacramentum, irrisoriè, & irreverenter tractat rem sanctissimam, nimirum formam Sacramenti.

193 *Ad primum* respondetur illum, qui confitetur sine dolore de aliquibus Venialibus, frustrari quidem Sacramentum quoad illa, offerre tamen sufficientem materiam quoad alia, quod sufficit ad valorem Sacramenti, ne scilicet irrisoriè & in vanum cadant verba Christi: at verò in nostro casu Sacramentum fieret nullum, & irrisorium.

194 *Ad secundum* respondetur in primis sententiam *Caietani* esse falsam, quia ex ea sequitur illum, qui sine devotione reciperet Eucharistiam, peccare mortaliter, siquidem impedit in totum fructum Sacramenti. Deinde dato quòd id non esset peccatum mortale, adhuc in nostro casu, est specialis ratio: nam in casu *Caietani* solùm impeditur fructus Sacramenti, at in nostro præter fructum Sacra-

 menti,

menti, etiam impeditur valor.

195 *Ad tertium* respondetur per non-impletionem pœnitentiæ levis non fraudari Sacramentum suo valore, imò neque toto suo fructu, sed tantùm aliqua ejus parte levi, in quo non visitur committi injuria gravis contra Sacramentum; neque enim quælibet minima integritas Sacramenti obligat sub Mortali, neque homo sub Mortali tenetur sibi procurare maximum fructum, quem potest, ex Sacramento.

196 *Ad quartum* duæ adhiberi possunt majores rationes: *prima*, quia in matrimonio ficto non accipitur forma Sacramenti irrisoriè, nam non quicumque consensus sunt materia, & forma Sacramenti matrimonii, sed soli consensus veri: at in nostro eventu vera forma Sacramenti Pœnitentiæ, nimirum absolutio, accipitur irrisoriè. *Secunda*, quia Sacramentum matrimonii habet ampliores licentias, quàm alia Sacramenta, propter rationem contractûs, in qua fundatur. Hinc est quòd solùm hoc Sacramentum possit celebrari per scripta, per nutus, per procuratorem, &c. Et hinc etiam est quòd possit fieri irritum, ac nullum absque peccato in omnibus casibus, in quibus absque peccato potest fieri irritum, ac nullum in ratione contractûs. Et hujus ratio est, quia ratio Sacramenti non advenit, nisi post veram rationem contractûs, unde quando hæc non ponitur verè, illa non subsequitur; ac proinde injuria non fit Sacramento, sed soli contractui.

§. 2.

Utrùm Attritio debeat esse de omnibus Venialibus confessis?

197 *Prima sententia asserit, attritionem debere etiam se extendere ad omnia Venialia confessa, aliter reddi Sacramentum nullum.*
198 *Sed contraria est probabilior.*
199 *Cur peccet mortaliter ille, qui Hostiis triticeis aliquam admisceret non triticeam; & non peccet ille, qui Venialibus ritè confessis aliquod admisceat non ritè confessum, hoc est, sine dolore?*

197 **S**Ecunda *difficultas*: Utrùm attritio debeat se extēdere ad omnia Venialia confessa? Affirmant plures apud * *Suar. d. 20. sect. 6. n. 7.* qui dicunt non esse obligationem confiteri Venialia; supposito tamen quòd confiteantur, debere verè confiteri, hoc est, cum dolore. Et probatur, quia est grave peccatum subjicere formæ Sacramenti aliquam materiam falsam, etiam partialem, ut patet in eo, qui inter decem Hostias triticeas unam, vel alteram non triticeam consecrationi subjiceret: at verò confiteri aliqua Venialia sine dolore est subjicere Clavibus aliquam materiam falsam particularem.

198 *Nihilominus* probabilior est resolutio negativa, quam cum *Suar.* ubi proximè, *Henr.* & aliis tenent *Hurt. disp. 6. dif. 7. Fag. l. 2. cap. 1. n. 5. Lug. d. 14. n. 118. & Dian. 3. p. tr. 4. resol. 117. Escobar. lib. 14. problem. 35. n. 166.* Probatur exemplo aliorum Sacramentorum, in quibus non est culpa gravis admiscere aliquam partem materiæ, quæ non sit materia valida, ut patet *primò* in Baptismo, cujus aquæ admiscetur aliqua pars olei benedicti, quod non est materia valida. *Secundò* in Eucharistia, nam in Calice admiscetur aliqua pars aquæ, quæ etiam materia valida non est. *Tertiò* in ipso Sacramento confessionis, in quo pœnitentes solent se accusare de imperfectionibus, & defectibus, qui non sunt materia valida: & tamē nemo dicit id esse peccatum mortale: ergo, &c. P. Suar. P. Henriq. P. Hurt. ad P. Fagund. P. Lug. Diana. P. Escob.

199 Ad exemplum Hostiæ non triticeæ, quæ aliis triticeis admisceretur, respondetur esse diversam rationem, quia forma Eucharistiæ *Hoc est corpus*, &c. primariò respicit materiam, supra quam cadit, unde supra falsam falsificatur: at verò forma absolutionis *Ego te, &c.* primariò respicit personam, & ratione illius verificatur.

§. 3.

Utrùm Attritio de Venialibus requirat propositum?

200 *Refertur sententia negativa.*
201 *Omnino tenenda est affirmativa.*
202 *Diluuntur fundamenta contraria. Ad confessionem Mortalium requiritur propositum vitandi omnia Mortalia: at verò ad confessionem Venialium non requiritur propositum vitandi omnia Venialia.*
203 *An quis possit habere propositum efficax vitandi omnia Venialia?*

204 *Quomodo possint vitari omnia Venialia divisivè, non verò collectivè?*
205 *Explicatur res exemplo jactantis tesseram longo tempore.*

200 TErtia difficultas: Utrùm possit quis confiteri de Venialibus absque proposito emendæ? Et pro parte affirmativa facit *primò*, quòd minus sufficit ad remissionem Venialis, quàm ad remissionem Mortalis. *Secundò*, quia saltem non potest dari propositum efficax de omnibus Venialibus, nam vitare omnia est impossibile, & de impossibili non datur voluntas efficax.

P. Suar. P. Laym. P. Lug. C Poninck P. Escob.

201 *Nihilominus* dicendum requiri propositum saltem virtuale. Ita cum communi Theologor. *Suar.* ubi proximè *n.* 5. *Laym. cap.* 4. *n.* 18. *Lugo d.* 14. *sect.* 9. *Coninck d.* 2. *n.* 23. *Escobar.* ubi suprà *probl.* 39. *n.* 171. Et probatur; quia, ut diximus, attritio requisita ad remissionem Venialium debet esse efficax, quæ nimirum excludat voluntatem peccandi: excludere autem voluntatem peccandi est includere saltem virtualiter voluntatem, seu propositum non peccandi.

202 *Ad primum* respondetur concedendo minus requiri ad remissionem Venialis, quàm ad remissionem Mortalis; nam ad remissionem Mortalis requiritur propositum vitandi omnia mortalia; at verò ad remissionem Venialis non requiritur propositum vitandi omnia Venialia, sed sufficit propositum vitandi aliqua, de quibus est attritio.

D. Thom.

203 *Ad secundum* respondetur cum *D. Thoma q.* 87. *a.* 1. *ad primum*, ut quis habeat propositum vitandi omnia Venialia, non requiri quòd possit vitare omnia collectivè: satis est quòd possit vitare omnia divisivè.

204 Dices cum *Lugo*, cui hæc solutio minùs placet: Si potest vitare omnia divisivè, potest omnia collectivè: & hoc probat exemplo acervi lapidum; nam qui potest mutare hinc illuc singulos lapides hujus acervi, consequenter potest mutare totum acervum per suas partes: ergo similiter qui potest vitare singula Venialia, potest omnia: vel è contra, si non potest omnia, non potest singula.

205 Respondetur, non semper qui potest singula, posse omnia, ut patet in eo, qui longo tempore jactat tesseram; nam hic singulis determinatis vicibus potest non perdere; impossibile tamen est quòd aliqua indeterminata vice nō perdat: sic homo potest vitare singula determinata Venialia, impossibile tamen est, quod in aliquo indeterminato non cadat. Quàdo ergo datur potentia ad singula, ita ut non sit verum dicere quòd aliquod indeterminatum non possit, etiam datur potentia ad omnia; & sic se res habet in acervo lapidum, namque qui potest movere singulos, ita potest eos movere, ut non sit verum dicere quòd aliquem indeterminatum non possit; & inde est, quòd possit movere omnes, hoc est, totum acervum. Aliter se habet ille, qui tesseram jactat, nam ita potest singulis determinatis vicibus non perdere, ut verum sit dicere quòd non possit non perdere aliquâ indeterminatâ, impossibile enim est quòd aliquâ indeterminatâ non perdat: & hinc est quòd non possit lucrari omnibus. Sic etiam se res habet in Venialibus; nam homo ita potest vitare singula determinata, ut verum sit dicere quòd non possint non cadere in aliquibus indeterminatis; impossibile enim est, quòd in aliquibus indeterminatis non cadat: & hinc est quòd, licèt possit vitare singula determinata, non possit omnia. Ratio autem cur, cùm possit vitare singula, non possit omnia, inde desumitur; quia in collectione omnium consideratur continuitas, & frequentia tentationum, earum subtilissima irreptio, & inconstantia liberi arbitrii; quæ omnia in quolibet determinato Veniali non habent locum: unde nil mirum quòd, etsi possint vitari singula determinata, non possint omnia.

Instabis, minimè intelligi quomodo non possint vitari omnia Venialia, & tamen possint singula; si enim possunt singula, non tamen omnia, quæro: Quot collectivè possunt vitari, & non plura? Demus posse quatuor, non tamen quinque; tunc sic urgetur: si enim potest homo vitare hæc quatuor, demus quòd ea vitet, & quæro: An necessariò cadat in quinto, necne? si non cadit necessariò: ergo potest vitare omnia quinque, quòd est contra suppositionem. Si cadit necessariò, imprimis id est contra libertatem, sed & contra præcedentem doctrinam; diximus enim posse vitari singula determinata.

Respondetur ex data suppositione, quòd non possit vitare omnia quinque, & vitaverit quatuor, necessitate morali cadere hominem in quinto; nam, ut supponimus, non potest vitare omnia quinque,

& vitavit quatuor: ergo necessariò cadet in quinto, necessariò (inquam) necessitate morali, quæ non tollit libertatem physicam sufficientem ad peccandum; nam, ut *tr. de Gratia* ostendi, libertas physica sufficit ad peccandum. Ad illud verò, quod dicitur, nimirum singula determinata Venialia posse moraliter vitari, occurrendum est posse singula absolutè, non tamen ex suppositione, quòd solùm possint vitari quinque, & jam vitata sint quatuor.

§. 4.

Utrùm Attritio Venialium retractetur per quodlibet subsequens?

206 *Proponitur ratio dubitandi pro parte affirmativa.*

207 *Resolvitur attritionem hujus Venialis in particulari solùm retractari per Veniale contrarium ejusdem speciei.*

208 *Attritio generalis etiam non retractatur per quodlibet Veniale subsequens: & id probatur.*

209 *Contritio etiam non retractatur totaliter per quodlibet mortale subsequens; non tamen sufficit ad confessionem.*

206 Quarta difficultas: Utrùm attritio Venialiũ retractetur per quodlibet subsequens Veniale? Et ratio dubitandi est, quia attritio mortalium retractatur per quodlibet subsequens mortale: ergo, &c.

207 *Nihilominus* distinctione opus est, quia possumus loqui aut de attritione particulari hujus Venialis, & hæc solùm retractatur per Veniale contrarium, non per Veniale alterius speciei, cui non opponitur: aut de attritione generali, & hæc etiam videtur non retractari per quodlibet Veniale subsequens. Ita supponunt omnes Doctores, & docet expresè *Lugo d. 14. n. 143.* *P. Lug.*

208 Probatur primò, quia aliàs, qui cum solis Venialibus accederet ad confessionem, teneretur sub Mortali renovare dolorem immediatè ante absolutionem, si fortè post proximam attritionem commisit aliquod Veniale, quod facillimè irrepit: teneretur, inquam, propter morale periculum faciendi nullum Sacramentum defectu doloris, si fortè venialiter deliquit inter confitendum, quod est facillimum. At hoc est contra communem usum, & praxim Ecclesiæ, & pluribus scrupulis, & conscientiarum laqueis obnoxium: ergo, &c.

Secundò probatur, quia attritio generalis non detestatur æqualiter omnia Venialia, sed magis gravius, quàm minùs grave; & magis hoc, quàm illud in his casibus: unde, licèt per subsequens Veniale retractetur quoad ipsum, non retractatur quoad alia.

209 Neque obstat quòd attritio generalis omnium mortaliũ retractetur per quodlibet subsequens mortale; non enim etiã totaliter retractatur, sed adhuc moraliter perseverat quoad alia peccata graviora; non tamen sufficit ad Sacramentum, quia ad Sacramentum requiritur voluntas, & propositũ non peccandi de cætero, quod per subsequẽs mortale sublatum est.

DISPUTATIO SECUNDA

De Confessione prout est altera pars materiæ proximæ hujus Sacramenti.


RES erunt Sectiones: Prima de prævio examine, & aliis conditionibus ad Confessionem requisitis. Secunda de conditionibus in particulari. Tertia de capitibus, in quibus repetenda est Confessio.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

De prævio examine, & aliis conditionibus ad Confessionem requisitis.

210 *Definitio Confessionis Sacramentalis.*
211 *Ostenditur ad Confessionem præmittendum esse examen, idque ex constitutione Christi Domini, & jure divino.*
212 *Non eadem in omnibus requiritur diligentia: sed in aliis minor, in aliis maior.*
213 *In nullo requiritur summa, quæ adhiberi potest.*
214 *Nimia in scrupulosis est mala, & peccatum.*
215 *Habens lubricam memoriam non tenetur scribere peccata, licèt aliqui contrarium existiment.*
216 *Utrum, & quando teneatur repetere Confessionem, qui debitum examen non præmisit?*
217 *An Confessarius, qui novit pœnitentem non præmisisse debitum examen, teneatur illum examinare?*
218 *Conditiones ad Confessionem requisitæ.*

210 Confessio definitur: *Legitima, & Sacramentalis accusatio de propriis peccatis, ad eorum veniam à Sacerdote obtinendam virtute Clavium.*

211 *Prima difficultas est*: Utrùm, & quale ad confessionem præmittendum sit examen? Et quod attinet ad primum, respondetur, cum communi Theologorum affirmativè. Probatur primò ex communi Ecclesiæ praxi. Secundò ex *Concilio Trid. sess. 14. cap. 5. ibi: Constat nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm ut postquam quis se diligentiùs se excussit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploravit*, &c. Tertiò probatur ratione, quia prædictum examen est necessarium ad confitenda omnia, & singula Mortalia: at nos tenemur confiteri omnia, & singula Mortalia, idque ex jure divino, ut ex inferiùs dicendis constabit: & qui tenetur ad finem, eodem jure tenetur ad medium necessarium ad illum. Et confirmatur, quia (ut communiter docent Doctores) nemo, per se loquendo, deobligatur à confitendo aliquod Mortale, nisi propter oblivionem, & ignorantiam invincibilem illius: non potest autem ea dici ignorantia invincibilis, ad quam expellendam nulla adhibita est diligentia, nec facta saltem ordinaria recogitatio. *Trident.*

212 Quod attinet ad secundum, quale nimirum præmittendum sit examen? Respondetur non eandem in omnibus requiri diligentiam, sed eam adhibendam esse, quæ moraliter sufficiat, attenta capacitate pœnitentis, consuetudine, occasionibus, & periculis peccandi, diuturnitate temporis, & aliis circunstantiis. Ita communiter Doctores.

213 *Quæres primò*: Utrùm requiratur summa diligentia, quæ ab homine adhiberi potest? Respondetur negativè cum communi Doctorum apud *Dian. 2. p. tr. 17. resol. 46.* quia alias nimiùm onerarentur conscientiæ, quod est contra illud Christi Domini: *Iugum meum suave est.* Item redderentur inquietæ, nimis anxiæ, ac solicitæ; quod est contra finem hujus Sacramenti. *Dian.*

214 Quamobrem advertunt iidem Doctores nimiam in hoc solicitudinem interdum esse malam, & peccatum. Unde infertur sufficere mediocrem quandam diligentiam, non tamen levissimam, sed eam, qualem homo adhibere solet in re gravi, quæ illi maximè cordi est, ut verbis utar *Suarii, & Ioannis Sanch. in selec. disp. 41. n. 18.* cui accedit Diana *3. p. tr. 4. resol. 107.* *P. Suar. Ioan. Sanch.*

215 *Quæres secundò*: An habens lubricam memoriam teneatur scribere sua peccata? Affirmant *Sotus d. 18. q. 1. & Medina q. 16. Bonac.* verò *q. 5. sect. 2. p. 5. n. 7.* loquitur cum limitatione; dicit enim teneri, si non detur periculum perdendi scripturam, unde possit subsequi infamia. Probabiliùs tamen dicendum videtur absolutè non teneri. *Ita Suar. disp. 36. sect. 5. n. 6. Valent. disp. 7. q. 11. punct. 1. fine. Henr. l. 4. cap. 4. n. 8. Coninck. disp. 7. dub. 9. n. 72. Nugn. q. 9. a. 2. diffic. unica. Megala 1. p. l. 5. cap. 9. n. 7. Vasq. q. 90. a. 1. dub. 4. n. 22. Filliuc. tr. 7. cap. 4. q. 10. n. 115. Tanner. q. 4. n. 35. Regin. l. 6.* Probatur primò, quia hæc diligentia est nimis extraordinaria. Secundò, quia scriptura de se est instrumentum publicum, & subjacet periculis. Tertiò, quia non constat de tali obligatione ex Scriptura, aut Ecclesiæ traditione. Quartò, quia contrarium constat ex communi Ecclesiæ praxi; nemo enim, tametsi debilis & infirmæ memoriæ, se accusat quòd peccata non *Sotus. Medina. Bonac. P. Suar. P. Valent. P. Henriq. P. Coninck. Nugnus. Megala. P. Vasq. P. Filliuc. P. Tanner. P. Regin.*

non scripserit, neque ullus Confessarius de eo interrogat.

216 *Quæres tertiò*: Utrùm teneatur repetere confessionem is, qui debitum examen non præmisit? Respondendum est cum distinctione: nam aut culpabiliter subticuit suam negligentiam in confessione, videndo se in eo peccare mortaliter; & tunc clarum est debere repetere confessionem, quia illam fecit nullam, & sacrilegam defectu integritatis, siquidem non confessus est peccatum mortale, quod tacendo commisit. Ita Doctores proximè citati. Aut aperuit sui examinis negligentiam, & sic adhuc distinguendum est: nam aut Confessarius illam interrogationibus supplevit, & sic non est repetenda confessio, quia quando collata est absolutio, jam pœnitens erat ritè dispositus: aut Confessarius non supplevit talem negligentiam; & sic repetenda est confessio, fuit enim nulla; nam pœnitens accepit sacrilegè absolutionem, nimirum absque examine, vel aliquo illum supplente. Ita Doctores ubi proximè.

217 *Quæres quartò*: Utrùm Confessarius, qui novit pœnitentem non integrè confiteri defectu examinis, teneatur illum interrogationibus examinare? Respondetur teneri illum aut examinare, aut dimittere, ut se examinet. Ita *Magister in 4. dist. 17. & 19. Sotus d. 18. q. 1. a. 4. Henr. l. 5. cap. 3. n. 10. Suar. disp. 36. sect. 10. & disp. 32. sect. 3. n. 3. Vasq. q. 93. a. 3. dub. 7. Bonac. cit. punct. 1. n. 4. Regin. l. 2. n. 14. Sayr. cap. 15. n. 7.* Probatur ex *cap. Omnis utriusque sexûs, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi habetur *Confessarium debere diligenter inquirere & peccatoris, & peccati circumstantias*, &c. Et hujus ratio est, quia Confessarius exercet officium judicis: at verò judex tenetur causam rectè cognoscere, & ad hunc finem uti interrogationibus, antequam reum absolvat: ergo &c.

Magist. Sotus. P. Henriq. P. Suar. P. Vasq. Bonacin. P. Riginal. Sayrus. Cap. Omnis utriusque

218 *Secunda difficultas*: Quæ conditiones ad confessionem requirantur? Sexdecim solent à Doctoribus numerari, quæ omnes his quatuor versibus continentur:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis,
Atque frequēs, nuda & discreta, libēs, verecūda,
Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Notandum tamen non omnes has conditiones esse necessarias *ad esse*; sed alias *ad esse*, alias *ad melius esse*; quod ex dicendis in sequenti sectione pleniùs constabit.

SECTIO II.

Explicantur prædictæ sexdecim conditiones ad confessionem requisitæ.

219 *Prima conditio*, Simplex: *secunda*, Humilis.
220 *An sit peccatum mortale confiteri sine humilitate?*
221 *An sit peccatum mortale confiteri cum vana gloria, & jactantia de peccatis?*

219 Prima conditio est quòd sit *simplex*, hoc est, non verbosa, relictis historiis, & circumstantiis impertinentibus. Secunda, ut sit *humilis*, idque humilitate interna, & externa, aperto capite, flexis genibus, &c. nisi aliud suadeat necessitas.

220 *Quæres primò*: Utrùm sit peccatum mortale confiteri absque prædicta humilitate? Respondetur negativè cum *Regin. l. 2. n. 63. Sayr. de pœnit. cap. 15. n. 7. & 8. Zerola in praxi de pœnit. cap. 11. q. 17. Navar. cap. 9. n. 11. Pitig. 2. p. dist. 14. q. 3. a. 8. conclus. 3. Bonac. q. 5. punct. 2. §. 2. n. 2.* Quia in eo non videtur committi gravis irreverentia contra Sacramentum.

P. Riginal. Sayr. Zerol. Navar. Pitig. Bonac.

221 *Quæres secundò*: Utrùm sit peccatum mortale confiteri cum jactantia, & vana gloria de peccatis? Respondetur affirmativè; & consequenter confessionem esse nullam. Sed de hoc commodiùs disput. sequent. ubi de peccatis jactantiæ agemus.

§. 1.

Tertia conditio, Pura: & occasione illius de confessione facta ob malum finem.

222 *Confessio facta ob finem lethaliter malum est nulla, & sacrilega.*
223 *Non ita facta ob finem solum venialiter malum.*
224 *Actus bonus non vitiatur per actum imperantem malum.*
225 *Actus imperans tollit libertatem actûs imperati pro instanti determinato.*
226 *An actus supernaturalis possit imperari*

rari à naturali.

227. *An pia affectio, qua praecedit fidem, debeat esse supernaturalis?*

An Missam facere propter vanam gloriam sit peccatum mortale? ibi.

222 TUnc confessio dicitur pura, quando fit ex pura, & recta intentione placandi Deum, vel obediendi Ecclesiae, aut fugiendi animæ periculũ, &c. Hic dubitatur: Utrùm sit peccatum mortale confiteri ob malum finem? Respondetur cum distinctione, nimirum esse peccatum mortale, quando finis est mortaliter malus, & consequenter tunc confessionem esse nullam, & sacrilegam tum defectu integritatis, tum defectu doloris, qui excludat voluntatem peccandi.

Sylvest. Sin autem confessio fiat ob finem venialiter malum, nimirum propter vanam gloriam, &c. Aliqui dicunt, etiam tunc esse peccatum mortale, & consequenter invalidam confessionem. *Primò*, quia de essentia confessionis est quòd fiat spe veniæ. Ita *Sylv. verbo Confessio. 1. quæsito 7. Secundò*, quia est peccatum mortale dirigere in malum finem opus per se institutum in Dei gloriam: unde Missam facere, aut quodvis aliud Sacramentum tractare; item concionari, & Deum orare propter vanam gloriam est peccatum mortale, ut tenent *Armilla verbo Confessio n. 4. Angelus verbo Vana gloria. Tabiena verbo Confessio. 2. n. 6.*

Armil. Angel. Tabien.

223 *Nihilominus* dicendum non esse peccatum mortale, & consequenter confessionem esse validam. Ita *Sanch. in Decalog. l. 1. cap. 3. n. 1. Navar. cap. 22. n. 40. Henriq. l. 4. cap. 3. n. 3. Sotus in 4. d. 18. q. 3. a. 3. ad. 5. Regin. l. 6. n. 249. Vasq. q. 92. a. 2. dub. 2. n. 3. Pitig. loco citato. Bonac. ubi proximè n. 4. Suar. disp. 2. sect. 3. n. 4. & sequentibus. Coninck. disp. 35. de matrim. dub. 2. Lugo disp. 15. n. 189. Hurt. d. 8. diff. 7. & Dian. p. 4. tr. 4. resol. 212.* Probatur, quia dantur partes essentiales, & cætera requisita ad valorem hujus Sacramenti: nec obstat vana gloria, quia hæc solùm est peccatum veniale, & Sacramentum potest esse cum peccato veniali actuali.

P. Sanch. Navar. P. Henriq. Sotus. P. Riginal. P. Vasq. Pitig. Bonacina. P. Suar. P. Coninck. P. Lug. P. Hurtad. Diana.

Objicies primò: Dolor de peccato ob vanam gloriam est peccatum veniale: ergo non potest esse vera attritio, hæc enim debet esse supernaturalis, donum Spiritûs Sancti; & fieri illius impulsu: at verò Spiritus Sanctus non impellit ad peccatum veniale. Respondetur, quando quis confitetur ob vanam gloriam, non dolere propter illam, sed propter Deum. Itaque in hoc eventu concurrunt vana gloria per modum actûs imperantis, & ipsa attritio, quæ est actus imperatus: attritio quidem imperatur à vana gloria, habet tamen motivum intrinsecum distinctum ab illa.

224 Objicies secundò: Dolor in hoc casu est propter vanam gloriam, saltem ut per finem extrinsecum imperantem: at verò actus bonus ex objecto viciatur per finem extrinsecum malum, habet enim causam malam, & bonum non nisi ex integra causa. Respondetur cum *D. Thom. Salas. Caiet. Perez, Curiel, Coninck. & Grand. apud Lugo. ubi proximè n. 211.* actum bonum non vitiari per finem extrinsecum malum, ut patet in subdito, qui ex obedientia confitetur imperatus ab actu malo Prælati, nam actus malus extrinsecus Prælati non vitiat actum bonum subditi imperatum, & tamen est ejus causa imperans. Quando ergo dicitur bonum non nisi ex integra causa, intelligendum est de integra causa intrinseca.

D. Thom. P. Salas. Caietan. P. Perez. Curiel. P. Coninck. P. Granad. P. Lug.

225 Objicies tertiò: Actus imperatus denominatur bonus, vel malus ab actu imperante: & hujus ratio est, quia actus imperans efficax tollit libertatem actûs imperati; nam supposito quòd voluntas efficaciter velit hunc elicere, non potest illum non elicere: sicut ergo actus imperatus caret aliâ libertate, quàm illâ actûs imperantis, ita caret aliâ bonitate. Quod explicatur exemplo actûs externi, qui eo quòd in se sit necessarius, & solùm denominetur liber ab actu interno, ab illo solùm denominatur bonus, vel malus, & supra illum non addit aliquid meriti, vel demeriti. Ex his ergo manifestè sequitur, dolorem imperatum à vana gloria in se esse necessarium, nec aliam habere libertatem, & consequenter nec aliam bonitatem, sed solam malitiam desumptam à vana gloria.

Huic objectioni responderi solet communiter actum imperantem non tollere libertatem actûs imperati; quia, licèt hic non possit non sequi supposito actu imperante, potest non sequi in hoc instanti; non enim determinatè pro illo imperatur. Sed quid, si determinatè pro illo imperetur? Respondetur cum *Rip. d. 68.*

sect.

P. Ripald. P. Hurt. P. Lugo.

sect. 2. Hurt. 2. 2. d. 136. ubi citat *Vasq. Torres, & Sal. cum D. Thom. Caiet. ibi Ferrar.* & aliis, quibus accedit *Lugo cit. n. 198.* tunc destrui libertatem actûs imperati, hic enim non minùs necessariò sequitur ab actu imperante, quàm amor beati sicut à Visione beata, ut ex professo docui in Philosophia *tom. 3. tract. 6. de de Anim. à n. 52.*

226 Objicies quartò: dolor, qui imperatur à vana gloria, non potest esse supernaturalis, nullus enim actus supernaturalis potest imperari à naturali: & hujus ratio est, quia actus imperatus est aliquo modo intra debitum, & exigentiam imperantis; at verò ens supernaturale est supra omne debitum, & exigentiam Naturæ. Respondetur actum supernaturalem non posse per se imperari ab actu naturali, posse tamen per accidens. Quòd non possit per se, docent communiter *Suar. 2. 2. d. 8. sect. 7. & d. 12. sect. 3. Albertinus 3. principio Philosophia, q. 5. Theologica. Torres, Granad. Lorca, Vasq. Coninck, Alvarez, Albelda, Lessius, Becarius, & alii, quos citat,* & sequitur *Ripald. d. 49. sect. 4.* Quòd verò possit per accidens ostendit *Ripald. cit sect. 1.* cum pluribus, ubi dicit posse nos per actum naturalem moveri ad operandum, etsi alioqui contingat præveniri ab Spiritu Sancto operari supernaturaliter, quo inevent u talis præventio, & supernaturalitas est contingens, & per accidens respectu motionis naturalis, non enim hæc cum illa connectitur per se.

P. Suar. P. Albertin. P. Torres. P. Granad. Lorca. P. Vasq. P. Coninck. Alvares. Albelda. P. Lessius. Becarius. P. Ripald.

227 Objicies quintò: Fides supernaturalis non potest imperari ab affectu naturali: ergo neque contritio supernaturalis à vana gloria. Antecedens constat ex *Concilio Arausf. 2. can. 5.* ibi: *Siquis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ... ipsumque credulitatis affectum,* &c. Et subditur, *qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt* &c. Et ex aliis pluribus textibus apud *Suar. l. 2. de Grat. cap. 3. Arriag. de Grat. d. 42. n. 16.* Et confirmatur, quia hic quoque effectus ad fidem supernaturalis debet præcedi à cognitione supernaturali, ut docet *D. August. l. 2. contra duas epistol. Pelagianorum cap. 8.* ubi expendens illud Apostoli *2. ad Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis,* ait: *Quis non videat prius esse cogitare, quàm credere, nullus enim credit, nisi prius cogitet esse credendum, & hoc vult Apostolus non esse ex nobis, sed ex gratia.* Et ratio hujus est, quia hæc cognitio est magni momenti, & utilitatis ad salutem: & nihil ad eam conducens potest esse naturale, ut difinitur in Concilio Arausicano proximè *Can. 7.* Quæ omnia videntur convincere, vanam gloriam non posse imperare contritionem supernaturalem.

Concil. Arausf. P. Suar. P. Arriag. D. August.

Respondetur, in fide id esse speciale, *primò,* quia Deus voluit eam esse meritoriam, & non potest esse meritoria, nisi ratione alicujus voluntatis supernaturalis: contritio autem potest esse meritoria se ipsâ. *Secundò,* quia noluit Spiritus Sanctus inspirare fidem, quam non præcederet appretiatio veracitatis Divinæ super omnia contraria; hinc enim est quòd hæreticus, qui credit uni mysterio; non verò alii, non habet fidem afflatam ab Spiritu Sancto: hæc verò appretiatio, seu pia affectio non est minùs ab Spiritu Sancto, quàm ipsa fides, & si Spiritus Sanctus non cōcurrit ad unam, neque ad aliam: & si concurrit ad unam, etiam concurrit ad aliam, est enim de utraque eadem ratio. *Tertiò,* quia nos non negamus simul cum pia affectione supernaturali posse cōjungi aliam piam affectionem naturalem, vel alium actū imperantem naturalem. Et similiter non negamus simul cum vana gloria posse coniungi alium actum supernaturalem imperantē contritionem: solùm dicimus cum eo posse stare vanam gloriam per modū imperii, quin per illam vitietur ipsa contritio, ejusque supernaturalitas; & hæc solutio traditur ab *Arriaga cit. d. 42. n. 19.* ubi dicit vanam gloriam in similibus casibus non imperare actum supernaturalem ex necessitate, sed ex superabundantia. P. Arriag.

Et hinc quoque desumenda est solutio ad cogitationem, quæ præcedit piam affectionem, & necessario debet esse supernaturalis: nam clarum est debere esse proportionatam ipsi piæ affectioni, ac proinde supernaturalem; verùm inde non fit commodum argumentum contra vanam gloriam, nam illa cognitio est proximè necessaria ad piam affectionem, & proximè necessaria ad illam debent esse proportionata: at vana gloria non requiritur ad contritionem, sed eam imperat ex superabundantia.

Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur vanam gloriam extrinsecam non impedire spem veniæ. Ad secundum negandum est tractare Sacramenta

mentâ ob vanam gloriam esse peccatum mortale, aliàs contrahere Sacramentum Matrimonii ad honorem, & divitias acquirendas esset peccatum mortale. Sacramenti tractatio propter vanam gloriam solùm est peccatum veniale, quia in eo non committitur gravis irreverentia contra ipsum Sacramentum.

§. 2.

Quarta Conditio: Fidelis: *Et occasione illius de mendacio prolato in Confessione.*

228 *Mendacium, quod non est materia confessionis, tametsi in ea dicatur, non est peccatum mortale.*

229 *Mendacium, quod est materia confessionis circa peccatum mortale non confessum, est lethaliter peccaminosum.*

230 *Circa veniale, quando non datur alia materia, etiam est peccatum mortale.*

231 *Quando verò datur alia materia, tunc non est peccatum mortale.*

232 *Circa peccatum mortale jam confessum, si confessarius justè interroget, est peccatum mortale.*

233 *Si non justè interroget, nullum est peccatum, sed debet pœnitens uti aliquâ amphibologiâ.*

234 *Si pœnitens sibi imponat peccatum mortale, videtur peccare lethaliter.*

228 Confessio fidelis idem est, atque vera, hoc est, sine mendacio. Hic solet inquiri: Utrùm omne mendacium in confessione prolatum, sit peccatum mortale? Et quæstio potest procedere aut de mendacio, quod non est materia confessionis, in ea tamen dicitur, & hoc non est peccatum mortale; quia, licèt circumstantia loci, & temporis aggravet mendacium, non tamen illud reddit peccatum mortale, ut est communis Doctorum.

229 Aut potest procedere de mendacio, quod est materia confessionis, & hoc aut est circa peccatum mortale, quod pœnitens negat, vel sibi imponit; & sic est peccatum mortale, quia decipit Confessarium in re gravi, ut cum *Suar. tomo 4. disp. 22. sect. 10. Sylvest. verbo Confessio 1. q. 8. Zerola de pœnitent. cap. 10. q.* P. Suar. Sylvest. Zerol. *34. versu Dico sextò & septimò. Navar. in manual. cap. 21. num. 37. Vasq. q. 91. art. 1. dub. 7. num. 12. Reginald. lib. 6. n. 68. Nugn. in additionibus q. 6. ar. 4. dub. 1. Sayr. de Pœnitent cap. 13. Filliuc. tract. 7. cap. 4. quæst. 9. Conink. disp. 6. de Pœnitent. dub. 21. & aliis pluribus docent. Tanner. q. 7. num. 21. Bonacina cit. propositione 4. Granad. tract. 9. disp. 13. num. 3. Lugo disp. 16. num. 98. & Hurtad. disp. 8. difficult. 6.* Navar. P. Vasq. P. Reginal. Nugn. Sayr. P. Filliuc. P. Coninck. P. Tanner. Bonacin. P. Granad. P. Lug. P. Hurt.

230 Aut est circa peccatum veniale, & hoc aut quando illud tantùm datur pro materia confessionis; & tunc etiam est peccatum mortale, quia reddit Sacramentum nullum, & sacrilegum defectu materiæ.

231 Aut quando etiam dicuntur alia venialia vera; & tunc (quidquid in contrarium opinetur *Caietanus*) non est peccatum mortale, quia nec Sacramentum redditur nullum, nec decipitur Confessarius in re gravi; neque irreverentia, quæ fit Sacramento, videtur gravis, ut in simili tradidimus suprà *num.* 198. ubi resolvimus confiteri aliquod veniale sine dolore, si tamen alia cum dolore confiteantur, non esse peccatum mortale. Et ità tenent Doctores ubi proximè.

232 Quæres: Utrùm peccet mortaliter ille, qui mentitur circa peccatum mortale jam confessum. Et respondetur cum distinctione; aut enim illud negat, aut sibi imponit: si illud negat, aut id facit, quando Confessarius ex justa causa tale peccatum inquirit ad cognoscendum statum pœnitentis in ordine ad remedium illius, & in his casibus mentiri est peccatum mortale.

233 Aut quando Confessarius non inquirit ex justa causa: & tunc negare peccatum mortale aliàs jam confessum, non est peccatum mortale, imò neque veniale, si pœnitens amphibologicè respondeat; non enim tenetur iterum subjicere peccatum jam confessum.

234 Aut pœnitens sibi imponit peccatum mortale, quod in alia confessione jam sibi imposuit: & hoc mendacium est peccatum mortale, quia iterum decipit Confessarium in re gravi. Neque obstat quòd pœnitens dicat illud peccatum jam esse confessum, ac proinde illud non apponat pro materia necessaria; licèt enim illud non apponat pro materia necessaria, illud apponit pro materia gravi. Et ita *Lug. cit. n.* 101. P. Lugo.

§. 5.

Frequens, Nuda, & discreta, Libens.

Breviter hæ omnes conditiones declarantur.

235 QUinta conditio *Frequens* apponitur, ut intelligatur, hoc Sacramentum debere repeti intra annum, non quòd hoc sit de necessitate præcepti, de quo infrà, sed quia est de perfectione consilii. Sexta conditio *Nuda* significat, confessionem debere esse claram, non palliatam, & verbis obscuris involutam. Septima conditio *Discreta* denotat debere eligi Confessarium doctum, ac prudentem: item peccata, præsertim impudica, explicanda esse verbis honestis, non descendendo ad circunstantias non necessarias. Octavò debet confessio esse *Libens*, hoc est, spontanea, nō metu parentū, aut alio humano coacta.

§. 4.

Nona conditio: Verecunda.

Et occasione illius de confessione facta cum Confessario socio criminis

236 *Ut confessio sit verecunda, non debet fieri cum confessario socio criminis.*

237 *Confessio facta cum Sacerdote complice ex genere suo est valida.*

238 *Sacerdos complex ac socius criminis non peccat audiendo confessionem, si absolutè, & per se loquamur.*

239 *In aliquibus diœcesibus est prohibita talis cōfessio sub pœna excōmunicationis.*

240 *In quibus est probibita, etiam est nulla.*

241 *Amplectur tradita doctrina etiam ad Regulares.*

242 *Non tamen incurrunt pœnas excommunicationis.*

243 *Socii criminis hoc loco, secundùm aliquos, solùm intelliguntur, qui tales sunt in materia castitatis: sed probabilius est etiam esse intelligendos, qui tales sunt in aliis materiis.*

236 UT sit verecunda, debet fieri cum rubore, & non cum Confessario complice, & socio criminis. Utrùm verò sit valida confessio, quæ fit cum Confessario socio criminis? Respondeo cum distinctione, &

237 *Dico primò* esse validam ex genere suo, si nimirum pœnitens confiteatur cum vero dolore, & proposito emendæ. Ita *D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 20. a. 2. ad 1. Sylvest. verb. confessor. 3. n. 9.* D. Thom. Sylvest. versio. Quinimò queritur: *Sot. in 4. dist. 18. q. 4. a. 2. Conrad. de part. Iuortum. resp. q. 13. Homobon. 3. p. examin. tr. 13. q. 30. resol. 4. Bossius tr. de triplici jubilæi privilegio sect. 1. casu 2.* quibus accedunt *Bonac. q. 7. punct. 3. §. 5. n. 10. & Fagund. l. 4. cap. 3. n. 35.* Neque obstat locus *D. Aug. lib. de vera, & falsa pœn. cap.* 20. ibi: *Nullus officio Sacerdotis uti debet, nisi immunis ab illis sit, quæ in aliis judicat,* &c. nam D. Augustinus non dicit talem confessionem esse nullam, sed solùm non congruere, neque esse decentem. Sotus. Conrad. Homobo. Bossus. P. Fagund. D. August.

238 *Dico secundò*: Sacerdos, absolutè loquendo, non peccat audiendò complicem, ac socium criminis. Hæc est contra *Fag.* ubi proximè citantem pro se *text. in cap. Omnis. & text. in cap. finali 30. q. 1.* Traditur tamen à *Ioan. Sanc. in selectis d. 11. n. 16.* ubi dicit nostrum Fagund. non percepisse hos textus: & re vera illi solùm pœnas imponunt Sacerdoti, qui peccat cum filia confessionis, de quo nos *disp. seq.* non verò illi, qui socium criminis absolvit: & præter hos textus non est aliud præceptum de jure communi contra Sacerdotem absolventem socium criminis: ergo, &c. P. Fagund. Cap. Omnis Cap. Final. Ioan. Sanc.

239 *Dico tertiò*: In aliquibus Diœcesibus talis confessio est interdicta sub pœna excommunicationis, nimirum in Mediolanensi, uti habetur in ejus Concilio septimo Provinciali, titulo *de Sacramento pœnit. §. Qui criminis alicujus, &c* & in *Synod. diœces.* 10. Alias refert *Boss. & Bonac.* locis citatis. Concil. Mediolan. Synodus diœces.

250 *Dico quartò*: In Diœcesibus, in quibus talis confessio est interdicta, etiam invalida est, idque duplici ex capite: *primo*, defectu approbationis, & jurisdictionis Confessarii, qui non approbatur ad ejusmodi casum, ut constat ex *Concilio Mediolan.* & aliis citatis, ut cum *Henri l. 6. c. 6. §. 6. & l. 7. c. 12. §. 4. Aug. Barbos. p. 1. alleg. 29. n. 30. & 34. Fagund. prœc. 2. l. 7. c. 2. n. 31. Laym. l. 5. tr. 6. c. 11. n. 6.* & aliis pluribus tenet *Boss. & Bon. cit. Homobon. 1. p. exam. tr. 5. q. 20.* *Secundò*, quia pœnitens in ipsa confessione committit sacrilegium. P. Henriq. Barbosa. P. Fagund. P. Laym. Bossus. Homob.

241 *Dico quintò*: Tradita doctrina etiam extendi debet ad Regulares, qui etiam dum prohibentur audire socios criminis, justè non approbantur ad talem casum, Ita Doctores proximè allegati.

242 Utrùm verò incurrant excommunicationem, & alias pœnas ab Episcopo impositas? Negat *Bossius* citatus, quia Regu- Bossius.

Regulares quoad pœnas non subjacent Episcopo, sed suis Prælatis, de quo al bi. Dico sextò: Socii criminis hoc loco non solùm intelliguntur, qui tales sunt in materia castitatis, ut tenet *Bossius* ubi proximè, asserens id esse speciale in castitate propter speciale periculum in hac materia: sed in quocunque peccato mortali. Probatur; quia verba prohibitionis sunt generalia, & non solùm est prohibere Confessarium absolvere mulierem, cum qua peccavit, sed etiam absolvere socium homicidii vel furti, quem ad tale facinus induxit, & persuasit. Ita *Bonac. cit. n. 11.*

Bossius.

Bonacina.

§. 5.

Decima conditio: Integra.

244 *Quid sit integritas confessionis materialis, & quid integritas formalis?*

245 *Integritas saltem formalis est de necessitate non solùm præcepti, sed etiam Sacramenti.*

246 *Cur possit quis absolvi ab una excommunicatione, manente alia, & non tamen ab uno peccato mortali, relicto alio?*

244 Dupliciter dicitur confessio integra; aut materialiter, aut formaliter. Illa dicitur materialiter integra in qua ipsa confitentur omnia, & singula mortalia post Baptismum commissa, & nondum ritè confessa. Illa verò formaliter integra, in qua pœnitens confitetur omnia, quæ hic & nunc sub mortali tenetur confiteri; licèt re ipsâ non omnia confiteatur ex oblivione, aut alia justa causa. Dicitur autem hæc integritas formalis, quia pœnitens formaliter intendit omnia confiteri, licèt re ipsâ, & materialiter ex oblivione, aut alia justa causa, non omnia confiteatur. Quomodo autem explicanda sint omnia, & singula peccata, & eorum circunstantiæ? Item; quæ sint justæ causæ tacendi aliquod mortale: dicemus infrà disp. sequenti agendo de peccatis, prout sunt materia hujus Sacramenti.

245 Interim sciendum est integritatem saltem formalem esse necessariam necessitate non solùm præcepti, sed etiam Sacramenti, ut tenet communis Theologor. apud *Tamb. q. 7. dub. 7.* & probatur ex *Trid. sess. 14. cap. 5.* ubi definitur institutam esse à Christo Domino integram peccatorum confessionem, eamque omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere. Quod non potest intelligi de integritate materiali, quia hæc non est semper necessaria, ut diximus, & ex infrà dicendis constabit: ergo intelligendum est de integritate saltem formali. Idem habetur *Cap. 7. & Concilio Florent. in decret. Eugen. & in Lateran. cap. Omnis utriusque sexus,* & constat ex perpetua traditione Ecclesiæ, & summorum Pontificum consensu apud *Tamb. ubi proximè.* Et ratione ostenditur; quia peccata non remittuntur, nisi confiteantur; & non potest remitti unum sine alio: ergo omnia debent confiteri.

P. Tamber.
Trident.

Concil. Lateran.

Concil. Florent. Lateran.

246 Objicies: Potest quis absolvi ab una excommunicatione, manente alia, ut constat ex *Cap. Cum pro causa, de sentent. excommunicationis,* ubi dicitur ligatum pluribus excommunicationibus, si absolutionem petat explicatâ unâ tantùm causâ, una tantùm liberari excommunicatione; quia absolutio non excedit petitionem: ergo etiam ab uno peccato, manente alio. Respondetur negando consequentiam; quia excommunicationes non habent connexionem inter se, peccata verò mortalia maximè: quia absolutio à mortalibus fit per infusionem gratiæ, quæ non potest infundi manente aliquo mortali.

Cap. Cum pro causa.

§. 6.

Undecima conditio: Secreta.

247 *Confessio absolutè, & per se loquendo debet fieri secretò.*

248 *Si absque causa fiat publicè, erit peccatum veniale secundùm aliquos: at secundùm alios, & quidem probabilius, erit peccatum mortale.*

249 *Per accidens potest fieri publicè, idque laudabiliter absque ullo peccato.*

250 *Debet fieri propria voce, & ore.*

251 *Si detur rationabilis causa, potest fieri nutibus, per interpretem, & per scripturam.*

252 *Si non detur rationabilis causa, erit peccatum veniale secundùm aliquos: at secundùm alios, idque probabiliùs, erit peccatum mortale.*

247 Confessio absolutè, & per se loquendo debet fieri secretò. Probatur primò ex communi praxi, & ex *Trident. sess. 14. cap. 5.* Secundo ex

Trident.

Concil. Lateran.

ex *Cap. Omnis utriusque sexus*: item ex Concilio *Lateran.* ibi: *Omnia sua solus peccata confiteatur proprio Sacerdoti.*

Bonac. Sotus. Navar. P. Valent. P. Suar. P. Taner.

248 Utrum verò sit peccatum mortale confiteri publicè? Aliqui existimant esse solùm peccatum veniale; ita *Bonac q. 5. sect. 1. p. 2. §. 2. n. 23.* Alii sentiunt esse peccatum mortale cum *Soto dist. 18. q. 2. a. 6. Navar. manu. cap. 1. n. 10. Valent. q. 11. punct. 1. Suar. disp. 21. sect. 12. Taner. q. 7. n. 24.* Et quidem probabilius, quia præterquam quòd Ecclesiæ usus, & praxis violetur in re gravi, absolutè, & per se loquendo confessio redditur odiosa, & scandalosa: ergo, &c.

Concil. Triden.

249 Dixi confessionem per se debere fieri secretò quia per accidens in aliquo casu extraordinario non repugnat fieri publicè, ut docet idem *Concilium Trid. loco citato*, ibi: *Christus Dominus non vetuit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publicè confiteri possit*, &c. Et hoc confirmant nonnulla hominum sanctissimorum exempla relata in historiis Ecclesiasticis. Utrùm verò in aliquo eventu teneatur quis publicè confiteri? Dicemus accommodatiùs agendo de præcepto hujus Sacramenti *tract. 5.*

D. Thom. P. Suar. P. Valent. P. Riginal P. Vasq. Nugnus. P. Coninck Pitig. P. Filliuc P. Fagun. Molf. P. Laym. P. Tanner Bonac. Dian. P. Hurt

250 Quæres: Utrùm confessio debeat fieri propria voce? Respõdetur affirmativè. Ita communis Theologorum cum *D. Thom. quodlib. 1. a. 10. Suar. disp. 21. sect. 3. n. 7. Valent. disp. 7. q. 11. pun. 1. colun. mihi 1352. Regin. l. 7. n. 83. Vasq. q. 91. n. 3. dub. 4. Nugn. in addit. q. 9. a. 3. dif. 1. Coninck disp. 6. dub. 1. n. 1. & 2. Pitig. 2. p. dist. 17. q. unica a. 3. conclus. unic. Filliuc. tr. 7. cap. 1. q. 8. n. 13. Fag. præc. 2. l. 3. cap. 1. n. 8. Molfet. in sum. tr. 1. tr. 7. cap. 11. n. 9. Layn. in Theol. morali l. 5. tr. 6. c. 5. n. 3. Tanner. ubi proximè n. 18. Bonac. n. 15. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 127. Hurt. d. 8. dif. 3.*

Cap. Quẽ pœnitet. Cõc. Flor.

Probatur ex communi praxi, & totius Ecclesiæ consuetudine, necnon ex capite *Quem pœnitet, de pœn. dist. 1.* & ex *Concilio Florent. in decreto Eugenii*, ubi dicitur materiam Sacramenti Pœnitentiæ esse confessionem oris; quod saltem intelligendum est de confessione ordinaria, & per se loquendo: unde fit quòd absolutè, & per se loquendo pœnitens non possit confiteri nutibus, per interpretem, aut per scriptum: non nego posse illum legere, sed assero non posse tradere legendum Confessario.

Conc. Arauf. & Carthagin

251 Dixi (per se, & absolutè) quia, si adsit rationabilis causa, tunc confessio potest fieri nutibus, si nimirum pœnitens fuerit mutus, aut Confessarius surdus, nec detur copia alterius, ut habetur in *Conc. Arausic. can. 11. & Carthag. 3. c. 24.* Item potest fieri per interpretem, si pœnitens fuerit ignarus linguæ Confessarii. Necnõ potest fieri per scriptum, si aut pœnitens sentiat magnum pudorem, aut mutus sit, aut extremè ægrotus, & habeat suam confessionem in scriptis, tunc enim poterit illam tradere legendam Confessario præsenti.

Villal. Sotus. P. Riginal

252 Quale verò peccatum sit confiteri absque rationabili causa per nutus, interpretem, aut scripturam? *Villalobos in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 31. n. 1. Sot. in 4. dist. 17. q. un. Regin. tit. n. 83.* existimant id solùm esse peccatum veniale. Sed dicendum cum Doctoribus citatis esse peccatum mortale, quia violatur Ecclesiæ consuetudo in re gravi ad publicos mores, & cæremonias spectante. *Utrùm autem* in aliquo eventu teneatur quis confiteri per nutus, interpretem, aut scripturam, saltem in articulo mortis? Dicemus agendo de præcepto *tract. 5.*

§. 7.

Lacrymabilis, accelerata, &c.

Declarantur hæ ultimæ conditiones.

253 Duodecima conditio est *Lacrymabilis*: quia non exiguntur lacrymæ externæ, quæ licèt sint de perfectione confessionis, & illi multùm afferant decorem, non tamen sunt de illius necessitate: sufficit, & necessarius est dolor animi internus, de quo satis *disput. 1.*

Decima tertia conditio, *Accelerata*, hoc est, quamprimum post peccatum commissum: nam, licèt nemo obligetur ad confessionem statim post peccatum, id tamen valde utile est, ut per se patet. Decima quarta, *Fortis*, hoc est, habens propositum firmum non peccandi de cætero. Decima quinta, *Accusans*, hoc est, non excusans peccata. Decima sexta, *Parere parata*, idest, animo obediendi Cõfessario in iis, quæ ipse potest præcipere, quoad vitandas occasiones, restitutiones faciendas, pœnitentiam acceptandam, &c.

SECTIO

SECTIO III.

An, & in quibus casibus iteranda sit confessio?

254 *Nunquam datur obligatio iterandi confessionem, quæ fuerit valida, & legitima.*

255 *Limita, nisi quis per voluntariam susceptionem sibi suscipiat talem obligationem.*

256 *Confessio invalida est repetenda.*

254 POsse confessionem iterari diximus *tr. 2. d. 1. sect. 3.* Modò quærimus: Utrùm aliquando detur obligatio eam iterandi, & in quibus casibus? Quod attinet ad primum, quæstio potest procedere, aut quando confessio fuit valida, & legitima; & tunc nunquam datur obligatio eam repetendi, ut docet *Benedictus XI. in Extravag. 1. de privilegiis.* Extrav. 1. de privil.

255 Limita, nisi quis per voluntariam susceptionem sibi suscipiat talem obligationem, emittendo votum; aut ingrediendo Religionem, vel Congregationem, de cujus instituto sit confessio generalis. Ita cum *D. Thom. quodlib. 1. a. 12. Nav. in man. cap. 9. n. 1. & aliis, Tanner. q. 7. dubit. 7.* D. Thom. Navar. P. Tanner.

256 Aut potest quæstio procedere, quando confessio fuit invalida: & tunc omnium Doctorum consensu constat esse repetendam. Potest autem confessio esse invalida, aut ob defectum ex parte pœnitentis, aut ob defectum ex parte Confessarii.

§. 9.

Quando confessio repetenda sit ob defectum ex parte pœnitentis?

257 *Confessio fuit invalida, & est iterum repetenda, quoties defecit dolor, aut propositum efficax emendæ: vel cùm pœnitens nonvult tollere occasionem proximam peccandi, nec adhibere media necessaria.*

258 *Item, quoties non est præmissum sufficiens examen.*

Et quoties antè absolutionem statuit pœnitens non implere pœnitentiam sibi impositam: vel ex verecundia, aut inani metu suppressit aliquod mortale

259 *Quòd si aliquæ confessiones intermediæ fuerunt factæ cum vero dolore, & oblivione prioris confessionis factæ, nō sunt repetendæ, sed illa duntaxat, quæ fuit invalida.*

257 PRima difficultas: Quibus in casibus confessio sit invalida, & consequenter repetenda ob defectum ex parte pœnitentis? Et quinque annumerari solent casus: *primus*, quando deprehenditur dolor defecisse, aut propositum non peccandi requisitum: deficit autem hujusmodi dolor, & propositum semper, quando in confessione committitur aliquod peccatum mortale. Item, quando pœnitens nonvult tollere occasionem proximam peccandi, neque adhibere media necessaria. *Ita Navar. in man. c. 19. n. 13. Val. q. 11. p. 3. Tolet. l. 3. cap. 10. Lopez cap. 38. Suar. Vasq. Tann. ubi proximè, Coninck d. 6. dub. 10. Lug. d. 16. n. 597. & Bonac. q. 5. sect. 2. p. 3. n. 4.* Navar. P. Valent. P. Tolet. Lopez. P. Suar. P. Vasq. P. Tanner P. Coninck P. Lug. Bonac.

258 *Secundus casus*, si culpabiliter non præmisit sufficiens examen, neque id à Confessario est suppletum, juxta ea quæ diximus *n. 216. Tertius casus*, si ante absolutionem statuit non implere pœnitentiam impositam à Confessario. *Quartus casus*, si in aliqua ex præcedentibus confessionibus subticuit aliquod mortale ex inani metu, aut ex verecundia, & (ut suppono) mala fide, in eo committendo peccatum mortale.

259 Sed advertendum est, aliquando confessiones intermedias fieri validè cum vero dolore, & cum oblivione nullitatis confessionis factæ in prima ætate: & in hoc eventu deprehensa postea hujusmodi nullitate, non est cogendus pœnitens repetere confessiones intermedias validas, sed solum sacrilegium illius confessionis antiquæ, & peccata, quæ ad illam spectabant, ut tenet *Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 92. a. 3. dub. 1. n. 9. Ioan. Sanch. in se. lect. disp. 41. n. 10. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 108. Lug. ubi proximè n. 599. Sa verbo Confessio. Suar. d. 22. sect. 3. n. 6. Tanner. cit. n. 135. Hurt. d. 8. diff. 7.* & alii plures. P. Vasq. Ioan. Sanch. Dian. P. Lugo. P. Sa. P. Suar. P. Tanner. P. Hurt.

(✠)

§. 1.

Utrùm, qui in confessione ex oblivione omisit circunstantiam, possit illam in sequenti confessione dicere, quin repetat peccatum?

260 *Proponitur prima sententia affirmativa.*
261 *Refertur secunda contraria.*
262 *Resolvitur non oportere repeti peccatum, quando absque repetitione illius possunt circunstantiæ integrè declarari.*
263 *Aliter dicendum, quando circunstantiæ inducunt malitiam peccati, ita ut non possint declarari absque repetitione illius.*
264 *Res explicabilis explicatur.*
265 *Diluuntur fundamenta opposita.*
266 *Probabile est posse in eadem confessione separari circunstantiam à peccato; sed probabilius oppositum.*
267 *Quo pacto malitia peccati accrescat ex malitia circunstantiæ?*
268 *Cur circunstantiæ specificæ in eadem confessione, vel in diversa, possint separari, non verò circunstantiæ individuales?*

260 SEd hic interseri potest celebris quæstio: Utrùm, scilicet, qui confessus est peccatum, & omisit circustantiam ex oblivione, teneatur postea non solùm dicere circunstantiam omissam, sed etiam repetere peccatum? Exemplum sit: Violavit quis votum Castitatis; & confessus fornicationem, oblitus est dicere circunstantiam voti; quæritur: Utrùm postea satis sit accusare se de violatione unius voti in re gravi, an teneatur repetere peccatum cōtra votum Castitatis?

Prima sententia tenet non esse opus repetere peccatum, sed satis esse explicare circunstantiam omissam. Ita *Coninck disp. 7. dub. 7. n. 60. Henr. l. 5. cap. 5. n. 4. Suar. tom. 5. de Cens. disp. 18. sect. 3. Zerola in praxi de pœnit. cap. 13. q. 8. Valent. to. 4. disp. 7. q. 11. pun. 1. col. 7. vers. Iam verò. Regin. l. 6. n. 141. Nugnus q. 9. a. 2. dub. 2. vers. Sed adhuc dubium, pag. 319. & dub. 3. pag. 324. Filliuc. tr. 7. cap. 4. q. 2. n. 80. Bonac. q. 5. sect. 2. §. 3. p. 2. diff. 1. n. 9.* Et probatur, quia in prædicto peccato sunt duæ malitiæ distinctæ, ut latè probat *Salas to. 1. in 1. 2. tr. 7. d. 5. sect. 5.* altera luxuriæ contra castitatem, & hæc sufficienter explicata est: altera irreligionis contra votum, & hæc si explicetur, integritati confessionis videtur satisfactum, ita ut supersit nihil ultra: ergo, &c.

P. Coninck. P. Henriq. P. Suar. Zerola. P. Valent. P. Riginal. Nugnus. P. Filliuc. Bonac. P. Salas.

261 Secunda sententia docet pœnitentem teneri repetere peccatum. Ita *Sylvest. verbo Confessio 1. q. 10. Cruz in director. consc. p. 2. tr. de Sacram. pœnit. q. 3. dub. 6. concl. 1. Megala in 1. p. lib. 1. cap. 10. n. 2. cap. 15. n. 6.* Probatur *primò*; quia, si peccatum, & circunstantia possunt separari in duabus confessionibus, etiam possunt separari in eadem; & consequenter in eádem posset pœnitens priùs se accusare de fornicatione, deinde de violatione unius voti in re gravi: hoc autem non videtur admittendum. *Secundò*; quia, nisi utraque malitia simul explicetur, neutra sufficienter explicatur: nam, licèt sint duæ malitiæ distinctæ, quælibet tamen augetur ex consortio alterius, ut benè probat *Sal. cit. sect. 6.* *Tertiò*; quia, si duæ circunstantiæ specie diversæ possent in duabus confessionibus, vel in eadem separari, etiam duæ circunstantiæ individuales possent similiter separari; & consequenter ille, qui furatus est viginti aureos, posset se accusare de decem, & postea de aliis decem, quod non est dicendum: ergo, &c.

Sylvest. Cruz. Megala. P. Salas.

262 *Nihilominus*, licèt hæc secunda sententia, stando rationibus, sit valde probabilis, non est nobis recedendum à prima, cùm sit communis, & in re morali: distinctione tamen indiget. Nam sunt aliquæ circunstantiæ, quæ possunt declarari, nulla facta mentione peccati, nimirum illæ, quæ non sumunt distinctionem à materiis, sed in omnibus sunt ejusdem speciei, ut patet in exemplo voti adducto; nam violatio voti in omnibus materiis est ejusdem speciei, ut cum communi Theologor. tenet *Suar. de Relig. to. 2. l. 5. cap. 3. n. 9.* est enim violatio voti peccatum perfidiæ, & omnes perfidiæ in Deum, sunt ejusdem speciei, quia omnes habent idem objectum, nimirum Deum. Hujusmodi ergo circunstantiæ in prima confessione omissæ possunt explicari in sequenti absque eo quòd repetatur peccatum: & in hoc sensu admitto communem doctrinam, & subscribo Doctoribus citatis.

P. Suar.

263 Aliæ sunt circunstantiæ, quæ non

non possunt declarari, nisi fiat mētio peccati, nimirum illæ, quæ sumunt distinctionem à materiis, & per eas specificantur; ut patet in circunstantia violentiæ, quam quis intulit Solutæ, Conjugatæ, & Moniali; & confessus copulam cum illis, oblitus est circunstantiam violentiæ, quæ quidem in his tribus casibus est specie diversa: distinguuntur enim violentiæ pro diversitate damni dati, & diversum damnum datum est Solutæ, diversum Nuptæ, & diversum Moniali.

264 Idem dicendum de sacrilegiis, distinguuntur enim per materias; nam sacrilegium est violatio rei sacræ, & diversa est illa, qua violatur persona sacra: diversa illa, qua violatur locus sacer: & diversa illa, qua violantur aliæ res sacræ, ut tenet *Suar. l. 3. de Sacril. c. 1.* Has igitur circunstantias assero non posse explicari, quin repetatur peccatum. Ita *Suar. de Pœnit. d. 22. sect. 2. n. 8. Meratius d. 26. sec. 2. Lugo. d. 16. n. 649. Filliuc. tr. 7. cap. 4. quæst. 2. n. 80. Escobar. lib. 15. sect. 2. problem. 77.*

P. Suar. P. Merat. P. Lug. P. Filliuc P. Escobar

265 Neque fundamenta opinionis contrariæ (quatenus faciunt contra communem in priori sensu explicatam) solutione carent. *Ad primum* aliqui admittunt cum *Suar. cit. n. 9.* etiam in eadem confessione posse separari à peccato circunstantiam. Hoc tamen, licèt verum sit in circunstantiis finis, ut quando quis furatus est propter fornicationem; tunc enim potest confiteri furtum, deinde intentionem fornicandi, quia circunstantia finis solùm est circunstantia secundùm quid, re ipsâ est actus, & peccatum distinctum, ac proinde potest distinctè confiteri, ut cum *Nav.* & aliis tenet *Diana 1. p. tr. 7. res. 23.*

Navar. Diana.

266 Non tamen videtur admittendum in aliis circunstantiis, quæ sunt veræ circunstantiæ, & non actus, seu peccatum distinctum; hæ enim solùm possunt separari in diversa confessione, non in eadem. Diversa ratio est, quia in eadem confessione videtur decipi Confessarius, putans non unum, sed duplex fuisse peccatum, quod inconveniens non visitur in confessione diversa; nam Confessarius non computat peccata unius confessionis cum peccatis alterius, in ordine ad quæ illa judicet diversa; at computat peccata unius confessionis inter se: unde, si dicantur ut distincta, illa judicabit diversa, & decipietur.

267 *Ad secundum* respondetur sufficienter explicari utramque malitiam sigillatim sumptam: non nego quamlibet accrescere ex conjunctione alterius ratione maioris libertatis, qua violatur unum præceptum, quando illi adjungitur aliud præceptum, sed assero neminem teneri ad explicandam circunstantiam maioris libertatis. De quo *disp. sequent.*

268 *Ad tertium* respondetur solas circunstantias specificas posse separari, non verò individuales: diversa ratio est, quia individuales individuant hoc numero peccatum, illud constituentes, & distinguentes, ità ut, nisi explicentur, non explicetur hoc numero peccatum, sed aliud diversum: at verò una circunstantia specifica non specificat aliam speciæ diversam, neque illam constituit, aut distinguit; ac proinde possunt separatim explicari.

§. 3.

Utrùm excommunicatus, qui excommunicationis ignarus confessus est, teneatur confessionem repetere?

269 *Excommunicatus excommunicatione maiori, vel minori reservata, non confitetur validè, si sciens excommunicationis ad confessionem accedit.*

270 *Si accedat bona fide, adhuc probabile est non accipere verum Sacramentum.*

271 *Sed probabilius est oppositum.*

272 *Explicatur difficilis textus in* Cap. fin. de Clerico excommunicato.

273 *Prædictus pœnitens, qui accedit bona fide, manet absolutus à peccatis, non tamen ab excommunicatione.*

274 *Quod si Sacerdos habeat jurisdictionem ad absolvendum à censuris, pœnitens etiam manet absolutus ab illis.*

269 Quintus casus est, si pœnitens sit excōmunicatus excōmunicatione maiori, vel minori reservata: nā excōmunicatus prohibetur à susceptione Sacramentorū, & peccat graviter accedendo ad illa, unde facit confessionem nullam; quia quoties pœnitens peccat mortaliter recipiendo absolutionem, facit confessionem nullam defectu dispositionis, & consequenter tenetur eam repetere.

 270 Sed

270 Sed quid dicendum, si pœnitens ignarus excommunicationis, vel saltem ejus effectûs, accedat bona fide ad Confessarium non habentem jurisdictionem ad absolvendum ab excommunicatione? Plures existimant non accipere verum Sacramentum. Ita *Vasq. de Excommunicat. dub.* 4. *Sylves. Confessio* 1. *q.* 3. *& plures cum Hurt. d.* 8. *dif.* 7. *& Ioan. Sanch. in selectis d.* 32. *n.* 11. Probatur, quia Canones non solùm prohibent, sed etiam annullant hujusmodi susceptionem Sacramenti: & hoc videtur ostendi ex *Cap. finali de Clerico excommunicato*, ubi Gregorius X. loquens de Clerico excommunicato excommunicatione minori, sic ait: *Peccat autem conferendo ecclesiastica Sacramenta, sed ab eo collata virtutis non carent effectu, cùm non videatur à collatione, sed à participatione Sacramentorum, quæ in sola consistit perceptione, remotus*; &c. Ubi ponderandum est cum Vasq. illud verbum *Remotus*; non enim potest intelligi de mera prohibitione, nam quoad hanc etiam est remotus à collatione; dicit enim Pontifex prædictum Clericum peccare conferendo Sacramenta: ergo intelligendum est de remotione quoad incapacitatem; sic enim non est remotus à collatione, sed solùm à susceptione. Et hæc doctrina, licèt non sit vera in susceptione Sacramentorum, quæ dependent à sola potestate Ordinis (hæc enim non possunt annullari ab Ecclesia) vera est, inquiunt Doctores citati; in susceptione Sacramentorum, quæ dependent à potestate jurisdictionis, quia hæc dependet ab Ecclesia, & talis est susceptio Sacramenti Pœnitentiæ.

P. Vasq. Sylvest. P. Hurt. Joannes. Sanch. Cap. finale

271 *Nihilominus* dicendum suscipi in hoc casu Sacramentum validum, & consequenter non esse repetendũ. Ita *Suar. de censur. disp.* 10. *sect.* 3. *Nav. man. cap.* 9. *n.* 4. *Tolet. l.* 3. *cap.* 10. *Laym. in Theol. moral. l.* 5. *tr.* 6. *cap.* 12. *n.* 12. *Coninck d. Sacram. disp.* 8. *dub.* 3. *concl.* 4. *n.* 104. *Diana* 3. *p. tr.* 4. *resol.* 78. *& tr.* 15. *resol.* 68. *ubi Villalob.* & alii plures, quibus adde *Sanch. l.* 2. *in Dec. cap.* 8. *n.* 5. *Lug. d.* 16. *n.* 613. *Tan. ubi proximè n.* 128. cum *Valent. Henr.* & aliis pluribus, *Bon. ubi suprà.* Probatur, quia nullus est textus irritans, & annullans, prædictam Sacramentorum susceptionem; neque id ex *Cap. fin.* potest intelligi, aliàs etiam Sacramentum Matrimonii contractum ab excommunicato esset nullum, est enim ejus valor dependens ab Ecclesia: at verò Sacramentum Matrimonii contractum ab excommunicato est validum, ut constat ex textu *in Cap. Significasti de eo, qui duxit in matrimonium*, & cum communi Doctorum tenet *Sanch. de Matrimonio l.* 7. *d.* 9. *n.* 2. ergo idem dicendum de Sacramento Pœnitentiæ.

P. Suar. Navar. P. Toletus P. Laym. P. Coninc Diana. Villalob. P. Sanch. P. Lugo. P. Tanner P. Valent. P. Henriq Bonacin. Cap. Significasti. P. Sachez.

272 Neque obstat text. in *Cap. fin.* licèt enim sit valde difficilis, duo illi possunt adhiberi intellectus: *primus*, si dicas Clericum ligatum excommunicatione minori solùm peccare venialiter conferendo Sacramenta, peccare verò mortaliter ea recipiendo, quia sola receptio Sacramenti est prohibita, non verò collatio; est tamen hæc peccatum veniale propter irreverentiam, quæ ratione excommunicationis fit ipsi Sacramento. Et ita cum *Tolet. in sum. l.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. *Caiet. verbo Excommunic. minor. Sayr. de censur. l.* 2. *cap.* 22. *n.* 17. *Covar. d. §.* 88. *n.* 2. *Avila de censur. p.* 2. *cap.* 6. *disp.* 12. *dub.* 3. & alii, quos sequitur *Aug. Barbos. in collect. to.* 3. *in dict. cap. fin. n.* 6. Neque officit quòd textus simpliciter dicat peccare conferentem, & verbum *Peccat*, quando ponitur absolutè, debeat accipi in proprio sensu, ac proinde intelligi de peccato mortali, juxta *Reg. Cap. Penultimi de sententia excommun.* Non, inquam, id officit; quia in hoc textu est specialis ratio, dixerat enim Pontifex initio illius celebrantem peccare graviter ratione susceptionis; & statim loquendo de sola collatione, abstrahit à particula *graviter*, & solùm dicit conferentem peccare; qui modus loquendi in his terminis respectivè ad particulam *graviter*, à qua abstrahit, videtur solùm importare peccatum leve. Et ita cum *Ancharano, Covar.* & aliis pluribus tenet *Barbosa* loco citato.

P. Toletus Caietan. Sayr. Covar. Avila. Barbosa. Cap. Penult. Anchar. Covar. Barbosa.

Secundus intellectus desumi potest ab intentione textûs; quæsitum enim fuit à Pontifice: Utrùm valeret Sacramentum collatũ à Clerico excõmunicato excõmunicatione minori? Et respondit Pontifex, valere; quia nihil obstare potest, nisi fortè, quia hujusmodi Clericus sit remotus à cõmunione Sacramẽtorũ: at minor excõmunicatio (inquit Summus Pontifex) non removet à collatione Sacramenti, sed solùm à susceptione; unde concludit collationem esse validam, quod erat intentum. Utrùm verò nulla sit susceptio? Est alia quæstio, quam Summus Pontifex non decidit in textu citato: illi tamen respondendam

tendum est non esse nullam, quia in nullo textu prohibetur per verba annullatoria.

173 Quæres primò: utrùm pœnitens in casu proposito maneat absolutus ab excommunicatione ratione absolutionis generalis à Censuris, quæ præmittitur absolutioni Sacramentali? Respondetur negativè; sed solùm manere absolutum à peccatis, quia (ut suppono) Confessarius solùm habebat jurisdictionem ad absolvendum à peccatis, non verò à tali excommunicatione. Ita Doctores citati cum *Suar. de pœnit. d. 31. sect. 4. n. 19.* P. Suar.

274 Quæres secundò: Utrùm maneat absolutus ab excommunicatione, si illius ignarus absolvatur à Confessario habente potestatem? Negare videtur *Suar. cit.* Sed probabiliùs affirmandum censeo cum *Vasq. q. 91. a. 3. dub. 3. Coninck disp. 14. de excom. dub. 16. n. 217. & n. 225. Lug. ubi proximè n. 623.* quia Confessarius potest absolvere, & absolvit quantum potest, dicens: *Quantum ego possum, & tu indiges, &c.* P. Vasq. P. Coninck P. Lug.

Instabis: Ergo manet absolutus ab excommunicatione, licèt eam supprimat mala fide. Respondetur negando sequelam, quia verba (*Quantum ego possum*) limitant absolutionem non solùm quoad validum, sed etiam quoad licitum: & non est licitum concurrere cum dolo, & fraude eamque fovere.

§. 4.

Quando confessio repetenda sit ob defectum ex parte Confessarii?

275 *Repetenda est, quando Sacerdos non est usus verâ formâ.*

276 *Et quando constat non habuisse intentionem absolvendi: aut carebat jurisdictione, quia erat excommunicatus, vel non approbatus; aut quia peccata erant reservata.*

277 *Temperatur hæc doctrina cum duabus moderationibus.*

275 **S**Ecunda difficultas: Quibus in casibus confessio est invalida, ac proinde repetenda ob defectum ex parte Confessarii? Sex à Doctoribus recensentur: *Primus*, si Confessarius formâ substantiali non est usus: quia absque ea subsistere nequit Sacramentum.

276 *Secundus*, si non habuit intentionem absolvendi: verùm iste defectus nunquam est præsumendus, nisi ipse Sacerdos dicat se non habuisse intentionem, quia in dubio possessio stat pro absolutione legitimè prolata. *Tertius*, si Confessarius non habeat jurisdictionem; quia est excommunicatus, vel non approbatus, aut quia peccata sunt reservata.

277 Hic tamen notanda sunt duo: primum, si Confessarius habebat jurisdictionem ad aliqua, & non ad omnia, non esse repetenda illa, ad quæ habebat jurisdictionem, si pœnitens bona fide accessit: sed illa duntaxat, ad quæ Confessarius jurisdictionem non habebat: quia utile per inutile non vitiatur, ut cum *Caiet. in sum. verbo Confessionis iteratio. Sylvest. verbo Confessio 1. n. 6. Henriq. l. 4. c. 14. n. 1. Nav. man. cap. 9. n. 6. Tabien. verbo Confessio n. 23. Armil. ibid. §. 12. & aliis*, tenent *Coninck d. 6. dub. 5. Lugo d. 16. n. 598. Tanner. cit. n. 30.* Caietan. Sylvest. P. Henriq. Navar. Tabiena. Armill. P. Coninc. P. Lugo. P. Tanner.

Secundum, non esse repetendam confessionem, quando datur error communis, seu opinio probabilis jurisdictionis Confessarii; nam Ecclesia tunc eam supplet, juxta legem *Barbarius ff. de officio prætoris*, de quo pleniùs tractatu 6. Lex Barbar.

§. 5.

Utrùm repetenda sit confessio, quando deprehenditur Confessarium aliqua peccata non intellexisse propter ignorantiã linguæ, aut peccatorum?

278 *Repetenda sunt illa peccata duntaxat, quæ Sacerdos non intellexit.*

279 *Quòd si ea ut peccata intellexit, putavit tamen venialia, cùm essent mortalia; probabilius est non repeti oportere.*

280 *Si autem Sacerdos est adeò ignorans, ut nequeat discernere inter mortale & veniale, etiam in his, quæ sunt communia, probabile est debere repeti.*

281 *Sed oppositum est probabilius.*

278 **Q**Uartus casus, si Confessarius aliqua peccata nullo modo intellexit ex ignorantia linguæ, aut ipsorum peccatorum, putans non esse peccata: & tunc ista tantùm sunt repetenda, non verò alia, quæ Confessarius

rius sufficienter intellexit, ut tenent Do- ctores citati.

279 *Sed hic dubitari potest:* Utrùm repetenda sint peccata, quæ quidem Sacerdos aliquo modo intellexit, sed ex ignorantia non potuit discernere, an essent mortalia, imò putavit esse venialia, cùm re verâ essent mortalia, vel è contra? Repetenda esse existimant *Vasq. tom. 4. q. 93. a. 3. dub. 1. & Victor.* ubi infrà. Sed *Coninck cit. n. 18. & Suar. 3. p. tom. 4. disp. 26. sect. 6. Sanch. in Decal. l. 1. c. 10. n. 69. Henr. l. 2. de pœnit. cap. 14. n. 5. Sylv. verbo Confessio 1. n. 3. Zerol. in praxi cap. 21. quæsito 3. vers. Dico 2. Bonac. q. 5. sect. 2. punct. 3. n. 14. Diana 3. p. tract. 4. resol. 201.* contrarium tenent, & meritò: quia ex parte pœnitentis dantur omnia requisita; & ut suppono, accedit bona fide. Deinde ex parte Confessarii datur potestas ad absolvendum, & ipse vult absolvere. & de facto absolvit quantum potest: ergo, &c.

P. Vasq. Victor. P. Coninc P. Suar. P. Sanch. P. Henriq Sylv. Zerol. Bonacin. Diana.

280 Maius dubium est, quandò Confessarius est adeò ignorans, ut nesciat distinguere inter mortalia, & venialia, etiam in his, quæ sunt communia. Et saltem in hoc casu repetendam esse confessionem tenent *Victor. in sum. de confes. n. 168. cum Navar. man. cap. 9. n. 3. & aliis. Vasq. q. 93. a. 3. dub. 2. Valent. q. 11. punct. 3. Turrian. 25. dub. 2.* Et probatur, quia hujusmodi confessio perinde se habet, ac illa, quæ fit Sacerdoti dormienti, aut sermonis ignaro.

Victor. Navar. P. Vasq. P. Valent P. Turriā

281 *Nihilominus* probabilius dicendum videtur, si pœnitens accessit bona fide, non esse repetendam. Ita *Gabr. dist. 17. q. 1. a. 3. d. 2. Med. codice de confess. quæst. confessio diminuta iteranda. Henr. l. 5. de pœn. cap. 14. n. 5. Cord. casu 9. Suar. ubi disp. 28. sect. 2. n. 12. Hurt. disp. 10. diff. 15. Sylvius q. 8. a. 5. quæsit. 7. Mercerus ibid. q. 9. a. 1. Tanner. ubi proximè n. 133. Lug. n. 602. & Leander tr. 5. de Sacramento Pœnit. disp. 5. q. 84.* Probatur, quia non est de essentia confessionis quòd Sacerdos discernat inter peccatum mortale, & veniale; sed satis est quòd sciat esse peccatum, ut constat ex proxima resolutione. Deinde ex parte pœnitentis dantur omnia requisita: Tandem Sacerdos habet potestatem, & vult absolvere, & de facto absolvit quantum potest: ergo, &c. Neque verum est hujusmodi confessionem perinde se habere, ac illam, quæ fit Sacerdoti dormienti, aut linguæ ignaro; nam tunc Sacerdos nullo modo intelligit peccata, hîc verò maximè.

Gabr. Medina. P. Henriq Cordub. P. Suar. P. Hurta. Sylvius. Mercer. P. Tanner. P. Lug. Leander.

§. 6.

Utrùm, & quomodo repetenda sit confessio, quando deprehenditur Confessarius aliqua peccata non intellexisse propter distractionem, somnum, aut surditatem?

282 *Illa peccata duntaxat repetenda sunt, quæ Confessarius non intellexit.*

283 *Quid faciendum, quando pœnitens dubitat, quæ fuerint peccata?*

282 QUintus casus est, si Confessarius aliqua peccata non intellexit ex distractione, somno, vel surditate. Et hæc repetenda esse, non tamen alia, quæ Confessarius intellexit, cum communi Theologorum tenent *Henr. l. 5. cap. 14. n. 5. Laym. l. 4. tr. 6. cap. 9. n. 5. Diana ubi proximè resol. 209. Lug. n. 606. Tannerus, & Coninck ubi suprà.* Nam de his peccatis in hoc casu est eadem ratio, atque in proximo.

P. Henriq P. Laym. Dian. P. Lugo. P. Tanner P. Coninc

283 Sed quid dicendum, quandò pœnitens certò, aut cum dubio morali deprehendit Sacerdotem non intellexisse aliquod peccatum, & dubitat quodnam fuerit? Respondetur debere repetere illud, de quo moraliter dubitat. Ita cum communi Theologor. *Sanch. l. 1. Decal. cap. 10. n. 71. & 72.* quia præcepto certo non satisfit solutione dubia. Quid tamen asserendum, si de nullo in individuo, neque in specie dubitat; sed tantùm de aliquo in genere? Respondetur debere explicare dubium in genere, dicendo: Scio, vel dubito, an Confessarius audierit, vel perceperit unum peccatum grave meum, nescio quale fuerit. Ita *Lug. cit. à n. 607.* quem citat, sequitur, & transcribit *Leander disp. 5. q. 86.* Utrùm verò teneatur explicare species peccatorum illius confessionis, dicendo: In illa confessione confessus sum tales, ac tales species peccatorum? Affirmat *Lug. cit. n. 610.* Respondendum tamen videtur non teneri, si solùm dubitat de peccato in genere: quia solùm tenetur repetere peccatum eo modo, quo de illo dubitat; & solùm dubitat de eo in genere. Ita *Coninck disp. 7. dub. 11. n. 108. Diana ubi proximè resol. 66.* & alii.

P. Sanch. P. Lugo. Leand. P. Coninc Diana.

§. 7.

§. 7.

Utrùm, quando Sacerdos ante absolutionem obliviscitur confessionis, illi repetenda sit distinctè, an sufficiat repetitio in genere, & confusa?

284 *Repetenda est confessio, quando Sacerdos ante absolutionem obliviscitur confessionis: & assignantur casus, in quibus Sacerdos oblivisci solet.*

285 *Non requiritur repetitio expressa, sed sufficit in genere, & confusa.*

284 Sextus casus, si Confessarius ante absolutionem obliviscatur confessionis: & hoc potest contingere tripliciter. *Primò*, quando confessio durat plures dies, & cùm absolutio conferenda est, Sacerdos eorum, quæ prioribus diebus dicta sunt, obliviscitur. *Secundò*, quia oportet aliquando dimitti pœnitentem per aliquot dies deponendæ occasionis gratiâ, vel ex alia justa causa: & tunc, quando pœnitens revertitur, Sacerdos confessionis obliviscitur. *Tertiò*, quia diebus aliquod decursis potest absolutio deprehendi fuisse nulla, aut defectu doloris, & propositi, aut defectu *jurisdictionis*: & tunc potest pœnitens iterum velle absolvi ab eodem Cõfessario, qui jam confessionis obliviscitur.

285 Verùm in primo, & secundo casu (de tertio enim statim dicam) non est necessaria repetito expressa, sed sufficit confusa, & ut uno verbo dicas: Accuso me de omnibus, quæ per hosce dies, vel tali, aut tali die tibi sum confessus. Ita *Suar. disp.* 21. *sect.* 6. *in fine*, *Coninck disp.* 7. *dub.* 11. *n.* 109. *Bonac. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 2. *punct.* 3. *n.* 15. *Navar. cap.* 9. *n.* 19. *Valent. tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 11. *punct.* 3. *pag.* 1364. *Sylvest. verbo Confessio quæsit.* 3. *Vasq. q.* 92. *a.* 3. *dub.* 3. *Regin. l.* 8. *n.* 33. *Zerola in prax. cap.* 10. *q.* 14. *& cap.* 21. *q.* 10. *Lug. à n.* 526. Qod intelligendum est, quando Sacerdos recordatur status pœnitentis, aut pœnitentiæ impositæ. Imò addendum videtur cum *Suar.* & *Laym.* si pœnitentia sit imposita (in quo standum est testimonio pœnitentis) non esse opus quòd Sacerdos illius, vel status pœnitentis recordetur; sed sufficere quòd recordetur se audivisse confessionem talis pœnitentis, & illum judicasse absolutione dignum. Quòd si pœnitentia non est imposita, debet Sacerdos exigere confessionis summam, quantum satis erit ad pœnitentiam imponendam: quod si nec id exigat, neque pœnitentiam imponat, sed tantùm absolvat, peccabit quidem, negligenter se gerens in officio suo. Item Sacramentum manebit inutilum defectu satisfactionis, quæ est ejus pars integrans accidentalis, erit tamen validum quoad partes essentiales, ut docet *Laym. cit. cap.* 4. *num.* 6.

(Margin: P. Suar. P. Coninck. Bonacina. Navar. P. Valent. Sylvius. P. Vasq. P. Reginal. Zerola. P. Lugo. P. Suar. P. Laym.)

§. 8.

Utrùm etiam, quando confessio fuit nulla defectu jurisdictionis, aut doloris, sufficiat repetitio confusa?

286 *Quando tamen prior confessio fuit invalida defectu jurisdictionis, aut doloris, aliqui probabiliter putant faciendam esse repetitionem expressam.*

287 *Sed probabilius est, etiam tunc sufficere repetitionem confusam.*

288 *Diluitur fundamentum opinionis contrariæ.*

286 Utrùm verò tradita doctrina solum verum habeat in primo, & secundo eventu, quando scilicet confessio duravit plures dies, aut per aliquos absolutio dilata est: non autem in tertio eventu, quando confessio deperhensa est nulla defectu jurisdictionis, aut doloris? Plures existimant cum *Suar.* & *Coninck* cit. solum esse veram in primo, secundo, non autem in tertio eventu. Et probatur; quia in tertio, aut confessio fuit nulla defectu doloris, & tunc non fuit Sacramentalis: at confessio, quæ requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ, debet esse Sacramentalis: aut fuit nulla defectu jurisdictionis; tunc præterquam quòd non fuerit Sacramentalis, non est facta judici: confessio autem debet fieri judici.

(Margin: P. Suar. P. Coninck.)

287 Probabilius tamen dicendum videtur, etiam in hoc tertio eventu traditam doctrinam locum habere. Ita omnes alii Doctores locis citatis. Probatur ex communi praxi; quando enim pœnitens statim post confessionem nullam ob aliquem defectum redit ad eundem Confessarium, & illi confitetur suum defectum,

Con-

& vitavit quatuor: ergo necessariò cadet in quinto, necessariò (inquam) necessitate morali, quæ non tollit libertatem physicam sufficientem ad peccandum; nam, ut *tr. de Gratia* ostendi, libertas physica sufficit ad peccandum. Ad illud verò, quod dicitur, nimirum singula determinata Venialia posse moraliter vitari, occurrendum est posse singula absolutè, non tamen ex suppositione, quòd solùm possint vitari quinque, & jam vitata sint quatuor.

§. 4.

Utrùm Attritio Venialium retractetur per quodlibet subsequens?

206 *Proponitur ratio dubitandi pro parte affirmativa.*

207 *Resolvitur attritionem hujus Venialis in particulari solùm retractari per Veniale contrarium ejusdem speciei.*

208 *Attritio generalis etiam non retractatur per quodlibet Veniale subsequens: & id probatur.*

209 *Contritio etiam non retractatur totaliter per quodlibet mortale subsequens: non tamen sufficit ad confessionem.*

206 **Q**Uarta difficultas: Utrùm attritio Venialiũ retractetur per quodlibet subsequens Veniale? Et ratio dubitandi est, quia attritio mortalium retractatur per quodlibet subsequens mortale: ergo, &c.

207 *Nihilominus* distinctione opus est, quia possumus loqui aut de attritione particulari hujus Venialis, & hæc solùm retractatur per Veniale contrarium, non per Veniale alterius speciei, cui non opponitur: aut de attritione generali, & hæc etiam videtur non retractari per quodlibet Veniale subsequens. Ita supponunt omnes Doctores, & docet expressè *Lugo d. 14. n. 143.* *P. Lug.*

208 Probatur primò, quia aliàs, qui cum solis Venialibus accederet ad confessionem, teneretur sub Mortali renovare dolorem immediatè ante absolutionem, si fortè post proximam attritionem commisit aliquod Veniale, quod facillime irrepit: teneretur, inquam, propter morale periculum faciendi nullum Sacramentum defectu doloris, si fortè venialiter deliquit inter confitendum, quod est facillimum. At hoc est contra communem usum, & praxim Ecclesiæ, & pluribus scrupulis, & conscientiarum laqueis obnoxium: ergo, &c.

Secundò probatur, quia attritio generalis non detestatur æqualiter omnia Venialia, sed magis gravius, quàm minùs grave; & magis hoc, quàm illud in his casibus: unde, licèt per subsequens Veniale retractetur quoad ipsum, non retractatur quoad alia.

209 Neque obstat quòd attritio generalis omnium mortaliũ retractetur per quodlibet subsequens mortale; non enim etiã totaliter retractatur, sed adhuc moraliter perseverat quoad alia peccata graviora; non tamen sufficit ad Sacramentum, quia ad Sacramentum requiritur voluntas, & propositũ non peccandi de cætero, quod per subsequẽs mortale sublatum est.

DISPUTATIO SECUNDA

De Confessione prout est altera pars materiæ proximæ hujus Sacramenti.



RES erunt Sectiones: Prima de prævio examine, & aliis conditionibus ad Confessionem requisitis. Secunda de conditionibus in particulari. Tertia de casibus, in quibus repetenda est Confessio.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

De prævio examine, & aliis conditionibus ad Confessionem requisitis.

210 *Definitio Confessionis Sacramentalis.*

211 *Ostenditur ad Confessionem præmittendum esse examen, idque ex constitutione Christi Domini, & jure divino.*

212 *Non eadem in omnibus requiritur diligentia: sed in aliis minor, in aliis maior.*

213 *In nullo requiritur summa, quæ adhiberi potest.*

214 *Nimia in scrupulosis est mala, & peccatum.*

215 *Habens lubricam memoriam non tenetur scribere peccata, licèt aliqui contrarium existiment.*

216 *Utrum, & quando teneatur repetere Confessionem, qui debitum examen non præmisit?*

217 *An Confessarius, qui novit pœnitentem non præmisisse debitum examen, teneatur illum examinare?*

218 *Conditiones ad Confessionem requisitæ.*

210 CONfessio definitur: *Legitima, & Sacramentalis accusatio de propriis peccatis, ad eorum veniam à Sacerdote obtinendam virtute Clavium.*

211 *Prima difficultas est*: Utrùm, & quale ad confessionem præmittendum sit examen? Et quod attinet ad primum, respondetur cum communi Theologorum affirmativè. Probatur primò ex communi Ecclesiæ praxi. Secundò ex *Concilio Trid. sess. 14. cap. 5.* ibi: *Constat nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm ut postquam quis se diligentiùs se excussit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploravit*, &c. Tertiò probatur ratione, quia prædictum examen est necessarium ad confitenda omnia, & singula Mortalia: at nos tenemur confiteri omnia, & singula Mortalia, idque ex jure divino, ut ex inferiùs dicendis constabit: & qui tenetur ad finem, eodem jure tenetur ad medium necessarium ad illum. Et confirmatur, quia (ut communiter docent Doctores) nemo, per se loquendo, deobligatur à confitendo aliquod Mortale, nisi propter oblivionem, & ignorantiam invincibilem illius: non potest autem ea dici ignorantia invincibilis, ad quam expellendam nulla adhibita est diligentia, nec facta saltem ordinaria recogitatio. Trident.

212 Quod attinet ad secundum, quale nimirum præmittendum sit examen? Respondetur non eandem in omnibus requiri diligentiam, sed eam adhibendam esse, quæ moraliter sufficiat, attenta capacitate pœnitentis, consuetudine, occasionibus, & periculis peccandi, diuturnitate temporis, & aliis circunstantiis. Ita communiter Doctores.

213 *Quæres primò*: Utrùm requiratur summa diligentia, quæ ab homine adhiberi potest? Respondetur negativè cum communi Doctorum apud *Dian. 2. p. tr. 17. resol. 46.* quia alias nimiùm onerarentur conscientiæ, quod est contra illud Christi Domini: *Iugum meum suave est.* Item redderentur inquietæ, nimis anxiæ, ac solicitæ; quod est contra finem hujus Sacramenti. Diana

214 Quamobrem advertunt iidem Doctores nimiam in hoc solicitudinem interdum esse malam, & peccatum. Unde infertur sufficere mediocrem quandam diligentiam, non tamen levissimam, sed eam, qualem homo adhibere solet in re gravi, quæ illi maximè cordi est, ut verbis utar *Suarii, & Ioannis Sanch. in select. disp. 41. n. 18.* cui accedit Diana *3. p. tr. 4. resol. 107.* P. Suar. Ioan. Sanch.

215 *Quæres secundò*: An habens lubricam memoriam teneatur scribere sua peccata? Affirmant *Sotus d. 18. q. 1.* & *Medina q. 16. Bonac.* verò *q. 5. sect. 2. p. 5. n. 7.* loquitur cum limitatione; dicit enim teneri, si non detur periculum perdendi scripturam, unde possit subsequi infamia. Probabiliùs tamen dicendum videtur absolutè non teneri. *Ita Suar. disp. 36. sect. 5. n. 6. Valent. disp. 7. q. 11. punct. 1. fine. Henr. l. 4. cap. 4. n. 8. Coninck. disp. 7. dub. 9. n. 72. Nugn. q. 9. a. 2. diffic. unica. Megala 1. p. l. 5. cap. 9. n. 7. Vasq. q. 90. a. 1. dub. 4. n. 22. Filliuc. tr. 7. cap. 4. q. 10. n. 115. Tanner. q. 4. n. 35. Regin. l. 6.* Probatur primò, quia hæc diligentia est nimis extraordinaria. Secundò, quia scriptura de se est instrumentum publicum, & subjacet periculis. Tertiò, quia non constat de tali obligatione ex Scriptura, aut Ecclesiæ traditione. Quartò, quia contrarium constat ex communi Ecclesiæ praxi; nemo enim, tametsi debilis & infirmæ memoriæ, se accusat quòd peccata non Sotus. Medina. Bonac. P. Suar. P. Valent. P. Henriq. P. Coninck. Nugnus. Megala. P. Vasq. P. Filliuc. P. Tanner. P. Riginal.

non scripserit, neque ullus Confessarius de eo interrogat.

216 *Quæres tertiò*: Utrùm teneatur repetere confessionem is, qui debitum examen non præmisit? Respondendum est cum distinctione: nam aut culpabiliter subticuit suam negligentiam in confessione, videndo se in eo peccare mortaliter; & tunc clarum est debere repetere confessionem, quia illam fecit nullam, & sacrilegam defectu integritatis, siquidem non confessus est peccatum mortale, quod tacendo commisit. Ita Doctores proximè citati. Aut aperuit sui examinis negligentiam, & sic adhuc distinguendum est: nam aut Confessarius illam interrogationibus supplevit, & sic non est repetenda confessio, quia quando collata est absolutio, jam pœnitens erat rite dispositus: aut Confessarius non supplevit talem negligentiam; & sic repetenda est confessio, fuit enim nulla; nam pœnitens accepit sacrilegè absolutionem, nimirum absque examine, vel aliquo illum supplente. Ita Doctores ubi proximè.

217 *Quæres quartò*: Utrùm Confessarius, qui novit pœnitentem non integrè confiteri defectu examinis, teneatur illum interrogationibus examinare? Respondetur teneri illum aut examinare, aut dimittere, ut se examinet. Ita *Magister in 4. dist. 17. & 19. Sotus d. 18. q. 1. a. 4. Henr. l. 5. cap. 3. n. 10. Suar. disp. 36. sect. 10. & disp. 32. sect. 3. n. 3. Vasq. q. 93. a. 3. dub. 7. Bonac. cit. punct. 1. n. 4. Regin. l. 2. n. 14. Sayr. cap. 15. n 7.* Probatur ex *cap. Omnis utriusque sexûs, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi habetur *Confessarium debere diligenter inquirere & peccatoris, & peccati circumstantias*, &c. Et hujus ratio est, quia Confessarius exercet officium judicis: at verò judex tenetur causam rectè cognoscere, & ad hunc finem uti interrogationibus, antequam reum absolvat: ergo &c.

Magist. Sotus. P. Henriq. P. Suar. P. Vasq. Bonacin. P. Riginal Sayrus. Cap. Omnis utriusque

218 *Secunda difficultas*: Quæ conditiones ad confessionem requirantur? Sexdecim solent à Doctoribus numerari, quæ omnes his quatuor versibus continentur:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis,
Atque frequēs, nuda & discreta libēs, verecūda,
Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Notandum tamen non omnes has conditiones esse necessarias *ad esse*; sed alias *ad esse*, alias *ad melius esse*; quod ex dicendis in sequenti sectione pleniùs constabit.

SECTIO II.

Explicantur prædictæ sexdecim conditiones ad confessionem requisitæ.

219 *Prima conditio*, Simplex: *secunda*, Humilis,

220 *An sit peccatum mortale confiteri sine humilitate?*

221 *An sit peccatum mortale confiteri cum vanagloria, & jactantia de peccatis?*

219  Rima conditio est quòd sit *simplex*, hoc est, non verbosa, relictis historiis, & circunstantiis impertinentibus. Secunda, ut sit *humilis*, idque humilitate interna, & externa, aperto capite, flexis genibus, &c. nisi aliud suadeat necessitas.

220 *Quæres primò*: Utrùm sit peccatum mortale confiteri absque prædicta humilitate? Respondetur negativè cum *Regin. l. 2. n. 63. Sayr. de pœnit. cap. 15. n. 7. & 8. Zerola in praxi de pœnit. cap. 11. q. 17. Navar. cap. 9. n. 11. Pitig. 2. p. dist. 14. q. 3. a. 8. conclus. 3. Bonac. q. 5. punct. 2. §. 2. n. 2.* Quia in eo non videtur committi gravis irreverentia contra Sacramentum.

P. Riginal Sayr. Zerol. Navar. Pitig. Bonac.

221 *Quæres secundò*: Utrùm sit peccatum mortale confiteri cum jactantia, & vana gloria de peccatis? Respondetur affirmativè; & consequenter confessionem esse nullam. Sed de hoc commodiùs disput. sequent. ubi de peccatis jactantiæ agemus.

§. 1.

Tertia conditio, Pura: & occasione illius de confessione facta ob malum finem.

222 *Confessio facta ob finem lethaliter malum est nulla, & sacrilega.*

223 *Non ita facta ob finem solùm venialiter malum.*

224 *Actus bonus non vitiatur per actum imperantem malum.*

225 *Actus imperans tollit libertatem actûs imperati pro instanti determinato.*

226 *An actus supernaturalis possit imperari*

rani à naturali?

227 *An pia affectio, quæ præcedit fidem, debeat esse supernaturalis?*

An Missam facere propter vanam gloriam sit peccatum mortale. ibi.

222 TUnc confessio dicitur pura, quando fit ex pura, & recta intentione placandi Deum, vel obediendi Ecclesiæ, aut fugiendi animæ periculum, &c. Hic dubitatur: Utrùm sit peccatum mortale confiteri ob malum finem? Respondetur cum distinctione, nimirum esse peccatum mortale, quando finis est mortaliter malus, & consequenter tunc confessionem esse nullam, & sacrilegam tum defectu integritatis, tum defectu doloris, qui excludat voluntatem peccandi.

Sylvest.

Sin autem confessio fiat ob finem venialiter malum, nimirum propter vanam gloriam, &c. Aliqui dicunt, etiam tunc esse peccatum mortale, & consequenter invalidam confessionem. *Primò*, quia de essentia confessionis est quòd fiat spe veniæ. Ita *Sylv. verbo Confessio 1. quæsito 7. Secundò*, quia est peccatum mortale dirigere in malum finem opus per se institutum in Dei gloriam: unde Missam facere, aut quodvis aliud Sacramentum tractare; item concionari, & Deum orare propter vanam gloriam est peccatum mortale, ut tenent *Armilla verbo Confessio n. 4. Angelus verbo Vana gloria. Tabiena verbo Confessio 2. n. 6.*

Armil. Angel. Tabien.

223 *Nihilominus* dicendum non esse peccatum mortale, & consequenter confessionem esse validam. Ita *Sanch. in Decalog. l. 1. cap. 3. n. 1. Navar. cap. 22. n. 40. Henriq. l. 4. cap. 3. n. 3. Sotus. in 4. d. 18. q. 3. a. 3. ad. 5. Regin. l. 6. n. 149. Vasq. q. 92. a. 2. dub. 2. n. 3. Pitig. loco citato. Bonac. ubi proximè n. 4. Suar. disp. 2. sect. 3. n. 4. & sequentibus. Coninck. disp. 35. de matrim. dub. 2. Lugo disp. 15. n. 189. Hurt. d. 8. diff. 9. & Diana p. 4. tr. 4. resol. 212.* Probatur, quia dantur partes essentiales, & cætera requisita ad valorem hujus Sacramenti: nec obstat vana gloria, quia hæc solùm est peccatum veniale, & Sacramentum potest esse cum peccato veniali actuali.

P. Sanch. Navar. P. Henriq. Sotus. P. Riginal. P. Vasq. Pitig. Bonacina. P. Suar. P. Coninck. P. Lug. P. Hurtad. Diana.

Objicies primò: Dolor de peccato ob vanam gloriam est peccatum veniale: ergo non potest esse vera attritio; hæc enim debet esse supernaturalis, donum Spiritûs Sancti, & fieri illius impulsu: at verò Spiritus Sanctus non impellit ad peccatum veniale. Respondetur, quando quis confitetur ob vanam gloriam, non dolere propter illam, sed propter Deum. Itaque in hoc eventu concurrunt vana gloria per modum actûs imperantis, & ipsa attritio, quæ est actus imperatus: attritio quidem imperatur à vana gloria, habet tamen motivum intrinsecum distinctum ab illa.

224 Objicies secundò: Dolor in hoc casu est propter vanam gloriam, saltem ut per finem extrinsecum imperantem: at verò actus bonus ex objecto viciatur per finem extrinsecum malum, habet enim causam malam, & bonum non nisi ex integra causa. Respondetur cum *D. Thom. Salas Caiet. Perez, Curiel, Coninck, & Granad. apud Lugo. ubi proximè n. 241.* actum bonum non viciari per finem extrinsecum malum, ut patet in subdito, qui ex obedientia confitetur imperatus ab actu malo Prælati, nam actus malus extrinsecus Prælati non viciat actum bonum subditi imperatum, & tamen est ejus causa imperans. Quando ergo dicitur bonum non nisi ex integra causa, intelligendum est de integra causa intrinseca.

D. Thom. P. Salas. Caietan. P. Perez. Curiel. P. Coninck. P. Granad. P. Lug.

225 Objicies tertiò: Actus imperatus denominatur bonus, vel malus ab actu imperante: & hujus ratio est, quia actus imperans efficax collit libertatem actûs imperati; nam supposito quòd voluntas efficaciter velit hunc elicere, non potest illum non elicere: sicut ergo actus imperatus caret alia libertate, quàm illâ actûs imperantis, ita caret alia bonitate. Quod explicatur exemplo actûs externi, qui ex eo quòd in se sit necessarius, & solùm denominetur liber ab actu interno, ab illo solùm denominatur bonus, vel malus, & supra illum non addit aliquid meriti, vel demeriti. Ex his ergo manifestè sequitur, dolorem imperatum à vana gloria in se esse necessarium, nec aliam habere libertatem, & consequenter nec aliam bonitatem, sed solam malitiam desumptam à vana gloria.

Huic objectioni responderi solet communiter actum imperantem non tollere libertatem actûs imperati; quia, licèt hic non possit non sequi supposito actu imperante, potest non sequi in hoc instanti, non enim determinatè pro illo imperatur. Sed quid, si determinatè pro illo imperetur? Respondetur cum *Ripal. d. 68. sect.*

P. Ripald. P. Hurt. P. Lugo.

sect. 2. Hurt. 2. 2. d. 136. ubi citat *Vasq. Torres, & Sal. cum D. Thom. Caiet. & Ferrar.* & aliis, quibus accedit *Lugo cit. n. 198.* tunc destrui libertatem actûs imperati, hic enim non minùs necessariò sequitur ab actu imperante, quàm amor beatificus à Visione beata, ut ex professo docui in Philosophia *tom. 3. tract. 6. de de Anim. du. 52.*

226. Objicies quartò: dolor, qui imperatur à vana gloria, non potest esse supernaturalis, nullus enim actus supernaturalis potest imperari à naturali, & hujus ratio est, quia actus imperatus est aliquo modo intra debitum, & exigentiam imperantis; at verò ens supernaturale est supra omne debitum, & exigentiam Naturæ. Respondetur actum supernaturalem non posse per se imperari ab actu naturali, posse tamen per accidens. Quòd non possit per se, docent communiter

P. Suar. P. Albertin. P. Torres. P. Granad. Lorca. P. Vasq. P. Coninck. Alvares. Albelda. P. Lessius. Becarius. P. Ripald.

Suar. 2. 2. d. 8. sect. 7. & d. 14. sect. 3. Albertinus 3. principio Philosophiæ, q. 5. Theologica. Torres, Granad. Lorca, Vasq. Coninck, Alvarez, Albelda, Lessius, Becarius, & alii, quos citat, & sequitur *Ripald. d. 49. sect. 4.* Quòd verò possit per accidens ostendit *Ripald. cit. sect. 4.* cum pluribus, ubi dicit posse nos per actum naturalem moveri ad operandum, etsi aliqui contingat præveniri ab Spiritu Sancto operari supernaturaliter, quo inventu talis præventio, & supernaturalitas est contingens, & per accidens respectu motionis naturalis, non enim hæc cum illa connectitur per se.

227. Objicies quintò: Fides supernaturalis non potest imperari ab affectu naturali: ergo neque contritio supernaturalis à vana gloria. Antecedens constat

Concil. Arauf.

ex *Concilio Arauf. 2. can. 5.* ibi: *Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis effectum,* &c. Et subditur, *qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt* &c. Et ex aliis pluribus textibus apud *Suar. l. 2. de Grat. cap. 3. Arriag. de Grat. d. 42. n. 16.* Et confirmatur, quia hic quoque effectus ad fidem supernaturalis debet præcedi à cognitione supernaturali: ut docet *D. August. l. 2. contra duas epistol. Pelagianorum cap. 8.* ubi expendens illud Apostoli 2. *ad Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis,* ait: *Quis non videat prius esse cogitare, quàm credere, nullus enim credit, nisi prius cogitet*

P. Suar. P. Arriag. D. August.

esse credendum, & hoc vult Apostolus non esse ex nobis, sed ex gratia. Et ratio hujus est, quia hæc cognitio est magni momenti, & utilitatis ad salutem: & nihil ad eam conducens potest esse naturale, ut difinitur in Concilio Arausicano proximè *Can. 7.* Quæ omnia videntur convincere, vanam gloriam non posse imperare contritionem supernaturalem.

Respondetur, in fide id esse speciale, *primò*, quia Deus voluit eam esse meritoriam, & non potest esse meritoria, nisi ratione alicujus voluntatis supernaturalis: contritio autem potest esse meritoria se ipsâ: *secundò*, quia voluit Spiritus Sanctus inspirare fidem, quam non præcederet appretiatio veracitatis Divinæ super omnia contraria; hinc enim est quòd hæreticus, qui credit uni mysterio, non verò alii, non habet fidem afflatam ab Spiritu Sancto: hæc verò appretiatio, seu pia affectio non est minùs ab Spiritu Sancto, quàm ipsa fides, & si Spiritus Sanctus non cōcurrit ad unam, neque ad aliam: & si concurrit ad unam, etiam concurrit ad aliam, est enim de utraque eadem ratio. *Tertiò*, quia nos non negamus simul cum pia affectione supernaturali posse cōjungi aliampiam affectionem naturalem, vel alium actū imperātem naturalem. Et similiter non negamus simul cum vana gloria posse coniungi alium actum supernaturalem imperantē contritionem: solùm dicimus cum eo posse stare vanam gloriam per modū imperii, quin per illam vitietur ipsa contritio, ejusque supernaturalitas; & hæc solutio traditur ab *Arriaga cit. d. 42. n. 19.* P. Arriag.
ubi dicit vanam gloriam in similibus casibus non imperare actum supernaturalem ex necessitate, sed ex superabundantia.

Et hinc quoque desumenda est solutio ad cogitationem, quæ præcedit piam affectionem, & necessario debet esse supernaturalis: nam clarum est debere esse proportionatam ipsi piæ affectioni, ac proinde supernaturalem; verùm inde non sit commodum argumentum contra vanam gloriam, nam illa cognitio est proximè necessaria ad piam affectionem, & proximè necessaria ad illam debent esse proportionata: at vana gloria non requiritur ad contritionem, sed eam imperat ex superabundantia.

Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur vanam gloriam extrinsecam non impedire spem veniæ. Ad secundum negandum est tractare Sacramenta

mentâ ob vanam gloriam esse peccatum mortale, aliàs contrahere Sacramentum Matrimonii ad honorem, & divitias acquirendas esset peccatum mortale. Sacramenti tractatio propter vanam gloriam solùm est peccatum veniale, quia in eo non committitur gravis irreverentia contra ipsum Sacramentum.

§. 2.

Quarta Conditio: Fidelis: *Et occasione illius de mendacio prolato in Confessione.*

228 *Mendacium, quod non est materia confessionis, tametsi in ea dicatur, non est peccatum mortale.*

229 *Mendacium, quod est materia confessionis circà peccatum mortale non confessum, est lethaliter peccaminosum.*

230 *Circa veniale, quando non datur alia materia, etiam est peccatum mortale.*

231 *Quando verò datur alia materia, tunc non est peccatum mortale.*

232 *Circa peccatum mortale jam confessum, si confessarius justè interroget, est peccatum mortale.*

233 *Si non justè interroget, nullum est peccatum, sed debet pœnitens uti aliquâ amphibologiâ.*

234 *Si pœnitens sibi imponat peccatum mortale, videtur peccare lethaliter.*

228 Confessio fidelis idem est, atque vera, hoc est, sine mendacio. Hic solet inquiri: Utrùm omne mendacium in confessione prolatum, sit peccatum mortale? Et quæstio potest procedere aut de mendacio, quod non est materia confessionis, in ea tamen dicitur, & hoc non est peccatum mortale; quia, licèt circunstantia loci, & temporis aggravet mendacium, non tamen illud reddit peccatum mortale, ut est communis Doctorum.

229 Aut potest procedere de mendacio, quod est materia confessionis, & hoc aut est circa peccatum mortale, quod pœnitens negat, vel sibi imponit; & sic est peccatum mortale, quia decipit Confessarium in re gravi, ut cum *Suar. tomo 4. disp. 22. sect. 10. Sylvest. verbo Confessio 1. q. 8. Zerola de pœnitent. cap. 10. q. 34. versu Dico sextò & septimò. Navar. in manual. cap. 21. num. 37. Vasq. q. 91. art. 1. dub. 7. num. 12. Reginald. lib. 6. n. 68. Nugn. in additionibus q. 6. ar. 4. dub. 1. Sayr. de Pœnitent cap. 13. Filliuc. tract. 7. cap. 4. quæst. 9. Conink. disp. 6. de Pœnitent. dub. 2. & aliis pluribus docent. Tan. q. 7. num. 21. Bonacina citat. propositione 4. Granad. tract. 9. disp. 13. num. 3. Lugo disp. 16. num. 98. & Hurtad. disp. 8. difficult. 6.* P. Suar. Sylvest. Zerol. Navar. P. Vasq. P. Reginal. Nugn. Sayr. P. Filliuc. P. Coninck. P. Tanner. Bonacin. P. Granads P. Lug. P. Hurt.

230 Aut est circa peccatum veniale, & hoc aut quando illud tantùm datur pro materia confessionis; & tunc etiam est peccatum mortale, quia reddit Sacramentum nullum, & sacrilegum deffectu materiæ.

231 Aut quando etiam dicuntur alia venialia vera; & tunc quidquid in contrarium opinetur *Caietanus*, non est peccatum mortale, quia nec Sacramentum redditur nullum, nec decipitur Confessarius in re gravi; neque irreverentia, quæ fit Sacramento, videtur gravis, ut in simili tradidimus suprà *num. 198.* ubi resolvimus confiteri aliquod veniale sine dolore, si tamen alia cum dolore confiteantur, non esse peccatum mortale. Et ità tenent Doctores ubi proximè.

232 Quæres: Utrùm peccet mortaliter ille, qui mentitur circa peccatum mortale jam confessum. Et respondetur cum distinctione; aut enim illud negat, aut sibi imponit: si illud negat, aut id facit, quando Confessarius ex justa causa tale peccatum inquirit ad cognoscendum statum pœnitentis in ordine ad remedium illius, & in his casibus mentiri est peccatum mortale.

233 Aut quando Confessarius non inquirit ex justa causa: & tunc negare peccatum mortale aliàs jam confessum, non est peccatum mortale, imò neque veniale, si pœnitens amphibologicè respondeat; non enim tenetur iterum subjicere peccatum jam confessum.

234 Aut pœnitens sibi imponit peccatum mortale, quod in alia confessione jam sibi imposuit: & hoc mendacium est peccatum mortale, quia iterum decipit Confessarium in re gravi. Neque obstat quòd pœnitens dicat illud peccatum jam esse confessum, ac proinde illud non apponat pro materia necessaria; licèt enim illud non apponat pro materia necessaria, illud apponit pro materia gravi. Et ita *Lug. cit. n. 101.* P. Lugd.

O §. 3.

§. 5.

Frequens, Nuda, & discreta, Libens.

Breviter hæ omnes conditiones declarantur.

235 QUinta conditio *Frequens* apponitur, ut intelligatur, hoc Sacramentum debere repeti intra annum, non quòd hoc sit de necessitate præcepti, de quo infrà, sed quia est de perfectione consilii. Sexta conditio *Nuda* significat, confessionem debere esse claram, non palliatam, & verbis obscuris involutam. Septima conditio *Discreta* denotat debere eligi Confessarium doctum, ac prudentem: item peccata, præsertim impudica, explicanda esse verbis honestis, non descendendo ad circumstantias non necessarias. Octavò debet confessio esse *Libens*, hoc est, spontanea, nō metu parentū, aut alio humano coacta.

§. 4.

Nona conditio: Verecunda.

Et occasione illius de confessione facta cum Confessario socio criminis

236 *Ut confessio sit verecunda, non debet fieri cum confessario socio criminis.*

237 *Confessio facta cum Sacerdote complice ex genere suo est valida.*

238 *Sacerdos complex ac socius criminis non peccat audiendo confessionem, si absolutè, & per se loquamur.*

239 *In aliquibus diœcesibus est prohibita talis cōfessio sub pœna excōmunicationis.*

240 *In quibus est probibita, etiam est nulla.*

241 *Amplectitur tradita doctrina etiam ad Regulares.*

242 *Non tamen incurrunt pœnas excommunicationis.*

243 *Socii criminis hoc loco, secundùm aliquos, solùm intelliguntur, qui tales sunt in materia castitatis: sed probabilius est etiam esse intelligendos, qui tales sunt in aliis materiis.*

236 UT sit verecunda, debet fieri cum rubore, & non cum Confessario complice, & socio criminis. Utrùm verò sit valida confessio, quæ fit cum Confessario socio criminis? Respondeo cum distinctione, &

237 *Dico primò* esse validam ex genere suo, si nimirum pœnitens confiteatur cum vero dolore, & proposito emendæ. Ita *D. Thom. in addit. ad* 3. *p. q.* 20. *a.* 2. *ad* 1. *Sylvest. verb. confessor.* 3. *n.* 9. *uersio. Quinto quæritur. Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *n.* 2. *Conrad. de part. confessorum. responsi. q.* 13. *Homobon.* 3. *p. exam. ir. tr.* 3. *q.* 30. *resol.* 4. *Bossius tr. de triplici jubilæi privilegio sect.* 1. *casu* 2. quibus accedunt *Bonac. q.* 7. *punct.* 3. §. 5. *n.* 10. *& Fagund. l.* 4. *cap.* 3. *n.* 35. Neque obstat locus *D. Aug. lib. de vera, & falsa pœn. cap.* 20. ibi: *Nullus officio Sacerdotis uti debet, nisi immunis ab illis sit, quæ in aliis judicat,* &c. nam D. Augustinus non dicit talem confessionem esse nullam, sed solùm non congruere, neque esse decentem.

D. Thom. Sylvest. Sotus. Conrad. Homobon. Bossius. P. Fagund. D. August.

238 *Dico secundò*: Sacerdos, absolutè loquendo, non peccat audiendò complicem, ac socium criminis. Hæc est contra *Fag.* ubi proximè citantem pro se *text. in cap. Omnis. & text. in cap. finali* 30. *q.* 1. Traditur tamen à *Ioan. Sanc. in selectis d.* 11. *n.* 16. ubi dicit nostrum Fagund. non percepisse hos textus: & re vera illi solùm pœnas imponunt Sacerdoti, qui peccat cum filia confessionis, de quo nos *disp. seq.* non verò illi, qui socium criminis absolvit: & præter hos textus non est aliud præceptum de jure communi contra Sacerdotem absolventem socium criminis: ergo, &c. P. Fagund. Cap Omnis Cap. Final. Ioan. Sanc.

239 *Dico tertiò*; In aliquibus Diœcesibus talis confessio est interdicta sub pœna excommunicationis, nimirum in Mediolanensi, uti habetur in ejus Concilio septimo Provinciali, titulo *de Sacramento pœnit.* §. *Qui criminis alicujus,* &c & in *Synod. diœces.* 10. Alias refert *Boss. & Bonac.* locis citatis. Concil. Mediolan. Synodus diœces.

250 *Dico quartò*: In Diœcesibus, in quibus talis confessio est interdicta etiam invalida est, idque duplici ex capite: *primo*, defectu approbationis, & jurisdictionis Confessarii, qui non approbatur ad ejusmodi casum, ut constat ex *Concilio Mediolan.* & aliis citatis, ut cum *Henri l.* 6. *c.* 6. §. 6. *& l.* 7. *c.* 12. §. 4. *Aug. Barbos. p.* 1. *alleg.* 25. *n.* 30. *&* 34. *Fagund. præc.* 2. *l.* 7. *c.* 2. *n.* 31. *Laym. l.* 5. *tr.* 6. *c.* 11. *n.* 6. & aliis pluribus tenet *Boss. & Bon. cit. Homobon.* 1. *p. exam. tr.* 5. *q.* 20. *Secundò*, quia pœnitens in ipsa confessione committit sacrilegium. P. Henriq. Barbosa. P. Fagund. P. Laym. Bossius. Homob.

241 *Dico quintò*: Tradita doctrina etiam extendi debet ad Regulares, qui etiam dum prohibentur audire socios criminis, justè non approbantur ad talem casum, Ita Doctores proximè allegati.

242 Utrùm verò incurrant excommunicationem, & alias pœnas ab Episcopo impositas? Negat *Bossius citatus*, quia Bossius.

Regu-

Regulares quoad pœnas non subjacent Episcopo, sed suis Prælatis, de quo al bi.

Bossius. Dico sextò: Socii criminis hoc loco non solùm intelliguntur, qui tales sunt in materia castitatis, ut tenet *Bossius* ubi proximè, asserens id esse speciale in castitate propter speciale periculum in hac materia: sed in quocunque peccato mortali. Probatur; quia verba prohibitionis sunt generalia, & non solùm est indecens Confessarium absolvere mulierem, cum qua peccavit; sed etiam absolvere socium homicidii vel furti, quem ad tale facinus induxit, & persuasit. *Bonacina.* Ita *Bonac. cit. n. 1.*

§. 5.

Decima conditio: Integra.

244 *Quid sit integritas confessionis materialis, & quid integritas formalis?*

245 *Integritas saltem formalis est de necessitate non solùm præcepti, sed etiam Sacramenti.*

246 *Cur possit quis absolvi ab una excommunicatione, manente alia, non tamen ab uno peccato mortali, relicto altero?*

244 DUpliciter dicitur confessio integra; aut materialiter, aut formaliter. Illa dicitur materialiter integra in qua quis ipsa confitentur omnia, & singula mortalia post Baptismum commissa, & nondum ritè confessa: Illa verò formaliter integra, in qua pœnitens confitetur omnia, quæ hic & nunc sub mortali tenetur confiteri; licèt re ipsâ non omnia confiteatur ex oblivione, aut alia justa causa. Dicitur autem hæc integritas formalis, quia pœnitens formaliter intendit omnia confiteri, licèt re ipsâ, & materialiter ex oblivione, aut alia justa causa, non omnia confiteatur. Quomodo autem explicanda sint omnia, & singula peccata, & eorum circunstantiæ. Item, quæ sint justæ causæ tacendi aliquod mortale: dicemus infrà disp. sequenti agendo de peccatis, prout sunt materia hujus Sacramenti.

245 Interim sciendum est integritatem saltem formalem esse necessariam necessitate non solùm præcepti, sed etiam Sacramenti, ut tenet communis Theologor. apud *Tan. q. 7. dub. 7.* & probatur ex *Trid. sess. 14. cap. 5.* ubi definitur institutam esse à Christo Domino integram peccatorum confessionem; eamque omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere. Quod non potest intelligi de integritate materiali, quia hæc non est semper necessaria, ut diximus, & ex infrà dicendis constabit: ergo intelligendum est de integritate saltem formali. Idem habetur *Can. 7.* & *Concilio Florent. in decret. Eugen.* & *in Lateran. cap. Omnis utriusque sexus*, & cōstat ex perpetua traditione Ecclesiæ, & summorum Pontificum consensu apud *Tan. ubi prox. n.* Et ratione ostenditur; quia peccata non remittuntur, nisi confiteantur; & non potest remitti unum sine alio: ergo omnia debent confiteri.

P. Tanner. *Trident.* *Concil. Florent. Lateran.*

246 Objicies: Potest quis absolvi ab una excommunicatione, manente alia, ut constat ex *Cap. Cum pro causa, de sententia excommunicationis*, ubi dicitur ligatum pluribus excomunicationibus, si absolutionem petat explicatâ unâ tantùm causâ, unâ tantùm liberari excomunicatione; quia absolutio non excedit petitionem: ergo etiam ab uno peccato, manente alio. Respondetur negando consequentiam; quia excommunicationes non habent connexionem inter se, peccata verò mortalia maximè: quia absolutio à mortalibus fit per infusionem gratiæ, quæ non potest infundi, manente aliquo mortali.

Cap. Cum pro causa.

§. 6.

Undecima conditio: Secreta.

247 *Confessio absolutè, & per se loquendo debet fieri secretò.*

248 *Si absque causa fiat publicè, erit peccatum veniale secundùm aliquos: at secundùm alios, & quidem probabilius, erit peccatum mortale.*

249 *Per accidens potest fieri publicè, idque laudabiliter absque ullo peccato.*

250 *Debet fieri propria voce, & ore.*

251 *Si detur rationabilis causa, potest fieri nutibus, per interpretem, & per scripturam.*

252 *Si non detur rationabilis causa, erit peccatum veniale secundùm aliquos: at secundùm alios, idque probabiliùs, erit peccatum mortale.*

247 COnfessio absolutè, & per se loquendo debet fieri secretò. Probatur primò ex communi praxi, & ex *Trident. sess. 14. cap. 5.* Secundò *Trident.*

ex

Concil. Lateran.

ex *Cap. Omnis utriusque sexus*: item ex Concilio *Lateran.* ibi: *Omnia sua solus peccata confiteatur proprio Sacerdoti.*

Bonac. Sotus. Navar. P. Valēt. P. Suar. P. Tāner.

248 Utrùm verò sit peccatum mortale confiteri publicè? Aliqui existimant esse solùm peccatum veniale; ita *Bonac. q. 5. sect. 2. p. 2. §. 2. n. 23.* Alij sentiunt esse peccatum mortale cum *Soto dist. 18. q. 2. a. 6. Navar. manu. cap. 2. n. 10. Valent. q. 11. punct. 1. Suar. disp. 21. sect. 12. Tanner. q. 7. n. 24.* Et quidem probabilius, quia præterquam quòd Ecclesiæ usus, & praxis violetur in re gravi, absolutè, & per se loquendo confessio redditur odiosa, & scandalosa: ergo, &c.

Concil. Triden.

249 Dixi confessionem per se debere fieri secretò quia per accidens in aliquo casu extraordinario non repugnat fieri publicè, ut docet idem *Concilium Trid. loco citato*, ibi: *Christus Dominus non vetuit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publicè confiteri possit*, &c. Et hoc confirmant nonnulla hominum sanctissimorum exempla relata in historiis Ecclesiasticis. Utrùm verò in aliquo eventu teneatur quis publicè confiteri? Dicemus accomodatiùs agendo de præcepto hujus Sacramenti *tract. 5.*

D. Thom. P. Suar. P. Valent. P. Riginal. P. Vasq. Nugnus. P. Coninck. Pitig. P. Filliuc. P. Fagūd. Molf. P. Laym. P. Tanner. Bonac. Dian. P. Hurt.

250 Quæres: Utrùm confessio debeat fieri propria voce? Respōdetur affirmativè. Ita communis Theologorum cum *D. Thom. quodlib. 1. a. 10. Suar. disp. 21. sect. 3. n. 7. Valent. disp. 7. q. 11. pun. 1. colūn. mihi 1352. Regin. l. 7. n. 83. Vasq. q. 91. a. 3. dub. 4. Nugn. in addit. q. 9. a. 3. diffic. 1. Coninck disp. 6. dub. 1. n. 1. & 2. Pitig. 2. p. dist. 17. q. unica a. 3. conclus. unic. Filliuc. tr. 7. cap. 1. q. 8. n. 13. Fag. præc. 2. l. 3. cap. 1. n. 8. Molfes. in sum. to. 1. tr. 7. cap. 11. n. 9. Laym. in Theol. morali l. 5. tr. 6. c. 5. n. 3. Tanner. ubi proximè n. 28. Bonac. n. 25. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 127. Hurt. d. 8. dif. 3.*

Cap. Quē pœnitet. Côc. Flor.

Probatur ex communi praxi, & totius Ecclesiæ consuetudine, necnon ex capite *Quem pœnitet, de pæn. dist. 1.* & ex *Concilio Florent. in decreto Eugenii*, ubi dicitur materiam Sacramenti Pœnitentiæ esse confessionem oris; quod saltem intelligendum est de confessione ordinaria, & per se loquendo: unde fit quòd absolutè, & per se loquendo pœnitens non possit confiteri nutibus, per interpretem, aut per scriptum: non nego posse illum legere, sed assero non posse tradere legendum Confessario.

Conc. Arauf. & Carthagin.

251 Dixi per se, & absolutè, quia, si adsit rationabilis causa, tunc confessio potest fieri nutibus, si nimirum pœnitens fuerit mutus, aut Confessarius surdus, nec detur copia alterius, ut habetur in *Conc. Arausic. can. 12. & Carthag. 3. c. 24.* Item potest fieri per interpretem, si pœnitens fuerit ignarus linguæ Confessarii. Necnō potest fieri per scriptum, si aut pœnitens sentiat magnum pudorem, aut mutus sit, aut extremè ægrotus, & habeat suam confessionem in scriptis, tunc enim poterit illam tradere legendam Confessario præsenti.

Villal. Sotus. P. Riginal.

252 Quale verò peccatum sit confiteri absque rationabili causa per nutus, interpretem, aut scripturam? *Villalobos in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 31. n. 1. Sot. in 4. dist. 17. q. un. Regin. cit. n. 83.* existimant, id solùm esse peccatum veniale. Sed dicendum cum Doctoribus citatis esse peccatum mortale, quia violatur Ecclesiæ consuetudo in re gravi ad publicos mores, & cæremonias spectante. *Utrùm autem* in aliquo eventu teneatur quis confiteri per nutus, interpretem, aut scripturam, saltem in articulo mortis? Dicemus agendo de præcepto *tract. 5.*

§. 7.

Lacrymabilis, accelerata, &c.

Declarantur hæ ultimæ conditiones.

253 Duodecima conditio est *Lacrymabilis*: quia non exiguntur lacrymæ externæ, quæ licèt sint de perfectione confessionis, & illi multùm afferant decorem, non tamen sunt de illius necessitate: sufficit, & necessarius est dolor animi internus, de quo satis *disput. 1.*

Decima tertia conditio, *Accelerata*, hoc est, quamprimum post peccatum commissum: nam, licèt nemo obligetur ad confessionem statim post peccatum, id tamen valde utile est, ut per se patet. Decima quarta, *Fortis*, hoc est, habens propositum firmum non peccandi de cætero. Decima quinta, *Accusans*, hoc est, non excusans peccata. Decima sexta, *Parere parata*, idest, animo obediendi Cōfessario in iis, quæ ipse potest præcipere, quoad vitandas occasiones, restitutiones faciendas, pœnitentiam acceptandam, &c.

SECTIO

SECTIO III.

An, & in quibus casibus iteranda sit confessio?

254 *Nunquam datur obligatio iterandi confessionem, quæ fuerit valida, & legitima.*

255 *Limita, nisi quis per voluntariam susceptionem sibi suscipiat talem obligationem.*

256 *Confessio invalida est repetenda.*

254 POsse confessionem iterari diximus *tr. 2. d. 1. sect. 3.* Modò quærimus: Utrùm aliquando detur obligatio eam iterandi, & in quibus casibus? Quod attinet ad primum, quæstio potest procedere, aut quando confessio fuit valida, & legitima; & tunc nunquam datur obligatio eam repetendi, ut docet *Benedictus XI. in Extravag. 1. de privilegiis.* *Extrav. 1. de privil.*

255 Limita, nisi quis per voluntariam susceptionem sibi suscipiat talem obligationem, emittendo votum, aut ingrediendo Religionem, vel Congregationem, de cujus instituto sit confessio generalis. Ita cum *D. Thom. quodlib. 1. a. 12. Nav. in man. cap. 9. n. 1. & aliis, Tanner. q. 7. dubit. 7.* *D. Thom. Navar. P. Táner.*

256 Aut potest quæstio procedere, quando confessio fuit invalida: & tunc omnium Doctorum consensu constat esse repetendam. Potest autem confessio esse invalida, aut ob defectum ex parte pœnitentis, aut ob defectum ex parte Confessarii.

§. 9.

Quando confessio repetenda sit ob defectum ex parte pœnitentis?

257 *Confessio fuit invalida; & est iterum repetenda, quoties defecit dolor, aut propositum efficax emendæ: vel cùm pœnitens noluit tollere occasionem proximam peccandi, nec adhibere media necessaria.*

258 *Item, quoties non est præmissum sufficiens examen.*

Et quoties ante absolutionem statuit pœnitens non implere pœnitentiam sibi impositam: vel ex verecundia, aut inani metu suppressit aliquod mortale

259 *Quòd si aliquæ confessiones intermediæ fuerunt factæ cum vero dolore, & oblivione prioris confessionis factæ, nõ sunt repetendæ, sed illa duntaxat, quæ fuit invalida.*

257 PRima difficultas: Quibus in casibus confessio sit invalida, & consequenter repetenda ob defectum ex parte pœnitentis? Et quinque annumerari solent casus: *primus*, quando deprehenditur dolor defecisse, aut propositum non peccandi requisitum: deficit autem hujusmodi dolor, & propositum semper, quando in confessione committitur aliquod peccatum mortale: Item, quando pœnitens non vult tollere occasionem proximam peccandi, neque adhibere media necessaria. *Ita Navar. in man. c. 19. n. 13. Val. q. 11. p. 3. Tolet. l. 3. cap. 10. Lopez cap. 38. Suar. Vasq. Tann. ubi proximè, Coninck d. 6. dub. 10. Lug. d. 16. n. 597. & Bonac. q. 5. sect. 2. p. 3. n. 4.* *Navar. P. Valen. P. Tolet. Lopez. P. Suar. P. Vasq. P. Tanner P. Coninck P. Lug. Bonac.*

258 *Secundus casus*, si culpabiliter non præmisit sufficiens examen, neque id à Confessario est suppletum, juxta ea quæ diximus *n. 216. Tertius casus*, si ante absolutionem statuit non implere pœnitentiam impositam à Confessario. *Quartus casus*, si in aliqua ex præcedentibus confessionibus subticuit aliquod mortale ex inani metu, aut ex verecundia, & (ut suppono) mala fide, in eo committendo peccatum mortale.

259 Sed advertendum est, aliquando confessiones intermedias fieri validè cum vero dolore, & cum oblivione nullitatis confessionis factæ in prima ætate: & in hoc eventu deprehensa postea hujusmodi nullitate, non est cogendus pœnitens repetere confessiones intermedias validas, sed solum sacrilegium illius confessionis antiquæ, & peccata, quæ ad illam spectabant, ut tenet *Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 92. a. 3. dub. 1. n. 9. Ioan. Sanch. in select. disp. 41. n. 10. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 108. Lug. ubi proximè n. 599. Sa verbo Confessio. Suar. d. 22. sect. 3. n. 6. Tanner. cit. n. 135. Hurt. d. 8. diff. 7.* & alii plures. *P. Vasq. Ioan. Sãch. Dian. P. Lugo. P. Sa. P. Suar. P. Tanner. P. Hurt.*

(✠)

non possunt declarari, nisi fiat mētio peccati, nimirum illæ, quæ sumunt distinctionem à materiis, & per eas specificantur; ut patet in circunstantia violentiæ, quam quis intulit Solutæ, Conjugatæ, & Moniaii; & confessus copulam cum illis, oblitus est circunstantiam violentiæ, quæ quidem in his tribus casibus est specie diversa: distinguuntur enim violentiæ pro diversitate damni dati, & diversum damnum datum est Solutæ, diversum Nuptæ, & diversum Moniali.

264 Idem dicendum de sacrilegiis, distinguuntur enim per materias; nam sacrilegium est violatio rei sacræ, & diversa est illa, qua violatur persona sacra: diversa illa, qua violatur locus sacer: & diversa illa, qua violantur aliæ res sacræ, ut tenet *Suar. l. 3. de Sacril. c. 1.* Has igitur circunstantias assero non posse explicari, quin repetatur peccatum. Ita *Suar. de Pœnit. d. 22. sect. 2. n. 8. Meratius d. 26. sec. 2. Lugo. d. 16. n. 649. Filliuc. tr. 7. cap. 4. quæst. 2. n. 80. Escobar. lib. 15. sect. 2. problem. 77.*

P. Suar. *P. Merat.* *P. Lug.* *P. Filliuc* *P. Escobar*

265 Neque fundamenta opinionis contrariæ (quatenus faciunt contra communem in priori sensu explicatam) solutione carent. *Ad primum* aliqui admittunt cum *Suar. cit. n. 9.* etiam in eadem confessione posse separari à peccato circunstantiam. Hoc tamen, licèt verum sit in circunstantiis finis; ut quando quis furatus est propter fornicationem; tunc enim potest confiteri furtum, deinde intentionem fornicandi, quia circunstantia finis solùm est circunstantia secundùm quid, re ipsâ est actus, & peccatum distinctum, ac proinde potest distinctè confiteri, ut cum *Nav.* & aliis tenet *Diana 1. p. tr. 7. res. 23.*

Navar. *Diana.*

266 Non tamen videtur admittendum in aliis circunstantiis, quæ sunt veræ circunstantiæ, & non actus, seu peccatum distinctum; hæ enim solùm possunt separari in diversa confessione, non in eadem. Diversa ratio est; quia in eadem confessione videtur decipi Confessarius, putans non unum, sed duplex fuisse peccatum, quod inconveniens non visitur in confessione diversa; nam Confessarius non computat peccata unius confessionis cum peccatis alterius, in ordine ad quæ illa judicet diversa; at computat peccata unius confessionis inter se: unde, si dicantur ut distincta, illa judicabit diversa, & decipietur.

267 *Ad secundum* respondetur sufficienter explicari utramque malitiam sigillatim sumptam: non nego quamlibet accrescere ex conjunctione alterius ratione maioris libertatis, qua violatur unum præceptum, quando illi adjungitur aliud præceptum, sed assero neminem teneri ad explicandam circunstantiam maioris libertatis. De quo *disp. sequent.*

268 *Ad tertium* respondetur solas circunstantias specificas posse separari, non verò individuales: diversa ratio est, quia individuales individuant hoc numero peccatum, illud constituentes, & distinguentes, ità ut, nisi explicentur, non explicetur hoc numero peccatum, sed aliud diversum: at verò una circunstantia specifica non specificat aliam speciæ diversam, neque illam constituit, aut distinguit; ac proinde possunt separatim explicari.

§. 3.

Utrùm excommunicatus, qui excommunicationis ignarus confessus est, teneatur confessionem repetere?

269 *Excommunicatus excommunicatione maiori, vel minori reservata, non confitetur validè, si sciens excommunicationis ad confessionem accedit.*

270 *Si accedat bona fide, adhuc probabile est non accipere verum Sacramentum.*

271 *Sed probabilius est oppositum.*

272 *Explicatur difficilis textus in* Cap. fin. de Clerico excommunicato.

273 *Prædictus pœnitens qui accedit bona fide, manet absolutus à peccatis, non tamen ab excommunicatione.*

274 *Quod si Sacerdos habeat jurisdictionem ad absolvendum à censuris, pœnitens etiam manet absolutus ab illis.*

269 **Q***Uintus casus est*, si pœnitens sit excōmunicatus excōmunicatione maiori, vel minori reservata: nā excōmunicatus prohibetur à susceptione Sacramentorū, & peccat graviter accedendo ad illa, unde facit confessionem nullam; quia quoties pœnitens peccat mortaliter recipiendo absolutionem, facit confessionem nullam defectu dispositionis, & consequenter tenetur eam repetere.

270 Sed quid dicendum, si pœnitens ignarus excommunicationis, vel saltem ejus effectûs, accedat bona fide ad Confessarium non habentem jurisdictionem ad absolvendum ab excommunicatione? Plures existimant non accipere verum Sacramentum. Ita *Vasq. de Excommunicat. dub.* 4. *Sylvest. Confessio* 1. *q.* 3. *& plures cum Hurt. d.* 8. *dif.* 7. *& Ioan. Sanch. in selectis d.* 32. *n.* 11. Probatur, quia Canones non solùm prohibent, sed etiam annullant hujusmodi susceptionem Sacramenti: & hoc videtur ostendi ex *Cap. finali de Clerico excommunicato*, ubi Gregorius. X. loquens de Clerico excommunicato excommunicatione minori, sic ait: *Peccat autem conferendo ecclesiastica Sacramenta, sed ab eo collata virtutis non carent effectu, cùm non videatur à collatione, sed à participatione Sacramentorum, quæ in sola consistit perceptione, remotus*; &c. Ubi ponderandum est cum Vasq. illud verbum *Remotus*; non enim potest intelligi de mera prohibitione, nam quoad hanc etiam est remotus à collatione; dicit enim Pontifex prædictum Clericum peccare conferendo Sacramenta: ergo intelligendum est de remotione quoad incapacitatem; sic enim non est remotus à collatione, sed solùm à susceptione. Et hæc doctrina, licèt non sit vera in susceptione Sacramentorum, quæ dependent à sola potestate Ordinis (hæc enim non possunt annullari ab Ecclesia) vera est, inquiunt Doctores citati, in susceptione Sacramentorum, quæ dependent à potestate jurisdictionis, quia hæc dependet ab Ecclesia, & talis est susceptio Sacramenti Pœnitentiæ.

P. Vasq. Sylvest. P. Hurt Ioannes. Sanch. Cap. finale

271 *Nihilominus* dicendum suscipi in hoc casu Sacramentum validum, & consequenter non esse repetendũ. Ita *Suar. de censur. disp.* 10. *sect.* 3. *Nav. man. cap.* 9. *n.* 4. *Tolet. l.* 3. *cap.* 10. *Laym. in Theol. moral. l.* 5. *tr.* 6. *cap.* 12. *n.* 12. *Coninck d. Sacram. disp.* 8. *dub.* 3. *concl.* 4. *n.* 104. *Diana* 3. *p. tr.* 4. *resol.* 78. *& tr.* 15. *resol.* 68. *ubi Villalob.* & alii plures, quibus adde *Sanch. l.* 2. *in Dec. cap.* 8. *n.* 5. *Lug. d.* 16. *n.* 613. *Tan. ubi proximè n.* 128. *cum Valent. Henr.* & aliis pluribus, *Bon. ubi suprà.* Probatur, quia nullus est textus irritans, & annullans, prædictam Sacramentorum susceptionem; neque id ex *Cap. fin.* potest intelligi, aliàs etiam Sacramentum Matrimonii contractum ab excommunicato esset nullum, est enim ejus valor dependens ab Ecclesia: at verò Sacramentum Matrimonii contractum ab excommunicato est validum, ut constat ex textu *in Cap. Significasti de eo, qui duxit in matrimonium*, & cum communi Doctorum tenet *Sanch. de Matrimonio l.* 7. *d.* 9. *n.* 2. ergo idem dicendum de Sacramento Pœnitentiæ.

P. Suar. Navar. P Toletus P. Laym. P. Coninc Diana. Villalob. P. Sanch. P. Lugo. P. Tanner P. Valent. P. Henriq Bonacin. Cap. Significasti. P. Sachez.

271 Neque obstat text. in *Cap. fin.* licèt enim sit valde difficilis, duo illi possunt adhiberi intellectus: *primus*, si dicas Clericum ligatum excommunicatione minori solùm peccare venialiter conferendo Sacramenta, peccare verò mortaliter ea recipiendo, quia sola receptio Sacramenti est prohibita, non verò collatio; est tamen hæc peccatum veniale propter irreverentiam, quæ ratione excommunicationis fit ipsi Sacramento. Et ita cum *Tolet. in sum. l.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. *Caiet. verbo Excommunic. minor. Sayr. de censur. l.* 2. *cap.* 22. *n.* 17. *Covar. d. §.* 88. *n.* 2. *Avila de censur. p.* 2. *cap.* 6. *disp.* 12. *dub.* 3. & alii, quos sequitur *Aug. Barbos. in collect. to.* 3. *in dict. cap. fin. n.* 6. Neque officit quòd textus simpliciter dicat peccare conferentem, & verbum *Peccat*, quando ponitur absolutè, debeat accipi in proprio sensu, ac proinde intelligi de peccato mortali, juxta *Reg. Cap. Penultimi de sententia excommun.* Non, inquam, id officit; quia in hoc textu est specialis ratio, dixerat enim Pontifex initio illius celebrantem peccare graviter ratione susceptionis; & statim loquendo de sola collatione, abstrahit à particula *graviter*, & solùm dicit conferentem peccare; qui modus loquendi in his terminis respectivè ad particulam *graviter*, à qua abstrahit, videtur solùm importare peccatum leve. Et ita cum *Anchar ano, Covar.* & aliis pluribus tenet *Barbosa* loco citato.

P. Toletus Caietan. Sayr. Covar. Avila. Barbosa. Cap. Penult. Anchar. Covar. Barbosa.

Secundus intellectus desumi potest ab intentione textûs; quæsitum enim fuit à Pontifice: Utrùm valeret Sacramentum collatũ à Clerico excõmunicato excõmunicatione minori? Et respondit Pontifex, valere; quia nihil obstare potest, nisi fortè, quia hujusmodi Clericus sit remotus à cõmunione Sacramẽtorũ: at minor excõmunicatio (inquit Summus Pontifex) non removet à collatione Sacramenti, sed solùm à susceptione; unde concludit collationem esse validam, quod erat intentum. Utrùm verò nulla sit susceptio? Est alia quæstio, quam Summus Pontifex non decidit in textu citato: illi tamen respondendum

tendum est non esse nullam, quia in nullo textu prohibetur per verba annullatoria.

173 Quæres primò: utrùm pœnitens in casu proposito maneat absolutus ab excommunicatione ratione absolutionis generalis à Censuris, quæ præmittitur absolutioni Sacramentali? Respondetur negativè; sed solùm manere absolutum à peccatis, quia (ut suppono) Confessarius solùm habebat jurisdictionem ad absolvendum à peccatis, non verò à tali excommunicatione. Ita Doctores citati cum *Suar. de pœnit. d. 31. sect. 4. n. 19.* P. Suar.

274 Quæres secundò: Utrùm maneat absolutus ab excommunicatione, si illius ignarus absolvatur à Confessario habente potestatem? Negare videtur *Suar. cit.* Sed probabiliùs affirmandum censeo cum *Vasq. q. 91. a. 3. dub. 3. Coninck disp. 14. de excom. dub. 16. n. 217. & n. 225. Lug. ubi proximè n. 623.* quia Confessarius potest absolvere, & absolvit quantum potest, dicens: *Quantum ego possum, & tu indiges, &c.* P. Vasq. P. Coninck P. Lug.

Instabis: Ergo manet absolutus ab excommunicatione, licèt eam supprimat mala fide. Respondetur negando sequelam, quia verba (*Quantum ego possum*) limitant absolutionem non solùm quoad validum, sed etiam quoad licitum: & non est licitum concurrere cum dolo, & fraude eamque fovere.

§. 4.

Quando confessio repetenda sit ob defectum ex parte Confessarii?

275 *Repetenda est, quando Sacerdos non est usus verâ formâ.*

276 *Et quando constat non habuisse intentionem absolvendi: aut carebat jurisdictione, quia erat excommunicatus, vel non approbatus; aut quia peccata erant reservata.*

277 *Temperatur hæc doctrina cum duabus moderationibus.*

275 SEcunda difficultas: Quibus in casibus confessio est invalida, ac proinde repetenda ob defectum ex parte Confessarii? Sex à Doctoribus recensentur: *Primus*, si Confessarius forma substantiali non est usus: quia absque ea subsistere nequit Sacramentum.

276 *Secundus*, si non habuit intentionem absolvendi: verùm iste defectus nunquam est præsumendus, nisi ipse Sacerdos dicat se non habuisse intentionem, quia in dubio possessio stat pro absolutione legitimè prolata. *Tertius*, si Confessarius non habeat jurisdictionem; quia est excommunicatus, vel non approbatus, aut quia peccata sunt reservata.

277 Hic tamen notanda sunt duo: primum, si Confessarius habebat jurisdictionem ad aliqua, & non ad omnia, non esse repetenda illa, ad quæ habebat jurisdictionem, si pœnitens bona fide accessit: sed illa duntaxat, ad quæ Confessarius jurisdictionem non habebat: quia utile per inutile non vitiatur, ut cum *Caiet. in sum. verbo Confessionis iteratio. Sylvest. verbo Confessio 1. n. 6. Henr. l. 4. cap. 14. n. 12. Nav. man. cap. 9. n. 6. Tabien. verbo Confessio n. 23. Armil. ibid. §. 12.* & aliis, tenent *Coninck d. 6. dub. 5. Lugo d. 16. n. 598. Tanner. cit. n. 130.* Caiet. Sylvest. P. Henriq. Navar. Tabiena. Armill. P. Coninck. P. Lugo. P. Tanner.

Secundum, non esse repetendam confessionem, quando datur error communis, seu opinio probabilis jurisdictionis Confessarii; nam Ecclesia tunc eam supplet, juxta legem *Barbarius ff. de officio prætoris*, de quo pleniùs tractatu 6. Lex Barbar.

§. 5.

Utrùm repetenda sit confessio, quando deprehenditur Confessarium aliqua peccata non intellexisse propter ignorantiã linguæ, aut peccatorum?

278 *Repetenda sunt illa peccata duntaxat, quæ Sacerdos non intellexit.*

279 *Quod si ea ut peccata intellexit, putavit tamen venialia, cùm essent mortalia; probabilius est non repeti oportere.*

280 *Si autem Sacerdos est adeò ignorans, ut nequeat discernere inter mortale & veniale, etiam in his, quæ sunt communia, probabile est debere repeti.*

281 *Sed oppositum est probabilius.*

278 QUartus casus, si Confessarius aliqua peccata nullo modo intellexit ex ignorantia linguæ, aut ipsorum peccatorum, putans non esse peccata: & tunc ista tantùm sunt repetenda, non verò alia, quæ Confessarius

riùs sufficienter intellexit, ut tenent Doctores citati.

279 *Sed hic dubitari potest:* Utrùm repetenda sint peccata, quæ quidem Sacerdos aliquo modo intellexit, sed ex ignorantia non potuit discernere, an essent mortalia, imò putavit esse venialia, cùm re verà essent mortalia, vel è contra? Repetenda esse existimant *Vasq. tom. 4. q. 93. a. 3. dub. 1. & Victor.* ubi infrà. Sed *Coninck cit. n. 18. & Suar. 3. p. tom. 4. disp. 26. sect. 6. Sanch. in Decal. l. 1. c. 10. n. 69. Henr. l. 2. de pœnit. cap. 14. n. 5. Sylv. verbo Confessio 1. n. 3. Zerol. in praxi cap. 21. quæsito 3. vers. Dico 2. Bonac. q. 5. sect. 2. punct. 3. n. 14. Diana 3. p. tract. 4. resol. 201.* contrarium tenent, & meritò: quia ex parte pœnitentis dantur omnia requisita; &, ut suppono, accedit bona fide. Deinde ex parte Confessarii datur potestas ad absolvendum, & ipse vult absolvere, & de facto absolvit quantum potest: ergo, &c.

P. Vasq. Victor. P. Coninc. P. Suar. P. Sanch. P. Henriq. Sylv. Zerol. Bonacin. Diana.

280 Maius dubium est, quando Confessarius est adeò ignorans, ut nesciat distinguere inter mortalia, & venialia, etiam in his, quæ sunt communia. Et saltem in hoc casu repetendam esse confessionem tenent *Victor. in sum. de confess. n. 168. cum Navar. man. cap. 9. n. 3. & aliis. Vasq. q. 93. a. 3. dub. 2. Valent. q. 11. punct. 3. Turrian. 25. dub. 2.* Et probatur, quia hujusmodi confessio perinde se habet, ac illa, quæ fit Sacerdoti dormienti, aut sermonis ignaro.

Victor. Navar. P. Vasq. P. Valent. P. Turriã.

281 *Nihilominus* probabilius dicendum videtur, si pœnitens accessit bona fide, non esse repetendam. Ita *Gabr. dist. 17. q. 1. a. 3. d. 2. Med. codice de confess. q. de confessione diminuta iteranda. Henr. l. 5. de pœn. cap. 14. n. 5. Cord. casu 9. Suar. disp. 28. sect. 2. n. 12. Hurt. disp. 10. diff. 15. Sylvius q. 8. a. 5. quæsit. 7. Mercerus ibid. q. 9. n. 1. Tanner. ubi proximè n. 133. Lug. n. 602. & Leander tr. 5. de Sacramento Pœnit. disp. 5. q. 84.* Probatur, quia non est de essentia confessionis quòd Sacerdos discernat inter peccatum mortale, & veniale; sed satis est quòd sciat esse peccatum, ut constat ex proxima resolutione. Deinde ex parte pœnitentis dantur omnia requisita. Tandem Sacerdos habet potestatem, & vult absolvere, & de facto absolvit quantum potest: ergo, &c. Neque verum est hujusmodi confessionem perinde se habere, ac illam, quæ fit Sacerdoti dormienti, aut linguæ ignaro; nam tunc Sacerdos nullo modo intelligit peccata, hîc verò maximè.

Gabr. Medina. P. Henriq. Cordub. P. Suar. P. Hurtado. Sylvius. Mercer. P. Tanner. P. Lug. Leander.

§. 6.

Utrùm, & quomodo repetenda sit confessio, quando deprehenditur Confessarius aliqua peccata non intellexisse propter distractionem, somnũ, aut surditatẽ?

282 *Illa peccata duntaxat repetenda sunt, quæ Confessarius non intellexit.*

283 *Quid faciendum, quando pœnitens dubitat, quæ fuerint peccata?*

282 Quintus casus est, si Confessarius aliqua peccata non intellexit ex distractione, somno, vel surditate. Et hæc repetenda esse, non tamen alia, quæ Confessarius intellexit, cum communi Theologorum tenent *Henr. l. 5. cap. 14. n. 5. Laym. l. 4. tr. 6. cap. 9. n. 5. Diana ubi proximè resol. 109. Lug. n. 606. Tannerus, & Coninck ubi suprà.* Nam de his peccatis in hoc casu est eadem ratio, atque in proximo.

P. Henriq. P. Laym. Dian. P. Lugo. P. Tanner. P. Coninc.

283 Sed quid dicendum, quando pœnitens certò, aut cum dubio morali deprehendit Sacerdotem non intellexisse aliquod peccatum, & dubitat quodnam fuerit? Respondetur debere repetere illud, de quo moraliter dubitat. Ita cum communi Theologor. *Sanch. l. 1. Decal. cap. 10. n. 71. & 74.* quia præcepto certo non satisfit solutione dubia. Quid tamen asserendum, si de nullo in individuo, neque in specie dubitat; sed tantùm de aliquo in genere? Respondetur debere explicare dubium in genere, dicendo: Scio, vel dubito, an Confessarius audierit, vel perceperit unum peccatum grave meum, nescio quale fuerit. Ita *Lug. cit. à n. 607.* quem citat, sequitur, & transcribit *Leander disp. 5. q. 86.* Utrùm verò teneatur explicare species peccatorum illius confessionis, dicendo: In illa confessione confessus sum tales, ac tales species peccatorum? Affirmat *Lug. cit. n. 610.* Respondendum tamen videtur non teneri, si solùm dubitat de peccato in genere: quia solùm tenetur repetere peccatum eo modo, quo de illo dubitat; & solùm dubitat de eo in genere. Ita *Coninck disp. 7. dub. 11. n. 108. Diana ubi proximè resol. 66.* & alii.

P. Sanch. P. Lugo. Leand. P. Coninc. Diana.

§. 7.

§. 7.

Utrùm, quando Sacerdos ante absolutionem obliviscitur confessionis, illi repetenda sit distinctè, an sufficiat repetitio in genere, & confusa?

284 *Repetenda est confessio, quando Sacerdos ante absolutionem obliviscitur confessionis: & assignantur casus, in quibus Sacerdos oblivisci solet.*

285 *Non requiritur repetitio expressa, sed sufficit in genere, & confusa.*

284 SExtus casus, si Confessarius ante absolutionem obliviscatur confessionis: & hoc potest contingere tripliciter. *Primò*, quando confessio durat plures dies, & cùm absolutio conferenda est, Sacerdos eorum, quæ prioribus diebus dicta sunt, obliviscitur. *Secundò*, quia oportet aliquando dimitti pœnitentem per aliquot dies deponendæ occasionis gratiâ, vel ex alia justa causa: & tunc, quando pœnitens revertitur, Sacerdos confessionis obliviscitur. *Tertiò*, quia diebus aliquod decursis potest absolutio deprehendi fuisse nulla, aut defectu doloris, & propositi, aut defectu jurisdictionis: & tunc potest pœnitens iterum velle absolvi ab eodem Cõfessario, qui jam confessionis obliviscitur.

285 Verùm in primo, & secundo casu (de tertio enim statim dicam) non est necessaria repetito expressa, sed sufficit confusa, & ut uno verbo dicas: Accuso me de omnibus, quæ per hosce dies, vel tali, aut tali die tibi sum confessus. Ita *Suar. disp. 21. sect. 6. in fine*, *Coninck disp. 7. dub. 11. n. 109. Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 3. n. 15. Navar. cap. 9. n. 19. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 11. punct. 3. pag. 1364. Sylvest. verbo Confessio quæsit. 3. Vasq. q. 92. a. 3. dub. 3. Regin. l. 8. n. 33. Zerola in prax. cap. 10. q. 14. & cap. 21. q. 10. Lug. à n. 526.* Qod intelligendum est, quando Sacerdos recordatur status pœnitentis, aut pœnitentiæ impositæ. Imò addendum videtur cum *Suar.* & *Laym.* si pœnitentia sit imposita (in quo standum est testimonio pœnitentis) non esse opus quòd Sacerdos illius, vel status pœnitentis recordetur; sed sufficere quòd recordetur se audivisse confessionem talis pœnitentis, & illum judicasse absolutione dignum. Quòd si pœnitentia non est imposita, debet Sacerdos exigere confessionis summam, quantum satis erit ad pœnitentiam imponendam: quod si nec id exigat, neque pœnitentiam imponat, sed tantùm absolvat, peccabit quidem, negligenter se gerens in officio suo. Item Sacramentum manebit mutilum defectu satisfactionis, quæ est ejus pars integrans accidentalis, erit tamen validum quoad partes essentiales, ut docet *Laym. cit. cap. 4. num. 6.*

P. Suar. P. Coninck. Bonacina. Navar. P. Valent. Sylvius. P. Vasq. P. Reginal. Zerola. P. Lugo. P. Suar. P. Laym.

§. 8.

Utrùm etiam, quando confessio fuit nulla defectu jurisdictionis, aut doloris, sufficiat repetitio confusa?

286 *Quando tamen prior confessio fuit invalida defectu jurisdictionis, aut doloris, aliqui probabiliter putant faciendam esse repetitionem expressam.*

287 *Sed probabilius est, etiam tunc sufficere repetitionem confusam.*

288 *Diluitur fundamentum opinionis contrariæ.*

276 UTrùm verò tradita doctrina solum verum habeat in primo, & secundo eventu, quando scilicet confessio duravit plures dies, aut per aliquos absolutio dilata est: non autem in tertio eventu, quando confessio deperhensa est nulla defectu jurisdictionis, aut doloris? Plures existimant cum *Suar. & Coninck cit.* solum esse veram in primo, secundo, non autem in tertio eventu. Et probatur; quia in tertio, aut confessio fuit nulla defectu doloris, & tunc non fuit Sacramentalis: at confessio quæ requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ, debet esse Sacramentalis: aut fuit nulla defectu jurisdictionis; tunc præterquam quòd non fuerit Sacramentalis, non est facta judici: confessio autem debet fieri judici.

P. Suar. P. Coninck.

287 Probabilius tamen dicendum videtur, etiam in hoc tertio eventu traditam doctrinam locum habere. Ita omnes alii Doctores locis citatis. Probatur ex communi praxi; quando enim pœnitens statim post confessionem nullam ob aliquem defectum redit ad eundem Confessarium, & illi confitetur suum defectum,

Con-

Confessarius non illum cogit repetere distinctè eandem confessionem, sed tantùm quærit: Utrùm se accuset de iisdem peccatis, quæ dixerat; & tamen Confessarius non habet memoriam distinctam confessionis factæ, nimirum perjuria fuisse viginti tria, desideria turpia quatuordecim, omissiones Missæ quindecim, &c. Item quando pœnitens simul cum peccatis ordinariis se accusat de nonnullis reservatis, solent Confessarii, dilatâ absolutione, petere licentiam à Prælato, & eâ obtentâ pœnitentem postea absolvere, præmissa tantùm brevi repetitione confessionis in genere, & in confuso.

288 Neque verum est confessionem, in qua defecit dolor, non fuisse Sacramentalem: nam hæc ut talis sit, non est necesse quòd adsint aliæ partes Sacramentum integrantes, nimirum absolutio, & dolor: sed sufficit quòd de se apta sit ad faciendum Sacramentum, si concurrant aliæ partes: at confessio, in qua defecit dolor, de se est apta ad faciendum Sacramentum, si concurrant aliæ partes, absolutio, & dolor.

Quod si defecit jurisdictio, concedendum est illam priorem confessionem non fuisse legitimam, & Sacramentalem, utpote factam non judici: sed asserendum videtur sufficere secundam confusam, non se solâ, sed prout refertur ad primam distinctam. Neque obstat quòd pro tunc prima distincta non existat formaliter in memoria sacerdotis, satis enim est, quod existat virtualiter in judicio, quod in ordine ad absolutionem format Sacerdos, & quo recordatur se audivisse illum pœnitentem, & illum absolutione dignum judicasse.

DISPUTATIO TERTIA

De Peccatis, prout sunt materia remota hujus Sacramenti.

D*Istribuitur per novem sectiones. In prima quæritur: Quæ peccata sint materia hujus Sacramenti? In secunda: Utrùm omnia manifestanda sint, non solum quoad speciem, sed etiam quoad numerum? In tertia: Utrùm etiam aperiendæ sint omnes eorum circunstantiæ, tam aggravantes, quàm mutantes speciem? In quarta disseritur de circunstantiis mutantibus speciem in particulari, & primo de circunstantia,* Quis. *In quinta de circunstantia,* Quid. *In sexta de circunstantia,* Ubi. *In septima de circunstantia,* Quibus auxiliis, & Cur. *In Octava de circunstantia,* Quomodo, & Quando. *In nona: Utrùm aliquando, & quas ob causas possit taceri aliquod peccatum, & circunstantia.*

SECTIO I.

Quæ peccata sint materia hujus Sacramenti?

Peccata commissa ante Baptismum non sunt materia confessionis.

289 P*Rima difficultas*: Utrùm sola peccata cõmissa post Baptismum, sint materia hujus Sacramenti? *Angelus verbo confession. 2.* existimat etiam peccata actualia cõmissa ante Baptismum esse materiam hujus Sacramenti, non quidem necessariam, sed sufficientem. Contrarium tamen tenendum est cum communi Doctorum apud *Suar. d. 18. sect. 1.* nec aliud potest defendi post *Concilium Trid. sess. 14. cap. 1.* ubi dicitur Sacramentum pœnitentiæ fuisse institutum à Christo Domino ad remittenda peccata commissa post Baptismum, & ad reconciliandos Christi fideles post Baptismum lapsos, &c. Quæ doctrina repetitur *cap. 2. & cap. 5. & can. 1.* ergo peccata commissa ante Baptismum non sunt materia hujus Sacramenti.

P. Angel. T. Suar. Trident.

§. 1.

Utrùm peccata commissa in ipso instanti Baptismi sint materia hujus Sacramenti?

290 Re-

290 Refertur sententia asserens non esse materiam confessionis, sed deleri per Baptismum.
291 Sed probabilius est esse materiam confessionis.
292 An possit quis excommunicari pro peccatis commissis in instanti Baptismi?
293 Probabile est suprà traditam doctrinã solùm intelligi de peccato fictionis.
294 Sed probabilius est intelligi de omnibus commissis in eo instanti.
295 Explicatur locus D. Thomæ, qui videtur contrarius.
296 Diluuntur fundamenta contraria relata n. 290 & explicatur locus Concilii Tridentini.
297 Explicatur alius locus ejusdem Tridentini.
298 Declaratur locus Divi Augustini.
299 Martyr non potest committere peccatum aliquod in instanti martyrii.
300 Christus Dominus in Baptismo solùm applicat suum sanguinem pro peccatis commissis ante Baptismum.

290 SEcunda difficultas esse potest de peccatis commissis in ipso inst nti Baptismi, nimirum de fictione, seu indispositione, cum qua quis baptizatur. Et hoc sacrilegium non esse materiam Sacramenti Pœnitentiæ, sed remitti postea, recedente fictione, per ipsum Sacramentum Baptismi, docent *Ioan. de la Cruz in direct. consc. p. 2 de Bapt. q. 4. dub. 4. conclus. 2. Cabrera de Sacram. q. 69. a. 10. Sylvius in 3. p. q. 69. a. 10. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 5. diff. 10. Diana 3. p. tract. 4. resol. 14.* Probatur primò: quia, ut constat ex *Concilio Trid.* locis proximè allegatis, sola peccata commissa post Baptismum sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ; peccatum verò, de quo loquimur, non fuit commissum post Baptismum, sed in ipso. Secundò; quia, ut constat ex eodem *Trid. cap. 2. Ecclesia in neminem judicium exercet, qui non priùs in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus, &c.* At verò qui in instanti Baptismi peccat, non priùs ingreditur Ecclesiam, quàm peccet; sed simul ingreditur, & peccat. [Cruz. Cabrera. Sylvius. Villalob. Diana. Concil. Trident.]

Tertiò ex *D. Aug. de baptismo contra Donatistas lib. 1. cap. 12. to. 7.* ubi loquens de effectu Baptismi, *Quidquid* (inquit) *suprà est solvitur: etiam ipsa hora, momentumque ante Baptismum, & in Baptismo. Deinceps autem reus esse continuò incipit, &c.* Quartò exemplo martyrii, quod est quidem Baptismus; unde, sicut martyrium extenditur non solùm ad peccata ante illud commissa, sed etiam ad venialia commissa in ipso instanti martyrii; nam hæc in primo instanti post separationem animæ à corpore remittuntur Martyri virtute martyrii, juxta ea, quæ diximus *tract. 1. disp. 3. sect. 1.* sic etiam Baptismus extenditur non solum ad peccata commissa ante ipsum Baptismum, sed etiam ad peccata commissa in eodem instanti. Quimmò, quia in eo per Baptismum applicatur pretium sanguinis Christi ad solvenda omnia debita contracta: peccatum verò, quod tunc committitur, etiam est debitum contractum. [D. August.]

291 Nihilominus dicendum peccatum commissum in instanti Baptismi esse materiam hujus Sacramenti. Ita communis Theologor. cum *D. Thom. q. 69. a. 10. ad. 2. Suar. disp. 28. sect. 9. Vasq. disp. 160. n. 17. Valent. q. 4. punct. 2. & alii. Bonac. de Baptismo q. 2. punct 7. n. 14. Tan. ibidem q. 3. n. 74. Lugo de pœnit. disp. 16. sect. 1. Leander. tr. 5. disp. 1. q. 8.* Probatur primò, quia omnia peccata fidelium sunt materia hujus Sacramenti; & hoc definitum est in *Trid. sess. 14. cap. 5.* ubi dicitur, *Christum Dominum reliquisse Sacerdotes sui Vicarios, tanquam præsides, & judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint, &c.* at verò peccata; quæ committuntur in instanti Baptismi, sunt peccata fidelium, nam baptizatus in eodem instanti quo baptizatur, manet Christi fidelis. [D. Thom. P. Suar. P. Valent. P. Vasq. Bonac. P. Tanner. P. Lug. Leand. Trident.]

Secundò probatur ex *D. August.* ubi proximè, qui loquens de peccato fictionis, quod quis committit in instanti Baptismi, asserit illud postea per Sacramentum confessionis remitti, ibi: *Fit, ut non denuò baptizetur, sed ipsâ piâ correctione, & veraci confessione purgetur, quod non posset sine Baptismo: ut quod antè datum est, tunc valere incipiat ad salutem, cùm illa fictio veraci confessione recesserit, &c.* Tertiò probatur ratione: quia baptizatus in eodem instanti, quo baptizatur, manet subditus Ecclesiæ, & legibus illius; quod vel inde ostenditur, quia potest in eo instanti peccare contra illas; ergo potest à criminibus in eo commissis contra illas absolvi ab ipsa Ecclesia. Potest, inquam, peccare contra leges Ecclesiæ ad eum modum, quo Religiosus in eo instanti, quo emit-[D. August.]

emittit vota professionis, potest peccare contra illa, si nimirum perseveret in intentione retinendi aliquid proprium, aut non obediendi Prælato. Item ad eum modum, quo quis in eo instanti, quo matrimonium contrahit, potest peccare contra jus alterius conjugis, si habeat animum perseverandi in concubinatu: ergo, &c.

292 *Utrùm verò* baptizatus possit excommunicari pro peccatis commissis in eo instanti? Est maius dubium, quia ad excommunicationem videtur requiri contumacia. Sed dicendum est cum *Suar. de censur. disp.* 18. *sect.* 3. *n.* 30. non requiri contumaciam formalem, sed sufficere materialem, nempe illam, qua peccatur contra præceptum deferens sui admonitionem sub censura: & qui baptizatur, potest esse sciens præcepti obligantis pro instanti Baptismi sub censura, ac proinde peccans in tali instanti, potest eam incurrere.

293 *Quæres*: Utrùm tradita doctrina intelligatur solùm de peccato fictionis, an etiam de aliis, nimirum de odio, hæresi, aut turpi desiderio commissis in ipso instanti Baptismi? Intelligi solùm de fictione, & non de aliis, existimant communiter Doctores cum *Suar. & Vasq.* quos citat *Tan. ubi proximè n.* 81. Probatur, quia solum peccatum fictionis est naturâ posterius ipso Baptismo, consistit enim in eo, quòd recipiatur Sacramentum cum obice ad ejus effectum; unde mediat inter ipsum Sacramentum, & effectum illius: alia peccata nullo modo supponunt Baptismum, sed sunt simul cum illo: at verò sola peccata, quæ aliquo modo, saltem naturâ, supponunt Baptismum, sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ. Et hæc doctrina videtur esse *D. Thom.* 3. *p. q.* 69. *a.* 10. *ad* 2. ubi constituens discrimen inter fictionem, & alia peccata, quæ existunt simul cum Baptismo, dixit illam tantùm, & non hæc esse materiam Sacramenti Pœnitentiæ.

P. Suar. P. Vasq. P. Tanner D. Thom.

294 His tamen non obstantibus, licèt re vera in fictione sit prædicta maior ratio, dicendum videtur non solùm illam, sed etiam alia peccata, quæ committuntur in instanti Baptismi, esse materiam confessionis. Hoc probabile existimat ipse *Tanner. cit*, & Probabilius dicit *Lugo ubi proximè*? nam etiam alia peccata, quæ committuntur in instanti Baptismi, dicuntur peccata hominis fidelis; siquidem baptizatus, ut diximus, in eodem instanti, quo baptizatur, manet fidelis: at verò peccata hominis fidelis sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ, ut constat ex *Tridentino* loco citato.

P. Tanner P. Lug.

295 Neque officit locus *D. Thom.* nam aliud est loqui de peccatis actualibus, quæ committuntur in instanti Baptismi, aliud de habitualibus, quæ tunc non committuntur, sed fuerunt commissa ante Baptismum, & tunc solùm existunt habitualiter. *D. Thomas*, quando dicit solam fictionem esse materiam Sacramenti Pœnitentiæ, non verò alia peccata, loquitur de aliis peccatis ante Baptismum commissis, & pro tunc solùm habitualiter existentibus; nam hæc non sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ, quia non sunt peccata commissa ab homine fideli, sed infideli: non loquitur de peccatis commissis in ipso instanti Baptismi, quia hæc sunt commissa à fideli, & consequenter materia Sacramenti Pœnitentiæ. His ita constitutis,

296 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ propositum *n.* 290. & desumptum ex *Concilio Trid.* loco citato, quatenus asserit sola peccata commissa post Baptismum esse materiam Sacramenti Pœnitentiæ, responderi solet communiter cum *Suar. & Vasq.* peccatū fictionis esse post Baptismum, quem supponit in aliquo instanti naturæ, licèt sit simul in instanti reali juxta ea, quæ dicuntur *n.* 293. Verùm hæc solutio solùm inservit peccato fictionis, eo quòd solùm hoc supponat Sacramentum Baptismi, quatenus mediat inter illud, & ejus effectum: nos verò dicimus etiam alia peccata commissa pro illo instanti esse materiam Pœnitentiæ. P. Vasq.

Quare alia nobis solutio generalior quærenda est, & dicendum, *Tridentinum* uti particulâ *Post*, prout opponitur particulæ *Antè*, & non prout opponitur particulæ *Simul*; ad eum modum, quo dicere solemus, hominem non peccare, nisi post usum rationis, sic enim sumimus particulam *Post*, prout opponitur particulæ *Antè*, & non particulæ *Simul*: nam negare nolumus hominem posse peccare in instanti usûs rationis, sed solùm non posse peccare ante illum. Debet, inquam, *Tridentinum* accipi in hoc sensu, quia debet accipi in sensu sibi non contrario, qualis esset, si particula *Post* opponeretur particulæ *Simul*; tunc enim peccata commissa in instanti Baptismi, non forent materia confessionis, cùm tamen essent homini fide-

fidelis; & Concilium dixerit omnia peccata fidelium esse materiam confessionis.

297 *Ad secundum* desumptum ex eodem *Trident. cap.* 2. ubi asserit Ecclesiam in neminem exercere judicium, quin priùs sit baptizatus, eadem applicanda est solutio, dicendumque particulam *Prius* opponi particulæ *Antè*, & non particulæ *Simul*, juxta proximè dicta, ita ut fiat hic sensus: Ecclesia solùm potest exercere judicium in eum, qui est baptizatus, non verò in eum, qui baptizatus non est.

298 *Ad tertium* ex *D. Aug.* asserente per Baptismum non solùm remitti peccata, quæ erant ante Baptismum, sed etiam ea, quæ sunt in ipso instanti Baptismi, Respondetur loqui de peccatis habitualibus, quæ sunt in ipso instanti, non de actualibus, quæ in eo committuntur; nam hæc sunt peccata hominum fidelium, & consequenter materia confessionis.

299 *Ad quartum* respondetur nullum peccatum posse committi in instanti martyrii, nam instans martyrii, quo nimirum Martyrii aureola, cæteraque privilegia conceduntur, non est ullum ante mortem, quo scilicet ille possit retrocedere, sed primum post separationem animæ à corpore, quo Martyr jam peccare non potest.

300 *Ad quintum* dicendum est, per Baptismum ex institutione Christi solùm applicari pretium ejus sanguinis pro peccatis commissis ante Baptismum, nimirum hominum infidelium; non verò pro peccatis hominum fidelium, hæc enim spectant ad Sacramentum Pœnitentiæ, ut patet ex dictis.

§. 2.

Utrùm, & quomodo peccata dubia sint materia hujus Sacramenti?

301 *Refertur sententia asserentium non oportere confiteri peccata dubia.*
302 *Qui Doctores eam sequantur, & quo gradu probabilitatis?*
303 *Sed omnino tenendum est peccata dubia esse materiam necessariam confessionis.*
304 *Rejicio tamen tria communia fundamenta.*
305 *Et appono duo magis firma.*
306 *Diluuntur argumenta contraria, & explicatur regula,* In dubio non est quis spoliandus possessione sua.
307 *In dubio, an preceptum comprehendat aliquam materiam, vel casum, censendum est illum non comprehendere.*
308 *Cur in dubio, an casus sit reservatus, non deferendus sit Superiori; in dubio autem, an sit lethalis, deferendus sit Confessario?*
309 *An Concilium Trident. sufficienter expresserit, peccata dubia esse materiam necessariam confessionis?*
310 *Ad quid inserviat confessio de peccatis dubiis? & an pro illis pœnitentia possit imponi?*

301 Tertia difficultas est de peccatis dubiis; & quærimus: Utrùm sint materia hujus Sacramenti? Pro parte negativa facit. 1. quia *in dubio non est quis spoliandus possessione sua.* Item *prior est conditio possidentis*: cùm ergo quilibet possideat libertatem suam, & famam, non videtur cogendus ad confessionem. *Secundò*, quia dubitans de præcepto, an scilicet extendatur ad hanc materiam, vel casum, non tenetur sub illo, ut cum communi docet *Sanch. in Decal. l.* 1. *cap.* 10. *n.* 32. at dubitare de peccato idem est, ac dubitare, an præceptum confessionis ad illud extendatur. *Tertiò*, quia in dubio, an casus sit reservatus, habendus est pro non reservato, ut suo loco dicemus: ergo similiter in dubio, an casus sit mortalis, erit habendus pro non mortali. *Regula In dubio. Reg. Potior.* *P. Sanch.*

Quartò, quia Concilium *Trid. sess.* 14. *cap.* 5. *& can.* 7. agens de materia hujus Sacramenti, non meminit de peccatis dubiis: at quando lex aliquid non exprimit, maximè si rigorosum fit, censetur illud noluisse comprehendere, juxta text. in *Leg. Quidquid adstringendæ ff. de verborum obligatione*, ibi: *Quidquid adstringendæ obligationis causâ dictum est, id nisi palàm exprimatur, omissum esse censendum est*, &c. Et juxta text. in *regula contra eum* 57. *de regulis juris in* 6. ibi: *Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est facienda interpretatio.* *Trident.* *Lex Quidquid adstringendæ.* *Reg. Contra eum.*

Quintò, quia obligatio confitendi peccata dubia est inutilis, nam imprimis inducit maximos scrupulos, & conscientiarum anxietates; deinde dubii, ut dubii, confessio non variat notabiliter judicium, etiam in foro interno: *injustum quippe est pro culpis dubiis certam pœnam adhibere. Can. Grave* 11. *q.* 3. *Can. Grave.*

302 Et certè hanc opinionem tenaciter defendit *Caramuel in sua Theologia moral. l.* 3. *de conscientiæ dictamine d.* 4. Eam videtur tenere *Henr. l.* 8. *de Eucharistia, in* com-

commento, litera P. ubi asserit in dubio, an sit peccatum mortale, posse deponi practicè conscientiam dubiam, & sic peccatū taceri in confessione: ad eum modum, quo dubitans de voto, aut præcepto, non tenetur illis. Et hoc esse probabile videtur similiter existimare *Laym. to. 1. l. 1. tract. 1. cap. 5. n. 37.* licèt in fine concludat se nihil in hoc puncto velle decernere. Hoc esse in speculatione probabile, non tamen in praxi, docet *Præp. de pœn. q. 5. n. 116.* Idem asserit *Autor casuum conscientiæ Bononiæ fol.* 83. ubi alios allegat.

P. Laym. P. Præpos. Author casuum consc.

303 Nihilominus contraria resolutio est certa, ut cum *D. Thoma in 4. dist. 21. q. 2. a. 3. ad 3. Toleto l. 3. c. 7. n. 6. Suar. d. 21. sect. 9. n. 1. & 2. Valentia disp. 7. q. 9. punct. 3. col. 2. versic.* Quòd si quis dubitaret. *Sayr. de Sacr.* Pœnit. *c. 18. n. 12. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. unica sect. 5. n. 60. Azor to. 1. l. 11. c. 4. q. 3. Sa verbo Confes. n.* 7. & aliis supra 40. Doct. tenet *Sanch. l. 1. Decal. c. 10. n. 66.* quibus adde *Regin. Filliuc. Coninck, Nav. c. 10. n. 7. Henr. l. 4. c. 8. n. 9. Nugn. in addition. q. 6. a. 3. dub. 2. vers. ad 5. Bonac. q. 5. sect. 2. pun. 2. §. 3. diff. 4. Leander. tr. 5. disp. 5. q. 20. & 26. Escobar lib. 15. sect. 1. probl. 35. & 36.* & alii apud ipsos.

D. Thom. P. Toletus P. Suar. P. Valent. Sayr. P. Salas. P. Sa. P. Azor. P. Sanch. P. Reginal P. Filliuc P. Conink Navar. P. Henriq Nugnus. Bonac. Leander. P. Escob.

304 Aliqui probant hanc doctrinam ex illo, quòd *in dubiis tutior pars sit eligenda.* Verùm hæc regula plures patitur exceptiones, & difficile est explicare, cur habeat locum in peccatis dubiis, non verò in voto dubio, neque in præcepto dubio, neque in reservato dubio: cùm tamen tutiùs esset stare voto, præcepto, & casu reservato dubio.

Alii dicunt obligationem de dubiis esse specialem in hac materia; nam in voto, aut in debitis justitiæ, si quis obligaretur ad solvendum, obligaretur ad aliquid extra limites dubii, nimirum ad solutionem certam debiti dubii: at verò in confessione non obligatur pœnitens extra limites dubii; solùm enim obligatur ad confitendum ut dubium id, quod dubium est.. *Sed contra,* quia hoc ipsum est aliquid certum, nam obligatio confitendi peccata dubia est onus certum.

Nonnulli argumentantur ex institutione hujus Sacramenti, quod institutum est in remedium peccatorum, quæ committuntur post Baptismū, nam nisi extenderetur ad peccatū dubiū, qui haberet illud, maneret sine hoc remedio; & (quod inde sequitur) esset deterioris conditionis, quàm qui haberet peccatum certum; nam iste habet remedium confessionis, non verò ille. *Sed contra,* quia peccatum, quod re vera fuit, probabiliter tamen judicatur non fuisse, non est materia necessaria confessionis, sed solùm sufficiens, ut mox ostendemus: cùm tamen idem in eo, atque in peccato dubio, militet incōveniens. His ergo fundamentis relictis, ut minùs firmis.

305 Uno, vel altero nobis innitendū est. Primo ex cōmuni praxi totius Ecclesiæ, quæ videtur ab Apostolis promanasse: ab Apostolis, inquam, qui optimè nôrunt institutionem hujus Sacramenti. Secundò; quia hoc Sacramentū institutū est per modum judicii & tribunalis, ad quod omnia mortalia deferuntur, ut definitur in *Concilio Trid. sess. 14. cap. 5.* At verò ad tribunalia necessariò deferuntur non solæ eorum causæ capitales certæ, sed etiam dubiæ, de quibus ipsa sententiam ferant: neque enim instituta sūt ad solas causas certas, sed etiam ad dubias. Et hujus ultima ratio est, quia jurisdictio tribunaliū est illis favorabilis; unde non solùm ad casus certos, sed etiam ad dubios extendenda, & amplianda est.

306 Neque fundamēta opinionis contrariæ oppositū suadent. *Ad primum* cōcedendum est, in dubio neminē spoliandum esse possessione sua; similiter in dubio meliorem esse conditionē possidentis: at dicendū possessionem stare pro judicio, & tribunali Sacramēti Confessionis, quòd est in possessione cognoscendi de peccatis dubiis, ad quæ etiā institutū est, sicut & alia tribunalia instituta sūt ad cognoscēdū de suis causis dubiis, & sūt in possessione illius.

307 *Ad secundum,* quatenus asserit in dubio præcepti, an cōprehendat aliquam materiam, vel casum, censendū esse illum non cōprehendere, Respondetur concedēdo totum; inde tamen nō colligitur peccata dubia non esse necessariò deferenda ad Sacramentum Confessionis. Diversa ratio est, quia præceptum dubium non est in possessione illius materiæ, vel casûs, de quo dubitatur; at tribunal Confessionis est in possessione cognoscendi de peccatis dubiis, & ad id institutum est.

308 *Ad tertium* respondetur reservationem, cùm sit odiosa, non comprehendere casus dubios: præceptum verò Confessionis maximè, quia est favorabile. Est, inquā, reservatio odiosa, quia restringit jurisdictionē Cōfessarii ordinarii, qua ipse

ipse in dubio non est spoliandus: at obligatio confitendi peccata dubia, non restringit, imò ampliat jurisdictionem tribunalis, quod Christus Dominus instituit pro indulgentiis peccatorum, & in remedium animarum.

309 *Ad quartum*, quatenus dicit Concilium *Trid.* non expressisse, peccata dubia esse materiam hujus Sacramenti, Respondetur in primis id sufficienter expressum esse communi praxi, & consuetudine Ecclesiæ. Deinde, Concilium id sufficienter expressisse, dicendo hoc Sacramentum esse per modum judicii & tribunalis, ad quod omnia peccata mortalia deferuntur; nam ad tribunalia, ut diximus, non solùm deferuntur omnes eorum causæ capitales certæ, sed etiam dubiæ.

310 *Ad quintum* negandum est inutilem esse confessionem de peccatis dubiis, inservit enim ad præservandum à lapsu in similia peccata dubia. Neq; verum est inducere maximos scrupulos, non enim datur obligatio confitendi scrupulos vanos, sed tantùm dubia prudenti rationi consona. Non etiam verum est confessionem peccati dubii non variare notabiliter judicium Sacerdotis, diversum enim judicium format Sacerdos de peccato dubio, ac de certo. Non denique verum est peccato dubio non posse imponi pœnitentiam certam, licèt enim non possit imponi pœnitentia tanta, quanta imponeretur, si peccatum esset certum (& hoc solùm intendit *tex in Can. Grave* loco citato) tamen potest imponi aliqualis pœnitentia pro quantitate dubii.

§. 3.

Quale dubium inducat obligationem confitendi?

311 *Quando formatur judicium probabile pro una tantùm parte, quòd scilicet commiserit peccatum, & non pro opposita, datur obligatio confitendi: non verò è contra.*

312 *Quando formatur judicium probabile pro utraque parte, quòd scilicet commiserit, & quod non commiserit peccatum, aliqui sentiunt dari obligationem confitendi.*

313 *Sed probabilius est non dari.*

314 *Si dubium probabile sit pro utraque parte, an peccatum fuerit confessum, nonnulli opinantur confitendum esse.*

315 *Sed probabilius est non dari talem obligationem.*

316 *Quando dubium est negativum aliqui putant non dari obligationem confitendi.*

317 *Sed probabilius est dari.*

311 Quæres primò: Quale debeat esse dubiũ, ut quis illud teneatur confiteri? Respondetur tres esse dubii gradus. *Primus est*. quando quis format judicium probabile pro una parte, non verò pro opposita, sed tantùm suspicionem, vel timorem, aut formidinem: & tunc, si format judicium probabile, quòd non commiserit peccatum mortale, non tenetur illud fateri: quia opinio probabilis excusat à præcepto, ut est communis Theologorum. Sin autem format judicium probabile, quòd peccatum commiserit, tenetur illud fateri; quia tunc non habet opinionem probabilem in oppositum, quæ excuset à præcepto.

312 *Secundus gradus est*, quando quis format judicium probabile pro utraque parte: & tunc plures Doctores opinantur teneri ad confessionem, quia in dubiis tutior pars est eligenda. Ita *Sal. p. 2. tr 8. q. unica. sect. 5. n. 60. in solut. ad 4. Nug. in addition ad 3. p. q. 9. a. 2. dub. 4. in fine*, & alii apud *Dian. 3. p. tract. 4. resolut. 107. & 6. p. tract. 6. resolut. 3*[?]. P. Salas. Nugnus. Diana.

313 Sed probabilius dicendum videtur non teneri. Ita *Sanchez. Suar. Gran. Henr. Lugo, Coninck, Marchins, Bonac.* & alii ubi suprà, quos citat, & sequitur *Leander tr. 5. disp. 5. q. 28.* Probatur, quia opinio probabilis excusat à præcepto: homo verò in hoc casu habet opinionem probabilem, quòd non peccaverit. Et hæc doctrina habet locum etiam quando sit opinio probabilior pro parte contraria; quia opinio probabilis, licèt sit minùs probabilis, excusat à præcepto. *Neque obstat*, quòd in dubiis tutior pars sit eligenda; hæc enim regula solùm valet, aut quando agitur de valore Sacramenti, aut de favore animæ, in periculo illius; quod non versatur in casu proposito. P. Sanchez. P. Suar. P. Granad. P. Henriq. F. Lugo. P. Coninck. P. Marc. Bonac. Leand.

314 Sed quid dicendum de eo, qui certus de peccato, dubitat an illud fuerit confessus, & habet judicium probabile pro utraque parte? *Coninck de Sacram. disp. 7. num. 68. Fag. pr. 2. l. 3. cap. 4. n. 7.* existimant teneri ad confessionem; quia debitum confessionis est certum, & solutio dubia: at verò debito certo non satisfit solutione dubia. Coninck. P. Fagundez.

314 Dicendum tamen cum *Sanch.*

P. Suar. P. Merat. Bonac.

Suar. Merat. Bonac. & aliis non teneri; quia opinio probabilis excusat à præcepto certo, v. g. à præcepto jejunandi, audiendi Sacrum, recitandi Officium divinum, &c. ergo etiam à præcepto Confessionis. Illa regula, *Debito certo non satisfit solutione dubia*; solùm habet locum, quando non datur opinio probabilis; nam, si hæc detur, reputatur pro certitudine morali.

316 *Tertius gradus est*, quando quis ita indeterminatus est, ut neque pro hac, neque pro illa parte possit ferre judicium probabile. Et in hoc casu *Coninck ubi proximè n. 69. Regin. in prax. tom. 2. l. 29. cap. 6. n. 99. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 2. p. 3. cap. 1. n. 17.* existimant non teneri ad confessionem; quia nemo videtur teneri ad confessionem, nisi probabiliter judicet se peccasse: at verò hic non probabiliter judicat se peccasse. P. Coninck. P. Rigin. Marchin.

317 His non obstantibus dicendum est teneri cum *Sanch. Suar. Merat. Tanner. & Lugo ubi proximè.* Probatur, quia hujusmodi peccatum est verè dubium, & datur præceptum confitendi peccata dubia: neque in hoc casu datur opinio probabilis, quæ ab illo excuset. *Ad fundamentum* opinionis contrariæ respondetur negando, neminem teneri ad confessionem, nisi probabiliter judicet se peccasse: satis est quòd dubitet, ut constat ex dictis. P. Sanch. P. Suar. P. Merat. P. Tanner. P. Lugo.

§. 4.

Utrùm peccatum dictum ut dubium debeat postea, cessante dubio, dici ut certum?

318 *Refertur sententia negativa.*

319 *Quid dicendum de eo, qui confessus est duodecim perjuria, additâ particulâ* Plus minusve, *& postea reperit non fuisse plura, nec pauciora?*

320 *Qui absolutus est ab excommunicatione dubia, non tenetur repetere absolutionem, tametsi reperiat excommunicationem fuisse certam.*

321 *Confirmatur eadem sententia.*

322 *Sed tenenda contraria, quæ est communis.*

323 *Solvuntur fundamenta opposita.*

324 *Peccatum confessum ut certum, si postea deposita certitudine fiat dubium, non est repetendum ut dubium: & vice versâ?*

325 *Qui confessus est decem perjuria, & postea reperit fuisse tantùm septem; non tenetur repetere septem.*

326 *Qui confessus est mortale, putans esse veniale, licèt postea illud cognoscat fuisse mortale, non tenetur repetere.*

318 Quæres secundò: Utrùm, qui confessus est peccatū ut dubium, debeat postea cessante dubio illud confiteri ut certum? Partem negantem sequuntur *Caramuel in Theol. moral. lib. 3. disp. 4. n. 1539. Merol. to. 1. d. 3. cap. 3. dub. 3. corollar. 23. à n. 557. Leander tr. 5. d. 5. q. 27. Escobar. lib. 15. sect. 2. problem. 37.* Illam non improbabilem dicit noster *Bresserus de Conscientia l. 4. cap. 18. n. 197.* Et pro illa acriter pugnat *Lugo disp. 16. à n. 81.* & Caramuel. Merol. Leander. P. Escobar. P. Bresser. P. Lug.

319 Argumentatur primò, quia qui confitetur duodecim perjuria, additâ particulâ *Plus minusve*, si postea certò sciat fuisse duodecim, nec plura, nec pauciora, non tenetur illa iterum ut certa fateri, ut cum *Vega, Led. & Soto* tenent *Suar. Vasq. Coninck. & Villalob.* quos ipse *n. 78.* allegat; quibus adde *Regin. Tolet. Sa, Filliuc.* & alios, quos citat, & sequitur *Ioan. Sanch. in select. disp. 2. n. 13.* Vega. Ledesm. Sotus. P. Suar. P. Vasq. P. Conink. Villalob.

320 *Secundò*; quia, si quis dubius de excommunicatione, censura, irregularitate, voto &c. petat ad cautelam absolutionem, vel dispensationem, & eâ obtentâ, postea comperiat excommunicationem, vel censuram fuisse re ipsâ contractam, non indiget nova absolutione, vel dispensatione; quia ad hoc ipsum petita, & data fuit prior absolutio, vel dispensatio, si fortè vinculum esset contractum: & idem dicendum videtur de absolutione petita, & obtenta pro peccato dubio. P. Reginal. P. Toletus. P. Sa. P. Filliuc. Ioannes. Sanchez.

321 *Tertiò*, quia Sacerdos absolvit directè tale peccatum, & quantum potuit: at verò peccatum semel directè absolutum à Confessario habente jurisdictionem, non est repetendum. Hæc *Lugo*, qui de hac re privatim consulens *Ricchardium* sacri Palatii Magistrum, dicit respondisse, id sibi valde probabile videri; & hoc etiam alios viros doctos privatim consultos judicasse: ipse tamen *Lugo* concludit se nolle aliquid in hoc puncto definire, quid tamen sentiat, satis declarat.

322 His non obstantibus, tenenda est contraria resolutio cum communi Theologor. *Sanch. in Decal. tom. 1. l. 1. cap. 10. n. 69. Turrian. de Pœnit. q. 9. a. 2.* P. Turrian. P. Sanch.

disp.

P. Præpos. Diana. *disp. 29. Præpos. in 3. p. D. Thom. q. 5. de integr. confess. dub. 5. n. 126.* & alii apud *Dian. 3. p. tract. 4. resolut. 91. & p. 6. tract. 6. resolut. 31.* Probatur ex communi praxi Ecclesiæ, quæ in hac materia confessionis de peccatis dubiis est penè unicum fundamentum. Aliqua tamen potest assignari commoda ratio: quia in judicio, quando factâ diligentiâ non constat de certitudine criminis capitalis, absolvitur ut dubium: si postea constet de certitudine, repetitâ judicii telâ agitur de illo, ut de certo: at verò Sacramentum Pœnitentiæ est per modum judicii, ut cōstat ex *Trident. sess. 14. c. 5.*

323 Neque fundamenta opinionis contrariæ solutione carent. *Ad primum* de illo, qui confitetur duodecim perjuria, additâ particulâ *Plus minusve*, Respondetur inprimis standum esse praxi Ecclesiæ, & judiciaria, quæ est diversa in uno casu atque in alio. Prætereà, quia judex idem ferè format judicium, quando audit accusationem de duodecim perjuriis, additâ particulâ *Plus minusve*, ac quando illam audit, eâ particulâ ablatâ: at non format idem judicium, quando unum peccatum mortale illi confitetur ut dubium, ac quando illi confitetur ut certum.

Ad secundum respondetur esse diversam rationem in absolutione excommunicationis, censuræ, irregularitatis, voti, &c. quia hæc non absolvuntur per modum sententiæ, & judicii, in quo constare debet de certitudine criminis, sed per modum favoris, & gratiæ: at peccata absolvuntur in confessione per modum sententiæ & judicii, in quo debet constare de certitudine criminis.

Ad tertium respondetur peccatum semel absolutum directè posse repeti, si dictum fuit ut dubium, & postea constet de ejus certitudine. Quæ doctrina explicari debet exemplo judicii criminalis, in quo repetitur accusatio, & sententia, quando constat de certitudine criminis, de quo antea non constabat.

324 Sed adhuc pro opinione *Lugi* Objicies primò: Si peccatum dictum est ut certum, & postea deposita certitudine fiat dubium, non est repetendum ut dubium, ut est communis Doctorum locis citatis: ergo, si dictum est ut dubium, & postea appareat certum, non erit repetendum ut certum. Respondetur negando consequentiam; quia peccatum dubium sufficienter continetur in certo; & in eo confessum est: at peccatum certum non cōtinetur in dubio.

325 Objicies secundò: Qui confessus est decem perjuria; & postea invenit fuisse tantùm septem, non tenetur repetere septem, ut contra *Tribarne* docet *Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 3. n. 3. Megal. in 1. p. instit. Confessar. l. 5. cap. 18. n. 10. Diana p. 2. tract. 17. res. 25.* ergo etiam qui confessus est peccatum ut dubium, si postea reperit ejus certitudinem; non tenebitur illud repetere ut certum. Respondetur negando consequentiam. Diversa ratio est, quia septem perjuria sufficienter continentur in decem, & in illis bona fide sunt confessa: at peccatum certum non continetur sufficienter in dubio. Tribarne. Bonacina. Megala. Diana.

326 Objicies tertiò: Qui confessus est peccatum mortale, illud reputans veniale; si postea sciat esse mortale, non tenetur illud repetere, ut est communis Theologor. locis citatis: ergo neque tenebitur repetere peccatum ut certum, quod primò putavit dubium, & ut tale est confessus. Respondetur negando consequentiam. Diversa ratio est, quia peccatum mortale putatum veniale totum confessum est: quòd autem pœnitens existimaverit fuisse mortale, vel veniale, parùm refert, refert tamen quòd illud dixerit ut certum, vel ut dubium.

§. 5.

Utrùm peccata venialia sint materia hujus Sacramenti?

Sunt materia sufficiens, non tamen necessaria.

327 Q*Uarta difficultas est* de peccatis venialibus. Et in hac duo sunt certa: *primum*; peccata venialia non esse materiam necessariam. Ita expressè *Trident. sess. 14. cap. 5. & can. 7.* nam pœnitentia solùm est necessaria post naufragium: at verò nullum peccatum veniale causat naufragium. *Secundum*, peccata venialia esse materiam sufficientem. Ita habetur in eodem *Trident.* loco citato, ubi dicitur, *Utile & honestum esse ea confiteri: posse tamen sine culpa omitti*, &c. Vide Leandrum *tr. 5. de Sacram. Pœnit. disp. 1. q. 6.* Solùm poterat dubitari: Utrùm Ecclesia possit præcipere confessionem Tridenti. Leander.

 onem

onem venialium? Sed de hoc commodiùs *tract.* 5. agendo de præcepto hujus Sacramenti.

§. 6.

Utrùm, & quomodo Mortalia confessa sint materia hujus Sacramenti?

328 *Mortalia confessa sunt materia sufficiens, non tamen necessaria.*

329 *An pœnitens teneatur explicare quòd peccata sint jam confessa? Et refertur opinio affirmativa.*

330 *Asseritur negativa.*

331 *Diluuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

332 *An qui in confessione generali admiscet aliquod mortale nondum confessum, teneatur explicare, illud nondum esse confessum? Et refertur opinio affirmativa.*

333 *Defenditur negativa.*

334 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

335 *An faciens confessionem generalem possit ex verecundia, vel alio titulo tacere aliquod peccatum jam confessum? Et refertur sententia negativa.*

336 *Asseritur affirmativa.*

337 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

338 *An possit quis alii Confessario confiteri mortalia, & postea Confessario ordinario confiteri sola venialia? Et proponitur sententia negativa.*

339 *Præfertur affirmativa.*

328 Quinta difficultas de Mortalibus confessis. Et quidem ex iis, quæ diximus *tract.* 2. *disp.* 1. *sect.* 3. *diffi.* 2. constat esse materiam sufficientem, non tamen necessariam. Utrùmque docet *Benedict. XI. in Extravag.* 1. *de privileg.* ubi dicit hujusmodi confessionem esse salubrem, non tamen necessariam. *Extravagans* 1.

329 Solùm dubitari potest primò: Utrùm oporteat pœnitentem explicare quòd peccata illa sit confessus? Affirmant nonnulli apud *Lug. disp.* 16. *n.* 46. Et probant *primò*, quia magis distat peccatum confessum à non-confesso, quàm veniale à mortali: nam duo priora distant tanquam ens à non-ente; duo verò posteriora tanquam ens ab ente: at pœnitens tenetur explicare circunstantiam mutantem peccatum de veniali in mortale: ergo, &c. *Secundò*, quia aliàs videtur decipere Confessarium in re gravi in ordine ad impositionem pœnitentiæ; maior enim pœnitentia imponitur peccato mortali non confesso, quàm jam confesso.

330 Nihilominus tenenda contraria resolutio negativa *Sanch. l.* 1. *in decal. cap.* 10. *n.* 71. *Suar. disp.* 22. *sect.* 9. *Coninck. in præsenti disp.* 7. *dub.* 8. *n.* 79. *Dian.* 2. *p. tr.* 4. *resol.* 6. & 3. *p. tr.* 3. *de conscient. dubia resol.* 65. *Bonac. disp.* 5. *de Sacram. q.* 5. *sect.* 2. *punct.* 2. *n.* 5. *Lugo ubi proximè* probatur, quia illa circustantia non variat speciem peccati, imò non illud reddit maius, aut minus intra eandem speciem. *P. Sanchez. P. Suar. Diana. Bonac. P. Lug.*

331 *Ad primum* respondetur peccatum confessum magis distare à non-confesso secundùm præsentem statum, non secundùm statum præteritum: at pœnitens accusat se de peccatis, non prout sunt de præsenti, sed prout fuere; possunt enim omnia esse remissa per contritionem.

Ad secundum respondetur pœnitentem solùm teneri explicare circunstantias, quæ se habent ex parte peccati, non illas, quæ movent ad impositionem maioris, vel minoris pœnitentiæ: aliàs teneretur explicare suum maximum, vel minorem dolorem. Neque obstat quòd decipiatur Confessarius, nam deceptio Confessarii non imputatur pœnitenti, nisi in iis, quæ tenetur explicare.

332 Dubitari potest secundò: Utrũ, qui facit confessionem generalem, & inter alia peccata admiscet aliquod proximè commissum nondum confessum, teneatur declarare illud nondum esse confessum? Affirmat *Turrian. in opusc. Theol. centur.* 4. *dub.* 7. dicens contrariam sententiam non esse probabilem, nec tutam in praxi, sed potiùs bonis moribus perniciosam. Et probatur *primò*, quia qui dicit se facere confessionem generalem, videtur indicare illa peccata esse antiqua, in quo decipit Confessarium. *Secundò*, quia peccatum recens multùm distat ab antiquo, aliquando enim recens propter statum præsentẽ Religionis, aut Ordinis sacri, &c. habet circunstantias diversas, & forsan proximam occasionem peccandi, &c. *P. Turrian*

333 Nihilominus dicendum contrariam opinionem esse tutam: eam tenen-

Bonacina. Homobo. Diana. P.Sanch. P.Suar. P.Lugo.

nent *Bonac. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. n. 5. Homobon. in consult. cas. consc. vol. 2. p. 5. resp. 132. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 62. & p. 4. tr. 3. resol. 65. Sanch. l. 1. in Decal. cap. 10. n. 71. Suar. in præsenti disp. 22. sect. 9. Lugo disp. 16. n. 47.* Probatur; quia, ut ex proximè dictis constat, hæc circunstantia neque est mutans speciem, imò neque aggravans: ergo, &c.

334 *Ad primum* nego facientem confessionem generalem solùm velle confiteri peccata antiqua: vult confiteri omnia recentia, & antiqua, confessa, & non confessa. *Ad secundum* respondetur in his casibus non dari obligationem dicendi illud peccatum esse recens: sufficit explicare circunstantiam Religionis, Ordinis, occasionis proximæ, &c.

335 Dubitari potest tertiò: Utrùm, qui facit confessionem generalem possit ex verecundia, vel alio titulo tacere aliqua peccata graviora jam confessa? Negant *Victor, in sum. §. 153. aliàs 166. Led. 2. p. q. 8. a. 2. dub. 15.* quia ex suppositione quòd velit facere confessionem generalem, si non dicit omnia peccata, decipit Confessarium, idque in re gravi.

Victor. Ledesm.

336 Verior tamen est contraria resolutio, quam tenent *Henr. l. 1. de pœnit. cap. 12. §. 2. in glos. lit. D. Diana p. 3. tr. 4. resol. 86. Lugo disp. 16. n. 56.* & alii plures Salmanticenses, quos sequitur *Ioannes de Salas in manuscriptis.* Et probatur, quia confessio generalis est libera non solùm quoad totum, sed etiam quoad partes; jam enim, ut suppono, illa omnia peccata sunt confessa.

P.Henriq. Diana. P. Lugo. P. Sallas.

337 Neque verum est decipi Confessarium: *Primò*, quia jam ille scit, vel tenetur scire in confessione generali libera posse supprimi aliqua peccata. *Secundò*, quia dato quòd aliquo modo deciperetur, & pœnitens committeret mendacium, dicendo se aperire omnes latebras suæ conscientiæ, & in medium omnia peccata proferre, hujusmodi mendacium solùm esset peccatum veniale, quia non est circa materiam confessionis necessariam, juxta ea, quæ diximus suprà *num. 228.* agendo de mendacio in confessione prolato.

338 Dubitari potest quartò: Utrùm possit quis habens duos Confessarios, eorum uni priùs confiteri mortalia, alteri postea venialia? Negant *Sylvest. verbo Confessio 1. quæst. 5. Victor. in sum. n. 296.* quia hoc (inquiunt) esset quoddam mendacium, & hypocrisis in materia gravi.

Sylvest. Victor.

339 Sed contrarium tenendum cum *Fag. pr. 2. l. 2. cap. 2. Laym. l. 5. tr. c. 6. 8. n. 14. Coninck. de Sacram. disp. 6 dub. 4. n. 13. Suar. disp. 22. sect. 1. n. 22. Henr. l. 5. cap. 16. n. 5. & Villalob. in sum. tom. 1. tr. 9. diff. 35. n. 1. Lugo ubi proximè. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 132.* Probatur, quia non est hypocrisis velle conservare bonam famam apud Confessarium ordinarium, neque in eo videtur committi mendacium, abstrahentium enim non est mendacium. Adde quòd, si in eo aliquid committeretur, id non esset circa materiam confessionis necessariam, ac proinde nō esset peccatum mortale.

P.Fegund. P.Laym. P.Coninc. P. Suar. Henriq. Villalob. P. Lugo. Dian.

SECTIO II.

Explicandane sint omnia mortalia, non solùm quoad speciem, sed etiam quoad numerum?

340 *Omnia sunt explicanda quoad speciem.*

341 *In una actione physica plures morales esse possunt, & è contra.*

342 *Non est opus explicare species physicas, sed morales.*

343 *Unde desumenda sit distinctio peccatorum specifica?*

344 *Omnia item mortalia explicanda sunt quoad numerum.*

340 

PRimа difficultas: Utrùm explicanda sint quoad speciem? Respondetur affirmativè. Ita definitur in *Trid. sess. 14. cap. 5.* ibi: *In specie, ac sigillatim peccata in confessione sunt declaranda,* &c. Idem habetur *can. 7.* & in aliis pluribus Conciliis apud *Suar. disp. 22. sect. 2. n. 4.*

Trident. P. Suar.

341 Solùm potest dubitari: Utrùm sint declaranda quoad speciem moralem duntaxat, an etiam quoad speciem physicam? Aliquando enim in unica actione physica plures morales inveniuntur specie diversæ, ut visitur in illa, qua quis percutit suum Prælatum; hæc enim, una physicè cùm sit, plures induit morales specie diversas, contra justitiam, contra reverentiam debitam Sacerdoti, contra honorem servandum Prælato. Aliquando verò unica actione morali plures physicæ specie diversæ continentur, ut quando quis

quis ex intentione occidendi inimicum gladium quærit, lateri accõmodat, domo egreditur, &c.

342 Dicendum ergo est, oportere explicari peccata quoad speciem moralem, non quoad speciem physicam. Ita communiter Theologi apud *Bonac. q. 5. sect. 2. p. 2. §. 3. diff. 1.* Probatur primò ex communi usu & praxi Ecclesiæ. Secundò, quia in tribunali Confessionis Sacerdos solùm judicat de moribus, & non de entibus naturalibus physicis. Bonac.

343 *Quæres*: Unde desumenda sit distinctio peccatorum specifica? Hæc est propria materia de Peccatis, ubi communiter dici solet, eorum distinctionem specificam desumi ab objecto, fine, & circunstantiis, de quibus nos plura fusè, latéque dicemus *sect. 4.* & sequentibus, agendo de circunstantiis mutantibus speciem.

344 *Secunda difficultas*: Utrùm etiam explicanda sint omnia mortalia quoad numerum? Et, quidquid in contrarium opinentur nonnulli Canonistæ, quos approbant *Angelus verbo Confessio. 1. n. 20. & Sylvester eodem verbo. n. 11.* Nihilominus hisce temporibus certa est resolutio affirmativa. Probatur ex Conciliis *Lateran. Florent. & Trid.* apud *Suar. d. 22. sect. 5.* asserentibus confitenda esse omnia peccata mortalia sigillatim, &c. nam particula *Omnis sigillatim* omnium numerum comprehendit. Secundò probatur ex praxi totius Ecclesiæ, & doctrina Sanctorum Patrum apud *Suar. ubi proxime.* Angelus. Sylvest. P. Suar.

§. 1.

Unde in actibus internis desumatur distinctio numerica

345 *Qui veniant nomine actuum internorum?*
346 *Semper actus multiplicatur, quando transit de uno objecto in aliud.*
347 *Item, quando facta interruptione per actum contrarium, redit in idem objectum.*

345 **Q**Uæres primò: Unde in actibus internis desumẽda sit distinctio peccatorum numerica? Et nomine actuum internorum intelligimus eos, qui interiùs consummantur, ut actus odii, delectatio morosa, &c. Nam de actibus, qui prodeunt in actionem externam, ut homicidium, adulterium, &c. agemus infrà *à n. 361.*

346 Quod igitur attinet ad actus internos, possumus *primò* loqui de actu, qui habet plura objecta: & sic aut quando datur variatio de uno in alium, ut quando quis turpi desiderio unius fœminæ occupatus, in aliam, eam etiam desiderando, distrahitur. Et in hoc casu non est dubium, ut docet *Suar. cit. n. 6.* multiplicari ipsa peccata; quia idem numero actus non potest transire de objecto in objectũ, ut est clarum. Aut quando non datur variatio, sed idem met actus simul tendit in plura objecta, ea turpiter desiderando, aut odio habendo. Verùm de hoc commodiùs dicemus infrà suo peculiari titulo *à n. 379.* P. Suar.

347 *Secundò* possumus loqui de actu, qui habet unum tantùm objectum materiale. Et de hoc dicunt communiter Doctores toties multiplicari, quoties post interruptionem per actum contrarium, redit voluntas ad idem objectum; sicut enim voluntas non potest redire ad idem objectum per eundem numero actum physicum, hic enim semel corruptus non redit, sic non potest redire per eundem actum moralem, nam hic postquam semel revocatus est, non censetur redire idem, sed diversus.

§. 2.

Proponitur sententia asserentium actus internos non multiplicari per interruptionem ex oblivione, aut somno.

348 *Referuntur ejus Doctores.*
349 *Deinde fundamenta.*
350 *In hac opinione, qui spatio septem dierum desideravit fœminam, satisfacit dicendo se eam desiderasse spatio septem dierum, quin explicet numerum physicum turpium desideriorum.*
351 *Hanc sententiam approbat Lugo quoad actus, qui inter se servant cõnexionem, non quoad alios.*

348 **T**Ota controversia est: Utrùm similiter actus internus multiplicetur per interruptionem ex oblivione, distractione, aut somno? Negat *Can. in relect. de pænit. p. 5. Cruz in direct. consc. p. 2. de Sacram. pænit. q. 3. dub.* Canus. Cruz.

Fay. Pitig. Homob. Diana. Rodrig. Lopez. Graffis. P. Salas.

dub. 6. Fay. disp. Sacram. pœnit. in addit ad 3. p. D. Thom. q. 9. a. 2. dip. 5. ad. 4. Pitig. in 4. senten. tom. 2. dist. 17. q. un. a. 5. circa quintum. Homobon. exam. Eccles. p. 1. tr. 5. cap. 13. q. 83. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 93. Emman. Rodr. verbo Confessio cap. 52. n. 6. Lopez 1. p. instruct. cap. 31. Graffis 1. 1. cap. 20. n. 14. & sequent. Sal. 1. 2. q. 73. tr. 13. disp. 5. sect. 8. n. 84. asserentes, quando voluntas post interruptionem ex sola oblivione, aut somno, redit ad idem objectum, censeri moraliter eundem numero actum, & non diversum.

249 Probatur; quia, quandiu homo per actum contrarium non retractat priorem voluntatem, licèt actu non cogitet de illa, sed aut dormiat, aut distrahatur, moraliter censetur perseverare, & esse in illa. Et hoc ostendunt pluribus exemplis: *Primo* intentionis recipiendi Baptismum, quæ etiam tempore somni perseverat; unde, si quis postulet Baptismum, & dum dormit, baptizetur, manet verè baptizatus *Cap. Maiores. §. Item quæritur, de Baptismo. Secundo exemplo* promissionis, quæ similiter, quandiu non retractatur, perseverat; unde, si fuit hesterna die facta, & hodie manifestetur, potest acceptari. *Tertio exemplo* jurisdictionis delegatæ, quæ in delegato perseverat, quandiu à delegante non revocatur.

Cap. Maiores. § Item quæritur.

350 Unde, inquiunt, Doctores citati, si quis spatio trium, aut quatuor dierum desideravit fœminam, licèt in eo desiderio habuerit plures interruptiones ex distractione, aut somno, poterit se accusare de illis omnibus desideriis physicè diversis per modum unius tantùm moraliter, dicendo: Accuso me de uno turpi desiderio circa fœminam, &c. Quia hoc peccatum, licèt physicè sit multiplex, moraliter tamen est unum. Quòd si multo tempore duravit in tali desiderio, asserunt debere explicare tempus, dicendo: Accuso me de uno desiderio circa fœminam, quod habui per totam hebdomadam, mensem, vel annum; fortassis propter maiorem gravitatem ejusdem peccati. Et hæc doctrina (inquit Diana) erit valde plausibilis Confessariis.

P. Lugo.

351 Eandem amplectitur *Lugo disp. 16. n. 565.* cum aliqua tamen moderatione; distinguit enim inter prædictos actus interruptos, qui habent inter se aliquam connexionem; & inter illos, qui eam non habent. Exemplum priorum ponit in eo, qui hodie deliberatus ad procurãdam fœminam, cras memor hodiernæ diliberationis absque nova persistit in eodem proposito, tunc enim hoc habet connexionem, & quandam veluti dependentiam ab illo hesterno physicè interrupto. Exemplum non habentium connexionem ponit in eo, qui sicut hodie videns fœminam, eam concupiscit, ita cras eam iterum videns, iterum concupiscit absque ordine, & influxu hujus desiderii in illud, nisi fortè per accidens ratione habitûs, qui relictus est, & maioris facilitatis. His positis, asserit *Lugo* priores actus, licèt physicè plures sint, constituere moraliter unum tantùm peccatum: posteriores verò tot, quot sunt interruptiones.

Hæc secunda pars probatur facilè communi fundamento: quia Continuum debet constitui aliqua in uno continuatione; est nim illud, cujus partes communi aliquo termino copulantur: & non apparet, in quo actus illi interrupti, & non connexi continuentur; non enim continuantur in aliquo interno, siquidem datur omnis cessatio illius; non in aliquo externo, loquimur enim de actibus mere internis, qui non prodeunt in actionem externam: ergo, &c.

Prima verò pars de actibus connexis, ac subordinatis, ostenditur *primò*, quia de illis videtur eadem ratio, ac de intentione finis, & electione medii, quæ propter subordinationem, & dependentiam inter se constituunt moraliter idem peccatum: unde, qui ex intentione occidendi inimicum hodie gladium quærit, & manè expectat prætereuntem, &c. unum tantùm committit peccatum: ergo idem dicendum de ipsis intentionibus, quandò illæ inter se sunt similiter subordinatæ, & connexæ. *Secundò* probatur; quia, si intentiones, v. g. habendi fœminam, prædicto modo subordinatæ, perveniant ad consumationem, & rem cum illa, non constituent plura, sed unum tantum peccatum, quælibet idem cum actu consummato, ac proinde idem inter se, ita ut sufficiat dicere in confessione: Habui rem semel cum fœmina, &c. quin opus sit intentionum seriem aperire: ergo neque ante consummationem erant plura, sed unum tantùm peccatum.

(✠)

§. 3

§. 3.

Præfertur contraria sententia asserentium multiplicari.

352 *Actus interni interrupti non habent, in quo continuentur.*
353 *Assignatur aliud inconveniens.*
354 *Nec illi Adversarii satisfaciunt.*
355 *Quare dicendum est, per quamlibet interruptionem perceptibilem multiplicari numero peccata.*
356 *Plures actus interni iterati circa idem objectum continuatum, unum tantùm constituunt peccatum.*

352 Nihilominus non audeo approbare prædictam sententiam, nec sic cum moderatione *Lugi* temperatam. *Primò*, quia prædicti actus interrupti, licèt connexi, non habent aliquid internum, aut externum, in quo continuentur: quomodo ergo omnes, plures cùm sint, unum tantùm constituunt peccatum?

353 *Secundò*, quia sequitur somno correptum in pravo consensu, vel delectatione morosa, si manè facto, expergefactus ad idem objectum revertatur, unum tantùm committere peccatum, nec teneri explicare duos actus, imò nec tertium, si iterum recidat vespere: & sic de cæteris per integram hebdomadam, mensem, vel annum; quod est contra usum, & praxim Ecclesiæ.

354 Dices, in hoc casu debere explicari durationem peccati. Sed contra; quia, nisi id fiat ratione explicandi interruptiones, duratio peccati se solâ non est circunstantia mutans speciem, sed solùm aggravans: at verò in bona, & communi opinione, quàm *sectione sequenti* inculcabimus, & quam *Diana*, *Lugo*, & alii Adversarii sequuntur, non datur obligatio manifestandi circunstantias aggravantes, sed solas mutantes speciem.

355 Quapropter prædictam sententiam falsissimam appellat *Vasq.* 1. 2. *tom.* 1. *disp.* 75. *cap.* 2. *fine n.* 8. quem sequuntur *Hurt. de pœnit. disp.* 9. *diffic* 6. *Laym. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. *Ragusa in lucerna parochor. quæsito* 53. *fol.* 269. *Suar. disp.* 22. *sect.* 2. *Fagund.* 2. *præcepto l.* 3. *cap.* 4. *Azor l.* 4. *cap.* 4. *q.* 6. *tom.* 1. *Lorca.* 1. 2. *Ioan. Sanch. in select. disp.* 6. *n.* 3. *Castro Pal. tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 3. *punct.* 2. *Bonac. disp.* 2. *de peccat. q.* 4. *punct.* 2. *n.* 9. & *alii*. Qui omnes dicunt, etiam per interruptionem ex oblivione, somno, aut distractione, si sit morali, & humano modo perceptibilis, multiplicari peccata; idque ex illo fundamento, quòd tempore interruptionis non detur aliquid internum, vel externum, in quo actus continuentur: ergo non unum, sed plura constituunt peccata. Dixi (*morali*, & *humano modo perceptibilis*) quia alias cessat obligatio examinandi, & declarandi talem multiplicationem; nam præceptum confessionis solùm obligat ad diligentiam moralem, & humanam, ut constat ex dictis suprà *à n.* 212.

(Margin: P. Vasq. P. Hurtad. P. Laym. Ragusa. P. Suar. P. Fagund. P. Azor. Lorca. Ioan. Sanch. P. Palus. Bonac.)

356 Notandum tamen hic est, non semper peccata merè interna multiplicari ad multiplicationem actuum, si aliàs in aliquo interno continuentur, ut quando in idem objectum re, aut sola apprehensione præsens, odia, vel turpia desideria multiplicantur; tunc enim in ipsa præsentia, & perseverantia objecti volita continuantur, & constituunt unum tantùm peccatum. Quod explicatur exemplo actuum, qui prodeunt in actionem externam, hi enim in ipsa continuantur: unde, sicut de juramentis factis eodem impetu circa eandem materiam multiplicatis, & similiter de conviciis in aliquem, & contumeliis eodem calore iracundiæ iteratis, dicemus infrà unum tantùm constituere peccatum eodem impetu, & congressu cum persona, cui dicuntur, moraliter continuatum: ita actus interni in uno eodemque quasi congressu cum objecto videntur continuari, quæ ex dicendis pro secundo quæsito fient magis clara.

§. 4.

Satisfit Adversariorum fundamentis.

357 *Quandiu voluntas non retractatur, censetur moraliter perseverare habitu, non actu.*
358 *Intentio habitualis sufficit ad susceptionem Baptismi, & ad continuationem promissionis, ac jurisdictionis delegatæ: non verò ad continuationem actualem peccati.*
359 *Quæ electiones mediorum constituunt idem numero peccatum cum intentione finis.*
360 *Diversæ intentiones interruptæ non constituunt idem peccatum, sed diversum.*

357 Ad

357 AD fundamentum *Cani*, & aliorum initio hujus controversiæ relatum, quatenus contendebant per solam interruptionem ex voluntate contraria, & non per interruptionem ex distractione, aut somno multiplicari peccata; quia nimirum (ut aiunt) quandiu homo non revocat suam voluntatem per actum contrarium, censetur moraliter permanere in illa. Respondetur, censeri permanere in illa habitu, at non actu: unde, quando postea redit ad idem objectum, redit per actum discontinuatū, ac proinde diversum.

358 Exempla verò ibidem adducta nobis sunt exigui momenti: nam *primum* de baptizato, qui dum dormit, validè baptizatur, non convincit; dicendum enim est ad susceptionem Baptismi sufficere intentionem habitualem, quæ in dormiente reperitur. *Ad secundum* de promissione, quæ dum non retractatur, perseverat, & potest acceptari: & similiter *ad tertium* de jurisdictione delegata, quæ quandiu non revocatur, perseverat: Respondetur, utramque solùm perseverare habitualiter: nos verò loquimur de perseverantia, & continuatione peccati actualis, quod dicimus actu per interruptionē discontinuari, & fieri diversum.

359 Neque audienda videtur illa *Lugi* moderatio, quatenus dicit saltem actus, qui inter se aliquam servant connexionem, & dependentiam, prædicta interruptione non discontinuari. Ad ejus *primum fundamentum* ex intentione finis, & electione medii; quæ constituunt unum tantùm peccatum: Respondetur non inde bonum deduci argumentum ad duas intentiones; nam duo sunt genera mediorum, alia enim habent specialem malitiam specie distinctam; ut si fureris, vel Sacrum omittas ad mœchandum; & tunc non est dubium constituere peccatum diversum à fine; & esse specialiter declaranda. Alia non habent specialem malitiam, sed eandem cum suo fine: & sic adhuc sunt in duplici differentia; nam aliqua nullam habent malitiam intrinsecam, sed solùm denominantur extrinsecè à malitia sui finis, ut quando ex intentione occidendi, gladium emis; lateri accingis, domo egrederis, &c. Et hæc cùm habeant eandem numero malitiam sui finis, clarum est constituere idem peccatum cum illo. Alia sunt, quæ habent suam malitiam intrinsecam, ut vulnerationes, quæ sunt media ad occidendum, & hæc constituunt idem peccatum cum suo fine, quia ad illum ordinantur quasi partes integrantes. Dicendum ergo est, hæc media secundi generis constituere idem peccatum cū suo fine, quia aut non habent distinctam malitiam ab illo, aut si habent sunt quasi partes integrantes illius. At intentiones non ordinantur inter se ut partes mutuò integrantes, ac proinde constituunt peccata diversa, necesse est.

360 *Ad secundum* negandum est diversas intentiones interruptas, etiamsi perveniant ad consummationem, constituere unum tantùm peccatum. Constituunt tot peccata, quot sunt ipsæ intentiones interruptæ, & in confessione non solùm actus consummatus, sed etiam tot, & tot intentiones habendi illum, pro numero interruptionum, explicandæ sunt. Non nego, intentionem continuatam constituere idem peccatum cum suo actu consummato, cujus est quasi pars: sed dico, intentionem interruptam non constituere idem peccatum. Et addo, *Lugum* suâ sibi doctrinâ contradicere: nam, si quælibet intentio, etiam interrupta, constitueret idem peccatum cum suo actu consummato, duæ ejusdem actûs intentiones interruptæ, & non connexæ, neque subordinatæ, constituerent idem peccatum, nam quælibet constitueret idem cum actu consummato, & consequenter idem inter se; quæ enim sunt eadem in uno tertio, sunt idem inter se: hoc autem est contra ipsius doctrinam, dicit enim actus interruptos non connexos constituere peccata diversa.

§. 5.

Unde desumatur distinctio numerica in actibus externis?

361 *Refertur sententia asserentium actus externos non multiplicari per quamlibet interruptionem.*

362 *Resolvitur multiplicari per quamlibet interruptionem; in qua cessatur ab omni illo, ratione cujus homo denominatur actu peccans.*

363 *Ut denominetur actu peccans, sufficit intentio formalis, vel virtualis: non sufficit habitualis.*

361 QUæres secundò: Unde in actibus externis desumatur

tur distinctio numerica? Et cohærenter ad suam opinionem de actibus internis dicunt *Canus*, & *Ioannes de la Cruz*, *Petrus Fay*, *Pitigian*. *Homo bonus*, & *Dian*. *citati n.* 348. non multiplicari per quamlibet interruptionem ex distractione, aut somno; sed per solam ex retractatione, & voluntate contraria. Quam doctrinam *Lugo* sua illa limitatione ad actus connexos, & subordinatos moderatur.

Canus. Crux. Fay. Pitig. Homob. Diana. P. Lug.

362 Verùm stando nostrâ sententiâ, & communi modo sentiendi, dicendum est peccata multiplicari per quamlibet interruptionem, in qua cessatur ab omni illo, in quo possint ipsi actus continuari; quia tunc, cùm non habeant, in quo continuentur, non unum, sed plura constituunt peccata. Quid autem illud sit, in quo actus possint continuari? Respondetur esse illud, ratione cujus homo dicitur actu peccare.

363 Ad hoc autem, ut dicatur actu peccare, requiritur intentio vel formalis in se, vel virtualis in aliquo effectu; nō sufficit habitualis non retractata. *Utrùm* verò sufficiat virtualis in causa, ut si quis v. g. uno actu intendat facere tria peccata, tunc enim hæc videntur in illo continuari, tanquam in causa? *Respondetur* negativè, quia ille actus, seu intentio non est unum, sed triplex peccatum, ut patebit ex infrà dicendis: illud autem, in quo aliqua continuantur, unum esse debet. Ita *Suar. Vasq.* & omnes alii Doctores suprà *n.* 355.

P. Suar. P. Vasq.

§. 6.

Proponuntur nonnullæ casuum resolutiones, quæ ex tradito principio sequuntur.

364 *Qui ex intentione occidendi inimicum arma capit, domo egreditur, &c. unum tantùm committit peccatum.*

365 *Qui ex intentione occidendi inimicum longum iter, aut navigationem suscipit, unum similiter peccatum committit.*

366 *Qui hodie rixans cum inimico, illum intendit occidere, & manè illum occidit, committit duo peccata.*

367 *Qui multiplicat juramenta eodem impetu, unum tantùm committit peccatum.*

Idem dicendū de proferente plures blasphemias ejusdem rationis. ibid.

368 *Idem de pluries vulnerante; & si percussus fuerit Clericus, una tantùm incurritur excommunicatio.*

369 *Idem de jaciente plura convicia, contumelias, maledictiones: & de dicente plures detractiones, &c.*

370 *Tota hæc doctrina convincitur ex* Cap. Lotharius.

371 *Idem judicandum de dicente plura verba lasciva, &c.*

372 *Plures copulæ similiter habitæ cum eadem fœmina non unum, sed plura constituunt peccata.*

373 *An lasciviæ, quæ antecedunt copulam, constituant cum illa idem peccatum?*

374 *An lasciviæ, quæ copulam consequuntur, constituant cum illa idem peccatum?*

375 *Sacerdos excommunicatus, qui pluribus Eucharistiam administravit, unum tantùm committit peccatum.*

376 *Idem dicendum de eodem furto repetito.*

377 *An omittens restitutionem longo tempore unum tantùm committat peccatum?*

378 *An peccet contra jejunium, qui peracto prandio, surgens à mensa aliquid comedit?*

364 EX tradita doctrina sequitur *primò*: illum, qui intendit occidere inimicum, & ex tali intentione arma capit, domo egreditur, expectat prætereuntem, aliis distractus, evaginat, ferit, &c. unum tantùm committere peccatum in ista actione morali externa (ratione cujus dicitur actu peccare) continuatu. In hoc conveniunt omnes Doctores allegati, qui illud declarant exemplo Missæ; nam hæc, etiam dum Sacerdos post Evangelium sedet, & ad Prædicatorem toto concionis tempore divertit, imò (ut sæpe fit, dormitat, dicitur moraliter continuari in illa actione externa. Item exemplo Officii Divini, quod licèt interrumpatur legendæ epistolæ, vel mittendi, aut accipiendi nuntii gratiâ, moraliter continuatur in manutenentia Breviarii, aut depositione illius aperti, vel signo aliquo notati.

365 *Secundò* sequitur cum *Navar. Coninck, Lorca, & aliis pluribus* navigantem, aut iter suscipientem ex intentione occidendi inimicum, interrupta sæpius noctu voluntate per somnum, aut diu per

Navar. P. Coninc. Lorca.

per distractionem, non interrumpi ipsum peccatum, sed continuari in ipso itinere morali: nam interfaciens, etiam dum in diversorio dormit, moraliter interfacit, seu est in actu itineris morali.

366 Aliter dicendum (licèt juxta suam sententiam reclament *Canus, Ioannes de la Cruz*, & alii adversarii) de eo, qui hodie rixans cum inimico, illum intendit occidere, & domi suæ, ut antea, dormiens, crastina die surgit, & hominem occidit; nam hic committit duo peccata discontinuata, non enim habent, in quo continuentur. Ita *Suar.* & alii citati.

Canus. Cruz. P. Suar.

367 *Tertiò* sequitur, multiplicantem juramenta facta circa eandem materiam eodem impetu, & sermone, unum tantùm committere peccatum illo impetu continuatum. Ita *Azor. 1. tom. l. 4. cap. 4. Navar. sum. cap. 6. n. 17. Fagund. 2. præc. l. 3. cap. 5.* Idem dicendum de proferente plures blasphemias ejusdem rationis eodē impetu. Ita *Mol. & Covar.*

P. Azor. Navar. P. Fagūd. P Molin. Covarruv

368 Idem de pluries alium percutiente, aut vulnerante eâdem rixâ, & conflictu tenent *Suar. disp. 22. sect. 5. & Azor. citatus*: & idcirco, si percussus fuit Clericus, unam tantùm incurri excommunicationem, convincitur ex text. *in Cap. Cùm pro causa, de sententia excommunicationis*, ubi deciditur in unam duntaxat excommunicationem eum incidisse, qui Clericum in dormitorio verberavit, & verberando traxit per claustrum, ut cum *Prep. tenet Sayr. l. 1. cap. 10. n. 9. Hugol. tab. 1. cap. 16. §. 3. Suar. de censur. disp. 5. sect. 3. n. 8. & alii apud Dian. 3. p. tr. 4. resol. 163.*

P. Azor. P. Suar. P. Præpos. Sayr. Hugol. P. Suar.

369 Idem similiter sentiendum de jaciente plura convicia, & contumelias, vel plures maledictiones in aliquem eodem impetu & calore, cum *Azor to. 3. l. 13. cap. 5. dub. 1. Regin. tom. 2. l. 24. c. 5. Molin. to. 3. tr. 4. disp. 19. n. 3. Dian. 3. p. tr. 7. resol. 18. Fagund. 2. præc. fol. 363. Ioannes Sanch. disp. 6. n. 2.* Idem de dicente plures detractiones in eodem sermone, pertinentes ad eandem personam, docet *Lugo disp. 16. n. 559.*

P. Azor. P. Riginal P. Molin. Diana. P. Fagūd. Ioā. Sāch. P. Lug.

370 Tota hæc doctrina convincitur ex *Cap. Lotharius*, adjunctâ glossâ, verbo *Appellavit 31. q. 2.* ubi deciditur, *quod qui uno, & continuo impetu bis, vel ter appellavit à sententia, semel tantùm appellasse dicatur*, &c. Item ex *L. Cum quæstio, §. Sed & alia, God. de legatis*, ubi dicitur *eum, qui eandem rem cuipiam in testamento bis, aut ter legavit, perinde esse, ac si semel legaverit*, &c. Et traditur expressè à *Navar. in sum. cap. 6. n. 17. Henriq. 2. de pœnit. cap. 5. §. 6. & cap. 8. §. 3. Bonac. disp. 2. de pecc. q. 4. punct. 2. n. 11. Simanch. de catholic. instit. cap. 8. fine. Covar. 2. variar. cap. 10. num. 8. Salas 1. 2. tr. 13. disp. 5. sect. 8. n. 85. & 90. Azor. 1. tom. l. 4. cap. 4. q. 5. Ioan. Sanch. in select. disp. 6. n. 1. 2. 3. & 6. Vasq. tom. de pœnit. q. 91. a. 1. dub. 4. num. 8. Castro Pal. ubi proximè parte 3.*

Cap. Lotharius. L. Cum quæstio. Navar. P. Henriq. Bonac. Simanch. Covar. P. Salas. P. Azor. Ioā. Sāch. P. Vasq. P. Castro Pal.

371 Idem etiam judicandum de dicente plura verba lasciva, & iterante oscula, ac similia cum eadem fœmina, & in eadē conversatione, ut cum *Navar. Rag. & Vasq.* tenet *Ioan. Sanch. ubi proximè n. 3.*

Navar. Ragusa. P. Vasq. Ioā. Sāch.

372 Sed hic dubium est primò: Utrùm plures copulæ similiter habitæ cum eadem fœmina successivè constituant unum tantùm peccatum? Affirmat *Zenardus*. Sed dicendum cum communi Theologor. apud *Sanch. ibidem, & Lugo n. 557.* constituere plura peccata; nam de illis est diversa ratio, ac de verbis, & tactibus lascivis, quia hæc sunt quasi partes, quæ mutuò ordinantur ad componendum unum; at illæ sunt actus consummati & completi, qui proinde non ordinantur inter se, sed componunt & constituunt diversa.

Zenard. P. Sanch. P. Lugo.

373 Dubium est secundò: Utrùm hujusmodi turpia, & lasciva, quæ copulam antecedunt, constituant cum illa unum tantùm peccatum, ita ut in confessione satis sit declarare solam copulam? Respondetur cum distinctione: nam aut ista fiunt animo, & intentione copulæ, & sic constituunt unum tantùm peccatum cum illa; sunt enim ejus quasi partes integrantes. Et idem dicendum de vulneribus, quæ in conflictu cum inimico antecedenter se habent ad homicidium; sunt enim quasi partes illius; ita ut in confessione, nulla facta vulnerum mentione, satis sit declarare homicidium. Ita *Vasq. de pœnit. q. 91. a. 1. dub. 5. n. 33. & 1. 2. to. 1. disp. 75. cap. 2. fine. Azor. l. 4. cap. 4. q. 6. tom. 1. Coriolan. de casib. reservat. p. 1. sect. 3. n. 3. Ioan. Sanch. ubi proximè.* Sin autem hujusmodi lasciva non fiant animo, & intentione copulæ (licèt illa subinde eâdem conversatione sequatur) non constituunt unum peccatum cum illa, sed diversum. Et ratio est clara, quia lasciva, quæ fiunt sine intentione copulæ, sunt peccata alterius speciei, nimirum contra-

P. Vasq. P. Azor. Coriol. Ioā. Sāch.

 ctu:

P.Vasq. P.Hurt. Dian. P.Lug.

naturam. Ita cum *Vasq. Hurt. & Dian. tenet Lugo n. 566.*

374 Dubium est tertiò: Utrùm lasciva, quæ se habent consequenter ad copulam, constituant similiter unum tantùm peccatum cũ illa, perinde ac ea, quæ se habent antecedenter? Plures existimant constituere diversum peccatum in confessione specialiter declarandum; quia nimirum hæc non ad copulam antecedentem, sed ad aliam consequentem ordinantur. Ita *Suar. disp. 22. sect. 5. Vasq. q. 91. a. 1. dub. 5. n. 35. Coninck disp. 7. dub. 7. n. 59. Bonac. disp. 5. sect. 2. pun. 2. §. 3. n. 11.* Probabilius tamen dicendum videtur constituere unum, idemque peccatum, quia spectant ad copulam habitam, ut ejus complementum. Et ita cum *Henr. l. 5. c. 5. n. 5. & c. 8. n. 3. Navar. cap. 6. n. 7. Zerol. de pœnit. cap. 12. quæsito 47. Filliuc. tr. 7. cap. 4. quæs. 3. n. 84. Azor tom. 1. l. 4. cap. 4. q. 6. fine. Dian. 3. p. tr. 7. resol. 42. Lorca. 1. 2. Fag. 2. præ. l. 3. cap. 4. n. 14. Lugo, & Sanch. locis citatis.*

P. Suar. P. Vasq. P. Coninc. Bonac. P. Henriq. Navar. Zerol. P. Filliuc. P. Azor. Diana. Lorca. P. Fagũd. P. Lugo. Joan. Sãch.

375 *Quartò* sequitur ex eodem nostro principio, unum tantùm committere peccatum Sacerdotem excommunicatum, qui immediatè post suam communionem aliis pluribus Eucharistiam administrat. Hæc est contra *Bonac. Suar. Azor*, & alios plures: traditur tamen à *Nav. Rodrig. Henr. Fag. Gran. & Lugo ubi proximè n. 543.* Probatur, quia hæc omnia uno, eodemque cõvivio continuantur.

Bonac. P. Suar. P. Azor. Navar. Rodrig. P. Henriq. P. Fagũd. P. Gran. P. Lug.

376 *Quintò* sequitur, idem dicendum esse de eodem furto repetito, ut si dum latro rem alienam in domum suam referat, alius furatus sit, & ipse recuperet: tunc enim censetur idem peccatum in perseverantia damni dati continuatum. Et ita *Azor. 1. p. l. 4. cap. 4.*

P. Azor.

377 Maius dubium est de omissione restitutionis, &c. Utrùm scilicèt unũ tantùm, an plura constituat peccata? *Suar. cit. Lessius 2. de just. cap. 12. n. 24. Castro Pal. ubi suprà p. 3. Baldel. de peccatis disp. 24. Navar. Rebel.* & alii existimant constituere plura peccata pro numero interruptionum in proposito non restituendi, etiam ex distractione, aut somno; quia hæ voluntates interruptæ non habẽt, in quo continuentur. Sed meliùs dicendum cum *Vasq. Henr. Tanner. Ovand. Gab. Arag.* & aliis apud *Castr. Dian. 1. p. tr. 7. res. 58. & Gran. de peccatis tr. 2. disp. 6. n. 6.* nisi revocentur, unum tantùm constituere peccatum in ipsa culpabili perseverantia damni illati continuatum. Et probatur, quia istud damnum est actu culpabile, sicut illud, quod inferres innocenti, si eum in vinculis toto mense, vel anno injustè retineres: ergo ratione illius, quandiu ei omittis occurrere, actù peccas; & consequenter in hoc peccato actuali omnes omissiones continuantur. Dixi (*nisi revocentur*) quia, si per actum contrarium revocentur, tunc damnum illatum non manet actu culpabile; & consequenter non datur, in quo illæ volũtates àctu cõtinuentur, ac proinde plura pro numero retractationũ cõstituunt peccata.

P. Suar. P. Lessius P. Castr. Pal. Baldelius. Navar. P. Rebell. P. Vasq. P. Henriq. P. Tanner. Ovand. Aragon. Diana. P. Granad.

378 Utrùm verò aliquod committat ille, qui in die jejunii, animo non plus comedendi, surgit à mensa, & statim allato ei ferculo insperato iterum comedit? Respondetur negativè cum *Less. l. 4. c. 2. dub. 2. n. 11. Laym. l. 4. tr. 8. c. 1. n. 6. Villalob. in summa tom. 1. tr. 23. diff. 6. n. 2. Filliuc. to. 2. tr. 27. p. 1. c. 2. q. 10. Dian. 1. p. tr. 9. de jejunio resol. 32.* quia illæ duæ comestiones ratione loci, & temporis moraliter continuantur, & constituunt idem prandium. Neque obstat quòd revocaverit voluntatẽ, licèt enim illam formaliter revocaverit, virtualiter reliquit in ordine ad illud ferculum, si fortè afferretur, ut mox declaravit comedendo de illo.

P. Lessius. P. Laym. Villalob. P. Filliuc. Diana.

§. 7.

Utrùm in eodem actu sint plura peccata per respectum ad diversas personas, & objecta?

379 *Refertur sententia asserentium esse unum tantum peccatum.*

380 *Proponuntur ejus fundamenta.*

379 QUæres tertiò: Utrùm in eodem actu, quo quis v. g. vult occidere tres homines, vel committere tria furta, aut omittere tres Missas, multiplicentur malitiæ, & peccata per respectum ad diversas personas, & objecta? Non plura, sed unum tantùm esse peccatum, tenent *Suar. disp. 22. sect. 5. n. 33. Filliuc. tom. 2. tr. 21. c. 8. n. 320. Laym. l. 2. tr. 3. c. 3. n. 2. Duard. in Bulla Cœn. l. 3. §. 3. q. 2. n. 3. Megala in 1. p. l. 5. c. 12. n. 4. Lugo disp. 16. n. 135. Emman. Rodrig. in summa tom. 2. cap. 44. n. 23.* & alii apud *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 264.* Quibus adde *Leandrum d. 8. q. 15.*

P. Suar. P. Filliuc. P. Laym. Duard. Megala. P. Lugo. Rodrig. Diana. Leand.

380 Probatur *primò*, quia in actu bono, quo quis v. g. vult dare eleemosynam, & subvenire tribus egenis, una tan-

tantùm bonitas, & honestas reperitur: ergo è contra in actu malo, quo illis extremè indigentibus nonvult subvenire, una tantùm dabitur malitia consistens in privatione unius debitæ honestatis contrariæ.

Secundò, quia qui vult extinguere unam integram familiam, & occidere omnes homines illius, quorum numerum ignorat, unum tantùm committit peccatum: sin minùs, quæso inquit Lugo) quot peccata committit? Et tamen una familia plures personas comprehendit. Similiter dicendum de eo, qui vult furari integrum thesaurum pluribus aureis constantem, & integrum gregem, qui pluribus ovibus coalescit: hic enim unum, & non plura peccata committit: ergo idē dicendum de eo, qui intendit occidere plures homines.

Tertiò, quia actus, qui est contra plura vota, v. g. peccatum Religiosi Sacerdotis, quod est contra duo vota castitatis, alterum professioni, alterum Ordini adnexum: similiter actus, qui est contra plura præcepta ejusdem rationis, ut violatio jejunii in die Vigiliæ, & Quadragesimæ, est unum tantùm peccatum, ut fert communis Theologorum sententia: ergo etiā actus per respectum ad diversas personas, & objecta erit unum tantùm peccatum.

Quartò, quia furtum unius rei spectantis ad diversos dominos est unum tantùm peccatum, & sufficit illud in confessione declarare, nulla facta mentione diversorum dominorum: ergo etiam una plurium infamatio erit unum tantùm peccatum. Et idem dicendum de quolibet alio actu uno, licèt respiciat diversas personas, & objecta.

§. 8.

Præfertur resolutio affirmativa.

381 *Referuntur ejus Auctores.*
382 *Proponuntur fundamenta.*
383 *Præcluditur Adversariorum evasio.*
384 *Diluitur aliud effugium.*

381 NIhilominus probabilius dicendum videtur multiplicari in uno actu malitias, & peccata pro numero respectuum ad diversas personas, & objecta. Ita *Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 91. a. 1. dub. 4. n. 10. Henr. l. 5. cap. 8. n. 8. Mol. tom. 4. disp. 41. n. 4. Sal. tr. 13. disp. 5. sect. 6. n. 6. Molfes. in summa tom. 1. tr. 8. cap. 7. n. 19. Pesant. in addition. ad 3. p. q. 10. disp. 3. Azor. tom. 1. l. 4. c. 4. quæsit. 3. Tribarn. in 4. sentent. to. 2. dist. 17. disp. 15. Reginal. tom. 2. l. 22. c. 8. sect. 9. Tolet. l. 3. cap. 7. Sanch. in Decal. l. 1. cap. 6. n. 8.* Quibus accedunt *Bonac. Fag. Hurt. & Baldel. Castro Pal. to. 1. tr. 1. d. 3. p. 3. n. 15.*

P. Vasq. P. Henq. P. Molin P. Salas. Molfes. P. Sant. P. Azor. Tribarne. P. Reginal P. Toletus P. Sanch. Bonacin. P. Fagund. P. Hurtad Baldel. P. Castro Pal.

382 Probatur primò; quia, si hi respectus sint essentialiter diversi, constituunt peccata specie diversa, ut visitur in percussione Clerici, quæ est contra justitiam, & contra religionem: ergo, si fuerint numero diversi, constituent peccata numero diversa. Secundò probatur, quia qui eodem actu percutit, aut occidit duos homines, violat duo jura diversa: ergo committit duas malitias; nam malitia eodem modo videtur desumi à juribus, quæ violat, ac à regulis rationis, & honestatis, quibus opponitur: sed à duabus regulis desumitur malitia specie diversa: ergo à duobus juribus desumetur malitia numero diversa.

383 Occurrunt Adversarii dicendo se non negare dari in eodem actu plures malitias ejusdem rationis, sed solùm dicere, has esse partiales, ac proinde unibiles in unam totalem, sicut plures aquæ: non ita malitiæ diversæ speciei, quia hæ sunt heterogeniæ. Unde consequenter asserunt, in prædicto actu notabiliter quidem aggravari ipsum peccatum, at esse unum tantùm. Sed contra; quia, licèt id verum sit de malitiis, quarum termini sunt unibiles, ut patet in furto plurium aut eorum, qui uniuntur in unum furtum, non habet locum in malitiis, quarum termini non sunt unibiles, sed totaliter diversi; ut patet in actu, quo quis occidit plures homines, nam horum homicidia nō uniuntur in unum, sed necessariò sunt plura homicidia; & cùm cuilibet respondeat sua malitia, illudque sequatur, sicut ipsa sunt distincta, ita & illæ non possunt non esse diversæ.

384 Dicunt, hæc homicidia uniri, quatenus intenduntur per modum unius objecti. Sed contra, quia intendi per modum unius objecti non tollit, quominus ipsa homicidia maneant plura homicidia: ergo neque quòd maneant plura mala, nam quodlibet homicidium est malum; & sicut ipsa homicidia non possunt uniri in unum homicidium, ita ipsa mala non pos-

possunt uniri in unum malum, seu peccatum Confirmatur tota hæc doctrina, quia aliàs, si pluralitas hominum occisorum solùm esset circunstantia aggravans, non daretur obligatio illam explicandi, quia in opinione valde probabili, quam sequitur ipse *Lugo*, & alii Adversarii, nemo tenetur confiteri circustantias aggravantes, sed solùm mutantes speciem. P. Lugo.

§. 9.

Satisfit opinionis contrariæ fundamentis.

385 *Cur in uno actu non possint dari plures honestates, dentur verò plures malitiæ?*

386 *Occurritur instantiæ Adversariorum.*

387 *An intendens unico actu occidere integram familiam, committat unum tantùm peccatum?*

388 *Quid dicendum de eo, qui intendit furari integrum thesaurum, integram bibliothecam, integrum gregem?*

389 *An actus contra plura vota, & præcepta ejusdem rationis, sit unum tantùm peccatum?*

390 *Ad furtum unius rei spectantis ad diversos dominos constituat duplex peccatum?*

385 AD primum fundamentum opinionis contrariæ desumptum ab exemplo eleemosynæ pluribus egenis erogatæ, in qua non reperiuntur diversæ honestates, Respondetur esse diversam rationem; quia honestas in actu bono est ejus differentia positiva, hæc autem in uno actu non potest esse diversa: at verò malitia consistit in privatione, & in uno actu possunt reperiri plures diversæ.

386 Neque instes, malitiam in casu proposito esse unam tantùm, quia negat unam tantùm honestatem actûs contrarii; & quando forma negata est tantùm una, & subjectum unum, unica datur malitia, seu privatio. Non, inquam, sic instes; est enim longa disparitas: nam bonitas est una tantùm, quia est una tantùm eleemosyna, licèt data tribus. At malitiæ sunt plures, quia præter carentiam illius eleemosynæ debitæ, etiam imputantur ipsæ mortes, seu homicidia, quæ sequuntur ex negatione talis eleemosynæ, & solùm intenduntur indirectè, nam ad malum sufficit quòd intendatur indirectè, non ita ad bonum; nam malum ex quocumque defectu, bonum non nisi ex integra causa.

387 *Ad secundum*, scio *Navar. in sum. cap. 6. n. 18. Ugolin. de cens. tab. 1. cap. 16. Megal. in 1. p. lib. 5. cap. 12. n. 4. ad 2. & Bonac. disp. 2. de peccatis q. 4. p. 2. n. 1.* existimare intendentem occidere omnes homines unius familiæ, unum tantùm committere peccatum; quia in jure tota una familia una persona reputatur. *L. 1. ff. Si familia furtum fecisse dicatur.* Sed ego assero cum *Azor, Sal. Molfes. & Dian. cit.* item cum *Castro Pal. ubi proximè, & Baldel.* plura committere peccata indeterminata pro numero indeterminato hominum illius familiæ, qui apprehenduntur. Quòd si id Patri Lugo difficile videatur, respondeat ipse, quot committat peccata adolescens, qui amasiæ promittit, se propter illam omnes facies, & species scelerum tentaturum? Certè non committit unum tantùm peccatum, ut ipse Lugo fatetur; nam specie diversa non continuantur, utpote quæ heterogenia. Quæro igitur, quot isto actu, & impetu committantur peccata specie diversa? Certè plura indeterminata. Ad illud verò ex Jure, quòd tota una familia una persona reputatur, Respondetur primò cum *Azor* reputari unam Juris fictione, non tamen esse unam in re. Respondetur secundò cum *Castro Pal.* esse unam formaliter, sed multiplicem virtualiter. Navar. Ugolin. Megala. Bonac. P. Azor. P. Salas. Molfes. Diana. P. Castr. Pal. Baldel. P. Azor. P. Castr. Pal.

388 Ad confirmationem dicendum est intendentem furari integrum thesaurum constantem pluribus aureis, aut bibliothecam constantem pluribus libris, vel gregem constantem pluribus ovibus unum tantùm committere peccatum, intendentem verò occidere plures homines plura committere peccata. Et diversa ratio est, quia thesaurus est unum furtum; item bibliotheca unum furtum; & totus grex similiter unum furtum, & consequenter unum peccatum totale. At plures homines occisi, non sunt unum homicidium, sed necessariò plura homicidia, & consequenter plura peccata: nam, sicut fieri non potest quòd uniantur in unum homicidium, ita fieri non potest quòd uniantur in unum peccatum.

389 *Ad tertium* respondetur actum, qui est contra plura vota, vel contra plura præcepta ejusdem rationis, esse unum tan-

tantùm peccatum: intentionem verò occidendi plures homines esse plura peccata. Diversa ratio est, quia individuatio peccati numerica non desumitur à lege, præcepto, aut voto; inde solùm desumitur specificatio, hoc est, esse peccatum hujus, vel illius speciei: numerus, & individuatio desumitur vel à subjecto, nam idem numero accidens non potest esse in pluribus subjectis; vel ab actione morali diversa, vel ab objecto materiali, nam hoc, si sit diversum, & non unibile, ut unibiles non sunt personæ diversæ, & earum jura, diversa individuant peccata. Dicendum ergo est violationem plurium votorum, vel præceptorum ejusdem motivi, esse unum tantùm peccatum; odium verò plurium hominum, vel intentionem illos occidendi esse plura peccata: quia violatio votorum, vel præceptorum non illa respicit ut objectum materiale, sed ut formale, à quo tantùm sumit suam specificationem, & non individuationem: at odium plurium hominum, vel intentio eos occidendi respicit illos ut plura objecta materialia diversa, à quibus suam desumit individuationem.

390 *Ad quartum* de furto unius rei spectantis ad dominos diversos respondent communiter, esse unum tantùm peccatum; quia est unum tantùm furtum: unam verò occisionem, vel infamationem plurium hominum esse multiplex peccatum, quia est multiplex damnum. Sed contra, quia etiam illud furtum videtur esse multiplex damnũ datũ pluribus hominibus: sicut una pluriũ infamatio est multiplex damnum illis pluribus illatum.

Respondendum ergo est, in prædicto furto utendum nobis esse aliquali distinctione; aut enim res spectat ad plures indivisa, seu ut aiunt) pro indiviso, ut equus: & sic, licèt *Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 91. dub. 4. n. 5.* existimet unum tantùm esse peccatum: meliùs dicendum cum *Mol. ubi proximè* plura constituere peccata. Aut spectat ad plures pro diviso, seu divisa: & sic non solus *Mol. citatus*, sed ipse *Vasq. n. 4. Suar. disp. 3. sect. 5. n. 33. Henr. l. 5. cap. 5. n. 4. Bonac. q. 5. s. 2. p. 2. §. 3. diff. 3. n. 16.* fatentur esse plura peccata; quia damnum infertur pluribus personis, & violantur earum jura diversa.

P. Vasq. P. Molin. P. Suar. P. Henriq. Bonac.

(✠)

§. 10.

Proponuntur aliquorum casuum resolutiones, quæ ex tradito principio sequuntur.

391 *Qui uno actu statuit non jejunare totam Quadragesimam; aut omittere Officium, vel Missam per totum annum facit plura peccata.*

392 *An qui omittit Officium divinum unius diei, committat unum tantùm peccatum?*

393 *Utrùm intendens uno actu occidere plures homines: aut uno ictu plures percutiens, committat plura peccata? An occidens uno ictu plures Clericos, plures incurrat excommunicationes?* Ibidem.

394 *Qui pluribus uno sermone detrahit, vel maledicit: aut plures inducit ad peccatum, vel unico juramento firmat plura mendacia: aut una propositione blasphemat in plures Sanctos, incidit in plura peccata.*

395 *Committitne duo adulteria conjugatus peccans cum conjugata?*

396 *An habens votum castitatis, & peccans cum Moniali, committat duo sacrilegia?*

Habens lasciva in eadem conversatione cum pluribus fœminis, committit plura peccata. Ibidem.

Idem dicendum de delectante se morosè circa plures; aut de plures odio habente. Ibidem.

397 *Celebrans in peccato mortali tres Missas, committit tria peccata.*

398 *Audiens in mortali plures confessiones tot committit peccata, quot audit confessiones.*

399 *An Sacerdos excõmunicatus administrans pluribus Eucharistiam, committat unũ tantùm peccatum?*

An si quis prohibitur ludere ludat cum pluribus, plura committat peccata? Ibidem.

391 EX dictis sequitur primò illum, qui uno actu statuit totam Quadragesimam non jejunare, tot peccata committere, quot in Quadragesima sunt dies jejunii. Et idem dicendum est de eo, qui uno actu statuit omittere Missam, vel Officium divinum per totum annum.

392 Dubium eſſe poteſt de illo, qui vult omittere, & de facto omittit Officium unius diei; hic enim etiam videtur committere plura peccata pro diverſitate plurium Horarum; quia ſingulis ſuum reſpondet præceptum diſtinctum, ergo & peccatum. Præterea, quia ſi quis per ſeptem dies unam Horã in ſingulis omittat, committit ſeptem peccata: ergo etiam, ſi uno die omittat ſeptem Horas. Et ita ſentiunt *Bonac. de Sacram. diſp. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. n. 17. Gracia de benefic. tom. 1. p. 3. cap. 1. n. 142. Henr. l. 5. cap. 7. n. 6. Bellochius de caſ. reſervat. p. 2. q. 15. n. 74. Leſſius l. 2. cap. 37. dub. 9. n. 53. Tabien. verbo Hora q. 18. Tolet. l. 1. cap. 12.*

Bonacin. Garcia. P. Hẽriq. Belloch. P. Leſſius. Tabiena. P. Toletus

Sed probabilius dicendum cum *Squillante de oblig. Cleric. p. 1. dub. 33. n. 70. Navar. cap. 7. n. 6. de oratione, Flaminio Pariſ. de reſig. benef. l. 1. q. 9. n. 8. Graf. p. 1. l. 2. cap. 5. n. 14. Vega in ſum. p. 1. cap. 128. caſu 3. Rodrig. in ſum. tom. 1. c. 140. n. 16. Led. in ſum. p. 2. tr. 9. cap. 4. concluſ. 14. diff. 1. fol. mihi 513. Sa verbo Hora n. 14. Val. tom. 3. diſp. 6. q. 2. punct. 10. Azor p. 1. l. 10. cap. 7. q. 4. Suar. de relig. tom. 2. l. 4. cap 25. n. 18. Regin. tom. 2. l. 18. cap. 11. ſect. 3. n. 145. Molſ. in ſum. tom. 1. tr. 5. n. 9. Vaſq. opuſc. de beneſ. cap. 4. §. 1. dub. 5. n. 71. Dian. p. 2. tr. 12. de Hor. canon. reſol. 5. & 23.* unum tantùm committere peccatum, quia pro uno die unum tantum eſt præceptum. Quod vel inde oſtenditur, quia ſi pro qualibet Hora ſuum eſſet præceptum diſtinctum, illâ tranſactâ, violaretur, & deinceps non obligaret: quia, ſicut dies trãſit, ita & Hora tranſiret cũ ſuo onere: at neq; præceptũ violatur, neque hora trãſit; ſed poſt illã, dũmodo adhuc duret dies, poteſt impleri præceptum, & Horæ inſtat onus: ergo ſignum eſt quòd totum ſit pro die, & non diverſum pro Horis. Ex quo patet ſolutio ad fundamentum opinionis contrariæ. Ad ejus confirmationem dicendum eſt, eſſe diverſam rationẽ de violatione ſeptem Horarum per ſeptem dies, violatâ qualibet in ſuo die diſtincto, ac de violatione ſeptem Horarum in uno die, nam hæ, ſicut ſunt unibiles in uno Officio, ita earum omiſſiones ſunt unibiles in una omiſſione ejuſdem Officii: at ſicut Horæ diverſorum Officiorum non ſunt unibiles in uno Officio, ita neque earum omiſſiones in una omiſſione.

Squillant. Navar. Flamin. Graffis. Vega. Rodrig. Ledeſma. P. Sa. P. Valent. P. Azor. P. Suar. P. Regin. Molfeſ. P. Vaſq. Diana.

393 Secundò ſequitur, intendentem uno actu occidere plures homines plura committere peccata. Idem dicendum de eo, qui de facto uno ictu plures percutit, vel occidit: imò, ſi hi Clerici ſint, illos uno ictu percutiens, plures incurrit excõmunicationes, ut docet *Molin. to. 4. tr. 3. diſp. 41. n. 3. Navar. cap. 6. n. 18. Ugolin. de cenſur. tab. 1. cap. 16. § 3. n. 8. Sayr de cenſur. cap. 10. n. 9. Alterius de cenſur. tom. 1. l. 3. diſp. 10. cap. 8. Dian. p. 3. tr. 4. reſol. 164.*

P. Molin. Navar. Ugol. Sayrus. Alterius. Diana.

394 Idem dicendum eſt de detrahente pluribus uno ſermone, & pluribus uno ſimiliter maledicente. Idem de inducente plures ad peccatum. Idem de eo, qui unico juramento firmat plura mendacia; hic enim plura committit perjuria, hoc eſt, plura mendacia uno juramento confirmata. Hæc eſt contra *Henr.* traditur tamen à *D. Thom.* & aliis apud *Baldel. cit. diſp. 22. n. 7.* Idem de eo, qui una propoſitione blaſphemat in plures Sanctos; quamvis enim in blaſphemia poſſit excogitari aliqua diverſa ratio, qua ducti *Henr. l. 5. cap. 8. n. 4. Fag. præc. 2. l. 3. cap. 5. n. 10. Duard. in Bull. Cœnæ l. 3. §. 3. q. 2. n. 3. Megala in 1. p. l. 5. cap. 12. n. 4. ad 2. Ugolin. de cenſur tab. 1. cap. 16. §. 3. n. 8.* & alii ſentiunt unam blaſphemiam contra plures Sanctos eſſe unum tantùm peccatum. Nos tamen inferiùs à *num. 542.* oſtendemus prædictam blaſphemiam non ſolùm Deo eſſe injurioſam, ſed etiam ipſis Sanctis; ac proinde eſſe plura peccata.

P. Hẽriq. D. Thom. Baldel. P. Hẽriq. P. Fagũd. Duard. Megala. Ugolin.

395 Tertiò ſequitur, conjugatũ peccantẽ cum conjugata cõmittere duo adulteria in cõfeſſione declaranda. Quod licèt ſit contra *Sa*: traditur tamen à *Vaſq. Sal. Navar. Azor Caſtro Pal.* & aliis omnibus ſuprà citatis.

P. Sa. P. Vaſq. P. Salas. Navar. P. Azor. P. Caſtro Pal.

396 Item, habentem votum caſtitatis, & peccantem cum Moniali committere duo ſacrilegia. Præterea, habentem laſciva in eadem converſatione cum pluribus fœminis committere plura peccata. Idem dicendum de delectante ſe moroſè circa plures, & de plures odio habente, ut tenent *Tolet. Regin. Henr. & alii plures apud Dian. cit.*

P. Tolet. P. Regin. P. Henriq.

397 Quartò ſequitur, celebrantem in peccato mortali tres Miſſas immediatè unam poſt aliam in nocte Natalis, committere tria peccata. *Dubium eſt* de audiente in mortali plures confeſſiones: Utrùm, ſcilicet, tot committat peccata, quot audit confeſſiones? Unum tantùm

com-

P. Fagũd. Rodrig. Diana.

committere, si eas omnes audiat continuatas, sentiunt *Fag. prae. 2. l. 3. cap. 5. n. 9. Rodrig. in sum novissima tom. 2. cap. 44. n. 23. Diana 4. p. tr. 4. resol.* 45. Et id ostendi potest *primò* exemplo Sacerdotis excommunicati administrantis pluribus Eucharistiam; quem suprà diximus unum tantùm committere peccatum. *Secundò;* quia, si quis prohibitus ludere, ludat una nocte cùm pluribus successivè, non plura, sed unum tantùm committit peccatum, ut cum *Barthol. in L. Inficiando, ff. de furtis. Nav. in Cap. Consideret, de Poenitentia, dist. 5. n. 48. Ioanne Andrea,* tenet *Azor tom. 1. summae l. 4. cap. 4. fine, & Ioan. Sanch. apud Castro Pal. tom. 1. tr. 2. d. 3. punct. 3. n. 7.*

Barthol. Navar. Ioannes Andr. P. Azor. Ioan. Sãc. P. Castr. Pal.

398 Sed probabilius est excipientem in mortali plures confessiones, plura committere peccata. Ita *Homobon. in exam. Eccles. p. 1. tr. 5. cap. 13. q. 82. Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 2. pun. 2. §. 3. n. 7. diffic. 2. Azor. 1. p. l. 4. cap. 4. quaesito 6. Suar. to. 4. disp. 22. sect. 5. n. 35. Vasq. 1. 2. d. 98. cap. 3. n. 9. Castro Pal. cit. n. 8.* Probatur, quia cujuslibet confessio, & absolutio est causa, & sententia diversa; quae proinde non ordinatur ad aliam, nec cùm illa unitur. Confirmatur ex doctrina *Barthol. in L. Inficiando, §. Infans, ff. de furtis n. 5.* ubi resolvit eum, qui vendit certi vini mensuram decem nummis; stante lege quòd solis octo vendatur; toties eodem die delinquere, quoties vendit.

Homob. Bonac. P. Azor. P. Suar. P. Vasq. P. Castr. Pal. Barthol.

399 Neque obstat *primò*, quòd administratio Eucharistiae pluribus, sit unum tantùm peccatum; quia plurium comestiones uniuntur in una mensa & convivio, in quo sunt unibiles; non tamen plurium confessiones in una causa, & sententia. Non obstat *secundò*, quòd ludere eâdem nocte successivè cum pluribus sit unum tantùm peccatum; nam in primis id certum non est, & negatur à *Castro Pal. cum Vasq. loco citato* ob paritatem rationis cum aliis exemplis. Deinde aliqua assignari potest diversa ratio: quia, ut ex *D. Thom. cum Less. notat Baldel. cit. d. 23. n. 8.* ludere est terere tempus dictis, vel factis contentiosis ad oblectationem animi destinatis; unde ludit continuatè, qui praedicto modo tempus continuat: quòd autem illud terat cum uno, aut cum pluribus, id per accidens ludo est. At absolvere, & similiter vendere non respiciunt tempus, ac proinde non continuantur in illo.

P. Castro. Pal. P. Vasq. D. Thom. P. Lessius. Baldel.

SECTIO III.

Utrùm manifestandae sunt omnes circumstantiae aggravantes, & mutantes speciem?

400 *Proponitur sententia asserentium esse necessariò confitendas.*

401 *Referuntur ejus fundamenta.*

400  Rima difficultas est de circunstantiis aggravantibus intra eandem speciem. Et esse declarandas, saltem quae notabiliter aggravant, existimant *Altisiodor. l. 4. sum. tr. 6. cap. 3. q. 3. Alens. p. 3. q. 18. memb. 4. a. 3. §. 2. Marsil. in 4. sentent. dist. 12. a. 1. p. 1. dub. 1. Maior ibidem q. 4. Sot. ibidem dist. 18. q. 2. a. 4. Victor. sum. n. 177. Caiet. sum. verbo Confessio, condit. 15. Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 22. sect. 3. Nugn. in addit ad 3. p. tom. 2. q. 9. a. 2. dub. 2. conclus. 2. Sanch. in sum. tom. 1. l. 2. cap. 11. n. 24. Henr. l. 1. cap. 7. n. 4. Fag. de prae. Eccles. prae. 2. l. 4. c. 2. n. 6. in fine. Llamas in sum. p. 1. §. 14. Coninck de Sacram. d. 7. dub. 3. concl. 1. n. 13. Cruz in direct. consc. p. 2. de Sacram. poenit. q. 3. dub. 5. conclus. 2. Carrillo post itiner. ordinan. in repet. can. fin. 14. n. 6. de furto notabili dub. 7. n. 54. Faber. de poenit. in 4. sentent. dist. 16. q. unica disp. 24. cap. 1. n. 18. Fay. in addit. ad 3. p. q. 9. disp. 5. concl. 1. Led sum. tom. 1. de poenit. cap. 18. concl. 4. Sylvius in addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. dub. 1.* Qui omnes dicunt contrariam opinionem esse omninò improbabilem, neque ulla ratione ad praxim posse reduci.

Altisiod. Alens. Marsil. Maior. Sotus. Victor. Caietan. P. Suar. Nugnus. P. Sanch. P. Henriq. P. Fagũd. Llamas. P. Coninc. Cruz. Carrillo. Faber. Fay. Ledesm. Sylvius.

401 *Primò* probatur ex *Trid. sess. 14. cap. 5.* ubi dicitur eam requiri confessionem, quae sufficiat & ad hoc, ut Confessarius de gravitate peccatorum rectè censere possit, & ad hoc, ut aequalem illis poenitentiam imponat; &c. Quae duo praestari nequeunt, nisi explicentur circunstantiae aggravantes, nam si hae non explicentur, sequitur illum, qui furatus est duos aureos, & qui furatus est mille aureos, posse eodem modo se accusare de furto in materia gravi: & tunc Sacerdos eandem censebit utriusque peccati gravitatem, certè non rectè: & eandem utrique poenitentiam imponet, cùm tamen maiorem meritus fuerit, qui furatus est mille aureos.

Trident.

Secun-

Cap. Consideret.

Secundò probatur ex text. in *Cap. Consideret de pænit dist.* 5. ubi agitur de circunstantiis, quæ explicari debent, & certè annumerantur aggravantes. Item ex

D. August.

D. Aug. l. 2. de visitatione infirmi cap. 5. ibi: *Designanda sunt, in quibus locis peccasti, cum quibus peccasti personis, in quo peccasti, labilis ætas; quo gradu Ecclesiæ jam inserviebas: utrùm semel, an ex consuetudine: utrùm ex necessitate, an voluntate cecidisti; his enim omnibus sua instant judicia.* Et infrà: *Hæc autem omnia, si taceantur, vel ita callidè pallientur, animam jugulant*, &c.

Tertiò, quia aliquando reservatur peccatum ratione solius circunstantiæ aggravantis, ut in Diœcesi Ulyssipponensi, ubi reservatur sola retentio decimarum, quæ excedat *dez alqueires de pão*, vel ejus valorem: at verò ea solùm reservantur, quæ sunt de necessitate confessionis.

Quartò, quia plerunque maior est gràvitas, quæ provenit ex circunstantia intra eandem speciem, quàm quæ provenit ex circunstantia illam mutante, ut visitur in eo, qui furatus est duos aureos intra, & mille extra Ecclesiam; nam hoc secundum peccatum est graviùs, cùm tamen circunstantia maioris quantitatis non mutet speciem; circunstantia verò loci, maximè.

Quintò, quia in voluntate occidendi decem homines numerus ex parte objecti est circunstantia aggravans; & tamen est necessariò explicanda. Item in incestu debet explicari gradus consanguinitatis, vel affinitatis, cùm tamen hic solùm sit circũstantia aggravans, & sic de aliis.

§. 1.

Asseritur non esse opus explicare circunstantias aggravantes.

402 *Præfertur sententia opposita.*
403 *Iaciuntur fundamenta.*

402 NIhilominus satis tuta, & mibi quidem probabilior videtur contraria resolutio asserentiũ non esse necessariò declarandas circunstãtias aggravantes. Ita *D. Thom. in 4. dist. 16. q. 3. a. 2. q.5. Durand. ibid. q.4. Gabr. q. 1. Palud. q. 3. a. 3. D. Bonav. dist. 17. q. ult. Scot. q. 1. a. 2. Carthus. q. 2. Almain. q. 1. a. 2. Albert. dist. 16. a. 24. Ovand. dist. 15. propos. 23. Herrer. in 1. disp. 31. q. 7. Coriol. 3. post regul. 2. Turrecr. de pæn. 5. cap. 1. n. 11. Viguer. in inst. cap. 16. §. 4. vers. 17. D. Antonin 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 7. Covar. in 4. decret. p. 2. cap. 1. n. 14. Sylvest. v. Confessio q. 9. Angel. v. Confessio 1. n. 13. Armil eodem verbo n. 2. & 4. sum. Confessorum l. 3. tit. 34. q. 81. Cordub. sum. q. 3. Med. c. de confess. q. 7. de circunst. Navar. cap. 6. n. 7. Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 9. a. 3. dub. 2. & 3. Val. to. 4. d. 7. q. 11. punct. 1. Less. l. 4. cap. 3. dub. 12. n. 8. Reg. Zenard. Gyptius, Ioan. Sanch. Putean. Zerola, Pezant. Granad. Hurt. Cælestin. Præposit. Faust. Laym.* & alii plures apud *Dian. p. 1. tract. 7. resol.* 1. quibus adde *Lugo, Marat. Turrian. Bonac. & Leand. de Sacram. Pœnit. tr. 5. disp. 8. §. 1. q. 4. Escobar. lib. 15. problem. 112.*

D. Thom. Durand. Gabr. Palud. D. Bonav. Sotus. Carthus. Almain. Albert. Ovand. Herrera. Coriolan. Turrecr. Viguer. D. Anton. Covar. Sylvest. Angelus. Armil. Corduba. Medina. Navar. P. Vasq. P. Valent. P. Lessius. P. Reginal. Zenard. Cyptius. Ioã. Sãch. Putean. Zerola. Pezant. P. Granad. P. Hurt. Cælest. P. Præpos. Faust. P. Laym. Diana. P. Lug. P. Marat. P. Turriã. Bonac. Leand. P. Escob.

403 Probatur ex Concilio *Trid. sess. 14. cap. 5. & can.* 7. ubi dum explicat necessitatem confitendi omnia peccata mortalia, & eorum circunstantias, semper addit limitationem illam (*circunstantias, quæ speciem peccati mutant*) qua limitatione videtur tacitè excludere obligationem confitendi alias circunstantias; aliter non semper limitaret ad has. Quod sic declaro: nam ex eo quòd idem *Trid.* semper dicat omnia venialia non posse evitari sine speciali privilegio, eo ipso significat posse cum illo evitari. Item ex eo quòd semper dicat, neminem absque speciali revelatione posse scire se esse in gratia, eo ipso significat posse id scire cum illa. Item ex eo quòd semper dicat, neminem sine elevatione posse Deum videre, eo ipso significat posse eum videre cum elevatione: ergo, &c. Confirmatur; quia, si circunstantia aggravans, v. g. quantitas furti, esset declaranda, etiam declaranda foret quantitas detractionis, quantitas contumeliæ, quantitas odii, & quantitas durationis, qua unum peccatum æquipollet pluribus instantaneis ejusdem rationis; quod tamen vel ipsi Adversarii non concedunt: ergo, &c.

§. 2.

Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.

404 *Diluuntur argumenta contraria.*
405 *Quid dicendum, si pænitens interrogetur?*

404 AD primum desumptum ex *Trid.* respondetur satis esse explicare species & numerum peccatorum adhoc, ut Confessarius rectè judicet de illorum gravitate, & æqualem eis pœnitentiam imponat; gravitas enim peccatorum, & æqualitas pœnitentiæ, de qua *Trid.* loquitur, tantùm penes scelerum species, & eorum numerum pensanda est; quod ipsum *Trid.* limitando obligationem circunstantiarum ad solas mutantes speciem sufficienter declaravit. Et hoc vel inde confirmatur; quia, si ob prædictas duas rationes gravitatis peccati, & pœnitentiæ illi proportionatæ, explicandæ essent circunstantiæ aggravantes, etiam explicandæ essent notabiliter minuentes, ut si quis peccavit ex coactione, vel metu: & consequenter ille, qui adulterum occidit, non satisfaceret accusando se de homicidio, nisi explicaret circunstantiam minuentem; quod licèt admittatur à *Soto in 4. dist. 18. q. 2. a. 4. conclu. 5. Fabro de pœnit. in 4. sentent. dist. 17. q. unic. disp. 24. cap. 1. n. 23.* & aliis apud *Dian. 5. p. tract. 14. res. 85.* alii tamen Adversarii communiter non admittunt.

Sotus. Faber.

Ad secundum ex *Cap. Consideret* respondetur textum ibi loqui de iis, quæ sunt manifestanda, non ex necessitate præcepti, sed ex perfectione consilii. Ad locum *D. Aug.* respondetur in primis illum librum non recipi ut librum Divi Augustini, sed alterius Auctoris, ut notat *Vasq. cit.* Deinde dato quòd sit D. August. dicendum est loqui similiter de sola perfectione consilii. Neque obstant illa verba, *Hæc omnia si taceantur, animam jugulant*, quia intelligenda sunt de omnibus collectivè, & non disjunctivè sumptis; nam, si sumantur disjunctivè, plura ibi numerantur, quæ neque sunt circunstantiæ notabiliter aggravantes, ut *diversitas locorum, labilis ætas*, &c. quæ nec in opinione contraria sunt necessariò manifestanda.

P. Vasq.

Ad tertium de peccato, quod reservatur ratione circunstantiæ notabiliter aggravantis, respondetur etiam posse reservari ratione circunstantiæ non aggravantis notabiliter, ut si reservetur furtum quinque, & non quatuor Juliorum, tunc enim excessus unius Julii non est circunstantia aggravans; & tamen inde non sequitur circunstantiam non aggravantem esse de necessitate confessionis. Aliud ergo est reservari ea tantùm, quæ sunt de necessitate confessionis, & hoc est verum: aliud reservari solùm ratione alicujus, quod sit de necessitate confessionis, & hoc est falsum.

Ad quartum, quatenus dicit plerumque ex circunstantia aggravante maiorem provenire gravitatem, Respondetur provenire maiorem secundùm accidens, non maiorem secundùm essentiam, & numerum, & hæc sola gravitas absolutè, ac per se loquendo necessariò pensanda est ex institutione Christi.

Ad quintum negandum est, in voluntate occidendi decem homines numerum ex parte objecti esse circunstantiam aggravantem; nam præcedenti sectione ostendimus constituere tot peccata distincta, quot sunt ipsi homines, unde clarum est debere in confessione explicari; quia omnia, & singula peccata confitenda sunt integrè, non solùm quoad speciem, sed etiam quoad numerum. Quod attinet ad incestum aliqui dicunt, eos esse diversæ speciei pro diversitate graduum: alii verò sentiunt, omnes esse ejusdem speciei, ac proinde non teneri pœnitentem eos declarare, nisi à Confessario requisitum, de quo nos inferiùs *sect. 5.*

405 Quæres: Utrùm saltem, si Sacerdos interroget de circunstantia aggravante, teneatur pœnitens illam fateri? Negat *Iom. Sanch. in selec. d. 12. n. 6.* dicens Sacerdotem non habere jus ad interrogandum de circunstantiis aggravantibus: & quando judex non interrogat juridicè, potest reus utendo amphibologià negare. *Sed dicendum* cum communi Doctorum locis citatis teneri pœnitentem verum fateri, nam Sacerdos potest interrogare: *Est enim talis judex* (inquit Concilium Lateran. in *Cap. Omnis utriusque sexus, de pænitentiis, & remissionibus*) *qui more utriusque simul sit cautus & discretus medicus, oleum & vinum vulneribus superinfundens.* Ad hoc autem maximè inservit, cùm ipsi Sacerdoti videbitur, prædictarum circunstantiarum inquisitio. Et confirmatur, quia hæc est totius Ecclesiæ praxis. Quare sententiam *Ioannis Sanch.* existimo parùm tutam de qua fusiùs infrà *n.* 493.

Ioan Sanch.
Cap. Omnis

(* * *)

§. 3.

Explicandas esse circumstantias mutantes speciem.

406 *Proponitur sententia negativa.*
407 *Vera resolutio.*
408 *Solvuntur argumenta contraria.*

406 SEcunda difficultas de circumstãtiis mutantibus speciem. Plures existimant non esse omnes declarandas, sed illas tantùm, quæ notabiliter variant judicium Confessarii; aliquæ enim sunt, quæ illud nõ variant: imò asserũt, non omnes esse explicãdas, quæ variãt judicium Confessarii, sed illas tantùm, quæ omnibus nota sunt; nam præceptum explicandi circunstantias obligat omnes: ergo debet esse de re omnibus moraliter possibili; perpauci autem sunt, iique doctissimi, qui valeant discernere inter omnes circunstantias mutantes speciem. Ita *Caiet. Navar. Sot. Can.* quos citat, & sequitur *Fag. in 2. precep. Eccles. l. 4. cap. 2. n. 4.* Caietan. Navar. Sotus.

407 Nihilominus dicendum explicandas esse omnes circunstantias mutantes speciem. Ita communis Doctorum. Probatur primò ex *Trid. sess. 14. cap. 5.* ubi decidit, eas circunstantias in confessione manifestandas esse, quæ speciem peccati mutant: quæ verba generalia cùm sine, limitari non debent. Secundò, quia peccatum confitetur propter malitiam: explicandæ ergo sunt malitiæ, quæ variant ejus essentiam. Canus. P. Fagund. Triden.

408 Neque obstat primò, quòd Adversarii dicant aliquas circunstantias non variare judicium Confessarii: omnes enim mutantes speciem illud variant. Non obstat secundò, quòd non omnes pœnitentes sciant discernere inter hujusmodi circunstantias, id enim est per accidens, & tunc excusabuntur propter ignorantiam.

SECTIO IV.

De circunstantiis mutantibus speciem in particulari: & primò de circunstantia *Quis*.



Eptem numerantur circunstantiæ mutantes speciem, quæ hoc versu continentur:

Quis, Quid, Ubi, Quibus auxiliis, Cur, Quómodo, Quando.

E*T quod attinet ad primam* Quis *(de aliis enim per sequentes sectiones disputabimus) dicendum est comprehendere statum pœnitentis, & ea, quæ se habent ex parte illius, cùm faciunt ad distinctionem specificam peccatorum. Et circa hoc plures se se offerunt difficultates.*

§. 1.

Utrùm, qui se accusat de peccato contra castitatem, teneatur declarare se esse voto adstrictum?

409 *Opinio negans.*
410 *Rejicitur ut erronea.*
411 *Solutio ad argumenta contraria.*

408 PRima difficultas de obligatione declarandi votum: & quæri potest primò: Utrùm detur obligatio illud declarandi? Negant *Cardinalis* Clement. *Ad nostrum, versu 7. n. 3. de Heret. Imola ibi n. ult. &c. Ut Cleric. n. 8. vers. Adverte tamen, de vita, & honest. Clericor. Decius* Cap. *At si Clerici, de Judiciis. n. 229. vers. Non obstant. Felinus ibi n. 14. vers. Utrùm autem. Bermond. de publicis concub. §. Et alios non publicos. n. 11. Tabiena verb. Votum n. 3. notabili 2. Velasq. l. 9. Taur. in glossa 10. n. 10. Iulius Clarus l. 5. recept. §. Fornicatio n. 18. & §. Incestus. n. 1.* & alii plures. Cardin. Imola. Decius. Felinus. Bermond. Tabiena. Velasq. Iul. Clar. Probatur primò quia aliàs qui decies repetit votum, teneretur explicare se habere votum decies repetitum. *Secundò* ex Cap. *Quia circa de bigamis*, & ex Cap. *Presbyter, dist. 28.* ubi Summus Pontifex loquitur de Clericis concubinariis, tanquam de simplici fornicatione notatis. Cap. Quia circa Cap. Presbyt.

410 Nihilominus dicendum, prædictam sententiam esse erroneam, cum communi Theologor. apud *Sanch. de Matr. l. 7. d. 27. n. 21.* Probatur primò ex Cap. *De iis, dist. 28.* ubi dicitur Clericum P. Sãchez. Cap. De iis

cum fornicantem esse sacrilegii reum. Secundò, quia circunstantia voti addit malitiam irreligionis specie distinctam: ex *Trident.* autem constat circunstantias, quæ mutant speciem, esse declarandas.

Triden.

411 *Ad primum* respondetur non esse opus declarare repetitionem voti, quia hæc non addit malitiam specie, vel numero distinctam, ut ex infrà dicendis constabit, *Ad secundum* respondetur textus citatos solùm velle Clericum habentem plures concubinas non esse bigamum, nec incurrere irregularitatem bigamiæ; sed quoad hoc perinde se habere, ac simplicem fornicarium. Limita, nisi concubinæ habeantur ut uxores in facie Ecclesiæ, quia tunc incurritur irregularitas bigamiæ, notabili textu in *Cap. Nuper de bigamis*

Cap. Nuper.

§. 2.

Utrùm teneatur explicare se simul esse Religiosum, & Sacerdotem?

412 *Sententia aliquorum affirmativa.*
413 *Tenenda opposita.*

412 SEcundò quæritur: Utrùm, qui simul est Religiosus, & Sacerdos, teneatur explicare utrumque votum? Affirmant *Sotus in 4. dist. 18. q. 2. a. 4. & de just. l. 2. q. 8. a. 5. ad 1. Coninck de Sacram. disp. 20. dub. 3. n. 131. Led. sum. tom. 1. de pænit. cap. 19. de circunstant personæ, dub 2. Zanard. in direct. Theolog. p. 1. tr. de pænit. cap. 18. Fay in addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. disp. 7. ad 3.* Probatur, quia hæc duo vota violantur, & sunt valde diversa.

Sotus. P. Coninck. Ledesm. Zanard. Fay.

413 Nihilominus dicendum satis esse dicere: Sum Sacerdos, vel sum Religiosus, vel sum sacris Ordinibus aniciatus. Ita *Sanch. de matrim. l. 7. disp. 27. Henr. l. 5. de pænit cap. 5. n. 6. in Gloss. litera G. Villalob. sum. tom. 1. tr. 9. cap. 37. n. 13. qui citat Azor, Medin. Rodrig. & alios. Less. l. 4. c. 3. dub. 12. n. 81. Cruz in direct. consc. p. 1. prae. 6. a. 6. dub 8. concl. 3. Fag. de præc. Eccles. tr. 2. l. 4. cap. 3. n. 4. Dian. 1. p. tr. 7. resol. 3.* Probatur, quia hæc vota non habent malitias specie distinctas, sunt enim ejusdem speciei; neque etiam illas multiplicant numero, nam vota multiplicata de eadem re habent se ut chirographa, quæ multiplicata circa eandem rem non multiplicant obligationes sed eandem confirmant.

P. Sanch. P. Henriq. Villal. P. Azor. Medina. Rodrig. P. Lessius. Cruz. P. Fagund. Diana.

§. 3.

Utrùm Sacerdos, vel Religiosus possit solùm dicere: Habeo votum?

414 *Proponuntur fundamenta sententiæ negativæ.*
415 *Præfertur affirmativa; demonstraturque solemnitatem voti esse quid extrinsecum.*
416 *Satisfit argumentis contrariæ sententiæ.*
417 *An Novitius in peccato contra castitatem teneatur explicare se esse Novitium?*
Utrùm initiatus Ordinibus minoribus debeat explicare Ordines? Ibidem.

414 TErtiò quæritur: Utrùm possit solùm dicere: Habeo votum, non explicando esse solemne? Negant *Palat. in 4. dist. 16. dub. 3. n. 31. Rodrig. in sum. tom 1. cap. 109. n. 5. Layn. Thol. moral. l. 4. tr. 10. cap. 7. n. 4. Medin. sum. l. 1. cap. 14. §. 18. Fay in addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. disp. 7. ad 2. Azor. Coninck. de Sacram. p. 2. l. 3. cap. 27. q. 10. Coninck. de Sacram. disp. 7. dub. 4. n. 20. Fag. de præc. Eccles. tr. 2. l. 4. cap. 3. n. 6. Villalob. sum. tom. 1. tr. 9. dub. 37. Led. sum. tom. 1. de pænit. cap. 19. de circunstant. personæ, dub. 2. Henr. l. 5. de pænit. cap. 5. n. 6. in Gloss. lit. G.* & alii, quos citat, & sequitur *Lug. d. 16. n. 147.* Fundamentum est, quia solemnitas addit præceptum distinctū inhabilitas ad matrimonium; cui consequenter respondet peccatum distinctum. Et hoc ostenditur *primò*, quia ratione similis præcepti circunstantia incestûs inter gradus à jure prohibitos declarāda est. *Secundò*, quia si quis, cùm ordinatur, habeat intentionem expressam non emittendi votum, adhuc postea in confessione tenetur explicare Sacerdotium ratione præcepti castitatis. Addit ergo hoc aliquid distinctum à voto necessariò declarādum. *Tertiò*, specialiter in Religioso; quia professio est quoddam conjugium, & matrimonium spirituale: at circunstantia matrimonii est specialiter declaranda. *Quartò*: quia qui præter votum habet juramētum, debet utrumque explicare: ergo idem dicendum de eo, qui præter votum habet solemnitatem.

Palat. Rodrig. P. Layn. Medina. Fay. Azor. P. Coninck. P. Fagund. Villalob. Ledesm. P. Henriq. P. Lug.

415 Nihilominus probabilior videtur contraria resolutio asserentium in proposito casu sufficere dicere: Habeo votum castitatis: non explicando se esse Religiosum, vel Sacerdotem. Ita cum pluribus *Sanch. de matrim. l. 7. disp. 27. Castro Pal. de peccat. d. 3. p. 3. Filliuc. tom. 2. tr. 30. cap. 9. Megala in. 1. p. l. 5. cap. 11. n. 8. Llamas sum. p. 3. cap. 8. §. 14. Molf. sum. to. 1. tract. 7. cap. 12. num. 66. & 68.* & alii plures apud *Dian. ubi proximè, & 3. p. tr. 4. resol. 67.* Probatur, quia votū solemne, & simplex sunt ejusdem speciei: ergo &c. Antecedens admittitur etiam ab Adversariis; & ostenditur, quia solemnitas voti est quid ipsi voto extrinsecum, & accidentarium, consistens in acceptione perpetua facta ab Ecclesia nomine Dei inhabilitante matrimonium subsequens, illudque dirimente, ut videre est paud *Sanch. ubi proximè d. 25.*

Sanchez. P. Castro. Palao. P. Filliuc. P. Megala. Llamas. Molf. Diana.

Est, inquam, hæc solemnitas quid extrinsecum, & accidentarium ipsi voto, quia potest liberè variari ab Ecclesia, persistente eodem voto; est enim de jure Ecclesiastico, & ad libitum summi Pontificis, ut constat ex text. *Cap. unico de voto, in 6.* ubi: *Nos igitur*, inquit Bonifacius VIII.) *considerantes quòd voti solemnitas ex sola institutione Ecclesiæ est inventa,* &c. Et ex Bulla Gregorii XIII. *Ascendente Domino,* concessa Religiosis nostræ Societatis, ibi *Non considerantes voti solemnitatem sola Ecclesiæ constitutione inventam esse, &c.*

Cap. unicū. Bulla Greg XIII

Et confirmatur, quia votum solemne Castitatis antea non dirimebat matrimonium subsequens, ut probat textus in *Cap. Quotquot*, textus in *Cap. Virgines*, textus in *Cap. Siqua virgo 27. q. 1.* modò dirimit matrimonium subsequens, libere id ordinante Ecclesia, ut probat textus in *Cap. unico, de voto in sexto,* textus in *Clement. unica, de consanguinitate, & affinitate,* textus in *Cap Consuluit de convers. conjugat.* textus in *Cap. Meminimus, qui Clerici vel voventes,* textus in *Cap. finali eodem titulo.*

Cap. Quot. Cap. Virgines. Cap Siqua virgo. Cap. unicū Clem. unica Cap. Consuluit. Cap. Meminimus. Cap. finale.

416 Neque obstat fundamentum opinionis contrariæ; dicendum enim est solemnitatem non addere præceptum, sed solam acceptationem in perpetuum inhabilitantem ad matrimonium subsequens, illudque dirimentem. modo proximè explicato. *Ad primum* respondetur circunstātiam incestûs esse in confessione declarandam: qui præter malitiam contra: castitatem, addit aliam specie distinctam contra virtutem observantiæ, quam Ecclesia præcipit servari inter consanguineos intra quartum gradum, & affines intra secundū transversum, de quo nos, infrà à *num. 524.* At verò solemnitas supra votum non addit malitiam specie distinctam contra aliquam virtutem specialem diversam.

Ad secundum respondetur illum, qui dum ordinaretur, habuit expressam voluntatem non emittendi votum, teneri, cùm se accusat de peccato contra castitatem, explicare Sacerdotium ratione præcepti servandi castitatem, quod violat. Ad cujus intelligentiam advertendum est cum *Sanch. ubi proximè n. 14.* Ecclesiam præcipere suscipientibus Sacramentum Ordinis vovere solemniter castitatem: quòd si non voveant, præcipit ipsam castitatem: unde qui, dum ordinabatur, non vovit & postea violat castitatem, committit non solam malitiam contra temperantiam, sed etiam alteram irreligionis contra præceptum Ecclesiæ, quæ ex motivo Religionis præcipit castitatem in prædicto casu. P. Sanch.

Ad tertium respondetur conjugium spirituale Religiosi cū sua Religione non in omnibus æquiparari conjugio carnali, nā hoc obligat ad continentiam conjugalem ex motivo justitiæ; illud verò ad continētiam monachalem ex motivo Religionis, quod in voto solemni, & in simplici est ejusdem speciei.

Ad quartum respondetur cum *Sanch. cit. d. 27. n. 27. & 37.* votum, & juramentum distingui specie, nam votum obligat ob fidem datam Deo; juramentū verò, ne Deus adducatur falsò in teste: at votū solēne, & sīplex sūt ejusdē speciei, ut patet ex dictis. P. Sanch.

417 Quartò quæritur, quid dicendum sit de Novitio? *Llamas in summa p. 3. c. 8. 14.* existimat teneri declarare se esse Novitium sed meliùs dicendū cum *Lugo d. 16. n. 150. Megala in 1. p. l. 5. cap. 11. 7. Dian. p. tr. 7. resol. 7. Leand. disp. 8. §. 19. q. 9.* nō teneri explicare talē circunstātiam, quia Novitius nondū habet votum. Et idē dicendū de initiato Ordinibus minoribus, quia hic similiter votū nō habet. Llamas. P. Lug. Megala. Dian. Leandre.

§. 4.

Utrùm Religiosus violans præceptum sanctæ Obedientiæ teneatur explicare & votum, & præceptum?

418 *Opinio affirmans teneri Religiosū utrūque explicare.*

419. *Opinio negativa.*

420 *Quid dicendum in hac quæstione?*

421 *Vn-*

421 *Unde colligatur intentio Prælati sit, vel sic obligantis?*
422 *Quid tenendum, quando Prælatus solùm præcipit sub excommunicatione?*
423 *An idem dicendũ sit, quãdo præcipit per regulã, vel legẽ obligantẽ sub mortali?*
424 *An violatio regulæ, vel præcepti in materia de se mala contrahat malitiam ipsius materiæ?*

418 Quintò quæritur: Utrùm Religiosus, qui transgressus est præceptum Superioris præcipientis in virtute Sanctæ Obedientiæ, teneatur explicare se esse voto, & præcepto astrictum? Et duæ sunt sententiæ. Prima affirmat; quia tunc committuntur duæ malitiæ, altera irriligionis contra votum, altera inobedientiæ contra præceptum. *Ita Vasq. in 1. 2. disp. 98. c. 3. n. 7. Sal. tom. 2. tr. 13. disp. 3. sec. 2. n. 16. Villalob. in sum. tr. 9. dub. 36. n. 14. Castro Palao tom. 1. tr. 2. disp. 3. punct. 3. n. 12. Lugo cit. n. 171. Tan. in p. 2. disp. 4. q. 2. dub. n. 46. Laym. l. 4. tra. 5. c. 9. n. 6. Suar. de Relig. tom. 3. l. 10. c. 7. n. 6. &* alii apud *Dian. 1. p. tr. 7. resol. 17.* P. Vasq. P. Sallas. Villalob. P. Castro. Pal. P. Lug. P. Tanner. P. Laym. P. Suar.

419 Secunda sentẽtia negat; quia existimat in eo eventu unam tantùm committi malitiam contra votum: nam Prælatus, quando imponit præceptum Sanctæ Obedientiæ, solùm intendit exigere obligationem voti Obedientiæ, & ex illo obligare subditum in materia, quam determinat. Ita *Sot. de justitia l. 7. q. 2. a. 3. 1. ad. Caiet. in 2. 2. q. 88. ar. 5. ad 3. Led. in sum. tom. 1. de pænit. c. 19. concl. 6. Antonius Perez in regul. D. Benedict. c. 5. tr. 23.* & alii apud *Dian. 1. p. tr. 7. resol. 16. & 3. p. tr. 4. resol. 67.* Sotus. Caietan. Ledesm. Perez.

420 Nihilominus distinctione utendum videtur cum *Sanch. l. 4. Decal. c. 11. n. 25. & Suar. de relig. to. 3. l. 10. c. 6. n. 6.* nam aut Prælatus non habet intentionem obligandi ex præcepto, sed solùm ex voto, cujus obligationem à subdito exigit per præceptum, & sic una tantùm incurritur malitia contra votum Obedientiæ. Neque obstat quod etiam violetur præceptum, nam præceptum non obligat nisi ex intentione Prælati, & intentio Prælati solùm est exigere obligationem voti. Aut Prælatus habet intentionem obligandi etiã ex præcepto, & sic duplex incurritur malitia, altera contra votum, altera contra præceptũ. P. Sanch. P. Suar.

421 *Inquires tamen primò,* unde colligatur, quòd Prælatus habeat, aut non habeat intentionem obligandi ex præcepto? Respondetur cum *Sanch. cit.* tunc censeri non habere intentionem obligandi ex præcepto, sed solùm ex voto, cùm solùm præcipit in virtute Sanctæ Obedientiæ: tunc autẽ non solùm ex voto, sed etiam ex præcepto, cùm præcipit in virtute Sanctæ Obedientiæ sub excommunicatione; nam per virtutem Sanctæ Obedientiæ exigit obligationem voti, & per excommunicationem exigit obligationem præcepti sibi debitam, ut Prælato strictè præcipienti. Et probatur, quia in primo eventu intentio Prælati saltem manet dubia, & cùm sit in materia rigorosa, benignè interpretanda est. In secundo eventu sufficienter explicatur. *Objicies*: Quando Pontifex præcipit in virtute Sanctæ Obedientiæ obligat ex præcepto: ergò idem dicendum de Prælato regulari; licèt non addat pœnam excommunicationis. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia Religiosus non vovet obedientiam Pontifici, sed solùm suo Prælato; unde Pontifex non potest exigere obligationem voti, sed solũ præcepti. P. Sanch.

422 *Inquires secundò,* quid dicendum quando Prælatus solùm præcipit sub excommunicatine? *Sanch. cit.* respondet tunc solùm committi peccatum contra præceptum, & non contra votum; quia, sicut per virtutem Obedientiæ solùm exigitur obligatio voti, ita per pœnam excommunicationis solùm exigitur obligatio præcepti. Sed in hoc concordare nequeo cum Sanchez; nam in Religioso omne peccatum inobedientiæ est contra votum Obedientiæ, sicut omne peccatum veneteum est contra votum Castitatis: & sicut fieri non potest quòd peccatum venereum non sit contra votum Castitatis, ita fieri nequit quòd peccatum inobedientiæ non sit contra votum Obedientiæ. Unde dicendum est in supra dicto eventu committi duas malitias, alteram contra votum, alteram contra præceptum. P. Sanch.

423 *Inquires tertiò,* quid dicendum quando Prælatus præcipit per regulam, seu legem obligantem sub mortali? *Sanch. citatus* asserit tunc semper incurri duas malitias, alteram contra regulam præcipientem, alteram contra votum. Sed uno excepto Sanchez, qui minùs cohærenter in hac materia videtur lo- P. Sanch.

loquutus, omnes alii Doctores locis citatis asserunt eandem quoad hoc esse rationem de Prælato præcipiente per regulam, ac per præceptum: unde dicendum est, quando non additur pœna excommunicationis, solùm incurri malitiam contra votum: quando verò additur pœna excommunicationis, etiam incurri malitiam contra regulam habentem vim præcepti, ut patet ex dictis.

424 *Inquires quartò*: Utrùm, quando violatio regulæ, vel præcepti est in materia non mala, quia prohibita, sed quia de se mala, v. g. contra Justitiam, vel contra Castitatem, præter malitias cõtra votum, & contra præceptum incurratur etiam alia tertia contra Justitiam, vel contra Castitatem? Respondetur affirmativè; & probatur, quia violatio Justitiæ, vel Castitatis in casu proposito non solùm est mala, quia est contra præceptum Obedientiæ, & contra votum, sed etiam quia est contra Justitiam, vel contra Castitatem: ergo habet omnes malitias. Ita Doctores citati.

§. 5.

Utrùm, qui se accusat de peccato contra Castitatẽ, teneatur declarare se esse sponsum, vel sponsam alterius de futuro?

425 *Refertur sententia negativa.*
426 *Proponitur affirmativa.*
427 *Eligitur media sententia.*
428 *Solvuntur fundamenta primæ sentẽtiæ.*
429 *Satisfit argumentis secundæ sententiæ.*

425 SEcunda difficultas de obligatione declarandi sponsalia. Et in hac re sunt duæ sententiæ: prima negat declaranda esse sponsalia. Ita *Covar. in 4. decr. p. 1. c. 1. n. 11. Wivald. in candelab. p. 1. tit. de sponsal. n. 10. Led. de matrim. q. 43. a. 1. dub. ul. Megal. in 1. p. l. 5. c. 11. q. 5. n. 9. Basil. Pontius de matrim. l. 11. c. 6. n. 8. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 6.* & alij apud *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 67. & Ioan. Sanch. in selectis d. 11. n. 6.* Item *Leander d. 8. 6. 1. q. 12.* Probatur *primò*, quia sponsalia non violantur per peccatum cũ alia, vel cum alio, solùm enim obligant ad tradendam corpus per matrimoniũ de futurò. *Secundò*, quia sponsalia obligant, sicut obligat votum ingrediendi Religionẽ; hoc autem non violatur per prædictum peccatum. *Tertiò*; quia, siquid obstaret, (Covar. Vrivald. Megala. Pontius. P. Laym. Ioã Sanch. Leander.)

esset injuria, quæ fit sponso, & sponsæ: at hæc non obstat, non enim quævis injuria, quæ in alterum resultat, est manifestanda, aliàs qui fuste, vel alapâ cædit adversarium, teneretur explicare illũ habere fratres, quia inde in eos etiã aliqua injuria resultat: hoc tamen nõ est dicẽdũ.

426 Secunda sententia affirmat. Ita *Homob. de exam. Eccles. p. 1. tr. 7. c. 36. q. 140. Nald. sum. verb sponsa. n. 12. Sylv. in 3. p. quæst. 43. a. 1. quæsit 2. Molf. & Pitigi m. in 4. sent. tom. 2. dist. 17. q. unic. a. 5. Sarmiento. select. inter. l. 1. c. 5. n. 3. Lopez instructor. consc. p. 1 c. 29. Fay in addit ad 3. p. q. 9. a. 2. d. 7. ad 4. Coninch. de Sacr. d. 22. dub. 1. n. 6. Mol. de just. tom. 3. d. 73. n. 8. Rebel. p. 2. l. 4. q. 8. sect. 2. n. 9. Guter de matr. c. 1. n. 20. Cruz in direct. p. 2. de matr. q. 4. a. 5. dub. 8. concl. 5.* & alii apud *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 67.* Et probatur, quia in hoc peccato præter malitiam contra Castitatẽ incurritur alia contra Justitiam propter facta sponsalia. Et hoc ostenditur *primò*, quia ob hoc peccatum potest sponsus, vel sponsa læsa resilire *Cap. Quemadmodum* de jurejurando. *Secundò* ex *lege Si uxor 13. in principio ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, ibi: *Neque spem matrimonij violare permittitur.* Ubi Jurisconsultus loquitur de peccato sponsæ. *Tertiò*, quia, si ex contractu debes vendere, & tradere mihi equum tuum cras, peccas peccato injustitiæ, si hodie eruto oculo equum deteriorem redas: sponsus verò, & sponsa reddit corpus suum deteriùs. *Quartò*, quia fornicatio sponsi, vel sponsæ dicitur adulterium, ut habetur. *l. 1. Castel. tit. 17. p. 7. in principio, & Gloss. Cap. quemadmodum, verb. Sponsum, de jurej. &* defendunt *Palud. in 4. dist. 27. q. 1. a. 3. n. 17. Oldr. L. miles ff.* ad legem Juliam, *Alberic. ibi §. quærebatur. n. 3.* & alii. At circunstantia adulterii est explicanda: ergo, &c. (Homobo. Naldus. Sylvius. Molfes. Pitigian. Sarmiento. Lopez. Fay. P. Coninck. P. Molina. P. Rebellus. Gutterres. Cruz. Cap. Quẽ. ad. Lex. si uxor. L. 1 Castel. Glossa. Palud. Oldr. Alberic.)

427 Nihilominus standũ videtur tertiâ alia mediâ sententiâ, & dicendum explicari debere circunstantiã ex parte spõsæ: non ex parte spõsi. Ita *Sanch. l. 1. de matr. d. 2. n. 6. Fag. de præc. Eccl. t. 2. l. 4. c. 3. n. 21. Fillinc. tom. 2. tr. 30. c. 2. n. 53. Villal. sum. tom. 1. tr. 9. dub. 36. n. 16.* Et quod attinet ad sponsam probatur, quia redditur valde deterior. Adde quòd in eo fit sponso injuria adeò atrox, ut leges illi vindictam concedant, L. *Si uxor* cit. ibi: *D. Verus, & Antoninus rescripserunt etiam in sponsam hoc ipsum vindicandum,* quia (P. Sanch. P. Fillinc. Villalob.)

quia nec matrimonium qualecumque, nec spem matrimonii violare permittitur, &c. Quod attinet ad sponsum probatur, quia licet ille aliqualem committat injuriam, hæc non videtur gravis.

428 Neque obstant fundamenta primæ sententiæ, quatenus probant neque explicandam esse circumstantiam ex parte sponsæ. *Ad primum* respondetur per illius peccatum violari aliquo modo sponsalia, quatenus redditur deterius corpus, læditur enim consequenter jus ad illud ipsis sponsalibus acquisitum. *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de sponsalibus, ac de voto ingrediendi Religionem; nam vovens non tenetur ex justitia ad Castitatem, sponsus verò maximè. *Ad tertium* respondetur esse diversam rationem de percutiente adversariū, nam percutiens, licèt etiam aliquo modo faciat injuriam fratri illius, re vera non violat jus distinctum, sed idem, quod etiam aliquo modo indirectè spectat ad fratrem ipsius adversarii: at sponsa violat jus directum, quod in ipsam habet sponsus.

429 Non item obstant fundamenta secundæ sententiæ, quatenus probant prædictam circumstantiam etiam explicandam esse ex parte sponsi. *Ad primum* negandum est malitiam, quæ ex parte sponsi incurritur contra sponsalia, esse gravem. Dices: sponsa potest resilire propter injuriam: ergo hæc est gravis. Respondetur posse resilire non propter gravitatem injuriæ, sed propter libertatem matrimonii, quod maximè liberum esse debet. *Ad secundum* respondetur leges solùm concedere vindictam contra sponsam, non contra sponsum. *Ad tertium* dicendum est solam sponsam reddi notabiliter deteriorem, non sponsum. *Ad quartum* respondetur fornicationem sponsi; vel sponsæ non esse propriè adulterium; ut habetur *L. Inter 6. in principio ff. ad legem Iuliam de adulteriis.* Leges in contrarium allegatæ loquuntur de fornicatione sponsæ, quæ talis est per verba de præsenti ante matrimonium consummatum, ut cum pluribus docet *Sanch.* ubi proximè. *L. Inter. P. Sanch.*

§. 6.

Utrùm teneatur declarare reincidentiam, & consuetudinem?

430 *Explicatur status quæstionis.*
431 *Prima sententia asserens consuetudinem ad actus diliberatos non esse manifestandam.*
432 *Secunda sententia omnino opposita.*
433 *Iudicium Authoris.*
434 *Qui actus inducat consuetudinem? & Quid fieri debeat ad illam extirpandam?*
435 *Quid veniat nomine reincidētiæ; quando reservatur à Prælato?*
436 *An consuetudo ad actus indeliberatos sine advertentia ad periculum, cui se exponit, sit manifestanda?*
437 *Utrùm debeat aperiri, cùm datur advertentia ad periculum?*
438 *Amplectitur resolutio affirmativa.*
439 *An actus indeliberati, qui sequuntur post efficax propositum illos non committendi, adhuc imputentur ad culpam?*

430 Tertia difficultas, de obligatione declarandi consuetudinem. Nomine consuetudinis hoc loco intelligitur illa, quæ resultat ex frequenti actuum repetitione & censetur esse occasio proxima incidendi. Possumus autem loqui aut de illa, quæ inducit ad actus diliberatos, hoc est, faciendos cum advertentia; aut de illa, quæ inducit ad actus indeliberatos, hoc est, faciendos sine advertentia, qualia esse solent juramēta in iis, qui ex depravata consuetudine jurant super qualibet re jam sine advertentia. Rursùm potest quæstiò procedere aut quando pœnitens non interrogatur de consuetudine; aut quando de illa interrogatur.

431 Quod attinet ad primum de consuetudine ad actus deliberatos, sunt duæ sententiæ. Prima asserit non esse manifestandam; quia non est circumstantia mutans speciem, sed ad summum aggravans. Ita *Dian. 1 p. tr. 7. resol. 15. Lugo d. 16. n. 202. Iom. Sanch. in select. d. 9. Suar. disp. 3. sec. 4. n. 15. Regin. l. 6. n. 138. Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 91. a. 1. dub. 3. n. 3. Zerola de pænit. cap. 12. quæsito 7. Leander disp. 8. §. 7. q. 20.* & alii. *Diana. P. Lugo. Joan. Sāc. P. Suar. Reginald. Zerola. P. Vasq. Leander.*

432 Secunda sententia docet esse explicandam, quia reincidens præter peccatum, quod committit, exponit se periculo proximo alterius sequentis & periculū alterius peccati distincti est distinctum peccatum. Unde, qui reincidit polluendo se, tenetur explicare non solam polutionem, sed reincidentiam. Et ita cum *Henr. l. 4. c. 8. n. 2. Val. q. 5. pun. 2.* & aliis pluribus, quos citant, & sequuntur *Fag. l. 4. cap.* *P. Heriq. P. Valēt. P. Fagund.*

Tanner. cap. 4. n. 7. & Tanner. q. 7. dub. 3.

433 Nihilominus distinctione opus est: aut enim reincidens non advertit (ut ordinariò fit) ad consuetudinem, quam sibi inducit, & ad periculum proximum, cui illa exponit; & tunc non est explicanda, non enim est circunstantia mutans speciem, neque addit novum peccatum numero distinctum defectu advertentiæ: ergo, &c. Aut advertit ad consuetudinem, & ad periculum proximum, & tunc ratione illius cõmittit distinctum peccatũ, ac proinde debet illud manifestare: & ita
Sayr. docet *Sayr. in clavi regia l. 5. cap. 5. n. 10.*
Tolet. Sic. *Valent. 2. 2. disp. 6. q. 7. puncto 3. col. pe-*
P. Valent. P. Coninck. *nultim. Thomas Sanch. l. 3. Dec. cap. 5. n. 15. Coninck. d. 8. n. 132.* &, si attentè legantur, *Suar. Vasq. & Reginald. cit.* qui meritò addunt, quoties homo advertit ad depravatam consuetudinem, in qua est, teneri illam extirpare, & si id omittat facere, peccare.

434 Quæres primò, per quem actum reincidentiæ censeatur inducta consuetudo, ita ut incipiat ejus extirpationis obli-
Sanch. gatio? Respondetur cum *Sanch. cit. n. 31.* eo actu incipere, à quo post alios plures peccator advertit eos sibi esse occasionem proximam reincidendi. Quæres secundò, quid fieri debeat ad extirpandã hujusmodi consuetudinem? Respondetur debere frequenter elici actus contrarios, & propositum efficax non committendi ulteriùs tale peccatum.

435 Quæres tertiò, quando Prælatus committit Confessario potestatem absolvendi à reservatis, exceptis peccatis reincidentiæ, quid veniat nomine reincidentiæ? Respondetur venire illam, quæ inducit prædictam consuetudinem, nam hæc, ut extirpetur, indiget efficaciori remedio, quod proinde Prælati sibi reservant. Unde colliges posse in casu proposito absolvi pœnitentem à reservato, quod olim pluries commiserat, dummodo ejus consuetudo jam sit sufficienter interrupta & extirpata, & pro nunc non censeatur iterum proximâ repetitione inducta.

436 Quod attinet ad secundum de consuetudine ad actus indeliberatos, similiter dicendum est non dari obligationem manifestandi illam defectu advertentiæ ad periculum, cui exponit.

437 Solùm dubitari potest, an manifestanda sit cùm datur advertentia? Itẽ, an detur obligatio illã extirpandi, ita ut ejus omissio sit peccatum mortale? Et in utroque pro parte negativa facit quòd prædicta consuetudo non exponit periculo peccandi, sed solùm faciendi actus indeliberatos, qui idcirco peccata non sunt, P. Suar.
ut tenet *Suar. tom. 2. de religione tr. de juram. l. 3. cap. 7. à n. 3. & to. 1. de relig. l. 1. c. 6. n. 1. & Sanch.* ubi proximè *n. 28.* ergo neque consuetudo ad illos. P. Sanch.

438 Amplectenda tamen est resolutio affirmativa cum *Suar. l. 3. cap. 6. n. 9.* P. Suar.
Azor tom. 1. inst. moral. l. 11. cap. 3. q. 3. P. Azor.
& aliis, quos citat, & sequitur *Sanch. n. 13. & 14.* Probatur, quia assuescens juramentis indeliberatis super qualibet re, exponit se periculo passim jurandi falsò; & quando actus indeliberati, sunt ex se intrinsecè mali (qualia sunt juramenta falsa) & prævidentur in causa liberè volita, in eâ censentur voliti, ita ut sint peccata. Et hoc explicatur exemplò ebrietatis, ex qua si prævidentur sequutura homicidia, adulteria, & blasphemiæ, nisi evitetur, omnia hæc peccata in illa censentur committi, tanquam in causa: ergo, &c. P. Sanch.

439 Sed quid asserendum, quando animo extirpandi prædictam consuetudinem elicitum est propositum efficax non committendi ulteriùs tale peccatum, & tamen adhuc sequuntur actus indeliberati, hinc ad culpam imputabuntur adhuc? Respondetur negativè, quia neque sunt voliti in se, siquidem sunt indeliberati; neque in causa, quia consuetudo jam non est voluntaria, sed necessaria. Et ita *cum Suar. t. 2. de religione tract. de Juram. l. 3.* P. Suar.
cap. 6. n 8. Toleto in sum l. 4. cap. 13. num. P. Tolet.
7. Rodrig. in sum. t. 1. in 2. editione cap. Rodrig.
192. n. 12. & aliis pluribus docet *Sanch. n. 19.* P. Sanch.

§. 7.

Quid dicendum, si de consuetudine interrogetur?

440 *Refertur opinio Ioannis Sanchez asserentis pœnitentem etiam interrogatum non teneri fateri circunstantiam.*

441 *Limitatio Hurtadi ad præcedentem sententiam.*

442 *Communis & vera resolutio asserens teneri pœnitentem declarare circunstantiam.*

443 *Respondetur fundamento Ioannis Sanchez.*

Hactenus

440 HActenus de consuetudine, quando de illa pœnitens non interrogatur. Sed quid dicendum, si interrogetur, poterit'ne eam negare? Affirmat *Ioannes Sanchez in selec. d. 9. n. 6.* ejus fundamentum est: quia pœnitens non potest obligari, ut subjiciat his clavibus eadem peccata, juxta decretum *Bened.* 11. *in Extravag. 1. de privileg.* Si autem obligaretur ad manifestandam consuetudinem, obligaretur ad iterum subjicienda peccata jam confessa; nam consuetudo non distinguitur ab ipsis peccatis repetitis, ut cũ *Azor tom. 1. inst. moral. l. 11. c. 3. q. 3. Vega 2. tom. sum. c. 16. casu 15. Suar. l. 3. c. 6. n. 1. Aragon. 2. 2. q. 89. a. 3. dub. ult. Led. tom. 2. tr. 11. c. 2. dub. 2.* tenet *Tho. Sanch. cit. n. 4.* Et confirmatur, quia hoc posito Sacerdos non interrogat juridicè de consuetudine, quoties autem ille juridicè non interrogat, pœnitens non tenetur respondere, ut cum *Navar.* & aliis docet *Ioannes Sanch. cit.*

Ioã. Sanch. Extravag. prima. Navar. Ioan. Sanch.

441 Eandem sententiam, cum aliqua tamen moderatione approbare videtur Hurt. *d. 9. diff. 4. §. Observandum,* ubi dicit pœnitentem requisitum de consuetudine non teneri respondere, quando illi constat, nec ratione restitutionis, nec ratione cautionis in futurum se indigere consilio, & directione Confessarii.

P. Hurt.

442 His tamen non obstantibus, dicendum est cum communi Doctorum apud Dian. ubi proximè *resol. 55.* pœnitentem, si interrogetur teneri declarare consuetudinem. Et probatur, quia Sacerdos potest de illa juridicè interrogare, ut clarè colligitur ex Concilio Lateranensi in *Cap. Omnis utriusque de pœnitentiis; & remissionibus,* ubi dicitur *confessarium debere esse cautum, & discretum, qui more periti medici superinfundat vinum, & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccata, & circumstantias peccatorum, quibus prudenter inquisitis intelligat quale ei debeat præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum, &c.* Ex quibus constat posse interrogare de consuetudine depravata in ordine ad consilium, & remedium. Ac proinde, si pœnitens eam neget, peccabit mortaliter, & consequenter faciet confessionem nullam, ac sacrilegam.

Diana. Cap. Omnis utriusque.

443 Ad fundamentum opinionis contrariæ, quam parum tutam existimo, & in praxi periculosam, respondetur pœnitentem nunquam obligari ad subjiciendum his clavibus eadem peccata per modum materiæ, posse tamen obligari ad illa declaranda per modum circumstantiæ: seu potiùs dic, non posse per se, posse tamen per accidens ratione consilii, & remedii, quod illi aplicandum est.

§. 8.

An Episcopus teneatur explicare dignitatem? Et quid dicendum de Prælato, & Iudice?

444 *Opinio tenens Episcopum debere explicare dignitatem.*
445 *Tenenda contraria resolutio.*
446 *An idem dicendum sit de Prælato?*
447 *An judex sæcularis teneatur declarare circumstantiam officii?*
448 *Resolvitur deobligari à manifestanda circumstantia officii.*

444 QUarta difficultas est de obligatione declarandi dignitatem: & quæritur, an Episcopus teneatur illam declarare? Affirmant Nugn. *in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 9. a. 2. dub. 3. conclus. 2. & 3.* Fag. *l. 4. præc. 2. c. 3. n. 8.* qui citat alios. Fundamentum est, quia Episcopus ratione sui altissimi status tenetur specialiter ad perfectionem christianã. Nugn. P. Fagund.

445 Nihilominùs vera est contraria resolutio, quam tenet Sanch. *de matrim. l. 7. disp. 27. n. 33.* Henr. *l. 5. c. 5. n. 6. in Glos. lit G.* Coninck *de Sacram. disp. 7. dub. 4. n. 18.* Filliuc. *tom. 2. tr. 30. c. 7. n. 125.* Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 9. dub. 36. n. 14.* Diana *ubi proximè,* Lugo. *d. 16. n. 179.* Probatur, quia hujusmodi circumstantia non est mutans speciem. P. Sanchez P. Henriq. P. Coninck. P. Filliuc. Villalob. Diana. P. Lugo.

446 Procedit hæc doctrina, seclusso scandalo, nam quando datur scandalum, tunc tenetur Episcopus declarare se esse Episcopum; scandalum enim Episcopi præter malitiã contra charitatem incurrit malitiam contra justitiam, tenetur enim ex officio pascere oves suo exemplo. Et idem dicendum videtur de Prælato, non de judice sæculari, nam hic solùm tenetur justitiam administrare, *ut sectione sequenti diff. 3.* pleniùs explicandum.

447 Utrùm verò quando judex committit peccatum furti, & similia, teneatur explicare circumstantiam officii? Affirmat uterque Medin. apud Dianam ubi

proximè *resol.* 36. quia *judex* tenetur ex officio impedire furta, &c.

448 Sed probabiliùs negandum cum *Henr.* l. 2. c. 6. n. 3. *in glos. lit. O. Dian. resol.* 36. *Lugo cit. n.* 180. quia judex solùm tenetur ex officio impedire furta aliorum, non sua; non enim eligitur in fiscalem sui ipsius, sed aliorum: ad eum modum, quo custos vineæ solùm eligitur in custodem aliorum, unde ex officio solùm tenetur manifestare alios fures, non seipsum. *P. Henr. Diana. P. Lug.*

§. 9.

Utrùm qui ex ignorantia culpabili juris, aut facti peccavit, teneatur explicare ipsam ignorantiam?

449 *Præmittitur status quæstionis.*
450 *Quid sit ignorantia juris, & ignorantia facti?*
451 *Quid sit ignorantia affectata, & supina?*
452 *Sententia asserentium debere explicari ignorantiam mortaliter culpabilem.*
453 *Quid dicendum in hac controversia?*
454 *Ignorantia, quæ exponit uni tantùm peccato, potest taceri, explicato solo peccato.*
455 *An ignorantia mortaliter culpabilis sit contra virtutem studiositatis?*
456 *Ignorantia Decalogi est explicanda.*
457 *Ignorantia, quæ exponit peccatis numero distinctis, est declaranda.*

449 Quinta *difficultas est* de obligatione declarandi ignorantiã, hæc enim etiã se tenet ex parte pœnitentis, ac proinde spectat ad circunstantiam *Quis.* & possumus loqui de illa, aut in materia Decalogi, aut in materia Fidei. *Quæritur ergo primò,* an qui, v. g. die præcepti, ex ignorantia mortaliter culpabili juris, aut facti non jejunavit, vel Sacrum omisit, satisfaciat accusando se de omissione jejunii, vel Missæ, an teneatur explicare se illa omisisse ex ignorantia mortaliter culpabili?

450 Ignorantia juris est, qua ignoratur lex, aut præceptum, v. g. prohibens usuras: ignorantia facti illa, quâ ignoratur res prohibita, nimirùm hunc contractum esse usurarium: utraque aut est invincibilis, & hæc neque est voluntaria, neque culpabilis; aut vincibilis, & hæc voluntaria, & consequenter culpabilis est.

451 Dividitur in affectatam, quæ directè, & formaliter intenditur, aut ex tædio rei præceptæ, aut liberiùs peccandi gratiâ; & in non affectatam, quæ directè, & formaliter non intenditur, sed solùm indirectè est volita, & quasi materialiter. Hæc subdividitur in crassam, seu supinam, & in non crassam: prima est illa, quæ qualibet facili diligentiâ poterat expelli: secunda illa, quæ si non qualibet facili, adhibitâ tamen morali diligentiâ expelleretur. His positis.

452 Plures existimant eum, qui se accusat de omissione jejunii, aut Missæ in casu proposito, debere etiam explicare ignorantiam mortaliter culpabilem. Ita *Adrian tr. 4. de confessione q. 4. in 2. p. illius, vers. Fortè objic. Med. C. de confessione q. de circunst. mutantib. speciem.* Probatur, quia prædicta ignorantia supra malitiam omissionis jejunii, vel Sacri, addit aliam specie distinctam contra virtutem studiositatis. *Adrian. Medina.*

453 Nihilominus distinctione opus est; aut enim ignorantia solùm exponit prædicto peccato, & non aliis; ut visitur in peregrino, qui transiens per hanc diœcesim dubitat, an dies crastina sit de præcepto jejunii vel Missæ; & omittens facere diligentiam debitam, ex ignorantia mortaliter culpabili non jejunavit, neque audivit Sacrum, hic enim solùm se exposuit his peccatis, & non aliis. Aut etiam exponit aliis peccatis: & sic aut aliis specie distinctis, ut, si quis culpabiliter, ignoret Decalogum, & ex ejus ignorantia furetur: tunc enim ignorantia non solùm exponit periculo furti, sed etiam aliis peccatis specie distinctis. Aut exponit aliis peccatis solùm numero diversis; ut, siquis culpabiliter ignoret præceptum non furandi, hic enim exponit se multis peccatis ejusdem speciei.

454 *Dico ergo primò*: Si ignorantia solùm exponit huic peccato, & non aliis, potest taceri, explicato solo hoc peccato, nimirum omissione jejunii, vel Sacri. Ita *Azor tom. 1. l. 1. instit. moral. c. 14. q. 6. & duplici sequenti, & 10. Vasq. 1. 2. q. 73. a. 8. disp. 101. c. 5. Nav. cap. Consideret n. 67. de pænit d. 5. Valent. 2. d. 5. q. 6. punct. 3. Suar. 4. tom. in 3. p. disp. 22. sec. 4. n. 14. Salas. 2. tom. in 1. 2. tr. 3. disp. 8. sect.* *P. Azor. P. Vasq. Navar. Valent. P. Suar. P. Sallas.*

P. Filliuc. P. Leym. P. Lugo. Diana. *sect.* 8. *Filliuc. tom.* 2. *tr.* 21. *cap.* 10. *n.* 365. *Laym. l.* 1. *tr.* 2. *cap.* 4. *n.* 10. *Lugo d.* 16. *n.* 182. Dian. 3. *p. tr.* 4. *resol.* 165. Probatur, quia ignorantia in hoc casu non est peccatum distinctum, solùm enim est peccatum, in quantum exponit periculo omissionis jejunii. vel Sacri; at verò periculum est ejusdem rationis cum peccato, cui exponit, ut tenent Doctores citati.

455 Neque dicas, hanc ignorantiam esse explicandam, quia est contra virtutem studiositatis. Non, inquam, hoc dicas; quia nemo in materia præcepti obligatur ad deponendam ignorantiam, nisi ex obligatione servandi ipsum præceptũ: & hoc ostenditur, tum quia hoc præceptum sufficit; tum quia non constat de alio distincto studiositatis in hoc casu.

456 Dico secundò: Ignorantia, quæ etiam exponit aliis peccatis diversæ speciei, v. g. ignorantia Decalogi est explicanda. Ita Doctores citati. Et probatur, quia hæc ignorantia præter pecccatum, v. g. furti, quod ex ea committitur, etiam exponit periculis aliorum peccatorum diversæ speciei; & periculum est ejusdem rationis cum peccatis, quibus exponit.

457 Dico tertiò; Ignorantia, quæ exponit aliis peccatis solùm numero distinctis, ut ignorantia præcepti non furandi, est similiter declaranda. Et probatur, quia præter hoc unum peccatum exponit aliis pluribus; & periculum est ejusdem rationis cum peccatis, quibus exponit.

§. 10.

Quid dicendum de ignorantia culpabili mysteriorum Fidei?

458 *Quæ dubia veniant sub hoc titulo?*

459 *Opinio P. Vasq. asserentis errorem contra fidem ex ignorantia culpabili non esse peccatum contra Fidem.*

460 *Oppositum judicatur probabilius.*

461 *Talis error, licèt non sit hæresis quoad pœnas, est hæresis quoad malitiam.*

462 *Tale peccatum, licèt sit contra studiositatem, est in specie infidelitatis.*

463 *Per quod peccatum infidelitatis amittatur habitus Fidem?*

464 *Quæ ignorantia excuset ab aliis pœnis?*

465 *Dato quòd ignorantia culpabilis non excuset ab aliis pœnis, adhuc excusat ab hæresi; & cur?*

466 *Prædicta ignorantia est ejusdem speciei cum errore contra Fidem ex ea commisso.*

467 *Utrùm ignorantia mysteriorum Fidei sit aperienda in confessione?*

468 *Sententia Authoris.*

458 Quæritur secundò: Utrùm qui ex ignorantia culpabili errat contra Fidem, teneatur explicare ignorantiam? Et in hac quæstione tria sunt dubia. Primum, Utrùm error contra Fidem ex ignorantia culpabili sit peccatum Infidelitatis, an potiùs peccatum alterius speciei. Secundum, Utrùm ignorantia ista sit ejusdem speciei cum tali errore? nam, si est alterius speciei, est explicanda. Tertium (& hic est nostri instituti scopus) An ignorantia in hac materia sit ex aliquo capite manifestanda?

459 Quod attinet ad primum; *P. Vasq.* 1. 2. *d.* 125. *cap.* 3. *n.* 9. cum pluribus opinatur errorem contra Fidem commissum ex ignorantia culpabili (excipit solam affectatam) non esse peccatum Infidelitatis; sed alterius speciei: Probatur ex nonnullis testimoniis, quæ congerit ex D. Augustino, & D. Thom. quatenus asserunt talem errorẽ non esse hæresim. Deinde ratione, quia Infidelitas solùm committitur, quando offenditur authoritas divina: & quæ ignoratur, non offenditur. Quod si à P. Vasq. quæras, quodnam peccatum sit prædictus error? Respondet *n.* 9. esse peccatum contra studiositatem? est enim hujusmodi error cognitio de iis, quæ non debent sciri; sive ignorantia de iis, quæ debent sciri. P. Vasq.

460 Sed probabilius dicendum videtur hunc errorem esse peccatum contra Fidem. Ita *Navarrus in Cap. Consideret de Pœnit d.* 5. *n.* 67. *Sayrus in clavi regia l.* 2. *cap.* 9. *n.* 38. 39. & 40. *Valentia* 1. 2. *d.* 6. *q.* 6. *p.* 3. *Suar. de Pœnit. disp.* 22. *sect.* 4. *n.* 14. *Canus l.* 12. *de locis Theologicis c.* 9. *col.* 23. *vers. Quibus argumentis. Torres de Trinitate q.* 31. *ar.* 4. *in* 4. *p. comment. Cordub. inquæst. lib.* 1. *q.* 17. §. 7. *vers. Ex quo sequitur.* & *Sanchez in Decal l.* 1. *c.* 17. *n.* 15. & *l.* 2. *cap.* 7. *n.* 24. & plures alii Et probatur, quia per hujusmodi errorem, & dissensum ab authoritate Divina, ipsa graviter læditur. Explicatur exemplo illius, qui ex ignorantia culpabili Regem non agnoscens, & culpabiliter non curando eum agnoscere, illi dicit *Mentiris,* hic

Navarr. Sayr. P. Valent. P. Suar. Canus. P. Torres Cordub. P. Sanch.

hic enim offendit regiam authoritatem, quam debebat agnoscere: non nego magis eum offendere, si illam agnosceret, sed dico utramque offensam esse ejusdem speciei. An autem iste error sit hæresis? Id inferiùs examinandum est, ubi videbimus, an ignorantia excuset ab hæresi: & dicemus ignorantiam culpabilem excusare ab hæresi quoad denominationem, & in ordine ad pœnas; non excusare à malitia, & à culpa.

461 Ex dictis colliges primò, quo sensu intelligenda sint testimonia D. August. &. D. Thomæ relata à P. Vasquez. quatenus asserunt errorem contra Fidem commissum ex ignorantia culpabili non esse hæresim; solùm enim volunt non esse hæresim quoad denominationem, & quoad pœnas: non negant esse peccatum Infidelitatis, imò & hæresim quoad malitiam.

462 Colliges secundò, hunc errorem, licèt spectet ad peccatum contra studiositatem, esse in specie Infidelitatis, quia studiositas in materia aliarum virtutum, & ex earum motivo spectat ad illas. Unde similiter peccata contra studiositatem in materia aliarum virtutum spectant ad vitia illis contraria, v. g. omittens auditionem Sacri ex ignorantia culpabili peccat contra Religionem: & omittens jejunium ex ignorantia culpabili peccat contra temperantiam.

463 Objicies primò: Per hujusmodi errorem non amittitur habitus Fidei; suppono enim sic errantem firmiter credere quidquid Deus revelavit, & quidquid proponat Ecclesia: ejus peccatum solùm consistit in culpabili negligentia, qua ignorat hoc Deum revelasse, & proponi ab Ecclesia. Habitus verò Fidei retinetur quandiu firmiter creditur quidquid Deus revelavit, & quidquid proponat Ecclesia. Ergo prædictus error non est peccatum Infidelitatis; nam per quodlibet peccatum Infidelitatis amittitur habitus Fidei, ut constat ex *Concil. Tridentino sess. 6. cap.* 15. Trident. Respondeo non per quodlibet peccatum Infidelitatis non consummatæ amitti habitum Fidei; aliàs amitteretur per morale periculum negandi Fidem, cui quis culpabiliter se exponit, hic enim committit peccatum contra Fidem, non tamen amittit habitum Fidei, nisi de facto illam neget, ut communiter docent Theologi. Concilium Tridentinum loquitur de peccato Infidelitatis, quod propriè tale dicitur, & est solùm peccatum Infidelitatis consummatæ, quæ consummatur per contumaciam, hoc est, per recessum à revelatione sciendo esse de Fide.

464 Objicies secundò: Si prædictus error esset peccatum Infidelitatis, & ejusdem speciei cum hæresi, incurreret pœnas hæreticorum; nam alia crimina, nimirum homicidia, adulteria, &c. non solùm scienter, sed etiam ignoranter commissa ex ignorantia culpabili incurrunt pœnas ipsis impositas: at prædictus error non incurrit pœnas hæreticorum, ut infrà dicemus, & cum communi Doctorum tenet *P. Sanch.* ubi proximè. Respondeo in primis plures Doctores cum *P. Sanch. de Matrim. tom.* 3. *l.* 9. *d.* 32. *n.* 31. *Portel. in addit ad dub. Regular. verbo Ignorantia n.* 25. *Diana* 3. *p. tr.* 5. *resol.* 13. existimare, etiam in aliis criminibus ignorantiam juris, vel facti mortaliter culpabilem, si crassa, & supina non sit, excusare à pœnis, quod probant ex *Cap.* 2. *de constitutionibus in* 6. ubi habetur ignorantiam, quæ non est crassa, & supina, excusare ab omnibus sententiis Ordinariorum; & idem docent *Bonac. de cens. disp.* 1. *q.* 2. *punct. in.* 10. *Barbos. in collect. tom.* 3. *l.* 1. *sexti Decretal tit.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. *Dian. cit.* ubi asserit hanc doctrinam esse plenam magnæ consolationis. Neque obstat textus in *Cap. Cùm illorum, de senten excom.* ubi dicitur percussorem Clerici ignoranter accedentem ad sacros Ordines incurrere pœnas; loquitur enim ibi textus de ignorantia crassa; non enim alia præsumitur in percussore Clerici accedente publicè ad sacros Ordines, ut tenent *Hostiens. & Abbas apud P. Castro Pal. d.* 1. *p.* 7. *n.* 6.

P. Sãch. Portel. Diana. Bonac. Barbosa. Diana. Hostiens. Abbas. P. Castro. Palao.

465 Præterea dato cum *Soto in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *a.* 2. *Graffis p.* 1. *decis. l.* 4. *cap.* 9. *n.* 20. *Villalob. tom.* 1. *tr.* 16. *dub.* 12. *n.* 6. qui citat P. Suar. in aliis criminibus ignorantiam mortaliter culpabilem non excusare à pœnis. In peccato hæresis est diversa ratio, quia hæresis propriè dicta non incurritur, nisi per contumaciam, ut ex prefesso ostendo *in tract. de Bulla cœnæ d.* 1. *n.* 63. Itaque hæreticus nemo dicitur, nisi sit contumax, hoc est, nisi persistat in suo errore, sciendo esse contra Ecclesiam: qui ergo ignorat suum errorē esse cōtra Ecclesiam, sicut non est contumax, ita non est hæreticus; igitur non incurrit pœnas impositas hæreticis. Quæ ratio in aliis delictis non visitur; nam con-

Sotus. Graffis. Villabos.

tumacia

tumacia non est de eorum ratione, sic oc cidens ex ignorantia culpabili, adhuc manet homicida; & committens usuram ex ignorantia culpabili, adhuc manet usurarius: at dissentiens ab Ecclesia ex ignorantia culpabili non est hæreticus, quia non est contumax.

466 Quod attinet ad secundum, Utrùm prædicta ignorantia sit ejusdem speciei cum errore contra Fidem ex ea cõmisso? Respondetur affirmativè cum P. *Vasq.* ubi proximè *n.* 9. & *P. Sanch. l.* 2. *Dec. c.* 7. *n.* 24. *Canol.* 12. *de locis Theol moral. c.* 9. *col.* 23. *vers. Quib. argum. Cordub. l.* 1 *q.* 17. §. 7. *vers. Ex quo sequitur. P. Valent.* 2. 2. *d. q.* 11. *punc.* 1. *P. Torres de Trinit. q.* 32. *a.* 4. *in* 4. *p. Comment.* Nam prædicta ignorantia in tantum est peccatum, in quantum exponit periculo talis erroris; at periculum est ejusdem speciei cum peccato, cui exponit. Antecedens ostenditur exemplo ignorantiæ culpabilis in aliis materiis, quæ in tantum est peccatum, in quantum exponit periculo peccandi in illis: ergo &c. *P. Vasq. P. Sanchez. Canus. Cordub. P. Valet. P. Torres.*

467 Quod attinet ad tertium, Utrùm ignorãtia mysteriorum Fidei in casu proposito sit in confessione manifestanda? Negat *Lugo cit. n.* 186. quia potest considerari aut prout exponit periculo negãdi hunc articulum, qui de facto negatur, & sic est ejusdem speciei cum tali peccato; aut prout exponit periculo negandi alios articulos, & adhuc sic in primis non addit malitiam diversæ speciei; quia omnes articuli spectant ad eandem virtutẽ Fidei, ac proinde licèt objecta materialia sint diversa, eorum omnium obligatio est ejusdem speciei, ut cum *Suar. de Fide* tenet ipse Lugo ubi proximè. Sed neque addit malitiam numero diversam, quia Lugo cum Suar. & aliis pluribus, quos suprà retulimus *n.* 379. exstimat in eodem actu non multiplicari numero malitias per respectum ad objecta diversa, & hoc etiam tenet Dian. 3. *p. tr.* 4. *resol.* 165. sibi contrarius in proxima *resol.* 164. *P. Lug. P. Suar. Diana.*

468 His non obstantibus, loquendum nobis est cum distinctione; nam si prædicta ignorantia solùm ex ponat peccato, quod commissum est, & non aliis, tunc non est necessariò explicanda, quia (ut suprà diximus) ignorãtia solùm est peccatũ in quantum exponit periculo illius, & hoc est ejusdem rationis cum illo: sin autem etiam exponat peccatis numero diversis, manifestanda est, quia in uno actu, seu periculo multiplicantur malitiæ per respectum ad objecta materialia diversa, ut constat ex dictis suprà *n.* 381. Et ita in terminis propositis docet *Sanch. l.* 1. *Decal. c.* 17. *n.* 23. *P. Sanch.*

SECTIO V.

De circunstantia *Quid.*



Ircunstantia Quid. *potest considerari primò quoad ea, quæ se tenent ex parte rei volitæ. Secundò quoad personas, ad quas terminatur ipsum peccatum. Tertiò quoad complices illius. Quartò quoad actus externos, & effectum sequutum.*

§. 4.

Prima difficultas.

De circunstantia Quid, *quoad ea, quæ se tenent ex parte rei volitæ.*

469 *Actus principalis consummatus non est necessariò explicandus, juxta aliquos in confessione.*

470 *Rejicitur hæc opinio, ut improbabilis.*

469 ET *queritur primò*: An necesse sit explicare actũ principalem consummatum? Negant nonnulli apud *Turr. d.* 29. *dub.* 2. *ad* 5. quos ipse videtur approbare, asserentes sufficere, si dicas: Commisi peccatum mortale in materia homicidii, vel in materia castitatis cum soluta. Et probant, quia consummatio non addit aliquid specie distinctũ, sed solam partem integrantem; at pœnitens non tenetur explicare omnes partes integrantes sui peccati, aliàs homicida teneretur declarare non solam occisionem, sed etiam vulnera, quod est falsum. *P. Turrian.*

470 Nihilominus hoc mihi probabile, imò & tutum non est: contrarium igitur tenendum, asserendumque debere explicari actum principalẽ consummatum: Ita

Ita communis Theologorum. Et probatur, quia debet explicari quidquid est peccatum; & actus principalis est peccatum: ergo &c. Confirmatur, quia actus principalis non continetur in minùs principali, minùs principalis in principali, maximè: ergo sufficit declarare principalem; non sufficit declarare minùs principalem.

§. 2

An, si res fuerit prohibita pluribus præceptis, omnia debeant declarari?

471 *Plura præcepta ex eodem motivo non sunt declaranda.*

472 *An qui omittit Sacrum in die Apostoli, quæ simul est Dominica, committat duplex peccatum?*

473 *An jejunium omissum in Vigilia Apostoli, quæ simul est dies Quadragesimæ, sit duplex peccatum,*

474 *An furtum probibitum ab excommunicatione habeat duplicem malitiam?*

475 *Proponitur, & solvitur argumentum in contrarium.*

476 *Solvitur aliud argumentum.*

477 *Plura præcepta ex diverso motivo, sunt declaranda.*

478 *An in percussione Clerici debeat declarari persona?*

478 *An Sacerdos Beneficiatus committat duplex peccatum, si omittat officium Divinum?*

471 SEcundò quæritur: An debeant declarari plura præcepta ejusdem rei? Et hæc quæstio duplici conclusione dirimenda est. *Dico primò:* Si præcepta sint ex eodem motivo, non sunt declaranda. Hoc est contra *Navar. sum. c. 28. addit ad n. 5. c. 11. n. 4. Lopez instr. p. 1. c. 29. § Dico quòd quando. Rodrig. tom. 1. sum. 2. edit. c. 23. n. 3.* Traditur tamen à *Sanch. l. 9. de matrim. disp. 9. n. 6. Henr. l. 5. pœn. c. 5. n. 6. & c. 6. n. 6. Vasq. 1. 2. q. 72. a. 6. disp. 98. n. 8. & seq. Saa sum. V. confessio §. Quidam putant. Led. sum. Sacramen. tr. de pœnit. c. 19. fol. 632.* quibus accedunt *Lug. Sal. Castro Pal.* & alii. Probatur, quia peccata à præceptis solùm desumunt specificationem; hæc autem est una & eadem, quando præcepta præcipiunt ex eodem motivo, tunc enim præcipiunt ex eadem virtute; & ex eadem desumitur eadem specificatio.

Navar. Lopez. Rodrig. P. Sanch. P. Henriq. P. Vasq. P. Sa. Ledesma. P. Lugo. P. Salas. P. Castro. Palao.

473 Ex dictis sequitur primò eum, qui omittit Sacrum in die Apostoli, quæ simul est Dominica, sufficienter confiteri dicendo: Omisi Sacrum die festo: non explicando utrúque præceptum diei Apostoli, & Dominicæ: nam utrumque est ex eodem motivo Religionis.

473 Secundò sequitur eum, qui violat jejunium in Vigilia Apostoli, quæ simul est dies Quadragesimæ, vel una ex quatuor temporibus, sufficienter confiteri dicendo: Omisi jejunium; non declarando præcepta diversa, quia omnia obligant ex eadem virtute Temperantiæ.

474 Tertiò sequitur eum, qui latrocinia exercet vetita sub ex cõmunicatione (quia scilicet grassantibus latronibus imposita est excommunicatio latrocinis) sufficienter confiteri accusando se de latrociniis, non explicando utrumque præceptũ, Divinum, & humanum (ut statim pleniùs explicabo) quia utrumque est ex eodem motivo Justitiæ.

475 Objicies primò. Diversa irreverentia, & inobidientia est illa, quæ fit præcepto Divino, quod violatione contemnitur, & diversa, quæ fit præcepto humano: ergo, &c. Confirmatur; quia, si Deus, & homo contemnantur, explicandæ sunt hæ duæ irreverentiæ, utpote quæ sunt specie diversæ. Respondetur cum *Sanch. l. 1. Decal. c. 5. n. 10. & Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. p. 5. Col. penult. vers. Cæterùm diligenter.* Violationem præcepti solùm esse gravem in ordine ad motivum, seu virtutem, cui opponitur; non in ratione irreverentiæ contra ipsum præcepũ, aliud enim est contemnere præceptum aliud solùm contemnere ejus excutionem hic, & nunc. Solus primus contemptus est simpliciter talis, & de se gravis: secundus solùm est contempus levis, & secundùm quid.

P. Sanch P. Valent.

476 Objicies secundò. saltem, quãdo alterum præceptum est sub excommunicatione debet explicari ratione illius: ergo, &c. Respondetur cum distinctione, aut enim pœnitens nondum est absolutus ab excommunicatione; & tunc clarum est debere illam explicare, ut absolvatur: aut jam est absolutus, & tunc assero non teneri eam explicare, quia pœna excommunicationis non fecit peccatum distinctum. Et ita Doctores locis citatis.

477 *Dico secundò:* Si præcepta sint ex diverso motivo ac virtute, sunt declaranda. Ita Doctores ubi proximè. Probatur,

batur; quia tunc in actu, & opere vetito sunt malitiæ specie diversæ per ordinem ad diversas virtutes, quibus opponuntur.

478 Unde sequitur primò percussionem Clerici esse declarandam propter præceptum Divinum, quod est ex justitia, & præceptum Ecclesiasticum, quod est ex religione.

479 Sequitur secundò, Clericum Beneficiatum omittentem officium Divinū teneri declarare se esse Clericum, & Beneficiatum, propter præceptum Ordini annexum, quod est ex religione, & præceptum annexum Beneficio, quod est ex justitia obligans ad restitutionem. Quod licèt non admittatur ab *Emmanuele Rodrig.* traditur à *Sanch. de matrimonio ubi proximè*, & à Theologis communiter.

Rodrig. P. Sanch.

§. 3.

Utrùm in peccatis odii debeat explicari qualitas mali volitι: fueritne mors, aut infamia, aut jactura bonorum?

480 *Prima opinio asserens debere explicari qualitatem mali.*
481 *Secunda opinio contrarium suadens.*
482 *Quæstionis resolutio.*
483 *Quando malum est injustum, debet explicari qualitas illius.*
484 *Solvuntur argumenta opposita.*
485 *Si malum, quod desideratur, est justum, non est necesse explicare qualitatem illius.*
486 *Satisfit objectionibus.*

480 **T**Ertiò quæritur: An in peccatis odii satis sit dicere: Toties ex odio desideravi proximo malū grave? In hac quæstione sunt duæ sententiæ oppositæ: prima asserit debere explicari qualitatem mali fuisse mortem, aut infamiam, vel jacturam bonorum. Ita *Suar. de char. d. 6. sec. 2. n. 2. & 3. Sylvi. in 2. 2. q. 34. a. 6. 6. Queritur 2. Coninck de Sacrament. disp. 2. dub. 3. n. 61. &* alii. Probatur *primò*, quia hæc mala sunt diversæ speciei in ordine ad diversa jura, quæ violari desiderantur. *Secundò*; quia, si quis inferat, aut inferre desideret hæc mala, debet ea declarare; ergo etiam, si desideret ea inferri, licèt ipse ea inferre non intendat.

P. Suar. Sylvius. P. Coninc

481 Secunda sententia negat debere explicari. Ita *Honobon. in exam. Eccles. p. 1. tr. 6. cap. 25. q. 112. Bonac. in tr. de leg. disp. 3. q. 4. punc. ultim. §. 1. n. 10. Led. sum. tom. 2. tr. 3. cap. 6. conclus. 8. fol. mihi 62. Turrian. 2. 2. disp. 91. dub. 1. fine Lorca in 2. 2. q. 34. a. 3. n. 3. Val. 3. tom. d. 3. q. 11. punct. 2. tr. 3. cap. 6. concl. 8. Diana 1. p. tr. 7. resol. 30.* Probatur, quia omnia hæc mala desiderantur proximo sub eadem formalitate mali, prò ut malum illius sunt; ac proinde, licèt physicè, & materialiter sint diversa, formaliter in genere moris sunt ejusdem speciei. Confirmatur, quia bona his malis contraria volita proximo, ut bona illius, ex affectu charitatis, sunt ejusdem speciei: ergo idem dicendum de malis quà malis volitis proximo ex affectu odii.

Honob. Bonac. Ledesma. P. Turriā. Lorca. P. Valent. Diana.

482 Nihilominus hæc declaratione, & distinctione indigent; aut enim malum, quod desideratur proximo, est injustum, v. g. illatum ab homine privato; aut justum, nimirum illatum à Deo, vel à judice; sed proximo desideratur ex affectu odii.

483 *Dico primò*: Si malum est injustum, debet explicari, fueritne mors, infamia, aut jactura bonorum. In hoc sensu accipio Doctores primæ sententiæ, illisque subscribo. Et probatur, quia malitia non solùm desumitur ab objecto formali, nimirum à motivo odii, sed etiam ab objecto materiali, quando ipsum est malum; & in præsenti malum est, nimirum contra justitiam.

484 Neque obstat primò quòd ipse non desideres illud inferre, sed inferri ab alio: nam desiderium mali injusti, est quædam complacentia, & approbatio illius, ac proinde ejus malitiam vestit, juxta illud *Osee 9. Abominabiles facti sunt sicut ea, quæ desideraverunt, &c.* Cùm ergo diversum malum sit mors, diversum infamia, & diversum jactura bonorum per ordinem ad diversa jura, quæ lædi desiderantur, quodlibet declaretur necesse est.

Non obstat secundò quod omnia desiderentur sub eadem formalitate mali, nam (ut dixi) actus desumit malitiam non solùm ab objecto formali, sed etiam à materiali; & in præsenti objecta materialia sunt diversa. Non obstat tertiò quòd bona his malis contraria specificent desideria ejusdem speciei, nam actus boni solùm desumunt bonitatem à motivo formali, non ab objecto materiali, & motivum

tivum formale charitatis est idem.

485 *Dico secundò*: Si malum, quod desideratur, est *justum*, non debet explicari. In hoc sensu consentio cum Doctoribus secundæ sententiæ. Probatur, quia tunc malitia solùm desumitur ab objecto formali, hoc est, à motivò odii, quod est idem, non ab objecto materiali, nam hoc, cùm sit *justum*, malum non est; tota malitia inest motivo formali, ex quo illud desideratur.

486 Neque contrarium suadent fundamenta primæ sententiæ. *Ad primum*, quatenus asserit hæc mala esse diversæ speciei in ordine ad jura diversa, respondetur esse diversæ speciei, quando sunt injusta, quia tunc læduntur diversa jura; nō quādo sunt justa, quia tunc nō læduntur jura diversa. Non nego esse physicè diversa, sed dico moraliter habere solam malitiam motivi, quæ in omnibus est ejusdem speciei. *Ad secundum*, quatenus dicit, si quis inferat, aut inferre desideret hæc mala, debere ea explicare, respondetur debere ea explicare, si sint injusta, quia tunc accipitur malitia ab ipsis objectis materialibus diversis; non ita, si sint *justa*, quia tunc solùm accipitur malitia ex affectu odii, seu objecto formali, quod est idem.

§. 4.

Utrùm in peccatis contumeliæ debeat explicari qualitas illius, dicendo: Appellavi furem, hæreticum: &c. Et quid dicendum de qualitate detractionis, & judicii temerarii?

487 *Referuntur Autores asserentes debere explicari qualitatem contumeliæ.*

488 *Opposita sententia ut probabilior magis arridet.*

489 *An detractiones sint ejusdem speciei?*

490 *An idem dicendum sit de judiciis temerariis?*

487 **Q**Uartò *quæritur*: An in peccatis contumeliæ satis sit dicere: Toties contumeliis affeci meum proximum? Plures existimant debere explicari qualitatem contumeliæ, dicendo: Appellavi Judæum, &c. quia hæ injuriæ sunt specie diversæ. Ita *Navar. cap. 6. n. 18. Megala in 1. p. inst. confess. l. 5. cap. 12. n. 2. Henr. l. 5. cap. 8. n. 3. Thom. Sanch. in Decal. l. 1. cap. 3. n. 39. Joan. Sanch. d. 6. n. 1. & 2. Tan. in 2. 2. d. 4. q. 2. dub. 4. n. 55. Laym. l. 1. tr. 3. cap. 3. n. 5. Graffis in appen. ad decis. l. 1. cap. 9. n. 6. Mald. in sum. v. Hæresis n. 22. Salas in 2. p. tom. 2. tr. 13. d. 5. sec. 8. n. 90.*

488 Nihilominus probabilius dicendum satis esse dicere: Toties contumeliis affeci meum proximum. Ita *Fag. præc. 2. l. 3. cap. 5. n. 1. Azor. tom. 1. l. 4. cap. 4. q. 5. Filliuc. tom. 2. tr. 21. cap. 9. n. 322. Rebel. p. 1. l. 2. q. 17. sec. 2. n. 3. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 68. Ioan. Sanch. d. 5. n. 10.* sibi contrarius ubi proximè. *Caiet. in 2. 2. q. 72. a. 1. Zerol. in praxi pœnit. cap. 12. q. 48. Sa V. Contumel. n. 1. Mol. tom. 5. tr. 4. d. 19. n. 3. Regin. tom. 2. l. 24. cap. 5. n. 102.* quibus accedunt *Lugo cit. n. 265. Bonac. d. 2. de peccatis q. 4. p. 2. n. 12. Castro Pal. ibidem d. 3. p. 3.* Probatur, quia omnes contumeliæ accipiunt suam malitiam ab eo quòd lædant honorem, ad eum modum, quo omnia furta accipiunt suam ab eo quòd lædant fortunas: unde sicut omnia furta sunt ejusdem speciei in ratione furti, licèt materialiter differant per oleū, vinum, argentum, &c. ita omnes contumeliæ in ratione contumeliæ. Quòd autem non constituant plura numero peccata, sed unum tantùm, quando eodem impetu jaciuntur, diximus suprà à n. 369.

Navar. Megala. Henriq. Thom. Sanchez. Ioan. Sanchez. P. Tanner P. Laym. Graffis. Mald. P. Sallas. P. Fagund P. Azor. P. Filliuc P. Rebell. Diana. Ioā. Sāch. Zerola. P. Sa. P. Molin. P. Riginal P. Lugo. Bonacin. P. Castr. Pal.

489 Utrùm verò omnes etiam detractiones sint ejusdem speciei, neque accipiant diversitatem moralem à materiis diversis? Respondetur affirmativè cum iisdem Doctoribus ubi proximè; quia etiā detractiones desumunt malitiā suā ab eo quòd lædant famam; unde satis est dicere: Toties detraxi meo proximo in materia gravi; neque necesse est eam explicare.

490 Idem dicendum videtur de judiciis temerariis, quia similiter omnia desumunt suam malitiam ab eo quòd lædant bonam proximi existimationem, unde omnia sunt ejusdem speciei; & ita Autores citati.

§. 5.

Utrùm debeat explicari blasphemiæ qualitas? & Quid de qualitate voti, & juramenti fracti?

491 *Opinio asserens debere explicari qualitatem blasphemiæ.*
492 *Blasphemiæ sub pura ratione blasphemiæ sunt ejusdem speciei.*
493 *Blasphemiæ, prout habent adjunctas formalitates, sunt diversæ speciei.*
494 *An blasphemia in B. Virginem distinguatur specie ab aliis?*
495 *An vota inter se, & juramenta similiter inter se distingui possint specie?*
496 *An distinguendæ sint in confessione blasphemiæ in Deum à blasphemiis in B. Virginem, & in alios Sanctos?*
497 *An vota, & juramenta, quæ sunt in Deum, & in B. Virginem, & in alios Sanctos distinguẽda sint in confessione?*

491 QUæritur quintò: An in peccatis blasphemiæ satis sit dicere: Incidi toties in blasphemiam? Affirmant *Caiet. in sum. V. Blasphemia. Val. tom. 3. d. 1. q. 13. punct. 1. Azor. tom. 1. l. 9. cap. 28. q. 10. Lazarius tr. de blasphem. q. 3. n. 51. Gyptius tr. de cas. reserv. c. 9. n. 37. Homobon. de cas. reserv. p. 2. cap. 1. fol. mihi 236. Dian. 1. p. tr. 7. resol. 50.* quia omnes blasphemiæ sũt e usdẽ speciei: & hoc probatur, quia omnia vota sunt ejusdẽ speciei, sive fiant immediatè Deo, sive Beatæ Virgini, sive aliis Sanctis. Secundò, quia idem dici solet de juramentis, sive fiant per Deum, sive per Beatam Virginem, sive per alios Sanctos.

Caiet. F. Valent. P. Azor. Lazari. Gyptius. Homob. Diana.

492 Nihilominus distinctione opus est; possumus enim loqui de blasphemiis aut sub pura ratione blasphemiæ, prout definitur: loquutio falsa per modum convitii in Deum sumptum in se, vel in suis Sanctis; & sic omnes blasphemiæ sunt ejusdẽ speciei, ut præter Doctores citatos tenet *Sanch. in Decal. l. 2. cap. 32. n. 38. Lugo ubi proximè n. 278. Suar. tom. 1. de Relig. tr. 3. l. 1. cap. 6. n. 18. & 19. Filliuc. tom. 2. tr. 25. cap. 1. n. 26. Turri. in 2. 2. d. 58. dub. 3. Regin. tom. 2. l. 18. cap. 14. n. 201. Sanctarel. tr. de hæresi cap. 4. dub. 1. n. 4. Ioan. Sanch. d. 6. n. 6. Laym. l. 4. tr. 10. cap. 6. n. 11. Led. sum. tom. 2. tr. 1. cap. 9. conclus. 5. Lopez in instruc. p. 1. cap. 282. Banhes in 2. 2. q. 13. a. 10.* & alii apud Dian. ubi proximè. Probatur, quia Deus sive accipiatur prout est in se, sive prout relucet in suis Sanctis, semper est idem: ergo blasphemiæ, sive tendant in illum in se, sive sumptum in suis Sanctis, semper erunt ejusdem speciei. Et in hoc sensu valent exempla voti, & juramenti.

P. Sanch. P. Lugo. P. Suarez. P. Filliuc. P. Turriã. P. Regin. Sanctar. Ioannes Sanchez. P. Laym. Ledesma. Lopez. Banhes.

493 Secundò possumus loqui de blasphemiis, prout aliunde habent adjunctas formalitates aut hæresis, quam aliquando continent; aut odii in Deum, si ex eo proferantur, aut irreverentiæ in Sanctos, prout etiam sunt viri excellentes præcisivè à Deo, quia etiam prout sic blasphemiis offenduntur, & inhonorantur, & sic sunt diversæ speciei; nam hæresis est contra Fidem, odium est contra charitatem, convicium in viros Sanctos est contra observantiam; blasphemia verò est contra Religionem. Ita *Sanch.* & alii Doctores ubi proximè.

494 Utrùm verò blasphemia in Beatam Virginem sit specie distincta ab aliis in alios Sanctos sumptos præcisivè à Deo, prout sunt viri excellentes? Respondetur affirmativè cum *Lugo de Incarnat. d. 35. sec. 2.* quia cultus Hyperduliæ, quo veneramur Beatam Virginem, differt specie à cultu Duliæ, quo alii Sancti observantur: differt, inquam, specie ratione tituli maternitatis, in quo fundatur: blasphemiæ in alios Sanctos omnes sunt ejusdem speciei.

495 Objicies: Omnia vota sunt ejusdem speciei, neque admittunt distinctionem, prout cadunt in Deum, in Beatam Virginem, & in alios Sanctos, & idem dicendum de juramentis: ergo idem dicendum de blasphemiis. Respondetur cum *D. Thom. Val. Suar.* & aliis apud *Baldel. l. 2. de peccatis d. 23. n. 10.* etiam vota & juramenta admittere prædictas distinctiones; imò, prout sic, non sunt vota, aut juramenta ex virtute Religionis, hæc enim est ad Deum sumptum aut in se, aut in suis Sanctis; sed sunt promissiones, & attestationes ex virtute observantiæ, aut ex cultu Hyperduliæ, si fiant Beatæ Virgini: aut ex cultu Duliæ, si fiant aliis Sãctis.

D. Thom. P. Valent. P. Suar. Baldel.

496 Ex dictis sequitur distinguendas esse in confessione blasphemias in Deum à blasphemiis in Beatam Virginem, & à blasphemiis in alios Sanctos, quia hæ tres sunt specie diversæ, non sub formalitate blasphemiæ, & prout opponuntur religioni, sed prout sunt per modum convitii & contumeliæ, offendentes etiam ipsos Sanctos, prout sunt viri excellentes, quo pacto sunt contra observantiam.

497 Dices: Non sunt distinguenda vota, aut juramenta, quæ sunt in Deum, quæ in Beatam Virginem, & in alios Sanctos:

ctos: ergo neque blaſphemiæ. Reſpondetur negando conſequentiam. Diverſa ratio eſt, quia vota, & juramenta, prout modo ordinario fiunt, intenduntur fieri ſoli Deo ſumpto in ſe, vel in ſuis Sanctis; quod vel inde oſtenditur, quia qui ſe accuſat de violatione voti, aut juramenti, nihil aliud explicat, niſi ſe violaſſe votum, aut juramentum, non curando, an factum ſit Deo, an Sancto Antonio, v. g. & ſupponendo factum fuiſſe Deo ſumpto vel in ſe, vel in ſuis Sanctis: at modus ordinarius blaſphemandi etiam eſt in ipſos Sanctos, in Beatam Virginem, in Divum Petrum, &c. Et hoc colligitur non ſolùm ex eo quòd declarari ſoleat in confeſſionibus, ſed etiam ex eo quòd ſpecialiter intendatur eorum irreverentia. Dixi *vota, aut juramenta prout fiunt modo ordinario*; quia ſi non ſoli Deo in ſuis Sanctis, ſed etiam ipſis Sanctis intendantur fieri, tunc eorũ violationes erunt diſtincta peccata propter injurias diſtinctas, ut cum *D. Thom. Valent. Suar. & Leſſ.* tenent *Lugo, & Baldel.* locis citatis.

§. 6.

Vtrùm debeat declarari qualitas ſuperſtitionis, & hæreſis? Et quid dicendum de Apoſtaſia?

498 *An ſuperſtitiones ſint eadem in ſpecie?*
499 *An debeat explicari qualitas hæreſis?*
500 *Reſolvitur hæreſes omnes ſpeculativè, prout non amplectuntur ſectam aliquã, eſſe ejuſdem ſpeciei.*
501 *Utrùm Paganiſmus, Iudaiſmus, & Hæreſis differant inter ſe ſpecie?*
502 *Proponitur, & approbatur ſententia aſſerens diſtingui ſpecie.*
503 *An hæreticorum ſectæ diſtinguantur ſpecie inter ſe?*
504 *Eligitur ſententia negativa.*
505 *An debeat explicari Apoſtaſia? ubi ponuntur rationes pro parte affirmativa.*
506 *Oppoſitum ut probabilius ſequendum.*
507 *Solvuntur argumenta contraria.*

498 S*Extò quæritur*: An in peccatis ſuperſtitionis, aut hæreſis ſatis ſit dicere: Toties divinationem exercui, vel toties in hæreſim lapſus ſum? Et quod attinet ad ſuperſtitionem reſpondeo affirmativè cum *Soto in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. n. 4. concluſ. 6. P. Reginaldo in praxi tomo 1. lib. 6. cap. 4. n. 114. Bonac. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 3. diff. 1. n. 5. & Dian. 1. p. tr. 7. de circumſtantiis aggravantibus reſol. 46.* Probatur; quia, licèt divinationes ſint phyſicè diverſæ, moraliter ſunt ejuſdem ſpeciei; parum enim refert quòd quis per Necromantiam, per Hydromantiam, aut per Pyromantiam divinaverit; totum hoc diſcrimen eſt ſolùm phyſicum, non morale.

Sotus. P. Regin. Bonacin. Diana.

499 Quod attinet ad hæreſim, poſſumus loqui aut de eo, qui ſolùm incidit in hæreſim ſpeculativè, negando aliquem articulum Fidei, aut dubitando de illo: & tunc, licèt *P. Valent. 3. tom. d. 1. q. 10. puncto 3. P. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 7. n. 17. Lorca 2. 2. q. 12. d. 50. a. 5. n. 9. P. Caſtro Palao tom. 1. tr. 4. d. 2. punct. 1. & alii apud Cardin. Lugo d. 16. num. 290.* opinentur oportere explicare hæreſis qualitatem, quia multùm refert, an quis negaverit Trinitatem, an Paulum fuiſſe Hieroſolymis.

P. Valent. P. Sanch. Lorca. P. Caſtr. Pal. P. Lugo.

500 Aſſerendum tamen videtur non eſſe opus explicare hujuſmodi qualitates, quia omnes hæreſes ſunt ejuſdem ſpeciei, ſiquidem omnes opponuntur auctoritati Divinæ, quæ eſt eadem. Et ita *Diana ubi proximè cum P. Reginaldo, Cardinali Lugo num. 293. P. Vaſquez q. 91. a. 1. dub. 1. Soto cit. & Bonacina* ubi ſuprà.

Diana. P. Regin. P. Lugo. P. Vaſq. Sotus. Bonac.

501 Aut poſſumus loqui de eo, qui aliquam falſam ſectam amplexus eſt: ſectæ autem ſunt tres, Paganiſmus, Judaiſmus, & Hæreſis. Quæritur ergo: Utrùm oporteat eas explicare? Et pro parte negativa facit quòd omnes ſint ejuſdem ſpeciei, ut tenent *P. Suar. diſp. 16. de Fide ſect. 5. in fine P. Turrianus de Fide d. 5. dub. 4. P. Coninck de Fide d. 18. dub. 6. num. 64. P. Caſtro Palao*, & alii apud Cardinalem *Lugo n. 288.* omnes enim opponuntur eidem auctoritati Divinæ, & ab eadem veræ Fidei confeſſione recedunt.

P. Suar. P. Turrian. P. Coninck. P. Caſtro. Pal. P. Lugo.

502 Sed probabilius eſt eſſe explicandas, ut communiter docent Theologi apud Cardinalem Lugo ubi proximè. Et probatur; quia, licèt non differant ex parte termini *à quo*, differunt ex parte termini *ad quem*; habent enim ex parte termini *ad quem* diſtinctas malitias eſſentialiter diverſas: nam Paganiſmus conſtituitur idolatriâ: Judaiſmus ſuperſtitione circumciſionis, quibus inter ſe, & ab hæreſi diſcriminantur; nam hæreſis quà talis idolatriam, & ſuperſtitionem non importat.

503 Mai-

P. Valent. P. Sanch. P. Suar. Lorca. P. Castr. P. P. Lugo.

503 Maius dubium est de sectis hæreticorum inter se: Utrùm scilicet oporteat declarare fuisse Arianam, Calvinam, &c? Affirmant cum pluribus *P. Valentia, P. Sanch. P. Suar. Lorca, P. Castro Palao locis citatis*; quibus accedit *Card. Lugo n.* 291. Probatur, quia omnes sectæ ex parte termini *ad quem* sunt essentialiter diversæ; quælibet enim habet suam specialem malitiam, qua constituitur in se, & distinguitur ab aliis.

P. Riginal. P. Vasq. Sotus. Diana. Bonac.

504 Tenenda tamen resolutio negativa cum *P. Reginaldo, P. Vasquez, Soto, Diana, & Bonacina* ubi suprà; quia sectæ Hæreticorum distinguuntur physicè pro diversitate hæresum, & articulorum, quos negant: at verò omnes hæreses quà tales, licèt physicè sint diversæ, moraliter sunt ejusdem speciei; ut patet ex dictis. Dixi *quà talis*; quia, si præter hæresim habeant annexam aliquam superstitionem, aut blasphemiam, aut sacrilegũ abusum distinctũ ab hæresi, id etiam specialiter declarandum est.

Ledesma. Aragon. P. Valent. P. Suar. P. Sanch. Lorca. Turrecr. Simanc. Canus. P. Cast. P.

505 Quid tamen dicendum de Apostasia? Oportetne eam explicare? Affirmant *Ledesma in sum. tom. 2. tr. 1. cap. 7. conclus. 3. Aragon. 2. 2. q. 11. a. 1. dub. 1. conclus. 1. P. Valent. tom. 3. d. 1. q. 11. puncto 1. diffic. 1. & q. 10. puncto 3. vers. His ita. P. Suar. de Fide disp. 16. sec. 5. n. 10. P. Sanchez lib. 2. Decalog. cap. 7. num. 17. Lorca 2. 2. q. 12. art. 1. d. 50. n. 3. Turrecrem. sum. l. 4. p. 2. cap. 13. Simanc. de Cathol. instit. tit. 7. n. 5. Canus de locis Theol. l. 12. cap. 9.* quibus accedit *P. Castro Palao d. 2. p. 1. n. 10.* Qui omnes dicunt oportere explicare se fuisse Catholicum, ac proinde Ecclesiam deseruisse. Et probant *primò*, quia in hoc recessu est specialis malitia contra obedientiam promissam Ecclesiæ. *Secundò*, quia illi fit specialis injuria, & irreverentia; nam

Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur.

Diana. P. Lugo. P. Valent. Bannes. P. Azor. Caietan. P. Sanch.

506 Nihilominùs probabilius est, explicatâ solâ hæresi, apostasiam posse taceri. Ita *Diana p. 1. tr. 7. de circumstantiis aggravantibus resolut. 54. & Cardinalis Lugo cit. n. 296.* Probatur quia apostasia non differt specie ab hæresi; ut cum *P. Valent. tom. 3. d. 1. q. 11. p. 1. & q. 12. puncto 1. Bannes 2. 2. q. 12. a. 1. P. Azor. tom. 1. l. 8. cap. 21. q. 3. Caietan. 2. 2. q. 10. a. 1. & q. 11. a. 1.* & aliis pluribus docet *P. Sanch. 2. Decal. cap. 7. n. 16.* Neque hæreticus, qui fuit Catholicus, & transit ad sectam Calvini, committit hæresim diversæ speciei à Calvinistis, qui in ea secta existunt, & nunquam fuere Catholici.

Neque obstat quòd iste, qui fuit Catholicus, committat specialem inobedientiam contra Ecclesiam, & illi irroget specialem injuriam, eam deserendo, & retrocedendo ab illa: nam ea inobedientia & injuria infertur Christo, cui sumpto in sua Ecclesia talis obedientia promissa est. Itaque illa promissio obedientiæ, quæ in Baptismo promittitur à Catholico, est per modum voti, & Sancti Patres illam votum appellant, & similiter Doctores apud Patrem *Suarez tom. 1. de Religione* votum commune appellant: vota autem, & eorum obligationes omnes sunt ejusdem speciei. Cùm igitur hæreticus, qui numquam fuit Catholicus, etiam sit perfidus contra Christum; debet enim illi obedientiam sumpto in sua Ecclesia; & est rebellis contra illum sumptum in sua Ecclesia; bene sequitur nullam malitiam committi ab hæretico, qui fuit Catholicus, quæ etiam non committatur ab illo, qui numquam fuit Catholicus. Itaque etiam hæreticus, qui nunquam fuit Catholicus, committit inobedientiam contra Christum sumptum in sua Ecclesia; præcipit enim Christus sibi obediri sumpto in sua Ecclesia. Item etiam facit irreverentiam, & injuriam Christo, non illi adhærendo sumpto in sua Ecclesia. Non nego maiorem inobedientiam, & injuriam committi ab eo, qui fuit Catholicus; dico tamen esse ejusdem speciei, & solùm differre secundùm magis, & minùs. Quid autem sit propriè apostasia, & in quo differat ab hæresi, dicemus ex professo alibi. *P. Suar.*

507 *Ad primum* respondetur pœnitentem sufficienter explicare inobedientiam contra Ecclesiam, quando se accusat de hæresi, nam etiam hæresis habet eandem inobedientiam annexam, tenentur enim etiam hæretici obedire Ecclesiæ ratione Baptismi.

Ad secundum respondetur similiter, quando quis se accusat de hæresi, sufficienter explicare irreverentiam, nam hæresis etiam habet annexam irreverentiam contra religionem. Non nego maiorem irreverentiam fieri religioni ab eo, qui illam deserit, quàm ab eo, qui illam nunquam professus est; sed dico utranque esse intra eandem speciem secundùm magis, & minùs; ac proinde apostasiam solùm

lùm esse circunstantiam aggravantem, & non mutantem speciem.

§. 7.

Utrùm debeat daclarari jactantiæ qualitas, fueritne de hac, aut de illa specie peccati?

508 *Explanatur status quæstionis.*
509 *Opinio asserens debere explicari qualitatem jactantiæ.*
510 *Dicendum omnes jactantias esse ejusdem speciei.*
511 *Diluuntur duo argumenta opinionis contrariæ.*

508 S*Eptimò quæritur*: An in peccatis jactantiæ satis sit dicere: Toties me jactavi de peccato mortali, non explicata specie illius? Loquimur de peccatis meræ jactantiæ; nam, si adsit complacentia, hæc spectat ad eandem speciem peccati, de quo est, ac proinde ut explicetur, debet etiam explicari ipsa species peccati, ut est communis Theologorum apud *Sanchez lib. 1. Decalog. cap. 3. n. 13.* Item loquimur de jactantia peccati: quia jactantia de dexteritate, viribus aut arte, quæ in illo ostensa est, si absit complacentia ipsius peccati, & scandalum, peccatum mortale non est, ut videre licet apud eundem *Sanches n. 4.* His positis.

509 Plures existimant cum *Sanch. loco citato, Alvozer sum. cap. 20. fol. 74. p. 1. Lopez 1. p. instruct. cap. 5. col. 6. à vers. Sit igitur propositio. Rodrig. 1. tom. summa 2. edit cap. 53. conclus. 13. n. 13.* debere explicari speciem peccati, de quo fuit jactantia. Probatur, quia jactantia, verbi gratiâ de peccato contra Castitatem, etiam opponitur ipsi virtuti Castitatis. Et hoc declaratur *primò*, quia virtus Castitatis non solùm obligat ad actum, quem directè præcipit, sed etiam indirectè, ne contemnatur, & irreverenter tractetur: videtur autem contemni, & irreverenter tractari ab eo, qui gloriatur de ejus violatione, & peccato. *Secundò*, quia idcirco jactantia de peccato est peccatum, quia continet irreverentiam contra legem Dei: at jactantia de peccato contra Castitatem etiam continet irreverentiam contra legem, & regulam Castitatis: ergo, &c.

P. Sanch. Alvozer. Lopez. Rodrig.

510 Nihilominus probabilius dicendum videtur omnem jactantiam de quolibet mortali esse ejusdem speciei, ac proinde satis esse dicere: Toties me jactavi de peccato mortali. Ita *Navar. in summa preludio 9. num. 4. in priori editione, Castro Palao tom. 1. tract. 2. disp. 1. puncto 11. num. 5. Diana 3. part. tract. 4. resolutione 161: Lugo disp. 16. num. 266.* Probatur, quia malitia jactantiæ consistit in eo quòd captetur gloria ex malefactis; quod verò malefacta sint homicidia, aut latrocinia, quòd item vera sint, aut falsa, id materialiter se habet. Explicatur optimo exemplo voti, & juramenti, cujus violationes in omni materia sunt ejusdem speciei.

Navar. P. Cast. Pal. Diana. P. Lugo.

511 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur illum, qui se jactat de peccato contra Castitatem, tunc solùm eam irreverenter tractare, quando sibi complacet, aut gaudet de peccato contra illam; non verò quando ipsum peccatum detestatur, & solùm amat vanam gloriam, & æstimationem, quã captat ex illo.

Ad secundum dicendum est jactantiam non idcirco esse peccatum, quia continet irreverentiam contra legem Dei, sed quia est captatio vanæ gloriæ de malefactis, quæ notabiliter opponitur humilitati.

§. 8.

Utrùm debeat declarari qualitas pravi consilii?

512 *Refertur opinio negativa.*
513 *Præfertur affirmativa.*
514 *An gravius peccet, qui malum consulit, quàm qui malum facit?*

512 V*Ltimò quæritur*: An in peccatis pravi consilii sufficiat dicere: Toties consului peccatum mortale, non explicando speciem illius? Affirmant nonnulli apud *Lugo ubi proximè n. 275.* qui existimant omnia consilia de quolibet mortali esse ejusdem speciei, sicut omnes jactantiæ, & omnes contumeliæ, &c.

513 Sed contrarium tenendum cum communi Theologorum; quia consilia sunt causæ mali, quod consulunt, ac proinde ab eo pro ejus diversitate specificantur.

514 Utrùm verò graviùs peccet, qui malum consulit, quàm qui facit? Respondetur

detur in aliquibus peccatis graviùs peccare consulentem, ut in homicidio; nam consulens præterquamquod sit homicida, etiam facit quòd alius talis sit. Ita cum Sal. 2. tom. in 1. 2. tr. 13. disp. 5. sect. 15. n. 158. Lugo ubi proximè. At verò in aliis peccatis consulens peccat minùs graviter, ut in peccatis contra temperantiam, nam hæc magis obligat ad actum proprium, quàm ad alienum, imò ab actu proprio denominatur quis temperans, non ab alieno: homicida verò talis dicitur sive per se immediatè, sive per alios occidat.

P. Salas. P. Lugo.

§. 9.

Secunda difficultas.

De circumstantia Quid quoad personas, ad quas terminatur peccatum.

515 An in peccatis odii, aut injuriæ debeant declarari personæ, ad quas terminantur?

516 Utrùm in peccatis odii aperienda sit circumstantia Patris? & resolvitur affirmativè.

517 An idem dicendum sit in peccatis injuriæ?

518 Quid tenendum respectu ascendentium, & descendentium?

519 Extendendane sit eadem doctrina ad peccata viri in uxorem, & uxoris in virum?

520 Non quodlibet odium, aut injuria gravis in fratres est peccatum grave contra pietatem.

521 Quid dicendum sit respectu consanguineorum?

522 Circumstantia benefactoris si hic sit insignis, est necessariò declaranda.

523 An idem judicandum respectu Superioris, Principis, & Sacerdotis?

515 ET quæritur primò: An in peccatis odii, aut injuriæ debeant declarari personæ, ad quas ipsum odium, vel injuria terminatur, si fortè sit parens, aut frater, cognatus, benefactor, Superior, Princeps, aut Sacerdos?

516 Et in primis, si sit parens, & peccatum, de quo filius se accusat, sit odii, non est dubium debere explicari. Ita cum Angel. Silvest. Tabien. Armil. & aliis Azor 2. p. l. c. cap. 2. quæsito 2. Et probatur, quia in odio circunstantià parentis addit malitiam specie distinctam contra virtutem pietatis.

Angelus. Sylvest. Tabien. Armil. P. Azor.

517 Si verò peccatum sit injuriæ, adhuc de illo idem, quod de peccato odii, sentit Bonac. q. 5. sect. 2. p. 2. §. 3. diff. 3. n. 15. Sed licèt id verum sit in aliis injuriis, si nimirum parens à filio percutiatur, occidatur, infametur, aut contumeliis afficiatur; quia hæc peccata præterquamquod sint contra justitiam, etiam sunt contra pietatem. Non est regulariter verum in peccatis furti, ut docet Mol. to. 1. de just. tr. 1. d. 7. fine; quia furtum de pecuniis parentis solùm est contra justitiam, non verò contra pietatem; & hujus ratio est, quia illud solùm peccatum est contra pietatem, quod destruit amorem debitum parenti: at peccatum furti de pecuniis parentis stare potest cum amore illi debito, non ita aliæ injuriæ, & offensæ. Dixi (non esse regulariter verùm) quia tantum potest esse furtum, & in talibus circunstātiis, ut etiam ratione paupertatis, in quam redigit parentem, sit contra pietatem.

Bonac. P. Molin.

518 Quæ diximus de filio ergà parentem, dicta volumus de illo erga avos, atavos, & reliquos ascendentes; imò de parente erga filios, nepotes, pronepotes, ac reliquos descendentes: nam hi omnes considerantur quasi parentes, & filii; hinc est quòd tales non possunt inter se contrahere matrimonium, & si se se interficiant, eâdem parricidii pœnâ comprehenduntur L. Unica Cod. de his, qui parentes, vel liberos occiderunt, & §. Alia deinde lex, instit. de publicis judiciis.

Lex unica §. Alia.

519. Quæ doctrina etiam ob eandem rationem extendenda est ad peccata viri erga uxorem, & uxoris in virum, quia etiam quoad hoc, ut parentes & filii, considerantur; &, si se se occidant, eâdem parricidii pœnâ plecti jubentur L. 1. ff. ad leg. Pompeiam de parricidiis, ut cum communi Doctorum tenet Mol. t. 4. de just. tr. 3. d. 26. n. 5.

Lex 1. P. Molin.

520 Utrùm verò eadem doctrina amplianda sit ad fratres & sorores? Respondetur, non quodlibet odium, aut injuriam gravem fratribus illatam, esse sufficientem ad peccatum mortale contra pietatem. Unde detractio gravis, à qua tamen non sequeretur maxima infamia, & rixa mutuis pugnis inter fratres, solùm videtur esse contra justitiam, & non contra pietatem. Ita Lugo d. 16. n. 307. cum P. Lugo.

P.Coninck. Lorca. Coninck. d. 25. de char. dub. 9. n. 157. & seq. qui etiam allegat Lorcam. Et probatur, quia pietas minùs strictè obligat fratres: hinc est quòd necessitas illa patris, quæ obligat filium ne ingrediatur Religionem, non sufficit respectu fratris; sed requiritur maior, ut cum communi Doctorum tenet Sanch. l. 5. Decal. cap. 20. à num. 29. qui omnes sentiunt pietatem inter fratres non exigere amorem, nisi in occasionibus maioris momenti, & casibus gravioribus; unde solùm dicunt esse contra pietatem fratricidium, aut mutilationem, vel vulnerationem gravem, infamationem notabilem, aut depauperationem, & cætera hujusmodi; item odia, quibus hæc mala desiderantur.

P.Sanch.

521 Quid autem dicendum sit de aliis consanguineis & cognatis? Respondetur odia, & injurias illis illatas non esse contra pietatem, ac proinde non esse manifestandam circunstantiam consanguinitatis; quia ista conjunctio est jam valde remota. Ita cum communi Doctorum Bonac. supra cit. & videtur de mente Sanch. ubi proximè n. 31. quatenus cum communi Doctorum asserit propter necessitatem talium consanguineorum neminem teneri, nec posse differre ingressum Religionis, si ad illud sit voto adstrictus.

Bonac. P.Sãch.

522 De benefactore est maius dubium. Respondeo tamen, si sit insignis, explicandam esse ejus circunstantiam, quia addit specialem malitiam contra gratitudinem. Ita cum Caiet. Sa verbo Confessio, n. 43. Et declaratur, quia benefactor, si sit insignis, præferendus est fratri, ut docent Turrian. d. 80. de char. dub. 2. & Coninck ibidem d. 25. dub. 9. n. 156. Lugo ubi proximè. At circunstantia fratris in casibus assignatis est manifestanda: ergo, &c.

Caiet. P. Sa. P.Turriã. P Coninck P. Lugo.

523 De Superiore dicendum est, aliquas injurias ei illatas, esse contra debitã reverentiam, ac proinde habere malitiam specie diversam. Ita Bonac. ubi proximè, quam doctrinam propter reverentiam debitam Principi, etiam extendit ad aliquas injurias ei factas; sunt autem hæ illæ omnes, ex quibus resultat gravis irreverentia contra statum Superioris, & contra dignitatem Principis, ut occisio, mutilatio, percussio, diffamatio, &c. non ita aliæ injuriæ, vel odia. Et hæc doctrina extenditur etiam ad Sacerdotem quoad injurias, quæ redundant in gravem irreverentiam ejus status; non verò quoad alias.

Bonac.

§. 10.

Utrùm in peccatis contra Castitatem declaranda sit persona, cum qua habebas impedimentum ad matrimonium?

524 Præmittitur doctrina Tridentini in hac re.
525 Prima opinio asserentium incestus esse diversæ speciei.
526 Præfertur opposita.
527 Satisfit argumentis in contrarium adductis.
528 Utrùm in hac opinione adhuc declarandi sint gradus consanguinitatis? & resolvitur negativè.
529 An malitia incestûs detur etiam in actibus non consummatis?
530 An peccata contra naturam habeant malitiam incestûs?
531 Utrùm in prædictis peccatis explicanda sit consanguinitas in tertio, & quarto gradu?
532 Resolvitur explicandam esse talem consanguinitatem.
533 An manifestanda sit circunstantia disparitatis cultûs?
534 Referuntur Authores asserentes non esse manifestandum.
535 Veriùs dicendum, esse mutantem speciem, ac proinde declarandam.
536 An aperiendum sit impedimentum publicæ honestatis? Resolvitur affirmativè.
537 Aliter dicendum de impedimento raptûs, & criminis.
538 Tradita doctrina procedit de raptu & crimine, prout præcisè impediunt matrimonium.
539 Impedimentum impotentiæ est manifestandum.
540 An detur obligatio exponendi impedimentum impotentiæ etiam quoad peccata interna?
541 An impedimentum conditionis contrahat specialem malitiam declarandam?
542 Proponitur ratio dubitandi.
543 Resolvitur teneri pœnitentem fateri impedimentum conditionis quando dolum adnectit.

SEcundò quæritur: An in peccatis contra castitatem debeas declarare personam, cum qua tibi erat impedimentum

tum ad matrimonium? Et in hac quæstione plura sunt dubia pro diversitate impedimentorum.

524 *Primum dubium est* circa habentes impedimentum consanguinitatis, & affinitatis; & inquirit: An in peccatis incestûs debeat declarari gradus consanguinitatis, vel affinitatis? Ad cujus resolutionem sciendum est ex *Trid. sess. 24. cap. 4. de reformatione*, incestum cum consanguinea extendi usque ad quartum gradum: & cum affine ex copula matrimoniali usque ad quartum, ex copula verò illicita usque ad secundum. His positis. *Trident.*

525 Duæ sunt opiniones. Prima asserentium incestus esse diversæ speciei; dicunt enim illum, qui committitur à consanguineis in linea recta, esse quidem ejusdem speciei inter se, sed specie diversum ab illo, qui committitur à consanguineis in linea trasversali: & rursùm hunc in primo gradu differre specie ab incestu in secundo, & incestum in secundo differre specie ab incestu in tertio, & quarto, verùm hos duos inter se esse ejusdem speciei. Ita *Marat. d. 27. sect. 4.* & ferè eodem modo loquuntur *Lugo d. 16. à num. 312. Azor. 3. p. l. 3. cap. 9. quæst. 1. Less. l. 4. c. 2. dub. 11. n. 79. vers. Dubium tamen est. Valent. 2. 2. d. 9. q. 3. pun. 3. Filliuc. tr. 30. cap. 5. n. 96.* Et in hac opinione dicendum declarandos esse gradus, siquidem addunt circunstantias mutantes speciem. *P. Marat. P. Lugo P. Azor. P. Lessius. P. Valent. P. Filliuc*

526 Secunda opinio, eaque mihi probabilior, docet omnes incestus esse ejusdem speciei; quia omnes sunt contra virtutem observantiæ, quæ haberi debet inter affines, & consanguineos; aut ex præcepto naturali, si sint in primo gradu; aut ex præcepto Ecclesiastico, si sint in aliis gradibus. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 9. Caiet. ibidem & to. 1. opusc. tract. ultimo resp. 5. Sotus lect. 9. de confessione. Canus relect. de pœnit. p. 5. Suar. d. 22. sect. 3. n. 7. & 12. Coninck d. 7. dub. 3. n. 13. & 21. Tan. q. 7. n. 60. Bonac. de matrimonio q. 4. p. 16. n. 6.* *P. Thom. Caiet. Sotus. Canus. P. Suar. P. Coninck P. Tan. Bonaci.*

527 Neque obstat primò, quòd præceptum naturale, & positivum differant specie; nam id parum refert, quando utrumque obligat ex eodem motivo. Non obstat secundò, quòd consanguinitas contrahatur ratione sanguinis; affinitas verò ratione copulæ; nam id materialiter se habet ad observantiam debitam. Non obstat tertiò, quòd affinitas alia sit spiritualis cum filia Baptismi, vel Confirmationis, alia legalis cum filia adoptiva; nam id etiam materialiter se habet ad observantiam.

528 In hac secunda opinione adhuc ejus Auctores dicunt declarandos esse gradus: sed magis cohærenter asserendum videtur, nisi à Confessario interrogentur, non esse declarandos, quia non addunt circunstantias mutantes speciem, sed solùm aggravantes. Ita *Pharaon. tr. de Sacram. pœnit. sect. 10. casu 6. Cypitius tr. de casf. reserv. cap. 8. n. 5. Megala in 1. p. l. 5. cap. 12. n. 9. Celestin. in compen. Theol. moral. tr. 1. cap. 8. q. 7. Faust. de Sacram. pœnit. tom. 1. l. 4. q. 96. Caiet. 2. 2. q. 154. a. 9. Mancinus in append. ad prax. visit. infirm. pract. 1. dub. 3. Dian. 1. p. tr. 7. resol. 31. & iterum 3. p. tr. 4. resol. 67. & 5. p. tr. 14. resol. 56.* Dixi (nisi interrogentur) quia si à Confessario interrogentur, tenetur pœnitens illos declarare, juxta ea, quæ superiùs diximus *n. 405. & 442.* *Phara. Cypitius. Mega. Cælestin. Faustus. Caiet. Mancinus. Diana.*

529 *Rogabis primò*: Utrùm tradita doctrina solùm militet in copula consummata, an etiam in aliis actibus, qui non perveniunt ad illam; sunt tamen peccatum mortale? Respondetur etiam militare in aliis actibus: ita Doctores citati. Et probatur; quia, licèt incestus talis non censeatur in ordine ad pœnas, nisi quandò datur copula consummata, tamen in ordine ad malitiam, quo pacto spectat ad confessionem, etiam contrahitur per alios actus.

530 *Rogabis secundò*: Utrùm tradita doctrina solùm militet in peccatis naturalibus, an etiam in peccatis contra naturam inter consanguineos, & affines? Respondetur etiam militare in peccatis contra naturam; non quòd hæc sint incestus quoad pœnas, nam incestus quoad pœnas solùm committitur per copulam ordinariam consummatam; sed quia sunt incestus quoad malitiam: nam præterquamquod opponantur virtuti castitatis, etiã opponũtur virtuti observantiæ, quæ haberi debet inter affines; & cõsanguineos: unde quoad hoc eodem modo de illis, ac de peccatis naturalibus judicandum est.

531 *Rogabis tertiò*: Utrùm in his peccatis explicanda sit consanguinitas, vel affinitas, quando non est in primo, neque in secundo gradu, sed solùm in tertio, vel quarto? Negant *Bellochius in praxi Theol. moralis p. q. 1. n. 110. Homobon.* *Bellochius*

tract.

Floron. Finel. Diana. Bonac.

tract. de cas. reserv. p. 2. cas. 4. fol. mihi 314. in 2. edit. Floron. de cas. res. p. 2. cas. 6. n. 31. Finel. cas. 10. n. 10. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 101. Bonac. de matrimonio q. 4. p. 11. n. 10. Et probatur, quia nullum est præceptum observantiæ contra hujusmodi peccata in tertio, & quarto gradu: non naturale, quia hoc ad summum solùm extenditur ad secundum gradum: non Ecclesiasticum, quia hoc solùm prohibet matrimonium, & non hujusmodi peccatum.

Graffis. Caiet. Silv. P. Lugo.

532 Probabiliùs tamen dicendum videtur cum *Graffis de arbitr. confessar. l. 2. cap. 34. n. 4. Caiet. 2. 2. q. 154. a. 11. Sylvio in 2. 2. q. 154. a. 12. Lugo ubi proximè. n. 266.* etiam præceptum Ecclesiasticum prohibere hujusmodi peccata, dum enim prohibet peccatum naturale intra quartum gradum, etiam prohibet peccata contra naturam, utpote magis indecentia, & observantiæ contraria. Confirmatur, quia aliàs habens tactus impudicos cum consanguinea sine intentione copulæ, non teneretur explicare circunstantiam incestûs, quia hoc peccatum est contra naturam: sequela autem est contra praxim.

533 *Secundum dubium est* de peccato inter habentes impedimentum disparitatis cultûs; & quæritur: Utrùm in copula fidelis cum infideli, sit ea circunstantia manifestanda?

Alcozer. Sylvius.

534 Negat *Alcozer in sum cap. 20. fol. 74. pag. 1. Sylvius in comment. 2. 2. D. Thom. q. 154. a. 2. §. Quæritur. 2.* quia existimant hanc circunstantiam solùm esse aggravantem, & non mutantem speciem: & re vera esse solùm aggravantem opinātur *Azor. p. 3. l. 3. c. 29. q. 3. Ioan. Francisc. Suar. Enchirid. cas. consc. l. 5. verbo Confessio fol. 364. Filliuc. tom. 2. tr. 30. c. 2. n. 25.*

P. Azor. Joannes Frācisc. Suar. P. Filliuc.

535 Veriùs tamen est hanc circunstantiam esse mutantem speciem, & addere malitiam contra Religionem, ex cujus motivo prohibetur concubitus fidelis cū infideli. Et ita tenet *Sanch. de matrimon. l. 7. d. 5. n. 12. Henr. l. 2. de pœn. cap. 6. n. 3. gloss. lit. M. Lop. instruc. p. 1. cap. 35. §. Affine est huic. Homobon. de cas. reserv. p. 2. cas. 4. sent. 5. Conrad. respons. cas. conscient. p. 2. q. 174. Floron. de cas. reserv. p. 2. cas. 7. post. §. 1. n. 5. Dian. p. 3. tr. 4. resol. 138. Lugo ubi proximè n. 336.*

P. Sanch. P. Henriq. Lopez. Homob. Conrad. Floron. Diana. P. Lugo.

536 *Tertium dubium est* de peccato inter habentes impedimentum publicæ honestatis. Hoc contrahitur per sponsalia: &, si sint per verba de præsenti, extenditur ad consanguineos sponsæ, vel sponsi usque ad quartum gradum, ut docet *Sanch. cit. d. 15. n. 6.* Si verò sint per verba de futuro, extenditur ad consanguineos tantùm in primo gradu, de quo videndus *Sanch. cit. d. 68.* Quæritur ergo. Utrùm accusans se de peccato cum fœmina, cum qua habebat impedimentum honestatis, debeat illud explicare? Respondetur affirmativè, quia hæc circunstantia addit specialem malitiam contra virtutem observantiæ.

P. Sanch.

537 *Quartum dubium* de peccato inter habentes impedimentum raptûs, nec non impedimentum criminis, hoc est, adulterii cum promissione matrimonii de futuro, vel contractu ipsius de præsēti, aut cū machinatione necis cujugis. Et quæritur, an hæc impedimenta sint manifestanda? Affirmat *Henr. l. 5. de pœnit. cap. 6. n. 3. in gloss. lit. M.* Sed probabilius negandum cum *Sanch. tom. 2. de matrim. l. 3. d. 5. n. 14. Less. l. 4. cap. 3. dub. 6. n. 41. Filliuc. tom. 1. tr. 10. p. 2. cap. 1. n. 24. Dian. cit. resol. 140. & Lugo cit. n. 337.* Probatur, quia matrimonium in his casibus non prohibetur ob specialem virtutem, sed in pœnam delicti commissi; quando autem non prohibetur ob specialem virtutem, non contrahit specialem malitiam.

P. Henriq. P. Sanch. P. Lessius. Filliuc. Diana.

538 Advertendum tamen est traditam doctrinam solùm procedere de raptu, prout præcisè impedit matrimonium, ut quando ipsa fœmina rapta, vult, & consentit; nam si illi vis fiat aut dolus, tunc clarum est contrahere specialem malitiam contra justitiam. Item eodem modo procedere de crimine, prout præcisè impedit matrimonium; nam, si aliunde contrahat malitiam contra justitiam, certum est eam esse declarandam, ut notat *Sanch.* & alii Doctores ubi proximè.

539 *Quintum dubium est* de peccato inter habentes impedimentum impotentiæ: & quæritur, an illud manifestandum sit? Rem esse valde dubiam dicit *Filliuc. cit. n. 23.* Sed resolvenda est affirmativè cum *Sanch. tom. 2. l. 7. disp. 5. n. 14. Henr. Less. Lug. Dian.* ubi proximè, quia impotentia transfert peccatum ad aliam speciem, nimirum contra naturam, quatenus caret intentione finis, ad quem natura coitum destinavit.

Filliuc. P. Sanch. P. Henriq. Lessius. P. Lug. Diana.

540 Unde notandum est cum Doctoribus

toribus citatis, impotentes etiam debere explicare suam impotentiam, quando se accusant de peccatis internis, nisi fortè ab illa abstrahant, ut si desiderent habere potentiam ad peccandum.

541 *Sextum dubium est* de peccato inter habentes impedimentum conditionis, seu servitutis; quod tunc datur, quando conditio servilis ab alio libero ignoratur. Et quæritur, an tunc copula subeat specialem malitiam manifestandam.

542 Et ratio dubitandi est, quia videtur fieri speciale damnum patri libero, vel matri; ejusque proli: nam, si pater est liber, cogetur habere filium servum propter servilem matris conditionem; si verò mater libera est, habebit prolem, quam nec pater alere, nec educare poterit.

543 Respondendum affirmativè ex parte servi, vel servæ, si fingat se esse liberam, idque propter injuriam, quam facit libero, ejusque proli. Ita *Lugo n. 541.* Aliter dicendum, si nullum adnectat dolum; aut licèt adnectat, si hic solùm sit concomitans, & non antecedens, hoc est, talis, ut licèt non adnecteretur, adhuc liber consentiret, quia tunc illi non fit injuria, ut docet *Sanch. l. 7. de matrimonio d. 19. n. 5.*

P.Lugo. P.Sanch.

§. 11.

Utrùm debeat declarari peccatum fuisse cum filia Confessionis?

544 *Explicatur status quæstionis.*
545 *Citantur Authores, qui contendunt debere dici circumstantiam peccati cum filia Confessionis.*
546 *Referuntur illorum fundamenta.*
547 *Utrùm hæc circumstantia debeat declarari non solùm in copula, sed etiam in tactibus?*
548 *An idem dicendum non solùm de peccato cum filia, sed etiam cum filio Confessionis?*
549 *Probabilius est non dari obligationem declarandi talem circumstantiam.*
550 *An ex Sacramento Pœnitentiæ oriatur cognatio spiritualis?*
551 *Explicatur textus in* Cap. Non debet, *& textus in* Cap. Omnes.
552 *Quo sensu peccatum cum filia Confessionis dicatur adulterium?*
553 *An peccatum cum filia Confessionis prohibeatur ex motivo religionis?*
554 *Quando occasio peccati cum filia Confessionis desumitur ex Sacramento, est circumstantia declaranda.*
555 *Resolutio tradita non solùm intelligenda est in copula, sed etiam in tactibus impudicis cum filiâ, vel cum filio Confessionis.*

554 TErtiò *quæritur*: An manifestanda sit circumstantia peccati cum filia Confessionis? Et non est quæstio de peccato, quod committitur in Confessione, aut proximè post illam, aut prætextu illius; hoc enim est gravissimum sacrilegium, de quo nos tr. 8. cùm de solicitantibus egerimus. Solùm procedit quæstio de peccato, quod committitur omnino extra actum Confessionis.

545 Et oportere declarari fuisse cum filia Confessionis contendunt *Sotus in 4. distinct. 42. q. 1. art. 2. col. 3. vers. Quòd si canonem. Palud. ibidem a. 1. concl. 2. n. 7. Viguer. l. inst. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 8. Turrecr. 30. q. 1. in sum. a 2. n. 4. Navarr. l. 5. consilio 1. de hæreticis n. 6. Gallegò de cognitione spirituali cap. 10. n. 13. Alexander de Nevo cap. finali de cognatione spirituali, fine. Tabiena verbò Circumstantia, fine. Armilla ibid. n. 12. Lopez 1. p. instruct. cap. 35. columna 4. §.* Secundò respondendo. *Simanchas in suis instit. t. 40. n. 15. Sanchez de matr. l. 7. d. 55.* Quibus accedunt *Lugo d. 16. n. 355. Homoben. de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. Cap. 12. q. 75. Ragus. in lucer. Pirochor. de Sacram. pœnit. q. 43. Cumba tr. de Confess. sollicit. q. 5. n. 53. Nugn. in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 9. a. 2. dub. 3. in fin. Coninck de Sacram. d. 31. dub. 2. n. 25. Megal. in 1. p. l. 9. c. 12. n. 16. Zanard. in direct. p. 1. de Sacram. pœnit. cap. 18. in circumst. Quis. Fagund. de præcep. Eccles. tr. 2. l. 4. cap. 3. n. 33. Mag. in 4. dist. 42. §. 2. Raymund. sum. tr. 2. de cognat. spirit. §. Si quos autem. Navarr. l. 5. consil. tit. de hæret. in 1. edit. consil. 1. n. 6. Bernard. Dias pract. crimi. cap. 76. Graf. 2. p. decis. l. 1. n. 32. Rodrig. in regul. quæst. tom. 2. q. 27. a. 1. & alii apud Ioan. Sanch. in select. d. 11. n. 2.*

Sotus. Palud. Viguer. Turrecr. Navar. Galleg. Alexand. Tabiena. Armila. Lopez. Simanc. P. Sanch. P. Lug. Homob. Ragusa. Cumba. Nugnus. P. Coninck. Megala. Zanard. P. Fagund. Mag. Raym. Navar. Bernard. Dias. Graffis. Rodrig. Ioannes Sanch.

146 Probatur *primò*, quia peccatū cū filia Cōfessionis est incestus, & hoc videtur probari ex *Cap. Non debet 30. q. 1.* ibi: *Pœniteat quomodo de filia spirituali, &c.* & ex *Cap. Omnes*, ibi: *Omnes, quos in Pœnitentia accepimus, ita filii nostri sunt, ut in baptismate suscepti, &c.* At verò peccatum

Cap. Non debet. Cap. Omni.

tum cum filia baptiſmi eſt inceſtus. *Secundò* probatur, quia eſt adulterium; & hoc oſtenditur ex *Cap. Siquis Sacerdos* 30. q. 1. ibi: *Siquis Sacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe grave adulterium commiſiſſe*, &c. *Tertiò*, quia eſt ſacrilegium: prohibetur enim in prædictis textibus ex motivo Religionis; nimirum propter reverentiam Sacramenti, quod offenditur per tale peccatum; nam occaſione Sacramenti irrepit familiaritas, & ex familiaritate peccatum: quod proinde redundat in odium, & irreverentiam ipſius Sacramenti.

Cap. Si quis Sacerdos.

547 Utrùm verò idem dicendum ſit non ſolùm de copula, ſed etiam de tactibus impudicis? Negant plures apud *Dian.* ubi proximè *reſol.* 56. quia textus citati ſolùm loquuntur de copula.

548 Utrùm etiam idem dicendum ſit non ſolùm de peccato cum filia, ſed etiam cum filio confeſſionis? Negant *Baſil. Pont. tr. de impedim. matrim. cauſa* 30. c. 24. §. 2. *verſ. Atque hæc. Cunha ubi proximè. Peirin. ſuper privileg. Minorum tom.* 2. *conſtat.* 4. *Gregor. XV.* §. 5. n. 18. Quia ſimiliter jura ſolùm loquuntur de peccato cum filia confeſſionis.

Baſil. Pont. Cunha. Peirin.

549 Nihilominus probabilius eſt abſolutè, & per ſe loquendo non eſſe obligationem declarandi circunſtantiam filiæ confeſſionis. Ita *Vaſq. de pœn. q.* 91. a. 1. dub. 2. n. 20. *Led. de matrim. q.* 36. a. 2. *Sa verbo Confeſſio n.* 25. *Hurt. de matrim. d.* 18. *diffic.* 1. n. 4. *Dian. tr.* 7. *reſol.* 12. *Freit. ad Acunham de confeſſ. ſolic. q.* 5. n. 54. *Bonac. de matrim. q.* 4. p. 16. n. 8. *Portel. in addit. ad dub. regul. v. eligendam* 3. *Fay in addit.* 3. p. q. 9. a. 2. d. 8. *concl.* 2. *Ioan. Sanch. ubi proximè.* Et probatur; quia, licèt hoc peccatum ſit magis prohibitum, ut conſtat ex juribus citatis, nulla tamen eſt neceſſitas admittendi prohibitionem ex virtute diverſa, ut ſtatim patebit ex ſolutione eorum, quæ pro parte contraria objiciuntur. Unde ejus circunſtantia ſolùm eſt aggravans, & nõ mutans ſpeciem: ergo, &c.

P. Vaſq. Ledeſma. P. Sa. P. Hurt. Diana. Freitas Bonac. Portel. Fay. Ioã. Sãch.

550 *Ad primum* negandum eſt, peccatum cum filia confeſſionis eſſe inceſtum; nam inceſtus eſt peccatum cum cognata: at ex Sacramento Pœnitentiæ nulla oritur cognatio, ut habetur in *Cap. Quamvis de cognatione ſpirituali in* 6. ubi Bonifacius VIII. poſtquam decrevit ex Baptiſmo, & Confirmatione oriri cognationem ſpiritualem, ſubdit: *Ex datione verò aliorũ Sacramentorum cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, &c.*

Cap. Quãuis.

551 Neque obſtat primò textus in *Cap. Non debet*: quia ibi vocabulum *Filia* accipitur non ſtrictè, ſed latè, in eo ſenſu, quo accipiens ab aliquo ſanctam doctrinam dicitur ejus filius ſpiritualis, juxta illud 1. *ad Corinth.* 4. *Per evangeliũ in Chriſto IESV ego vos genui*, &c. Et *ad Galatas.* 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.*

Non obſtat ſecundò textus in Cap. *Omnes*: non enim ibi cõparatur filia cõfeſſionis cũ filia baptiſmi, quoad culpã, ſed quoad pœnam. Non, inquam, quoad culpam, quia filia baptiſmi eſt cognata, non ita filia confeſſionis, ut conſtat ex Cap. *Quamvis*. Unde peccatum cũ prima eſt inceſtus; non ita peccatum cum ſecunda. Incurritur tamen cum filia confeſſionis eadem pœna; quia hæc non tam reſpicit gravitatem culpæ, quàm gravitatem nocumenti; & interdum propter maius nocumentum imponitur minori culpæ maior pœna, ut viſitur in peccato nefando, cui impoſita eſt maior pœna, quàm blaſphemiæ; & tamen hæc eſt maior culpa.

552 *Ad ſecundum* reſpondetur peccatum cum filia confeſſionis non eſſe adulterium. Neque textus in Cap. *Siquis Sacerdos* intendit eſſe adulterium quoad culpam, ſed quoad nocumentum; & ſolùm vult eſſe tam nocivum Reipublicæ, ac adulterium.

553 *Ad tertium* negandum eſt, peccatum cum filia confeſſionis eſſe contra præceptum ex motivo religionis, ad ſummum ſolùm eſſet contra præceptum ex motivo obſervantiæ: nam peccatum cum filia baptiſmi, cum quo illud æquiparatur, ſolùm eſt contra præceptum ex motivo obſervantiæ: at peccatum cum filia confeſſionis neque eſt contra tale præceptum, cùm declaratum ſit in Cap. *Quamvis*, ex Sacramento Pœnitentiæ nullam oriri cognationem ſpiritualem.

554 Notandum tamen eſt, doctrinam hactenus traditam procedere, per ſe & abſolutè loquendo, & non reſpectivè ad caſum ſpecialem, in quo occaſio peccati deſumeretur ab auditis in confeſſione, indeque facilitas exerceretur ea in forma, modoque, ut ex illo redundaret gravis irreverentia in ipſum Sacramentum: tunc enim clarum eſt id fore ſacrilegium contra lumen, & ejus naturæ præcipiens habendam Sacramento reverentiam.

555 Et

555 Et hæc in hoc casu speciali intelligenda sunt non solùm de copula, sed etiam de aliis actibus impudicis cum filia, vel cum filio confessionis, quia eadem ratio militàt in omnibus; ut contra *Dian.* & alios apud ipsum allegatos est manifestum.

§. 11.

Quomodo in peccatis delectationis veneræ sit obligatio declarandi objectum?

556 *Circumstantiæ objecti debent declarari, quando delectatio versatur circa illas.*
557 *Opinio asserens circumstantias objecti, etiam quando ab illis præscindit delectatio, debere manifestari in confessione.*
558 *Præfertur opposita sententia.*
559 *Gaudens de cæde inimici, non tamen quòd fuerit occisus in loco sacro, solùm peccat contra justitiam.*
560 *Qui audiens convicia simul faceta & contumeliosa delectatur non de illorum contumelioso, sed de faceto, non peccat graviter.*
561 *Audiens verba simul detractoria, & impura, si tantùm de illorum impuro delectatur, solùm peccat contra castitatem.*
562 *Delectatio de arte & ingenio, quo factum est furtum, vel duellum, non est graviter peccaminosa.*
563 *Cur desiderium objecti sumat malitiam à circumstantiis, & non delectatio?*
564 *Cur circumstantiæ, quæ se habent ex parte subjecti, semper debeant declarari?*
565 *An in delectatione de peccato contra naturam satis sit dicere peccatum contra castitatem, non explicatâ circumstantiâ contra naturam?*

556 Quartò quæritur: An in his peccatis declarandæ sint circumstantiæ objecti, si fortè fœmina repræsentata sit conjugata, consanguinea, aut voto astricta? Et non est dubium has circumstantias debere declarari, quando delectatio versatur circa illas, est enim tunc delectatio amor, & approbatio earum: at verò amor, & approbatio mali contrahit eandem malitiam cum illo, juxta illud *Oseæ 9. Abominabiles facti sunt, sicut ea, quæ desideraverunt.* Quæstio solùm procedit, quando delectatio præscindit à circunstantiis.

557 Et adhuc tunc esse declarandas cum communiori tenent *Suar. Sanch. in Decal. l. 1. cap. 2. n. 11. Navar. cap. 16. n. 9. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 3. dub. 3. n. 4. Rodrig. in summa tom. 3. cap. 101. n. 3. Hombon. de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. c. 13. q. 84. Filliuc. tom. 2. tr. 21. cap. 8. n. 301. Less. l. 4. cap. 3. dub. 15. n. 123. Sal. in 1. 2. tom. 2. tr. 13. d. 6. sect. 6. n. 56. Bonac. de matrimon. q. 4. pun. 8. n. 19. Coninck, & alii apud Dian. ubi infrà,* quibus accedit *Lugo d. 16. à n. 366. & Granad. de peccatis tr. 4. d. 4. n. 11.* Fundamentum est: quia malitia desumitur non solù ab objecto, sed etiam à circunstantiis prævisis; & in hoc casu prævidentur circunstantiæ: ergo &c.

P. Suar. P. Sanch. Navar. Villalob. Rodrig. H'mob. P. Flliuc. P. Lessius. P. Salas. Bonac. P. Coninck. P. Lugo. P. Granad.

538 Nihilominus probabilior videtur contraria resolutio negativa: illam esse valde probabilem fatentur *Less. Coninck, Sal. Filliuc. & Bonac.* & cum pluribus absolutè defendut *Vasq. 1. 2. tom. 2. d. 112. cap. 2. Sayr. in clàvi regia l. 8. cap. 7. n. 19. Tann. 1. 2. d. 4. q. 8. dub. 8. n. 149. Reginald. tom. 1. l. 12. cap. 2. sect. 3. n. 13. Azor. 1. p. l. 4. cap. 6. quæsit. 3. Sa verbo Luxur.* & alii, quos citat, & sequitur *Castro Pal. t. 1. tr. 2. d. 2. p. 10. §. 4. & Dian. 1. p. tr. 7. resol. 48. & 2. p. tr. Miscellan. 3. resol. 34. & 3. p. tr. 4. resol. 67.*

P. Lessius. P. Coninck. P. Sallas. P. Filliuc. Bonac. P. Vasq. Sayr. P. Tan. P. Regin. P. Azor. P. Sa. P. Castro Pal. Diana.

559 Probatur, quia quando delectatio præscindit à circunstantiis, non accipit malitiam ab illis. Et hoc ostenditur exemplis: primo illius, qui gaudet eo, quod inimicus fuerit ab adversario occisus, non tamen in loco sacro; hic enim solùm peccat contra justitiam, & non contra religionem.

560 Secundò, exemplo illius, qui auditis conviciis simul facetis, & contumeliosis in alterum dictis, delectans se ridet non de illorum contumelioso, sed de faceto: hic enim non peccat contra justitiam.

561 Tertiò, exemplo illius, qui auditis verbis simul detractoriis, & impuris, delectatur non de illorum detractorio, sed de illorum impudico & impuro; tunc enim solùm peccat contra castitatem, & non contra justitiam: ergo, &c.

562 Et confirmatur; quia, ut vel ipsi adversarii concedunt, potest quis delectari

T

lectari, imò & gloriari in arte & ingenio, quo usus est in furto vel duello præscissivè ab ipso peccato, quin incurrat ejus malitiam: ergo etiam poterit delectari peccato præscissivè à circunstantiis, quin incurrat earum malitiam. Neque obstat fundamentum opinionis contrariæ: dicendum enim est malitiam tunc solùm desumi à circunstantiis, quando nō præscinditur ab illis, non verò quando ab illis præscinditur.

563 Objicies primò: Desiderium objecti desumit malitiam à circunstantiis: ergo etiam delectatio. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia desiderium tendit in operis executionem, & in executione nequit separari objectum à circunstantiis: v. g. in fornicatione cum fœmina consanguinea, vel conjugata ratio consanguineæ, vel conjugatæ non potest separari à tali fornicatione. At verò delectatio non tendit in operis executionem, sed in objectum prout apprehenditur; & mens potest facilè distinguere objectum à circunstantiis, & ipsum objectum proponere ut delectabile, non verò circunstantias, ut patet in exemplis adductis.

564 Objicies secundò: In delectatione debent explicari circunstantiæ, quæ se tenent ex parte subjecti, si fortè delectans se habeat votum, vel sit conjugatus: ergo idem dicendum de circunstantiis, quæ se tenent ex parte objecti. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est; quia subjectum non peccat prout mente apprehenditur, sed prout est in re; & in re non separatur à suis circunstantiis: at objectum solùm concurrit ad peccatum prout mente apprehenditur, & mens potest illud proponere ut delectabile, quin ut tales proponat circunstantias.

565 Objicies tertiò: Ex hac doctrina sequitur, in delectatione de peccato contra naturam posse explicari solùm peccatum contra castitatem, non explicatâ circunstantiâ contra naturam. Respondetur, negando sequelam cum omnibus Doctoribus citatis: nam qui delectatur de peccato contra naturam, habet pro objecto id, quod constituit peccatum in ratione peccati contra naturam, & de eo delectatur; ac proinde vestit ejus malitiam: at in peccatis ordinariis potest apprehēdi ut delectabilis sola fornicatio, quin ut talis apprehendatur ratio conjugatæ, consanguineæ, aut voto astrictæ.

§. 13.

Utrùm in peccatis scandali debeant declarari persona, quæ scandalizantur, necnon earum circunstātiæ, & numerus?

566 *Quid sit scandalum directum, & indirectum?*

567 *In scandalo directo, quod datur ei, qui non erat paratus ad peccandum, debent explicari personæ scandalizatæ, & earum circunstantiæ.*

568 *Diluitur primum argumentum: & cur votum debeat explicari ex parte personæ scandalizatæ, non verò scandalizantis?*

569 *Diluitur secundum argumentum; & an scandalizans contrahat censuras peccati, ad quod inducit?*

570 *Solvitur tertium argumentum; & an scandalizans in materia restitutionis teneatur ad illam?*

571 *Quid, si sit judex, & scandalizet in materia furti?*

572 *Quid, si sit Episcopus & Pastor?*

573 *An scandalizans teneatur explicare numerum personarum, quas inducit? & ponitur sententia negativa.*

574 *Eligitur affirmativa.*

575 *An manifestanda sit circunstantia scandali, quando datur personæ paratæ ad peccandum, nimirum meretrici, & malefico?*

576 *Tenetur inducens ad manifestandam inductionem, quando inducit meretricem ad peccandum cum aliis; non quando eam inducit ad peccandum secum.*

566 Quintò quæritur: An scandalizans teneatur declarare personas, quibus scandalo fuit, & earum circunstantias? Quæstio potest procedere, aut de scandalo directo, quo scilicet intenditur ruina proximi, aut de indirecto, quo non intenditur ruina proximi, sed tamen prævidetur sequutura.

567 Et quod attinet ad primum: de scandalo directo, adhuc est distinctio; nam aut datur illi, qui non erat paratus ad peccandum, aut illi, qui erat paratus, v.g. meretrici. Si primum, dicendum est debere explicari personas scandalizatas, & earum circunstantias. Ita Sanch. 1. Decal. P. Sanch.

P. Azor. P. Lugo. P. Laym. P. Cast. P. P. Filliuc. Bonac. Decal. cap. 6. Azor, Lugo, Laym. Castro Pal. Filliuc. Bonac. & alii communiter ubi infrà. Probatur, quia scandalizans contrahit malitiam peccati eorum, qui scandalizantur; nam virtus, quæ alios directè obligat ad non peccandum, etiam indirectè obligat ne quis eos inducat: unde, si scandalizati habebant votum, scandalizãs contrahit malitiam sacrilegii, &c.

568 Objicies primò: Si scandalizans habeat votum, non peccat contra illud, nec tenetur illud explicare: ergo neque tenebitur explicare votum scandalizati. Respondetur negando consequentiam, quia votum proprium solùm obligat, ut ipse v.g. jejunet sabbatho, non verò ad jejunium alienum.

569 Objicies secundò: Si scandalizans contraheret malitiam peccati scandalizati, etiam contraheret excommunicationem, reservationem, aut irregularitatem, si fortè peccato scandalizati sint annexæ. Respondetur negando sequelam: quia ista cùm non sint malitiæ, sed tantùm pœnæ, aut quasi pœnæ, non contrahuntur nisi ab eo, qui aut directè in ea materia peccat, aut ita peccati directè causa est, ut in illud verè influat: at verò scãdalizans non est causa, sed tantùm occasio peccati alterius, definitur enim scandalum: *Dictum, vel factum præbens occasionem ruinæ proximo.*

570 Objicies tertiò: Si scandalizans contraheret, v.g. malitiam furti, in quo incidit scandalizatus, etiam teneretur ad restitutionem, hoc autem est falsum. Respondetur negando sequelam: quia nemo tenetur ad restitutionem, nisi quando aut damni causa est, verè influendo in illud, aut quando illud non impedit, cum ex contractu, & officio impedire teneatur: at verò scandalizans, ut dixi, non est causa damni, sed tantùm occasio.

571 Instabis: Saltem, si scandalizans in materia furti sit Judex, tenebitur ad restitutionem, quia hic tenetur impedire furta aliena. Respondetur negando sequelam: quia Judex non tenetur ex officio impedire furta suo exemplo, sed administratione justitiæ duntaxat.

572 Urgebis: Saltem Episcopus scandalizans in materia furti tenebitur ad restitutionem; quia hic tenetur ex officio impedire furta suo exemplo; est enim pastor, & ut talis debet pascere oves suo exemplo. Respondetur negando sequelam; falsum enim est teneri Episcopum ex officio suo impedire damna aliorum suo exemplo, solùm tenetur procurare suo exemplo bonum illius, quem scandalizat, & non utilitatem alterius tertii: ad eum modum, quo Confessarius non imperans restituere, ipse non tenetur restituere, ut cum *Suar.* docet *Sanch. ubi proximè*; quia Confessarius non tenetur ex officio procurare in confessione utilitatem creditoris, sed solius pœnitentis. P. Suar. P. Sanch.

573 Utrùm verò scandalizans teneatur explicare numerum personarum, quæ scandalizatæ sunt? Negat *Lugo d. 16. n. 163.* procedens in sua opinione, qua existimat in uno actu non multiplicari malitias per respectum ad personas. P. Lugo.

574 At nos contrarium dicere tenemur cum *Ghilino autore cas. conscient. Bononia, Carolo Baucio. Vasq. Azor, Sanchez, Laym. Castro Pal. Filliuc. Bon Hurt. Molfes. Celesti.* & aliis pluribus apud *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 114. & 6. p. tr. 6. resol. 33.* procedimus enim in contraria opinione, de qua suprà *n. 381.* ubi probavimus in uno actu, & consequenter in uno scandalo multiplicari malitias per respectum ad diversas personas. Ghil'n. Car. Bauc. P. Vasq. P. Azor. P. Sanch. P. Laym. P. Cast. P. P. Filliuc. P. Hurt. Diana.

575 Majus dubium est de scandalo, quod datur illi, qui erat paratus ad peccãdum, v.g. meretrici, aut malefico, à quo petitur maleficium. Et plures existimant tunc non esse in confessione faciendam mentionem scandali; quia hoc tale non est, nisi quando moraliter inducit: at meretrix, aut maleficus moraliter non inducuntur, sed ipsi ex se sunt expositi & inducti. Ita *Coninck de Sacram. d. 7. dub. 4. n. 13. Azor 1. p. l. 12. cap. 16. quæsit. 5. Led. in sum. tom. 2. de pœnit. cap. 19. dub. 7. Suar. d. 22. sect. 4. n. 18. Dian. 1. p. tr. 7. resol. 34.* ubi citat *Fag.* & alios. P. Coninc. P. Azor. Ledesma. P. Suar. Diana. P. Fagnd.

576 Distinctione tamen nobis utendum est, aut enim quis inducit meretricem ad peccandum secum, aut cum alio: si ad peccandum cum alio, non est dubium id esse peccatum scandali; quia, licèt meretrix esset ex se inducta ad peccandum, non erat inducta ad peccandum hic & nunc cum hac persona; unde hoc declarandum est, & ejus circunstantia. Ita cum communi Theologorum tenet *Sanchez in Decal. tom. 1. l. 1. cap. 6. n. 14. Bonac. de Sacram. d. 5. punct. 2. §. 3. diff. 3. n. 19.* Sin autem eam induxit ad peccandum secum, id etiam est peccatum scandali ex eadem ratione, quia meretrix P. Sanch. Bonac.

non erat inducta ad hoc peccatum hic & nunc. Verùm dicendum est, id sufficienter declarari, quando pœnitens se accusat de peccato cum muliere: quia hoc de se significat, quòd illam adierit, & induxerit ad peccandum. Et idem dicendum de eo, qui se accusat quòd à malefico petierit maleficium.

§. 14.

Quid dicendum de scandalo indirecto?

577 *Distinguitur inter scandalum indirectum; quod datur per actum de se non malum, & per actum de se malum.*

578 *Si detur per actum de se non malum, idque ex rationabili causa, non est in confessione declarandum.*

579 *Licitum est petere Sacramentum ex rationabili causa ab eo, qui prævidetur illud malè administraturus.*

Item petere juramentum à Pagano, qui per falsos Deos est juraturus. Ibi.

580 *Potest judex exigere juramentum ab eo, quem prævidet falsò juraturum. Et potest quis petere pecunias mutuas ab usurario.*

581 *Si scandalum detur sine rationabili causa, est declarandum.*

582 *An in hoc explicandæ sint personæ, quæ scandalizantur? & ponitur resolutio negativa.*

583 *An quando scandalum datur per actum de se malum, explicandæ sint personæ; & proponitur sententia negativa.*

584 *Præfertur affirmativa.*

577 Quod attinet ad secundú de scandalo indirecto, quo scilicet non intenditur ruina proximi, sed tantùm prævidetur sequutura, distinguendum est etiam: nam, aut datur per actum de se non malum, ut quando quis petit aliquid licitum ab eo, quem prævidet illud cum peccato exerciturum: aut datur per actum de se malum, ut quando quis in præsentia aliorum loquitur turpia.

578 Si per actum de se non malum, aut id fit ex rationabili causa, qualis est necessitas, aut justa utilitas; & tunc non est peccatum, quia petens illud licitum, non vult malitiam, neque aliquid per se connexum cum illa; quod si per accidens sequetur, id non rectè petenti, sed pravè operanti imputabitur.

579 Ex dictis sequitur primò licitum esse petere Sacramentum ex rationabili causa ab eo, qui prævidetur illud malè administraturus. Secundò sequitur licitum esse similiter ex rationabili causa petere juramentum à Pagano, qui prævidetur per falsos Deos juraturus.

580 Tertiò sequitur, eodem modo licitum esse Judici exigere juramentum ab eo, quem prævidet falsò juraturum. Quartò similitèr, licere pecunias mutuas petere ab usurario, vel apud illum æs apponere, licèt prævideatur usuras exerciturus, &c.

581 Aut id fit sine rationabili causa; & tunc dicendum est tale scandalum esse peccatum, idque contra charitatem. Ita Doctores citati; & probatur, quia ex charitate tenemur, si commodè & sine detrimento possumus, impedire peccatum proximi: ergo, &c.

582 Dubium modò est, an in hoc casu explicandæ sint personæ, quæ scandalizantur, & earum circunstantiæ? Respondetur negativè cum *Suar. Coninck, & Sal.* quos citat, & sequitur *Lugo ubi proximè à n.* 159. Et probatur, quia in hoc casu solùm peccatur contra correctionem fraternam, quatenus scandalizans, cùm possit, non impedit peccatum proximi: at in peccatis correctionis fraternæ non explicandæ sunt personæ, sed tantùm numerus peccatorum, dicendo: Toties omisi correctionem fraternam. Et hujus ratio est, quia omnia peccata correctionis fraternæ sunt ejusdem speciei, utpote contra charitatem: ergo, &c.

583 Maius dubium esse potest, quando scandalum indirectum datur per actú de se malum, nimirum per verba turpia; & quæritur: An tunc explicandæ sint personæ, & earum circunstantiæ? Negat *Lugo* ubi proximè *Suar. de charit. d.* 10. *sect.* 2. *n.* 9. *Coninck. ibidem d.* 32. *n.* 46. *& d.* 28. *n.* 12. *Sal.* & alii, quos allegat; quia adhuc tunc peccata scandali sunt ejusdem speciei contra correctionem fraternam, ac proinde sufficit explicare numerum eorum. *P. Lugo. P. Suar. P. Coninck. P. Salas.*

584 Sed probabilius dicendum cum *Vasq. Azor, Sanch. Castro Pal.* & aliis apud *Dian. p.* 6. *tr.* 6. *resol.* 33. opus esse explicari personas scandalizatas, & earum circunstantias. Probatur, quia scandalizans *P. Vasq. P. Azor. P. Sanch. P. Castr. P. Diana.*

per

per actum de se malum, aliquo modo positivè inducit ad peccandum, ac proinde contrahit malitiam peccati, ad quod inducit. Aliter se res habet, quando scandalum datur per actum de se bonum; quia tunc scandalizans non inducit positivè, sed solùm negativè, quatenus non impedit peccatum.

§. 15.

Tertia difficultas.

De circumstantia Quid quoad complices peccati.

585 *Pœnitens absque necessitate non potest declarare complicem.*
586 *An manifestatio complicis absque necessitate sit peccatum mortale;*
587 *Resolutio affirmativa.*
588 *Diluuntur fundamenta contraria.*

585 E*T quæritur primò:* Utrùm pœnitens absque necessitate possit declarare Sacerdoti complicē sui peccati? Quæstio procedit in casu, quo pœnitens adire possit alium Sacerdotem, qui complicem non cognoscat. Et quæritur: Utrùm teneatur illum adire, an possit confiteri apud hunc, qui ex confes-
P. Fagūd. sione complicem facilè agnoscet? *Fag. l. 4. cap. 1. n. 3.* existimat teneri adire alium Sacerdotem solùm ex consilio, & non ex præcepto; & pro hac sententia allegat *Suar.* & alios, sed falsò; nam *Suar. Vasq. Coninck,* & communiter Doctores, qui videri possunt apud *Lugo d. 16. n. 392.* asserunt adeundum esse alium Confessarium ex præcepto charitatis, ne detur diffamatio complicis apud hunc, qui illum agnoscit.

586 Solùm dubitari potest, an hæc diffamatio sit peccatum mortale, an solùm veniale? Plures existimant esse solùm
Caiet. veniale. Ita cum *Caiet. Navar. Regin.*
Navar. & aliis tenet *Diana 2. p. tr. 17. resol. 22.*
P. Riginal. & *6. p. tr. 7. resol. 9.* ubi allegat *Basseum,*
Diana. *Zambellum,* & alios. Fundamentum est, quia diffamare complicem apud Confessarium non videtur detrimentum grave, idque primò, quia Confessarius tenetur ad sigillum, nec potest uti notitiâ confessionis, & consequenter perinde se res habet, ac si nulli diceretur. *Secundò,* quia prædicti Authores cum *Caietano* existimant, revelare crimen proximi soli uni, vel alteri, esse tantùm peccatum veniale propter parvitatem materiæ: & maius est secretum confessionis, ac proinde minor famæ jactura.

587 Nihilominus probabilius videtur esse peccatum mortale. Ita *Bann. 2. 2.* Bannes.
q. 73. a. 2. Salonius ibidem controv. 1. con- Salonius.
clus. 1. dub. 1. & alii apud Clavem regiam Clav. reg.
l. 11. cap. 6. n. 12. Bonac. de contract. d. 2. Bonac.
q. 4. pun. 3. n. 2. Mald. 2. 2. tr. 7. cap. Malder.
1. dub. 4. Vega in sum. tom. 2. cap. 8. cas. 12. Vega.
Azor tom. 3. l. 5. cap. 5. quæsit. 2. Suar. P. Azor.
Vvigers. Trullenc. & alii apud *Dian. p. 6.* P. Suar.
tr. 7. resol. 9. imò communis Theologorum, Vvigers.
quos citat, & sequitur *Lugo cit. n. 395.* Trullen.
Probatur, quia diffamatio apud unum est Diana.
res gravis: & hoc ostenditur, quia nemo P. Lugo.
deobligatur à præcepto integritatis confessionis ob detrimentum leve, sed ob detrimentum, & damnum grave: deobligatur autem propter manifestationem sui criminis uni: unde fit quòd non teneatur confiteri per interpretem, ut dicemus; & tamen interpres est unus tantùm, & tenetur ad idē sigillū, ad quod Cōfessarius, ut etiam dicemus. Confirmatur; quia, si timerem Confessarium revelaturum meum peccatum alteri, etiam suo Confessario, deobligarer ab integritate, ut cum communi Doctorum tenet *Lugo* ubi proximè: ergo diffamatio apud unum est res gravis.

588 Ex quo patet solutio ad utrumque fundamentum opinionis contrariæ. *Ad primum* enim dicendum est, licèt Confessarius teneatur ad sigillum, diffamationem complicis apud illum esse rem gravem, ut patet exemplo diffamationis per interpretem. *Ad secundum* dicendum opinionem *Caietani* esse falsam, & sic eam appellant Authores citati.

§. 16.

Utrùm teneatur pœnitens declarare complicem, quando id ad integritatem confessionis est necessarium?

589 *Proponitur sententia negativa.*
590 *Qui eam limitent in articulo mortis.*
591 *Asseritur resolutio affirmativa.*
592 *Diffamatio complicis apud Confessarium est damnum grave.*
593 *Ponitur, & refutatur commune fundamentum.*

594 *Aliud rejicitur; & explicatur quid sit diffamatio formalis, & quid materialis.*

595 *Asseritur, & stabilitur verum fundamentum.*

596 *Cur pœnitens possit se infamare, non verò complicem?*

597 *In hoc casu solùm datur infamatio complicis materialis, & non formalis.*

598 *Ab integritate solùm excusat damnum complicis extrinsecum, non intrinsecum.*

589 S*Ecundò quæritur*: An quando non datur copia alterius Confessarii, teneatur pœnitens huic revelare peccatum manifestativum complicis? Non teneri existimant *Innocent. Cap. Omnis utriusque de pœnit. & remiss. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 9. dub. 38. n. 3. Petrus Fay in addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. d. 9. concl. 1. Val. tom. 4. d. 7. q. 11. pun. 1. Navar. man. cap. 7. n. 3. & 4. Caietan. verbo Confessio condit. 3. Armil. verb. Circunst. n. 11. Lop. instruc. 1. p. c. 36. Cruz in direct. p. 2. de Sacram. pœnit. q. 3. dub. 5. concl. 3. & alii apud Dian. 1. p. tr. 7. resol.* 49. Probatur primò, quia præceptum non infamandi est fortius, quàm præceptum integritatis: siquidem illud naturale est, & hoc tantùm positivum. Secundò, quia pœnitens non tenetur, imò nec potest declarare complicem cum periculo damni illius in vita, aut fortunis: ergo neque cum illius infamia.

Innocent. Villalob. Petr. Fay. P. Valent. Navar. Caiet. Armil. Cruz. Diana.

590 Limitant hanc doctrinam *Canus relect. de pœnit. pun. 5. Med. cod. de confessione q. de circunst. temporis, & loci*, ut locum non habeat in articulo mortis, quia tunc maior est obligatio integritatis. Verùm *Led. 2. 2. q. 8. a. 4. dub. 2. Victor. sum. §. 174. Petr. Sot. de pœnit. lect. 11.* dicunt, neque tunc posse complicem manifestari; & quidem cohærentiùs: quia neque tunc, imò tunc minùs licet proximum infamare.

Canus. Medin. Ledesm. Victor. Sotus.

591 Nihilominus probabilius dicendum videtur teneri pœnitentem etiam extra articulum mortis in casu proposito dicere peccatũ manifestativum cõplicis. Ita cum *D. Thom. in 4. dist. 16. q. 3. a. 2. q. 5. ad 1. & opusc. 12. ad 6. Alens. 4. p. q. 18. memb. 4. a. 2. §. 4. D. Bonav. 1. p. opusc. tr. de materia confiten. cap. 1. & in 4. dist. 21. pun. 2. a. 1. q. 3. Richard. a. 5. q. 2. Dur. d. 16. q. ult. n. 8. Palud. q. 3. a. 3. ad 2. & dist. 21. q. 3. a. 2. Mai. q. 2. & 3. Gab. dist. 17. q. 1. a. 2. Almain. q. 1. a. 2. Silvest. ver. Confessio 1. q. 24. Ang. ibidem n. 3. Rosel. ibidem n. 6. Tolet. l. 3. cap. 8. D. Anton. Adrian. Ierson*, & alii plures, quos citant, & sequuntur *Tan. de pœnit. q. 7. n. 85. Henr. l. 5. cap. 5. n. 7. Suar. d. 34. sec. 2. n. 7. & 11. Vasq. q. 91. a. 1. ad 3. n. 13. Bonac. de contract. d. 2. q. 4. pun. 4. n. 2. Coninck d. 7. n. 89. Regin. in prax. t. 1. l. 6. cap. 4. n. 156. Sa verb. Confessio n. 18. Rebel. Nugn. Basil. Pontius, Laym. Mald. Less. Coriolan. Ioan. Sanch. & alii plures, quos citant & sequuntur Lugo d. 16. à numero 594. Gran. tr. 9. d. 5. sect. 2. Hurt. Turrian. Prepos. & alii.* Verùm in fundamento non omnes conveniunt.

592 Aliqui dicunt posse complicem diffamari apud Confessarium, quia ejus diffamatio apud illum non est damnum grave; est enim apud unum sigilli obligatione astrictum. Sed hoc proximè refutatũ est; ostendimus enim diffamationem apud Confessarium esse damnũ grave.

593 Alii asserunt complicem, quando peccavit, se exposuisse hujusmodi infamiæ; sciebat enim obligationem integritatis confessionis, in ordine ad quam videtur cessisse famâ, & jure suo. Sed contra; unde enim probant complicem, quando peccavit, scire materialem integritatem confessionis obligare, non obstãte sua infamia? Imò potest contingere complicem sibi existimare contrariam sẽtentiam esse omnino certam, & in ea confidentia peccasse: quo in eventu clarum est non cessisse jure suo; deinde quando peccavit, fortasse statuit quærendum Cõfessarium ignotum.

594 Plures docent hanc diffamationem non esse formalem, sed solùm materialem: datur enim duplex diffamatio, altera formalis, quæ aut intenditur, aut fit sine rationabili causa, & hæc est intrinsecè mala: altera materialis, quæ non intenditur, & fit cum rationabili causa ob integritatem, & validitatem Sacramenti: hæc est licita, & datur in præsenti casu. Optimè, si probarent Sacramentum non posse subsistere absque manifestatione hujus peccati: certè in opinione contraria subsistit Sacramentum, & persistit ejus utilitas, ac bonum; dicuntur enim alia peccata, & solùm tacetur hoc, ut consulatur famæ complicis: Quare his relictis rationibus ut minùs firmis.

595 Nostrum fundamentum est, quia integritas confessionis obligat, non obstante infamia ipsius pœnitentis: ergo

ergo etiam non obstante infamia complicis. Firmo hanc consequentiam primò: quia verba Christi sunt generalia. Secundò: quia infamia propria est magis rigorosa, & tamen præcipitur. Tertiò: quia Christus D. non est minùs dominus famæ complicis, quàm famæ pœnitentis.

596 Objicies: Si Christus Dominus instituit integritatem confessionis, non obstante fama complicis, sequitur posse pœnitentem illum infamare apud quemlibet Confessarium, neque teneri alium quærere, qui complicem non agnoscat: sicut ex eo quòd Christus Dominus instituit integritatem confessionis, nō obstante fama propria, potest pœnitens infamare se apud quemlibet Confessariū, nec tenetur quærere ignotum. Respondetur negando consequentiam: quia pœnitens est magis dominus suæ famæ, quàm famæ complicis; unde potest cedere jure quærendi Confessarium sibi ignotum, non ita jure quærendi Confessarium, cui complex sit ignotus.

597 Ad fundamentum opinionis contrariæ, quatenus dicit præceptum non infamandi esse fortius, quàm præceptum integritatis. Respondetur ita esse, sed in hoc casu non dari infamationem formalem, sed solùm materialem.

598 Ad secundum respondetur, aliud esse declarare complicem cum illius damno extrinseco, quod per se non sequitur, sed solùm per accidens ex abusu Cōfessarii: aliud cum solo damno intrinseco, quod nimirum per se sequitur ex confessione, qualis est infamatio: solum damnum extrinsecum, & non intrinsecum excusat ab integritate, quia solum extrinsecum, & non intrinsecum est præter intentionem Christi.

§. 17.

Resolvuntur quatuor dubia, quæ ex tradita doctrina suboriuntur.

599 *An pœnitens possit complicem manifestare, quando id necessarium est ad integram confessionem alicujus venialis?*

600 *An teneatur differre confessionem, donec habeat copiam alterius Cōfessarii, qui complicem non agnoscat?*

601 *An teneatur ad restitutionem, quando absque necessitate complicem manifestavit?*

602 *An pœnitens possit dicere peccatum infamans aliam personam, quæ complex non est?*

599 PRimum dubium est: An pœnitens possit complicē manifestare non solùm quando id necessarium est ad integrè explicandum peccatum mortale, sed etiam quando id requiritur ad integram manifestationem peccati venialis. Potest enim contingere, quòd non possit integrè explicari peccatum veniale sine manifestatione peccati gravissimi alterius; ut, si in loco ubi sunt duo tantùm Confessarii, fœmina se accuset de negligentia, qua restitit uni ipsam in confessione solicitanti. Et respondendum est cum distinctione. Primò negativè, si loquatur absolutè; quia pœnitens, ut constat ex dictis, debet quantum possit absque suo detrimento consulere famæ complicis: at verò potest absque suo detrimento occultare & tacere prædictum peccatum veniale. Secundò affirmativè, si id fuerit necessarium ad bonum spirituale ipsius pœnitentis, nimirum ad petendum consilium, aut quid simile, &c. Tertiò etiam affirmativè, si pœnitens dubitet, an talis negligentia fuerit mortale; quia est obligatus confiteri peccatum mortale dubium. Et quod diximus de peccato veniali, dictum volumus de mortali jam confesso ob eandem rationem, ut est manifestum.

600 Secundum dubium: An pœnitens teneatur differre confessionem per aliquod tempus donec habeat copiam alterius Sacerdotis, qui complicem non agnoscat? Et respondendum est similiter cū distinctione. Primò, non teneri, nec posse, quoties urget præceptum confessionis, quia hoc obligat, non obstante infamia complicis, ut patet ex dictis. Secundò posse, non tamen teneri, si ob id privetur Jubilæo, vel Indulgentia; quæ instat; quia non tenetur cum tali detrimento spirituali consulere famæ complicis. Ita *Fag.* ubi proximè. *P. Fagund.* Tertiò similiter ob eandem rationē non teneri interrūpere solitū diem confessionis, aut Communionis; maximè, si ob id incurrere timeat aliquam notam. Ita *Suar. & Lugo* ubi proximè. Quartò teneri expectare uno, vel altero die, *P. Suar. P. Lugo.* non tamen ampliùs; quia id est magnum detrimentum spirituale: quod intelligendum est, nisi occurrant circumstantiæ, quæ prudenter aliud suadeant.

601 *Tertium dubium est*: Utrùm quando pœnitens absque causa rationabili manifestavit complicem, teneatur ad restitutionem? Respondetur affirmativè, quia peccavit contra justitiam. Quomodo autem restitutio facienda sit? Respondetur debere pœnitentem postea (si detur spes fructûs) dicere Confessario se errasse in persona complicis; & in occasionibus, quæ se se offerant, quantum fieri possit, resarcire damnum inde sequutum. Ita *Dian. p.6.tr.7. resol.9.*

602 *Quartum dubium*: Utrùm pœnitens possit dicere peccatum infamans aliam personam, quæ complex, & socia criminis non fuit? Negant cum pluribus *Suar. cit. n. 14. & Fag. n. 12. Hurt. d. 9. diff. 11.* quia pœnitens non habet jus in eum, qui verè complex & socius criminis non fuit. Probabilius tamen respondendum videtur affirmativè cum *Soto in 4. dist. 18. q. 2. a. 5. Gabr. q. 1. ar. 3. dub. 1. Mairon. d. 21. Richar. d. 16. a. 1. q. 1. Alcoz. in sum. c. 11. fine, Lugo d. 16. n. 420.* Probatur ex illo nostro fundamento, quia Christus D. præcepit integritatem Confessionis, non obstante infamia propria, vel aliena; & non est minùs dominus famæ alienæ, quàm propriæ. Neque obstat quòd verè complex non fuerit; nam pœnitens ex institutione Christi habet jus ad manifestandum integrè suum peccatum.

P. Suar. P. Fagũd. P. Hurt. Sotus. Gabr. Mairon. Richar. Alcoz. P. Lugo.

§. 18.

Utrùm in aliquo casu possit Confessarius obligare pœnitentem ad manifestandum complicem ob bonum commune, vel ipsius complicis?

603 *Proponitur opinio asserentium in nullo casu posse ad id pœnitentem obligari.*

604 *Asseritur oppositum, & assignantur casus, in quibus id fieri potest.*

605 *An solùm id fieri queat in casibus, in quibus pœnitens ad id tenetur?*

606 *Confessarius obligans pœnitentem in aliis casibus, peccat contra justitiam, & contra religionem.*

607 *An Confessarius, qui sit Prælatus, possit in casibus annumeratis obligare pœnitentem sub præcepto Obedientiæ, aut sub excommunicatione?*

608 *An pœnitens in casibus assignatis debeat revelare complicem in confessione, an extra illam?*

609 *Solvuntur fundamenta contraria relata num. 603.*

603 **T**Ertiò quæritur: An possit Confessarius in aliquo casu obligare pœnitentem ad manifestandum complicem? Quæstio procedit quando id non est necessarium ad integritatem confessionis, sed ad bonum commune, vel ad correctionem fraternam ipsius complicis, vel ad remedium alterius, cui imminet ruina. In nullo casu posse ad id pœnitentem cogi existimat *Bannes 2. 2. q. 33. in fine*, quia putat hujusmodi notitiam esse omnium inutilem; Confessarius enim non potest illâ uti extra confessionem. *Primò*, quia videtur contra reverentiam Sacramenti uti illo ad alios fines. *Secundò*, quia notitia confessionis non est accommodata negotiis cum complice tractandis, tum quia est alterius ordinis, judicii, & fori; tum quia complex facilè potest totam historiam negare; neque dictum unius potest facere probationem juridicam contra illum. *Tertiò*, quia talis notitiæ usus est scandalosus, utpote qui de se ingerens complici suspicionem, quòd Confessarius aut violet sigillum, aut iniquè extorserit licentiam à pœnitente. Bannes.

604 Nihilominus negari non potest dari aliquos casus, in quibus Confessarius potest obligare pœnitentem ad declarandum complicem. Ita *D. Thom. opusc. 12. q. 6. Cordub. p. de detract. famæ membro 2. q. 4. concl. 3. & membr. 3. concl. 4. ad 2. Tabiena verbo Circumstantia §. 10. & verbo Confessio. 1. §. 4. Armill. verbo Circunstantia n. 11. Alensis in sum. 2. p. l. 5. tit. 12. Capr. in 4. d. 21. q. 2. a. 3. ad 8. contr. 3. Gabr. d. 17. q. 1. a. 2. concl. 5. Adrian. q. 1. de Confess. dub. penult. §. Ad 2. in respons. ad 8. & §. Ad motiva aliorum. Sylvest. verbo Confessio 1. q. 24. D. Bonav. d. 21. 2. p. a. 1. q. 3. Richard. d. 21. a. 5. q. 2. Enchyridion confess. 1. p. verb. Confessor n. 6. 8. 3.* & alii, quos sequitur *Suar. de pœnit. d. 34. sect. 4. n. 5. Lugo d. 16. sec. 8.* citans *Guerrer. Sot. & Fag.* item *Dian. p. 6. tr. 7. resol. 2.* Et probatur, quia dantur plures casus, in quibus pœnitens tenetur ex charitate complicem declarare, vel propter bonum commune, vel propter bonum alicujus, cui imminet ruina,

D. Thom. Cordub. Tabien. Armil. Alensis. Capreol. Gratr. Adrian. Sylvest. D. Bonav. Richard. Enchyr. P. Suar. P. Lug. Guerr. Sotus. P. Fagũd. Diana.

vel

vel propter correctionem ipsius Complicis, quem pœnitens cum spe fructûs aliter corrigere nequit, nisi per Confessarium &c. Ergo in his casibus poterit Confessarius monere pœnitentem suæ obligationis, cui si nolit satisfacere, erit indispositus, ac proinde incapax absolutionis.

605 *Rogabis primò*: Utrùm Confessarius possit obligare pœnitentē solùm in casibus annumeratis, in quibus ipse pœnitens tenetur? Respōdetur affirmative. Primò, quia in aliis pœnitens non potest declarare Cōplicem: ergo neq; ad id compelli potest. Secundò, quia redditur confessio odiosa, cùm præter onus, quod de se habet, illi superaddatur onus revelationis Cōplicis, quod est gravissimum.

606 Ex quo sequitur, Confessarium obligantem pœnitentem ad talem revelationem peccare mortaliter contra justitiam Complicis, & contra reverentiam Sacramenti. Et ita cum communi Doctorum tenet *Suar. cit. à n.* 15.

P. Suar.

607 *Rogabis secundò*: Utrùm Confessarius, si sit Prælatus, possit saltem in casibus annumeratis obligare pœnitentē eum præcepto Obedientiæ, aut sub excōmunicatione? Respondetur id non licere, quia Confessarius, dum excipit confessionem (licèt alioqui sit Prælatus) non agit personam Prælati, sed Confessarii; huic autem prout sic non competit excommunicare. Et ita *Lugo cit. n.* 433.

P. Lugo.

608 *Rogabis tertiò*: Utrùm pœnitens in casibus annumeratis debeat revelare Complicem in ipsa confessione, aut extra illam? Plures sentiunt, extra illam, & non in illa; quia existimant Complicem etiam cadere sub sigillum, ita ut Confessarius non possit uti notitiâ illius absque ipsius licentia, ac proinde non sufficere solam licentiam pœnitentis. Ita *Maior, Angel. Resol. Palud. Vasq.* quos sequitur *Tan. q.* 9. *n.* 145. Non tamen videtur negandum posse Confessarium uti licentiâ pœnitentis ad corrigendum Complicem. Verum quidem est Complicem cadere sub sigillum, sed in gratiam solius pœnitentis; unde sufficit sola illius licentia, ut cùm Doctoribus citatis tenet *Suar. ubi suprà.*

Maior. Angel. Rosel. Palud. P. Vasq. P. Tann.

P. Suar.

609 Neque obstat primò, quòd sit contra reverentiam Sacramenti illo uti ad alios fines extrinsecos; nam bene possumus uti Sacramentis ad illos, v. g. ad obtinendam corporis sanitatem, & in honorem alicujus Sancti, &c. Non obstat secundò, quòd notitia confessionis non sit accommodata; nam res alterius ordinis, etiam supernaturalis, potest inservire fini naturali, v. g. Sacramentum ad obtinendam sanitatem. Non obstat tertiò quòd Complex possit rem negare, & dictum unius testis non faciat probationem juridicam contra illum; nam ad correctionem fraternam non requiritur probatio juridica, sed sufficit testimonium alicujus fide digni, ut est communis Doctorum, & habetur expresse in *Cap. Si peccaverit* 2. *q.* 1. quia *per correctionem fraternam* (inquit textus) *peccator non proditur palam, sed in secreto arguitur.* Non obstat quartò quòd usus talis notitiæ sit scandalosus, nā Complex nullum habet fundamentum, ut existimet Confessarium aut extorsisse licentiam, aut violare sigillum; imò debet credere pœnitentèm bonam ei licentiam fecisse, siquidem eam facere tenebatur.

Cap. Si peccaverit

§. 19.

Quarta difficultas.

De circumstantia Quid *quoad actum externum, & effectum sequutum.*

610 *An in confessione explicandus sit actus externus? & proponitur opinio negativa.*

611 *Præfertur affirmativa.*

612 *Diluuntur fundamenta contraria.*

613 *Non est explicandus effectus secutus, quando tempore, quo sequitur, jam est revocatus per pœnitentiam, & voluntatem contrariam.*

614 *An tunc incurratur censura illi imposita?*

615 *Melior est opinio negativa.*

616 *Quid dicendum de irregularitate?*

617 *Quo sensu homicidium actuale possit non esse peccatum actuale?*

618 *An explicandus sit effectus, quando tempore, quo sequitur, non est retractatus? & proponitur opinio negativa.*

619 *Asseritur affirmativa.*

620 *An explicanda sit pollutio in somno secuta?*

621 *Sitne effectus secutus peccatum in se, an solùm in causa?*

622 *An*

622 *An quando mors sequitur Ulyssipone, & ejus author est dormiens Conimbricæ, dicatur actu peccare?*

623 *Solùm de ratione peccati in se est quòd possit impediri; secùs de ratione peccati in causa.*

610 **E**T *primò quæritur*: Utrùm in confessione explicandus sit actus externus? Pro parte negativa facit *primò*, quòd actus externus, sicut non addit libertatem, ita nec malitiam distinctam. *Secundò*; quia, licèt adderet malitiam distinctam (ut addere contendit Ripalda *de ente supernat. d. 68. sect. 5.*) ea non esset specie distincta, sed integrans eandem numero cum actu interno: at nemo tenetur manifestare omnes partes malitiæ integrantes, sed solas mutantes speciem. P. Ripald.

611 Nihilominus dicendum cum communi apud *Suar. d. 22. sect. 3. n. 2.* etiam manifestandum esse actum externum; quia debet manifestari quidquid est peccatum: at verò non solus actus internus, sed etiam externus est peccatum; nam peccatum juxta *D. August.* est factū, dictum, vel concupitum contra legem Dei; quæ definitio non solùm actus internos, sed etiam externos comprehendit. Dices: sufficit explicare actum externum: ergo etiam internum. Respondetur negando consequentiam; quia actus internus continetur in externo; & non è contra. P. Suarez. D. August.

612 *Ad primum* concedendum est actum externum non addere malitiam distinctam; esse tamen confitendum, quia est peccatum. *Ad secundum* respondetur omnes partes peccati debere explicari vel in se formaliter, vel in aliquo, in quo virtualiter contineantur: at actus externus non continetur in interno.

613 *Secundò quæritur*: An etiam debeat explicari effectus secutus; v. g. mors inimici, quæ post percussionem, qua illum vulnerasti, die postero, vel mense secuta est? In hac quæstione alterum communiter receptum est, controversum alterum. Communiter receptum est non esse explicandum effectum, quando tempore, quo subsequitur, jam est revocatus per pœnitentiam, & voluntatem contrariam; quia tunc non imputatur ad culpam actualem, ac proinde non est peccatum actuale: ergo confitendus non est, sed sola ejus causa, quæ sola fuit peccatum actuale. Et ita cum *P. Sanchez, Villalob. P. Azor & P. Sal.* tenet *P. Castro Palao tom. 1. tr. 2. d. 1. p. 3. n. 4. & Lugo d. 16. n. 440.* P. Sanch. Villalob. P. Azor. P. Salas. P. Cast. P. P. Lugo.

614 Objicies primò: Si tali homicidio imposita sit excommunicatio, hæc incurritur postea secuto effectu: & non incurritur nisi per peccatum actuale. Respondetur, plures contendere in eo casu incurri excommunicationem. Et ita sentiunt *P. Sanchez de matr. lib. 9. d. 45. num. 30. & lib. 1. Decalog. cap. 16. fine P. Azor p. 1. lib. 1. cap. 7. vers.* Quòd si objicias. *P. Vasquez 1. 2. d. 94. cap. 4. fine. Cardin. Lugo ubi proximè P. Salas 1. 2. tr. 7. d. 6. s. 8. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 3. diff. 6. num. 5. P. Aversa de Pœnit. q. 10. sect. 2. cum Hombono, Bordono, & aliis.* P. Sanch. P. Azor. P. Vasq. P. Lugo. P. Salas. Villal. P. Aversa

615 Sed meliùs alii contrarium opinantur, quia censuræ non incurruntur pro peccato præterito, sed omnino requirunt contumaciam, ut ex professo ostendimus *tractat. 1. de Cens. in genere.* Unde cùm postea, quando sequetur effectus, & contrahenda erat censura, jam non detur contumacia, sed peccatum merè præteritum cum pœnitentia de præsenti, videtur non relinqui locum censuris. Et sanè ita docent *Innocentius in Cap. Mulieres de sent. excomm. Glos. in Cap. Cùm quis de sentent. excom. lib. 6. Tabiena verbo Excommunicatio 5. casu. 1. P. Henriq. lib. 5. cap. 5. num. 1. in Glos. lit. Z. P. Fagund. 2. præc. Eccles. lib. 8. cap. 7. num. 17. P. Hurtad. de excommun. diff. 15. num. 75. Diana 8. p. tr. 7. Miscell. resol. 85. cum Mazuchello, & aliis.* Innocent. Glossa. Tabiena. P. Fagund P. Hurt. Diana.

616 De irregularitate est specialis difficultas, quia hæc non est vera censura, sed propriè pœna, ut ostendimus *tract. 1. de Censuris in gen.* ac proinde sicut aliæ pœnæ, ita & illa videtur solùm respicere peccatum præteritum, & ejus effectum solùm per modum conditionis. Sed de illa alibi.

617 Objicies secundò: Homicida talis non denominatur actu, nisi cùm postea sequitur mors: ergo tunc denominatur peccans actu; nam homicidium actuale, est peccatū actuale, & occidere actu est

est peccare actu. Respondetur negando consequentiam: nam homicidium actuale non est peccatum actuale, nisi quando denominatur à voluntate actuali; non verò quando solùm denominatur à voluntate præterita jam retractata.

618 Controversum est; An explicandus sit effectus, quando tempore, quo sequitur, non est retractatus? Negant *Bonac. de legib. d. 2. q. 4. p. 4. n. 8. Vasq. 1. 2. to. 1. d. 94. c. 3. Gran. ibid. contr. 6. tr. 4. d. 3. n. 12. Curiel. ibidem. q. 71. a. 5. dub. 3. §. 3. ad 2. arg. Ioan. Sanch. in select. d. 20. n. 5. Lugo. d. 16. n. 440. Suar. to. 2. de relig. l. 3. c. 8. n. 5. Dian. 1. p. tr. 7. resol. 64. Azor. 1 p. l. 4. c. 3. quæst. 3. Tan.* & alii apud ipsum *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 67.* Fundamentum est; quia effectus, cùm postea sequitur, non est peccatum, siquidem necessariò sequitur; & non potest impediri: de ratione autem peccati est quòd possit impediri, & non necessariò sequatur. Unde dicunt Autores citati hujusmodi effectum non esse peccatum, sed effectum peccati.

Bonacin. P. Vasq. P. Gran. Curiel. Ioa. Sãch. P. Lugo. P. Suar. P. Azor. Diana.

619 Nihilominus probabilior est contraria resolutio, quam tenet *Gloss. Cap. Quia verò, sine dist. 6. Sot. in 4. dist. 12. q. 1. a. 7. §. Primum omnium, propositione 1. & 2. Medi. 1. 2. q. 71. a. 5. dub. ult. concl. 2. & 4. Val. d. 6. q. 2. punct. 4. dub. 3. Henr. l. 8. c. 51. n. 2. lit. l. Sanch. de matrim. l. 9. d. 45. n. 28. Villalob. tr. 3. diffic. 6. n. 3. Castro Palaum tr. 1. d. 1. punc. 3. n. 6.* & alii plures, quos citat, & sequitur *Salas tr. 13. d. 2. sec. 9. n. 109.* Et probatur; quia effectus, mors v. g. secuta, est peccatum actuale, desumitur enim denominatio à voluntate actuali moraliter existente in aliquo effectu, non retractata, quæ voluntas virtualis sufficit ad peccatum actuale; sicut similis voluntas virtualis sufficit ad actualem recitationem Officii Divini, licèt tunc non detur voluntas formalis propter inadvertentiam: item similis sufficit ad consecrationem; & similis ad administrationem actualem cujuslibet Sacramenti, ut est communis. Doctorum in materia *de Sacramentis in genere.*

Glossa. Sotus. Medina. P. Valent. P. Henriq. P. Sanch. Villalob. P. Castro. Pal. P. Sallas.

620 Et confirmatur, quia non obstat quòd talis mors cùm sequitur, jam non possit impediri, ac proinde jam necessariò sequatur; nam etiam cùm sagitta emittitur, dum volat, jam mors non potest impediri, & tamen est confitenda: item cùm datur causa pollutioni futuræ in somno, vel in vigilia, non potest impediri, & tamen similiter est confitenda; aliter neque mors, neque pollutio unquam essent confitendæ, quod est contra praxim, & communem sensum Fidelium.

621 *Rogabis primò*: Utrùm in proposito casu peccetur peccato in se, an solo peccato in causa? Respondetur peccari solo peccato in causa; nam tunc solùm peccatur peccato in se, quando ipsum in se est liberum, tunc verò peccatur solo peccato in causa, quando ipsum in se liberum non est, sed solùm in causa: at verò mors, quæ positâ causâ necessariò sequitur, non est libera in se, sed solùm in causa.

622 *Rogabis secundò*: Quid dicendum, quando mors sequitur Ulyssippone, & ejus Author est dormiens Conimbricæ: tunc sic dormiens dicetur peccare actu? Respondetur affirmativè, ac proinde debere mortem confiteri; quia ad peccatum in causa sufficit quòd denominetur à voluntate actuali moraliter existente; illa verò tandiu est moraliter existens, quandiu est in aliquo effectu non retractata: & est optimum exemplum in servo, qui si dormiat contrà præceptum Domini, dicetur somno illo actu peccare, desumpta denominatione à voluntate actuali moraliter existente in effectu non retractata. Dices: Ergo etiam qui in tali eventu dormiens administraret Sacramentum, validè administraret. Respondetur negando sequelam: diversa ratio est, quia administratio Sacramenti est bona, peccatum est malum; bonum autem non nisi ex integra causa, malum ex quocunque defectu.

623 Ad fundamentum opinionis contrariæ patet solutio ex dictis; dicendum enim est solùm de ratione peccati in se esse quòd possit impediri; non ita de ratione peccati in causa, hoc enim solùm consistit in eo, quòd extrinsecè denominetur à voluntate actuali physicè, vel saltem moraliter existente.

SECTIO SEXTA.

De circunstantia *Ubi.*

624 *An omne peccatum commissum in loco sacro contrahat malitiam necessariò declarandam? & proponitur sententia affirmativa.*

625 *Præfertur negativa.*

616 Ne-

626 *Nominantur casus, qui contrahunt circunstantiam loci necessariò declarandam.*

627 *Detractiones, testimonia falsa, &c. commissa in loco sacro non sunt sacrilegia.*

628 *Non omne peccatum commissum in Ecclesia, illi infert irreverentiam gravem.*

629 *Non omne peccatum cõmissum à persona sacra habet circunstantiam sacrilegii.*

624 RIMA difficultas: Utrùm omne peccatum commissum in loco sacro contrahat circunstantiam loci necessariò declarandam? Affirmant *Sylvest. verbo Confessio* 1. *q.* 10. *Cordub in sum. q.* 190. *Medin. eod. de confess. q. de circunst. loci sacri.* Fundamentum est *primò*, quia omne peccatum commissum in loco sacro facit illi irreverentiam. *Secundò*, quia eadem videtur ratio de persona, & loco: at verò de persona sacra dici solet quòd nugæ in ore Sacerdotis participant aliquid sacrilegii; & cur id non participabunt peccata mortalia?

Silvest. Cordub. Medina.

625 Nihilominus standum resolutione negativa cum *Val.* 2. 2. *d.* 6. *q.* 15. *punct.* 1. *§. Præterea. Vasq.* 1. 2. *q.* 72. *a.* 6. *d.* 98. *n.* 4. *Henr. l.* 5. *de pænit. c.* 6. *n.* 5. *Armil. verb. Debitum conjugale n.* 6. *Victor. in sum. de matrim. n.* 279. *Nav. in sum. c.* 16. *n.* 32. *vers.* 4. *Rodrig. tom.* 1. *summæ* 2. *editione fol.* 243. *n.* 19. *Zenedo, Ovand.* & aliis pluribus, quos citat & sequitur *Sanch. de matrim. l.* 9. *d.* 15. *n.* 4. *Item Gutter. l.* 1. *canonic. quæst. c.* 11. *n.* 35. *Basil. Pont. l.* 10. *c.* 10. *n.* 9. *Azor.* 3. *p. l.* 3. *c.* 31. *q.* 3. *Fag.* 2. *præc. eccl. l.* 4. *c.* 4. *n.* 10. & alii plures, quos citat, & sequitur *Castro Pal. tom.* 2. *tr.* 11. *p.* 1. *n.* 7. Probatur, quia illa sola peccata contrahunt circunstantiam loci sacri, quæ aut cedunt in contemptum, & gravem irreverentiam illius, ut si in eo nundinas, mercaturas, & comessationes exerceas; aut quæ ob sanctitatem ipsius loci jure positivo in eo fieri prohibentur. Hujusmodi autem octo potissimùm numerantur.

P. Valent. P. Vasq. P. Henriq. Armil. Victor. Navar. Rodrig. Zened. Ovand. P. Sanch. Gutter. Pontius. P. Azor. P. Fagũd. P. Cast. P.

626 Primum, furtum. *Cap. Quisquis inventus* 17. *q.* 4. Secundùm, homicidium *Cap. Si motum de consecratione dist.* 1. & *Cap. Proposuisti de consecratione Ecclesiæ.* Tertium, effusio sanguinis per injuriam gravem. *Cap. unico de consecratione Ecclesiæ in* 6. Quartũ, effusio seminis mortaliter peccaminosa. *Cap. unico de consecratione Ecclesiæ in* 6. *Cap. Ecclesiis de consecratione dist.* 1. *Cap. Significasti de adulteriis. Cap. Si motum de consecratione dist.* 1.

Cap. Quisquis. Cap. Si motum. Cap. Proposuisti. Cap. unic. Cap. unic. Cap. Eccl. Cap. Significasti. Cap. Si motum.

Quintum, sepelire paganum, sive infidelem, aut non baptizatum, aut excommunicatum in loco sacro *Cap. Consuluisti de consecratione Ecclesiæ, Cap. Ecclesiam de consecratione dist.* 1. Sextum, comœdias lascivas, & alia turpia spectacula populo dare. *Clementina Cum decore, de vita & honestate Clerici.* Septimum, facere ea, quæ impediunt Officia divina, aut cultum Ecclesiasticum. *Cap. Decet. de immunitate Eccles. in* 6. Octavum, judicia sæcularia exercere, & pro iis exercendis in Ecclesia diversari. *Cap.* 1. *& Cap. Cum Ecclesia, de immunitate Ecclesiarum.*

Cap. Consuluisti. Cap. Ecclesiam. Clem. Cũ decore. Cap Decet. Cap. 1. Cap. Cum Ecclesi.

627 Ex dictis colliges, alia peccata, nimirum detractiones, testimonia falsa, &c. commissa in loco sacro non esse sacrilegium, ac proinde non contrahere circunstantiam loci. His positis.

628 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur omne peccatum commissum in Ecclesia cedere in illius irreverentiam, non tamen gravem.

629 Ad secundum concedendum est eandem ferè esse rationem de persona, atque de loco sacro. Sed dicendum est non omne peccatum personæ sacræ habere circunstantiã sacrilegii necessariò manifestandam; licèt enim omne afferat aliquam irreverentiam contrariam religioni, non omne affert irreverentiam gravem.

§. I.

De furto in loco sacro.

630 *An omne furtum commissum in loco sacro sit sacrilegium?*

631 *Probabilius est furtum rei non sacræ in loco sacro non esse sacrilegium.*

Quid de re non sacra accommodata loco sacro? Ibidem.

632 *An qui furatur sacrum de loco sacro, teneatur utramque circunstantiam rei, & loci declarare;*

630 CIrca peccata numerata *quæres primò*: Utrùm omne furtum in loco sacro habeat circunstantiam loci? Et ratio dubitandi pro parte affirmativa est; quia textus in *Cap. Quisquis inventus* 17. *q.* 4. dicit *sacrilegium committi auferendo sacrum de sacro,* vel

non

non sacrum de sacro; vel sacrum de non sacro, &c. Unde videtur colligi non solùm omnia furta rei sacræ, sed etiam omnia furta, sive sint rei sacræ, sive rei non sacræ, dummodo fiant in loco sacro, esse sacrilegium; ac proinde furem, qui in Ecclesia furatur crumenam divitis, teneri explicare circunstantiam loci. Et probatur, quia verba textûs sunt generalia: ergo generaliter debent intelligi de omni furto in loco sacro. Ita *Suar. de relig. tom. 1. l. 3. c. 4. n. 7. Torr. 2. 2. tom. 2. q. 99. a. 2. d. 7. Rebel. 1. p. l. 3. q. 15. n. 25. Regin. tom. 2. l. 23. c. 1. n. 12. Menoch. de arbitrar. l. 2. cent. 4. cas. 389. n. 14. Petr. Led. in sum. tr. de pœnit. c. 19. Val. tom. 3. d. 6. q. 15. Bonac. in 1. præc. Decal. d. 3. q. 6. pun. unico n. 17. Laym. l. 4. tr. 10. c. 7. n. 18. Dian. 1. p. tr. 7. resol. 27.* quibus accedit *Castro Pal. ubi proximè p. 2. cum Farinac. de furtis q. 172. n. 5. Julius Clar. in pract. §. Sacrilegio n. 1. Thusc. verbo Sacrilegiũ concl. 6. n. 2. & aliis pluribus.*

P. Suar. P. Torres. P. Rebel. P. Regin. Menoch. Ledesma. P. Valent. Bonac. P. Laym. Diana. P. Cast. P. Jul. Clar. Tuschus. Farinac.

631 Nihilominùs, quod attinet ad furtum rei non sacræ in loco sacro, probabiliùs dicendum existimo non esse sacrilegium; & consequenter illum, qui in Ecclesia furatur crumenam divitis, non teneri explicare circunstantiam loci. Ita *Henr. l. 2. c. 6. n. 5. lit. N. Sot. in 4. dist. 18. q. 2. a. 4. Joannes à Cruce in director. p. 2. tract. de Sacram. pœnit. q. 3. dub. 6. concl. 1. Fag. prec. 2. l. 4. c. 4. n. 9. & 12. Less. lib. 2. c. 45. dub. 3. n. 14. Zerola in praxi. 12. q. 17. Farinac. de dign. Eccles. c. 16. n. 217. ad bull. Greg. XIII. Dian. 1. p. tr. 7. resol. 27.* quibus accedit *Lugo d. 15. n. 470. Azor. tom. 1. l. 9. c. 27. Coninck. d. 2. dub. 4. n. 22.* Probatur; quia textus non dicit esse sacrilegium furari non sacrum in sacro, sed de sacro: particula autem *de sacro* videtur innuere rem aliquo modo pertinentem ad locum sacrum, aut quia ibi sit deposita, aut quia accommodata est, &c. Unde Authores citati bene distinguunt inter tapetum, quod aliqua matrona præmisit in Ecclesiam pro sui commoditate, & inter tapetum, quod est accōmodatum Sacristiæ pro Ecclesiæ ornatu: & dicunt prioris furtum non esse sacrilegium, posterioris verò maximè.

P. Henr. Sotus. Joan à Cruce. P. Fagund. P. Lessius. Zerola. Farinac. Diana. P. Lug. P. Azor. P. Coninck.

632 Utrùm verò qui furatur sacrum de loco sacro, teneatur utranque circunstantiam & rei, & loci explicare? *Fag. citatus* existimat satis esse explicare circunstantiam rei; nam circunstantia loci non addit speciem distinctam, cùm sit contra eandem virtutem religionis. Sed dicendum cum *Alcozer in sum. c. 21. & Lugo ubi proximè n. 471.* addere speciem distinctam; nam juxta doctrinam *Divi Thom. ibidem*, sacrilegia distinguuntur specie per personam, rem, & locum: unde diversum specie est sacrilegium, quo violatur persona sacra, diversum illud, quo violatur res, & diversum illud, quo violatur locus sacer.

P. Fagund. Alcozer. P. Lugo. D. Thom.

§. 2.

De homicidio, & effusione sanguinis in loco sacro.

633 *Utrùm omne homicidiũ patratum in Ecclesia contrahat circunstantiam loci?*
634 *Quid de perturbatore Reipublicæ, qui in Ecclesia occiditur, & aliter capi non potest?*
635 *An omnis effusio sanguinis per injuriam enormē contrahat circunstantiam loci?*
636 *Quid de injuria enormi quidem, sed cujus effusio nulla fuit, aut modica?*

633 QUæres secundò: Utrùm omne homicidium, & omnis effusio sanguinis per injuriam enormem facta in Ecclesia contrahat circunstantiam loci? Et, quod attinet ad homicidium, respondetur affirmativè; unde etiam comprehenditur illud, quo quis per suffocationem sine sanguinis effusione occiditur, ex *Lege Quà actione ff. ad legem Aquiliam*, ibi: *Occisum accipere debemus, sive gladio, sive fuste, vel telo, vel manibus, si forte strangulaverit, &c.* Item illud, quo latro à judice in Ecclesia suspenderetur, *Cap. 1. & C. Cum Ecclesia de immunitate Ecclesiarum.*

L. Quà actione. Cap. 1. Cap. Cum Ecclesia.

634 Excipe illud, quo perturbator Reipublicæ, qui aliter capi non potest, à judice in Ecclesia occideretur; censetur enim hic casus necessarius, ut notant omnes Doctores in *Cap. Perpendimus de sententia excommunicationis* apud *Barbos. in Cap. Proposuisti de consecratione Ecclesiæ n. 4.*

Cap. Perpendimus. Barbosa.

635 Quod attinet ad sanguinis effusionem per injuriam enormem, respondetur comprehendi etiam illam, cujus vulnus fit in Ecclesia, licèt ipsa effusio sequatur solùm extra Ecclesiam; non tamen illam, cujus vulnus fit extra Ecclesiam, licèt ipsa effusio sequatur in Ecclesia, ut cum communi tenet *Azor. 2. p. l. 9. c. 5.*

P. Azor.

V 636 U-

636 Utrùm verò comprehendatur illa, cujus injuria fuit quidem enormis, sed effusio nulla, aut modica? Affirmat Fag. l. 4. c. 4. n. 14. citans pro se *Navar.* P. Fagund. Navar. Sylvest. P. Henriq. *Sylvest. Henr.* & *alios*, qui tamen solùm loquuntur de percussione gravi cum sanguinis effusione. Tenenda ergo est resolutio negativa cum communi Doctorum P. Lugo. apud *Lugo ubi proximè numero 468.* quia textus in *Cap. unico de consecratione Eccle. sia in 6.* solùm loquitur de effusione sanguinis.

§. 3.

De copula, & pollutione in loco sacro.

637 *An copula, & pollutio occultæ contrahant circumstantiam loci? & proponitur opinio negativa.*
638 *Probabilior est affirmativa.*
639 *Quid de tactibus, & verbis lascivis?*
640 *Probabilior est sententia negativa.*
641 *Quid de copula conjugali habita in loco sacro?*

637 Quæres tertiò: Utrûm non sola copula, & pollutio, de quibus publicè constat, sed etiam occultæ habeant circumstantiam loci? Et ratio dubitandi est, quia Ecclesia non violatur, nisi per horum notorietatem, ut P. Suar. videre est apud *Suar. tom. 1. de relig. l. 3. c. 7.* Unde consequenter ista, quandiu publica non sunt, videntur non cotrahere P. Vasq. circunstantiam loci: & ita sentiunt *Vasq.* Pontius. *1. 2. q. 72. a. 7. disp. 98. c. 3. n. 6. Basil.* Graffis. P. Coninck. *Pontius de matr. l. 10. c. 10. n. 15. Graffis,* P. Toletus. *Coninck & Tolet. apud Castro Pal. ubi proximè p. 1. n. 2.*

638 Sed probabilius dicendum cum P. Sanch. *Sanch. l. 9. de matrim. disp. 15. n. 11. Suar. de* P. Suar. *relig. to. 1. l. 3. c. 7. n. 4. Raphael de Tor. 2. 2.* Torres. *q. 99. a. 2. disp. 7. Tanner. 1. 2. dp. 4. q. 2. n. 42.* P. Tanner. *Dian. 1. p. tr. 7. resolut. 26. Castro Pal. pro-* Diana. P. Castr. P. *ximè*, ista, etiam dum occulta sunt, habere circunstantiam loci. Et ratio est; quia, si fortè postea publicentur, absque dubio erunt sacrilegia: ergo à principio talia fuerant, quia culpa non dependet à publicatione postea futura, quæ solùm requiritur per modum conditionis non ad culpam, sed ad pœnam.

639 Utrùm verò tactus, & verba lasciva similiter contrahant circunstantiam loci? Affirmant Sylvius. *Silv. 2. 2. q. 154. a. 10. in fin. Ortiz in sum. notab. 5. circa 6. præc.* Ortiz. *Sal. 1. 2. tom. 2. tr. 13. d. 6. sec. 22. n. 150. fi-* P. Salas. *ne. Pitig. in 4. tom. 2. d. 17. q. un. a. 5. in cin-* Pitigian. *eunst. Ubi in fine, Azor 1. p. l. 4. c. 6. q. 10.* P. Azor. *Suar. de relig. tom. 1. l. 3. c. 7. n. 11. ubi allegat* P. Suar. *Cordub. Lop. Rodrig. Led. & alii apud Dian.* Lopez. &c. *ubi proximè resol. 25.* Et probatur, quia hæc omnia sunt contra reverentiam loci.

640 Probabiliùs tamen negandum videtur cum *Homobono de exam. Eccles. 1.* Homob. *p. tr. 5. c. 12. q. 77. Sanch. de matrim. l. 9. d.* P. Sanch. *15. n. 21. Fag. l. 4. c. 4. n. 31. Coninck d. 7.* P. Fagund. *n. 22. Val. 2. 2. d. 6. q. 15. pun. 1. §. Præterea.* P. Coninc. *Henr. l. 5. c. 6. n. 5. Vasq. 1. 2. q. 72. a. 6. d.* P. Valent. P. Henriq. *98. n. 4. Caiet. & aliis apud Dian. ibidem;* P. Vasq. Caiet. quia hæc non accipiunt circũstantiam loci, nisi à prohibitione juris: at verò textus citati solùm loquuntur de copula illicita, & pollutione. Extendendum tamen hoc etiam est ad periculum pollutionis; nam periculum est ejusdem rationis cum peccato, cui exponit.

641 Quid tandem dicendum sit de P. Sanch. copula conjugali? Respondetur cum *Sanch. l. 9. de matrimon. d. 25. à n. 8.* eam non licere in Ecclesia. nisi in casu necessitatis, quo scilicet necessaria est longa conjugum habitatio in Ecclesia, & aliàs datur periculum incontinentiæ.

§. 4.

Quid intelligatur nomine loci sacri?

642 *An etiam intelligantur templa cœpta, nondum absoluta?*
643 *An Cœmeteria, Hospitalia, Oratoria publica?*
An Chorus, Capellæ, Sacristiæ, Tribunæ, & loca cymbalorum? Ibidem.
644 *An Regularium cubicula, Dormitoria, Bibliotheca, & Oratoria privata?*
645 *Quid de Ecclesia destructa?*

642 Secunda difficultas: Quid intelligatur nomine loci sacri? Et respondendum est intelligi quemcunque locum publicum, aut privatum authoritate Episcopi consecratũ, vel benedictũ, seu deputatũ ad divinum cultum, vel ad Fideliũ sepulturas. Ita cum cõmuni Doctorum *Sanch. cit. d. 5. n. 23.* Unde P. Sanch. intelliguntur Ecclesia, templa, etiam cœpta, & nondum absoluta, quia jam sunt ab Epis-

Episcopo benedicta, & deputata ad cultum divinum.

643 Item Cœmeteria, Hospitalia, Oratoria, & hæc quoad omne spatium, quod est intra tectum, & pavimentum ipsorum. Unde comprehenduntur chorus, & in eo organorum locus, necnon Capellæ tum subterraneæ, tum superiores, quæ faciunt unum corpus cum Ecclesia; non tamen spatium, quod est supra primum tectum, aut extra portam, nec Sacristiæ, nec (ut vulgò vocant) Tribunæ, nec turres, nec loca cymbalorum.

644 A fortiori non comprehenduntur Regularium cubicula, aut Dormitoria, nec Bibliothecæ, nec Oratoria privata, auctoritate Episcopi non constructa, neque deputata. Ita *Sanch. ubi proximè.* Sanch.

645 Majus dubium est de Ecclesia destructa: Dicendum tamen cum *Sanch.* si auctoritate Episcopi destructa sit, aut licèt non sit destructa cum tali auctoritate, si tamen non detur spes reædificationis, non comprehendi, quia talis locus jam non dicitur Ecclesia.

SECTIO VII.

De circumstantiis Quibus auxiliis, & Cur.

646 *Quid veniat nomine circumstantiæ Quibus auxiliis?*

647 *Debet explicari finis, quando ipse solus est malus, & non medium; & quando habet diversam malitiam à medio.*

648 *An explicandum sit studium, propter quod omittitur Sacrum?*

649 *Proponitur sententia affirmativa.*

650 *Asseritur negativa.*

651 *Diluitur fundamentum opinionis contrariæ.*

652 *An qui omittit Sacrum propter studium, peccet contra studiositatem.*

653 *Quid dicendum de studio, quando non est finis, sed quid consequens ad omissionem Sacri?*

654 *An qui omisit Breviarium in mane, satisfaciat accusando se de solis omissionibus Officii, non explicando prolationem?*

655 *An, & quomodo contrahens matrimonium cum voto castitatis, teneatur illud declarare?*

646 Rima difficultas de circumstantia *Quibus auxiliis.* Et dicendum est illâ comprehendi primò instrumenta sceleris, si in illis fuit aliqua specialis malitia, aut prohibitio. Secundò media ad peccandum, si etiam in illis fuit aliqua specialis malitia, ut si Sacramento usus es, ut medio ad peccandum. Tertiò auxilia dæmonis, si illum invocasti. Quartò auxilia hominum, si quos induxisti ad peccandum, quorum numerum & circumstantias debes explicare juxta ea, quæ diximus suprà *n.* 567. & 574.

647 *Secunda difficultas*, de circumstantia *Cur.* Et in ea duo sunt certa, primùm debere explicari finem, quando ipse solus est malus, & non medium, ut si alicui diviti servias ad furandum illi. Secundum, etiam debere explicari finem, quando ipse habet diversam malitiam à medio, ut si occidas ad furandum.

648 Tota dubitatio est quando solum medium est malum, & non finis, ut quando propter studium omittis Sacrum. Et quæritur: Utrùm finis tunc explicandus sit, dicendo: Omisi Sacrum propter studium; an satis sit dicere: Omisi Sacrum?

649 Plures existimant explicandum esse studium, ita *Zumel. Gandav. Gabr. & Rich. apud Dian. in 1. p. tr. 7. resol. 61.* quibus accedit *Granad. de pœnitent. tr. 12. disp. 3. n. 2.* Zumel. Gandav. Richard. Gabriel. P. Granad. Et probatur, quia diversa est malitia medii, nimirum omissionis Sacri, quæ est contra religionem; & diversa malitia finis, nimirum studii; hæc enim est contra studiositatem; nam studiositas inclinat ad studium susceptum debito modo, cui contrariatur studium susceptum modo indebito, qualis est illud, quod impedit auditionem Sacri. Unde qui omittit Sacrum propter studium, non solùm peccat contra religionem, sed etiam contra studiositatem.

Et hoc explicari potest duobus exemplis: primò liberalitatis; nam ex eo, quod hæc inclinat ad sumptus moderatos, qui facit immoderatos, committit peccatum prodigalitatis, quod est contra liberalitatem. Secundò temperantiæ, quæ ex eo quòd inclinet ad cibum moderatum, facit ut qui immoderato utitur, peccet contra temperantiam. Si ergo se res habet in materia studiositatis, nam hæc inclinat ad studium moderatum, qui ergo

 immo-

immoderato, & indebito vacat, peccat contra studiositatem: studium autem, quod impedit auditionem Sacri, est indebitum, ac immoderatum.

650 Nihilominus probabiliùs dicendum videtur non esse manifestandum studium, sed satis esse dicere: Omisi Sacrum. Ita *Sayr. incl. tv. reg. l. 2. cap. 6. n. 10. Val. tom. 2. d. 6. q. 1. punct. 4. dub. 2. Bonac. d. 2. de pecc. q. 4. pun. 4. n. 27. fine. Azor 1. p. l. 4. cap. 3. q. 7. Vasq. d. 98. cap. 3. Tanner. t. 2. d. 4. q. 4. n. 15. & 20. Sal. d. 3. sect. 2. n. 16 Dian. 1. p. tr. 7. resol. 62. Castro Pal. de pecc. d. 3. pun. 3. n. 14. Lugo cit. sect. 1.* Probatur primò, quia in omissione Sacri propter studium non est, nisi una tantùm malitia contra religionem, & non alia contra studiositatem. Probo hoc quia studiositas non excludit studium moderatum circa necessaria, sed solùm ejus excessum circa superflua, & noxia; ad eum modum, quo temperantia non excludit cibum moderatum, sed solùm superfluum. Unde, sicut qui furaretur ad moderatè comedendum, solùm peccaret contra justitiam, & non contra temperantiam: Ita qui furaretur, vel omitteret Sacrum ad moderatè studendum, solùm peccaret contra justitiam, vel contra religionem, & non contra studiositatem.

Sayrus. P. Valent. Bonacin. P. Azor. P. Vasq. P. Tãner. P. Salas. Diana. P. Cast. P. P. Lugo.

Secundò probatur à priori; quia studiositas adæquatè sumpta includit duas regulas, alteram sciendi necessaria, & huic opponitur pigritia; alteram non sciendi noxia, & superflua, & huic opponitur curiositas: at verò omittere Sacrum propter studium nec opponitur primæ regulæ, nec secundæ. Tertiò probatur à posteriori; quia aliàs magis peccaret, qui omittit Sacrũ propter studiũ, vel ad inserviendũ infirmo in ministerio nõ necessario, quàm qui Sacrũ omittit directè ex negligẽtia circa ipsum; nam hic solùm peccat contra religionem, at ille etiam peccaret contra studiositatem, vel misericordiam.

651 Ad fundamentum opinionis contrariæ patet solutio ex dictis; dicendum enim est, quòd omittere Sacrum propter studium solùm includit malitiam contra religionem, & non contra studiositatem. Neque obstant duo exempla temperantiæ, & liberalitatis, quæ ex eo quòd inclinent ad cibum, & sumptus moderatos, offenduntur per immoderatos: id enim verum est; & similiter concedo studiositatem offendi per studium immoderatum: at nostra quæstio non procedit de omissione Sacri propter studium immoderatum, sed propter studium moderatum.

652 Dices: Studium, quod inclinat ad omissionem Sacri, est immoderatum. Respondetur illud tantùm studium esse immoderatum, quod est de noxiis, & superfluis. Instabis: Tale studium est illicitum; ergo immoderatum. Respondetur tale studium adæquatè sumptum, prout includit omissionem Sacri, esse illicitum, non tamen inadæquatè sumptum, prout solùm includit studium de rebus necessariis, & respicit studiositatem: unde sequitur quòd neque adæquatè sumptũ sit immoderatum immoderatione contra studiositatem, sed sola immoderatione contra religionẽ ratione omissionis Sacri.

Objicies adhuc primò: Ille, qui contra obedientiam hic & nunc comederet, peccaret non solùm contra obedientiam, sed etiam contra temperantiam: ergo etiam, qui contra præceptum Missæ hic & nunc studet, peccat non solùm contra religionem, sed etiam contra studiositatem. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia præceptum non comedendi hic & nunc, est ex motivo temperantiæ, unde peccans contra illud, peccat contra virtutem temperantiæ: at præceptum audiendi Missam hic & nunc solùm est ex motivo religionis, & non ex motivo studiositatis; unde peccans contra illud solùm peccat contra virtutem religionis.

Objicies secundò: Ille, qui propter studium omittit Sacrum, magis amat studium, quàm Deum, & negari non potest dari in hoc aliquam deordinationem, quæ non reperitur in sola omissione Sacri: hæc autem deordinatio habet specialem malitiam in confessione declarandam: ergo, &c. Respondetur omnis præcepti violationem anteponere aliquid Deo; quòd autem id sit studium, aut quodvis aliud, id per accidens, & materialiter se habet; ac proinde non est in confessione declarandum.

653 Quæres, quid dicendum sit de studio, quando ipsum non est finis, sed quid consequens ad omissionem Sacri? non enim omisisti Sacrum propter studium, sed supposito quòd omiseris, studes, ne sis otiosus; & tunc videtur studium declarandum, quia omnis actio, quæ ponitur in eo nondum sibilis cum impletione præcepti, est explicanda; ut patet in Sacerdote, qui

qui projecit Breviarium in mare; & in eo, qui habens votum castitatis contraxit matrimonium: hi enim tenentur explicare non solam voluntatem non recitandi, & non servandi votum; sed etiam positionem actionum incompossibilium cum Officio, & voto: at verò studium tempore Sacri est incompossibile cum illo.

His non obstantibus, dicendum est studium consequens multò minùs debere explicari. Ita Doctores citati: & probatur, quia hoc studium, ex suppositione quòd omittitur Sacrum, non est malum; imò de illo, ut sic, potest esse consilium, & præceptum; nam ex suppositione quòd omittis Sacrum, meliùs tibi est eo tempore studere, quàm ludere, vel esse otiosum: ergo, &c.

Ad fundamentum contrarium negandum est omnem actionem incompossibilem cum impletione præcepti esse declarandam, sed satis esse declarare omissionem: unde qui consequenter ad omissionē Sacri, illius tēpore somno se dedit, aut iter arripuit in sylvas animo venandi, satisfacit declarando solam omissionem Sacri.

654 Similiter dicendum de projiciente Breviarium in mare; hic enim satisfacit accusando se de solis omissionibus; nisi fortè, cum illæ secutæ sunt, dabatur pœnitentia, & retractatio per voluntatem contrariam; tunc enim sola declaranda est projectio Breviarii; quia illa sola, & non omissiones postea secutæ, fuerunt peccata.

655 De matrimonio habentis votum castitatis est specialis ratio; illud enim declarandum est propter multiplex periculum, cui exponit, petendo debitum contra votum castitatis.

SECTIO VIII.

De circumstantiis *Quomodo*, & *Quando*.

656 *Declarandus est modus peccati, quando is affert specialem malitiam specie distinctam.*
657 *An peccans ex conscientia errorea teneatur eam declarare? & proponitur sententia affirmativa.*
658 *Sed opposita tenenda est.*
659 *Diluitur fundamentum contrarium.*
660 *An qui cum Reliquiis collo appensis, Veneri indulget, debeat eam circumstantiam explicare?*
661 *An circumstantia diei festi, aut temporis sacri sit necessariò declaranda? & proponitur sententia affirmativa.*
662 *Asseritur, & explicatur negativa.*
663 *Satisfit fundamentis opinionis contrariæ.*
664 *An explicanda sit circumstantia Orationis, si quis dum recitat Officium Divinum, committat aliquod peccatum?*
665 *Defenditur resolutio negativa.*

656 Rima difficultas de circumstantia *Quomodo*. Et non est dubium declarandum esse modum peccati, quando is affert specialem malitiam essentialiter diversam. Unde; si furatus es rem, eam per vim ac violentiam extrahendo, debes istum modum explicare; quia præter speciem furti addit malitiam rapinæ. Item, si rem cum fœmina per violentiam habuisti, teneris eam circumstantiam aperire; quia præter speciem fornicationis addit malitiam raptus. Præterea, si homicidium patrasti, sæviendo in corpus emortuum, discerpendo ejus membra, extrahendo ejus jecur, bibendo sanguinem, &c. non satisfacis dicendo solum homicidium, sed debes simul manifestare crudelitatem.

657 Quæres primò: Utrùm peccans ex conscientia errornea teneatur eam declarare? v.g. puer putans se esse obligatum ad jejunium, & non jejunans, potestne dicere: Violavi jejunium; an tenetur dicere: Violavi jejunium; quo me putabam obligatum? Item non audiens Missam in die, quem falsò credebat esse festum, satisfacietne dicendo: Non audivi Missam in die festo; an tenetur declarare non audisse Missam in die, quem ipse putabat esse festum? Et projiciens in flumen vas plumbeum parvi pretii alienum, existimans esse aureum, potestne dicere: Projeci in flumen vas alienum aureum; an tenetur manifestare se projecisse plumbeum existimando esse aureum? Et videtur non sufficere primum, sed simul requiri secundum; quia aliàs homo non confitetur peccatum, quod fecit, sed aliud, quod non fecit: nam dicit se projecisse vas aureum, cùm non projecerit aureum, sed plumbeum; & sic de cæteris.

658 Nihilominus dicendum non esse opus manifestare conscientiam erroneam, sed solum peccatum. Ita Sanch. l. 1. in Decalog. cap. 1. n. 5. Valent. t. 2. d. 2. q. 14. puncto 4. quæsito 2. fin. Lugo d. 16. s. 12. Dicastillo tr. 8. disp. 9. num. 736. Et probatur primò; quia circumstantia conscientiæ erroneæ in primis non mutat speciem peccati, ut est manifestum; deinde neque numerum: idque neque ex parte malitiæ, eadem enim numero reperitur in hac violatione jejunii, sive præceptum sit verum, sive solùm existimatum. Neque ex parte subjecti, nam pœnitens se accusat de eadem numero actione, sive præceptum sit verũ, sive solùm existimatũ.

P. Sanch. P. Valent. P. Lugo. P. Dicast.

Secundò probatur, quia aliàs accusans se de violatione voti, quo se putabat ligatum, & postea cognoscens votum fuisse invalidum, teneretur repetere suum peccatum, & declarare non fuisse contra votum verum; sed existimatum. Item accusans se de violatione jejunii, & postea cognoscens se non habere ætatem, teneretur repetere confessionem, & declarare peccatum non fuisse contra verum præceptum, sed contra existimatum, & sic de cæteris; quæ falsa sunt, & contra praxim Ecclesiæ: ergo, &c.

659 Neque obstat ratio contraria; dicendum enim est sufficienter declarari idem numero peccatum, tum ex parte malitiæ, tum ex parte subjecti, ad quod per accidens se habet, quòd vas non fuerit in re, sed in sola apprehensione aureũ; & sic de cæteris apparet.

660 Quæres secundò: An qui cum Reliquiis collo appensis Veneri indulget debeat eam circumstantiam explicare? Affirmat Philiarchus de Offic. Sacerd. to. 1. p. 2. l. 5. cap. 3. fine, ob irreverentiam, quæ inde resultat. Sed meliùs negandum cum Sanch. l. 2. Decal. cap. 40. num. 28. Fagu. præc. 1. l. 1. cap. 4. n. 13. Dian. 1. p. tract. 7. resol. 18. Sylv. 2. 2. q. 154. a. 10. Dicastillo tr. 8. disp. 9. n. 719. licèt enim inde resultet aliqualis irreverentia, hæc non videtur gravis. Addit Diana citatus non esse peccatum dare hujusmodi Reliquias Amasiæ ex benevolentia: secus dicendum, si dentur in pretium turpitudinis. At quid, si Sacerdos peccet dum manibus portat sacram Eucharistiam? Lugo cit. n. 513. asserit hanc circumstantiam esse necessariò manifestandam in solo peccato venereo, ob gravem irreverentiam, quæ ex ejus turpitudine resultat in præsentiam Christi.

Philiarch. P. Sanch. P. Fagund. Diana. Sylvius. P. Dicast. P. Lugo.

661 Secunda difficultas de circumstantia Quando: hic quæritur primò: Utrum circumstantia diei festi, aut temporis sacri sit necessariò explicanda? Affirmant Med. in summ. l. 1. cap. 11. §. 4. Pitigian. in 4. sent. 2. dist. 21. p. 2. q. unica. a. 5. fine. Rodrig. in summ. tom. 1. cap. 53. n. 12. Llamas in sum. p. 3. cap. 8. §. 14. Alens. 3. p. q. 32. memb. 5. a. 2. D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 18. §. 6. Maior. in 4. dist. 17. q. 4. Angel. verbo Præcept. n. 5. Adrian. in 4. de confess. q. 4. Probatur primò ex D. Thoma 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. ibi: Facit contra præceptum observandi festum, qui autem die peccatum mortale committit. Secundò ex D. Aug. in Cap. Consuleret de pœnitentia dist. 5. & Cap. Sciatis, & Cap. Quotiescumque 33. q. 4. ubi dicitur circumstantiam diei festi esse declarandam.

Medin. Pitigian. Rodrig. Llamas. Alens. D. Anton. Maior. Angel. Adrian. D. Thom. D. Aug.

Tertiò ex Cap. 1. de feriis, ibi: Omnes dies Dominicos à vespera in vesperam cum omni veneratione decernimus observari, & ab omni illicito opere abstinere, &c. Quartò ex Concilio Colon. tit. de exteriori pœnitentia, ibi: Bis peccat, qui diem Dominicum scortis, rixis, & pugnis, ac aliis obscœnis agit, &c. Saltem ita sentiendum esse de peccato enormi commisso in die Veneris hebdomadæ Sanctæ, & de peccato luxuriæ commisso in die, quo quis accepit Eucharistiam, existimant Rodrig. Llam. & Pitigian. locis citatis.

Cap. 1. de Feriis. Côc. Colon.

662 Nihilominus probabilior est contraria resolutio negativa, quam cum Ledes. in sum. tom. 1. de pœnit. cap. 19. fol. mihi 229. Petr. Fay in addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. dub. 2. Vasq. quæst. 91. art. 1. dub. 4. num. 24. Dian. p. 1. tr. 7. resol. 31. Bonac. q. 5. s. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 3. n. 29. Coninck disp. 7. dub. 4. n. 27. Nug. in addit. ad 3. p. to. 2. q. 9. a. 2. dub. 3. Filliuc. tr. 21. n. 345. Henriq. l. 5. cap. 6. 2. 6. Homobon. in exam. p. 1. tr. 5. c. cap. 12. q. 81. Navar. in Cap. Considerer de pœnit. dist. 5. n. 22. Covar. Cap. Alma mater. 1. p. §. 1. n. 3. & l. 4. variar. cap. 19. fin. P. Castro Pal. tom. 2. tr. 9. de Relig. disp. unic. punct. 9. n. 2. Gutter. l. 1. canonic. quæst. cap. 31. n. 9. Suar. tom. 1. de Relig. l. 2. de fest. c. 18. n. 30. Azor. 2. p. l. 1. c. 28. q. 10. Fagund. in 1. præcep. Eccles. l. 1. cap. ult. n. 30. Dicastillo. ubi supra n. 722. & seq. Et probatur primò ex praxi tum pœnitentium, qui non explicant talem circumstantiam, tum Confessariorum, qui de illa non interrogant. Secundò, quia de loco

Ledesma. Fay. P. Vasq. Diana. Bonac. P. Conínc. Nugn. P. Filliuc. P. Henr. Homob. Navar. Covar. P. Cast. P. Gutter. P. Suar. P. Azor. P. Fagūd. P. Dicast.

loco ad tempus, & de tempore ad locum validum est argumentum, ut habetur *Leg. Unica ff. Si certum petatur.* At verò circumstantia loci sacri non est necessariò explicanda in omnibus peccatis, sed in aliquibus tantùm, quæ ob reverentiam ipsius in illo fieri specialiter prohibentur: ergo similiter soli aliqui casus die festo specialiter prohibiti, ut opera servilia, & omissio sacri, habebunt annexam circumstantiam quam necessariò manifestandam.

663. *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur *D. Thomam* solùm vellè, peccantem in die festo facere contra ejus observantiam, non tamen graviter, sed leviter. *Ad secundum* respondetur textus citatos debere intelligi de perfectione consilii, & non de necessitate præcepti. *Ad tertium* dicendum textum de feriis non loqui de opere illicito utcunque, sed in tali materia, quæ observationem festi violet. *Ad quartum* ex Concilio Coloniensi respondetur primò posse intelligi de peccato veniali. Secundò de publicis Bacchanalibus, quibus illo tempore nonnulli Christiani more Gentilium diem Dominicam profanabant; de quibus nostra quæstio non procedit.

664. Secundò quæritur: Utrùm explicanda sit circumstantia Orationis, si quis, v.g. dum recitat Officium Divinum, aut aliter Deum orat, committat peccatum mortale? Affirmat *Sylvius in resolutionibus variis, verbo Oratio.* Probatur, quia in ea committitur gravis irreverentia contra Deum opposita virtuti religionis: ergo, &c.

665. Sed probabiliùs negandum cum P. Sanch. Trullenc. P. Suarez Diana. *Sanch. in opuscul. tom. 2. l. 7. cap. 2. dub. 2. n. 1. Trullenc. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 10. n. 6. Suar. tom. 2. de relig. l. 3. cap. 4. n. 1. Dian. 6. p. tr. 7. resol. 36.* Et probatur; quia eadem videtur ratio de occupatione, ac de loco, & tempore sacro; at verò non omne peccatum commissum in loco, vel tempore sacro contrahit circumstantiam: ergo, &c. Et confirmatur, quia aliàs etiam recitare Officium in peccato mortali esset contra religionem; quod non est dicendum: ergo, &c. Ad fundamentum *Sylvii* concedendum est, illud peccatum commissum tempore Officii Divini cedere in Dei irreverentiam, sed non gravem, propter humanam fragilitatem.

SECTIO IX.

Utrùm aliquando, & quas ob causas possit in confessione taceri aliquod peccatum, aut circumstantia?

666 *Certum est posse aliquando taceri aliquod peccatum.*

667 *Quasnam ob causas id fieri queat? Et ponitur prima causa, nimirum impotentia ipsius pœnitentis.*

668 *Quid faciendum, quando plures in subito periculo simul confessionem petunt?*

669 *Proferenda tunc est absolutio:* Ego vos absolvo, &c.

670 *Quid, quando Parochus deferens Eucharistiam ægroto deprehendit illum indigere longa confessione?*

671 *Quid, quando homo sanæ valetudinis non potest sine scandalo differre Communionem, & indiget longa confessione?*

Quid, si tunc Confessarius nolit absolutionem conferre? Ibidem.

672 *Explicatur secunda causa impotentiæ Confessarii.*

673 *Quid, quando Confessarius non potest progredi, & alius se offert ad progrediendum?*

674 *Probabilius est in hoc casu primum Confessarium non debere administrare absolutionem, sed totum negotium committere secundo Sacerdoti.*

675 *Satisfit fundamentis opinionis contrariæ.*

676 *Explicatur tertia causa, hoc est, malum, & damnum, quod pœnitens sibi, vel alteri prudenter timet.*

677 *Quid, si timeat se fore scandalo ipsi Confessario?*

678 *Hæc tertia causa damni post decretum Clementis VIII. rarò habet locum in Regularibus.*

679 *Explicatur quarta causa, nimirum necessitas servandi sigilli.*

680 *Quinta causa est, quando pœnitens inter alia peccata habet aliquod reservatum.*

681 *An quando aliquod peccatum ob justam causam silentio suppressum est, teneatur pœnitens, quamprimum commodè potest, illud fateri?*

666 PRimæ difficultas: Utrùm aliquando possit taceri aliquod peccatum? Et omnium communis, ac certa est resolutio

 affir-

affirmativa. Probatur ex illis, quæ diximus præcedenti disputatione *sect.* 2. ubi ostendimus solam integritatem formalem, & non materialem esse de necessitate confessionis. Est autem integritas formalis illa, in qua pœnitens confitetur omnia & sola peccata, quæ hic & nunc tenetur sub mortali. Et certum est dari posse nonnullas causas, quæ hic & nunc excusent ab obligatione confitendi aliquod, vel aliqua peccata: ergo, &c.

667 *Secunda difficultas*: Quasnam ob causas possit peccatum aliquod taceri? Et quinque communiter annumerantur. Prima est impotentia ipsius pœnitentis, & hæc accidere potest multipliciter, primò ob oblivionem, secundò, quia mutus est, aut linguæ ignarus; & sic potest explicare aliqua peccata, non tamen omnia: tertiò, quia dum cõfitetur, sensibus destituitur, aut præ virium imbecillitate progredi non valet, & urget mortis periculũ: quibus in eventibus conferenda est absolutio, ut docent *Vasq. q.* 91. *a.* 2. *dub.* 1. *Suar. dp.* 23. *sect.* 1. *Coninck. dp.* 7. *dub.* 9. *Regin. l.* 5. *c.* 5. *Turrian. dp.* 30. *dub.* 1. *Hurt. dp.* 9. *diffic.* 10. & *Tanner. q.* 7. *dub.* 4.

P. Vasq. P. Suar. P. Coninck. P. Regin. P. Turriã. P. Hurt. P. Taner.

668 Quæres primò: Quid faciendum, quando plures in navi subitâ procellâ, vel in periculoso conflictu simul confessionem petunt? Respondetur posse tunc Sacerdotem, si aliter nequeat, à singulis unum, vel duo peccata audirre, relictis aliis, ut sic possit omnibus subvenire. Ita *Suar. d.* 23. *s.* 1. *Coninck d.* 7. *dub.* 9. *n.* 74. *Joannes de la Cruz in direct. p.* 2. *de pœnit. q.* 3. *dub.* 5. *conclus.* 3. *Villalob. in sum. tom.* 1. *tr.* 9. *dub.* 32. *n.* 6. *Dian.* 2. *p. tr. miscell.* 2. *resol.* 41. Imò teneri ad id ex charitate tum Confessarium, tum pœnitentes, docent *Vasq. q.* 91. *dub.* 1. *a.* 2. *n.* 2. & *Lugo d.* 17. *n.* 19.

P. Suar. P. Coninck. Cruz. Diana. P. Vasq. P. Lugo.

669 Quòd si vicinitas periculi, & angustia temporis aliud non permittant, & omnes simul ostendant signa doloris genuflectendo, possunt & debent una absolutione simul absolvi, dicẽte Sacerdote: *Ego vos absolvo à peccatis vestris.* Ita *Diana proximè, Coninck ubi suprà, Fagund. l.* 2. *cap.* 3. *n.* 11. *Hurt. d.* 9. *diffic.* 10. & *Reginal. l.* 5. *c.* 5.

Diana. P. Coninc. P. Fagũd. P. Hurt. P. Regin.

670 Quæres secundò: Quid faciendum, cùm Parochus defert Eucharistiam ægroto statim communicaturo, & dum audit brevem reconciliationem advertit pœnitentem indigere longa confessione, eò quòd mentitus fuit in multis præcedentibus? Respondetur cum *Granad. tr.* 9. *d.* 5. *sec.* 3. *n.* 20. cui adde *Zambram. de Sacram. pœnit. cap.* 4. *dub.* 6. *n.* 6. & *Dian.* 5. *p. tr.* 3. *resol.* 75. Consulendum esse scandalo adstantium, & auditis iis tantùm peccatis, quæ dici poterunt pro temporis brevitate, facta generali accusatione cæterorum, absolvendum esse pœnitentem, & illi dandam Eucharistiam; quia integritas confessionis non obligat cum tanto onere; & in hoc casu pœnitens perinde se habet, ac si aliorum peccatorũ pro tunc oblivisceretur.

P. Gran. Zambran. Diana.

671 Quæ doctrina etiam extendenda est cum eodem *Granado* ad quemlibet alium casum hominis sanæ valetudinis, in quo Communio non possit differri sine scandalo, & non detur tempus sufficiens ad integram confessionem; debent enim tunc ea peccata dici, quæ pro tempore poterunt, & facta generali accusatione cæterorum, conferenda est absolutio, & Communio adeunda; ne scandalum sequatur. Quòd si Confessarius nolit absolutionem conferre, eliciat pœnitens, inquit *Granad. citatus*, actum contritionis, & cõmunicet.

672 Secunda causa est impotentia Confessarii, qui parte confessionis audita redditur impotens ad progrediendum, quia morbo corripitur, aut quia prudenter timet infici pestilenti halitu, & contagio pœnitentis ægroti, quem neque eminus sine magno periculo potest audire. Et in hoc eventu (quidquid in contrarium sentiat *Marchinus de peste part.* 3. *cap.* 4. *n.* 5.) docent *Zambran. de pœnit. c.* 4. *dub.* 6. *n.* 12. *Chopeavilla de pœnit. q.* 26. *fine. Gran. tr.* 9. *d.* 5. *s.* 3. *n.* 20. *Laym. tr.* 6. *c.* 13. *n.* 4. *Coninck d.* 7. *dub.* 9. *n.* 75. *Hurt. d.* 9. *diffic.* 10. *Turrian. d.* 30. *dub.* 1. *Suar. d.* 23. *s.* 1. *Villalob. in sum. to.* 1. *tr.* 9. *diffic.* 33. *n.* 6. *Dian.* 5. *p. tr.* 3. *resol.* 74. *Joannes de la Cruz in direct. p.* 2. *de pœnit. q.* 3. *dub.* 5. *conclus.* 2. *Med. in sum. l.* 2. *c.* 8. *Vasq. q.* 91. *a.* 2. *dub.* 1. *n.* 2. *Lugo d.* 17. *n.* 1. *Henr. l.* 5. *c.* 12. *n.* 3. *Bonac. q.* 5. *s.* 1. *punct.* 2. §. 4. *diffic.* 4. *n.* 13. posse Sacerdotem desistere reliqua parte, & integritate confessionis, quia hæc non obligat cũ tanto onere, & absolutionem conferre.

Marchin. Zambran. Chopeavil. P. Gran. P. Laym. P. Coninc. P. Hurt. P. Turriã. P. Suar. Villalob. Diana. Cruz. Medina. P. Vasq. P. Lugo. P. Henr. Bonac.

673 Sed quid dicendũ, quãdo alius Confessarius se offert ad progrediendũ: debetne primus absolvere à peccatis auditis, & dimittere pœnitentẽ ad aliũ pro reliquis? Affirmat *Tanner. q.* 7. *n.* 68. *Valent. q* 11. *punc.*

P. Tanner. P. Valent.

P. Henriq. *Sotus.* *punc.* 1. *Henr.* l. 5. c. 12. n. 3. *Sot. dist.* 18. q. 2. a. 5. ne peccata, quæ semel clavibus subjecit, cogatur pœnitens iterum subjicere alii Confessario. Quam ob causam, inquiunt Doctores citati, pœnitens ubi primùm dixit aliquod peccatum, acquirit jus, ut absolvatur, quo privari non debet à Confessario. Et confirmatur, quia propter eandem rationem dicunt plures Doctores, quos tractatu ultimo referemus, Superiorem auditis solùm reservatis posse absolvere subditum, dimissis aliis peccatis non reservatis, ut ea subjiciat Sacerdoti ordinario.

674 Probabiliùs tamen dicendum existimo, non esse tunc pœnitentem absolvendum, sed dimittendum ad alium Confessarium. Ita communiter Theologi cum *Suar. d.* 23. *s.* 1. *Vasq. q.* 91. *a.* 2. *dub.* 2. *Soto in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *a.* 1. *Lugo disp.* 17. *n.* 2. Probatur praxis & exemplis: primò; quia, si Sacerdos audito uno vel altero peccato advertat se esse linguæ pœnitentis ignarum, & sit alius Confessarius illius linguæ peritus, non debet absolvere pœnitentem, sed eum ad illum dimittere. Secundò; quia, si auditis non reservatis audiat aliquod reservatum, non debet absolvere, sed mittere ad Superiorem: ergo &c. *Sotus.* *P. Vasq.* *P. Suar.* *P. Lugo.*

675 Neque obstat primò onus subjiciendi bis clavibus eadem peccata: nam pœnitens illi se exposuit, cùm elegit hunc Confessarium. Non obstat secundò exemplum Prælati qui non auditis peccatis ordinariis potest absolvere à solis reservatis; dicendum enim est debere aut audire omnia, aut absolvere à nullis, sed solùm auferre reservationem. De quo pleniùs tractatu octavo, ubi agendum de Reservatis.

676 Tertia causa est malum, & damnum, quod pœnitens ex revelatione alicujus peccati sibi, vel alteri prudenter timet. Et hoc damnum potest esse multiplex. Primum, revelatio Sigilli, quæ ob notabilem imprudentiam Confessarii hic & nunc timeri potest. Secundum, odium Confessarii, quod pœnitens sibi timet in posterum contracturum; tangit enim peccatum ipsum Confessarium, illumque mordet. Tertium, futurus usus notitiæ confessionis in grave damnum ipsius pœnitentis, aut ejus complicis; quoad ea, in quibus ipsi à Confessario dependent.

Quartum, periculum reincidendi, si in rebus lascivis examinandis diutiùs immoretur. Quintum, scandali laqueus, quem pœnitens prudenter timet se Confessario injecturum ad eum solicitandum, vel ad peccandum interiùs turpi desiderio.

677 Sed in hoc scandalo distinguendum est cum *Suar. & Navar. apud Lugo d.* 16. *n.* 534. Nam aut est activum; quia Confessarius existimatur peccaturus ex fragilitate, & magnitudine tentationis, quæ injicitur; & tunc debet taceri tale peccatum, ne scandalum sequatur: aut est solùm passivum proveniens ex malitia Confessarii, & hoc curandum non est, nisi alioqui aut detur periculum consensûs pœnitentis, aut copia alterius Confessarii, qui tunc, si commodè potest, adiri debet. Et ita Doctores locis citatis. *P. Suar.* *Navar.* *P. Lugo.*

678 Notandum tamen hic diligenter est istam tertiam causam damni jam hodie raró habere locum inter Regulares, saltem dum sunt in Monasteriis, ubi juxta Decretum Clementis VIII. de Reservatis, de quo nos *trat.* 8. deputantur hisce temporibus tres, vel quatuor Confessarii, viri docti, prudentes, & charitate præditi, ad quorum quemlibet possunt singuli accedere; & nemo sibi ab his omnibus prudenter timere potest: quod est adeò manifestum, ut contrarium sine magna malitia, & ignorantia consuli, & exerceri non possit.

679 Quarta causa est necessitas servandi Sigillum, si nimirum aliquod peccatum, aut ejus circunstantia manifestari non possit absque violatione Sigilli, ut cum *Vasq. Conink*, & aliis pluribus docent *Hurt. d.* 9. *diff.* 11. §. *Observandum, & Tanner. cit. n.* 71. Et ratio est clara, quia magis obligatorium est præceptum Sigilli, quàm integritatis confessionis, nam illud est naturale, hoc tantùm positivum. *P. Vasq.* *P. Coninc.* *P. Hurt.* *P. Tanner.*

680 Quinta causa est, quando pœnitens inter alia peccata habet aliquod reservatum, cujus jurisdictionem Confessarius non habet; tunc enim plures Doctores asserunt, si non detur copia adeundi Prælatū & alioqui urgeat necessitas confitendi, posse tale reservatum prætermitti, cæteris subjectis Confessario

rio ordinario cum onere postea comparendi coram Prælato, cùm ad illum detur aditus. Sed de hoc dicemus latè agendo de Reservatis, ubi punctum hoc, & alia venient discutienda.

68 Tertia difficultas: Utrùm quando pœnitens omisit aliquod peccatum ob aliquam justam causam ex annumeratis, teneatur statim, quamprimum commodè possit, illud fateri? Affirmat *Henriq. lib. 2. de Pœnit. cap. 12. n. 3.* qui in Comment. *lit. F.* allegat *Sotum*. Et probari potest, quia Sacerdos celebrans, non præmissa confessione ob defectum Confessarii, tenetur confiteri quamprimum, ut constat ex *Concil. Trid. sess. 13. cap. 9.* ibi: *Quòd si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.* P. Henriq. Trident.

Nihilominus probabilius est posse differri tale peccatum ad tempus, quo iterū urgeat præceptum Confessionis. Ita *Hurtad. d. 9. diff. 10. §. Observandum. Gran. tr. 9. d. 5. sect. 3. n. 21. & Dian. 5. p. tr. 14. resol. 54. Dicastilb. disp. 9. n. 883.* Et probatur, quia non est jus, aut ratio, unde major obligatio colligatur. P. Hurt. P. Granad. Diana. P. Dicast.

Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur *Concil. Trid. loco cit.* Continere speciale præceptum impositum Sacerdotibus celebrantibus propter frequētiam, quia ad Eucharistiam celebrando accedere solent. Imò inde colligitur alios non habere talem obligationem, siquidem solis Sacerdotibus celebrantibus est imposita.

TRACTATUS IV.

De Forma Sacramenti Pœnitentiæ.

DUæ sunt disputationes: prima, Quæ, & qualis sit forma absolutionis? Secunda de absolutione moribundi.

DISPUTATIO PRIMA.

Quæ & qualis sit forma absolutionis?

QUatuor constat sectionibus. Prima, An aliqua verba, & quæ, sint de necessitate absolutionis? Secunda, Quem sensum efficiant, & quam mutationem patiantur. Tertia: Utrùm absolutio possit dari sub conditione? Quarta: Utrùm possit à pluribus Ministris simul conferri? &, An administrari queat absenti?

SECTIO PRIMA.

An aliqua verba, & quæ, sint de necessitate absolutionis?

1 *Proponitur sententia negans requiri aliqua verba propriè dicta.*

2 *Asseritur opposita.*

3 *Occurritur fundamentis contrariis.*

4 *Cur matrimonium possit celebrari nutibus, non verò absolutio nutibus conferri?*

5 *An absolutio à censuris, & impositio pœnitentiæ possint fieri nutibus?*

1 PRima difficultas: An necessariò requirantur aliqua verba propriè dicta? Negant *Navar. cap. 21. n. 33. & in cap. Quem pœnitet, de pœnit. d. 1. n. 4. Palud. in 4. dist. 17. q. 2. a. 4. ubi Petrus Sotus, dist. 3. q. 1. a. 1. & dist. 14. q. 1. a. 1. Molfes. tract. cap. 5. n. 14. Filliuc. tr. 6. cap. 3. q. 5. &* alii. Probatur primò, quia hoc Sacramētum est institutū per modū judicii; at in judiciis potest dari absolutio in scriptis, vel aliis signis. Secūdò, quia cōfessio potest fieri nutibus, & per scriptum: ergo etiam absolutio. Tertiò probari potest exemplo Sacramenti matrimonii, quod potest celebrari Navar. Palud. Pet. Sot. Molfe. P. Filliuc.

lebrari nutibus, & per scriptum. *Quartò*, exemplo absolutionis à censuris, quæ similiter hisce signis fieri non repugnat. *Quintò*, exemplo pœnitentiæ, quæ nutu, vel alio signo imponi potest: ergo &c.

Mag. *D. Thom.* *Bonacin.* *P. Suar.* *P. Lugo.* *Leander.* *P. Valent.* *P. Coninck* *Zerola.* *Concil. Florent.* *Trident.*

2 Nihilominus dicendum cum *Magistro in 4. dist. 14. D. Thom. 3. p. q. 84. a. 3. ad. 3. Bonac. de Pænit. q. 5. puncto 6. Lugo disp. 13. sect. 1. Leand. tr. 5. disp. 2. q. 16. Suar. d. 19. Valent. d. 7. q. 11. punct. 3. Coninck d. 7. n. 66. & Zerol. de pœnitent. cap. 14. quæs. 2. versu Dico 2.* & communi Theologorum requiri verba propriè dicta. Probatur ex institutione Christi Domini, quæ constat primò communi praxi Ecclesiæ. Secundò ex *Concilio Florent. in Decreto Eugenii*, & ex *Concilio Trident. sess. 14. cap. 3.* asserentibus formam hujus Sacramenti consistere in illis verbis, quæ Sacerdos profert, dum dicit, *Ego te absolvo. &c.* ubi ponderandæ sunt particulæ, *Verbis, Profert, Dum dicit*, quæ indicant verba propriè dicta. Tertiò, quia aliàs etiam formæ aliorum Sacramentorum possent cōferri per scripta; & v. g. Episcopus mutus posset validè ordinare scribendo, *Accipe potestatem offerendi Sacrificium, &c.* Et posset quis baptizare scribendo, *Ego te baptizo, &c.* Quartò, quia *Concilium Florentinum, & Trident.* de solo matrimonio dicunt debere fieri verbis regulariter, quæ exceptio firmat, alia Sacramenta non solùm regulariter, sed necessariò simpliciter debere fieri verbis.

3 *Ad primum* respondetur verba requiri specialiter in hoc judicio confessionis ex institutione Christi, ut constat ex praxi Ecclesiæ, & Conciliis citatis. *Ad secundum* eadem applicanda est solutio, dicendumque Christum Dominum fecisse verba de necessitate absolutionis, ut constat ex Conciliis, & non de necessitate confessionis; fortassis ut consuleret maiori necessitati hominum, qui sæpe non possunt verbis confiteri, ut patet in mutis, moribundis, &c.

4 *Ad tertium* respondetur esse diversam rationem de Sacramento matrimonii, ac de Sacramento pœnitentiæ; nam in primis Concilia dicunt matrimonium fieri verbis regulariter, & de aliis Sacramētis strictiùs loquuntur. Deinde Christus Dominus in institutione Sacramenti matrimonii nihil innovavit circa contractū, sed illum reliquit ut erat, & ut erat elevavit ad rationem Sacramenti; contractus autem, ut erat, celebrabatur non solis verbis, sed etiam scriptis, & nutibus. At non invenit tribunal confessionis, sed illud de novo instituit, & ejus formam solis verbis fieri præscripsit.

5 *Ad quintum* respondetur absolutionem à censuris esse de jure Ecclesiastico, ideo posse Ecclesiā illā immutare, & instituere ut voluerit: at absolutio à peccatis est de jure divino, instituta à Christo Dōmino, quam proinde Ecclesia non potest immutare. *Ad quintum* respondetur impositionem pœnitentiæ non esse partem Sacramenti essentialem, sed solùm accidentalem, unde nil mirum quòd possit variari.

§. 1.

Sola verba Absolvo te *esse de substantia absolutionis.*

6 *Non sunt de necessitate absolutionis verba illa antecedentia,* Misereatur tui, &c. *neque consequentia,* Passio Domini, &c. *neque pronomen* Ego.

7 *An invocatio Sanctissimæ Trinitatis sit de necessitate absolutionis? Affirmant aliqui.*

8 *Communis est sententia negativa.*

9 *Est de necessitate præcepti, saltem sub veniali.*

10 *Proponitur sententia docens esse necessaria verba* A peccatis tuis.

11 *Defenditur opposita.*

12 *An sufficiat verbum* Absolvo?

13 *An verbis* Absolvo te *possit dari absolutio à censuris, & à peccatis simul?*

14 *An sit valida donatio his verbis,* Dono tibi?

15 *Quid de legato indeterminato?*

16 *An, & quale peccatum sit omittere verba* A peccatis tuis?

6 Secunda difficultas: Quæ verba sint de necessitate absolutionis? Et imprimis certum est non esse necessaria illa verba antecedētia, *Misereatur tui, &c. Dominus Iesus Christus, &c.* nec illa consequentia, *Passio Domini, & merita, &c.* Probatur ex *Concil. Trid. sess. 14. cap. 3.* ubi habetur formam hujus Sacramenti, in qua præcipuè ipsius vis sita est, collocari in illis verbis *Ego te absolvo &c.* Certum præterea est, pronomen *Ego* non esse necessarium; quia, licèt desideretur, non mutatur sensus ipsius formæ, idem enim est dicere, *Absolvo te*, ac *Ego te* *Cōc. Trid.*

te

te absolvo.

7 Quod attinet ad alias verba *Te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, plures sunt sententiæ. Prima asserit omnia hæc esse de necessitate, & substantia absolutionis. Ita *Duran. in 4. d. 22. q. 2. Maior d. 14. q. 2. Petr. Sotus lect. 4. de Confessione*. Probatur primò exemplo Baptismi, nam omnia illa verba, *Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti*, sunt de necessitate Baptismi: ergo, &c. Secundò probatur ex *Concilio Coloniensi*, quod postquam retulit prædicta verba, subjunxit: *Reliqua necessaria non sunt*: ergo hæc sunt necessaria.

Durand.
Maior.
Petr. Sot.

8 Verùm hanc sententiam communiter rejiciunt Doctores, *D. Thom. 3. p. q 84. a. 3. Suar. disp. 19. sect. 1. n. 21. Vasq. de Pœnit. disp. 84. a. 3. dub. 4. n. 4. Henriq. l. 4. cap. 11. n. 3. Regin. l. 8. n. 2. Val. d. 7. q. 1. p. 3. Coninck d. 4. de Pœnit. Filliuc. tr. 6. cap. 3. quæst. 6. n. 61. Leand. tr. 5. disp. 2. q. 10.* & alii quamplures, qui unanimi consensu docent invocationem S. Trinitatis non esse de necessitate absolutionis: & hinc desumi potest prima probatio, quia nimirum ita fert communis sensus Ecclesiæ. Secunda, quia Christus Dominus, quando *Ioan. 20.* instituit hoc Sacramentum, nullam fecit mentionem invocationis S. Trinitatis; sed tantùm dixit, *Quorum remiseritis peccata, &c.*

D. Thom.
P. Suar.
P. Vasq.
P. Henriq.
P. Regin.
P. Valent.
P. Coninck
P. Filliuc.
Leander.
Ioan. 20.

9 Neque obstat primò exemplum Baptismi, quia Christus Dominus, quando illud instituit, fecit mentionem invocationis Sanctissimæ Trinitatis, *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Non ita, quando instituit Sacramentum Pœnitentiæ, ut patet ex dictis. Non obstat secundò *Concil. Coloniense*; solùm enim vult, reliqua verba posse omitti absque peccato: hæc verò minimè. Itaque non vult, omnia hæc verba esse de necessitate Sacramenti; sed solùm de necessitate præcepti inducti ex consuetudine, saltem sub veniali, ut notat *Bonac. citatus q. 4. puncto 1. num. 2.*

Bonac.

10 Secunda sententia tenet, necessaria esse saltem illa verba *Absolvo te à peccatis tuis*. Ita *Palud. d. 22. q. 3. Gabriel d. 14. q. 2.* & alii; nam verbum *Absolvo*, nisi determinetur per particulam, *à peccatis tuis*, manet indifferens, ac indeterminatum ad absolvendum à censuris, & à peccatis. Et confirmatur, quia ex hoc capite hæc verba *Dono tibi* sunt nulla, quia nimirum non determinant id, quod donant: ergo idem dicendum de his *Condono tibi*, seu (quod idem est) *Absolvo te*. Confirmatur secundò, quia legatum indeterminatum, est nullum, ut si leges, *Tutor detur Titius, &* duo sint Titii: vel, *Servus libertate donetur*, & plures sint servi, ut constat ex *Lege Si fuerit 11. ff. de rebus dubiis*. Ergo, &c. Tertiò, quia *Tridentinū loco citat.* dicit formam hujus Sacramenti sitam esse in illis verbis *Absolvo te, &c.* & illud *&c.* addit aliquid supra *absolvo te*, nimirū *à peccatis tuis*.

Paludan.
Gabriel.
Lex Si fuerit.

11 Nihilominus dicendum cum *D. Thom. 3. p. q. 84. art. 3. Sylvest. verbo Absolutio 3 quæsito 4. Navar. cap. 26. n. 2. Suarez d. 19. sect. 1. num 21. Valent. d. 7. q. 1. punct. 3. Henriq. lib. 4. cap. 11. num. 3. Coninck d. 4. Regin. lib. 8. num. 2. Vasquez de Pœnitent. d. 84. a. 3. dub. 4. n. 4. Sayrus de Sacrament. in genere l. 1. cap. 3. q. unica, art. 5. vers. In Pœnitentiæ Sacramento. Bonacina q. 4. p. 1. num. 1. Filliuc. tract. 6. cap. 3. quæst. 6. num. 61. & Tanner. q. 1. num. 38.* sufficere verba *Absolvo te*. Probatur ex cōmuni sensu Fidelium. Deinde, quia hæc verba sufficiunt ad significandū totum effectum hujus Sacramenti: ergo etiam ad illum causandum; nam Sacramenta per id, quod significant, causant: sufficiunt, inquam, ad significandum totum effectum, quia idem est dicere post auditam confessionem de peccatis, *Absolvo te*, ac dicere, *Absolvo te à peccatis tuis*.

D. Thom.
Sylvester.
Navar.
P. Suar.
P. Valent.
P. Henriq.
P. Coninc.
P. Regin.
P. Vasq.
Sayrus.
Bonac.
P. Filliuc.
P. Tanner.

12 Utrùm verò sufficiat verbum *Absolvo* sine pronomine *te*? Affirmare videtur *D. Thomas distinct. 1. q. 1. art. 8.* & certè affirmant *Navarrus cap. 26. num. 11. & in Cap. 1. de Pœnit. dist. 6. num. 31 Sotus distinct. 14. q. 1. art. 3. & Henriquez lib. 4. cap. 11. n. 3. lit. Y.* quia qui post auditam confessionem de peccatis, dicit: *Absolvo*, revera dicit se absolvere à peccatis. Sed probabiliùs dicendum cum *Filliucio tractatu 6. cap. 3. q. 7. numero 66. Molfes. tract. 7. capite 5. numero 28. & Bonacina q. 4. p. 2. n. 10. Leand. disp. 2. q. 4. Decas-*

D. Thom.
Navar.
Sotus.
P. Henr.
P. Filliuc.
Molfes.
Bonac.
Leander.
P. Dicast.

tilb.

tilb. disp. 5. n. 46. non sufficere; quia, ut ex inferiùs dicendis constabit, forma hujus Sacramenti requirit logicè præsentiam, ac proinde debet fieri per verbum demonstrativum, quale non est solùm *absolvo*, nisi superaddatur particula *te*.

13 Ad fundamentum Paludani, & aliorum respondetur, verbum *Absolvo te*, prolatum post auditam confessionem de peccatis, sufficienter ex circunstantiis determinari potiùs ad absolvendum à peccatis, quàm à censuris. Quòd si pœnitens petivit absolutionem non solùm à peccatis, sed etiam à censuris, dicendum est Sacerdotem illis solis verbis *absolvo te* posse eum ab utrisque absolvere, priùs naturâ à censuris, deinde à peccatis in eodem instanti reali. Ita *Sotus dist. 14. q. 1. a. 3. Navar. de pænit. dist. 6. c. 1. Henriquez l. 4. c. 11. n. 3. Covarrubias in Cap. Alma mater. 1. p. §. 11. n. 12. Avila 2. p. cap. 6. disp. 6. dub. 3. Bonacina de censuris disp. 1. q. 3. puncto 5. n. 3. Bardus in Bull. Cruciat. par. 2. tr. 6. c. 4. sec. 5. n. 30. Lezana verbo Absolutio n. 2. Leander de censuris tr. 1. d. 17. q. 115.*

Sotus. Navar. P. Henr. Covarr. Avila. Bonac. Bardus. Lezana. Leander.

14 Ad primam confirmationem concedo, hæc verba *Dono tibi* esse nulla, non tamen hæc *Condono tibi*, seu (quod idem est) *Absolvo te*. Diversa ratio est, quia aliqua verba aliis perfectiùs significant, ut hæc *Sedeo, Curro, Ægroto*; quæ per se perfectè significant, quin aliquo indigeant, quo determinentur: & ad hæc magis accedit *Condono tibi*, quàm *Dono tibi*, nam primum significat absolutionem à debitis; at verò *Dono tibi* non significat quid donet.

15 Ad secundam negandum est cum *Cardinali Lugo tom. 2. de justit. d. 14. de testam. n. 250*: Legatum indeterminatum esse invalidum: & dicendum valere in se, licet aliqui propter indeterminationem careat effectu. Valet (inquam) in se, quia non deficit jus, sed caret effectu, quia deficit probatio juris; unde, si hæc accedat, legatum debet habere effectum: ut patet in casu, quo quis habens duos servos Stichos legat Titio Stichum servum; debet enim tunc dari unus, quem hæres elegerit; quia hæc videtur voluntas testatoris; ut deciditur *L. Siquis à filio 32. §. 1. ff. de legat. 1.* Et in casu, quo testator habens duos fundos ejusdem nominis, legat fundum per nomen commune, debet enim dari ille, qui minoris pretii est, quia saltem quo ad hunc datur probatio. *L. idè Julianus 41. §. Scio ex facto ff. de legatis 1.* In nostro ergo casu etiam valebit absolutio: & cùm ad ejus effectum non requiratur probatio juris, absque hac illum consequetur.

P. Lugo. L. Siqui. L. Idè Jul.

16 Ad tertiam respondetur Tridentinum, dum dicit formam hujus Sacramenti positam esse in illis verbis *Ego te absolvo: &c.* per illud *&c.* solùm velle requiri alia verba *à peccatis tuis* aut formaliter expressa, aut virtualiter contenta in verbis *Ego te absolvo*. Seu potiùs dic, requiri alia verba non ad substantiam absolutionis, sed de necessitate præcepti, tenemur enim sub præcepto inducto ex cõsuetudine addere verba *à peccatis tuis*. Utrũ verò illa omittere sit peccatũ mortale, an solùm veniale? Plures cum *Præposito q. 6. n. 6.* existimant esse solùm veniale. Alii probabiliùs cum *Toleto lib. 3. cap. 12* contendunt esse mortale, quia violatur consuetudo Ecclesiæ in re gravi.

P. Præpos. P. Tolet.

§. 2.

Utrùm sola verba te absolvo *concurrant ad effectum Sacramẽti?*

17 *An verba* à peccatis tuis *concurrant ad effectum Sacramenti?*
18 *Non concurrunt.*
19 *Diluitur fundamentum contrarium.*

17 Quæres: Utrùm, quando omnia verba proferuntur, non sola priora, *te absolvo*, sed etiam alia *à peccatis tuis* concurrant ad effectum Sacramenti? Omnia concurrere existimat *Præpositus ubi proximè cum Vasq. q. 84. a. 3. n. 6. Henriq* & aliis pluribus. Probatur, quia prædicta verba non concurrunt ad effectum, donec efficiant sensum perfectum; at hunc non efficiunt, nisi cùm absolvuntur: aliàs, si statim ubi priora verba *Ego te absolvo* proferuntur, efficeretur sensus perfectus, Sacerdos validè absolveret, etiamsi continuaret dicendo: *Ego te absolvo à peccatis alienis*; & validè consecraret dicendo: *Hoc est corpus meum phantasticum*: item validè baptizaret dicendo *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti minoris.*

P. Præpos. P. Vasq. Henr.

18 Nihilominus probabiliùs dicendum videtur cum *D. Thoma q. 84. a. 3. D. Antonino 3. p. tit. 17. c. 21. §. 1. Navar. in Summa c. 26. n. 2. & de Pænit. dist.*

D. Thomas D. Antonin. Navarrus.

Navar. Caiet. P. Suares. P. Lugo.

dist. 6. cap. 1. n. 9. Sylvestr. verbo Absolutio 6. q. 4. Caiet. in summa verbo Absolutio. Suario disp. 19. sect. 1. n. 20. Lugo disp. 13. n. 34. & aliis, sola priora verba *Ego te absolvo* concurrere ad effectum Sacramenti. Et probatur, quia verba subsequentia *à peccatis tuis* sufficienter continentur in prioribus; non enim efficiunt novum sensum, sed eundem magis exprimunt, ac declarant: at quando in formis Sacramentorum verba subsequentia sufficienter continentur in prioribus, non efficiendo novum sensum, sed eundem magis explicando, non concurrunt ad effectum Sacramenti, sed sola priora ad illum concurrunt. Et hoc ostenditur primò; quia, si Sacerdos intendens dicere omnia verba, solùm diceret: *Ego te absolvo à peccatis*, omissâ propter aliquod impedimentum particulâ *tuis*, validè absolveret. Quæro igitur: Quandonam habuit absolutio suum effectum? Certe non quando Sacerdos dixit, *à peccatis*, quia adhuc habebat animum continuandi, & dicendi *tuis*: neque quando propter impedimentum decrevit non continuare, quia jam tunc non existebant verba præcedentia, & illa (ut infrà ostendemus) requirunt sui formalem præsentiam, saltem quo ad suum ultimum complementum: ergo tunc habuit effectum, quando dixit: *Ego te absolvo*. Secundò probatur exemplo ultimæ syllabæ, quæ licèt longâ morâ cantando protrahatur, efficit suum effectum, non ubi finitur, sed ubi sufficienter significat.

19 Neque fundamentum opinionis contrariæ convincit; dicendum enim est propositionem posse continuari aut cum animo addendi aliquid, quod mutet ejus sensum, aut cum animo non mutandi illum, sed tantùm cum animo illum magis explicandi: primo modo non valet, donec absolvatur; & ita se res habet in exemplis in argumento adductis. Secundo modo valet ubi primùm explicat sensum sufficienter.

SECTIO II

Quem sensum efficiant verba absolutionis, & quam mutationem patiantur?

20 *Duplex significatio absolutionis.*

21 *Verba absolutionis, ut humana significant remissionem peccatorum.*

22 *Respondetur objectioni.*

23 *Quando verificetur absolutio respectu illius, cui peccata jam sunt remissa?*

24 *Quodnam sit objectum condonationis moralis?*

25 *Cur Sacramentum matrimonii non possit repeti cum eâdem; Sacramentum verò Pœnitentiæ maxime.*

26 *In quo signo faciendam remissionem significet absolutio?*

27 *Explicatur Proloquium*, Præcedit sententia Petri, & subsequitur sententia Christi.

28 *Quæ mutatio verborum sit accidentalis, & quæ substantialis;*

29 *An sit valida absolutio sine pronomine* Ego, *& sine vocibus* à peccatis tuis? *Quid si dicat Sacerdos*, Ego vos absolvo; *vel*, Nos absolvimus? *Ibi. Quid, si dicat* Absolvo vestrâ Dominationem, *vel* Maiestatē? *Ibid.*

30 *An valeat hæc.* Remitto tibi; *vel* Condono tibi?

20 *Rima difficultas*: Quem sensum efficiant verba absolutionis *Ego te absolvo*? Doctores cōmuniter cum *D. Thom. cit. a. 3. ad. 5. Richardo in 4. dist. 18. a. 2. q. 1. Petro. Soto lectione 4. Caiet. to. 1. opuscul. tr. 18. q. 5. Alensi 3. p. q. 60. membro 1. a. 2. Scot in 4. dist. 18. q. unica. Durando q. 2. Suar. disp. 19. sect. 2. n. 16. Tanner. de Pœnit. q. 1. n. 41.* existimant efficere hunc sensum: *Ego tibi, quantum est ex me, gratiam confero de se remissivam peccati.* Sed revera pūcto difficultatis non satisfaciunt; nam in verbis Sacramentalibus est duplex significatio; altera quam ipsa verba habent ex institutione hominum, prout humana sunt: altera, quam habent ex institutione Christi, prout sunt Sacramenta, & à Christo assumuntur, ac elevantur in signa ad significandam gratiam: hæc secunda significatio est communis non solis formis, sed etiam materiis omnium Sacramentorum, nimirum Aquæ, Oleo, Confessioni, Contritioni, &c. quæ etiam significant, & conferunt gratiam; & idcirco de illa non loquimur in præsenti. Nostra quæstio solùm procedit de prima significatione; & quærimus, quid significent verba *Ego te absolvo*, prout humana sunt, & significant ex institutione hominum?

D. Thom. Ricardus. Petr. Sot. Caiet. Alens. Scotus. Durand. P. Suar. P. Tanner.

21 Dicendum ergo videtur cum *Lugo* P. Lugo.

disp.

disp. 13, *sect.* 3. significare remissionem peccatorum, & efficere hunc sensum: *Ego, quantum est ex me, remitto tibi tua peccata.* Probatur, quia verba *Ego te absolvo,* prout humana sunt, & significant ex institutione hominum, idem significant in Sacramento, ac extra illud; at verò extra Sacramentum non significant gratiam, sed solam condonationem, seu remissionem peccatorum: ergo &c. Dixi (*quantum est ex me*) ut hac moderatione intelligatur, quomodo verificetur absolutio in Sacramento valido informi, in quo datur obex ad gratiam, de quo diximus *tract.* 3. *disp.* 2. *sect.* 5.

22 Opponess: Si absolutio significat cum hac moderatione *Quantum est ex me,* sequitur posse validè conferri habenti sola peccata existimata, si ea subjiciat cum vero dolore; huic enim Sacerdos, quantum est ex se, remittit peccata. Respondetur hanc absolutionem esse nullam defectu materiæ remotæ, quæ sunt sola peccata vera, & non falsa.

23 Maius dubium est, quomodo verificetur absolutio in eo, cui jam omnia peccata sunt remissa, & quo ad culpam, & quoad pœnam; nam huic videntur non remitti, sed jam esse remissa? Respondetur adhuc illi ampliùs remitti; nam peccata remissa possunt ampliùs remitti, juxta illud, *Ampliùs lava me.* Et hujus ratio est, quia condonatio respondet satisfactioni; hæc autem potest esse abundans, & superabundas, ut patet in illa Zachæi, *Si aliquem defraudavi, reddo quadruplum,* & in satisfactione Christi Domini, quæ fuit infinita, ac superabundans.

24 Objicies primò: Si aliquis jam sit solutus à vinculis, non potest quis illi ampliùs dicere cum veritate: *Ego te solvo à vinculis:* ergo, &c. Respondetur esse diversam rationem de solutione physica, ac de conditione morali; nam illa habet pro objecto catenas physicas, & cùm hæ jam non sint, neque illa esse potest: at condonatio moralis habet pro objecto cessionem juris, quòd personæ offensæ resultavit ex injuria ad se se indignandum; & hoc jure potest iterum atque iterum cedere.

25 Objicies secundò: Sacramentum matrimonii non potest iterum atque iterum repeti, & contrahi cum eâdem: ergo neque idem peccatum iterum atque iterum condonari. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia Sacramentum matrimonii non consistit in quolibet contractu, sed in eo tantùm, qui introducit in possessionem; hæc autem introductio importat inceptionem, qualis non datur in eo, qui jam erat in possessione. Hæc ratio non militat in condonatione, nam condonatio, ut dixi, respondet satisfactioni, quæ sicut potest ampliùs atque ampliùs dari, ita potest & condonatio.

26 Quæres primò: Utrùm absolutio significet remissionem factam in eodem signo, quo profertur, an faciendam in sequenti? Respondetur significare faciendam in sequenti? nam ipsa absolutio est causa remissionis, ac proinde non potest illam non præcedere; nam omnis causa est prior suo effectu. Dices: Ergo absolutio in priori signo non est vera. Respondetur esse veram veritate radicali, quatenus significat remissionem faciendam pro sequenti signo.

27 Quæres secundò: Quo sensu accipiendum sit illud proloquium, *Precedit sententia Petri, & subsequitur sententia Christi,* quod circumfertur à Sanctis Patribus, *Cypriano lib.* 1. *Epistolar. epistolâ* 2. *Hilario. in Matth. canone* 16 *Bernardo sermone* 1. *in festo Apost. Petri, & Pauli. Hugone de S. Vict. lib.* 2. *de Sacramentis p.* 14. *cap.* 8. *& aliis.* Respondetur intelligi tripliciter: primò, præcedere sententiam Sacerdotis, & subsequi approbationem Christi. Secundò, & faciliùs, præcedere sententiam Sacerdotis in hac vita, & subsequi sententiam Christi in die judicii aut universalis, aut particularis. Tertiò, & veriùs, præcedere sententiam Sacerdotis, ut moventem ac prædeterminantem, & subsequi sententiam Christi, ut complentem & elevantem. D. Cypr. D. Hilar. D. Bernar. Hugo de S. Vict.

28 *Secunda difficultas:* Quam mutationem patiantur verba absolutionis: Et certum est, ut communiter tradi solet in materia *de Sacramentis in genere,* formam absolutionis, sicut & formas aliorum Sacramentorum, non annullari per mutationem accidentalem, sed solùm per mutationem substantialem. Mutatio accidentalis est illa, quæ non destruit sensum, sed illum retinet in æquivalenti: mutatio substantialis illa, quæ destruit sensum.

29 Et ex hoc principio sequitur primò, validam esse absolutionem sine pronomine *Ego*, ut notavimus suprà *numero* 6. Item sine vocibus *à peccatis tuis*, quia hæ sufficienter continentur in verbis *te absolvo*. Necnon, si Sacerdos tempore procellæ, aut alio urgente subito periculo, plures simul absolvat dicendo: *Ego vos absolvo*. Ita *Sotus distinct.* 18. *q.* 2. *a.* 5. *Henriq. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 4. *Vasquez q.* 84. *articulo* 3. *dub.* 4. *num.* 9. *Navarr. capite* 8. *num.* 13. *Filliuc. tract.* 6. *cap.* 4. *q.* 11. *num.* 79. & *Molfes. tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 27. & 51. *Bonacina quæst.* 4. *punct.* 2. *num.* 4. Item, si loco pronominis *Ego* dicat, *Nos te absolvimus*, ut loqui solet Summus Pontifex. Aut, si in reverentiam pœnitentis dicat: *Ego absolvo vestram Dominationem*, aut *vestram Maiestatem*. Ita Doctores proximè citati.

Sotus. P. Henriq. P. Vasq. Navar. P. Filliuc. Molfes. Bonac.

30 Secundò sequitur, validam esse, si dicat: *Remitto tibi*, seu *Condono tibi*: aut, *Formam absolutionis*, seu *Sacramentum absolutionis tibi impendo*; quia non mutatur sensus. Ita *Suarez d.* 19. *sect.* 1. *num.* 24. *Vasquez q.* 85. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 12. *Valent. tom.* 4. *d.* 7. *q.* 1. *punct.* 3. *Navar. cap.* 26. *num.* 11. *Filliuc. tract.* 6. *cap.* 3. *quæs.* 7. & *Bonacina proximè num.* 3. Item, si dicat: *Ego peccator, & indignus Sacerdos absolvo te non mea potestate, sed Christi authoritate*; quia adhuc servatur idem sensus. Ita *Suar. Vasquez* & alii proximè.

P. Suar. P. Vasq. P. Valent. Navar. P. Filliuc. Bonac.

§. unicus

Resolvuntur nonnulla dubia circa mutationem verborum absolutionis.

31 *Quid dicendum de hac absolutione*, Absolvatur servus Christi?
Asseritur ejus valor. Ibidem.
32 *Ocurritur objectionibus.*
33 *An valeat verbis deprecativis prolata?*
Proponuntur fundamenta opinionis affirmativæ. Ibidem.
34 *Defenditur negativa.*
35 *Quo sensu absolutio appelletur oratio?*
36 *Cur Sacramentum Unctionis, non verò Sacramentum Pœnitentiæ, fiat verbis deprecativis?*
37 *An absolutio à censuris possit fieri verbis deprecativis?*
38 *Cur benedictio conferatur verbis deprecativis, non verò absolutio?*
39 *An valeant hæ absolutiones*, Placet quòd absolvaris; *vel*, Placet quòd Petrus absolvatur; *vel*, Jubeo Petrū absolvi?
40 *Resolutio affirmativa.*
41 *Refelluntur fundamenta contraria.*
42 *An valeat hæc absolutio*, Remittuntur tibi peccata tua; *vel*, Absolveris à peccatis tuis?
43 *An valeat hæc*, Ego authoritate Papæ absolvo te?
44 *An liceat uti absolutione dubia?*
45 *An liceat aliqua verborum mutatio?*

31 Primum dubium est: An valeat absolutio collata his verbis, *Absolvatur servus Christi?* Et distinctione opus est, nam hæc verba possunt proferri aut modo, & sensu imperativo, aut modo, & sensu deprecativo, ita ut idem sit, ac dicere, *Christus absolvat suum servum.* Si proferantur primo modo, dicendum est valere. Ita *Filliuc. tract.* 6. *num.* 69. *Suarez disp.* 19. *sect.* 1. *num.* 24. *Vasquez q.* 84. *a.* 3. *num.* 12. *Ledesma de Sacram. Pœnit. cap.* 3. *versu* De la resolucion. *Leander disp.* 2. *q.* 18. *Bonacina q.* 4. *punct.* 2. *numero* 7. Probatur exemplo formæ baptismi, qua utuntur Græci, *Baptizetur servus Christi.*

P. Suar. P. Filliuc. P. Vasq. Ledesm. Bonac. Leander.

32 Objicies primò: Illis verbis non exprimitur actio Ministri. Respondetur satis significari, nam qui imperat, eo ipso videtur præstare actioni suam authoritatem.

Objicies secundò: Hæc forma imperativa *Absolvat te Christus*, non est valida: ergo neque hæc, *Absolvatur servus Christi.* Antecedens ostenditur; quia, si Episcopus dicat, *Absolvat te meus Vicarius*, ipse non absolvit, sed Vicario absolvendum committit: ergo etiam Sacerdos dicendo, *Absolvat te Christus*, ipse non absolvit, sed Christo committit absolvendum. Respondetur illam formam *Absolvat te Christus* non esse validam, si illi mandetur absolutio; secùs, si non absolutio, sed absolutionis executio mandetur, tunc enim erit valida: ad eum modum, quo hæc sententia, *Solvat te custos à carcere*, est valida, quia custodi

custodi non mandatur absolutio, sed ejus executio: & idem dicendum de forma *Absolvatur servus Christi*.

33 Sin autem verba proferantur secundo modo deprecativo, efficiendo hunc sensum: *Christus absolvat te*: *Sotus d. 5. n. 4. Mayronis d. 14. q. 2. D. Bonav. dist. 18. a. 2. q. 1. & 2. Alensis q. 80.* adhuc existimant valere, & videtur id probari, *Primo* ex textu in *Cap. Manus 1. q. 1.* ubi *D. August.* loquens de absolutione: *Quid enim* (inquit *est aliud, nisi oratio super hominem &c.* Idem habetur in *Cap. Agite*, & colligitur ex *Cap. Multiplex de pœn. dist. 1.* ubi Leo appellat absolutionem supplicationem Sacerdotis. Item ex *D. Aug. l. 10. homil. 28.* ubi reprehendit Sacerdotes, qui dicebant, *Dimitto tibi peccata*. Unde colligitur formam authoritativam non esse tunc in usu, sed solam deprecatoriam.

Sotus.
Mayron.
D. Bonav.
Alensis.
C. Manus.
D. August.
C. Agite
C. Multip.

Secundò probatur exemplo formæ Sacramenti Unctionis, quæ profertur modo deprecatorio, *Per suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti*, &c. *Tertiò*, quia absolutio à censuris potest fieri verbis deprecatoriis: ergo etiam absolutio à peccatis. *Quartò*, quia Sacerdos orans Deum, ut remittat, etiam ipse remittit. Et declaratur exemplo benedictionis, nam Sacerdos dicens, *Benedicat te Deus*, etiam ipse benedicit: ergo dicens; *Absolvat te Christus*, etiam ipse absolvit.

34 Nihilominus dicendum formam absolutionis deprecatoriam esse nullam. Ita *D. Thom. 3. p. q. 84. a. 3.* appellans contrariam sententiã temerariam, & cum eo communis Theologorum, *Suar. d. 19. n. 24. Filliuc. tr. 6. c. 3. quæst. 7. Molfes. tr. 6. c. 5. n. 28. Pezant. 3. p. q. 84. a. 3. d. 1. Vasq. q. 84. a. 5. dub. 3. Bonac. q. 4. punct. 2. n. 8. Valent. t. 4. disp. 7. quæst. 1. puncto 3. Henriq. l. 4. c. 11. n. 4. Leand. disp. 2. q. 17. & alii.* Probatur primò, quia forma absolutionis debet proferri per modum sententiæ; est enim Sacramentum pœnitentiæ institutum per modum judicii: at verò sententia non profertur à Judice deprecativè, sed authoritativè. Secundò, quia quãdo Christus Dominus instituit hoc Sacramentum, non dixit: *Pro quibus deprecati fueritis*: seu *Pro quibus oraveritis, peccata remittentur*; sed, *Quorum remiseritis peccata, remittentur, &c.* Tertiò, quia ex usu Ecclesiæ ante absolutionem *Ego te absolvo* præmittitur illa deprecatio *Dominus IESUS Christus te absolvat*: & Tridentinum citatum dicit non in

D.Thom.
P. Suar.
P. Filliuc.
Molfes.
P. Pezant.
P. Vasq.
Bonac.
P. Valent.
P. Henr.
Leander.

illis verbis, sed in illis *Ego te absolvo*, consistere formam absolutionis. Et confirmatur, quia aliàs in qualibet confessione darentur duæ formæ, seu duæ absolutiones, altera consistens in illis verbis, *Dominus IESUS Christus te absolvat*: altera consistens in illis, *Ego te absolvo*.

35 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* respondetur formam absolutionis appellari in illis textibus orationem, primò propter preces illam concomitantes, *Misereatur tui, &c.* Secundò propter merita Christi, quæ in quolibet Sacramento continentur, & movent Patrem per modum orationis: hinc est quòd verba consecrationis passim à Sanctis Patribus appellantur supplicationes, preces Sacerdotis. Ad illud *D. Augustini*, quo reprehendit Confessarios dicentes *Dimitto tibi peccata*: Respondetur ex ipso contextu verborum satis patere solùm reprehendere absolventes authoritate propria, & non authoritate Christi.

36 *Ad secundũ* respondetur discrimen in Sacramentis Unctionis, & Confessionis desumi ab institutione Christi, qui instituit formam Unctionis per verba deprecatoria, ut constat ex ejus promulgatione facta ab Apostolo Jacobo: formam autem absolutionis instituit per verba authoritativa, *Quorum remiseritis peccata, &c.* ut constat *Ioan. 20.* Et hujus diversitatis ratio est, quia Christus Dominus instituit Sacramentum Unctionis per modum indulgentiæ, ad quam obtinendam sunt accõmodata verba deprecatoria: at instituit Sacramentum Confessionis per modum judicii, cujus forma est sententia authoritativa. Ioan. 20.

37 *Ad tertium* imprimis negandum est absolutionem à censuris fieri defacto per verba deprecatoria, sin minùs illis ligatus absolveretur per illa verba, *Dominus IESUS Christus te absolvat*: at non absolvitur per illa, sed per subsequentia, *Absolvo te ab omni censura, & pœna Ecclesiastica*. Non nego posse saltem summum Pontificẽ de potentia absoluta absolvere à censuris utendo formâ deprecatoriâ; dico tamen non posse sic absolvere à peccatis: diversa ratio est, quia absolutio à censuris est Ecclesiastica, & dependet ab institutione Ecclesiæ, ad ejus libitum; at absolutio à peccatis est de jure divino pendens à sola institutione Christi, qui eã instituit verbis authoritativis, *Quorum remiseritis peccata, &c.*

38 *Ad quartum* quatenus dicit, Sacerdotem orantem Deum ut remittat, etiã

 ipsum

ipsum remittere, respondetur etiam ipsũ remittere arguitivè, non formaliter: at Christus Dominus non posuit formam hujus Sacramenti in absolutione arguitiva, sed in formali *Quorum remiseritis peccata, &c.* Exemplum benedictionis non concludit, quia in benedictione est longè diversa ratio; nam benedicere est bonum alicui deprecari: & hoc facit, qui alicui deprecatur benedictionem Dei, hæc enim est maximum bonum: at absolvere non est alicui deprecari absolutionem Dei, sed reum à vinculis peccatorum liberare.

39 *Secundum dubium est*: An valeat absolutio, *Placet quòd absolvaris*; seu *Placet quòd Petrus absolvatur*; seu, *Iubeo Petrum absolvi*? Negant *Sotus d. 14. a. 3. Petrus Sot. lect. 4. de confessiore. Henriquez l. 3. c. 11. n. 4. Bonac. q. 4. punct. 2. n. 9. & alii*. Probatur *primò*, quia aliàs etiam in Eucharistia valerèt consecratio, *Fiat nobis hoc corpus, & sanguis Christi*; seu, *Iubeo hoc esse corpus Christi*, &c. *Secundò*, quia prædicta verba videntur esse non tam ipsa absolutio, quàm circa absolutionem jam factam, vel faciendam.

Sotus. Petr. Sot. P. Henriq. Bonac.

40 Dicendum tamen probabiliùs existimo valere cum *Scot. in 4. dist. 14. Suar. d. 19. sec. 1. n. 24. fine. Vasquez q. 84. a. 3. dub. 3. n. 11. Filliuc. tr. 6. c. 3. n. 68. & Lugo d. 13. n. 143.* Probatur, quia omnes illæ formæ sunt judiciariæ, & illis utuntur judices in tribunalibus, quando dicunt sẽtentias. Deinde continent æquivalenter verba *Ego te absolvo*: ergo, &c.

Scotus. P. Suar. P. Vasq. P. Filliuc. P. Lugo.

41 Neque obstat *primò*, quòd talis forma non valeat in consecratione; nam verba consecrationis sunt determinata à Christo, ac proinde non possunt à nobis mutari: at Christus Dominus non determinavit verba absolutionis, sed tantùm voluit esse per modum sententiæ authoritativæ, *Quorum remiseritis peccata, &c.* Non obstat *secundò* prædicta verba videri potiùs esse circa absolutionem, quàm ipsam absolutionem; nam, licèt utroque modo possint accipi, & ad utrumque sint de se indeterminata, ex circunstantiis tamen hîc & nunc, cùm proferuntur à Sacerdote post auditam confessionem, sufficienter determinantur, ut sunt absolutio.

42 *Tertium dubium est*: An valeat absolutio, *Remittuntur tibi peccata tua*; seu *Absolveris à peccatis tuis*? Negant nonnulli ex eo quòd oporteat explicari personam Ministri, quæ tamen illis verbis non explicatur. Probabiliùs tamen affirmandum cum *Henr. loco cit. Petro Sot. lect. 4.* & aliis, quos citat, & sequitur. *Bonac. proximè n. 5.* Probatur; quia idem est dicere, *Remittuntur tibi peccata tua*, ac dicere, *Remitto tibi peccata tua*. Et hoc ostenditur ex *Matth. 9. & Luc. 5.* ubi Christus D. dixit Paralytico: *Remittuntur tibi peccata tua*: & certè qui aderant, ea verba in eo sensu acceperunt, ac si dixisset, *Remitto tibi peccata tua*: & idcirco *scandalizati sunt dicentes*: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?*

P. Henriq. Petr. Sot. Bonac.

Matt. 9. Luc. 5.

43 *Quartum dubium est*: An valeat absolutio, *Ego authoritate Papæ absolvo te à peccatis tuis*? Negat *Sot. l. 4. de Confes. Navar. in cap. 1. de pœnit. d. 6. n. 31. Henriq. loco suprà citato lit. A. Lugo disp. 13. n. 145. & plures alii.* Et meritò, quia absolvere à peccatis authoritate Papæ videtur significare Papam esse causam principalem absolutionis à peccatis: at verò solus Deus est causa principalis illius: ergo, &c.

Sotus. Navar. P. Henr. P. Lug.

44 Quæres primò: An liceat uti absolutione dubia, de cujus valore scilicet dubitant Doctores, & pro utrâque parte altercantur? Respondeo, id, nisi fiat ex rationabili causa, esse peccatum mortale. Ita *Bonac. cit. punct. 2. n. 11. Reginald. lib. 8. n. 3. Filliuc. cit. tr. 6. c. 3. n. 67. Suar. de Pœnit. d. 19. n. 24. Valent. & Henr. locis cit.* Idque (ut ajunt) propter periculũ, cui valor Sacramenti exponitur. Hæc ratio est sufficiens, quando dubium est negativum; non tamen, quando est positivum, & pro utrâque parte est opinio probabilis: nam tunc qui operatur cum opinione probabili videtur prudenter operari, nec facere irreverentiam Sacramento. Ex alio ergo titulo puto committi peccatum mortale, nempe propter periculum Animæ pœnitentis, si Sacramentum sit invalidum. Item, quia sola absolutio certa est in usu, & consuetudine: unde qui illam relinquit, & utitur absolutione dubia, violat consuetudinem Ecclesiæ in materia gravi.

Bonac. P. Regin. P. Filliuc. P. Suar. P. Valent. P. Henriq.

45 Quæres secundò: An liceat uti absolutione certa, sed cum mutatione accidentali? Respondeo id esse peccatum saltem veniale, ut docet *Sot. in 4. d. 14. q. 1. a. 3. Valent. q. 1. p. 3. & alii.* Imò, si mutatio sit notabilis, videtur esse peccatum mortale, quia violatur cõsuetudo Ecclesiæ in re gravi pertinẽte ad cæremonias & ritus ipsius Ecclesiæ. Et ita *Tan. de Pœnit. q. 1. n. 40. Suar. d. 19. sec. 1. Vasq. cit. a. 3. dub. 4. n. 12. Præpositus q. 6. n. 8. Tolet. l. 3. c. 12. & alii.*

Sotus. P. Valent.

P. Tanner. P. Suar. P. Vasq. P. Præpos. Toletus.

SEC-

SECTIO III.

Utrùm absolutio dari possit sub conditione?

46 Sitne valida absolutio sub conditione de præsenti, aut præterito?
47 An sit licita?
48 Quid, si conditio sit de futuro? & proponitur sententia affirmativa.
49 Defenditur negativa.
50 Explicatur ejus fundamentum.
51 Cur valeant contractus conditionati: non verò absolutio;
52 An valeat matrimonium conditionatum?
53 Valeat in ratione contractûs, non in ratione Sacramenti.
54 An valeat donatio conditionata; & quid dicendum de absolutione à censuris conditionata?
55 An valeat hæc absolutio, Ego te absolvo, si Deus jà scit, te cras restituturũ? Et proponitur opinio negativa.
56 Asseritur sententia affirmativa.
57 Solvuntur fundamenta contraria.
58 An applicatio Missæ pro primo, qui stipendium obtulerit, sit valida, & licita?



46 PRima difficultas: Utrùm absolutio dari possit sub conditione de præsenti, aut præterito? v. g. hoc modo: *Si verè doles? si es dispositus; si peccata, quæ confiteris dudum, commisisti; si non es verè absolutus: si ego possum, ego te absolvo,* &c. Respondetur in primis absolutionem esse validam. Ita communiter Doctores apud *Bonacinam q. 4. punct. 3. & disp. 1. de Sacram. in genere q. 3. p. 2. §. 3. n. 18.* Probatur, quia conditio de præsenti, vel præterito non suspendit actum; imò, si res ita est, aut fuit, ut supponitur, perinde se habet conditio, ac si non apponeretur; & actus manet simpliciter absolutus, & ut talis valet. Bonac.

47 Solùm dubitari potest, an sit licita? Et respondendum est cum distinctione; nam aut conditio est necessaria ad Sacramentum, ut, *Si verè doles, si es dispositus, &c.* & hæc est licita, data qualibet justa causa. Aut non est necessaria ad Sacramentum; & sic aut est impertinens, ut *Si Sol lucet*; & hæc videtur irrisoria, ac proinde illicita. Aut quidem est pertinens, sed contingens; & sic aut apponitur sine justa causa, & tunc est illicita propter periculum frustrandi Sacramentum, si fortè non sit conditio: aut apponitur ex justa causa & tunc est licita, quia justa causa excusat ab irreverentia Sacramenti. Ita communiter Doctores apud *Bonacinam* proximè.

48. *Secunda difficultas:* Utrùm absolutio dari possit sub conditione de futuro? v. g. hoc modo: *Ego te absolvo, si Episcopus consenserit; si satisfeceris; si Prælatus ratum habuerit, &c.* Pro parte affirmativa facit *primò*, quòd matrimonium potest celebrari per verba de præsenti sub conditione de futuro, *Si meus pater*, vel *si pater tuus consenserit &c.* ut cum communi Canonistarum, & aliis pluribus docet *Sanch. de matrim. l. 5. disp. 8.* P. Sanch. *Secundò*, quia absolutio est quædam condonatio debiti, vel offensæ, & hæc potest dari sub cõditione de futuro. *Tertiò*, quia eadem videtur ratio de absolutione à peccatis ac de absolutione à censuris; at verò absolutio à censuris potest impendi sub conditione de futuro, ut tenent *Suar. de cens. disp. 7. sec. 8. n. 9.* P. Suar. *Sayrus de censur. l. 2. c. 16. n. 4.* Sayrus. *Henr. in sum. l. 13. cap. 29. §. 2.* P. Henriq. *Riccius de jure personarum l. 4. c. 66. n. 6.* Ricciul. *Covar. in Cap. Alma mater. p. 1. §. 11.* Covar. *Reginald. l. 9. n. 52.* Alterius. *Alterius l. 4. d. 1. c. 3. col. 3. dub. 1.* P. Reginal. *Coninck de Sacram. d. 13. dub. 2. n. 17. & d. 14. dub. 16. n. 213.* P. Coninck. *Filliuc. tr. 11. c. 10. q. 2.* P. Filliuc. *Bonacina de cens. disp. 1. q. 3. puncto 7. n. 1.* Bonac. *vers. Quod verò.* *Barbosa in collectaneis cap. Præterea 2. de appellationibus n. 3. & alii.* Barbosa.

49 Nihilominus dicendum, esse nullam. Ita *Navarr. cap. 26. n. 22.* Navar. *Henriq. l. 4. c. 12. n. 5. lit Z.* P. Henr. *Suar. to. 1. de Sacram. d. 13. sec. 3.* P. Suar. *Graffis l. 1. decis. cap. 3. n. 2.* Graffis. *Vasquez q. 84. a. 3. dub. 5. n. 6.* P. Vasq. *Sylvester verbo Absolutio 3. n. 12.* Sylvest. *Pezantius 3. p. q. 84. a. 3. disp. 3.* P. Pezant. *Caiet. verbo Absolutio cap. 1.* Caietan. *Molfesius tract. 7. cap. 5. n. 35.* Molfes. *Bonacina de pœnit. q. 4. p. 3. n. 2.* Bonac. *Leand. disp. 2. q. 27.* Leander. *Dicastilh. disp. 5. n. 81. & seq.* P. Dicast. Et communis Doctorum, nemine excepto. Probant id aliqui ex eo quòd absolutio sit quædam sententia legitima, & sententia legitima non accipit conditionem, *regula Actus legitimi de regulis juris in 6. & L. Actus ff. eodem titulo*, ibi: *Actus legitimi non accipiunt conditionem, neque diem, &c.* Reg. Actus. L. Actus. Utrùm hoc fundamentum non subsistit; quia, licèt sententia legitima sub conditione sit prohibita, non est annullata, *Cap. Biduum 2. q. 6. & Cap. Præterea 2. de appellationibus.* C. Biduũ. C. Præt.

50. Aliter ergo probari potest nostra cõclusio, quia cõditio de futuro suspendit

actum, ejusque valorem, donec apponatur conditio; cùm autem hæc apponitur, jam verba absolutionis non existunt formaliter; sed solùm virtualiter, & æquivalenter: ad Sacramenta autem (uno excepto matrimonio) non sufficiunt verba virtualia, & æquivalentia; sin minùs sufficerent nutus, scripta, &c. quæ sunt verba virtualia, & æquivalentia.

51 Sed contra hanc doctrinam optima instantia fieri potest; nam conditio de futuro solùm suspendit actum de præsenti quo ad esse absolutum, non quo ad esse conditionatum: & hoc est manifestum in contractibus conditionatis, qui statim de præsenti ante impletam conditionem valent in esse côditionato; ita ut neuter contrahentium, altero invito, possit resilire, ut costat ex *L. Potior* 11. *ff. Qui potiores in pignore*; & *L. Hæc venditio* 7. *ff. de contrahenda emptione*, quod cùm communi Doctorum tenet *Sanchez de matrimonio l.* 5. *d.* 8. Et idem similiter dicendum de matrimonio per verba de præsenti sub côditione de futuro, hoc enim statim valet de præsenti in esse conditionato, ita ut, adveniente postea conditione, absque novo consensu transeat de esse conditionato in absolutum. Quod licèt sit côtra *D. Thomā in 4. d. 29. q. unica art. 3. quæst. 3. Henriquez l. 11. de matrim. cap. 11. n. 3. Victoriam relect. de matri. p. 1. puncto 2. n. 9. Lopez 2. p. Instructorii de matr. c. 42. folio* 1083. *Sot. in 4. d. 29. q. 2. ar. 1. concl. 3. Angles in floribus 1. p. q. 2. de consensu conditionato art. unico, diffic. 2. Covarrub. 4. Decret. 2. p. cap. tertio initio n. 3. Petrum Ledesma q. 47. ar. 3. conclus. 2. Gutierrez cap. 81. n. 7. & alios plures*; est valde probabile, & traditur *à Sanchez l. 5. de matr. disp. 6. n. 19. Coninck disp. 29. dub. 1. n. 8. & dub. 2. n. 29. Filliuc. tr. 10. c. 4. quæst. 13. n. 147. Navarro cap. 22. n. 95. Bonacina de matrim. q. 2. punct. 10. num. 20. & aliis.*

L. Potior. L. Hæc vẽd. P. Sanch. D. Thom. P. Henr. Victoria. Lopez. Sotus. Angles. Covarr. Petr. Led. Gutierrez P. Sanch. P. Coninck P. Filliuc. Nav. Bonacin.

Similiter ergo valebit absolutio data per verba de præsenti sub côditione de futuro: valebit, inquam, in esse conditionato statim ex vi verborum formalium, ita ut adveniente postea conditione purificetur, & transeat sicut matrimonium de esse conditionato in absolutum.

52 Respondetur esse hoc speciale Sacramentis, quòd non valent in esse conditionato; non enim valent nisi in eo esse, quod de se est productivum gratiæ, & tale non est esse conditionatum. Quod autem dicitur de matrimonio, distinguendum est; aliud enim est loqui de matrimonio in ratione contractûs, & sic in opinione *Sanchez*, & aliorum contra *D. Thomam, Suar. Vasq.* & alios, valet in esse conditionato. Aliud est loqui de matrimonio in ratione Sacramenti; & sic in nulla opinione valet in esse conditionato, sed postea, quando transit in esse absolutum contractûs: & hoc inter alia Sacramenta est matrimonio speciale, quia in illo solo verba æquivalentia sufficiunt ad rationem Sacramenti, quia nimirum hæc sufficiunt ad rationem contractûs: in quo illud fundatur juxta ea, quæ diximus suprà *num.* 4.

53 *Ad primum* fundamentum opinionis contrariæ suprà *n.* 48. patet solutio ex dictis; dicendum enim est matrimonium celebratum per verba de præsenti sub conditione de futuro, ante impletam conditionem esse validum in ratione contractûs, non in ratione Sacramenti, & post impletam conditionem esse quidem validum in ratione Sacramenti, sed id esse speciale matrimonii propter rationem contractûs, in qua fundatur.

54 *Ad secundum*, quidquid sit de aliis condonationibus, dicendum est hanc Sacramentalem non posse esse sub conditione de futuro, quia ante impletam conditionem Sacramentum non subsistit; & postea, quando impletur conditio, jam verba formalia non existunt, quæ tamen quando conficitur hoc Sacramentum, debent formaliter existere, saltem per suum ultimum complementum. *Ad tertium* respondetur absolutionem à censuris non esse Sacramentum, unde nihil mirum quòd postea adveniente conditione valeat, licèt verba tunc formaliter non existant.

55 Quæres: Utrùm saltem hæc absolutio sit valida, *Ego te absolvo, si Deus jam scit, te eras restituturū*? Negant plures apud *Lug.* proxime n. 135. *Primò*; quia, licèt hæc conditio in re sit de præsenti, æquivalenter est de futuro, adhuc enim in potestate pœnitentis manet restituere, vel non restituere, & consequenter reddere, vel non reddere Sacramentum nullum. *Secundò*, quia aliàs Sacerdos pauper, qui præsenti die non habet eleemosynam pro Missa, poterit illam applicare pro primo, quem Deus jam tunc prævidet illi stipendium oblaturum: hoc autem est contra

Ricciun in praxi p. 3. resol. 561. n. 3. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 24. n. 12. Homobon. in exam. p. 1. tr. 4. cap. 14. quæst. 130. Ioannem de la Cruz in direct. p. 2. de Sacrificio Missæ q. 1. dub. 8. conclus. 1. Fagund. precept. 1. Ecclesiæ l. 9. cap. 9. num. 10. Filliuc. tom. 1. tract. 5. cap. 3. n. 79. Cened. in quæstion. canonic. q. 28. n. 6. Molfes. in sum. tom. 1. tract. 3. cap. 16. Reginald. in praxi. to. 2. lib. 23. cap. 17. Suar. & alios quos citat, & sequitur Dian. 2. p. tr. 14. de celebrat. Missæ, resol. 15. Imò contra declarationem Cardinalium, qui de mandato Clementis VIII. contrariam consuetudinem aliquorum Sacerdotum dicunt esse scandalosam, periculosam, & ab Ecclesiæ sinceritate alienam:

(Ricciu. Barbosa. Homob. Cruz. P. Fagund. P. Filliuc. Cened. Molfes. P. Reginal. P. Suar.)

56 Dicendum tamen videtur probabiliùs prædictam absolutionem esse validam. Ita cum Suar. disp. 13. sect. 3. §. Urgebis, Lugo disp. 13. num. 135. Probatur; quia conditio, Si Deus jam scit, est de præsenti; & absolutio valet sub conditione de præsenti; hæc enim, supposito quòd sit, perinde se habet, ac si non apponeretur, ut patet ex dictis in prima difficultate.

(P. Suar. P. Lug.)

57 Ad primum respondetur nullum esse inconveniens quòd absolutio simpliciter absoluta (talis est enim illa, quæ cōfertur sub conditione de præsenti) pendeat ab objecto de futuro: certè ita se habuit gratia collata antiquis Patriarchis, quæ illis data est dependenter à Christi meritis futuris: similiter ita se habet ipsa scientia divina, dependet enim ab objecto libero futuro. Neque obstat, quòd homo illum possit frustrari; licèt enim eam possit frustrari absolutè, & in sensu diviso, non potest ex suppositione, & in sensu composito.

58 Ad secundum de applicatione Missæ, plures Doctores illam existimant esse validam. Ita Henriq. l. 9. cap. 21. n. 2. Vega in sum. tom. 2. cap. 41. cas. 5. Fernandez in examin Theog. p. 3. cap. 1. §. 9. num. 5. Fraxinelus de obligationibus Sacerdo. sect. 5. prænotat. 1. §. 5. num. 1. Aragon. 2. 2. q. 85. art. 3. Navar. de restit. l. 2. cap. 2. num. 373. Rodrig. in sum. tom. 1. cap. 242. num. 9. & alii, quibus accedit Lugo de Euchar. disp. 19. s. 10. Non negant hi Doctores, talem aplicationem esse prohibitam per illam declarationem Cardinalium ubi suprà; sed dicunt esse validam: & idem dicendum de absolutione in nostro casu.

(P. Henr. Fernand. Vega. Fraxin. Aragon. Navar. Rodrig. P. Lugo.)

SECTIO IV.

Utrùm plures Sacerdotes possint simul eundem absolvere? & An absolutio dari queat absēti?

59 An plures Sacerdotes possint simul absolvere eundem pœnitentem?
60 Quotuplex tunc detur Sacramentum?
61 Ex pluribus physicis fit unum morale.
62 Quid, si confessio intendatur fieri pluribus diversis?
63 Quid, si quilibet Sacerdos dicat: Nos te absolvimus?
64 Non valet talis absolutio.
65 Cur vera sit propositio Nos currimus? non verò hæc, Nos te absolvimus?
66 Solvūtur fundamenta opinionis cōtrariæ.
67 Proponitur sententia docens absolutionem posse administrari absenti.
68 Roboratur eadem sententia.
69 Defenditur opposita.
70 Respondetur argumento deducto ex capite Qualis.
71 Occurritur argumento deducto ex facto D. Cypriani.
72 Alteri ex facto D. Thomæ Cantuariensis.
73 Solvuntur alia duo argumenta; &, Cur in judicio sacramētali requiratur præsentia, licèt in judiciis forensibus necessaria non sit?

59 Prima difficultas: Utrū plures Sacerdotes possint simul absolvere eundem pœnitentem, ut cùm v. g. moribundus confessionem petit, & duo Sacerdotes simul accurrunt? Certa videtur resolutio affirmativa. Probatur exemplo plurium Sacerdotum consecrantium eandem Hostiam. Deinde, quia non est maior ratio, cur potiùs unus validè absolvat, & nō alius: ergo ambo validè absolvunt.

60 Solùm dubitari potest primò: Utrùm in casu proposito sit unum tantùm, vel duplex Sacramentum? Respondeo cum distinctione, & Dico primò: Sunt duo Sacramenta physicè diversa. Probatur; quia ex duplici forma in una materia resultant duo composita; & in casu proposito dantur duæ formæ, nimirum duæ absolutiones; quælibet significans actionem distinctam Ministri diversi. Confirmatur; quia, si duo simul baptizent, datur duplex Sacramentum physicè distinctum, ut docent Gabriel in 4. dist. 6. q. 1. art. 3. dub. 4. Caiet. hic §. Ad pænultimam

(Gabriel. Caiet. P. Suar. P. Coninck.)

nultimam demum. Suar. de Baptismo disp. 23. sect. 3. Coninck q. 67. n. 40. & alii.

61 *Dico secundò.* Hæc duo Sacramenta physica continuantur, & fiunt unum morale. Probatur imprimis exemplo baptismi, quando duo simul baptizant; tunc enim illa duo Sacramenta physica constituunt unum morale causans unam tantùm gratiam baptismalem, ut docent Doctores citati. Deinde exemplo consecrationum, quando plures Sacerdotes simul consecrant eandem Hostiam, nam tunc etiam datur unum tantùm Sacramentum morale, continuatum in eadem materia: at in nostro casu etiam datur eadem materia, nimirum eadem confessio, & idem dolor.

62 Maius dubium est quando prædicta confessio intenditur fieri simul pluribus Sacerdotibus diversis. Et tunc *Lugo disp. 15. num. 164.* existimat Sacramenta etiam moraliter esse diversa, quia non solæ formæ, nimirum absolutiones, sunt diversæ, sed etiã materiæ, nẽpe cõfessio per directionẽ ad diversos Sacerdotes, ac proinde tunc opinatur Lugo conferri pœnitenti gratiã Sacramentalẽ diversã.

P. Lugo.

Sed adhuc probabiliùs existimo cum *Suar. de pænit. disp. 19. sect. 4. num. 4.* esse idem Sacramentum moraliter, continuatum in altera parte materiæ proximæ, nimirum in dolore, qui est idem: imò neque confessio est diversa, licèt enim intendatur fieri pluribus, hi plures sunt per modum unius; ut cùm plures Sacerdotes consecrant eandem Hostiam, vel plures simul baptizant. Ex quo patet tunc non conferri duas gratias Sacramentales diversas, sed unam duntaxat.

P. Suar.

63 Dubitari potest secundò: An in casu proposito valeret absolutio, si quilibet Sacerdos diceret: *Nos te absolvimus à peccatis tuis, &c?* Affirmant *Durand. in 4. dist. 5. quæst. 3. Suar. de Baptism.* proximè *num. 13. Primò*, quia idem est dicere: *Nos te absolvimus*, ac dicere: *Non solus iste & iste, sed etiam ego te absolvo*: at hæc forma valet. *Secundò*; quia, si dispensante Domino idem nuberet pluribus uxoribus, validè iniretur matrimonium, si dicente viro: Ego vos accipio in uxores, illæ reponerent: Nos te accipimus in virum. *Tertiò*, quia hæc valet, *Ego vos absolvo*: ergo etiam hæc, *Nos te absolvimus.*

Durand. P. Suar.

64 Nihilominus probabilius videtur prædictam absolutionem non valere. Ita *Vasq. q. 91. art. 4. dub. 1. num. 8. & tom. 2. de forma Baptismi disp. 148. cap. 5. Lugo disp. 13. num. 176. D. Thom. q. 77. art. 6. Coninck q. 67. art. 6. dub. 1. num. 413. & alii.* Probatur, quia modus loquendi *Nos te absolvimus* significat de se plures actiones partiales, quamlibet de se non sufficientem: at verò hoc (ut est omnium Theologorum communis apud *Coninck. num. 35.*) impedit valorem formæ; debet enim forma ex institutione Christi significare actionem unius Ministri de se sufficientem, & totalem. Et hoc patet tum ex communi sensu & usu Ecclesiæ, tum ex forma, *Ego te absolvo*, quæ significat actionem unius Ministri totalem. Et declaratur, quia hæ duæ formæ *Ego te absolvo*, &c. *Nos te absolvimus*, &c. non sunt æquivalentes; nam in prima ego significor ut Minister totalis: in secunda ego non significor ut Minister totalis, sed ut partialis: ergo sunt diversæ: ac proinde, si prima valet, secunda non valet; quia ejusdem Sacramenti non sunt duæ formæ diversæ validæ.

P. Vasq. P. Lugo. D. Thomas. P. Coninck.

65 Objicies: Hæc propositio *Nos currimus*, & hæc *Nos jaculamur*, significant diversas actiones totales: ergo etiam hæc *Nos te absolvimus.* Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia propositiones determinãtur per materias, & materiarum aliæ determinant actiones totales, ut illæ *Nos currimus*; *Nos jaculamur*: aliæ verò non determinant actiones totales, ut hæ *Nos levamus hoc pondus, baptizamus, seu lavamus hunc infantem*; & similiter *Absolvimus hunc pænitentem*: nam in his materiis possunt dari actiones partiales, non verò in illis.

66 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur, formam *Nos te absolvimus* idem valere, ac *Non solus iste, & iste, sed etiam ego partialiter te absolvo*: quod explicari potest exemplo formæ *Nos te baptizamus*, quæ similiter facit hunc sensum, *Non solus iste, & iste, sed etiam ego partialiter te lavo, seu baptizo*, quæ forma proinde non est valida.

Ad secundum respondetur formam *Nos te accipimus in virum* determinari per materiam ad significandam actionem totalem cujuslibet uxoris. *Ad tertium* dicendum est formam *Ego vos absolvo* significare diversas actiones totales ejusdem Ministri: at forma *Nos te absolvimus* significat de se diversas actiones partiales, ut patet ex dictis.

67 Se-

D. Antonin. Palud. Ricard. Duard. Palat. Maior. Alensis. Adrian. Turrecr. Navar. Sotus Rutilius. Sylvest. Pet. Sotus Raynerius. Tabiena. Armil. Marg Cōf. Sum. Conf.

67 *Secunda difficultas*: An absolutio administrari queat absenti? Affirmativam sententiam olim secuti sunt *D. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 9. & tit. 17. c. 12. & c. 21. §. 3. Paludan. in 4. dist. 17. q. 2. a. 1. Richard. ibid. a. 2. q. 5. Duard. a. 5. Palat. d. ult. Maior. q. 1. Alex. de Alis q. 17. Adrian. in 4. q. 1. Turrecr. in c. Quem pœnitet d. 1. a. 2. Navar. ibid. n. 4. & in sum. c. 21. Sot. in relect. d. tegendo secreto membr. 3. q. 4. concl. 5. dub. 4. Rutilius in Speculo Episcopor. d. 1. q. 5. Sylvest. verbo Confessio q. 13. & verbo Confessio 3. in princip. Petr. Sot. lect. 11. de Confession. Raynerius, & Pet. de Tarantasia in summa de confessione. Tabiena verbo Confessio 2. n. 4. Armilla verbo Confessio. n. 23. Margarita Confessor. fol. mihi 53. Summa Confessor. q. 76. & alii.*

Probatur *primò* ex Cap. *Qualis* 30. q. 3. ubi dicitur pœnitentiam adulteræ per scripturam esse recipiendam. *Secundò* ex D. Cypriano *epist.* 13. ubi præcipit pacem dari nonnulis, qui à fide defecerant; pro quibus Martyres intercedendo ad ipsum Cyprianum scripserunt. *Tertiò* ex facto Sancti Thomæ Cantuariensis. qui Romam Præsbyterum misit pro absolutione; & eam absens à Summo Pontifice obtinuit. Item ex facto Serapionis; qui (ut refert Euseb.) metu tormentorum coram tyranno fidem negaverat; & cùm ægrotasset, misit ad Præsbyterū similiter ægrotantem, ut eum absolveret, & mitteret Eucharistiam, quam Præsbyter misit, ut refert Eusebius.

68 *Quartò* ex illo, quod refert D. Antonnius ubi suprà, nimirum in Concilio Basilensi multos Patres sensisse Sacerdotem, qui sine jurisdictione absolvit, posse petere jurisdictionem, & deinde pœnitentem iterum obsolvere, ubicunque sit. *Quintò*, quia absolutio est per modum sententiæ judicialis; & in judiciis potest sententia dici in absentem.

D.Thom. P.Suar. P.Henriq. P. Coninck. P. Fagund. P.Hurt. Bonac.

69 Nihilominus tenenda resolutio negativa cum *D. Thom. in 4. d. 17. q. 3. a. 4. q. 3. ad. 1. Suar. d. 19. s. 3. n. 5. Vasq. q. 91. c. 4. dub. 2. Coninck. d. 4. dub. 10. Lugo d. 13. n. 148. Fag. præc. 2. l. 2. c. 10. Hurt. d. 8. diffi. 1. Bonacin. proxime punct. 5.* & communi Theologorum. Nec contraria sententia, post Decretum *Clementis VIII.* qui eam ut falsam, & erroneam damnavit, potest defendi. Probatur primò ex ipso Decreto, cujus tenorem infrà subjiciam: necnon ex communi praxi, & sensu Ecclesiæ, quem suo Decreto *Clemens* declaravit. Secundò, quia verba formæ diriguntur in personam præsentem, *Ego te*. Tertiò exemplo aliorum Sacramentorum; uno excepto Matrimonio, in quo est specialis ratio, ratione contractûs. Quartò ex *Trident. sess. 14. c. 2.* ubi dicitur pœnitentem non liberari per Sacerdotis sententiam, nisi sistatur ante hoc tribunal: at verò sisti ante tribunal est actu se præsentem constituere ante illud, ut patet ex toto titulo *ff. Si quis cautionibus in judicio sistendi causâ factis.*

70 Neque fundamenta opinionis contrariæ oppositum suadent. *Ad primum* ex Cap. *Qualis.* Respondetur imprimis ibi non dici absolutionem dandam esse adulteræ absenti; deinde ibi non est sermo de pœnitentia interna Sacramentali, sed de externa, quæ accipiebatur in scriptis, ut modò accipitur in tribunali Sanctæ Inquisitionis ab iis, qui abjurant suam hæresim, ut in futurum constet.

61 *Ad secundum* ex *D. Cypriano* respondetur inde non colligi, D. Cyprianum absolvisse in absentia illos, qui à fide defecerant; primò, quia ibi non est sermo de confessione Sacramentali, sed de reconciliatione externa cum Ecclesia, à qua recesserant. Secundò, quia etiam loquendo de hac externa, D. Cypreianus ibi eos non reconciliat, sed tantum potestatem ad eos recōciliandos delegat cuidam Diacono in defectu Præsbyteri: & ibi dicit, hanc reconciliationem faciendam per manuum impositionem, ac proinde in præsenti.

Triden.

72 *Ad tertium* ex facto *S. Thomæ Cantuariensis* respondetur illū non petiisse absolutionem Sacramentalem à Pontifice de peccatis, sed tantùm de suspensione, qua ipse se punierat propter consensum, quem ex ingnorantia, & bona fide Regi præstitit contra immunitatem Ecclesiasticam, cujus scrupulo tactus, se suspenderat à celebratione Missæ; nec eam ausus est priùs facere, quàm à Summo Pontifice absolveretur. Ad illud *Sarapionis*, respondetur ibi non esse sermonem de absolutione Sacramentali, sed de externa, sine qua publici peccatores non admittebantur ad Eucharistiā, de quo diximus *tr. 1. disp. 1.*

73 *Ad quartum* respondetur in primis *Concilium Basilense* non fuisse receptum ab Ecclesia, neque approbatū quoad omnia ejus acta. Deinde D. *Antoninum* non asserere hoc fuisse in eo determinatum, sed tantùm disputatum, & aliquibus placuisse

cuisse hanc partem, ut etiam placuit Doctoribus pro illa suprà *num.* 67. allegatis. *Ad quintum* respondetur concedendo in aliis judiciis forensibus non requiri præsentiam; requiri tamen in hoc Sacramentali propter formam verborum *Ego te*, quæ illam exigit, ut communis sensus Ecclesiæ semper intellexit, & *Clemens VIII.* suo illo Decreto declaravit.

DISPUTATIO SECUNDA.

De absolutione moribundi.



Runt sectiones duæ: in prima videndum, Utrùm absolvendus sit moribundus, qui aut non omnia, aut nullum potuit dicere peccatum, sed tamen doloris signum ostendit? In secunda, Utrùm absolvendus sit ille, qui nec doloris signum potuit ostendere.

SECTIO PRIMA.

Utrùm absolvendus sit moribundus, qui aut non omnia, aut nullum potuit dicere peccatum, sed tamen doloris signum ostēdit?

74 *An absolvendus sit pœnitens, qui dum confitetur, sensibus destituitur?*
75 *Quid faciendum, si Sacerdos, audita parte confessionis, reliquit sequenti die perficiendā, & adveniēs reperit moribūdum sine sensibus?*
76 *Impendenda tunc est absolutio.*
77 *Quid, si dubitans de capacitate absolutionis, & illam differens, reperit sequenti die infirmum sensibus destitutum?*
78 *An sit absolvendus, qui tantùm se accusavit in genere, & sic sensibus destituitur?*
79 *Absolvendus est.*
80 *Occurritur fundamentis contrariis.*
81 *Quid, si Sacerdos Missam celebraturus, peracta confessione generali sensibus destituatur?*
82 *Quid, si moribundus neque in genere peccatum potuit dicere, doloris tamen signum ostendit?*
83 *Quid, si dolorem non ostendit in ordine ad Claves?*
84 *Absolvendus tunc est sub conditione.*
85 *Quid, quando doloris signa sunt dubia, & nescit Sacerdos deliberare, an sint ex pœnitentia, an ex mortis angustiis?*

74 

Rima difficultas. Utrùm absolvendus sit, qui non omnia potuit dicere peccata? Et non est dubium de illo, qui dum confitetur, repentè sensibus destituitur, aut præ viriū imbecillitate progredi non valet; de hoc enim resolvimus cum communi Doctorum *tract.* 3. *disp.* 3. *sect.* 9. esse absolvendum. Dubium solùm in tribus casibus esse potest.

75 *Primus est*, quando Sacerdos, audita parte confessionis, reliquit sequenti die perficiendam, & postea adveniens reperit moribundum sensibus destitutum; tunc enim quæritur, an possit eum absolvere? Et ratio dubitandi est, quia moribundus potuit tempore illo intermedio retractare dolorem, & novum peccatum committere.

76 Standum tamen resolutione affirmativa cum *Chapeavilla tract. de modo administrandi Sacramenta tempore pestis cap.* 3. *q.* 13. *Zambrano de casibus temporis mortis cap.* 4. *dub.* 2. *§.* 7. *num.* 41. *& Dian.* 3. *p. tr.* 3. *de absolutione moribundi resol.* 6. quibus accedit *Lugo disp.* 17. *numero* 6. Et probatur, quia Sacerdoti constat de dolore, & non de retractatione, imò hæc sine grandi fundamento nō est moraliter credibilis de eo, qui in articulo mortis verè cœpit agere de salute sua. *Chapeavil. Zambran. Diana. P. Lugo.*

77 *Secundus casus est*, quando Sacerdos priori die manserat dubius de capacitate absolutionis, propter suspicionem phrenesis, vel amentiæ infirmi, & idcirco eam distulerat in sequentem diem, in qua illum invenit sensibus destitutum. Et dicendum est cum Doctoribus citatis teneri

neri absolutionem impendere sub conditione, quia in dubio, quando agitur de salute animæ, tutior illi pars est eligenda.

Sotus. Canus Lopez. Conrad. Medina Graffis Pedraza Angles. Navar. Nugnus Alvarez Coqnetius Avila

78 *Tertius casus est*, quando pœnitens nullum peccatum dicit in particulari, sed solùm petens absolutionem se accusavit in genere; & sic sensibus destitutus est. Non esse tunc absolvendum existimat *Sotus in 4. dist. 18. q. 2. a. 6. ad 1. Canus relect de pænit. par. 1. §. At inhærendo. Lopez in instructor. p. 1. cap. 18. Conrad in respons. casuum consc. par. 1. q. 10. Medin. in sum. p. 2. cap. 8. & cap. 19. reg. 6. Graff. part. 1. l. 1. cap. 36. num. 25. Pedraza in sum. cap. 7. Angles in 4. p. 1. de confess. art. 1. diffic. 10. Navar. in summ. cap. 26. n. 27. Nugnus in 3. p. tom. 2. q. 9. art. 3. diffic. 2. concl. 2. Alvarez in 2. D. Thomæ q. 19. art. 6. disp. 80. Coquetius in dissertatione de confessione per literas cap. 5. num. 15. & Avila ibidem c. 9.*

Probatur *primò*, quia absolutio est sententia; & hæc non potest dari à judice, nisi cognita causa in particulari. *Secundò*, quia absolutio debet cadere directè in aliquod peccatum; at verò in casu proposito non cadit directè in aliquod. Quod vel inde ostendi potest; quia, si moribundus periculo evadat, tenetur omnia peccata directè subjicere: ergo signum est, quòd nullum directè subjecit.

P. Suar. P. Vasq. Salas. PConinck P. Regin. Fernand. Enard. Leon. Regius. Pharaon. Thomas à Iesu. Riguss. Diana. Tribarne Corduba Megala Pitigian. P. Henriq. Bonac. P. Lugo.

79 Nihilominus dicendum est debere absolvi. Ita *Suar. d. 23. sect. 1. num. 5. Vasq. q. 91. art. 2. dub. 1. num. 2. Salas 1. 2. tract. 8. d. unic, sect. 5. n. 56. Turrian. de pænit. d. 30. dub. 11. Coninck d. 7. dub. 10. num. 97. Reginal. de prud. confess. cap. 21. part. 2. num. 16. Fernand. in instructor. docum. 4. num. 32. Enard. tom. 1. contra Luther. art. 5. post initium. Alphons. de Leon. de offic. & potest. confess. recollect. 6. num. 121. Regius in resol. casu 39. num. 4. Pharaon. de pœnit. tract. 1. sess. 16. cas. 15. Thom. à Iesu in tribunali consc. cap. 1. §. 10. Riguss in lucerna paroch. tit. de absolut. q. 97. Dian. 3. p. tract. 3. res. 1. Tribarne in 4. tom. 2. dist. 18. q. un. dub. 16. f. 5. Conclus. ultima. Corduh. l. 5. de indulgent. q. 39. Megal. 1. p. lib. 1. cap. 11. num. 8. Pitigian. in 4. tom. 2. dist. 17. q. un. a. 8. concl. 4. Henr. lib. 6. cap. 10. num. 7. Bonacina q. 5. f. 2. §. 4. Lugo num. 8.* Probatur primò ex pluribus Conciliis, & Decretis summorum Pontificum, nec non ex *Rituali Pauli V.* quæ omnia infrà *num. 99.* commodiùs subjiciam. Secundò, quia peccatum in genere potest esse materia absolutionis, ut patet in eo, qui recordatur se peccasse mortaliter, non tamen meminit speciem, vel materiam; hic enim tenetur confiteri peccatum sic in genere. Tertiò, quia integritas confessionis materialis non abligat cum impotentia, qualis in hoc casu reperitur: ergo, &c.

80 *Ad primum* respondetur, in præsenti casu constare de causu in particulari quoad personam, & quoad pœnitentiam, licèt non quoad delictum; de hoc enim solùm constat in genere: at quando constat de presona in particulari, & de ejus pœnitentia, licèt alioqui de delicto constare non possit, nisi tantùm in genere, potest dari absolutio judicialis. *Ad secundum* respondetur obsolutionem cadere directè in peccata moribundi sumpta in genere: indirectè verò in illa sumpta in specie, & in individuo.

81 Sed quid dicerdum, quando Sacerdos Missam celebraturus, peracta confessione generali, cadit repentè moribundus absque omni sensuum usu; poteritne tunc virtute confessionis generalis absolvi? Affirmat *Marchin. de peste p. 3. cap. 13. num. 15.* Respondendum tamen est negativè cum *Layman. lib. 5. tr. 6. cap. 7. Coquet. ubi suprà cap. 7. num. 21. Lugo proximè num. 23. & Dian. 3. p. tract. 3. resol. 2. §. Notandum tamen.* Probatur, quia illa confessio non fuit Sacramentalis, nec directè ad Claves, sed tantùm oratio quædam ad alium finem prolata: ergo, &c. Marchi. P. Laym. in Coquetius P. Lugo. Diana.

82 *Secunda difficultas*: Utrùm absolvendus sit, qui nullum peccatum, neque in genere, potuit dicere, sed tantùm doloris signum ostendit? Et quidem, si illum ostendit in ordine ad Claves, petendo confessionem nutibus, vel saltem stringendo manum Sacerdotis, videtur absolvendus. Hæc est contra *Canum, Sotum, Lopez*, & alios citatos suprà *num. 78.* pro tertio casu: traditur tamen à communi Doctorum ibidem *num. 79.* Probatur primò communi praxi Ecclesiæ. Secundò, quia confessio in casu necessitatis potest fieri nutibus; & satis est quód sit de peccatis in genere, ut constat ex proximè dictis. Canus Sotus. Lopez.

83 Tota difficultas est, quando signum non videtur directum ad Claves, quia moribundus non advertit ad Sacerdotem, sed solùm elevando oculos ad Cruci-

Crucifixum, & tundendo pectora dicit: Miserere mei Deus; & in his verbis usum sensuum amisit. Non posse tunc absolvi docent *Suarez disp.* 23. *sectione* 1. *num.* 11. *Bonacina q.* 5. *s.* 2. *punct.* 2. §. 4. *num.* 6. *Ioannes Franciscus Suarez in Enchirid. casuum consc. lib.* 5. *verbo Confessor* §. *Peters confessar. fol.* 356. *Megala* 1. *p. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. *Thom. à Iesu in tribum. consc. cap.* 2. §. 10. *fine.* Fundamentum est, quia non sola contritio, sed etiam confessio directa ad Claves est materia necessaria necessitate Sacramenti, & in hoc casu sola datur contritio, & non cõfessio directa ad Claves.

P. Suar. Bonac. Ioannes P. Suar. Megala Th. à Iesu.

84 Nihilominus dicendum est debere absolvi sub conditione. Ita *Laym. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 4. *Pharaon. de pœnit. tract.* 1. *sess.* 16. *casu* 15. *Zambran. de casib. tempore mortis cap.* 4. *dub.* 2. *sect.* 4. *Diana* 3. *part. tract.* 3. *de absolut. moribund. resol.* 2. *Lugo cit. num.* 30. *Chapeavilla tract. de Sacrament. administr. tempore pestis. cap.* 3. *q.* 11. *& Granad. tract.* 9. *disp.* 3. *num.* 8. Probatur, quia qui in mortis articulo ostendit dolorem de peccatis tacita confessione, eo modo, quo potest, petit absolvi. Et declaratur; quia, licèt prædicta signa de se non sint sufficienter directa, in eo tamen statu, in quo omnes, qui verè de peccatis dolent, in ordine ad Claves dolere solent; & in illis circumstantiis, in quibus moribundus directionem ad Claves aliter meliùs explicare non potest, sufficienter sunt directa: ergo, &c. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

P. Laymã. Pharaon. Zambr. P. Lugo. Diana. Chapeav. P. Gran.

85 Sed quid faciendum, quando signa sunt dubia, & Sacerdos nequit discernere, an oriantur ex vera contritione & dolore peccatorum, an potiùs ex dolore mortis, ejusque angustiis? Respondetur conferendam esse absolutionem sub conditione. Ita *Ioan. Sanch. in select. d.* 44. *num.* 55. *fine.* *Diana proximè resol.* 3. *& Lugo num.* 31. Probatur, quia in dubio tutior pars est eligẽda. Et confirmatur exemplo baptismi, qui est conferendus in materia dubia, quando in certa adhiberi nequit, ne anima exponatur periculo damnationis æternæ.

Ioannes Sanch. Diana. P. Lugo.

SECTIO II.

Utrùm absolvendus sit moribundus, qui nec doloris signum potuit ostendere?

86 *Proponitur status quæstionis, & quot difficultates sub hoc titulo sint tractãdæ.*

86 Uæstio potest procedere in triplici sensu. Primo, quando moribundus neque in præsentia, neque in absentia Sacerdotis ullum doloris signum ostendit, sed repentè cecidit omni rationis usu impeditus. Secundo, quando in præsentia quidem nullum potuit edere doloris signum, sed est qui testetur eum confessionem petiisse. Tertio, quando non est qui testetur ejus confessionem, dubitatur tamen, an illam petierit.

§. 1.

De moribundo, qui nec ante adventum Sacerdotis ullum edidit doloris signum.

87 *Esse absolvendum, si erat bonus Christianus, & Sacramenta frequentare solebat, existimant nonnulli.*

88 *Hujus sententiæ fundamenta.*

89 *Resolvitur non esse probabilem, ac proinde contrariam tenendam.*

90 *Factum Clementis VIII. prout vulgò refertur, est apocryphum.*

91 *Explicatur locus Ritualis D. Antonini, qui videtur còntrarius.*

92 *Cur in dubio usûs rationis conferenda sit absolutio, non autem, quando nullum editum est doloris signum.*

93 *Accusatio Sacramentalis non sufficienter explicatur per bonam famam.*

94 *Cur per bonam famam explicetur voluntas Sacramenti, non autem accusatio Sacramentalis?*

95 *Cur ad Sacramentum Pœnitentiæ non sufficit voluntas generalis Sacramentorum pro articulo mortis; & omnino exigatur voluntas particularis?*

87 *Rima ergo difficultas est* in primo sensu. Et quæritur: Utrùm, qui confessionem nõ petiit, nec ullũ edidit pœnitẽtiæ signũ, si tamẽ erat bonus Christianus, & Sacramẽta frequẽtare solebat, sit absolvẽdus sub

Homob. Molses. Antonius. de Literat. Archiep. Bonon. Faust. Baius.

sub conditione? Affirmant *Homob. in exam. Eccl. part. 1. tr. 7. c. 18. quæs. 84. Molses. in sum. to. 1. tr. 7. c. 5. n. 48. & 49. Anton. de Literatis in sum. edita Romæ cum approbatione Magistri Sacri palatii anno 1611. par. 1. c. 35. n. 7. Archiepiscopus Bononiens. qui postea fuit Summus Pontifex nomine Gregorius XV. in memoriali confess. c. 1. de forma Sacram. pœnit. n. 16. fol. 215. edito Bononiæ apud Ioannem Baptistam Bideilum anno 1623. Faust. to. 1. Theologiæ moral. l. 4. q. 204. Iacob. Baius in institut. relig. Christian. l. 2. c. 91.* Vide *Dianam 9. p. tr. 6. miscell. resol. 20.* ubi plures DD. allegat.

P. Lugo. D. Antoni

88 Probatur *primò* ex facto *Clementis* 8. qui hominem ruentem à cupula D. Petri aëre præcipitem dicitur absolvisse his verbis: Si es capax, ego te absolvo à peccatis tuis. *Secundo* probatur ex Rituali Romano antiquo apud *Lugo d. 17. n. 36.* ubi ex *D. Antonino* habetur moribundo phrenetico, quia misit usum rationis, si bene vivebat, & frequentabat Sacramenta; quamvis confessionem propter impotentiam non petierit, debere administrari Eucharistiam, &c. Et additur, quòd faciente aliquo confessionem generalem pro eo, debet Sacerdos illi, priusquam communicet, dare absolutionem ab omni sententia, & peccato: ergo: &c.

Tertiò quia in dubio usus rationis; item in dubio peccati debet conferri absolutio sub conditione: ergo etiam in dubio voluntatis confitendi, quale datur in prædicto casu. *Quartò*, quia in illo datur sufficiens materia absolutionis; nimirum accusatio, & confessio, per bonam famã probitatis ipsius moribundi sufficienter explicata. Et hoc confirmatur, quia bona fama probitatis sufficit, ut illi in eo mortis articulo conferantur Sacramenta Eucharistiæ, & Unctionis: ergo etiam, ut illi conferatur Sacramentum Pœnitentiæ; nam sicut voluntas suscipiendi alia Sacramenta sufficienter explicatur per bonam famam, ita per illam videtur sufficienter explicari petitio hujus Sacramenti.

Concil. Arausic. Carthaginen. &c.

89 Nihilominus adhuc ista probabilem non faciunt resolutionem affirmativam. Obstat enim primò communis praxis Ecclesiæ, quam videmus inviolabiliter observari; nemo enim audet absolvere moribundum, quem constat nullum edidisse doloris signum. Obstat secundò *Concilium Arausicanum, & Carthaginense 2.* Item *Epistola decretalis Leonis 1.* quæ infrà subjicio dissic. sequenti quatenus dicunt moribundum sensibus destitutum absolvendum esse, si testimonio eorum, qui eum audierunt, constet de ejus desiderio; quæ limitatio cùm semper apponatur, & sit taxativa, omnino excludit absolutionem, quando non constat de desiderio moribundi. Obstat tertiò, quia ubi accusatio non est, & absolutio esse non potest; hæc enim exercetur per modum judicii; judicium autem non potest exerceri ubi deficit accusatio.

Epist. decretali.

P. Henriq. Malder. Leon. Naldus Ledesm. P. Reginal. P. Turrian. Belloch. Pitigian. Tribarne. P. Vasq. Diana. Ochagavia. Mercer. P. Lugo. P. Dicast.

Quare opinionem contrariam carere sufficienti probabilitate docent communiter Doctores *Henr. l. 3. c. 10. n. 9. Malder. tr. de Sigillo Confess. c. 15. Alfons. de Leon. de off. & potest. confess. recollect. 6. n. 131. Nald. in summa verb. confess. n. 32. Ledesm. l. 5. tr. 6. c. 12. n. 4. Reginal. to. 1. l. 8. c. 3. n. 25. Turrian. de pœnit. d. 30. dub. 1. ad. 3. Belloch. de casib. reservat. p. 1. q. 2. n. 116. Pitigian. in 4. to. 2. dist. 17. q. un. a. 8. concl. 3. Tribar. in 4. to. 2. dist. 18. q. un. d. 16. s. 5. Vasq. q. 91. a. 2. dub. 1. n. 1. Dian. 3. p. tr. 3. de absol. morib. resol. 8. & 4. p. tr. 4. resol. 92. Ochag. de pœnit. q. 17. n. 14. Mercer. in addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. Lugo proximè. Dicastilh. disp. 9. à num. 854.* qui omnes deterrent Confessarios ab absolutione in prædicto casu, & illos severè monent, ne rem nullius fructûs, ignorantiæ, & temeritatis censurâ notatã præsumere audeant specie pietatis.

90 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ desumptum ex facto Clementis VIII. respondetur esse historiam apocrypham, ut testatur *Lugo citatus*, qui dicit se maximam Romæ fecisse diligentiam, & fabulam invenisse. Habuit fortassis fundamentum in eo dicto Clementis, cùm interrogatus, An absolvendus esset moribundus, qui ante adventum Sacerdotis in ejus absentia confessionem petiit, dicitur respondisse, se eum absoluturum: at iste casus est diversus.

91 *Ad secundum* ex Rituali, & D. Antonino respondetur ibi non dici conferendam esse phrenetico moribundo absolutionem Sacramentalem; sed tantùm illam generalem, *Misereatur tui omnipotens Deus, &* quæ præmitti solet ante Communionem, & respondet confessioni similiter generali, quæ ibidem præcipitur fieri nomine infirmi. Neque dicas, eandem rationem esse de confessione Sacramentali, ac de Eucharistia; esse enim

 valde

valde diversa: nam ad confessionem in casu proposito deficit accusatio sensibilis, quæ ad illam est necessaria: ad Eucharistiam verò præsumitur in probo viro dispositio interna, quæ ad illam sufficit.

92 *Ad tertium* concedendum est, in dubio usûs rationis, vel peccati conferendam esse absolutionem sub conditione, quia tunc datur aliquo modo materia absolutionis, saltem dubia, quæ est sufficiens ad absolutionem similiter dubiam: at in nostro casu deficit omnino accusatio, quæ est de essentia hujus Sacramenti.

93 *Ad quartum* nego accusationem, sufficienter explicari per bonam famam, nam bona fama neque est ipsa accusatio, neque moribundo phrenetico dat cognitionem, libertatem, & cætera requisita ad accusationem.

94 Dices: Per bonam famam præsumitur voluntas Eucharistiæ, & Unctionis pro articulo mortis: ergo etiam voluntas Sacramenti Pœnitentiæ: & hæc explicata per signum externum, nimirum per ipsam bonam famam, sufficit: ergo, &c. Respondetur præsumi voluntatem generalem Sacramentorum pro articulo mortis; non verò voluntatem particularem.

95 Ad cujus evidentiam notandum est dari duplicem voluntatem petendi Sacramenta, alteram generalem, quæ præsumitur in eo qui bene vixit, nam ex eo quòd bene vixerit, præsumitur exinde velle pro articulo mortis Sacramenta necessaria ad salutem. Altera voluntas dicitur particularis, quæ nimirum hic, & nunc aliquo signo ad id deputato manifestatur. Prima voluntas generalis sufficit ad alia Sacramenta, non ad Sacramentum Pœnitentiæ: & hujus diversa ratio est, quia voluntas, quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ requiritur, debet esse per modum accusationis, quod stare non potest cum voluntate generali; nam hæc coincidit cum vita regulariter bona, ac proinde compatitur cum aliquo peccato subsequenti; & accusatio peccati subsequentis non sufficit ad Sacramentum Pœnitentiæ: ridiculum enim est accusari aliquem, vel absolvi de peccato subsequenti quod liberè commissurus est. Sola ergo voluntas particularis sufficit ad Sacramentum Pœnitentiæ, & hæc non datur in casu proposito. Quæ doctrina, licèt non sit adeò clara, omnino vera est.

§. 15.

De moribundo, qui in præsentia Sacerdotis nullum edidit doloris signũ; sed est, qui testetur eum confessionem petiisse, &c.

96 *Non posse absolvi contendunt plures.*
97 *Eorum fundamentum.*
98 *Tenenda contraria resolutio.*
99 *Probatur Conciliis, & Textibus.*
100 *Deinde ostenditur ratione.*
101 *Clemens VIII. in suo Decreto de confessione in absentia, non loquitur in sensu copulativo, sed disjunctivo.*
102 *Quo sensu confessio moribundi, qui in præsentia Sacerdotis nullum edit signum, adhuc possit dici fieri in præsentia?*

96 SEcunda difficultas: Utrùm absolvendus sit moribundus, qui in præsentia Sacerdotis nullum ostendit pœnitentiæ signum, sed est, qui testetur eum confessionem petiisse; Negant *Petrus Fay de pœnit. in addit ad 3. p. q. 9. a. 3. d. 3. ad. 9. argum. Coquetius dissert. de confess. per literas c. 7. n. 21. Alvar. 1. 2. q. 1 9. a. 6. d. 80. Lavor. tr. de indulgent. p. 2. c. 10. n. 130. Turrian. de pœnit. d. 32. dub. 4. Alphons. de Leon. de off. & potest. confess. recollect. 6. n. 123.* Addo *Sotum, Can. Lop.* & alios, quos retulimus *n. 78.* Petrus Fay. Coquetius. Alvarez. Lavor. P. Turrian. Leon. Sotus. Lopez. Canus.

97 Fundamentum desumitur ex Decreto *Clement. VIII.* edito 20. Junii anno 1602. relato in compendio Bullarum ipsius Clementis fol. mihi 220. quo hanc propositionem: *Licere per literas, seu internuntium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtineri*: ad minus ut falsam, temerariam, & scandalosam damnavit, ac prohibuit. At verò moribundus, qui in præsentia Sacerdotis nullum signum dare potuit, sed solùm dedit in absentia, in illa confessus est. Decretum Clement.

98 Nihilominus dicendum in casu porposito debere moribundum absolvi. Ita *Suar. d. 23. s. 1. Valent de pœnit. q. 11. punct. 1. Coninck. d. 7. dub. 10. n. 99. Vasq. q. 91. a. 2. dub. 1. n. 4. & 12. d. 62. c. 7. n. 40. Reginald. in praxi to. 1. l. 8. n. 28. Fillius. tr. 7. c. 5. n. 122. Fagund. l. 3. c. 1.* P. Suar. P. Valent. P. Coninc. P. Vasq. P. Regin. P. Filliuc. P. Fagũd.

P. Toletus. P. Becan. Fernandez. P. Sa. P. Henr. P. Laym. Naldus. Cruz. Pontius. Thomas à Iesu. Chapeavil. Zambr. Pharaon. Pitigian. Sylvius. Montesin. Ludovicus de S. Ioan. Coriol. Belloch. Maldon. Diana. P. Lugo. Barbosa. Ioannes Sanchez. Caspens. P. Cicast.

cap. 1. num. 16. Tolet. l. 3. cap. 8. num. 2. Becan. cap. 36. q. 6. num. 2. Fernand. in instructor. documen. 4. num. 32. Sa. verbo absolutio num. 10. Henr. l. 5. cap. 2. num. 7. & lib. 6. cap. 30. num. 7. Laym. l. 5. tr. 6. c. 8. n. 4. Nald. in sum. verbo Infirmus n. 8. Ioan. de la Cruz in directior. de pœnit. q. 3. dub. 8. conclus. 2. Basilius Pontius l. 4. de matr. c. 25. n. 8. Thom. à Iesu. in tribunali. c. 11. §. 10. Chapeavilla tr. de sacram. tempore pestis: c. 3. q. 30. Zambran. de casib. tempore mortis c. 4. dub. 2. Pharaon. de pœnit. tr. 1. sess. 16. cas. 16. Med. tr. 2. de confess. q. 39. Pitigian. in 4. to. 2. d. 17. quæst. un. a. 8. conclus. 4. & 5. Sylvius in addit. ad 3. p. q. 9. a. 2. quæs. 4. cas. 2. Montesin. 1. 2. d. 29. q. 5. n. 176. Ludovic. de S. Ioan. in sum. de pœnit. q. 5. a. 19. dub. 6. Coriol. de casib. reservat. p. 1. tr. 9. diff. 37. n. 6. Belloch. in praxi p. 1. q. 2. n. 112. Maldon. in sum. q. 19. a. 14. Dian. 3. p. tr. de. absol. moribund. resol. 4. Anton. de Literatis in sum. p. 1. c. 35. n. 7. Lugo. d. 17. n. 45. & alii plures apud *Barbosam in collectan.. ad Cap. Quem pœnitet, dist. 1. & apud Ioan. Sanch. dp.* 44. quibus accedit *Caspensis tr. de pœnit. disp. 4. n. 184. & Dicastib. disp. 9. à n. 773.*

Rituale Pauli V.

99 Probatur primò ex *Paulo V. in suo Rituali edito anno 1617. titulo de Sacramento pœnitentiæ §. Quod si inter,* ibi: *Quòd si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægrotum deficiat, nutibus, & signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere. quibus utcunque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiam, si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est; &c.* Et notandum est, *Paulum V.* confirmasse hoc Rituale speciali Bulla in eo præfixa, ubi dicit se illud authoritate Pontificia proponere toti Ecclesiæ in praxi servandum.

Cap. Is qui. Cap. Qui recedunt.

Secundò probatur ex *Leone 1. in Cap. Hii, qui 26. q. 6.* ubi loquens de moribundis, *Si ita,* inquit *aliqua ægritudine aggravati sint, ut quod paulo antè poscebant, sub præsenti significare non valeant, ex fidelium, & circumstantium testimonio prodesse debebit, &c.* Tertiò probatur ex *Concilio Carthagenensi in Cap. Is, qui.* nec non ex *Concilio Arausicano in Cap. Qui recedunt 26. q. 6.* ubi dem ferè continetur. Item ex quadam declaratione Cardinalium apud *Bonacin. cit. n. 10.* & ex declaratione ipsius et *Clementis VIII.* qui interrogatus, an moribundus in casu proposito posset absolvi? Respondit posse, & se eum absoluturum; neque hunc casum in suo illo Decreto comprehendi: & hoc responsum ab ipso Clemente se audivisse testantur *Suar. Bellarm. & Armacanus apud Lugo citatum,* qui refert epistolam Armacani de hac re: item apud *Tanner. q. 9. n. 16.* qui refert Suarii epistolam.

Bonac.

100 Quartò probatur ratione, quia confessio in hoc casu fit per adstantium testimonium, veluti per interpretem: at confessio facta per interpretem est valida, & sufficiens. Declaratur; quia, si dum interpres refert peccata Confessario, pœnitens sensibus destitueretur, ita ut nullum signum dare posset, certè esset absolvendus: ergo etiam in nostro casu; eadem enim militat ratio.

101 Ad fundamentum opinionis contrariæ desumptum ex Decreto Clementis, communiter responderi solet cum *Fill. to. 1. tract. 7. c. 1. n. 20. & Villalob. in sum. to. 1. tr. 9. diffic. 37. n. 6.* sensum Decreti non esse disjunctivum, sed tantùm copulativum; & solùm velle non posse pœnitentem confiteri in absentia, & simul in absentia absolvi: quod non tollit quominus possit confiteri in absentia, dummodo absolvatur in præsentia. Utrùm hæc solutio non est bona; quia, si sensus Decreti esset solùm copulativus, non comprehendere absolutionem obtentam in absentia, quando confessio facta est in præsentia: at Decretum etiam intendit declarare nullitatem absolutionis obtentæ in absentia disjunctivé. Unde prædictam interpretationem sui Decreti rejecit ipse *Clemens*: & postea *Paulus V. die 14. Iulii anno 1605.* per Congregationem Sancti Officii declaravit, talem interpretationem non subsistere. Admittendam omnino non esse contendunt *Franciscus Avila in dissert. de confessione per literas cap. 19. Turrian. d. 32. dub. 4. Fagund. l. 2. cap. 10. num. 5. Chapeavillá cit. quæs. 30. Sylvius in 3. partem quæst. 9. art. 3. post conclus. 4. Alphons. de Leon. recollect. 6. num. 121. Seraphin Freitas in addit. ad tr. de Confessor. sollecit. quæst. 13. num. 31. Dian. proximè resol. 7. §. Sed negativam. Petrus Fay. cit. quæst. 9. art. 3. d. 3. & Petigian. cit. art. 8. conclus. 2.*

P. Fillius. Villalob. P. Turri. Avila. P. Fagund. Chapeav. Sylvius. Leon. Freitas. Diana. Petr Fay. Pitigian.

102 Respondendum aliter ergo est, & dicendum, confessionem in hoc casu fieri in præsentia, nimirum per testimonium adstantium, quo veluti per interpretem moribundus Sacerdoti præsenti confitetur. Neque obstat quòd tunc præsentia moribundi sit tantùm physica, non moralis; dicendum enim est esse moralem, & existere in ipso moribundo per testimonium adstantium. Quod declaratur exemplo infirmi, qui post confessionem factam ante absolutionem deficit, & sensibus destituitur; nam tunc est absolvendus, & censetur moraliter præsens præsentia morali, licèt sensibus destitutus.

§. 3.

Quid dicendum, quando testimonium datum est in absentia moribundi, & in ejus præsentia ratificari nō potest?

103 *Non esse tunc absolvendum opinantur plures.*

104 *Oppositum tamen amplectendum.*

105 *Bonacina dicit Decretum Clementis VIII. de confessione in præsentia non comprehendere articulum mortis: sed refutatur.*

106 *Lugo contendit Decretum Clementis VIII. solùm loqui de confessione strictè sumpta in actu secundo, non de confessione latè in actu primo: & etiam refutatur.*

107 *Vera explicatio Decreti Clementis VIII. & ostenditur quo sensu confessio moribundi in hoc casu fiat in præsentia?*

103 QUæres primò: Quid dicendum, quando non est, qui in præsentia moribundi det testimonium, & Sacerdos solùm in itinere ab ipsis homicidis fugientibus certior factus est? Tunc non posse absolvi, præter Thomistas. & alios suprà citatos, contendunt *Henriq. lib. 6. cap. 10. numer. 9. Vasq. q. 91. art. 2. dub. 1. n. 36. Coninck d. 7. dub. 9. Navar. cap. 26. n. 27. Nugnus in 3. p. q. 9. art. 2. dub. 1. fol. mihi* 316. Quibus accedunt *Fagund. pr. 2. l. 2. cap. 10. n. 5. Chapeavilla tract. de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis. q. 30. Sylvius in 3. p. q. 9. a. 3. Diana 3. p. tr. 3. de absolut. moribundi res. 7. §. Sed negativam*, & alii. Probatur ex Decreto Clementis VIII. nam tunc confessio verè fit in absentia.

P. Henr. P. Vasq. P. Coninck Navar. Nugnus. P. Fagund Chapeavil. Sylvius Diana

104 Nihilominus dicendum, adhuc debere absolvi. Ita *Suar. disp. 19. sect. 3. & disp. 21. sect. 4. n. 9. Valentia tom. 4. disp. 7. q. 11. p. 1. vers. Atque hæc quidem. Zerola in praxi pœnitent. cap. 13. quæs. 2. versu Dico secundò. Reginaldus lib. 8. cap.* 28. & alii, quos citat, & sequitur *Bonac. q. 5. sect. 2. p. 2. §. 4. num. 10. vers. Ad rationes*, retractans opinionē contrariam, quam in prima editione fuerat secutus. Accedunt *Layman. lib. 5. tract. 7. cap. 3. n. 9. Possevinus de officio curati. cap. 7. n 88. Villalob. tom. 1. tract. 9. difficult. 37. n. 6. Zambranus de casibus tempore mortis cap. 4. dub. 2. sect. 5. num. 31. Eecanus cap. 37. q. 8. Fernandez in exam. p. 3. cap. 7. §. 6. n. 50. Filliuc. tract. 7. cap. 15. n. 122. Ioannes Sanchez in selectis disp. 54. à num. 40. Lugo cit. num. 45.* & alii. Probatur ex *Paulo V.* & aliis textibus suprà citatis, qui absolutè dicunt absolvendum esse moribundum, quoties aut per illum aut per alios constat de ejus desiderio; neque enim rem limitant ad testes præsentes, uno excepto *Leone*, qui quidem facit mentionem circumstantium: loquitur tamen de moribundo in casu ordinario, quo illi testes solent assistere; non in casu extraordinario, quem etiam alii textus respiciunt.

P. Suar. P. Valent. Zerola. P. Regin. Bonac. P. Laym. possevinus Villalob. Zambran. Fernandez P. Filliuc Ioā Sanch. P. Lugo.

105 Neque obstat Decretum Clementis: ad illud respondent nonnulli cum *Bonacina proximè*, in hoc casu fieri quidem confessionem in absentia; sed illum exceptum esse ab ipso Clemente à suo Decreto, ut ipse Clemens suprà declaravit. Hæc solutio est defficilis; quia Clemens suo illo Decreto dicit confessionem in nullo casu posse fieri in absentia: dicere autem quòd in nullo casu possit, & quòd possit in aliquo, sunt implicantia, & contradictoria: at verò definitiones, & declarationes Pontificum circa rei veritatem, non sunt interpretandæ in sensu sibi contradictorio. In quo, definitiones differunt à legibus; nam leges possunt esse correctiriæ; respiciunt enim temporum circumstantias, quæ mutari queunt: at definitiones, & declarationes veritatis ipsam respiciunt, quæ consistit in indivisibili: unde, si sint contradictoriæ, aliqua fuerit falsa necesse est.

106 Aliter ergo respondet *Lugo cit. num.*

P. Lugo.

num. 72. dicit enim confessionem posse sumi dupliciter: Primò strictè pro accusatione judiciali in actu secundo, & hanc dicit esse propriè confessionem; ac per se, & ordinariè loquendo, necessariàm ad absolutionem: item debere fieri in præsentia, & de illa loqui Decretum Clementis. Secundò potest confessio sumi latè pro accusatione, veluti in actu primo, hoc est, pro voluntate, quam quis manifestat accusandi se; nam dicere se velle confiteri, jam est confiteri in actu primo: & hanc confessionem dicit Lugo non esse propriè confessionem, sed desiderium illius. Item sufficere juxta textus suprà citatos in casu extremæ necessitatis, & juxta eosdem non requirere præsentiam; neque de illa loqui Decretum Clementis, sed tantùm de prima, quæ sola strictè, & proprie est confessio. Verùm hæc solutio etiam est difficilis, admittit enim aliquam confessionem factam in absentia esse validam; &, si admittatur aliqua valida in absentia, cur non omnis facta in absentia erit valida? nam sicut omnis alia, ita & hæc, quæ admittitur, Sacramentalis est.

107 Quare alia nobis quærenda est solutio; & dicendum, etiam in præsenti casu confessionem fieri in præsentia, perseverat enim in moribundo habitualiter, hoc est, non retractata; & negari non potest sufficere hujusmodi confessionem habitualiter existentem. Primò, quia non est magis necessaria accusatio, seu confessio, quàm dolor: at verò sufficit dolor non retractatus, habitualiter existens in ipso moribundo. Secundò, quia ex dictis suprà à *num. 74.* constat sufficere confessionem habitualiter existentem, hoc est, non retractatam; at visitur in infirmo, qui die antecedenti confessionem dimidiaverat, & hodie invenitur sensibus destitutus, qui absolvendus est, ut diximus in primo casu. Item in eo, cui dilata fuit absolutio propter dubium phrenesis; & similiter die sequenti invenitur sensibus destitutus, vel omnino phreneticus, qui etiam absolvendus est, ut diximus in secundo casu.

§. 4.

Utrùm sufficiant testes mediati, & Utrùm requirantur plures?

108 *Sufficiunt testes mediati.*

109 *Non requiruntur plures, sed sufficit unus.*

110 *Hic potest esse hæreticus, vel infidelis.*

108 **Q**Uæres secundò: An sufficiant testes mediati, qui v. g. ab homicidis fugientibus rem audierunt? Et ratio dubitandi est, quia in textibus citatis videtur requiri testimonium immediatum, ut patet ex *Concilio Carthaginensi in C. 17. Is qui*, ibi: *Dent testimonium, qui eum audierunt.* *Cap. Is qui* *P. Lugo.*

Sed dicendum cum *Lugo proximè num. 81.* sufficere testes mediatos. Probatur primò ex *Paulo V.* qui rem in suo Rituali non limitat ad testes immediatos, ibi: *Si confitendi desiderium per se, vel per alios ostenderit, absolvendus est.* Secundò, quia testis in hoc casu habet se per modum interpretis; & sufficit interpres mediatus, qui scilicet alium immediatum interpretetur. Neque obstat Concilium Carthaginense; loquitur enim de moribundo in casu ordinario, quo audiens illius desiderium, ipse per se Confessarium accersit. *Rituale Pauli V.*

109 Utrùm verò requirantur plures testes? Pro parte affirmativa facit, quòd in textibus citatis semper fit mentio plurium testium. Sed dicendum sufficere unum. Ita *Ioannes Sanch. in sel. d. 44 num. 35. Zambran. cit. cap. 4. dub. 2. Dian. cit. resol. 5. Lugo cit. num. 82. Reginal. cit l. 8. cap. 3. n. 8. Raymund. in sum. de sepult. glos. in cap. Is qui 26. q. 6. Graffis l. 2. consil. 5. de homicidis diffic. 2. fine. Felinus in Cap. Veniens 1. n. 8. de testibus.* Probatur, quia ubi non agitur de præjudicio alterius, uni testi, modò juret, credendum est, & in præsenti casu non requiritur juramentum, quia valde impium esset mentiri in illo. Neque obstat, quòd textus citati faciant mentionem plurium testium, quia intelligendi sunt de pluribus non in sensu copulativo, sed in distributivo, ita ut sufficiat quilibet ex illis: ad eum modum, quo dicimus animas Purgatorii juvari Fidelium suffragiis; non enim est sensus requiri plures Fideles, & plura suffragia copulativè, sed distributivè, ita ut juvet quodlibet suffragium cujuslibet Fidelis, &c. *Ioannes Sanchez Zambr. Diana. P. Lugo. Raymund. P. Regin. Graffis. Felinus.*

110 Notandum præterea est cum Doctoribus citatis apud *Sanch. proximè*, non officere quòd testis sit hæreticus, vel infidelis, dummodo verisimile sit non mentiri.

§. 5.

Utrùm in prædicto casu non solùm possit, sed etiam debeat Sacerdos absolvere? & Utrùm absolutè, an conditionate?

111 *Resolvitur teneri administrare absolutionem.*

112 *Potest absolutio conferri absolutè.*

111 QUæres tertio. An in casu proposito nō solùm possit, sed etiam teneatur Sacerdos moribundum absolvere? Non teneri existimant *Alvarez d. 80. n. 55. Coquetius in dissertat. de confessione per literas cap. 5.* Sed dicendum, omnino teneri cum *Lugo cit. n. 87. Regio casu. 39. num. 16. Turrian. d. 30. dub. 1. Suar. d. 23. s. 1. n. 15. Megala l. 2. cap. 11. num. 8. Ioan. de la Cruz cit. q. 3. dub. 8. conclus. 2. Coninck cit. d. 7. dub. 10. num. 106. Memoriale Gregor. XV. cit. cap. 1. n. 17. Filliuc. tract. 7. cap. 5. num. 123. Dian. proximè resol. 9. Vasq. cit. dub. 1. n. 38. Sanch in selectis d. 44. num. 35. Hurtad. de Sacram. d. 3. diffic. 9. & aliis pluribus.* Probatur, quia Sacerdos potest; & quoties potest, tenetur subvenire proximo in gravi periculo æternæ salutis constituto, idque ex charitate, imó & ex justitia, si sit Pastor. Neque obstat periculum frustrandi Sacramentum, quia præceptum charitatis est fortius præcepto religionis.

Alverez. Coquet. Regius. P. Turrian. P. Suar. Megala. P. Coninc. Memoriale Gregor. P. Filliuc. Diana. P. Vasq. Ioā. Sanch. P. Hurt.

112 An veró absolutio impendenda sit absolutè, an sub conditione? Communiter dicitur cum *Suar. disp. 23. s. 1. n. 12.* impendendam esse sub conditione, quia in dubio, an valeat Sacramentum, administrandum est sub conditione propter periculum frustrandi illud, ut constat ex *Cap. De quibus, de baptismo. Cap. Si nulla dist. 4. de consecrat. Cap. Solemnitates dist. 1. Cap. Ecclesia dist. 68.* Sed probabilius est posse impendi absolutè: Ita *Vasq. cit. n. 39. Diana proximè resol. 10. & Ioan. Sanchez cit. num. 32.* Probatur, quia in hoc casu datur opinio probabilis, & hoc non æquivalet dubio, sed certitudini morali: qui autem operatur cum certitudine morali, securè potest operari, ac proinde absolutè. *Regula In dubio, & similiter textus in Cap. De quibus* intelliguntur de dubio negativo, quod propriè dubium est, non de opinione probabili, quia hæc simpliciter non est dubium, sed certitudo moralis.

P. Suar. C. Dequib. Cap. Si nul. C. Solemnitates. Cap. Eccle. P. Vasq. Diana. Ioā. Sanch.

§. 6.

De moribundo, cujus confessionem non est qui testetur, dubitatur tamen, an illam petierit.

112 *Probabile est eum, qui invenitur vulneribus confossus, confessionem petiisse.*

114 *Probabile videtur posse absolvi sub conditione.*

115 *Occurritur argumentis, quæ fieri possunt pro parte negativa.*

113 TErtia difficultas est de moribundo, cujus confessionem non est qui testetur, dubitatur tamen, an dum caderet, cognoscens se mori, illam petierit. Casus procedit, quando loco prælii, aut duelli reperitur moribundus vulneribus confossus, sanguine exhaustus, & jam sensibus destitutus; de hoc enim dubitari potest, an petierit confessionem: solent enim similes cadentes petere confessionem: & fortè hic, qui ita invenitur, dum caderet, illam petiit. Quæritur ergo, an sub conditione sit absolvendus, si fortè confessionem petiit.

114 Non invenio istum casum in his terminis à Doctoribus tractatum. Et quia est in materia gravissima, neque ego hoc loci illum dicidere audeo, solùm subiiciam, quæ mihi probare videntur debere in eo impendi absolutionem sub conditione, hoc modo: *Si non petiisti confessionem, ego te non absolvo; at si petiisti, ego te absolvo, &c.* Et probatur primò, quia in dubio, an confessionem petierit moribundus, est sub conditione absolvendus: hìc enim, siquidem agitur de salute animæ in periculo extremo, valet regula *In dubio tutior pars est eligenda*: & suprà num. 85. diximus cum *Sanch. Lugo & Dian.* in dubio, an signum doloris sit ex agonia mortis, an ex vera pœnitentia, esse sub conditione absolutionem impendendam, &c. At vero in hoc casu datur dubium, an moribundus petierit confessionem: cur enim hic illam non petierit, cùm soleant ii, qui ita cadunt, dum cadunt, eam petere?

Secundò probatur exemplo Confessariorum, qui in Belgico, ut refert *Lugo cit. sect. 3.* solent in simili eventu absolvere

P. Lugo.

milites, quos loco prælii adhuc vivos inveniunt, licét jam sensibus distitutos. Tertiò; quia, si moribundus non petiit confessionem, nulla fit irreverentia Sacramento, tunc enim non impenditur absolutio: &, si illam petiit, consulitur extremo periculo salutis æternæ, & satisfit præcepto charitatis.

115 Objicies primò: Praxis Ecclesiæ est contraria. Respondetur ea, quæ referuntur de Belgico, & quæ à nonnullis viris doctis fieri audimus, eam moderari. Objicies secundò *Concilium Arausicanum*, *Carthaginense*, & alia ubi suprà, quatenus dicunt debere constare de desiderio moribundi. Respondetur hæc Concilia solùm velle debere constare de desiderio aut certo, aut dubio; & in hoc casu cõstat de desiderio dubio. Objicies tertiò, Concilia velle debere constare testimonio adstantium. Respondetur testimonium solùm requiri, quando aliâ viâ constare nequit; at in hoc casu aliâ viâ constat de desiderio dubio.

Concilium Arausic. & Carthag.

Objicies quartò: In hoc casu non datur accusatio. Respondetur non dari accusationem certam, dari tamen dubiam; seu dubium illius. Objicies quintò: Ista accusatio, seu confessio, si forté petita est, fuit in absentia Sacerdotis: & confessio in absentia est nulla. Respondetur, confessionem petitam à moribundo perseverare in eo moraliter, quandiu non retractatur, ut constat ex suprà dictis *numero* 107.

TRACTATUS QUINTUS.

De præcepto Sacramenti Pœnitentiæ.



Xpendit disputationes duas; alteram de præcepto divino; de præcepto ecclesiastico alteram.

DISPUTATIO PRIMA

De præceptò divino.



Res instituuntur sectiones: Prima: An detur præceptum divinum de hoc Sacramento; & quas personas comprehendat? Secunda: Pro quo tempore obliget? Tertia: Ad quam confessionem obliget; & per quam impleatur?

SECTIO PRIMA.

An detur præceptum divinum de hoc Sacramento, & quas personas comprehendat?

1 *Nonnulli Canonistæ negant dari præceptum divinum de hoc Sacramento.*
2 *De fide est dari.*
3 *An, si non daretur, posset Ecclesia illud ferre? Proponitur sẽtẽtia affirmativa.*
4 *Præfertur negativa cum distinctione.*
5 *Solvuntur quatuor argumenta sententiæ oppositæ.*
6 *Obligat omnes, & solos Fideles post baptismum lapsos in mortale.*
7 *An obliget etiam Infideles? & proponitur sententia affirmativa.*
8 *Præfertur negativa.*
9 *Solvuntur argumenta sententiæ contrariæ.*
10 *An apostoli obligarentur hoc præcepto?*
11 *Resolvitur duplici conclusione.*

1 

Rima difficultas: An detur præceptum divinum de hoc Sacramento? Negarunt nonnulli Canonistæ cum *Gloss. ad cap. finale de pœnitentia dist. 1.* & similiter cum *Gloss. ad cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus*, asserentes obligationem confessionis esse inductam sola consuetudine universalis Ecclesiæ; non enim constat de præcepto divino. Et id etiam nunc negant *Lutherus*, *Calvinus*, *Ioannes Wiclef*, *Oecolampadius*, *Melanchthon*, *Kemnitius*, & alii plures hæretici apud

P. Bellar. apud Bellarmin. l. 3. de pœnitentia.

2 Nihilominus dicendum, de Fide esse resolutionē affirmativā. Definita est in Concilio Constantien. 8. & in Bulla Martini V. in confirmatione ejusdem Concilii. Item in Decreto Leon. 10. & Xisti IV. in Extravanganti Licet ea, apud Castrum adversus Hæreses, verbo Confessio: & clariùs in Trident. sess. 14. cap. 5. Concil. Cōstant. Bul. Mart. Extrav. Licet ea Castr. Trident.

In quo autem Scripturæ loco contineatur hoc præceptum? Respondetur contineri in illo Ioan. 10. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. nam in illis datur Sacerdotibus potestas retinendi omnia, & singula peccata: & non possent ea retinere, nisi pœnitentes tenerentur illa subjicere. Et declaratur, quia eodem iure, quo datur potestas ad aliquē finem, dantur etiam necessaria ad illum, at verò obligatio confitendi omnia, & singula peccata est quid necessariū, ut Sacerdotes possint omnia, & singula retinere: ergo, &c. Ioan. 20.

3 Quæres: An, si non esset præceptū confessionis divinum, potuisset Ecclesia illud ferre? Affirmant Medin. codice de confess. q. 2. Vasq. q. 90. a. 1. dub. 4. Suar. disp. 35. s. 1. Filluc. tr. 7. c. 2. q. 2. & Hurt. disp. 7. diff. 4. Probatur primò ex Trident. sess. 21. c. 2. ubi ait Ecclesiam circa Sacramentorum usū posse statuere quidquid ei videbitur, &c. Secundò, quia potuit præcipere alia Sacramenta Unctionis, & Confirmationis, licèt non fuerint à Christo Domino præcepta: ergo, &c. Tertiò, quia hoc præceptum non videtur excedere potestatem Ecclesiæ legislativam; & alioqui afferret maximas utilitates. Quartò; quia, si Ecclesia non posset ferre præceptum de hoc Sacramento, neque posset illud ferre de annuo usu illius; at potest hunc præcipere, & de facto præcipit: ergo, &c. Medina. P. Vasq. P. Filliuc P. Hurt. Trident.

4 Nihilominus distinctione utendum videtur; potest enim esse sermo de confessione aut quoad aliqua peccata explicatu minùs difficilia, minùsque verecunda: aut quoad omnia. Dicendum ergo est potuisse Ecclesiam ferre præceptum de confessione quoad aliqua peccata minùs difficilia: non quoad omnia Ita cum pluribus Coninck. disp. 3. n. 42. dicens se existimare hoc neminem negaturum. Probatur, quia dicere aliqua peccata nō est res adeò difficilis; & alioqui ex hoc Sacramento maximæ provenirent utilitates. Dicere verò omnia peccata est pluribus adeò difficile multis in casibus, ut, si liceret, eligerent potiùs mori, & vix proposito ad id metu Inferni moveri possunt: Ecclesia autem rem adeò difficilem præcipere non potest. P Coninck.

5 Ad primū ex Trident. respondetur Ecclesiam non solùm circa alia Sacramenta, sed etiam circa hoc posse de facto præcipere ejus usū supposito præcepto divino de substātia illius; non tamē in illa suppositione, si non daretur præceptū divinum

Ad secundum respondetur esse diversam rationem de hoc Sacramento, ac de aliis Unctionis, & Confirmationis, nam hoc est valde difficile. Ad tertium patet solutio ex dictis. Neque obstant maximæ utilitates; nam etiam maximæ sequuntur ex statu Religionis, & tamen Ecclesia nō potest illū præcipere propter ejus difficultatem. Ad quartum respondetur esse diversam rationem de substantia hujus præcepti, ac de circunstantia quoad tempus; nam supposito quòd teneamur confiteri omnia peccata, id facere citiùs, aut seriùs non est adeò grave.

6 Secunda difficultas: Quas personas cōprehendat præceptum confessionis divinum? Respondetur cōprehendere omnes, ac solos eos, qui post baptismū mortaliter peccarunt. Ita cōmunis Theologorū apud Tan. q. 4. dub. 8. & apud Bonac. q. 5. s. 2. pun. 4. n. 5. & apud Dicastilb. disp. 7. n. 1. Probatur, quia omnia, ac sola mortalia cōmissa post baptismum, sunt materia necessaria hujus Sacramēti, ut constat ex Trident. sess. 14. ergo, &c. Ex dictis sequitur hæreticos, & apostatas etiam teneri hoc præcepto, quia habent mortalia commissa post baptismum. P. Tannet. Bonac. P. Dicastil. Trident.

7 Quæres primò: Quid dicendū de infidelibus, qui baptizati nō sunt? Teneri hoc præcepto Affirmant Sot. in 4. dist. 18. q. 1. a. 3. Richard. in 4. dist. 17. a. 2. q. 4. Sylvest. ver. confess. 2. q. 5. & Angel. eodem ver. n. 2. Primò, quia illud est divinum; & hoc in eo distinguitur ab ecclesiastico, quòd ecclesiasticū solùm obligat fideles, nā Ecclesia nō habet jurisdictionē in infideles: divinū verò obligat omnes. Secūdò, quia eadē est ratio de præcepto divino confessionis, ac de præcepto divino Eucharistiæ, hoc autē obligat etiā infideles: ergo & illud Tertiò ex Cap. Baptizandi dist. 4. ubi dicitur Catechumenos impositione manuum Sacerdotis recipiendos esse ad baptismum. Scotus. Richard. Sylvest. Angelus. Cap. Baptizandi.

8 Nihilominus dicendum non teneri. Ita Suar. disp. 35. sect. 2. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 1. Turr. disp. 2. dub 1. Hurt. disp. 7. diff. 3. Maior. d. 17. q. 1. Almain. q. 1. a. 2. Leand. disp. P. Suar. P. Vasq. P. Turrian P. Hurt. Maior. Almain. Leander.

disp. 3. q. 9. & alii communiter apud ipsum. Probatur uno verbo, quia Infideles non habent peccata commissa post baptismum, & sola hæc, ut docet *Tridentinum*, sunt materia necessaria confessionis.

9 *Ad primum* respondetur, præceptum divinum obligare omnes, qui sunt capaces, seu in quibus est materia illius: at in Infidelibus non est materia confessionis; non enim habent peccata commissa post baptismum. *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de præcepto Eucharistiæ, ac de præcepto confessionis, quia Infidelis est capax obligationis Eucharistiæ, potest enim illam suscipere, si baptizetur; & potest baptizari: at non est capax obligationis confessionis; nam, licèt baptizetur, non potest confiteri peccata commissa ante baptismum; & nondum habet commissa post baptismum. *Ad tertium* respondetur in eo textu non esse sermonem de pœnitentia Sacramentali, sed de cæremoniali externa, quæ significabat dispositionem internam requisitam ad baptismum. Ita *Turr. proximè cit.* P. Turriã.

10 Quæres secundò: Quid dicendum de Apostolis? Respondetur Apostolos posse considerari aut quoad peccata commissa ante baptismum; & hæc clarum est non esse materiam confessionis. Aut quoad peccata commissa post baptismum; & sic aut quoad commissa ante incœptionem Ecclesiæ, quæ incœpit à die Pentecostes, ut cum communi Doctorum docet *Suar. de legib. l. 10. c. 4.* aut quoad commissa post incœptionem Ecclesiæ. P. Suar.

11 *Dico primò*: Peccata commissa ante incœptionem Ecclesiæ non erant materia confessionis. Probatur, quia sola peccata commissa intra Ecclesiam sunt materia hujus Sacramenti, fuit enim institutum per modum judicii; & Ecclesia (ut docet *Trident. sess. 14. cap. 2.*) in neminem judicium exercet, quin priùs in ipsam per baptismi januam fuerit ingressus. *Quid enim mihi* (inquit Apostolus) *de iis, qui foris sunt, judicare?* Secus autem de domesticis Fidei. Trident. 1. Corin. 5.

Dico secundò: Peccata commissa post incœptionem Ecclesiæ solùm erant materia sufficiens, & non necessaria. Probatur, quia non erant peccata mortalia, sed solùm venialia: fuerunt enim Apostoli in die Pentecostes confirmati in gratia. Credibile tamen est Apostolos frequêtasse confessionem, tum propter gratiam Sacramenti, tum quia illam aliis commendabant, ut constat ex *Iacob. 5. Confitemini alterutrùm peccata vestra*: & ex *1. Ioan. 1. Si confiteamur peccata nostra, &c.* Decebat autem quòd ipsi aliis præessent exemplo. Iacob. 5. 1. Ioan. 1.

SECTIO III.

Pro quo tempore obliget præceptum divinum?

12 *Obligat per se in articulo mortis.*
13 *Etiam in periculo mortis: & explicatur quid sit mortis periculum.*
14 *Medicus tenetur saltem ex charitate monere infirmum in periculo mortis.*
15 *An obligetur ex jure positivo?*
16 *Notantur aliqua scitu digna.*
17 *Resolvitur negativè, saltem quo ad aliquas Provincias.*
18 *Respondetur fundamentis in contrarium adductis*
19 *Utrùm præceptum divinum obliget extra periculum mortis: & proponitur sententia negativa.*
20 *Præfertur opinio affirmativa.*
21 *Occurritur fundamento partis oppositæ.*
22 *Utrùm obliget statim post peccatum commissum?*
23 *Proponitur primus casus, in quo præceptum divinum obligat per accidens.*
24 *Proponitur, & refutatur secundus casus.*
25 *Proponitur tertius casus, in quo præceptum divinum obligat per accidens.*
26 *An detur obligatio per accidens confitendi frequenter intra annum?*



Possumus loqui aut de obligatione per se, aut de obligatione per accidês ratione Eucharistiæ, vel ratione alicujus tentationis gravis, quæ proponitur per confessionem vincenda.

12 *Prima difficultas*: Quando præceptum divinum obliget per se? Respondetur imprimis obligare in articulo mortis. Ita communiter Doctores, quos sequitur *Taner. q. 7. dub. 8. Bonac. q. 5. s. 2. punct. 4. n. 5. Leand. disp. 3. q. 10. Dicastilh. disp. 7. n. 20.* Probatur; quia si quando, pro tunc datur maxima necessitas hujus Sacramenti. P. Tannerus. Bonac. Leander. P. Dicast.

13 Deinde dicendum est ob eandem rationem obligare etiam in periculo mortis. Periculum autem mortis est imminens prælii conflictus, tempestas, ex qua time-

timetur naufragium, primus partus mulieris, aut etiam sequentes, si priores difficiles experta est. Item susceptio navigationis periculosæ, in qua non erit copia Confessarii. Et, ut uno verbo dicam, quoties probabiliter creditur non fore ante mortem copiam alterius Confessarii, nisi hîc & nunc: &, si casus fuerint reservati, quoties probabiliter creditur non fore copiam Prælati, nisi hîc & nunc. Ita Doctores citati.

14 Occasione hujus obligationis in periculo mortis, *Quæres*: Utrùm Medicus teneatur monere infirmum, ut confiteatur? Et imprimis non est dubium teneri, ubi prævideril esse, aut probabiliter fore periculum, idque saltem jure naturali ex charitate, ut cum communi tenet *Sanch. l. 3. Decalog. c. 16.*

P. Sanch.

15 Solùm dubitari potest, Utrùm teneatur ex jure positivo? Et pro parte affirmativa facit textus in *Cap. Infirmitas, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi id Medicis præcipitur; quod postea desuetudine abrogatum renovavit *Pius V.* motu proprio, qui incipit *Super gregem, anno* 1566. ubi præcipit Medicis sub pœna excommunicationis, privationis gradûs, ejectionis à cœtu Medicorum, & aliis pœnis pecuniariis arbitrio Ordinarii imponendis, ne ultra tertium diem visitent ægrotum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessarii in scriptis datam. Insuper Academiis strictè mandat, ut ante gradum Doctoratûs ab ipsis Medicis exigant speciale juramentum servandi hoc statutum.

Cap. Infirmitas. *Mot. prop. Pii V.*

16 Ubi notanda sunt tria: *Primum*, præceptum non intelligi de qualibet infirmitate, ob quam ægrotus meritò decumbat, ut existimarunt *Cherubinus in comp. Bull. tom. 2. const. 3. Pii. V. scholio 2. Sylv. verbo Medicus q. 3. quæsit. 3. D. Antoninus 3. part. tit 7. c. 2. §. 4. Rodriguez in qq. reg. to. 1. q. 47. art. 3.* Sed solùm de infirmitate, quæ aut gravis est, aut à principio prudenter timetur futura gravis, ut tenet *Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 2. Suar. tom. 4. disp. 35. sect. 3. n. 4. Tabiena verb. Medicina, q. 12. n. 13. Rosella verb. Medicus n. 3. Angel. eodem verbo n. 9. Scortia in bull. Pont. epitome 89. theorem. 215. Graf. part. 1. decis. lib. 3. cap. 14. n. 7. Armil. n. 1. Vega in sum. tom. 2. cap. 35. casu 3. Homobonus de statibus part. 2. cap. 5. Sanch. in Decalog. lib. 3. cap. 16. n. 10. 11. & 16. Diana 3. p. tr. 4. res p. 93.* quia hæc videtur mens Pontificis, nec aliud sonant ejus verba. *Secundum*, Medico non præcipi monere ægrotum per se, sed aut per se, aut per alium. Ita Doctores citati. *Tertium*, si ægrotus admonitus nolit confiteri, non debere Medicum illum deserere, hoc enim esset contra charitatē, quam leges violari nolunt, nec ista *Pii V.* procedit in tali casu, sed in ordinariis, in quibus ægroti contumaces esse non solent, ut notant Doctores citati, quibus adde *Barbos. in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. cap. 13. n. 4. Sylv. in addit. ad 3. par. D. Thom. q. 6. art. 5. Quæritur primò. conclus. 91. Villalob. in sum. tom. 1. tra. 9. diff. 27. n. 5.*

Cherub. Sylvest. D. Anton. Rodrig. *Nugnus P. Suar. Tabiena Rosella Angel. Scortia. Armil. Graf. Vega Homob. P. Sanchez* *Diana* *Barbosa. Diana Villalob.*

Tota dubitatio est: An hisce temporibus obliget hujusmodi Decretum? Et ratio dubitandi est, quia videtur usu non receptum, & consuetudine abrogatum. Plures existimant non posse consuetudine abrogari; nam consuetudo legem abolens debet esse rationi consentanea, *Cap. finali, de consuetudine*, & nulla potest esse talis contra hoc Decretum, utpote quod latum in favorem animarum. Accedit quòd saltem juramentum acceptum servandi hoc Decretum obligat: ergo, &c. Et ita *Angelus verbo Medicus n. 8. & ibi Sylvester. q. 3. quæsit. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 4. Tabiena ver. Medicina q. 11. n. 12. Rosella verbo Medicus initio, Hostiens. Cap. Cum infirmitas. n. 2. Abbas ibi n. 6. Anchar. n. 2. & Ioannes. Andreas. n. 3.*

Cap. fin. *Angelus Sylvest. D. Anton. Tabiena Rosella. Hostiens. Abbas. Anchar. Ioã. Andr.*

17 Nihilominus dicendum posse prædictum Decretum consuetudine abrogari, & de facto in Lusitania, Hispania, & aliis pluribus provinciis esse abrogatum. Ita cum communi Doctorum *Suar. disp. 35. sect. 3. n. 4. Sanch. l. 3. Decal. c. 16. n. 14. Caiet. in sum. verbo Medicus. Armilla eodem verbo n. 1. fine Navarr. in sum. c. 25. n. 61. Villalob. in sum tom. 1. tr. 9. diff. 27. n. 5. Filliuc. tom. 1. tr. 7. cap. 3. n. 34. & Dian. proxime. §. Dico quintò.* Probatur, quia de facto in his provinciis datur consuetudo contraria, videntibus & dissimulantibus Prælatis: consuetudo autem potest prævalere contra omnem legem humanam, excepta sola naturali & divina, ut habetur *Cap. finali, de consuetudine*: ergo, &c.

P. Suar. P. Sanch. P. Filliuc. Villalob. Caiet. Armilla. Navarr. Diana.

18 Neque obstat primò, quòd consuetudo debet esse rationi conformis; nam illa consuetudo dicitur rationi conformis, quæ sublatâ lege humanâ in contrarium non est mala, seu quæ non est intrinsecè mala,

mala, ut cum communi Doctorum tenet *Sanch. de matrimonio l. 7. disp. 4. n. 14.* At desinere monere infirmum tertia die infirmitatis: item non accipere juramentum ante gradum Doctoratûs, &c. non est intrinsecè malum.

P. Sanch.

Non obstat secundò præstitum juramentum, quia hoc aut non accipitur, aut si accipitur, est solùm servandi motum, & statutũ *Pii V.* at juramentum servandi aliquod statutum solùm obligat ad illud, prout usu receptum est, ut docet *Sanch. l. 3. Decalog. cap. 14. n. 9.* At hoc statutum usu receptum non est. Hæc de Medico occasione obligationis præcepti divini in periculo mortis.

P. Sanch.

D. Thom. Scotus. P. Suar. Richardus Gabriel. Palud.

19 Maius dubium est: Utrùm præceptum divinum obliget extra periculum mortis? Negare videtur *D. Thom. d. 17. q. 3. a. 1. q. 4. Scotus a. 3. Suar. d. 35. sect. 3. n. 9. Richardus. a. 3. q. 6. Gabriel a. 3. dub. 1. Palud. q. 2. a. 5. & alii.* Probatur, quia non est unde colligatur talis obligatio, maximè cùm ad justificationem sufficiat contritio.

P. Suar. P. Vasq. P. Coninck P. Henriq. P. Fillinc. P. Reginal Bonac. P. Hurt. P. Tãner. P. Lugo. Leander.

20 Nihilominus standum resolutione affirmativa cum *Suar. disp. 35. sect. 3. Vasq. q. 90. art. 1. dub. 4. Coninck. disp. 5. dub. 2. n. 38. Henriq. lib. 4. cap. 3. n. 5. litera H. Fillinc. tr. 7. cap. 2. quæsit. 5. Reginal. lib. 6. n. 128. Bonacin. cit. n. 17. Hurt. d. 7. diff. 2. Tanner. q. 7. n. 141. & Lugo d. 15. sect. 3. n. 39. Leand. tr. 5. disp. 3. q. 13.* Probatur ex *Trident. sess. 14. c. 5.* ubi asserit præceptũ divinum obligans indeterminatè fuisse determinatum ab Ecclesia; sed non fuit determinatum pro articulo mortis; nam pro illo jam erat determinatum à Deo: ergo fuit determinatum pro tempore extra articulum mortis, ac proinde extra illum obligabat, vagè quidem, & indeterminatè, sed obligabat, determinatione facienda ab Ecclesia; seu (ut aiunt) obligabat radicaliter.

Et confirmatur, quia eadem videtur ratio de Eucharistia, ac de confessione: at verò Eucharistia non obligat solùm in articulo mortis, sed etiam extra illum; est enim Eucharistia non solùm per modum Viatici, sed etiam per modum cibi, qui in vita sumendus est: ergo idem dicendum de confessione; nam hæc est per modum medicinæ ratione directionis Confessarii, quæ proinde, supposito morbo peccati, applicanda est.

21 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ. Nec nova videri debet obligatio vaga pro aliquo tempore indeterminato: sic enim obligat præceptum charitatis extra articulũ mortis, & ipsum præceptum Eucharistiæ, prout divinum est, præcisa determinatione ecclesiastica: ergo, &c.

Parisiens. Reinerius. Angelus Alen s D. Bonav.

22 Utrùm verò præceptum divinum obliget statim post peccatum commissum? Affirmant *Parisiens. lib. de sacram. tit. de pœnit. Reinerius 1. p. sum. verb. Confessio c. 5. Angel. ver. Confes. 1. n. 3. Alens. 4. p. q. 77. membr. 4. art. 2. D. Bonav. in 4. dist. 17. art. 4. q. 2. & alii.* Sed negandum est cum Doctoribus citatis: primò, quia neque contritio obligat statim post peccatum, ut *tractatu primo* ostendimus. Secundò, quia aliàs Ecclesia non benè differret obligationem confitendi per totum annum.

Trident.

23 *Secunda difficultas*: Quando præceptum divinum obliget per accidens? Tres casus assignari solent: *Primus* est ratione Eucharistiæ; debet enim omnis, qui ad illam accedit, si conscius sibi sit peccati mortalis, confiteri, & non sufficit, quòd conteratur. Ità definitum est in *Trident. s. 13. c. 7. & can. 11.* Ad alia Sacramenta; si sint mortuorum, ut baptismus, & confessio, sufficit quòd præcedat attritio: si verò sint vivorũ, requiritur, & sufficit cõtritio, per quam vivificetur homo, & accedat vivus. In sola Eucharistia est hoc speciale præceptum, idque non ecclesiasticum, ut existimarunt *Caiet. q. 80. a. 4. Medina codice de confessione tr. 2. q. 7. & Armilla verbo Communio n. 1.* Sed divinum, juxta illud *Probet autem se ipsum homo*, quod Apostolus dicit se accepisse à Domino, ut cum *Suar. disp. 35. sect. 3. n. 9. Henr. lib. 4. cap. 3. n. 4. lit. H. Coninck disp. 5. dub. 2. n. 38. Reginal. lib. 6. n. 28. Valent. t. 4. d. 6. q. 8. p. 3. ad 1.* & aliis pluribus docet *Bonacin. de Euchar. disp. 4. q. 6. p. 1. n. 35.*

Caietan. Medin. Armil. P. Suar. P. Henriq. P. Coninck P. Regin. P. Valenti. Bonac.

Nugnus. Medina.

24 *Secundus casus* adducitur à *Nugno in 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 1. concl. 4. & à Medina Complutens. de pœnit. tr. 2. q. 14. §. 2.* quando propter multitudinem peccatorum datur periculum oblivionis. Et probatur, quia tenemur ad integritatem confessionis, & consequenter ad medium necessarium ad illam: in casu autem proposito cõfessio est mediũ necessarium. Et confirmatur, quia qui prævidet defecturum Confessarium, tenetur anticipare confessionem: ergo idem dicendum de eo, qui prævidet defecturam memoriam.

Z Sed

Sed revera iste casus non videtur admittendus: illum impugnant *Turrian. de pænit. disp. 19. dub. 4. Villalob. in summa tom. 1. tr. 9. diff. 27. n. 7. Coninck disp. 5. dub. 2. n. 33. Henr. l. 4. cap. 4. n. 8. Filliuc. tract. 7. cap. 2. n. 36. & Dian. 3. p. tract. 4. resol. 155.* quibus accedit *Lugo d. 15. n. 41.* Quia alias homines debilis memoriæ tenerentur pluries intra annum confiteri propter periculum oblivionis. Et ratio à priori est, quia Deus solùm obligat ad integram confessionem peccatorum, quæ memoriæ occurrerint, non autem ad id, quòd memoriæ occurrant.

P. Turrian. Villalob. P. Coninck. P. Henriq. P. Filliuc. Diana. P. Lugo.

Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, imò & ad ejus confirmationem: dicendum enim est de confessione dari præceptum, cujus executio quoties tempore præscripto redditur impossibilis, est anticipanda, ut inferiùs dicemus: at non datur præceptum de eo, quòd omnia peccata memoriæ occurrant.

25 *Tertius casus est*, quando confessio proponitur ut medium necessarium ad vincendam aliquam gravem tentationem; tunc enim datur obligatio confitendi, ut cum *Suar. tom. 2. de relig. l. 1. cap. 30. n. 17. & tr. 3. in 2. p. d. 69. sect. 3. §. Dico 4. & de pænit. d. 35. sect. 3. n. 10. Reginal. in praxi tom. 1. l. 6. sect. 2. n. 29. Filliuc. tr. 7. n. 39. Sanch. in Decal. l. 2. cap. 1. n. 3. & cap. 35. n. 9. Valent. 2. 2. disp. 1. q. 2. punct. 5. quæstiuncula 2. Azor tom. 1. l. 8. cap. 7. q. 6.* tenet *Lugo d. 15. num. 42.*

P. Reginal. P. Suar. P. Filliuc. P. Sanch. P. Valent. P. Azor. P. Lugo.

26 Sed hinc difficile dubium suboritur, sequitur enim dari obligationem per accidens confitendi frequenter intra annum. Et ratio est, quia frequens confessio est medium necessarium ad vitanda plura peccata; nam experientia ostendit minùs frequenter peccare, qui frequentiùs confitetur. Neganda tamen est sequela cum *Suar. de Pænit. d. 35. s. 3. n. 11. Fagund. pr. 2. l. 1. cap. 1. n. 16. Filliuc. tr. 7. n. 39.* & communi Theologorum apud *Lug. proximè n. 46.* Et ratio est, quia frequens confessio, communiter loquendo, non apprehenditur ut medium unicum ad minùs frequenter peccandum: sed aut illa, aut propositum efficax, aut fuga occasionis, aut actus contrarius, quando tentatio urget, &c.

P. Suar. P. Filliuc. P. Fagund. P. Lugo.

(✠)

SECTIO III.

Ad quam confessionem obliget præceptum divinum, & per quam impleatur?

27 *Non obligat per se, etiam in articulo mortis, ad confessionem publicam.*

28 *Obligat per accidens in mortis articulo ratione charitatis propriæ.*

29 *Quando confessio fit publicè, non obligatur pœnitens dicere omnia peccata, etiam in articulo mortis.*

30 *An teneatur pœnitens confiteri per interpretem? & proponitur opinio affirmativa.*

31 *Respondetur cum distinctione.*

32 *Tunc non tenetur pœnitens confiteri integrè.*

33 *Solvitur fundamentum partis oppositæ.*

34 *An pœnitens in articulo mortis teneatur ad confessionem per scriptum.*

35 *Non tenetur ad confessionem integram per scriptum, si omnia peccata commodè scribere non potest.*

36 *Si possit omnia scribere sine periculo infamiæ, tenetur.*

37 *Per quam confessionem impleatur divinum præceptum?*
Non impletur per confessionem invalidam. Ibidem.

38 *Proponitur sententia asserens non impleri per confessionem validam & informem.*

39 *Præfertur sententia affirmativa.*

40 *Satisfit fũdamentis sententiæ oppositæ.*

POsse confessionem aliquando fieri publicè, necnon per interpretem, & in scriptis, diximus *tract. 3. disp. 2. sect. 2.* Nunc quærimus, an præceptum divinum aliquando obliget ad illam faciendam hisce modis, quando nimirum aliter fieri non potest?

27 *Prima ergo difficultas est*: An obliget ad confessionem publicam, saltem in articulo mortis? v.g. in subito naufragio, quando aliter confessio fieri non potest. Et imprimis certum est non obligare per se. Habetur expresè in *Tridentino sect. 14. c. 5.* ibi: *Publicè confiteri non est divino præcepto mandatum, &c.* Trident.

28 Solùm dubitari potest: An tunc obliget per accidens ex motivo charitatis propriæ? Et responderi solet cum distinctione: primò affirmativè, si pœnitens probabiliter timeat, vel dubitet de sua contritione; quia tunc periculum animæ extre-

extremum præponderat cuilibet jacturæ famæ, aut aliorum bonorũ. Secundò negativè, si probabiliter existimet se esse cōtritum, quia pœnitens nō tenetur ad confessionem publicā, nisi ratione periculi, cui non confitendo se exponit: at si probabiliter putet se esse contritum, nulli periculo se exponit. Ita *Hurt. disp. 8. diff. 2.* P.Hurt. *Sanch. in selectis disp. 32. n. 8. Turr. disp. 32.* Sanchez. *dub. 1. Layman. in Theolog. morali l. 5. tr. 6.* P.Turrian. *c. 6. n. 5. Fag. præcep. 2. l. 1. c. 6. n. 8. Villal.* P.Laym. P.Fagũd. *in sum. tom. 1. tr. 9. diffic. 32. n. 2. Suar. disp.* Villalob. *26. sect. 6. n. 5. Henr. lib. 4. cap. 4. n. 4. Vasq.* P.Suar. *q. 91. ar. 2. dub. 3. n. 6. Filliuc. tr. 7. c. 3. n.* P.Henriq. *61. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 129. & Bonac. q.* P.Vasq. *5. s. 2. punct. ultimò n. 5.* P.Filliuc. Diana

Bonac. Verùm hi Doctores quoad istam partē (ut bene notat *Lugo disp. 15. n. 62.* & ex P.Lugo. illo *Escobar tom. 2. Theol. moral. lib. 15. sect. 2. probl. 83.*) videntur loqui minùs bene, quia revera opinio de contritione perfecta, propter ejus difficultatē non potest esse sufficienter certa, ita ut excuset à confessione, quæ est medium securum: & quando agitur de salute animæ (ut ipsi Doctores fatentur) non possumus uti opinione probabili, relictâ certâ & securâ; tunc enim habet locum regula *In dubio tutior pars est eligenda.* Regula In dubio:

29 Utrùm verò pœnitens in casu proposito teneatur dicere publicè omnia peccata? Respondendũ est cum distinctione: possumus enim loqui aut de peccatis publicis, & hæc debent dici, quia non est ratio excusans ab eorum integritate. Ita cum pluribus *Henr. l. 4. c. 3. Navar. man. c. 21. n.* P.Henriq. *7.* & alii, quos citat, & sequitur *Tan. q.* Navarr. *7. n. 26.* Aut possumus loqui de peccatis P.Tãner. occultis; & quoad hæc omnes Doctores citati asserunt posse dici sola peccata minoris infamiæ, relictis ac suppressis grandioribus, pro quibus dicunt satis esse pœnitentem se accusare in genere de omnibus aliis peccatis, quibus Deum offendit. Et probatur; quia infamia publica excusat à maiori integritate.

Imò posse pœnitentem dicere solùm aliquot Venialia in specie, accusando se in genere de omnibus aliis peccatis, meritò opinantur *Coninck disp. 5. dub. 10. n. 77.* P.Coninc. *Molfes. in sum. tom. 1. tr. 7. c. 11. n. 12.* Molfes. *Navar. man. cap. 2. n. 7.* & valde probabi- Navarr. le dicit *Tan.* proximè, quibus accedūt *Lug.* P.Tanner. *cit. n. 63. Alph. de Leon*, & alii, quos citat, P. Lugo. & sequitur *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 129.* Leon. Diana.

30 *Secunda difficultas*: An obliget ad confessionem per interpretem? *Lugo proximè n. 63.* secutus *Sylvest. verb. Confessio 1. n. 15. Cann. relect. de pœnit. p. 5.* & alios, existimat teneri pœnitentem in articulo mortis confiteri integrè omnia mortalia per interpretem. Fundamentum est, quia incommodũ revelandi duobus eadē peccata, præsertim quando utrique revelantur sub sigillo, non videtur tanti momenti, ut in articulo mortis excuset ab integritate. Et hoc ostenditur in eo, qui habet casus reservatos, & est communicaturus; nam si præsentē non habeat Prælatũ, debet absolvi ab inferiori cum onere cōparendi postea Prælato: in quo casu incōmodum revelandi duobus eadem reservata non excusat ab integritate: ergo neque à fortiori in articulo mortis, ubi infamiæ momentum est minus, & periculũ salutis maius. P.Lugo. Sylvest. Cann.

31 Nihilominus distinctione opus est, & *Dico primò*: Præceptum divinum nō obligat per se ad confessionē per interpretem; est enim confessio per interpretē aliquo modo publica, utpote facta coram tertio, qui Confessarius nō est: at præceptum divinũ non obligat ad confessionem publicā, ut constat ex *Trid. sess. 14. c. 5.* Trident.

Dico secundò: Si pœnitens probabiliter timeat, vel dubitet de sua cōtritione, obligatur ex charitate propria ad confessionē per interpretē; hoc patet ex dictis *num. 28.* quia præponderat periculum animæ extremum cuilibet alii inconvenienti, & famæ incommodò.

32 *Dico tertiò*: Tunc non est opus cōfiteri integrè; sed potest constitutus in mortis articulo dicere duntaxat peccata minoris infamiæ, aliis suppressis, ac silētio involutis. Ita *Nugnus in addit. ad 3. p. q. 9. a. 3. diffic. 1. ad 1. Fagund. 2. præc. l. 2. c. 6. n. 8. Suar. d. 26. s. 6. n. 5. Henr. l. 4. c. 4. n. 4. Laym. l. 4. tr. 6. c. 6. n. 1.* Et probatur, quia publicitas confessionis excusat ab integritate. Imò, ut constat ex *n. 29.* poterit pœnitēs in hoc casu dicere sola aliqua Venialia, accusando se in genere de omnibus aliis peccatis. Et ita tenēt *Coninck, Molf. Nav. Tan. Alphons. de Leon. Lug. & Dian.* dicto *n. 29.* allegati; quia publicitas, & infamia excusant à maiori integritate. Nugnus. P. Fagũd. P. Suar. P.Henriq. P.Laym.

33 Neq; obstat periculũ animæ in articulo mortis, nā hoc sufficiēter tollitur per absolutionē venialiũ, quæ indirectè cadit super omnia mortalia. Ad fundamētũ *Lugi*, quatenus dicit incōmodum revelandi duobus reservata, nimirũ Superiori, & inferiori, nō excusare ab integritate; & inde infert, neque ab ea excusare incommodum

dum revelandi peccata interpreti, & Confessario. Respondetur imprimis nihil probare; quia, si quid probat, etiam probat confessionem per interpretem obligare extra articulum mortis, quod tamen neque ipse *Lugo* concedit. Respondetur secundò, plures existimare habentem casus reservatos in proposito eventu, non teneri illos revelare Sacerdoti inferiori, sed postea soli Prælato, propter incommodum subjiciendi peccata eadem duobus, de quo nos *tract.* 8. Respondetur tertiò, admissâ eâ doctrinâ de Reservatis, dari diversam rationem in nostro casu; nam revelatio, quæ fit interpreti, est ipsi Sacramento quodammodo externa; non ita, quæ fit Sacerdoti inferiori, & superiori; uterque enim est minister Sacramenti; interpres verò minister non est, sed solùm medium: publicitas autem, & infamia externa excusat ab integritate; non ita infamia interna, ut constat ex dictis *tract. 3. disp. 3. sect. 5. diff. 3. n.* 598.

34 *Tertia difficultas*: An obliget ad confessionem in scriptis, quando pœnitens aliter se explicare non potest? Et quidem, si quæstio procedat in articulo mortis, nõ est dubium obligare, saltem ratione periculi; est enim confessio in scriptis minùs incommoda, quàm confessio publica, aut per interpretem: & tamen pœnitens tenetur ad confessionem publicam, & per interpretẽ, ut constat ex dictis.

Solùm dubitari potest, an tunc teneatur integrè confiteri? Negant *Sayr. de pœnit. cap.* 12. *n.* 17. *Zerol. cap.* 14. *quæstio* 5. *Valent. d.* 7. *q.* 11. *punc.* 1. *Navar. cap.* 21. *n.* 36. *Sot. in* 4. *dist.* 58. *q.* 2. *a.* 6. *Medina codice de confessione q.* 15. *Vict. n.* 173. *Tolet. l.* 3. *c.* 6. *Henr. l.* 2. *c.* 2. Probatur, quia scriptura de se est instrumentum publicum, & subjacet periculis infamiæ.

Sayrus. Zerola. P. Valent. Navar. Sotus. Molina. Victoria. P. Tolet. P. Henr.

35 Nihilominus distinctione opus est: aut enim pœnitens non potest omnia scribere commodè, & sine periculo infamiæ, & sic dicendum est non teneri ad scribenda omnia, ut docent Doctores citati, & probat eorum fundamentum.

36 Aut potest omnia scribere sine periculo, quia nimirum potest ea scribere in præsentia Cõfessarii, & statim rumpere; & sic dicendum est teneri. Ita *Maior in* 4. *dist.* 17. *q.* 1. *Gabr. q.* 1. *art.* 2. *Sylvest. confessio* 1. *n.* 16. *Petrus Sotus lect.* 11. *de confessione. Suar. disp.* 36. *sect.* 6. *Vasq. q.* 91. *art.* 4. *dub.* 5. *Coninck disp.* 5. *dub.* 10. *n.* 18. *Pezant. in addit ad* 3. *par. q.* 10. *sub fin. diff.* 2. *pag.* 976. *Filliuc. tract.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 8. *n.* 63. & alii, quos citant, & sequuntur *Hurt. d.* 8. *diff.* 4. & *Bonacin. proximè*. Probatur, quia scriptura in his circumstantiis non est publica, neque ullum aliud affert incommodum excusans ab integritate: ergo, &c. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

Maior. Gabr. Sylvest. Sotus. P. Suar. P. Vasq. P. Coninc. P. Pezant. P. Filliuc. P. Hurt. Bonac.

37 *Quarta difficultas*: Per quam confessionem impleatur divinum præceptum? Et imprimis certum est non impleri per confessionem invalidam, sive defectus proveniat ex parte pœnitentis, sive ex parte Confessarii, quia non habebat jurisdictionem, vel quia non habuit intentionem, aut verâ absolutionis formâ usus non est. Probatur, quia præceptum non impletur nisi per actum quoad substantiam, & in hoc casu deficit actus quoad substantiam: ergo, &c.

38 Tota dubitatio est, an impleatur per confessionem validam informem? Negat *Adrian. q.* 5. *de confess. dubio* 4. Idque *primò*, quia præceptum divinum non impletur per actum non rectè factum, qualis est confessio informis; ideo enim est informis, quia est non rectè facta. *Secundò*, quia præceptum virtutis pœnitentiæ non impletur per actum informem: ergo neque præceptum Sacramenti pœnitentiæ, nam hoc determinat illud; & quando unum præceptum determinat aliud, illud includit, & aliquid ampliùs: v. g. quia præceptum positivum de Decimis determinat naturale obligans ad alendos Ministros Ecclesiasticos, includit eorum sustentationem, & aliquid ampliùs, nimirum Decimas.

Adrian.

39 Nihilominus dicendum impleri. Ita *Suar. disp.* 35. *sect.* 4. *n.* 3. *Henr. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 1. & *lib.* 5. *cap.* 15. *Filliuc. tr.* 7. *c.* 2. *quæsit.* 8. & *cap.* 3. *n.* 65. *Bonac. proximè s.* 2. *pun.* 4. *n.* 21. *Lugo disp.* 19. *n.* 137. *Valent. tr.* 4. *d.* 7. *q.* 11. *p.* 2. & 3. *Pezantius* 3. *p. q.* 10. *disp.* 3. *Zerola in praxi pœnit. c.* 13. *q.* 35. *Nugnus in addit. q.* 6. *a.* 5. *diff.* 2. & 6. *q.* 9. *dub.* 2. & *communis Theologorum*. Probatur, quia præceptum solùm est de Sacramento, & non de fructu illius: & hoc ostenditur exemplo aliorum Sacramentorum, nimirum Baptismi validi, & informis, Communionis validæ, & informis, &c. nam per illa sic absque fructu implentur eorum præcepta.

P. Suar. P. Henriq. P. Filliuc. Bonac. P. Lugo. P. Valent. P. Pezant. Zerola. Nugnus.

40 Ad primum fundamentum *Adriani* respondetur, præceptum divinum impleri per actum rectè factū quoad substātiā, licèt non sit rectè factus quoad modū; in quo quidem violabitur aliud præceptum obligans ad modum, non tamen hoc obligans solùm ad substantiam. Exemplo res declarabitur; nam, si v. g. extremè indigenti restitituas, vel eleemosynam eroges propter vanam gloriam, certè satisfecisti præcepto justitiæ, vel charitatis, quia hæc solùm obligant ad actum quoad substantiam, licèt violaveris præceptum humilitatis, cui oppositus est modus, nimirum vana gloria.

Ad secundum respondetur, etiam præceptum virtutis pœnitentiæ impleri per actum informem, si detur quoad substantiam, licèt aliàs propter aliquod impedimentum, vel obicem, qui inculpabiliter non removetur, ejus fructus nō sequatur, nam præceptū nō præcipit fructū actûs; sed solùm ipsum actum quoad substantiam.

DISPUTATIO SECUNDA

De Præcepto Ecclesiastico.

Erunt sectiones quinque; prima: An detur præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis, & quas personas obliget? Secunda: An non habens conscientiam peccati mortalis teneatur confiteri saltem Venialia? Tertia: Pro quo tempore obliget hoc præceptum? Quarta: Ad quam confessionem obliget, & per quam impleatur? Quinta: Quæ pœnæ sint impositæ transgressoribus hujus præcepti? & Qui ab illis excusentur?

SECTIO PRIMA.

An detur præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis, & quas personas obliget?

41 *Videtur non posse Ecclesiam ferre præceptū annuæ confessionis.*
42 *Certum est dari in Ecclesia talem potestatem.*
43 *De facto datur in Ecclesia hoc præceptum.*
44 *Respondetur cuidam objectioni.*
45 *Ostenditur, hoc præceptum obligare per se ad confessionem annuam.*
46 *Quas personas obliget? Non obligat infideles.*
47 *An obliget hereticos? Negant nonnulli.*
48 *Sed affirmandum cum communi.*
49 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*
50 *Summus Pontifex obligatur præcepto annuæ confessionis.*
51 *An obligentur etiam pueri statim ac habent usum rationis? & proponitur sententia negativa.*
52 *Dicendum tamen obligari pueros habentes conscientiam peccati mortalis.*
53 *Solvitur objectio partis contrariæ.*
54 *Utrùm Summus Pontifex possit secum, & cum aliis dispensare in hoc præcepto? Potest validè.*
55 *Non potest licitè quoad dispensationem in totum.*
56 *Potest licitè quoad dispensationem in partem, data rationabili causa, sine qua si dispenset, peccat.*
57 *Quod peccatum committat?*

666 *Rimâ difficultas*: An detur præceptum ecclesiasticum obligans ad annuam confessionem? Videtur enim in Ecclesia non esse potestatem ad ferendum tale præceptum: est enim confessio actus valde occultus, utpote quæ de peccatis merè internis, quæ Ecclesia non potest præcipere sibi subjici, non enim judicat de interioribus.

42 Nihilominus certum est primò dari in Ecclesia talem potestatem; idque constat tum ex perpetua traditione, tum ex *Trident. sess. 21. c. 2.* ubi definitur posse Ecclesiam circa usum Sacramentorum præcipere ea, quæ saluti Fidelium magis congruere judicaverit, &c. Item quia ab actu ad potentiam bene valet argumentatio; & Ecclesia olim præcipiebat confiteri ter in anno, ut constat ex *Papa Fabiano in Cap. Etsi non frequentius, de consecratione* *Trident.* *Cap. Etsi non,*

Concil. Turon. tione dist. 2. & ex Concilio Turonensi 3. c. 50.

43 Certum est secundò dari de facto præceptum annuæ confessionis. Probatur tum ex *Concilio Lateran. in Cap. Omnis utriusque sexûs, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi hoc præceptum expresè continetur: ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, &c.* Tum ex *Concilio Trident. sess. 14. c. 5. & canon. 8.* ubi dicitur esse in Ecclesia præceptum annuæ confessionis. (Cap. Omnis utriusque.) (Trident.)

44 Neque obstat quòd confessio sit valde occulta: respondetur enim esse quidem actum valde occultum, sed tamen externum, cujus determinationem quoad tempus Christus Dominus suæ Ecclesiæ commisit; in quo illa directè, & per se nihil præcipit circa actus merè internos, sed solùm circa ipsam confessionem externam, quæ ex institutione, & præcepto divino est etiam de actibus merè internis. Ubi notandum, præceptum annuæ confessionis non esse purè ecclesiasticum, sed mixtum, hoc est, simul divinum; & ecclesiasticum: divinum quoad substantiam confessionis: ecclesiasticum quoad circunstantiam temporis, & determinationem annuam.

45 Utrùm verò hujusmodi præceptum præcisè, quà ecclesiasticum, determinet, & obliget per se ad confessionem annuam: an solùm per accidens ratione Eucharistiæ, quæ semel in anno accipienda est? *D. Thom. d. 17. q. 3. a. 1. quæstiunc. 4. & quodlib. 1. a. 11. D. Antoninus 3. part. tit 14. cap. 19. §. 3.* videntur indicare solùm determinare & obligare per accidens ratione Eucharistiæ. *Dicendum* tamen cum *Suar. d. 36. n. 3. &* communi Theologorum, determinare & obligare per se. Probatur, quia nihil est magis vulgare inter Fideles, quàm esse in Ecclesia quinque præcepta, in quibus Confessio, & Communio sunt distincta. Et confirmatur; quia, si quis ex rationabili causa excusetur à Communione, non excusatur à confessione; & qui utramque culpabiliter omittit, reus est duplicis peccati: ergo, &c. (D. Thom. D. Antonin.) (P. Suar.)

46 *Secunda difficultas*: Quas personas obliget præceptum annuæ confessionis? Et imprimis certum est non obligare infideles non baptizatos. Primò, quia hi non habent peccata commissa post baptismum, quæ sola sunt materia confessionis; unde neque præcepto divino obligantur. Secundò, quia non sunt subditi Ecclesiæ: ergo non possunt obligari ejus præceptis.

47 Solùm dubitari, & quæri potest primò: An obliget hæreticos? Negant nonnulli Recentiores apud *Lugo disp. 15. n. 144.* Probatur *primò*, quia Concilium Lateranense in Cap. *Omnis utriusque*, & *Trident.* loco citato loquitur de solis Fidelibus. *Secundò*; quia, si hæc lex lata esset etiam pro hæreticis, foret imprudens, & irrationabilis, cùm certum sit illos eam non esse observaturos. (Concil. Lateran. Trident.)

49 Nihilominus dicendum cum communi Theologorum etiam obligare hæreticos. Probatur, quia Ecclesia hoc suo præcepto solùm determinavit tempus obligationi, & præcepto divino: at verò præceptum divinum etiam hæreticos cōprehendit, ut constat ex dictis suprà *n. 6.* Et confirmatur, quia verba legis sunt generalia, ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, &c.* & nomine Fidelium veniunt omnes baptizati, etiam hæretici: & hoc ostenditur ex *Trident. sess. 14. cap. 5.* ubi dicit materiam hujus Sacramenti esse peccata, in quæ Christi Fideles ceciderint; constat autem etiam peccata hæreticorum cōmissa post baptismum esse materiam hujus Sacramenti: ergo, &c. (Trident.)

49 Ex quo patet solutio ad primum. *Ad secundum* negandum est hanc legē in ordine ad hæreticos esse irrationabilem, & imprudentem; nām imprimis talis non est lex divina, cùm tamen illos obliget. Secundò, quia aliàs sequeretur neq; leges jejunii, & abstinentiæ à carnibus cōprehendere hæreticos. Tertiò, quia lex universalis, ut sit prudens & rationabilis, nō attendit utilitatē hujus, vel illius personæ, sed bonū totius Ecclesiæ, & cōmunitatis.

50 Quæritur 2. An obliget etiā Summum Pontificem? Negant nonnulli apud *Lugo prox. n. 142.* Probatur, quia hoc præceptū, ut constat, est ecclesiasticū; & Summus Pōtifex non ligatur aliquo præcepto ecclesiastico, est enim super omne. Tenēda tamē resolutio affirmativa cū *Suar. disp 36. sect. 8. n. 5. Henr. l. 1. c. 3. n. 2. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 4. Nug. in addit. q. 6. a. 5. diff. 3. pag. 250, Reg. l. 6. n. 49. Filliuc. tr. 7. c. 3. q. 11. n. 67. Molf. tr. 7. c. 10. n. 10. Azor c. 40. quæst. 11. Fag. pr. 2. l. 1. c. 3. n. 17. Comit. respons. moral. l. 1. q. 101. Lean. d. 3. q. 27. Barbos. in collectaneis dicto Cap. Omnis utriusq; n. 2. Bonacin. q. 5. s. 2. punct. 4. num. 4.* Probatur; quia, licèt Princeps non subjaceat suis legibus, quà legibus, hoc est, quoad (P. Suar. P. Henriq. P. Vasq. Nugn. P. Regin. P. Filliuc. Molfes. P. Azor. P. Fagnd. Comitolus Barbosa. Bonac. Leander.)

quoad earum vim coactivam, unde non subjacet earum pœnis, ligatur tamen illis quoad vim directivam, hoc est, non quâ legibus, sed quatenus rationi consonum est Principem facere id, quod præcipit, juxta illud vulgare, *Patere legem, quam tu ipse tuleris:* & juxta illud, *Quod quisque juris in alterum constituit, eo quoque ipse debet uti:* & juxta illud Christi Domini *Matth.* 23. *Alligant enim onera gravia, &c.* (Matth 23) Utrùm vero Summus Pontifex possit secū dispensare? Dicemus commodiùs infrà *à n.* 54.

51 Tertiò quæri potest: An obliget pueros statim ac habent usū rationis? Negant *Henr. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 2. *Sot. in* 4. *dist.* 12. *q.* 1. *art.* 11. *D. Antonin.* 2. *par. tit.* 9. *cap.* 8. §. 2. *Sa sum. verbo Confessio n.* 3. asserentes pueros non obligari præceptis ecclesiasticis ante annos pubertatis, hoc est, quatuordecim in pueris, & duodecim in puellis. Et quod attinet ad præceptum cōfessionis, probatur; quia in Cap. *Omnis utriusque* æqualiter præcipitur confessio, & Communio: at Communio nō obligat statim post usum rationis ante annos pubertatis, ergo neq; cōfessio. (P. Henriq. Sotus. D. Anton. P. Sa. Cap. Omnis utriusque)

52 Dicendum tamen etiam obligare pueros habentes conscientiam peccati mortalis. Ita *Navar. cap.* 21. *n.* 88. *Coninck disp.* 5. *dub.* 5. *n.* 50. *concl.* 1. *Vasq. q.* 90. *art.* 2. *dub.* 4. *Filliuc. tr.* 7. *cap.* 3. *quæsit.* 10. *n.* 66. *Molfes. tr.* 7. *cap.* 10. *n.* 90. *Nugnus in addit. q.* 6. *art.* 5. *dub.* 1. *pag.* 246. *Valent. tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 9. *pun.* 4. *ad finem. Suar. disp.* 36. *sect.* 2. *n.* 3. *Azor tom.* 1. *lib.* 7. *inst. mor. c.* 40. *q.* 6. *& cap.* 41. *q.* 10. & alii plures, quos citant, & sequuntur *Sanch. l.* 1. *Decalog. c.* 12. *n.* 6. *Bonac. q.* 5. *f.* 2. *pun.* 4. *n.* 2. *& Barbos. cit. in collect. Cap. Omnis utriusque.* Probatur primò ex ipso textu, ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, cum ad annos discretionis pervenerit, &c.* Secundò, quia hoc præceptum ecclesiasticum determinat tempus omnibus, quos obligat præceptum divinum, ut constat ex *Trident. sess.* 14. *c.* 5. at præceptum divinum obligat omnes, etiam pueros, habentes conscientiam peccati mortalis. Tertio, quia alia præcepta ecclesiastica observandi Festa, audiendi Missam, abstinendi à carnibus, &c. obligant omnes statim ac perveniunt ad usum rationis: ergo idem dicendum de præcepto annuæ confessionis. Utrùm verò eos etiam obliget quoad pœnas, dicemus infrà *à n.* 11. (Navar. P. Coninc. P. Vasq. P. Filliuc. Molfes. Nugnus. P. Valent. P. Suar. P. Azor. P. Sanch. Bonac. Barb. Trident.)

53 Neque verum est in *Cap. Omnis* æqualiter præcipi confessionem, & Communionem; nam confessio præcipitur absolutè, Communio verò cum illa limitatione, *Nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi præceptione duxerit abstinendum, &c.* Et ætas impuberum communiter reputatur rationabilis causa, quia in illa pueri non agnoscunt excellentiam mysterii Eucharistiæ. (C. Omnis utriusque)

54 *Tertia difficultas:* An Summus Pontifex possit secum, aut cum aliis dispensare in hoc præcepto annuæ confessionis? Et imprimis certum est posse validè. Ita *D. Thom. in addit. q.* 6. *art.* 6. *Suar. disp.* 36. *sect.* 1. *Vasq. q.* 90. *art.* 1. *dub.* 5. *n.* 4. *&* 11. *Val. tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 9. *punc.* 5. *Regin. lib.* 6. *n.* 32. *Azor* 1. *par. lib.* 2. *cap.* 29. *Filliuc. tr.* 7. *cap.* 2. *quæsit.* 2. & alii communiter, quos citant & sequuntur *Bonac. proximè n.* 11. *Hurt. disp.* 7. *diff.* 6. *Turrian. disp.* 19. *dub.* 5. *Leand. disp.* 3. *q.* 25. Et probatur, quia hoc præceptum quoad determinationem temporis, ut diximus, est ecclesiasticum, & Summus Pontifex potest secum, & cum aliis dispensare in quolibet præcepto ecclesiastico; imò quodlibet in totum abrogare, *Cap. Proposuit, de concessione Prabenda:* & est communis Doctorum in materia de Legibus. (D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Valent. P. Regin. P. Azor. P. Filliuc. Bonac. P. Hurt. P. Turr. Leander. Cap. Proposuit.)

55 Tota dubitatio est: An possit licitè? Et quidem, si quæstio procedat de dispensatione in totum, Respondetur negativè cum Doctoribus proximè, quia Summus Pontifex tenetur determinare aliquod tempus confessionibus Fidelium, ut constat ex dictis.

56 Sin autem quæstio procedat de dispensatione solùm pro aliquo tempore, apponendo terminum laxiorem, aut id fiet cum rationabili causa; & tūc dicendū est posse licitè. Aut sine rationabili causa; & tunc non poterit absque peccato, quia hæc dispensatio est perniciosa saluti animarum.

57 Utrùm verò sit peccatum mortale, an solùm veniale? Respondetur de se esse mortale. Ita *Sanch. tom. consiliorum l.* 5. *c.* 1. *dub.* 5. quia id dicit esse bonis moribus valde contrarium: unde retractat opinionem, quam secutus fuerat *l.* 8. *de matrim. d.* 18. *n.* 7. Dicendum tamen videtur, si dispensatio sit pro una tantùm vice, cum modica temporis intercapedine, esse tantùm peccatum veniale propter parvi- (P. Sanch.)

P. Salas. P. Azor. P. Lessius. P. Filliuc. P. Lugo. P. Cast. P.

parvitatem materiæ. Ita *Sal. de legibus disp. 14. sect. 2. n. 19. & 20. & disp. 20. sect. 2. n. 104. Azor 1. tom. lib. 3. cap. 11. q. 1. Less. lib. 2. de just. cap. 35. dub. 5. n. 34. Filliuc. tom. 2. tract. 21. cap. ultimo, num. 426.* & alii, quos citant, & sequuntur *Lug. d. 15. n. 143. & Castro Palao to. 1. tr. 3. d. 6. punct. 8. §. 1. n. 5.*

SECTIO II.

Utrùm non habens conscientiam peccati mortalis teneatur confiteri saltem Venialia?

58 *An Ecclesia possit præcipere confessionem Venialium? & proponitur sententia negativa.*
59 *Resolvitur posse Ecclesiam præcipere confessionem aliquorum Venialium.*
60 *Probatur hæc sententia.*
61 *Solvitur fundamentum contrarium.*
62 *Utrùm confessio Venialium possit præcipi sub mortali? & refertur sententia negativa.*
63 *Præfertur affirmativa.*
64 *Monachi Benedictini obligabantur olim ad confessionem Venialiũ sub mortali.*
65 *Solvuntur fundamenta contrariæ sententiæ.*
66 *An de facto obliget Ecclesia ad cõfessionẽ Venialium non habentes peccatum mortale? & proponitur opinio affirmativa, ac illius fundamenta.*
67 *Præfertur sententia negativa.*
68 *Solvuntur argumenta contraria.*
69 *An homo habens peccatum mortale, quod justa de causa non tenetur confiteri, obligetur ad confitenda sola Venialia? Affirmat Nugnus.*
70 *Probabilius tamen negandum.*

SUb hoc titulo inquiri possunt duo; primum: An Ecclesia possit præcipere confessionẽ Venialium? Secundum: An de facto eam præcipiat non habentibus conscientiam peccati mortalis?

58 *Prima ergo difficultas est*: An Ecclesia possit præcipere confessionem Venialium? Negant *Paludan. in 4. d. 117. q. 2. ar. 4. concl. 2. Sylvest. verb. Confess. 1. q. 13. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. ar. 3. larg. 2. Henr. lib. 4. c. 4. n. 10. Rodrig. qq. reg. tom. 1. q. 62. ar. 1. Gloss. in Clem. 1. de statu Monach. Leand. disp. 3. q. 36. & alii.* Fundamentum est, quia Ecclesia nequit mutare materias, & formas Sacramentorum, easque aliter, ac à Christo Domino institutæ sunt, constituere: at Christus Dominus non instituit Venialia materiam confessionis necessariam, sed liberam.

Palud. Sylvest. Sotus. P. Henriq. Rodrig. Gloss. Leander.

59 Nihilominus dicendum, licèt Ecclesia non possit præcipere confessionẽ omnium Venialium, quia hoc est impossibile, juxta textum in *Cap. Septies, de pœnitentia dist. 3.* & lex debet esse de possibili, juxta textum in *Cap. Erit autem lex*, ibi: *Possibilis, dist. 4.* posse tamen præcipere confessionem aliquorum Venialium. Ita *Navar. in Cap. Placuit, de pœnit. dist. 6. n. 122. Vasq. q. 90. ar. 2. dub. 2. & 3. Canus relect. de pœnit. p. 5. Suar. disp. 35. sect. 5. Laym. tr. 6. c. 5. Hurt. disp. 7. diffic. 8. Turrian. disp. 20. dub. 3. Coninck disp. 5. n. 53. Lug. disp. 15. n. 129. & Tamburin. tom. 2. disp. 6. q. 21. Benzonius de jubilæo l. 5. cap. 15. dub. 6.*

C. Septies. Cap. Erit autem. Navar. P. Vasq. Canus. P. Suar. P. Laymã. P. Hurtad. P. Turrian. P. Coninc. P. Lugo. P. Tãbur. Benzonius.

60 Probatur, quia confessio Venialium cum hac moderatione est actus externus utilis, & honestus, de quo potest esse votum validum: ergo & præceptum. Confirmatur ex *Clementina 1. §. Sane, de statu Monachorum*, ubi præcipitur Monachis Nigris confiteri Venialia; quod licèt ibi expresè non dicatur, i præceptũ intelligunt Doctores: idque primò, quia Põtifex intendebat magnã illorũ Monachorũ perfectionem. Secundò, quia non est credibile præsumere sanctissimos Monachos peccaturos mortaliter singulis mẽsibus; & tamẽ præcipit cõfiteri singulis mẽsibus: ergo præcipit confessionẽ Venialiũ.

Clement.

61 Neque obstat, quòd Ecclesia non possit mutare materias Sacramentorũ; id enim solùm est verũ de mutatione substãtiali, nõ de accidentali. Non item obstat, quòd Venialia solùm sint materia libera, solũ enim sũt libera per se; quod nõ tollit quominus per accidens ex voto, vel præcepto confessionis hic & nunc possint esse materia necessaria.

62 Utrùm verò confessio Venialium possit præcipi sub mortali? Negât *Valent. d. 7. q. 9. pun. 3. Zerol. in praxi pœnit. c. 10. q. 22. Canus proximè, Sot. in 4. dist. 18. q. 1. a. 3. & Faust. de pœnit. l. 4. q. 65.* Probatur *primò*, quia hoc præceptum est de re levi, & præceptum de re levi non potest obligare sub mortali, ut tenent *Ioann. de la Cruz in directorio p. 1. pr. 2. ar. 2. dub. 4. concl. 2. Dian. 3. p. tr. 5. resol. 24. & alii.* Sicut neque votum de re levi obligat sub mortali, ut tenent *Aragonius in 2. 2. q. 88. ar. 3.*

P. Valent. Zerola. Canus. Sotus. Faustus. Cruz. Diana. Aragon.

Villalob. ar. 3. Villalob. in sum. t. 2. tr. 34. diffic. 3. n. 4. & plures alii. Neq; similiter juramentum de re levi sub mortali obligat, ut tenent Sotus de just. l. 8. q. 1. a. 7. & q. 2. ar. 3. D. Antonin. p. 2. d. 10. c. 4. §. 1. Coninck de Sacrament. d. 22. dub. 7. n. 53. Sanch. l. 3. Decalog. c. 4. n. 23. Suar. & alii, quos citat, & sequitur Dian. 4. p. tr. 4. resol. 70. Quibus accedunt Iom. de la Cruz in director 10. 2. prae. 2. a. 1. dub. 3. Conclus. 1. Bizzozerus in sum. part. 3. prae. 2. c. 2. membr. 3. n. 5. Tanner. 2. 2. d. 5. q. 5. dub. 1. n. 24. Villalob. in sum. to. 2. tr. 36. diff. 5. n. 9. Probatur secundò, quia præceptum audiendi Sacrum singulis diebus, quod inest aliquibus Communitatibus, & Collegiis, non obligat sub mortali, ut tenent aliqui Theologi, quos tacito nomine citat Turrianus de pœnit. disp. 20. dub. 3. 4. Sed nonnulli. Ergo idem dicendum de præcepto confessionis venialium singulis mensibus.

Sotus. D. Anton. P. Coninc. P. Sanch. P. Suar. Diana. Cruz. Bizzoz. P. Tāner. Villalob.

63 Dicendum tamen posse præcipi sub mortali. Ita Graffis, Vasq. Hurt. & Turrian proximè. Probatur, quia confessio venialium potest esse materia gravis, tum quia talis est in se; est enim quoddam Sacramentum; tum quia potest referri à legislatore in ordine ad finem gravem, nimirum ad spiritualem profectum Subditorum existentium in statu perfectionis: ergo, &c. Secundò, quia potest quis se se obligare ad talem confessionem cum voto, vel juramento sub mortali.

Graffis. P. Vasq. P. Hurt. P. Turriā.

64 Tertiò, quia de facto præceptum impositum Benedictinis in citata Clementina 1. de statu Monachorum, illos obligabat ad confessionem venialium sub mortali; quòd licèt sit contra Nugnum in addit. ad 3. part. q. 6. art. 5. diff. 7. Molfes in summa tract. 2. cap. 10. n. 21. Aregal. in 1. part. lib. 5. cap. 4. n. 4. Caiet. tom. 1. opusc. tit. 5. q. 1. Villalob. in summa tom. 1. tr. 9. diff. 28. n. 5. & alios apud Dian. 3. p. tract. 4. resol. 125. Filliuc. t. 1. tr. 4. c. 2. n. 54. Suar. in 3. p. d. 86. sect. 5. Henriq. l. 8. de Euchar. c. 5. Tanner. t. 4. disp. 5. q. 8. dub. 5. Traditur tamen à Graffis p. 1. l. 3. c. 5. n. 106. Azor p. 1. l. 7. c. 40. q. 1. Coriolan. de casib. reser. p. 1. sect. 3. a. 1. n. 7. vers. Unde existimo, & Tambur. de jure Abbatum t. 2. disp. 6. q. 10. n. 4. Et habetur in declaratorio regulæ cap. 28. & colligitur ex pœna gravissima imposita transgressoribus, ibi: Comedant in terra cum pane tantùm, & aqua, & dicant suam culpam in Capitulo, &c. ut refert, Graffis l. 1. decis. c. 9. n. 11. Dixi (obligabit) quia jam non obligat hodie; nō enim prædicatur cum isto rigore, ut notant Doctores citati.

Clement. Nugnus. Molfes. Megala. Caiet. Villal. Diana. P. Filliuc. P. Suar. P. Henriq. P. Tāner. Graffis. P. Azor. Coriol. Tambur. Graf.

65 Ex dictis patet solutio ad primū; dicendum enim est hoc præceptum esse de re gravi. Ad secundum respondetur auditionem Missæ in illis Collegiis non præcipi in ordine ad perfectionem spiritualem; sic enim esset materia gravis; sed solùm in ordine ad bonam gubernationē externam, quo pacto videtur materia levis.

66 Secunda difficultas: An de facto Ecclesiā præcepto annuæ confessionis obliget ad confessionem venialium non habentes conscientiam peccati mortalis? Affirmant Alens. 4. p. q. 18. memb. 4. ar. 2. D. Bonav. in 4. dist. 17. parte 2. art. 2. quæst. 1. & Richar. art. 2. q. 4. Probatur primò, quia obligat ad confessionem, & hæc fieri nequit à non habentibus conscientiam peccati mortalis, nisi confiteantur venialia. Secundò probatur communi praxi: omnes enim confitentur, habeant, vel non habeant mortalia: aliter excommunicantur.

Alensis. D. Bonav. Richard.

67 Nihilominus communis est resolutio negativa, quam tenet D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. a. 1. quæstiunc. 3. Scotus q. 1. Suar. d. 36. sect. 2. n. 8. Azor 1. p. c. 2. quæst. 3. Nugn. in addit. q. 6. a. 3. dub. 1. & 2. 6. diff. 1. pag. 155. Filliuc. tr. 7. n. 66. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 2. n. 11. Coninck d. 5. dub. 5. n. 32. Reginal. l. 6. n. 22. Gueterrez Canon. q. l. 1. c. 6. n. 7. Beja in resp. c. casuum conscient. p. 3. casu 37. Becanus de Sacram. c. 36. q. 6. n. 3. & alii, quos citant, & sequuntur Bonac. q. 5. sect. 2. punc. 4. n. 8. Barbos. in collect. in cap. Omnis utriusque n. 4. Dian. 3. p. tr. 4. res. 75. Hurtado de pœnit. disp. 7. diff. 7. Lugo d. 15. n. 132. Pitigian. 2. p. dist. q. unica art. 3. principal. fol. 344. Turrianus de pœnit disp. 20. dub. 2. Granado de pœnit. tr. 1. disp. 9. n. 9. Dicastilb. disp. 6. n. 109. Probatur primò, quia Ecclesia non fecit novum præceptum de confessione, sed solùm divinum determinavit, ut docet Trident. sess. 14. c. 5. præceptum autem divinum non obligat ad venialia: ergo, &c. Secundò probatur, quia textus in Cap. Omnis utriusque præcipit confiteri omnia peccata: non ergo loquitur de venialibus, quia impossibile est cōfiteri omnia venialia. Tertiò, quia præcipit confiteri proprio Sacerdoti, & venialia non habent proprium Sacerdotem.

D. Thom. Scotus. P. Suar. P. Azor. Nugnus P. Filliuc. P. Vasq. P. Coninc. P. Regin. P. Becan. Gutter. Beja. Bonacin. Barb. Diana. P. Hurt. P. Turr. P. Lugo P. Granad P. Dicast. Trident. Cap. Omnis utriusque.

§. 5.

Utrùm in prædicto casu non solùm possit, sed etiam debeat Sacerdos absolvere? & Utrùm absolutè, an conditionatè?

111 *Resolvitur teneri administrare absolutionem.*

112 *Potest absolutio conferri absolutè.*

111 QUæres tertio. An in casu proposito nō solùm possit, sed etiam teneatur Sacerdos moribundum absolvere? Non teneri existimant *Alvarez d. 80. n. 55. Coquetius in dissertat. de confessione per literas cap. 5.* Sed dicendum, omnino teneri cum *Lugo cit. n. 87. Regio casu. 39. num. 16. Turrian. d. 30. dub. 1. Suar. d. 23. s. 1. n. 15. Megala l. 2. cap. 11. num. 8. Ioan. de la Cruz cit. 7. 3. dub. 8. conclus. 2. Coninck cit. d. 7. dub. 11. num. 106. Memoriale Gregor. XV. cit. cap. 1. n. 17. Filliuc. tract. 7. cap. 5. num. 123. Dian. proximè resol. 9. Vasq. cit. dub. 1. n. 38. Sanch in selectis d. 44. num. 35. Hurtad. de Sacram. d. 3. diffic. 9. & aliis pluribus.* Probatur, quia Sacerdos potest; & quoties potest, tenetur subvenire proximo in gravi periculo æternæ salutis constituto, idque ex charitate, imó & ex justitia, si sit Pastor. Neque obstat periculum frustrandi Sacramentum, quia præceptum charitatis est fortius præcepto religionis.

Alverez. Coquet. Regius. P. Turrian. P. Suar. Megala. P. Coninc. Memoriale Gregor. P. Filliuc. Diana. P. Vasq. Ioā. Sanch. P. Hurt.

112 An veró absolutio impendenda sit absolutè, an sub conditione? Communiter dicitur cum *Suar. disp. 23. s. 1. n. 12.* impendendam esse sub conditione, quia in dubio, an valeat Sacramentum, administrandum est sub conditione propter periculum frustrandi illud, ut constat ex *Cap. De quibus, de baptismo. Cap. Si nulla dist. 4. de consecrat. Cap. Solemnitates dist. 1. Cap. Ecclesia dist. 68.* Sed probabilius est posse impendi absolutè. Ita *Vasq. cit. n. 39. Diana proximè resol. 10. & Ioan. Sanchez cit. num. 32.* Probatur, quia in hoc casu datur opinio probabilis, & hoc non æquivalet dubio, sed certitudini morali: qui autem operatur cum certitudine morali, securè potest operari, ac proinde absolutè. *Regula In dubio, & similiter textus in Cap. De quibus* intelliguntur de dubio negativo, quod propriè dubium est, non de opinione probabili, quia hæc simpliciter non est dubium, sed certitudo moralis.

P. Suar. C. De quib. Cap. Si nul. C. Solemnitat. Cap. Eccles. P. Vasq. Diana. Ioā. Sanch.

§. 6.

De moribundo, cujus confessionem non est qui testetur, dubitatur tamen, an illam petierit.

113 *Probabile est eum, qui invenitur vulneribus confossus, confessionem petiisse.*

114 *Probabile videtur posse absolvi sub conditione.*

115 *Occurritur argumentis, quæ fieri possunt pro parte negativa.*

113 TErtia difficultas est de moribundo, cujus confessionem non est qui testetur, dubitatur tamen, an dum caderet, cognoscens se mori, illam petierit. Casus procedit, quando loco prælii, aut duelli reperitur moribundus vulneribus confossus, sanguine exhaustus, & jam sensibus destitutus; de hoc enim dubitari potest, an petierit confessionem: solent enim milites cadentes petere confessionem: & fortè hic, qui ita invenitur, dum caderet, illam petiit. Quæritur ergo, an sub conditione sit absolvendus, si fortè confessionem petiit.

114 Non invenio istum casum in his terminis à Doctoribus tractatum. Et quia est in materia gravissima, neque ego hoc loci illum decidere audeo, solùm sub iciam, quæ mihi probare videntur debere in eo impendi absolutionem sub conditione, hoc modo: *Si non petiisti confessionem, ego te non absolvo; at si petiisti, ego te absolvo, &c.* Et probatur primò, quia in dubio, an confessionem petierit moribundus, est sub conditione absolvendus: hîc enim, siquidem agitur de salute animæ in periculo extremo, valet regula *In dubio tutior pars est eligenda*: & suprà *num. 85.* diximus cum *Sanch. Lugo & Dian.* in dubio, an signum doloris sit ex agonia mortis, an ex vera pœnitentia, esse sub conditione absolutionem impendendam, &c. At vero in hoc casu datur dubium, an moribundus petierit confessionem: cur enim hic illam non petierit, cùm soleant ii, qui ita cadunt, dum cadunt, eam petere?

Secundò probatur exemplo Confessariorum, qui in Belgico, ut refert *Lugo cit. sect. 3.* solent in simili eventu absolvere milites, P. Lugo.

milites, quos loco prælii adhuc vivos inveniunt, licèt jam sensibus distitutos. Tertiò; quia, si moribundus non petiit confessionem, nulla fit irreverentia Sacramento, tunc enim non impenditur absolutio: &, si illam petiit, consulitur extremo periculo salutis æternæ, & satisfit præcepto charitatis.

115 Objicies primò: Praxis Ecclesiæ est contraria. Respondetur ea, quæ referuntur de Belgico, & quæ à nonnullis viris doctis fieri audimus, eam moderari. Objicies secundò *Concilium Arausicanum, Carthaginense*, & alia ubi suprà, quatenus dicunt debere constare de desiderio moribundi. Respondetur hæc Concilia solùm velle debere constare de desiderio aut certo, aut dubio; & in hoc casu cōstat de desiderio dubio. Objicies tertiò, Concilia velle debere constare testimonio adstantium. Respondetur testimonium solùm requiri, quando aliâ viâ constare nequit; at in hoc casu aliâ viâ constat de desiderio dubio.

Concilium Araus. & Carthag.

Objicies quartò: In hoc casu non datur accusatio. Respondetur non dari accusationem certam, dari tamen dubiam; seu dubium illius. Objicies quintò: Ista accusatio, seu confessio, si fortè petita est, fuit in absentia Sacerdotis: & confessio in absentia est nulla. Respondetur, confessionem petitam à moribundo perseverare in eo moraliter, quandiu non retractatur, ut constat ex suprà dictis *numero* 107.

TRACTATUS QUINTUS.

De præcepto Sacramenti Pœnitentiæ.



Xpendit disputationes duas; alteram de præcepto divino; de præcepto ecclesiastico alteram.

DISPUTATIO PRIMA

De præceptò divino.



Res instituuntur sectiones: Prima: An detur præceptum divinum de hoc Sacramento; & quas personas comprehendat? Secunda: Pro quo tempore obliget? Tertia: Ad quam confessionem obliget, & per quam impleatur?

SECTIO PRIMA.

An detur præceptum divinum de hoc Sacramento, & quas personas comprehendat?

1 *Nonnulli Canonistæ negant dari præceptum divinum de hoc Sacramento.*
2 *De fide est dari.*
3 *An, si non daretur, posset Ecclesia illud ferre? Proponitur sētētia affirmativa.*
4 *Præfertur negativa cum distinctione.*
5 *Solvuntur quatuor argumenta sententiæ oppositæ.*
6 *Obligat omnes, & solos Fideles post baptismum lapsos in mortale.*
7 *An obliget etiam Infideles? & proponitur sententia affirmativa.*
8 *Præfertur negativa.*
9 *Solvuntur argumenta sententiæ contrariæ.*
10 *An apostoli obligarentur hoc præcepto?*
11 *Resolvitur duplici conclusione.*

1 

Rima difficultas: An detur præceptum divinum de hoc Sacramento? Negarunt nonnulli Canonistæ cum *Gloss. ad cap. finale de pœnitentia dist.* 1. & similiter cum *Gloss. ad cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus*, asserentes obligationem confessionis esse inductam sola consuetudine universalis Ecclesiæ; non enim constat de præcepto divino. Et id etiam nunc negant *Lutherus, Calvinus, Joannes Wiclef, Oecolampadius, Melanchthon, Kemnitius*, & alii plures hæretici apud

P. Bellar. apud *Bellarmin. l. 3. de pœnitentia.*

2 Nihilominus dicendum, de Fide esse resolutionē affirmativā. Definita est in *Concilio Constantien.* 8. & in Bulla *Martini V.* in confirmatione ejusdem Concilii. Item in Decreto *Leon. 10. & Xisti IV.* in *Extravaganti Licet ea*, apud *Castrum adversus Hereses, verbo Confessio*: & clariùs in *Trident. sess. 14. cap. 5.*

Concil. Cōstant. Bul. Mart. Extrav. Licet ea Castr. Trident.

In quo autem Scripturæ loco contineatur hoc præceptum? Respondetur contineri in illo *Ioan. 10. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* nam in illis datur Sacerdotibus potestas retinendi omnia, & singula peccata: & non possent ea retinere, nisi pœnitentes tenerentur illa subjicere. Et declaratur, quia eodem iure, quo datur potestas ad aliquē finem, dantur etiam necessaria ad illum, at verò obligatio confitendi omnia, & singula peccata est quid necessariū, ut Sacerdotes possint omnia, & singula retinere: ergo, &c.

Ioan. 20.

3 Quæres: An, si non esset præceptū confessionis divinum, potuisset Ecclesia illud ferre? Affirmant *Medin. codice de confess. q. 2. Vasq. q. 90. a. 1. dub. 4. Suar. disp. 35. s. 1. Filluc. tr. 7. c. 2. q. 2. & Hurt. disp. 7. diff. 4.* Probatur *primò* ex *Trident. sess. 21. c. 2.* ubi ait Ecclesiam circa Sacramentorum usū posse statuere quidquid ei videbitur, &c. *Secundò*, quia potuit præcipere alia Sacramenta Unctionis, & Confirmationis, licèt non fuerint à Christo Domino præcepta: ergo, &c. *Tertiò*, quia hoc præceptum non videtur excedere potestatem Ecclesiæ legislativam; & alioqui afferret maximas utilitates. *Quartò*; quia, si Ecclesia non posset ferre præceptum de hoc Sacramento, neque posset illud ferre de annuo usu illius; at potest hunc præcipere, & de facto præcipit: ergo, &c.

Medina. P. Vasq. P. Filliuc P. Hurt. Trident.

4 Nihilominus distinctione utendum videtur; potest enim esse sermo de confessione aut quoad aliqua peccata explicatu minùs difficilia, minùsque verecunda: aut quoad omnia. Dicendum ergo est potuisse Ecclesiam ferre præceptum de confessione quoad aliqua peccata minùs difficilia: non quoad omnia. Ita cum pluribus *Coninck. disp. 3. n. 42.* dicens se existimare hoc neminem negaturum. Probatur, quia dicere aliqua peccata nō est res adeò difficilis; & alioqui ex hoc Sacramento maximæ provenirent utilitates. Dicere verò omnia peccata est pluribus adeò difficile multis in casibus, ut, si liceret, eligerent potiùs mori, & vix proposito ad id metu Inferni moveri possunt: Ecclesia autem rem adeò difficilem præcipere non potest.

P. Coninck.

5 *Ad primū* ex Trident. respondetur Ecclesiam non solùm circa alia Sacramenta, sed etiam circa hoc posse de facto præcipere ejus usū supposito præcepto divino de substātia illius; non tamē in illa suppositione, si non daretur præceptū divinum

Ad secundum respondetur esse diversam rationem de hoc Sacramento, ac de aliis Unctionis, & Confirmationis, nam hoc est valde difficile. *Ad tertium* patet solutio ex dictis. Neque obstant maximæ utilitates; nam etiam maximæ sequuntur ex statu Religionis, & tamen Ecclesia nō potest illū præcipere propter ejus difficultatem. *Ad quartum* respondetur esse diversam rationem de substantia hujus præcepti, ac de circunstantia quoad tempus; nam supposito quòd teneamur confiteri omnia peccata, id facere citiùs, aut seriùs non est adeò grave.

6 *Secunda difficultas*: Quas personas cōprehendat præceptum confessionis divinum? Respondetur cōprehendere omnes, ac solos eos, qui post baptismū mortaliter peccarunt. Ita cōmunis Theologorū apud *Tan. q. 4. dub. 8.* & apud *Bonac. q. 5. s. 2. pun. 4. n. 5.* & apud *Diastilb. disp. 7. n. 1.* Probatur, quia omnia, ac sola mortalia cōmissa post baptismum, sunt materia necessaria hujus Sacramēti, ut constat ex *Trident. sess. 14.* ergo, &c. Ex dictis sequitur hæreticos, & apostatas etiam teneri hoc præcepto, quia habent mortalia commissa post baptismum.

P. Tanner. Bonac. P. Dicastil. Trident.

7 Quæres primò: Quid dicendū de infidelibus, qui baptizati nō sunt? Teneri hoc præcepto Affirmant *Sot. in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. Richard. in 4. dist. 17. a. 2. q. 4. Sylvest. ver. confess. 2. q. 5. & Angel. eodem ver. n. 2.* *Primò*, quia illud est divinum; & hoc in eo distinguitur ab ecclesiastico, quòd ecclesiasticū solùm obligat fideles, nā Ecclesia nō habet jurisdictionē in infideles: divinū verò obligat omnes. *Secūdò*, quia eadē est ratio de præcepto divino confessionis, ac de præcepto divino Eucharistiæ, hoc autē obligat etiā infideles: ergo & illud *Tertiò* ex *Cap. Baptizandi dist. 4.* ubi dicitur Catechumenos impositione manuum Sacerdotis recipiendos esse ad baptismum.

Scotus. Richard. Sylvest. Angelus. Cap. Baptizandi.

8 Nihilominus dicendum non teneri. Ita *Suar. disp. 35. sect. 2. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 1. Turr. disp. 2 . dub 1. Hurt. disp. 7. diff. 3. Maior. d. 17. q. 1. Almain. q. 1. a. 2. Leand. disp.*

P. Suar. P. Vasq. P. Turrian P. Hurt. Maior. Almain. Leander.

disp. 3. q. 9. & alii communiter apud ipsum. Probatur uno verbo, quia Infideles non habent peccata commissa post baptismum, & sola hæc, ut docet *Tridentinum*, sunt materia necessaria confessionis.

9 *Ad primum* respondetur, præceptum divinum obligare omnes, qui sunt capaces, seu in quibus est materia illius: at in Infidelibus non est materia confessionis; non enim habent peccata commissa post baptismum. *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de præcepto Eucharistiæ, ac de præcepto confessionis, quia Infidelis est capax obligationis Eucharistiæ, potest enim illam suscipere, si baptizetur; & potest baptizari: at non est capax obligationis confessionis; nam, licèt baptizetur, non potest confiteri peccata commissa ante baptismum; & nondum habet commissa post baptismum. *Ad tertium* respondetur in eo textu non esse sermonem de pœnitentia Sacramentali, sed de cæremoniali externa, quæ significabat dispositionem internam requisitam ad baptismum. Ita *Turr. proximè cit.* P. Turrian.

10 Quæres secundò: Quid dicendum de Apostolis? Respondetur Apostolos posse considerari aut quoad peccata commissa ante baptismum; & hæc clarum est non esse materiam confessionis. Aut quoad peccata commissa post baptismum; & sic aut quoad commissa ante inceptionem Ecclesiæ, quæ incœpit à die Pentecostes, ut cum communi Doctorum docet *Suar. de legib. l. 10. c. 4.* aut quoad commissa post inceptionem Ecclesiæ. P. Suar.

11 *Dico primò*: Peccata commissa ante incœptionem Ecclesiæ non erant materia confessionis. Probatur, quia sola peccata commissa intra Ecclesiam sunt materia hujus Sacramenti, fuit enim institutum per modum judicii; & Ecclesia (ut docet *Trident. sess. 14. cap. 2.*) in neminem judicium exercet, quin priùs in ipsam per baptismi januam fuerit ingressus. *Quid enim mihi* inquit Apostolus) *de iis, qui foris sunt, judicare?* Secus autem de domesticis Fidei. Trident. 1. Corin. 5.

Dico secundò: Peccata commissa post incœptionem Ecclesiæ solùm erant materia sufficiens, & non necessaria. Probatur, quia non erant peccata mortalia, sed solùm venialia: fuerunt enim Apostoli in die Pentecostes confirmati in gratia. Credibile tamen est Apostolos frequētasse confessionem, tum propter gratiam Sacramenti, tum quia illam aliis commendabant, ut constat ex *Iacob. 5. Confitemini alterutrùm peccata vestra*: & ex *1. Ioan. 1. Si confitemur peccata nostra, &c.* Decebat autem quód ipsi aliis præessent exemplo. Iacob. 5. 1. Ioan. 1.

SECTIO III.

Pro quo tempore obliget præceptum divinum?

12 *Obligat per se in articulo mortis.*
13 *Etiam in periculo mortis: & explicatur quid sit mortis periculum.*
14 *Medicus tenetur saltem ex charitate monere infirmum in periculo mortis.*
15 *An obligetur ex jure positivo?*
16 *Notantur aliqua scitu digna.*
17 *Resolvitur negativè, saltem quo ad aliquas Provincias.*
18 *Respondetur fundamentis in contrarium adductis*
19 *Utrùm præceptum divinum obliget extra periculum mortis: & proponitur sententia negativa.*
20 *Præfertur opinio affirmativa.*
21 *Occurritur fundamento partis oppositæ.*
22 *Utrùm obliget statim post peccatum commissum?*
23 *Proponitur primus casus, in quo præceptum divinum obligat per accidens.*
24 *Proponitur, & refutatur secundus casus.*
25 *Proponitur tertius casus, in quo præceptum divinum obligat per accidens.*
26 *An detur obligatio per accidens confitendi frequenter intra annum?*

Possumus loqui aut de obligatione per se, aut de obligatione per accidēs ratione Eucharistiæ, vel ratione alicujus tentationis gravis, quæ proponitur per confessionem vincenda.

12 *Prima difficultas*: Quando præceptum divinum obliget per se? Respondetur imprimis obligare in articulo mortis. Ita communiter Doctores, quos sequitur *Taner. q. 7. dub. 8. Bonac. q. 5. s. 2. punct. 4. n. 5. Leand. disp. 3. q. 10. Dicastilh. disp. 7. n. 20.* Probatur; quia si quando, pro tunc datur maxima necessitas hujus Sacramenti. P. Tanner. Bonac. Leander. P. Dicast.

13 Deinde dicendum est ob eandem rationem obligare etiam in periculo mortis. Periculum autem mortis est imminens prælii conflictus, tempestas, ex qua time-

timetur naufragium, primus partus mulieris, aut etiam sequentes, si priores difficiles experta est. Item susceptio navigationis periculosæ, in qua non erit copia Confessarii. Et, ut uno verbo dicam, quoties probabiliter creditur non fore ante mortem copiam alterius Confessarii, nisi hic & nunc: &, si casus fuerint reservati, quoties probabiliter creditur non fore copiam Prælati, nisi hic & nunc. Ita Doctores citati.

14 Occasione hujus obligationis in periculo mortis, *Quæres*: Utrùm Medicus teneatur monere infirmum, ut confiteatur? Et imprimis non est dubium teneri, ubi prævideret esse, aut probabiliter fore periculum, idque saltem jure naturali ex charitate, ut cum communi tenet *Sanch. l. 3. Decalog. c. 16.* *P. Sanch.*

15 Solùm dubitari potest, Utrùm teneatur ex jure positivo? Et pro parte affirmativa facit textus in *Cap. Infirmitas, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi id Medicis præcipitur; quod postea desuetudine abrogatum renovavit *Pius V.* motu proprio, qui incipit *Super gregem, anno* 1566. ubi præcipit Medicis sub pœna excommunicationis, privationis gradûs, ejectionis à cœtu Medicorum, & aliis pœnis pecuniariis arbitrio Ordinarii imponendis, ne ultra tertium diem visitent ægrotum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessarii in scriptis datam. Insuper Academiis strictè mandat, ut ante gradum Doctoratûs ab ipsis Medicis exigant speciale juramentum servandi hoc statutum. *Cap. Infirmitas. Mot. prop. Pii V.*

16 Ubi notanda sunt tria: *Primum*, præceptum non intelligi de qualibet infirmitate, ob quam ægrotus meritò decumbat, ut existimarunt *Cherubinus in comp. Bull. tom. 2. const. 3. Pii. V. scholio 2. Sylv. verbo Medicus q. 3. quæsit. 3. D. Antoninus 3. part. tit 7. c. 2. §. 4. Rodriguez in qq. reg. to. 1. q. 47. art. 3.* Sed solùm de infirmitate, quæ aut gravis est, aut à principio prudenter timetur futura gravis, ut tenet *Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 2. Suar. tom. 4. disp. 35. sect. 3. n. 4. Tabiena verb. Medicina, q. 12. n. 13. Rosella verb. Medicus n. 3. Angel. eodem verbo n. 9. Scortia in bull. Pont. epitome 89. theorem. 215. Graf. part. 1. decis. lib. 3. cap. 14. n. 7. Armil. n. 1. Vega in sum. tom. 2. cap. 35. casu 3. Homobonus de statibus part. 2. cap. 5. Sanch. in Decalog. lib. 3. cap. 16. n. 10. 11. & 16.* *Cherub. Sylvest. D. Anton. Rodrig. Nugnus P. Suar. Tabiena Rosella Ang. l. Scortia. Armil. Graf. Vega Homob. P. Sanchez*

Diana 3. p. tr. 4. res. 93. quia hæc videtur mens Pontificis, nec aliud sonant ejus verba. *Secundum*, Medico non præcipi monere ægrotum per se, sed aut per se, aut per alium. Ita Doctores citati. *Tertium*, si ægrotus admonitus nolit confiteri, non debere Medicum illum deserere, hoc enim esset contra charitatē, quam leges violari nolunt, nec ista *Pii V.* procedit in tali casu, sed in ordinariis, in quibus ægroti contumaces esse non solent, ut notant Doctores citati, quibus adde *Barbos. in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. cap. 13. n. 4. Sylv. in addit. ad 3. par. D. Thom. q. 6. art. 5. Quæritur primò. conclus. 91. Villalob. in sum. tom. 1. tra. 9. diffi. 27. n. 5.* *Diana Barbosa. Diana Villalob.*

Tota dubitatio est: An hisce temporibus obliget hujusmodi Decretum? Et ratio dubitandi est, quia videtur usu non receptum, & consuetudine abrogatum. Plures existimant non posse consuetudine abrogari; nam consuetudo legem abolens debet esse rationi consentanea, *Cap. finali, de consuetudine*, & nulla potest esse talis contra hoc Decretum, utpote quod latum in favorem animarum. Accedit quòd saltem juramentum acceptum servandi hoc Decretum obligat: ergo, &c. Et ita *Angelus verbo Medicus n. 8. & ibi Sylvester. q. 3. quæsit. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 4. Tabiena ver. Medicina q. 11. n. 12. Rosella verbo Medicus initio, Hostiens. Cap. Cum infirmitas. n. 2. Abbas ibi n. 6. Anchar. n. 2. & Ioannes. Andreas. n. 3.* *Cap. final. Angelus Sylvest. D. Anton. Tabiena Rosella. Hostiens. Abbas. Anchar. Ioā. Andr.*

17 Nihilominus dicendum posse prædictum Decretum consuetudine abrogari, & de facto in Lusitania, Hispania, & aliis pluribus provinciis esse abrogatum. Ita cum communi Doctorum *Suar. disp. 35. sect. 3. n. 4. Sanch. l. 3. Decal. c. 16. n. 14. Caiet. in sum. verbo Medicus. Armilla eodem verbo n. 1. fine Navarr. in sum. c. 25. n. 61. Villalob. in sum tom. 1. tr. 9. diff. 27. n. 5. Filliuc. tom. 1. tr. 7. cap. 3. n. 34. & Dian. proxime. §. Dico quintò.* Probatur, quia de facto in his provinciis datur consuetudo contraria, videntibus & dissimulantibus Prælatis: consuetudo autem potest prævalere contra omnem legem humanam, excepta sola naturali & divina, ut habetur *Cap. finali, de consuetudine*: ergo, &c. *P. Suar. P. Sanch. P. Filliuc. Villalob. Caiet. Armilla. Navarr. Diana.*

18 Neque obstat primò, quòd consuetudo debet esse rationi conformis; nam illa consuetudo dicitur rationi conformis, quæ sublatâ lege humanâ in contrarium non est mala, seu quæ non est intrinsecè mala,

P. Sanch.

mala, ut cum communi Doctorum tenet *Sanch. de matrimonio l. 7. disp. 4. n. 14.* At desinere monere infirmum tertia die infirmitatis: item non accipere juramentum ante gradum Doctoratûs, &c. non est intrinsecè malum.

P. Sanch.

Non obstat secundò præstitum juramentum, quia hoc aut non accipitur, aut si accipitur, est solùm servandi motum, & statutũ *Pii V.* at juramentum servandi aliquod statutum solùm obligat ad illud, prout usu receptum est, ut docet *Sanch. l. 3. Decalog. cap. 14. n. 9.* At hoc statutum usu receptum non est. Hæc de Medico occasione obligationis præcepti divini in periculo mortis.

D. Thom. Scotus. P. Suar. Richardus Gabriel. Palud.

19 Maius dubium est: Utrùm præceptum divinum obliget extra periculum mortis? Negare videtur *D. Thom. d. 17. q. 3. a. 1. q. 4. Scotus a. 3. Suar. d. 35. sect. 3. n. 9. Richardus. a. 3. q. 6. Gabriel a. 3. dub. 1. Palud. q. 2. a. 5. & alii.* Probatur, quia non est unde colligatur talis obligatio, maximè cùm ad justificationem sufficiat contritio.

P. Suar. P. Vasq. P. Coninck P. Henriq. P. Filliuc. P. Reginal Bonac. P. Hurt. P. Tãner. P. Lugo. Leander.

20 Nihilominus standum resolutione affirmativa cum *Suar. disp. 35. sect. 3. Vasq. q. 90. art. 1. dub. 4. Coninck. disp. 5. dub. 2. n. 38. Henriq. lib. 4. cap. 3. n. 5. litera H. Filliuc. tr. 7. cap. 2. quæsit. 5. Reginal. lib. 6. n. 128. Bonacin. cit. n. 17. Hurt. d. 7. diff. 2. Tanner. q. 7. n. 141. & Lugo d. 15. sect. 3. n. 39. Leand. tr. 5. disp. 3. q. 13.* Probatur ex *Trident. sess. 14. c. 5.* ubi asserit præceptũ divinum obligans indeterminatè fuisse determinatum ab Ecclesia; sed non fuit determinatum pro articulo mortis; nam pro illo jam erat determinatum à Deo: ergo fuit determinatum pro tempore extra articulum mortis, ac proinde extra illum obligabat, vagè quidem, & indeterminatè, sed obligabat, determinatione facienda ab Ecclesia; seu (ut aiunt) obligabat radicaliter.

Et confirmatur, quia eadem videtur ratio de Eucharistia, ac de confessione: at verò Eucharistia non obligat solùm in articulo mortis, sed etiam extra illum; est enim Eucharistia non solùm per modum Viatici, sed etiam per modum cibi, qui in vita sumendus est: ergo idem dicendum de confessione; nam hæc est per modum medicinæ ratione directionis Confessarii, quæ proinde, supposito morbo peccati, applicanda est.

21 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ. Nec nova videri debet obligatio vaga pro aliquo tempore indeterminato: sic enim obligat præceptum charitatis extra articulũ mortis, & ipsum præceptum Eucharistiæ, prout divinum est, præcisa determinatione ecclesiastica: ergo, &c.

22 Utrùm verò præceptum divinum obliget statim post peccatum commissum? Affirmant *Parisiens. lib. de sacram. tit. de pænit. Reinerius 1. p. sum. verb. Confessio c. 5. Angel. ver. Confess. 1. n. 3. Alens. 4. p. q. 77. membr. 4. art. 2. D. Bonav. in 4. dist. 17. art. 4. q. 2. & alii.* Sed negandum est cum Doctoribus citatis: primò, quia neque contritio obligat statim post peccatum, ut *in tractatu primo* ostendimus. Secundò, quia aliàs Ecclesia non benè differret obligationem confitendi per totum annum.

Parisiens. Reinerius. Angelus Alens. D. Bonav.

23 *Secunda difficultas*: Quando præceptum divinum obliget per accidens? Tres casus assignari solent: *Primus* est ratione Eucharistiæ; debet enim omnis, qui ad illam accedit, si conscius sibi sit peccati mortalis, confiteri, & non sufficit, quòd conteratur. Ita definitum est in *Trident. s. 13. c. 7. & can. 11.* Ad alia Sacramenta; si sint mortuorum, ut baptismus, & confessio, sufficit quòd præcedat attritio: si verò sint vivorũ, requiritur, & sufficit cõtritio, per quam vivificetur homo, & accedat vivus. In sola Eucharistia est hoc speciale præceptum, idque non ecclesiasticum, ut existimarunt *Caiet. q. 80. a. 4. Medina codice de confessione tr. 2. q. 7. & Armilla verbo Communio n. 1.* Sed divinum, juxta illud *Probet autem se ipsum homo*, quod Apostolus dicit se accepisse à Domino, ut cum *Suar. disp. 35. sect. 3. n. 9. Henr. lib. 4. cap. 3. n. 4. lit. H. Coninck disp. 5. dub. 2. n. 38. Reginal. lib. 6. n. 28. Valent. t. 4. d. 6. q. 8. p. 3. ad 1.* & aliis pluribus docet *Bonacin. de Euchar. disp. 4. q. 6. p. 1. n. 35.*

Trident. Caietan. Medin. Armil. P. Suar. P. Henriq. P. Coninck P. Regin. P. Valent. Bonac.

24 *Secundus casus* adducitur à *Nugno in 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 1. concl. 4. & à Medina Complutens. de pænit. tr. 2. q. 14. §. 2.* quando propter multitudinem peccatorum datur periculum oblivionis. Et probatur, quia tenemur ad integritatem confessionis, & consequenter ad medium necessarium ad illam: in casu autem proposito cõfessio est mediũ necessarium. Et confirmatur, quia qui prævidet defecturum Confessarium, tenetur anticipare confessionem: ergo idem dicendum de eo, qui prævidet defecturam memoriam.

Nugnus. Medina.

Z Sed

Sed revera iste casus non videtur admittendus: illum impugnant *Turrian. de pœnit. disp.* 19. *dub.* 4. *Villalob. in summa tom.* 1. *tr.* 9. *diff.* 27. *n.* 7. *Coninck disp.* 5. *dub.* 2. *n.* 33. *Henr. l.* 4. *cap.* 4. *n.* 8. *Filliuc. tract.* 7. *cap.* 2. *n.* 36. & *Dian.* 3. *p. tract.* 4. *resol.* 155. quibus accedit *Lugo d.* 15. *n.* 41. Quia alias homines debilis memoriæ tenerentur pluries intra annum confiteri propter periculum oblivionis. Et ratio à priori est, quia Deus solùm obligat ad integram confessionem peccatorum, quæ memoriæ occurrerint, non autem ad id, quòd memoriæ occurrant.

P. Turrian. Villalob. P. Coninck. P. Henriq. P. Filliuc. Diana. P. Lugo.

Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, imò & ad ejus confirmationem: dicendum enim est de confessione dari præceptum, cujus executio quoties tempore præscripto redditur impossibilis, est anticipanda, ut inferiùs dicemus: at non datur præceptum de eo, quòd omnia peccata memoriæ occurrant.

25 *Tertius casus est*, quando confessio proponitur ut medium necessarium ad vincendam aliquam gravem tentationem; tunc enim datur obligatio confitendi, ut cum *Suar. tom.* 2. *de relig. l.* 1. *cap.* 30. *n.* 17. & *tr.* 3. *in* 2. *p. d.* 69. *sect.* 3. §. *Dico* 4. & *de pœnit. d.* 35. *sect.* 3. *n.* 10. *Reginal. in praxi tom.* 1. *l.* 6. *sect.* 2. *n.* 29. *Filliuc. tr.* 7. *n.* 39. *Sanch. in Decal. l.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. & *cap.* 35. *n.* 9. *Valent.* 2. 2. *disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 5. *quæstiuncula* 2. *Azor tom.* 1. *l.* 8. *cap.* 7. *q.* 6. *tenet Lugo d.* 15. *num.* 42.

P. Reginal. P. Suar. P. Filliuc. P. Sanch. P. Valent. P. Azor. P. Lugo.

26 Sed hinc difficile dubium suboritur, sequitur enim dari obligationem per accidens confitendi frequenter intra annum. Et ratio est, quia frequens confessio est medium necessarium ad vitanda plura peccata; nam experientia ostendit minùs frequenter peccare, qui frequentiùs confitetur. Neganda tamen est sequela cum *Suar. de Pœnit. d.* 35. *s.* 3. *n.* 11. *Fagund. pr.* 2. *l.* 1. *cap.* 1. *n.* 16. *Filliuc. tr.* 7. *n.* 39. & communi Theologorum apud *Lug. proximè n.* 46. Et ratio est, quia frequens confessio, communiter loquendo, non apprehenditur ut medium unicum ad minùs frequenter peccandum: sed aut illa, aut propositum efficax, aut fuga occasionis, aut actus contrarius, quando tentatio urget, &c.

P. Suar. P. Filliuc. P. Fagund. P. Lugo.

(✠)

SECTIO III.

Ad quam confessionem obliget præceptum divinum, & per quam impleatur?

27 *Non obligat per se, etiam in articulo mortis, ad confessionem publicam.*

28 *Obligat per accidens in mortis articulo ratione charitatis propriæ.*

29 *Quando confessio fit publicè, non obligatur pœnitens dicere omnia peccata, etiam in articulo mortis.*

30 *An teneatur pœnitens confiteri per interpretem? & proponitur opinio affirmativa.*

31 *Respondetur cum distinctione.*

32 *Tunc non tenetur pœnitens confiteri integrè.*

33 *Solvitur fundamentum partis oppositæ.*

34 *An pœnitens in articulo mortis teneatur ad confessionem per scriptum.*

35 *Non tenetur ad confessionem integram per scriptum, si omnia peccata commodè scribere non potest.*

36 *Si possit omnia scribere sine periculo infamiæ, tenetur.*

37 *Per quam confessionem impleatur divinum præceptum?*

Non impletur per confessionem invalidam. Ibidem.

38 *Proponitur sententia asserens non impleri per confessionem validam & informem.*

39 *Præfertur sententia affirmativa.*

40 *Satisfit fundamentis sententiæ oppositæ.*

Posse confessionem aliquando fieri publicè, necnon per interpretem, & in scriptis, diximus *tract.* 3. *disp.* 2. *sect.* 2. Nunc quærimus, an præceptum divinum aliquando obliget ad illam faciendam hisce modis, quando nimirum aliter fieri non potest?

27 *Prima ergo difficultas est*: An obliget ad confessionem publicam, saltem in articulo mortis? v.g. in subito naufragio, quando aliter confessio fieri non potest. Et imprimis certum est non obligare per se. Habetur expressè in *Tridentino sect.* 14. *c.* 5. ibi: *Publicè confiteri non est divino præcepto mandatum, &c.* Trident.

28 Solùm dubitari potest: An tunc obliget per accidens ex motivo charitatis propriæ? Et responderi solet cum distinctione: primò affirmativè, si pœnitens probabiliter timeat, vel dubitet de sua contritione; quia tunc periculum animæ extre-

extremum præponderat cuilibet jacturæ famæ, aut aliorum bonorū. Secundò negativè, si probabiliter existimet se esse cōtritum, quia pœnitens nō tenetur ad confessionem publicā, nisi ratione periculi, cui non confitendo se exponit: at si probabiliter putet se esse contritum, nulli periculo se exponit. Ita *Hurt. disp. 8. diff. 2. Sanch. in selectis disp. 32. n. 8. Turr. disp. 32. dub. 1. Layman. in Theolog. morali l. 5. tr. 6. c. 6. n. 5. Fag. præcep. 2. l. 2. c. 6. n. 8. Villal. in sum. tom. 1. tr. 9. diffic. 32. n. 3. Suar. disp. 26. sect. 6. n. 5. Henr. lib. 4. cap. 4. n. 4. Vasq. q. 91. ar. 2. dub. 3. n. 6. Filliuc. tr. 7. c. 3. n. 63. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 129. & Bonac. q. 5. s. 2. punct. ultimò n. 5.*

P.Hurt. Sanche. P.Turris P.Laym. P.Fagūd. Villalob. P.Suar. P.Henriq. P.Vasq. P.Filliuc Diana Bonac.

Verùm hi Doctores quoad istam partē, ut bene notat *Lugo disp. 15. n. 62.* & ex illo *Escobar tom. 2. Theol. moral. lib. 15. sect. 2. probl. 83.* videntur loqui minùs bene, quia revera opinio de contritione perfecta, propter ejus difficultatē non potest esse sufficienter certa, ita ut excuset à confessione, quæ est medium securum: & quando agitur de salute animæ, (ut ipsi Doctores fatentur) non possumus uti opinione probabili, relictâ certâ & securâ; tunc enim habet locum regula *In dubiis tutior pars est eligenda.*

P.Lugo. Regula In dubio.

29 Utrùm verò pœnitens in casu proposito teneatur dicere publicè omnia peccata? Respondendū est cum distinctione: possumus enim loqui aut de peccatis publicis, & hæc debent dici, quia non est ratio excusans ab eorum integritate. Ita cum pluribus *Henr. l. 4. c. 3. Navar. man. c. 21. n. 7.* & alii, quos citat, & sequitur *Tan. q. 7. n. 26.* Aut possumus loqui de peccatis occultis; & quoad hæc omnes Doctores citati asserunt posse dici sola peccata minoris infamiæ, relictis ac suppressis grandioribus, pro quibus dicunt satis esse pœnitentem se accusare in genere de omnibus aliis peccatis, quibus Deum offendit. Et probatur; quia infamia publica excusat à maiori integritate.

P.Henriq Navarr. P.Tāner.

Imò posse pœnitentem dicere solùm aliquot Venialia in specie, accusando se in genere de omnibus aliis peccatis, meritò opinantur *Coninck disp. 5. dub. 10. n. 77. Molfes. in sum. tom. 1. tr. 7. c. 11. n. 12. Navar. man. cap. 2. n. 7.* & valde probabile dicit *Tan.* proximè, quibus accedūt *Lug. cit. n. 63. Alph. de Leon*, & alii, quos citat, & sequitur *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 129.*

P.Coninc Molfes. Navarr. P.Tanner P. Lugo. Leon. Diana.

30 *Secunda difficultas*: An obliget ad confessionem per interpretem? *Lugo proximè n. 63.* secutus *Sylvest. verb. Confessio 1. n. 15. Canus relect. de pœnit. p. 5.* & alii existimat teneri pœnitentem in articulo mortis confiteri integrè omnia mortalia per interpretem. Fundamentum est, quia incommodum revelandi duobus eadē peccata, præsertim quando utique revelantur sub sigillo, non videtur tanti momenti, ut in articulo mortis excuset ab integritate. Et hoc ostenditur in eo, qui habet casus reservatos, & est communicaturus; nam si præsens non habeat Prælatū, debet absolvi ab inferiori cum onere cōparendi postea Prælato: in quo casu incōmodum revelandi duobus eadem reservata non excusat ab integritate: ergo neque à fortiori in articulo mortis, ubi infamiæ momentum est minus, & periculū salutis maius.

P. Lugo. Sylvest. Cann.

31 Nihilominus distinctione opus est, & *Dico primò*: Præceptum divinum nō obligat per se ad confessionē per interpretem; est enim confessio per interpretē aliquo modo publica, utpote facta coram tertio, qui Confessarius nō est: at præceptum divinū non obligat ad confessionem publicā, ut constat ex *Trid. sect. 14. c. 5.* Trident.

Dico secundò: Si pœnitens probabiliter timeat, vel dubitet de sua cōtritione, obligatur ex charitate propria ad confessionē per interpretē; hoc patet ex dictis *num. 28.* quia præponderat periculum animæ extremum cuilibet alii inconvenienti, & famæ incommodo.

32 *Dico tertiò*: Tunc non est opus cōfiteri integrè; sed potest constitutus in mortis articulo dicere duntaxat peccata minoris infamiæ, aliis suppressis, ac silētio involutis. Ita *Nugnus in addit ad 3. p. q. 9. a. 3. diffic. 1. ad 1. Fagund. 2. præc. l. 2. c. 6. n. 8. Suar. d. 26. s. 6. n. 5. Henr. l. 4. c. 4. n. 4. Laym. l. 4. tr. 6. c. 6. n. 1.* Et probatur, quia publicitas confessionis excusat ab integritate. Imò, ut constat ex *n. 29.* poterit pœnitēs in hoc casu dicere sola aliqua Venialia, accusando se in genere de omnibus aliis peccatis. Et ita tenēt *Coninck, Molf. Nav. Tan. Alphons. de Leon. Lug. & Dian.* dicto *n. 29.* allegati; quia publicitas, & infamia excusant à maiori integritate.

Nugnus. P. Fagūd. P. Suar. P. Henriq P. Laym.

33 Neq; obstat periculū animæ in articulo mortis, nā hoc sufficiēter tollitur per absolutionē venialiū, quæ indirectè cadit super omnia mortalia. Ad fundamētū *Lugi*, quatenus dicit incōmodum revelandi duobus reservata, nimirū Superiori, & inferiori, nō excusare ab integritate; & inde infert, neque ab ea excusare incommo-

Z 2 dum

dum revelandi peccata interpreti, & Confessario. Respondetur imprimis nihil probare; quia, si quid probat, etiam probat confessionem per interpretem obligare extra articulum mortis, quod tamen neque ipse *Lugo* concedit. Respondetur secundò, plures existimare habentem casus reservatos in proposito eventu, non teneri illos revelare Sacerdoti inferiori, sed postea soli Prælato, propter incommodum subjiciendi peccata eadem duobus, de quo nos *tract.* 8. Respondetur tertiò, admissâ eâ doctrinâ de Reservatis, dari diversam rationem in nostro casu; nam revelatio, quæ fit interpreti, est ipsi Sacramento quodammodo externa; non ita, quæ fit Sacerdoti inferiori, & superiori; uterque enim est minister Sacramenti; interpres verò minister non est, sed solùm medium: publicitas autem, & infamia externa excusat ab integritate; non ita infamia interna, ut constat ex dictis *tract.* 3. *disp.* 3. *sect.* 5. *diff.* 3. *n.* 598.

34 *Tertia difficultas*: An obliget ad confessionem in scriptis, quando pœnitens aliter se explicare non potest? Et quidem, si quæstio procedat in articulo mortis, nõ est dubium obligare, saltem ratione periculi; est enim confessio in scriptis minùs incommoda, quàm confessio publica, aut per interpretem: & tamen pœnitens tenetur ad confessionem publicam, & per interpretẽ, ut constat ex dictis.

Sayrus. *Zerola.* *P. Valent.* *Navar.* *Sotus.* *Molina.* *Victoria.* *P. Tolet.* *P. Henr.*

Solùm dubitari potest, an tunc teneatur integrè confiteri? Negant *Sayr. de pænit. cap.* 12. *n.* 17. *Zerol. cap.* 14. *quæsito* 5. *Valent. d.* 7. *q.* 11. *punc.* 1. *Navar. cap.* 21. *n.* 36. *Sot. in* 4. *dist.* 58. *q.* 2. *a.* 6. *Medina codice de confessione q.* 15. *Vict. n.* 173. *Tolet. l.* 3. *c.* 6. *Henr. l.* 2. *c.* 2. Probatur, quia scriptura de se est instrumentum publicum, & subjacet periculis infamiæ.

35 Nihilominus distinctione opus est: aut enim pœnitens non potest omnia scribere commodè, & sine periculo infamiæ, & sic dicendum est non teneri ad scribenda omnia, ut docent Doctores citati, & probat eorum fundamentum.

Maior. *Gabr.* *Sylvest.* *Sotus.* *P. Suar.* *P. Vasq.* *P. Coninc.*

36 Aut potest omnia scribere sine periculo, quia nimirum potest ea scribere in præsentia Cõfessarii, & statim rumpere; & sic dicendum est teneri. Ita *Maior in* 4. *dist.* 17. *q.* 1. *Gabr. q.* 1. *art.* 2. *Sylvest. confessio* 1. *n.* 16. *Petrus Sotus lect.* 11. *de confessione. Suar. disp.* 36. *sect.* 6. *Vasq. q.* 91. *art.* 4. *dub.* 5. *Coninck disp.* 5. *dub.* 10. *n.* 18. *Pezant. in addit ad* 3. *par. q.* 10. *sub fin. dist.* 2. *pag.* 976. *Filliuc. tract.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 8. *n.* 63. & alii, quos citant, & sequuntur *Hurt. d.* 8. *diff.* 4. & *Bonacin. proximè.* Probatur, quia scriptura in his circunstantiis non est publica, neque ullum aliud affert incommodum excusans ab integritate: ergo, &c. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

P. Pezant. *P. Filliuc.* *P. Hurt.* *Bonac.*

37 *Quarta difficultas*: Per quam confessionem impleatur divinum præceptum? Et imprimis certum est non impleri per confessionem invalidam, sive defectus proveniat ex parte pœnitentis, sive ex parte Confessarii, quia non habebat jurisdictionem, vel quia non habuit intentionem, aut verâ absolutionis formâ usus non est. Probatur, quia præceptum non impletur nisi per actum quoad substantiam, & in hoc casu deficit actus quoad substantiam: ergo, &c.

Adrian.

38 Tota dubitatio est, an impleatur per confessionem validam informem? Negat *Adrian. q.* 5. *de confess. dubio* 4. Idque *primò*, quia præceptum divinum non impletur per actum non rectè factum, qualis est confessio informis; ideo enim est informis, quia est non rectè facta. *Secundò*, quia præceptum virtutis pœnitentiæ non impletur per actum informem: ergo neque præceptum Sacramenti pœnitentiæ, nam hoc determinat illud; & quando unum præceptum determinat aliud, illud includit, & aliquid ampliùs: v. g. quia præceptum positivum de Decimis determinat naturale obligans ad alendos Ministros Ecclesiasticos, includit eorum sustentationem, & aliquid ampliùs, nimirum Decimas.

P. Suar. *P. Henriq.* *P. Filliuc.* *Bonac.* *P. Lugo* *P. Valent.* *P. Pezant.* *Zerola.* *Nugnus.*

39 Nihilominus dicendum impleri. Ita *Suar. disp.* 35. *sect.* 4. *n.* 3. *Henr. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 1. & *lib.* 5. *cap.* 15. *Filliuc. tr.* 7. *c.* 2. *quæsit.* 8. & *cap.* 3. *n.* 65. *Bonac. proximè f.* 2. *pun.* 4. *n.* 21. *Lugo disp.* 19. *n.* 137. *Valent. tr.* 4. *d.* 7. *q.* 11. *p.* 2. & 3. *Pezantius* 3. *p. q.* 10. *disp.* 3. *Zerola in praxi pænit. c.* 13. *q.* 35. *Nugnus in addit. q.* 6. *a.* 5. *diff.* 2. & 6. *q.* 9. *dub.* 2. & *communis Theologorum.* Probatur, quia præceptum solùm est de Sacramento, & non de fructu illius: & hoc ostenditur exemplo aliorum Sacramentorum, nimirum Baptismi validi, & informis, Communionis validæ, & informis, &c. nam per illa sic absque fructu implentur eorum præcepta.

40 Ad

40 Ad primum fundamentum *Adriani* respondetur, præceptum divinum impleri per actum rectè factũ quoad substãtiã, licèt non sit rectè factus quoad modũ; in quo quidem violabitur aliud præceptum obligans ad modum, non tamen hoc obligans solùm ad substantiam. Exemplo res declarabitur; nam, si v. g. extremè indigenti restituas, vel eleemosynam eroges propter vanam gloriam, certè satisfecisti præcepto justitiæ, vel charitatis, quia hæc solùm obligant ad actum quoad substantiam, licèt violaveris præceptum humilitatis, cui oppositus est modus, nimirum vana gloria.

Ad secundum respondetur, etiam præceptum virtutis pœnitentiæ impleri per actum informem, si detur quoad substantiam, licèt aliàs propter aliquod impedimentum, vel obicem, qui inculpabiliter non removetur, ejus fructus nõ sequatur, nam præceptũ nõ præcipit fructũ actûs, sed solùm ipsum actum quoad substantiam.

DISPUTATIO SECUNDA

De Præcepto Ecclesiastico.

Erunt sectiones quinque; prima: An detur præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis, & quas personas obliget? Secunda: An non habens conscientiam peccati mortalis teneatur confiteri saltem Venialia? Tertia: Pro quo tempore obliget hoc præceptum? Quarta: Ad quam confessionem obliget, & per quam impleatur? Quinta: Quæ pœnæ sint impositæ transgressoribus hujus præcepti? & Qui ab illis excusentur?

SECTIO PRIMA.

An detur præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis, & quas personas obliget?

41 *Videtur non posse Ecclesiam ferre præceptũ annuæ confessionis.*
42 *Certum est dari in Ecclesia talem potestatem.*
43 *De facto datur in Ecclesia hoc præceptum.*
44 *Respondetur cuidam objectioni.*
45 *Ostenditur, hoc præceptum obligare per se ad confessionem annuam.*
46 *Quas personas obliget? Non obligat infideles.*
47 *An obliget hæreticos? Negant nonnulli.*
48 *Sed affirmandum cum communi.*
49 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*
50 *Summus Pontifex obligatur præcepto annuæ confessionis.*
51 *An obligentur etiam pueri statim ac habent usum rationis? & proponitur sententia negativa.*
52 *Dicendum tamen obligari pueros habentes conscientiam peccati mortalis.*
53 *Solvitur objectio partis contrariæ.*
54 *Utrùm Summus Pontifex possit secum, & cum aliis dispensare in hoc præcepto? Potest validè.*
55 *Non potest licitè quoad dispensationem in totum.*
56 *Potest licitè quoad dispensationem in partem, data rationabili causâ, sine qua si dispenset, peccat.*
57 *Quod peccatum committat?*



666 PRima difficultas: An detur præceptum ecclesiasticum obligans ad annuam confessionem? Videtur enim in Ecclesia non esse potestatem ad ferendum tale præceptum: est enim confessio actus valde occultus, utpote quæ de peccatis merè internis, quæ Ecclesia non potest præcipere sibi subjici, non enim judicat de interioribus.

42 Nihilominus certum est primò dari in Ecclesia talem potestatem; idque constat tum ex perpetua traditione, tum ex *Trident. sess. 21. c. 2.* ubi definitur posse Ecclesiam circa usum Sacramentorum præcipere ea, quæ saluti Fidelium magis congruere judicaverit, &c. Item quia ab actu ad potentiam bene valet argumentatio, & Ecclesia olim præcipiebat confiteri ter in anno, ut constat ex *Papa Fabiano in Cap. Etsi non frequentiùs, de consecratione* Trident. Cap. Etsi non,

Concil. Turon. tione dist. 2. & ex Concilio Turonensi 3. c. 50.

43 Certum est secundò dari de facto præceptum annuæ confessionis. Probatur tum ex *Concilio Lateran. in Cap. Omnis utriusque sexûs, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi hoc præceptum expresè continetur: ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, &c.* Tum ex *Concilio Trident. sess. 14. c. 5. & canon. 8.* ubi dicitur esse in Ecclesia præceptum annuæ confessionis. — *Cap. Omnis utriusque.* — *Trident.*

44 Neque obstat quòd confessio sit valde occulta: respondetur enim esse quidem actum valde occultum, sed tamen externum, cujus determinationem quoad tempus Christus Dominus suæ Ecclesiæ commisit; in quo illa directè, & per se nihil præcipit circa actus merè internos, sed solùm circa ipsam confessionem externam, quæ ex institutione, & præcepto divino est etiam de actibus merè internis. Ubi notandum, præceptum annuæ confessionis non esse purè ecclesiasticum, sed mixtum, hoc est, simul divinum; & ecclesiasticum: divinum quoad substantiam confessionis: ecclesiasticum quoad circunstantiam temporis, & determinationem annuam.

45 Utrùm verò hujusmodi præceptum præcisè, quà ecclesiasticum, determinet, & obliget per se ad confessionem annuam: an solùm per accidens ratione Eucharistiæ, quæ semel in anno accipienda est? *D. Thom. d. 17. q. 3. a. 1. quæstiunc. 4. & quodlib. 1. a. 11. D. Antoninus 3. part. tit 14. cap. 19. §. 3.* videntur indicare solùm determinare & obligare per accidens ratione Eucharistiæ. *Dicendum* tamen cum *Suar. d. 36. n. 3. &* communi Theologorum, determinare & obligare per se. Probatur, quia nihil est magis vulgare inter Fideles, quàm esse in Ecclesia quinque præcepta, in quibus Confessio, & Communio sunt distincta. Et confirmatur; quia, si quis ex rationabili causa excusetur à Communione, non excusatur à confessione; & qui utramque culpabiliter omittit, reus est duplicis peccati: ergo, &c. — *D. Thom.* — *D. Antonin.* — *P. Suar.*

46 *Secunda difficultas*: Quas personas obliget præceptum annuæ confessionis? Et imprimis certum est non obligare infideles non baptizatos. Primò, quia hi non habent peccata commissa post baptismum, quæ sola sunt materia confessionis; unde neque præcepto divino obligantur. Secundò, quia non sunt subditi Ecclesiæ: ergo non possunt obligari ejus præceptis.

47 Solùm dubitari, & quæri potest primò: An obliget hæreticos? Negant nonnulli Recentiores apud *Lugo disp. 15. n. 144.* Probatur *primò*, quia Concilium Lateranense in Cap. *Omnis utriusque, & Trident.* loco citato loquitur de solis Fidelibus. *Secundò*; quia, si hæc lex lata esset etiam pro hæreticis, foret imprudens, & irrationabilis, cùm certum sit illos eam non esse observaturos. — *Concil. Lateran. Trident.*

49 Nihilominus dicendum cum communi Theologorum etiam obligare hæreticos. Probatur, quia Ecclesia hoc suo præcepto solùm determinavit tempus obligationi, & præcepto divino: at verò præceptum divinum etiam hæreticos cõprehendit, ut constat ex dictis suprà *n. 6.* Et confirmatur, quia verba legis sunt generalia, ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, &c.* & nomine Fidelium veniunt omnes baptizati, etiam hæretici: & hoc ostenditur ex *Trident. sess. 14. cap. 5.* ubi dicit materiam hujus Sacramenti esse peccata, in quæ Christi Fideles ceciderint; constat autem etiam peccata hæreticorum cõmissa post baptismum esse materiam hujus Sacramenti: ergo, &c. — *Trident.*

49 Ex quo patet solutio ad primum. *Ad secundum* negandum est hanc legẽ in ordine ad hæreticos esse irrationabilem, & imprudentem; nãm imprimis talis non est lex divina, cùm tamen illos obliget. Secundò, quia aliàs sequeretur neq; leges jejunii, & abstinentiæ à carnibus cõprehendere hæreticos. Tertiò, quia lex universalis, ut sit prudens & rationabilis, nõ attendit utilitatẽ hujus, vel illius personæ, sed bonũ totius Ecclesiæ, & cõmunitatis.

50 Quæritur 2. An obliget etiã Summum Pontificem? Negant nonnulli apud *Lugo prox. n. 142.* Probatur, quia hoc præceptũ, ut constat, est ecclesiasticũ; & Summus Põtifex non ligatur aliquo præcepto ecclesiastico, est enim super omne. Tenẽda tamẽ resolutio affirmativa cũ *Suar. disp. 36. sect. 8. n. 5. Henr. l. 1. c. 3. n. 2. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 4. Nug. in addit. q. 6. a. 5. diff. 3. pag. 250. Reg. l. 6. n. 49. Filliuc. tr. 7. c. 3. q. 11. n. 67. Molf. tr. 7. c. 10. n. 10. Azor c. 40. quæst. 11. Fag. pr. 2. l. 1. c. 3. n. 17. Comit. respons. moral. l. 1. q. 101. Lean. d. 3. q. 27. Barbos. in collectaneis dicto Cap. Omnis utriusq; n. 2. Bonacin. q. 5. s. 2. punct. 4. num. 4.* Probatur; quia, licèt Princeps non subjaceat suis legibus, quà legibus, hoc est, quoad — *P. Suar. P. Henriq. P. Vasq. Nugn. P. Regin. P. Filliuc. Molfes. P. Azor. P. Fagũd. Comitolus Barbosa. Bonac. Leander.*

quoad earum vim coactivam, unde non subjacet earum pœnis, ligatur tamen illis quoad vim directivam, hoc est, non quà legibus, sed quatenus rationi consonum est Principem facere id, quod præcipit, juxta illud vulgare, *Patere legem, quam tu ipse tuleris*: & juxta illud, *Quod quisque juris in alterum constituit, eo quoque ipse debet uti*: & juxta illud Christi Domini *Matth. 23. Alligant enim onera gravia, &c.* Utrùm vero Summus Pontifex possit secū dispensare? Dicemus commodiùs infrà *à n. 54.*

Matth 23

51 Tertiò quæri potest: An obliget pueros statim ac habent usū rationis? Negant *Henr. lib. 4. c. 5. n. 2. Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 11. D. Antonin. 2. par. tit. 9. cap. 8. §. 2. Sa sum. verbo Confession. 3.* asserentes pueros non obligari præceptis ecclesiasticis ante annos pubertatis, hoc est, quatuordecim in pueris, & duodecim in puellis. Et quod attinet ad præceptum cōfessionis, probatur; quia in Cap. *Omnis utriusque* æqualiter præcipitur confessio, & Communio: at Communio nō obligat statim post usum rationis ante annos pubertatis, ergo neq; cōfessio.

P. Henriq. Sotus. D. Anton. P. Sa. Cap. Omnis utriusque

52 Dicendum tamen etiam obligare pueros habentes conscientiam peccati mortalis. Ita *Navar. cap. 21. n. 88. Coninck disp. 5. dub. 5. n. 50. concl. 1. Vasq. q. 90. art. 2. dub. 4. Filliuc. tr. 7. cap. 3. quæsit. 10. n. 66. Molfes. tr. 7. cap. 10. n. 90. Nugnus in addit. q. 6. art. 5. dub. 1. pag. 246. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 9. pun. 4. ad finem. Suar. disp. 36. sect. 2. n. 3. Azor tom. 1. lib. 7. inst. mor. c. 40. q. 6. & cap. 41. q. 10.* & alii plures, quos citant, & sequuntur *Sanch. l. 1. Decalog. c. 12. n. 6. Bonac. q. 5. s. 2. pun. 4. n. 2. & Barbos. cit. in collect. Cap. Omnis utriusque.* Probatur primò ex ipso textu, ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, cum ad annos discretionis pervenerit, &c.* Secundò, quia hoc præceptum ecclesiasticum determinat tempus omnibus, quos obligat præceptum divinum, ut constat ex *Trident. sess. 14. c. 5.* at præceptum divinum obligat omnes, etiam pueros, habentes conscientiam peccati mortalis. Tertio, quia alia præcepta ecclesiastica observandi Festa, audiendi Missam, abstinendi à carnibus, &c. obligant omnes statim ac perveniunt ad usum rationis: ergo idem dicendum de præcepto annuæ confessionis. Utrùm verò eos etiam obliget quoad pœnas, dicemus infrà *à n. 11.*

Navar. P. Coninc. P. Vasq. P. Filliuc. Molfes. Nugnus P. Valent. P. Suar. P. Azor. P. Sanch. Bonac. Barb. Trident.

53 Neque verum est in *Cap. Omnis æqualiter* præcipi confessionem, & Communionem; nam confessio præcipitur absolutè, Communio verò cum illa limitatione, *Nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi præceptione duxerit abstinendum, &c.* Et ætas impuberum communiter reputatur rationabilis causa, quia in illa pueri non agnoscunt excellentiam mysterii Eucharistiæ.

C. Omnis utriusque

54 *Tertia difficultas*: An Summus Pontifex possit secum, aut cum aliis dispensare in hoc præcepto annuæ confessionis? Et imprimis certum est posse validè. Ita *D. Thom. in addit. q. 6. art. 6. Suar. disp. 36. sect. 1. Vasq. q. 90. art. 1. dub. 5. n. 4. & 11. Val. tom. 4. disp. 7. q. 9. punc. 5. Regin. lib. 6. n. 32. Azor 1. part. lib. 2. cap. 29. Filliuc. tr. 7. cap. 2. quæsit. 2.* & alii communiter, quos citant & sequuntur *Bonac. proximè n. 11. Hurt. disp. 7. diff. 6. Turrian. disp. 19. dub. 5. Leand. disp. 3. q. 25.* Et probatur, quia hoc præceptum quoad determinationem temporis, ut diximus, est ecclesiasticum, & Summus Pontifex potest secum, & cum aliis dispensare in quolibet præcepto ecclesiastico; imò quodlibet in totum abrogare, *Cap. Proposuit, de concessione Præbendæ*: & est communis Doctorum in materia de Legibus.

D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Valent. P. Regin. P. Azor. P. Filliuc. Bonac. P. Hurt. P. Turr. Leander. Cap. Proposuit.

55 Tota dubitatio est: An possit licitè? Et quidem, si quæstio procedat de dispensatione in totum, Respondetur negativè cum Doctoribus proximè, quia Summus Pontifex tenetur determinare aliquod tempus confessionibus Fidelium, ut constat ex dictis.

56 Sin autem quæstio procedat de dispensatione solùm pro aliquo tempore, apponendo terminum laxiorem, aut id fiet cum rationabili causa; & tūc dicendū est posse licitè. Aut sine rationabili causa; & tunc non poterit absque peccato, quia hæc dispensatio est perniciosa saluti animarum.

57 Utrùm verò sit peccatum mortale, an solùm veniale? Respondetur de se esse mortale. Ita *Sanch. tom. consiliorum l. 5. c. 1. dub. 5.* quia id dicit esse bonis moribus valde contrarium: unde retractat opinionem, quam secutus fuerat *l. 8. de matrim. d. 18. n. 7.* Dicendum tamen videtur, si dispensatio sit pro una tantùm vice, cum modica temporis intercapedine, esse tantùm peccatum veniale propter parvi-

P. Sanch.

P. Salas. P. Azor. P. Lessius. P. Filliuc. P. Lugo. P. Cast. P. parvitatem materiæ. Ita *Sal. de legibus disp* 14. *sect.* 2. *n.* 19. & 20. & *disp.* 20. *sect.* 2. *n.* 104. *Azor* 1. *tom. lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 1. *Less. lib.* 2. *de just. cap.* 35. *dub.* 5. *n.* 34. *Filliuc. tom.* 2. *tract.* 21. *cap. ultimo, num.* 426. & alii, quos citant, & sequuntur *Lug. d.* 15. *n.* 143. & *Castro Palao to.* 1. *tr.* 3. *d.* 6. *punct.* 8. §. 1. *n.* 5.

SECTIO II.

Utrùm non habens conscientiam peccati mortalis teneatur confiteri saltem Venialia?

58 *An Ecclesia possit praecipere confessionem Venialium? & proponitur sententia negativa.*
59 *Resolvitur posse Ecclesiam praecipere confessionem aliquorum Venialium.*
60 *Probatur haec sententia.*
61 *Solvitur fundamentum contrarium.*
62 Utrùm *confessio Venialium possit praecipi sub mortali? & refertur sententia negativa.*
63 *Praefertur affirmativa.*
64 *Monachi Benedictini obligabantur olim ad confessionem Venialiũ sub mortali.*
65 *Solvuntur fundamenta contrariae sententiae.*
66 *An de facto obliget Ecclesia ad cõfessionẽ Venialium non habentes peccatum mortale? & proponitur opinio affirmativa, ac illius fundamenta.*
67 *Praefertur sententia negativa.*
68 *Solvuntur argumenta contraria.*
69 *An homo habens peccatum mortale, quod justa de causa non tenetur confiteri, obligetur ad confitenda sola Venialia? Affirmat Nugnus.*
70 *Probabilius tamen negandum.*



Ub hoc titulo inquiri possunt duo; primum: An Ecclesia possit præcipere confessionẽ Venialium? Secundum: An de facto eam præcipiat non habentibus conscientiam peccati mortalis?

58 *Prima ergo difficultas est*: An Ecclesia possit præcipere confessionem Venialium? Negant *Paludan. in* 4. *d.* 17. *q.* 2. *ar.* 4. *concl.* 2. *Sylvest. verb. Confess.* 1. *q.* 13. *Sotus in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *ar.* 3. *Henr. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 10. *Rodrig. qq. reg. tom.* 1. *q.* 62. *ar.* 1. *Gloss. in Clem.* 1. *de statu Monach. Leand. disp.* 3. *q.* 36. & *alii.* Fundamentum est, quia Ecclesiá nequit mutare materias, & formas Sacramentorum, easque aliter, ac à Christo Domino institutæ sunt, constituere: at Christus Dominus non instituit Venialia materiam confessionis necessariam, sed liberam. (Palud. Sylvest. Sotus. P. Henriq. Rodrig. Gloss. Leander.)

59 Nihilominus dicendum, licèt Ecclesia non possit præcipere confessionẽ omnium Venialium, quia hoc est impossibile, juxta textum in *Cap. Septies*, *de pœnitentia dist.* 3. & lex debet esse de possibili, juxta textum in *Cap. Erit autem lex*, ibi: *Possibilis, dist.* 4. posse tamen præcipere confessionem aliquorum Venialium. Ita *Navar. in Cap. Placuit, de pœnit. dist.* 6. *n.* 122. *Vasq. q.* 90. *ar.* 2. *dub.* 2. & 3. *Canus relect. de pœnit. p.* 5. *Suar. disp.* 35. *sect.* 5. *Layman. tr.* 6. *c.* 5. *Hurt. disp.* 7. *diffic.* 8. *Turrian. disp.* 20. *dub.* 3. *Coninck disp.* 5. *n.* 53. *Lug. disp.* 15. *n.* 129. & *Tamburin. tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 21. *Benzonius de jubilaeo l.* 5. *cap.* 15. *dub.* 6. (C. Septies. Cap. Erit autem. Navar. P. Vasq. Canus. P. Suar. P. Laymã. P. Hurtad. P. Turriã. P. Coninc. P. Lugo. P. Tãbur. Benzonius.)

60 Probatur, quia confessio Venialium cum hac moderatione est actus externus utilis, & honestus, de quo potest esse votum validum: ergo & præceptum. Confirmatur ex *Clementina* 1. §. *Sane, de statu Monachorum*, ubi præcipitur Monachis Nigris confiteri Venialia; quod licèt ibi expressè non dicatur, id præceptũ intelligunt Doctores: idque primò, quia Pontifex intendebat magnã illorũ Monachorũ perfectionem. Secundò, quia non est credibile præsumere sanctissimos Monachos peccaturos mortaliter singulis mẽsibus; & tamẽ præcipit cõfiteri singulis mẽsibus: ergo præcipit confessionẽ Venialiũ. (Clement.)

61 Neque obstat, quòd Ecclesia non possit mutare materias Sacramentorũ; id enim solùm est verũ de mutatione substãtiali, nõ de accidentali. Non item obstat, quòd Venialia solùm sint materia libera, solũ enim sũt libera per se; quod nõ tollit quominus per accidens ex voto, vel præcepto confessionis hic & nunc possint esse materia necessaria.

62 Utrùm verò confessio Venialium possit præcipi sub mortali? Negat *Valent. d.* 7. *q.* 9. *pun.* 3. *Zerol. in praxi pœnit. c.* 10. *q.* 22. *Canus proximè, Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *a.* 3. & *Faust. de pœnit. l.* 4. *q.* 65. Probatur primò, quia hoc præceptum est de re levi, & præceptum de re levi non potest obligare sub mortali, ut tenent *Ioann. de la Cruz in directorio p.* 1. *pr.* 2. *ar.* 2. *dub.* 4. *concl.* 2. *Dian.* 3. *p. tr.* 5. *resol.* 24. & *alii.* Sicut neque votum de re levi obligat sub mortali, ut tenet *Aragonius in* 2. 2. *q.* 88. *ar.* 3. (P. Valent. Zerola. Canus. Sotus. Faustus. Cruz. Diana. Aragon.)

Villalob. ar. 3. Villalob. in sum. t. 2. tr. 34. diffic. 3. n. 3. & plures alii. Neq; similiter juramentum de re levi sub mortali obligat, ut tenent Sotus de just. l. 8. q. 1. a. 7. & q. 2. ar. 3. D. Antonin. p. 2. t. 10. c. 4. §. 1. Coninck de Sacrament. d. 22. dub. 7. n. 53. Sanch. l. 3. Decalog. c. 4. n. 23. Suar. & alii, quos citat, & sequitur Dian. 4. p. tr. 4. resol. 70. Quibus accedunt Iom. de la Cruz in directi or 10. 2. prac. 2. a. 1. dub. 3. Conclus. 1. Bizzozerus in sum. part. 3. pra. 2. c. 2. membr. 3. n. 5. Tanner. 2. 2. d. 5. q. 5. dub. 1. n. 24. Villalob. in sum. to. 2. tr. 36. diff. 5. n. 9. Probatur secundò, quia præceptum audiendi Sacrum singulis diebus, quod inest aliquibus Communitatibus, & Collegiis, non obligat sub mortali, ut tenent aliqui Theologi, quos tacito nomine citat Turrianus de pœnit. disp. 20. dub. 5. ¶. Sed nonnulli. Ergo idem dicendum de præcepto confessionis venialium singulis mensibus.

Sotus. D. Anton. P. Coninc. P. Sanch. P. Suar. Diana. Cruz. Bizzoz. P. Taner. Villalob.

63 Dicendum tamen posse præcipi sub mortali. Ita Graffis, Vasq. Hurt. & Turrian proximè. Probatur, quia confessio venialium potest esse materia gravis, tum quia talis est in se; est enim quoddam Sacramentum; tum quia potest referri à legislatore in ordine ad finem gravem, nimirum ad spiritualem profectum Subditorum existentium in statu perfectionis: ergo, &c. Secundò, quia potest quis se se obligare ad talem confessionem cum voto, vel juramento sub mortali.

Graffis. P. Vasq. P. Hurt. P. Turriā.

64 Tertiò, quia de facto præceptum impositum Benedictinis in citata Clementina 1. de statu Monachorum, illos obligabat ad confessionem venialium sub mortali; quòd licèt sit contra Nugnum in addit. ad 3. part. q. 6. art. 5. diff. 7. Molfes in summa tract. 2. cap. 10. n. 21. Megal. in 1. part. lib. 5. cap. 4. n. 4. Caiet. tom. 1. opusc. tit. 5. q. 1. Villalob. in summa tom. 1. tr. 9. diff. 28. n. 5. & alios apud Dian. 3. p. tract. 4. resol. 125. Filliuc. t. 1. tr. 4. c. 2. n. 54. Suar. in 3. p. d. 86. sect. 5. Henriq. l. 8. de Euchar. c. 5. Tanner. t. 4. disp. 5. q. 8. dub. 5. Traditur tamen à Graffis p. 1. l. 3. c. 5. n. 106. Azor p. 1. l. 7. c. 40. q. 1. Coriolan. de casib. reser. p. 1. sect. 3. a. 1. n. 7. vers. Unde existimo, & Tambur. de jure Abbatum t. 2. disp. 6. q. 20. n. 4. Et habetur in declaratorio regulæ cap. 28. & colligitur ex pœna gravissima imposita transgressoribus, ibi: Comedant in terra cum pane tantùm, & aqua, & dicant suam culpam in Capitulo, &c. ut refert Graffis l. 1. decis. c. 9. n. 11. Dixi (obligabat) quia jam non obligat hodie; nō enim practicatur cum isto rigore, ut notant Doctores citati.

Clement. Nugnus. Molfes. Megala. Caiet. Villal. Diana. P. Filliuc. P. Suar. P. Henriq. P. Taner. Graffis. P. Azor. Coriol. Tambur. Graf.

65 Ex dictis patet solutio ad primū; dicendum enim est hoc præceptum esse de re gravi. Ad secundum respondetur auditionem Missæ in illis Collegiis non præcipi in ordine ad perfectionem spiritualem; sic enim esset materia gravis; sed solùm in ordine ad bonam gubernationē externam, quo pacto videtur materia levis.

66 Secunda difficultas: An de facto Ecclesiæ præcepto annuæ confessionis obliget ad confessionem venialium non habentes conscientiam peccati mortalis? Affirmant Alens. 4. p. q. 18. memb. 4. ar. 2. D. Bonav. in 4. dist. 17. parte 2. art. 2. quæst. 1. & Richar. art. 2. q. 4. Probatur primò, quia obligat ad confessionem, & hæc fieri nequit à non habentibus conscientiam peccati mortalis, nisi confiteantur venialia. Secundò probatur communi praxi: omnes enim confitentur, habeant, vel non habeant mortalia; aliter excommunicantur.

Alensis. D. Bonav. Richard.

67 Nihilominus communis est resolutio negativa, quam tenet D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. a. 1. quæstiunc. 3. Scotus q. 1. Suar. d. 36. sect. 2. n. 8. Azor 1. p. c. 2. quæst. 3. Nugn. in addit. q. 6. a. 3. dub. 1. & 2. 6. diff. 1. pag. 155. Filliuc. tr. 7. n. 66. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 2. n. 11. Coninck d. 5. dub. 5. n. 52. Reginal. l. 6. n. 22. Gutierrez Canon. q. l. 1. c. 6. n. 7. Beja in resp. casuum conscient. p. 3. casu 37. Becanus de Sacram. c. 36. q. 6. n. 3. & alii, quos citant, & sequuntur Bonac. q. 5. sect. 2. pun. 4. n. 8. Barbos. in collectan. in cap. Omnis utriusque n. 4. Dian. 3. p. tr. 4. res. 75. Hurtado de pœnit. disp. 7. diff. 7. Lugo d. 15. n. 132. Pitigian. 2. p. dist. q. unica art. 3. principal. fol. 344. Turrianus de pœnit. disp. 20. dub. 2. Granado de pœnit. tr. 1. disp. 9. n. 9. Dicastillo disp. 6. n. 109. Probatur primò, quia Ecclesia non fecit novum præceptum de confessione, sed solùm divinum determinavit, ut docet Trident. sess. 14. c. 5. præceptum autem divinum non obligat ad venialia: ergo, &c. Secundò probatur, quia textus in Cap. Omnis utriusque præcipit confiteri omnia peccata: non ergo loquitur de venialibus, quia impossibile est cōfiteri omnia venialia. Tertiò, quia præcipit confiteri proprio Sacerdoti, & venialia non habent proprium Sacerdotem.

D. Thom. Scotus. P. Suar. P. Azor. Nugnus P. Filliuc. P. Vasq. P. Coninc. P. Regin. P. Becan. Gutter. Bejz. Bonacin. Barb. Diana. P. Hurt. P. Turr. P. Lugo P. Granad P. Dicast. Trident. Cap. Omnis utriusque.

68 Ex

P. Bellar. apud *Bellarmin. l. 3. de pœnitentia.*

Concil. Cōstant. Bul. Mart. Extrav. Licet ea Castr. Trident.

2 Nihilominus dicendum, de Fide esse resolutionē affirmativā. Definita est in *Concilio Constantien.* 8. & in Bulla *Martini V.* in confirmatione ejusdem Concilii. Item in Decreto *Leon. 10. & Xisti IV.* in *Extravaganti Licet ea,* apud *Castrum adversus Hereses, verbo Confessio:* & clariùs in *Trident. sess. 14. cap. 5.*

Ioan. 20.

In quo autem Scripturæ loco contineatur hoc præceptum? Respondetur contineri in illo *Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* nam in illis datur Sacerdotibus potestas retinendi omnia, & singula peccata: & non possent ea retinere, nisi pœnitentes tenerentur illa subjicere. Et declaratur, quia eodem jure, quo datur potestas ad aliquē finem, dantur etiam necessaria ad illum; at verò obligatio confitendi omnia, & singula peccata est quid necessariū, ut Sacerdotes possint omnia, & singula retinere: ergo, &c.

Medina. P. Vasq. P. Filliuc P. Hurt. Trident.

3 Quæres: An, si non esset præceptū confessionis divinum, potuisset Ecclesia illud ferre? Affirmant *Medin. codice de confess. q. 2. Vasq. q. 90. a. 1. dub. 4. Suar. disp. 35. s. 1. Filluc. tr. 7. c. 2. q. 2. & Hurt. disp. 7. diff. 4.* Probatur *primò* ex *Trident. sess. 21. c. 2.* ubi ait Ecclesiam circa Sacramentorum usū posse statuere quidquid ei videbitur, &c. *Secundò,* quia potuit præcipere alia Sacramenta Unctionis, & Confirmationis, licèt non fuerint à Christo Domino præcepta: ergo, &c. *Tertiò,* quia hoc præceptum non videtur excedere potestatem Ecclesiæ legislativam; & alioqui afferret maximas utilitates. *Quartò;* quia, si Ecclesia non posset ferre præceptum de hoc Sacramento, neque posset illud ferre de annuo usu illius; at potest hunc præcipere, & de facto præcipit: ergo, &c.

P Coninck.

4 Nihilominus distinctione utendum videtur; potest enim esse sermo de confessione aut quoad aliqua peccata explicatu minùs difficilia, minùsque verecunda: aut quoad omnia. Dicendum ergo est potuisse Ecclesiam ferre præceptum de confessione quoad aliqua peccata minùs difficilia: non quoad omnia Ita cum pluribus *Coninck. disp. 3. n. 42.* dicens se existimare hoc neminem negaturum. Probatur, quia dicere aliqua peccata nō est res adeò difficilis; & alioqui ex hoc Sacramento maximæ provenirent utilitates. Dicere verò omnia peccata est pluribus adeò difficile multis in casibus, ut, si liceret, eligerent potiùs mori, & vix proposito ad id metu Inferni moveri possunt: Ecclesia autem rem adeò difficilem præcipere non potest.

5 *Ad primū* ex Tridem. respondetur Ecclesiam non solùm circa alia Sacramenta, sed etiam circa hoc posse de facto præcipere ejus usū supposito præcepto divino de substātia illius; non tamē in illa suppositione, si non daretur præceptū divinum *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de hoc Sacramento, ac de aliis Unctionis, & Confirmationis, nam hoc est valde difficile. *Ad tertium* patet solutio ex dictis. Neque obstant maximæ utilitates:; nam etiam maximæ sequuntur ex statu Religionis, & tamen Ecclesia nō potest illū præcipere propter ejus difficultatem. *Ad quartum* respondetur esse diversam rationem de substantia hujus præcepti, ac de circunstantia quoad tempus; nam supposito quòd teneamur confiteri omnia peccata, id facere citiùs, aut seriùs non est adeò grave.

6 *Secunda difficultas:* Quas personas cōprehendat præceptum confessionis divinum? Respondetur cōprehendere omnes. ac solos eos, qui post baptismū mortaliter peccarunt. Ita cōmunis Theologorū apud *Tan. q. 4. dub. 8.* & apud *Bonac. q. 5. s. 2. pun. 4. n. 5.* & apud *Dicastilb. disp. 7. n. 1.* *P. Tanner. Bonac. P. Dicastil.* Probatur, quia omnia, ac sola mortalia cōmissa post baptismum, sunt materia necessaria hujus Sacramēti, ut constat ex *Trident. sess. 14.* ergo, &c. *Trident.* Ex dictis sequitur hæreticos, & apostatas etiam teneri hoc præcepto, quia habent mortalia commissa post baptismum.

7 Quæres primò: Quid dicendū de infidelibus, qui baptizati nō sunt? Teneri hoc præcepto Affirmant *Sot. in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. Richard. in 4. dist. 17. a. 2. q. 4. Sylvest. ver. confess. 2. q. 5. & Angel. eodem ver. n. 2.* *Scotus. Richard. Sylvest. Angelus.* *Primò,* quia illud est divinum; & hoc in eo distinguitur ab ecclesiastico, quòd ecclesiasticū solùm obligat fideles, nā Ecclesia nō habet jurisdictionē in infideles: divinū verò obligat omnes. *Secūdò,* quia eadē est ratio de præcepto divino confessionis, ac de præcepto divino Eucharistiæ, hoc autē obligat etiā infideles: ergo & illud *Tertiò* ex *Cap. Baptizandi dist. 4.* ubi dicitur Catechumenos impositione manuum Sacerdotis recipiendos esse ad baptismum. *Cap. Baptizandi.*

8 Nihilominus dicendum non teneri. Ita *Suar. disp. 35. sect. 2. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 1. Turr. disp. 2. dub 1. Hurt. disp. 7. diff. 3. Maior. d. 17. q. 1. Almain. q. 1. a. 2. Leand. disp.* *P. Suar. P. Vasq. P. Turrian P. Hurt. Maior. Almain. Leander.*

disp. 3. q. 9. & alii communiter apud ipsum. Probatur uno verbo, quia Infideles non habent peccata commissa post baptismum, & sola hæc, ut docet *Tridentinum*, sunt materia necessaria confessionis.

9 *Ad primum* respondetur, præceptum divinum obligare omnes, qui sunt capaces, seu in quibus est materia illius: at in Infidelibus non est materia confessionis; non enim habent peccata commissa post baptismum. *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de præcepto Eucharistiæ, ac de præcepto confessionis, quia Infidelis est capax obligationis Eucharistiæ, potest enim illam suscipere, si baptizetur; & potest baptizari: at non est capax obligationis confessionis; nam, licèt baptizetur, non potest confiteri peccata commissa ante baptismum; & nondum habet commissa post baptismum. *Ad tertium* respondetur in eo textu non esse sermonem de pœnitentia Sacramentali, sed de cæremoniali externa, quæ significabat dispositionem internam requisitam ad baptismum. Ita *Turr. proximè cit.* P. Turrian.

10 Quæres secundò: Quid dicendum de Apostolis? Respondetur Apostolos posse considerari aut quoad peccata commissa ante baptismum; & hæc clarum est non esse materiam confessionis. Aut quoad peccata commissa post baptismum; & sic aut quoad commissa ante incœptionem Ecclesiæ, quæ incœpit à die Pentecostes, ut cum communi Doctorum docet *Suar. de legib. l. 10. c. 4.* aut quoad commissa post incœptionem Ecclesiæ. P. Suar.

11 *Dico primò*: Peccata commissa ante incœptionem Ecclesiæ non erant materia confessionis. Probatur, quia sola peccata commissa intra Ecclesiam sunt materia hujus Sacramenti, fuit enim institutum per modum judicii; & Ecclesia (ut docet *Trident. sess. 14. cap. 1.*) in neminem judicium exercet, quin priùs in ipsam per baptismi januam fuerit ingressus. *Quid enim mihi* inquit Apostolus) *de iis, qui foris sunt, judicare?* Secus autem de domesticis Fidei. Trident. 1. Corin. 5.

Dico secundò: Peccata commissa post incœptionem Ecclesiæ solùm erant materia sufficiens, & non necessaria. Probatur, quia non erant peccata mortalia, sed solùm venialia: fuerunt enim Apostoli in die Pentecostes confirmati in gratia. Credibile tamen est Apostolos frequêtasse confessionem, tum propter gratiam Sacramenti, tum quia illam aliis commendabant, ut constat ex *Iacob. 5. Confitemini alterutrùm peccata vestra*: & ex *1. Ioan. 1. Si confitemur peccata nostra, &c.* Decebat autem quód ipsi aliis præessent exemplo. Iacob. 5. 1. Ioan. 1.

SECTIO III.

Pro quo tempore obliget præceptum divinum?

12 *Obligat per se in articulo mortis.*
13 *Etiam in periculo mortis: & explicatur quid sit mortis periculum.*
14 *Medicus tenetur saltem ex charitate monere infirmum in periculo mortis.*
15 *An obligetur ex jure positivo?*
16 *Notantur aliqua scitu digna.*
17 *Resolvitur negativè, saltem quo ad aliquas Provincias.*
18 *Respondetur fundamentis in contrarium adductis*
19 *Utrùm præceptum divinum obliget extra periculum mortis: & proponitur sententia negativa.*
20 *Præfertur opinio affirmativa.*
21 *Occurritur fundamento partis oppositæ.*
22 *Utrùm obliget statim post peccatum commissum?*
23 *Proponitur primus casus, in quo præceptum divinum obligat per accidens.*
24 *Proponitur, & refutatur secundus casus.*
25 *Proponitur tertius casus, in quo præceptum divinum obligat per accidens.*
26 *An detur obligatio per accidens confitendi frequenter intra annum?*



Possumus loqui aut de obligatione per se, aut de obligatione per accidés ratione Eucharistiæ, vel ratione alicujus tentationis gravis, quæ proponitur per confessionem vincenda.

12 *Prima difficultas*: Quando præceptum divinum obliget per se? Respondetur imprimis obligare in articulo mortis. Ita communiter Doctores, quos sequitur *Taner. q. 7. dub. 8. Bonac. q. 5. s. 2. punct. 4. n. 5. Leand. disp. 3. q. 10. Dicastilh. disp. 7. n. 20.* Probatur; quia, si quando, pro tunc datur maxima necessitas hujus Sacramenti. P. Tanner. Bonac. Leander. P. Dicast.

13 Deinde dicendum est ob eandem rationem obligare etiam in periculo mortis. Periculum autem mortis est imminens prælii conflictus, tempestas, ex qua time-

timetur naufragium, primus partus mulieris, aut etiam sequentes, si priores difficiles experta est. Item susceptio navigationis periculosæ, in qua non erit copia Confessarii. Et, ut uno verbo dicam, quoties probabiliter creditur non fore ante mortem copiam alterius Confessarii, nisi hîc & nunc: &, si casus fuerint reservati, quoties probabiliter creditur non fore copiam Prælati, nisi hîc & nunc. Ita Doctores citati.

14 Occasione hujus obligationis in periculo mortis, *Quæres*: Utrùm Medicus teneatur monere infirmum, ut confiteatur? Et imprimis non est dubium teneri, ubi præviderit esse, aut probabiliter fore periculum, idque saltem jure naturali ex charitate, ut cum communi tenet *Sanch. l. 3. Decalog. c. 16.* *P.Sanch.*

15 Solùm dubitari potest, Utrùm teneatur ex jure positivo? Et pro parte affirmativa facit textus in *Cap. Infirmitas, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi id Medicis præcipitur; quod postea desuetudine abrogatum renovavit *Pius V.* motu proprio, qui incipit *Super gregem, anno* 1566. ubi præcipit Medicis sub pœna excommunicationis, privationis gradûs, ejectionis à cœtu Medicorum, & aliis pœnis pecuniariis arbitrio Ordinarii imponendis, ne ultra tertium diem visitent ægrotum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessarii in scriptis datam. Insuper Academiis strictè mandat, ut ante gradum Doctoratûs ab ipsis Medicis exigant speciale juramentum servandi hoc statutum. *Cap. Infirmitas. Mot. prop. Pii V.*

16 Ubi notanda sunt tria: *Primum*, præceptum non intelligi de qualibet infirmitate, ob quam ægrotus meritò decumbat, ut existimarunt *Cherubinus in comp. Bull. tom. 2. const. 3. Pii. V. scholio 2. Sylv. verbo Medicus q. 3. quæsit. 3. D. Antoninus 3. part. tit 7. c. 2. §. 4. Rodriguez in qq. reg. to. 1. q. 47. art. 3.* Sed solùm de infirmitate, quæ aut gravis est, aut à principio prudenter timetur futura gravis, ut tenet *Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 2. Suar. tom. 4. disp. 35. sect. 3. n. 4. Tabiena verb. Medicina, q. 12. n. 13. Rosella verb. Medicus n. 3. Angel. eodem verbo n. 9. Scortia in bull. Pont. epitome 89. theorem. 215. Graf. part. 1. decis. lib. 3. cap. 14. n. 7. Armil. n. 1. Vega in sum. tom. 2. cap. 35. casu 3. Homobonus de statibus part. 2. cap. 5. Sanch. in Decalog. lib. 3. cap. 16. n. 10. 11. & 16.* *Cherub. Sylvest. D. Anton. Rodrig. Nugnus P. Suar. Tabiena Rosella Angel. Scortia. Armil. Graf. Vega Homob. P. Sanchez*

Diana 3. p. tr. 4. res p. 93. quia hæc videtur mens Pontificis, nec aliud sonant ejus verba. *Secundum*, Medico non præcipi monere ægrotum per se, sed aut per se, aut per alium. Ita Doctores citati. *Tertium*, si ægrotus admonitus nolit confiteri, non debere Medicum illum deserere, hoc enim esset contra charitatē, quam leges violari nolunt, nec ista *Pii V.* procedit in tali casu, sed in ordinariis, in quibus ægroti contumaces esse non solent, ut notant Doctores citati, quibus adde *Barbos. in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. cap. 13. n. 4. Sylv. in addit. ad 3. par. D. Thom. q. 6. art. 5. Quæritur primò. conclus. 91. Villalob. in sum. tom. 1. tra. 9. diffi. 27. n. 5.* *Diana Barbosa. Diana Villalob.*

Tota dubitatio est: An hisce temporibus obliget hujusmodi Decretum? Et ratio dubitandi est, quia videtur usu non receptum, & consuetudine abrogatum. Plures existimant non posse consuetudine abrogari; nam consuetudo legem abolens debet esse rationi consentanea, *Cap. finali, de consuetudine*, & nulla potest esse talis contra hoc Decretum, utpote quod latum in favorem animarum. Accedit quòd saltem juramentum acceptum servandi hoc Decretum obligat: ergo, &c. Et ita *Angelus verbo Medicus n. 8. & ibi Sylvester. q. 3. quæsit. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 4. Tabiena ver. Medicina q. 11. n. 12. Rosella verbo Medicus initio, Hostiens. Cap. Cum infirmitas. n. 2. Abbas ibi n. 6. Anchar. n. 2. & Ioannes. Andreas. n. 3.* *Cap. final. Angelus Sylvest. D. Anton. Tabiena Rosella. Hostiens. Abbas. Anchar. Ioā. Andr.*

17 Nihilominus dicendum posse prædictum Decretum consuetudine abrogari, & de facto in Lusitania, Hispania, & aliis pluribus provinciis esse abrogatum. Ita cum communi Doctorum *Suar. disp. 35. sect. 3. n. 4. Sanch. l. 3. Decal. c. 16. n. 14. Caiet. in sum. verbo Medicus. Armilla eodem verbo n. 1. fine Navarr. in sum. c. 25. n. 61. Villalob. in sum tom. 1. tr. 9. diff. 27. n. 5. Filliuc. tom. 1. tr. 7. cap. 3. n. 34. & Dian. proximè. §. Dico quintò.* Probatur, quia de facto in his provinciis datur consuetudo contraria, videntibus & dissimulantibus Prælatis: consuetudo autem potest prævalere contra omnem legem humanam, excepta sola naturali & divina, ut habetur *Cap. finali, de consuetudine*: ergo, &c. *P. Suar. P. Sanch. P. Filliuc. Villalob. Caiet. Armilla. Navarr. Diana.*

18 Neque obstat primò, quòd consuetudo debet esse rationi conformis; nam illa consuetudo dicitur rationi conformis, quæ sublatâ lege humanâ in contrarium non est mala, seu quæ non est intrinsecè mala,

mala, ut cum communi Doctorum tenet
P. Sanch. *Sanch. de matrimonio l. 7. disp. 4. n. 14.* At desinere monere infirmum tertia die infirmitatis: item non accipere juramentum ante gradum Doctoratûs, &c. non est intrinsecè malum.

Non obstat secundò præstitum juramentum, quia hoc aut non accipitur, aut si accipitur, est solùm servandi motum, & statutū *Pii V.* at juramentum servandi aliquod statutum solùm obligat ad illud,
P. Sanch. prout usu receptum est, ut docet *Sanch. l. 3. Decalog. cap. 14. n. 9.* At hoc statutum usu receptum non est. Hæc de Medico occasione obligationis præcepti divini in periculo mortis.

19 Maius dubium est: Utrùm præceptum divinum obliget extra periculum mortis? Negare videtur *D. Thom. d. 17. q. 3. a. 1. q. 4. Scotus a. 3. Suar. d. 35. sect. 3. n. 9. Richardus. a. 3. q. 6. Gabriel a. 3. dub. 1. Palud. q. 2. a. 5. & alii.* Probatur, quia non est unde colligatur talis obligatio, maximè cùm ad justificationem sufficiat contritio.

D. Thom. Scotus. P. Suar. Richardus Gabriel. Palud.

20 Nihilominus standum resolutione affirmativa cum *Suar. disp. 35. sect. 3. Vasq. q. 90. art. 1. dub. 4. Coninck. disp. 5. dub. 2. n. 38. Henriq. lib. 4. cap. 3. n. 5. litera H. Filliuc. tr. 7. cap. 2. quæsit. 5. Reginal. lib. 6. n. 128. Bonacin. cit. n. 17. Hurt. d. 7. diff. 2. Tanner. q. 7. n 141. & Lugo d. 15. sect. 3. n. 39. Leand. tr. 5. disp. 3. q. 13.* Probatur ex *Trident. sess. 14. c. 5.* ubi asserit præceptū divinum obligans indeterminatè fuisse determinatum ab Ecclesia; sed non fuit determinatum pro articulo mortis; nam pro illo jam erat determinatum à Deo: ergo fuit determinatum pro tempore extra articulum mortis, ac proinde extra illum obligabat, vagè quidem, & indeterminatè, sed obligabat, determinatione facienda ab Ecclesia; seu (ut aiunt) obligabat radicaliter.

P. Suar. P. Vasq. P. Coninck P. Henriq. P. Filliuc. P. Reginal Bonac. P. Hurt. P. Taner. P. Lugo. Leander.

Et confirmatur, quia eadem videtur ratio de Eucharistia, ac de confessione: at verò Eucharistia non obligat solùm in articulo mortis, sed etiam extra illum; est enim Eucharistia non solùm per modum Viatici, sed etiam per modum cibi, qui in vita sumendus est: ergo idem dicendum de confessione; nam hæc est per modum medicinæ ratione directionis Confessarii, quæ proinde, supposito morbo peccati, applicanda est.

21 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ. Nec nova videri debet obligatio vaga pro aliquo tempore indeterminato: sic enim obligat præceptum charitatis extra articulū mortis, & ipsum præceptum Eucharistiæ, prout divinum est, præcisâ determinatione ecclesiastica: ergo, &c.

22 Utrùm verò præceptum divinum obliget statim post peccatum commissum? Affirmant *Parisiens. lib. de sacram. tit. de pœnit. Reinerius 1. p. sum. verb. Confessio c. 5. Angel. ver. Confess. 1. n. 3. Alens. 4. p. q. 77. membr. 4. art. 2. D. Bonav. in 4. dist. 17. art. 4. q. 2. & alii.* Sed negandum est cum Doctoribus citatis: primò, quia neque contritio obligat statim post peccatum, ut *tractatu primo* ostendimus. Secundò, quia aliàs Ecclesia non benè differret obligationem confitendi per totum annum.

Parisiens. Reinerius. Angelus Alens. D. Bonav.

23 *Secunda difficultas*: Quando præceptum divinum obliget per accidens? Tres casus assignari solent: *Primus* est ratione Eucharistiæ; debet enim omnis, qui ad illam accedit, si conscius sibi sit peccati mortalis, confiteri, & non sufficit, quòd conteratur. Ita definitum est in *Trident. s. 13. c. 7. & can. 11.* Ad alia Sacramenta; si sint mortuorum, ut baptismus, & confessio, sufficit quòd præcedat attritio: si verò sint vivorū, requiritur, & sufficit cōtritio, per quam vivificetur homo, & accedat vivus. In sola Eucharistia est hoc speciale præceptum, idque non ecclesiasticum, ut existimarunt *Caiet. q. 80. a. 4. Medina codice de confessione tr. 2. q. 7. & Armilla verbo Communio n. 1.* Sed divinum, juxta illud *Probet autem se ipsum homo*, quod Apostolus dicit se accepisse à Domino, ut cum *Suar. disp. 35. sect. 3. n. 9. Henr. lib. 4. cap. 3. n. 4. lit. H. Coninck disp. 5. dub. 2. n. 38. Reginal. lib. 6. n. 28. Valent. t. 4. d. 6. q. 8. p. 3. ad 1.* & aliis pluribus docet *Bonacin. de Euchar. disp. 4. q. 6. p. 1. n. 35.*

Trident. Caietan. Medin. Armil. P. Suar. P. Henriq. P. Coninck P. Regin. P. Valent. Bonac.

24 *Secundus casus* adducitur à *Nugno in 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 1. concl. 4. & à Medina Complutens. de pœnit. tr. 2. q. 14. §. 2.* quando propter multitudinem peccatorum datur periculum oblivionis. Et probatur, quia tenemur ad integritatem confessionis, & consequenter ad medium necessarium ad illam: in casu autem proposito cōfessio est mediū necessarium. Et confirmatur, quia qui prævidet defecturum Confessarium, tenetur anticipare confessionem: ergo idem dicendum de eo, qui prævidet defecturam memoriam.

Nugnus. Medina.

Sed revera iste casus non videtur admittendus: illum impugnant *Turrian. de pœnit. disp. 19. dub. 4. Villalob. in summa tom. 1. tr. 9. diff. 27. n. 7. Coninck disp. 5. dub. 1. n. 33. Henr. l. 4. cap. 4. n. 8. Filliuc. tract. 7. cap. 2. n. 36. & Dian. 3. p. tract. 4. resol. 155.* quibus accedit *Lugo d. 15. n. 41.* Quia alias homines debilis memoriæ tenerentur pluries intra annum confiteri propter periculum oblivionis. Et ratio à priori est, quia Deus solùm obligat ad integram confessionem peccatorum, quæ memoriæ occurrerint, non autem ad id, quòd memoriæ occurrant.

P. Turrian. Villaloh. P. Coninck. P. Henriq. P. Filliuc. Diana. P. Lugo.

Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, imò & ad ejus confirmationem: dicendum enim est de confessione dari præceptum, cujus executio quoties tempore præscripto redditur impossibilis, est anticipanda, ut inferiùs dicemus: at non datur præceptum de eo, quòd omnia peccata memoriæ occurrant.

25 *Tertius casus est*, quando confessio proponitur ut medium necessarium ad vincendam aliquam gravem tentationem; tunc enim datur obligatio confitendi, ut cum *Suar. tom. 2. de relig. l. 1. cap. 30. n. 17. & tr. 3. in 2. p. d. 69. sect. 3. §. Dico 4. & de pœnit. d. 35. sect. 3. n. 10. Reginal. in praxi tom. 1. l. 6. sect. 2. n. 29. Filliuc. tr. 7. n. 39. Sanch. in Decal. l. 2. cap. 1. n. 3. & cap. 35. n. 9. Valent. 2. 2. disp. 1. q. 2. punct. 5. quæstiuncula 2. Azor tom. 1. l. 8. cap. 7. q. 6. tenet Lugo d. 15. num. 42.*

P. Reginal. P. Suar. P. Filliuc. P. Sanch. P. Valent. P. Azor. P. Lugo.

26 Sed hinc difficile dubium suboritur, sequitur enim dari obligationem per accidens confitendi frequenter intra annum. Et ratio est, quia frequens confessio est medium necessarium ad vitanda plura peccata; nam experientia ostendit minùs frequenter peccare, qui frequentiùs confitetur. Neganda tamen est sequela cum *Suar. de Pœnit. d. 35. s. 3. n. 11. Fagund. pr. 2. l. 1. cap. 1. n. 16. Filliuc. tr. 7. n. 39.* & communi Theologorum apud *Lug. proximè n. 46.* Et ratio est, quia frequens confessio, communiter loquendo, non apprehenditur ut medium unicum ad minùs frequenter peccandum: sed aut illa, aut propositum efficax, aut fuga occasionis, aut actus contrarius, quando tentatio urget, &c.

P. Suar. P. Filliuc. P. Fagund. P. Lugo.

(✠)

SECTIO III.

Ad quam confessionem obliget præceptum divinum, & per quam impleatur?

27 *Non obligat per se, etiam in articulo mortis, ad confessionem publicam.*
28 *Obligat per accidens in mortis articulo ratione charitatis propriæ.*
29 *Quando confessio fit publicè, non obligatur pœnitens dicere omnia peccata, etiam in articulo mortis.*
30 *An teneatur pœnitens confiteri per interpretem? & proponitur opinio affirmativa.*
31 *Respondetur cum distinctione.*
32 *Tunc non tenetur pœnitens confiteri integrè.*
33 *Solvitur fundamentum partis oppositæ.*
34 *An pœnitens in articulo mortis teneatur ad confessionem per scriptum.*
35 *Non tenetur ad confessionem integram per scriptum, si omnia peccata commodè scribere non potest.*
36 *Si possit omnia scribere sine periculo infamiæ, tenetur.*
37 *Per quam confessionem impleatur divinum præceptum?*
Non impletur per confessionem invalidam. Ibidem.
38 *Proponitur sententia asserens non impleri per confessionem validam & informem.*
39 *Præfertur sententia affirmativa.*
40 *Satisfit fudamentis sententiæ oppositæ.*



Posse confessionem aliquando fieri publicè, necnon per interpretem, & in scriptis, diximus *tract. 3. disp. 2. sect. 2.* Nunc quærimus, an præceptum divinum aliquando obliget ad illam faciendam hisce modis, quando nimirum aliter fieri non potest?

27 *Prima ergo difficultas est*: An obliget ad confessionem publicam, saltem in articulo mortis? v.g. in subito naufragio, quando aliter confessio fieri non potest. Et imprimis certum est non obligare per se. Habetur expresè in *Tridentino sess. 14. c. 5.* ibi: *Publicè confiteri non est divino præcepto mandatum, &c.* *Trident.*

28 Solùm dubitari potest: An tunc obliget per accidens ex motivo charitatis propriæ? Et responderi solet cum distinctione: primò affirmativè, si pœnitens probabiliter timeat, vel dubitet de sua contritione; quia tunc periculum animæ extre-

extremum praeponderat cuilibet jacturae famae, aut aliorum bonorum. Secundò negativè si probabiliter existimet se esse contritum, quia poenitens nō tenetur ad confessionem publicā, nisi ratione periculi, cui non confitendo se exponit: at si probabiliter putet se esse contritum, nulli periculo se exponit. Ita *Hurt. disp. 8. diff. 2.* *Sanch. in selectis disp. 32. n. 8. Turr. disp. 32. dub. 1. Layman. in Theolog. moral. l. 5. tr. 6. ... n. 5. Fag. praecep. 2. l. 2. c. 6. n. 8. Villal. in sum. tom. 1. tr. 9. diffic. 32. n. 1. Suar. disp. 26. sect. 6. n. 5. Henr. lib. 4. cap. 4. n. 4. Vasq. q. 91. art. 2. dub. 3. n. 6. Filliuc. tr. 7. c. 3. n. 65. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 129. & Bonac. q. 5. s. 2. punct. ultimò n. 5.*

Verùm hi Doctores quoad istam partē (ut bene notat *Lugo disp. 15. n. 62.* & ex illo *Escobar tom. 2. Theol. moral. lib. 18. sect. 2. probl. 83.*) videntur loqui minùs bene, quia revera opinio de contritione perfecta, propter ejus difficultatē non potest esse sufficienter certa, ita ut excuset à confessione, quae est medium securum: & quando agitur de salute animae (ut ipsi Doctores fatentur) non possumus uti opinione probabili, relictâ certâ & securâ; tunc enim habet locum regula *In dubio tutior pars est eligenda.*

29 Utrùm verò poenitens in casu proposito teneatur dicere publicè omnia peccata? Respondendū est cum distinctione: possumus enim loqui aut de peccatis publicis, & haec debent dici, quia non est ratio excusans ab eorum integritate. Ita cum pluribus *Henr. l. 1. c. 3. Navar. man. c. 2. n. 7.* & alii, quos citat, & sequitur *Tan. q. 7. n. 26.* Aut possumus loqui de peccatis occultis; & quoad haec omnes Doctores citati asserunt posse dici sola peccata minoris infamiae, relictis ac suppressis grandioribus, pro quibus dicunt satis esse poenitentem se accusare in genere de omnibus aliis peccatis, quibus Deum offendit. Et probatur; quia infamia publica excusat à maiori integritate.

Imò posse poenitentem dicere solùm aliquot Venialia in specie, accusando se in genere de omnibus aliis peccatis, merito opinantur *Coninck disp. 5. dub. 10. n. 77. Molfes. in sum. tom. 1. tr. 7. c. 11. n. 12. Navar. man. cap. 2. n. 7.* & valde probabile dicit *Tan.* proximè, quibus accedūt *Lug. cit. n. 63. Alph. de Leon*, & alii, quos citat, & sequitur *Dian. 3. p. tr. 4. resol. 129.*

30 *Secunda difficultas*: An obliget ad confessionem per interpretem? *Lugo proximè n. 63.* secutus *Sylvest.* verb. *Confessio 1. n. 15. Canum relect. de poenit. p. 5.* & alios, existimat teneri poenitentem in articulo mortis confiteri integrè omnia mortalia per interpretem. Fundamentum est, quia incommodum revelandi duobus eadē peccata, praesertim quando utrique revelantūr sub sigillo, non videtur tanti momenti, ut in articulo mortis excuset ab integritate. Et hoc ostenditur in eo, (qui) habet casus reservatos, & est communicaturus; nam si praesentē non habeat Praelatū, debet absolvi ab inferiori cum onere cōparendi postea Praelato: in quo casu incōmodum revelandi duobus eadem reservata non excusat ab integritate: ergo neque à fortiori in articulo mortis, ubi infamiae momentum est minus, & periculū salutis maius.

31 Nihilominus distinctione opus est, & *Dico primò*: Praeceptum divinum nō obligat per se ad confessionē per interpretem; est enim confessio per interpretē aliquo modo publica, utpote facta coram tertio, qui Confessarius nō est: at praeceptum divinū non obligat ad confessionem publicā, ut constat ex *Trid. sess. 14. c. 5.*

Dico secundò: Si poenitens probabiliter timeat, vel dubitet de sua cōtritione, obligatur ex charitate propria ad confessionē per interpretē; hoc patet ex dictis *num. 28.* quia praeponderat periculum animae extremum cuilibet alii inconvenienti, & famae incommodo.

32 *Dico tertiò*: Tunc non est opus cōfiteri integrè; sed potest constitutus in mortis articulo dicere duntaxat peccata minoris infamiae, aliis suppressis, ac silētio involutis. Ita *Nugnus in addit. ad 3. p. q. 9. a. 3. diffic. 1. ad 1. Fagund. 2. prae. l. 2. c. 6. n. 8. Suar. d. 26. s. 6. n. 5. Henr. l. 4. c. 4. n. 4. Laym. l. 4. tr. 6. c. 6. n. ...* Et probatur, quia publicitas confessionis excusat ab integritate. Imò, ut constat ex *n. 29.* poterit poenitēs in hoc casu dicere sola aliqua Venialia, accusando se in genere de omnibus aliis peccatis. Et ita tenēt *Coninck, Molf. Nav. Tan. Alphons. de Leon. Lug. & Dian.* dicto *n. 29.* allegati; quia publicitas, & infamia excusant à maiori integritate.

33 Neq; obstat periculū animae in articulo mortis, nā hoc sufficiēter tollitur per absolutionē venialiū, quae indirectè cadit super omnia mortalia. Ad fundamētū *Lugi*, quatenus dicit incōmodum revelandi duobus reservata, nimirū Superiori, & inferiori, nō excusare ab integritate; & inde infert, neque ab ea excusare incommodum

dum revelandi peccata interpreti, & Confessario. Respondetur imprimis nihil probare; quia, si quid probat, etiam probat confessionem per interpretem obligare extra articulum mortis, quod tamen neque ipse *Lugo* concedit. Respondetur secundò, plures existimare habentem casus reservatos in proposito eventu, non teneri illos revelare Sacerdoti inferiori, sed postea soli Prælato, propter incommodum subjiciendi peccata eadem duobus, de quo nos *tract.* 8. Respondetur tertiò, admissâ eâ doctrinâ de Reservatis, dari diversam rationem in nostro casu; nam revelatio, quæ fit interpreti, est ipsi Sacramento quodammodo externa; non ita, quæ fit Sacerdoti inferiori, & superiori; uterque enim est minister Sacramenti; interpres verò minister non est, sed solùm medium: publicitas autem, & infamia externa excusat ab integritate; non ita infamia interna, ut constat ex dictis *tract.* 3. *disp.* 3. *sect.* 5. *diff.* 3. *n.* 598.

34 *Tertia difficultas*: An obliget ad confessionem in scriptis, quando pœnitens aliter se explicare non potest? Et quidem, si quæstio procedat in articulo mortis, nō est dubium obligare, saltem ratione periculi; est enim confessio in scriptis minùs incommoda, quàm confessio publica, aut per interpretem: & tamen pœnitens tenetur ad confessionem publicam, & per interpretē, ut constat ex dictis.

Solùm dubitari potest, an tunc teneatur integrè confiteri? Negant *Sayr. de pænit. cap.* 12. *n.* 17. *Zerol. cap.* 14. *quæsito* 5. *Valent. d.* 7. *q.* 11. *punc.* 1. *Navar. cap.* 21. *n.* 36. *Sot. in* 4. *dist.* 58. *q.* 2. *a.* 6. *Medina codice de confessione q.* 15. *Vict. n.* 173. *Tolet. l.* 3. *c.* 6. *Henr. l.* 2. *c.* 2. Probatur, quia scriptura de se est instrumentum publicum, & subjacet periculis infamiæ. Sayrus. Zerola. P. Valent. Navar. Sotus. Molina. Victoria. P. Tolet. P. Henr.

35 Nihilominus distinctione opus est: aut enim pœnitens non potest omnia scribere commodè, & sine periculo infamiæ, & sic dicendum est non teneri ad scribenda omnia, ut docent Doctores citati, & probat eorum fundamentum.

36 Aut potest omnia scribere sine periculo, quia nimirum potest ea scribere in præsentia Cōfessarii, & statim rumpere; & sic dicendum est teneri. Ita *Maior in* 4. *dist.* 17. *q.* 1. *Gabr. q.* 1. *art.* 2. *Sylvest. confessio* 1. *n.* 16. *Petrus Sotus lect.* 11. *de confessione. Suar. disp.* 36. *sect.* 6. *Vasq. q.* 91. *art.* 4. *dub.* 5. *Coninck disp.* 5. *dub.* 10. *n.* 18. *Pezant. in addit ad* 3. *par. q.* 10. *sub fin. diff.* 2. *pag.* 976. *Filliuc. tract.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 8. *n.* 63. & alii, quos citant, & sequuntur *Hurt. d.* 8. *diff.* 4. & *Bonacin. proximè.* Probatur, quia scriptura in his circumstantiis non est publica, neque ullum aliud affert incommodum excusans ab integritate: ergo, &c. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ. Maior. Gabr. Sylvest. Sotus. P. Suar. P. Vasq. P. Coninc. P. Pezant. P. Filliuc. P. Hurt. Bonac.

37 *Quarta difficultas*: Per quam confessionem impleatur divinum præceptum? Et imprimis certum est non impleri per confessionem invalidam, sive defectus proveniat ex parte pœnitentis, sive ex parte Confessarii, quia non habebat jurisdictionem, vel quia non habuit intentionem, aut verâ absolutionis formâ usus non est. Probatur, quia præceptum non impletur nisi per actum quoad substantiam, & in hoc casu deficit actus quoad substantiam: ergo, &c.

38 Tota dubitatio est, an impleatur per confessionem validam informem? Negat *Adrian. q.* 5. *de confess. dubio* 4. Idque *primò*, quia præceptum divinum non impletur per actum non rectè factum, qualis est confessio informis; ideo enim est informis, quia est non rectè facta. *Secundò*, quia præceptum virtutis pœnitentiæ non impletur per actum informem: ergo neque præceptum Sacramenti pœnitentiæ, nam hoc determinat illud; & quando unum præceptum determinat aliud, illud includit, & aliquid ampliùs: v. g. quia præceptum positivum de Decimis determinat naturale obligans ad alendos Ministros Ecclesiasticos, includit eorum sustentationem, & aliquid ampliùs, nimirum Decimas. Adrian.

39 Nihilominus dicendum impleri. Ita *Suar. disp.* 35. *sect.* 4. *n.* 3. *Henr. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 1. & *lib.* 5. *cap.* 15. *Filliuc. tr.* 7. *c.* 2. *quæsit.* 8. & *cap.* 3. *n.* 65. *Bonac. proximè f.* 2. *pun.* 4. *n.* 21. *Lugo disp.* 19. *n.* 137. *Valent. tr.* 4. *d.* 7. *q.* 11. *p.* 2. & 3. *Pezantius* 3. *p. q.* 10. *disp.* 3. *Zerola in praxi pænit. c.* 13. *q.* 35. *Nugnus in addit. q.* 6. *a.* 5. *diff.* 2. & 6. *q.* 9. *dub.* 2. & *communis Theologorum.* Probatur, quia præceptum solùm est de Sacramento, & non de fructu illius: & hoc ostenditur exemplo aliorum Sacramentorum, nimirum Baptismi validi, & informis, Communionis validæ, & informis, &c. nam per illa sic absque fructu implentur eorum præcepta. P. Suar. P. Henriq. P. Filliuc. Bonac. P. Lugo. P. Valent. P. Pezant. Zerola. Nugnus.

40 Ad

40 Ad primum fundamentum *Adriani* respondetur, præceptum divinum impleri per actum rectè factũ quoad substãtiã, licèt non sit rectè factus quoad modũ; in quo quidem violabitur aliud præceptum obligans ad modum, non tamen hoc obligans solùm ad substantiam. Exemplo res declarabitur; nam, si v. g. extremè indigenti restituas, vel eleemosynam eroges propter vanam gloriam, certè satisfecisti præcepto justitiæ, vel charitatis, quia hæc solùm obligant ad actum quoad substantiam, licèt violaveris præceptum humilitatis, cui oppositus est modus, nimirum vana gloria.

Ad secundum respondetur; etiam præceptum virtutis pœnitentiæ impleri per actum informem, si detur quoad substantiam, licèt aliàs propter aliquod impedimentum, vel obicem, qui inculpabiliter non removetur, ejus fructus nõ sequatur, nam præceptũ nõ præcipit fructũ actûs; sed solùm ipsum actum quoad substantiam.

DISPUTATIO SECUNDA

De Præcepto Ecclesiastico.

E*runt sectiones quinque; prima: An detur præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis, & quas personas obliget? Secunda: An non habens conscientiam peccati mortalis teneatur confiteri saltem Venialia? Tertia: Pro quo tempore obliget hoc præceptum? Quarta: Ad quam confessionem obliget, & per quam impleatur? Quinta: Quæ pœnæ sint impositæ transgressoribus hujus præcepti? & Qui ab illis excusentur?*

SECTIO PRIMA.

An detur præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis, & quas personas obliget?

41 *Videtur non posse Ecclesiam ferre præceptũ annuæ confessionis.*
42 *Certum est dari in Ecclesia talem potestatem.*
43 *De facto datur in Ecclesia hoc præceptum.*
44 *Respondetur cuidam objectioni.*
45 *Ostenditur, hoc præceptum obligare per se ad confessionem annuam.*
46 *Quas personas obliget? Non obligat infideles.*
47 *An obliget hæreticos? Negant nonnulli.*
48 *Sed affirmandum cum communi.*
49 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*
50 *Summus Pontifex obligatur præcepto annuæ confessionis.*
51 *An obligentur etiam pueri statim ac habent usum rationis? & proponitur sententia negativa.*
52 *Dicendum tamen obligari pueros habentes conscientiam peccati mortalis.*
53 *Solvitur objectio partis contrariæ.*
54 *Utrùm Summus Pontifex possit secum, & cum aliis dispensare in hoc præcepto? Potest validè.*
55 *Non potest licitè quoad dispensationem in totum.*
56 *Potest licitè quoad dispensationem in partem, data rationabili causâ, sine qua si dispenset, peccat.*
57 *Quod peccatum committat?*

666 *Rimâ difficultas:* An detur præceptum ecclesiasticum obligans ad annuam confessionem? Videtur enim in Ecclesia non esse potestatem ad ferendum tale præceptum: est enim confessio actus valde occultus, utpote quæ de peccatis merè internis, quæ Ecclesia non potest præcipere sibi subjici, non enim judicat de interioribus.

42 Nihilominus certum est primò dari in Ecclesia talem potestatem; idque constat tum ex perpetua traditione, tum ex *Trident. sess. 21. c. 2.* ubi definitur posse Ecclesiam circa usum Sacramentorum præcipere ea, quæ saluti Fidelium magis congruere judicaverit, &c. Item quia ab actu ad potentiam bene valet argumentatio, & Ecclesia olim præcipiebat confiteri ter in anno, ut constat ex *Papa Fabiano in Cap. Etsi non frequentius, de consecratione*

Trident.

Cap. Etsi non,

Concil. Turon. tione dist. 2. & ex Concilio Turonensi 3. c. 50.

43 Certum est secundò dari de facto præceptum annuæ confessionis. Probatur tum ex *Concilio Lateran. in Cap. Omnis utriusque sexûs, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi hoc præceptum expressè continetur: ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, &c.* Tum ex *Concilio Trident. sess. 14. c. 5. & canon. 8.* ubi dicitur esse in Ecclesia præceptum annuæ confessionis. (Cap. Omnis utriusque. Trident.)

44 Neque obstat quòd confessio sit valde occulta: respondetur enim esse quidem actum valde occultum, sed tamen externum, cujus determinationem quoad tempus Christus Dominus suæ Ecclesiæ commisit; in quo illa directè, & per se nihil præcipit circa actus merè internos, sed solùm circa ipsam confessionem externam, quæ ex institutione, & præcepto divino est etiam de actibus merè internis. Ubi notandum, præceptum annuæ confessionis non esse purè ecclesiasticum, sed mixtum, hoc est, simul divinum; & ecclesiasticum: divinum quoad substantiam confessionis: ecclesiasticum quoad circunstantiam temporis, & determinationem annuam.

45 Utrùm verò hujusmodi præceptum præcisè, quà ecclesiasticum, determinet, & obliget per se ad confessionem annuam: an solùm per accidens ratione Eucharistiæ, quæ semel in anno accipienda est? *D. Thom. d. 17. q. 3. a. 1. quæstiunc. 4. & quodlib. 1. a. 11. D. Antoninus 3. part. tit 14. cap. 19. §. 3.* videntur indicare solùm determinare & obligare per accidens ratione Eucharistiæ. *Dicendum* tamen cum *Suar. d. 36. n. 3. &* communi Theologorum, determinare & obligare per se. Probatur, quia nihil est magis vulgare inter Fideles, quàm esse in Ecclesia quinque præcepta, in quibus Confessio, & Communio sunt distincta. Et confirmatur; quia, si quis ex rationabili causa excusetur à Communione, non excusatur à confessione; & qui utramque culpabiliter omittit, reus est duplicis peccati: ergo, &c. (D. Thom. D. Antonin. P. Suar.)

46 *Secunda difficultas*: Quas personas obliget præceptum annuæ confessionis? Et imprimis certum est non obligare infideles non baptizatos. Primò, quia hi non habent peccata commissa post baptismum, quæ sola sunt materia confessionis; unde neque præcepto divino obligantur. Secundò, quia non sunt subditi Ecclesiæ: ergo non possunt obligari ejus præceptis.

47 Solùm dubitari, & quæri potest primò: An obliget hæreticos? Negant nonnulli Recentiores apud *Lugo disp. 15. n. 144.* Probatur *primò*, quia Concilium Lateranense in Cap. *Omnis utriusque, & Trident.* loco citato loquitur de solis Fidelibus. *Secundò*; quia, si hæc lex lata esset etiam pro hæreticis, foret imprudens, & irrationabilis, cùm certum sit illos eam non esse observaturos. (Concil. Lateran. Trident.)

49 Nihilominus dicendum cum communi Theologorum etiam obligare hæreticos. Probatur, quia Ecclesia hoc suo præcepto solùm determinavit tempus obligationi, & præcepto divino: at verò præceptum divinum etiam hæreticos cōprehendit, ut constat ex dictis suprà *n. 6.* Et confirmatur, quia verba legis sunt generalia, ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, &c.* & nomine Fidelium veniunt omnes baptizati, etiam hæretici: & hoc ostenditur ex *Trident. sess. 14. cap. 5.* ubi dicit materiam hujus Sacramenti esse peccata, in quæ Christi Fideles ceciderint; constat autem etiam peccata hæreticorum cōmissa post baptismum esse materiam hujus Sacramenti: ergo, &c. (Trident.)

49 Ex quo patet solutio ad primum. *Ad secundum* negandum est hanc legē in ordine ad hæreticos esse irrationabilem, & imprudentem; nām imprimis talis non est lex divina, cùm tamen illos obliget. Secundò, quia aliàs sequeretur neq; leges jejunii, & abstinentiæ à carnibus cōprehendere hæreticos. Tertiò, quia lex universalis, ut sit prudens & rationabilis, nō attendit utilitatē hujus, vel illius personæ, sed bonū totius Ecclesiæ, & cōmunitatis.

50 Quæritur 2. An obliget etiā Summum Pontificem? Negant nonnulli apud *Lugo prox. n. 142.* Probatur, quia hoc præceptū, ut constat, est ecclesiasticū; & Summus Pōtifex non ligatur aliquo præcepto ecclesiastico, est enim super omne. Tenēda tamē resolutio affirmativa cū *Suar. disp. 36. sect. 8. n. 5. Henr. l. 1. c. 3. n. 2. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 4. Nug. in addit. q. 6. a. 5. diff. 3. pag. 250. Reg. l. 6. n. 49. Filliuc. tr. 7. c. 3. q. 11. n. 67. Molf. tr. 7. c. 10. n. 10. Azor c. 40. quæst. 11. Fag. pr. 2. l. 1. c. 3. n. 17. Comit. respons. moral. l. 1. q. 101. Lean. d. 3. q. 27. Barbos. in collectaneis dicto Cap. Omnis utriusq; n. 2. Bonacin. q. 5. s. 2. punct. 4. num. 4.* Probatur; quia, licèt Princeps non subjaceat suis legibus, quà legibus, hoc est, quoad (P. Suar. P. Henriq. P. Vasq. Nugn. P. Reginal. P. Filliuc. Molfes. P. Azor. P. Fagūd. Comitolus. Barbosa. Bonac. Leander.)

quoad earum vim coactivam, unde non subjacet earum pœnis, ligatur tamen illis quoad vim directivam, hoc est, non quà legibus, sed quatenus rationi consonum est Principem facere id, quod præcipit, juxta illud vulgare, *Patere legem, quam tu ipse tuleris*: & juxta illud, *Quod quisque juris in alterum constituit, eo quoque ipse debet uti*: & juxta illud Christi Domini *Matth. 23. Alligant enim onera gravia, &c.* Utrùm vero Summus Pontifex possit secū dispensare? Dicemus commodiùs infrà à *n. 54.* Matth. 23

51 Tertiò quæri potest: An obliget pueros statim ac habent usū rationis? Negant *Henr. lib. 4. c. 5. n. 2. Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 11. D. Antonin. 2. par. tit. 9. cap. 8. §. 2. Sa sum. verbo Confession. 3.* asserentes pueros non obligari præceptis ecclesiasticis ante annos pubertatis, hoc est, quatuordecim in pueris, & duodecim in puellis. Et quod attinet ad præceptum cōfessionis, probatur; quia in Cap. *Omnis utriusque* æqualiter præcipitur confessio, & Communio: at Communio nō obligat statim post usum rationis ante annos pubertatis, ergo neq; cōfessio. P. Henriq. Sotus. D. Antonin. P. Sa. Cap. Omnis utriusque

52 Dicendum tamen etiam obligare pueros habentes conscientiam peccati mortalis. Ita *Navar. cap. 21. n. 88. Coninck disp. 5. dub. 5. n. 50. concl. 1. Vasq. q. 90. art. 2. dub. 4. Filliuc. tr. 7. cap. 3. quæsit. 10. n. 66. Molfes. tr. 7. cap. 10. n. 90. Nugnus in addit. q. 6. art. 5. dub. 1. pag. 246. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 9. pun. 4. ad finem. Suar. disp. 36. sect. 2. n. 3. Azor tom. 1. lib. 7. inst. mor. c. 40. q. 6. & cap. 41. q. 10.* & alii plures, quos citant, & sequuntur *Sanch. l. 1. Decalog. c. 12. n. 6. Bonac. q. 5. s. 2. pun. 4. n. 2. & Barbos. cit. in collect. Cap. Omnis utriusque.* Probatur primò ex ipso textu, ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, cum ad annos discretionis pervenerit, &c.* Secundò, quia hoc præceptum ecclesiasticum determinat tempus omnibus, quos obligat præceptum divinum, ut constat ex *Trident. sess. 14. c. 5.* at præceptum divinum obligat omnes, etiam pueros, habentes conscientiam peccati mortalis. Tertio, quia alia præcepta ecclesiastica observandi Festa, audiendi Missam, abstinendi à carnibus, &c. obligant omnes statim ac perveniunt ad usum rationis: ergo idem dicendum de præcepto annuæ confessionis. Utrùm verò eos etiam obliget quoad pœnas, dicemus infrà à *n. 11.* Navar. P. Coninc. P. Vasq. P. Filliuc. Molfes. Nugnus P. Valent. P. Suar. P. Azor. P. Sanch. Bonac. Barb. Trident.

53 Neque verum est in *Cap. Omnis æqualiter* præcipi confessionem, & Communionem; nam confessio præcipitur absolutè, Communio verò cum illa limitatione, *Nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi præceptione duxerit abstinendum, &c.* Et ætas impuberum communiter reputatur rationabilis causa, quia in illa pueri non agnoscunt excellentiam mysterii Eucharistiæ. C. Omnis utriusque

54 *Tertia difficultas*: An Summus Pontifex possit secum, aut cum aliis dispensare in hoc præcepto annuæ confessionis? Et imprimis certum est posse validè. Ita *D. Thom. in addit. q. 6. art. 6. Suar. disp. 36. sect. 1. Vasq. q. 90. art. 1. dub. 5. n. 4. & 11. Val. tom. 4. disp. 7. q. 9. punc. 5. Regin. lib. 6. n. 32. Azor 1. part. lib. 2. cap. 29. Filliuc. tr. 7. cap. 2. quæsit. 2.* & alii communiter, quos citant & sequuntur *Bonac. proximè n. 11. Hurt. disp. 7. diff. 6. Turrian. disp. 19. dub. 5. Leand. disp. 3. q. 15.* Et probatur, quia hoc præceptum quoad determinationem temporis, ut diximus, est ecclesiasticum, & Summus Pontifex potest secum, & cum aliis dispensare in quolibet præcepto ecclesiastico; imò quodlibet in totum abrogare, *Cap. Proposuit, de concessione Præbendæ*: & est communis Doctorum in materia de Legibus. D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Valent. P. Regin. P. Azor. P. Filliuc. Bonac. P. Hurt. P. Turr. Leander. Cap. Proposuit.

55 Tota dubitatio est: An possit licitè? Et quidem, si quæstio procedat de dispensatione in totum, Respondetur negativè cum Doctoribus proximè, quia Summus Pontifex tenetur determinare aliquod tempus confessionibus Fidelium, ut constat ex dictis.

56 Sin autem quæstio procedat de dispensatione solùm pro aliquo tempore, apponendo terminum laxiorem, aut id fiet cum rationabili causa; & tūc dicendū est posse licitè. Aut sine rationabili causa; & tunc non poterit absque peccato, quia hæc dispensatio est perniciosa saluti animarum.

57 Utrùm verò sit peccatum mortale, an solùm veniale? Respondetur de se esse mortale. Ita *Sanch. tom. consiliorum l. 5. c. 1. dub. 5.* quia id dicit esse bonis moribus valde contrarium: unde retractat opinionem, quam secutus fuerat *l. 8. de matrim. d. 18. n. 7.* Dicendum tamen videtur, si dispensatio sit pro una tantùm vice, cum modica temporis intercapedine, esse tantùm peccatum veniale propter P. Sanch.

P. Salas. P. Azor. P. Lessius. P. Filliuc. P. Lugo. P. Cast. P.

parvitatem materiæ. Ita *Sal. de legibus disp* 14. *sect.* 2. *n.* 19. & 20. & *disp.* 20. *sect.* 2. *n.* 104. *Azor* 1. *tom. lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 1. *Less. lib.* 2. *de just. cap.* 35. *dub.* 5. *n.* 34. *Filliuc. tom.* 2. *tract.* 21. *cap. ultimo, num.* 426. & alii, quos citant, & sequuntur *Lug. d.* 15. *n.* 143. & *Castro Palao to.* 1. *tr.* 3. *d.* 6. *punct.* 8. §. 1. *n.* 5.

SECTIO II.

Utrùm non habens conscientiam peccati mortalis teneatur confiteri saltem Venialia?

58 *An Ecclesia possit præcipere confessionem Venialium? & proponitur sententia negativa.*
59 *Resolvitur posse Ecclesiam præcipere confessionem aliquorum Venialium.*
60 *Probatur hæc sententia.*
61 *Solvitur fundamentum contrarium.*
62 *Utrùm confessio Venialium possit præcipi sub mortali? & refertur sententia negativa.*
63 *Præfertur affirmativa.*
64 *Monachi Benedictini obligabantur olim ad confessionem Venialiũ sub mortali.*
65 *Solvuntur fundamenta contrariæ sententiæ.*
66 *An de facto obliget Ecclesia ad cõfessionẽ Venialium non habentes peccatum mortale? & proponitur opinio affirmativa, ac illius fundamenta.*
67 *Præfertur sententia negativa.*
68 *Solvuntur argumenta contraria.*
69 *An homo habens peccatum mortale, quod justa de causa non tenetur confiteri, obligetur ad confitenda sola Venialia? Affirmat Nugnus.*
70 *Probabilius tamen negandum.*



SUb hoc titulo inquiri possunt duo; primum: An Ecclesia possit præcipere confessionẽ Venialium? Secundum: An de facto eam præcipiat non habentibus conscientiam peccati mortalis?

Palud. Sylvest. Sotus. P. Henriq. Rodrig. Gloss. Leander.

58 *Prima ergo difficultas est*: An Ecclesia possit præcipere confessionem Venialium? Negant *Paludan. in* 4. *d.* 17. *q.* 2. *ar.* 4. *concl.* 2. *Sylvest. verb. Confess.* 1. *q.* 13. *Sotus in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *ar.* 3. *arg.* 2. *Henr. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 10. *Rodrig. qq. reg. tom.* 1. *q.* 62. *ar.* 1. *Gloss. in Clem.* 1. *de statu Monach. Leand. disp.* 3. *q.* 36. & *alii*. Fundamentum est, quia Ecclesia nequit mutare materias, & formas Sacramentorum, easque aliter, ac à Christo Domino institutæ sunt, constituere: at Christus Dominus non instituit Venialia materiam confessionis necessariam, sed liberam.

59 Nihilominus dicendum, licèt Ecclesia non possit præcipere confessionẽ omnium Venialium, quia hoc est impossibile, juxta textum in *Cap. Septies, de pœnitentia dist.* 3. & lex debet esse de possibili, juxta textum in *Cap. Erit autem lex*, ibi: *Possibilis, dist.* 4. posse tamen præcipere confessionem aliquorum Venialium. Ita *Navar. in Cap. Placuit, de pœnit. dist.* 6. *n.* 122. *Vasq. q.* 90. *ar.* 2. *dub.* 2. & 3. *Canus relect. de pœnit. p.* 5. *Suar. disp.* 35. *sect.* 5. *Laym. tr.* 6. *c.* 5. *Hurt. disp.* 7. *diffic.* 8. *Turrian. disp.* 20. *dub.* 3. *Coninck disp.* 5. *n.* 53. *Lug. disp.* 15. *n.* 129. & *Tamburin. tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 21. *Benzonius de jubilæo l.* 5. *cap.* 15. *dub.* 6.

C. Septies. Cap. Erit autem. Navar. P. Vasq. Canus. P. Suar. P. Layman. P. Hurtad. P. Turriã. P. Coninc. P. Lugo. P. Tãbur. Benzonius.

60 Probatur, quia confessio Venialium cum hac moderatione est actus externus utilis, & honestus, de quo potest esse votum validum: ergo & præceptum. Confirmatur ex *Clementina* 1. §. *Sane, de statu Monachorum*, ubi præcipitur Monachis Nigris confiteri Venialia; quod licèt ibi expresè non dicatur, id præceptũ intelligunt Doctores: idque primò, quia Põtifex intendebat magnã illorũ Monachorũ perfectionem. Secundò, quia non est credibile præsumere sanctissimos Monachos peccaturos mortaliter singulis mẽsibus; & tamẽ præcipit cõfiteri singulis mẽsibus: ergo præcipit confessionẽ Venialiũ.

Clement.

61 Neque obstat, quòd Ecclesia non possit mutare materias Sacramentorũ; id enim solùm est verũ de mutatione substãtiali, nõ de accidentali. Non item obstat, quòd Venialia solùm sint materia libera, solũ enim sũt libera per se; quod nõ tollit quominus per accidens ex voto, vel præcepto confessionis hic & nunc possint esse materia necessaria.

62 Utrùm verò confessio Venialium possit præcipi sub mortali? Negat *Valent. d.* 7. *q.* 9. *pun.* 3. *Zerol. in praxi pœnit. c.* 10. *q.* 22. *Canus proximè, Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *a.* 3. & *Faust. de pœnit. l.* 4. *q.* 65. Probatur primò, quia hoc præceptum est de re levi, & præceptum de re levi non potest obligare sub mortali, ut tenent *Ioann. de la Cruz in directorio p.* 1. *pr.* 2. *ar.* 2. *dub.* 4. *concl.* 2. *Dian.* 3. *p. tr.* 5. *resol.* 24. & *alii*. Sicut neque votum de re levi obligat sub mortali, ut tenet *Aragonius in* 2. 2. *q.* 88. *ar.* 3.

P. Valent. Zerola. Canus. Sotus. Faustus. Cruz. Diana. Aragon.

Villalob. Sotus. D. Anton. P. Coninc. P. Sanch. P. Suar. Diana. Cruz. Bizzoz. P. Tãner. Villalob.

ar. 3. Villalob. in sum. t. 2. tr. 34. diffic. 3. n. 4. & plures alii. Neq; similiter juramentum de re levi sub mortali obligat, ut tenent *Sotus de just. l. 8. q. 1. a. 7. & q. 2. ar. 3. D. Antonin. p. 2. d. 10. c. 4. §. 1. Coninck de Sacrament. d. 22. dub. 7. n. 53. Sanch. l. 3. Decalog. c. 4. n. 23. Suar.* & alii, quos citat, & sequitur *Dian. 4. p. tr. 4. resol. 70.* Quibus accedunt *Iom. de la Cruz in direct. tor. 10. 2. prec. 1. a. 1. dub. 3. Conclus. 1. Bizzozerus in sum. part. 3. pra. 2. c. 2. membr. 3. n. 5. Tanner. 2. 2. d. 5. q. 5. dub. 1. n. 24. Villalob. in sum. to. 2. tr. 36. diff. 5. n. 9.* Probatur *secundò*, quia præceptum audiendi Sacrum singulis diebus, quod inest aliquibus Communitatibus, & Collegiis, non obligat sub mortali, ut tenent aliqui Theologi, quos tacito nomine citat *Turrianus de pœnit. disp. 20. dub. 5. §. Sed nonnulli.* Ergo idem dicendum de præcepto confessionis venialium singulis mensibus.

Graffis. P. Vasq. P. Hurt. P. Turriã.

63 Dicendum tamen posse præcipi sub mortali. Ita *Graffis, Vasq. Hurt. & Turrian proximè.* Probatur, quia confessio venialium potest esse materia gravis, tum quia talis est in se; est enim quoddam Sacramentum; tum quia potest referri à legislatore in ordine ad finem gravem, nimirum ad spiritualem profectum Subditorum existentium in statu perfectionis: ergo, &c. Secundò, quia potest quis se se obligare ad talem confessionem cum voto, vel juramento sub mortali.

Clement. Nugnus. Molfes. Megala. Caiet. Villal. Diana. P. Filliuc. P. Suar. P. Henriq. P. Tãner. Graffis. P. Azor. Coriol. Tambur.

64 Tertiò, quia de facto præceptum impositum Benedictinis in citata *Clementina 1. de statu Monachorum*, illos obligabat ad confessionem venialium sub mortali; quòd licèt sit contra *Nugnum in addit. ad 3. part. q. 6. art. 5. diff. 7. Molfes in summa tract. 2. cap. 10. n. 21. Megal. in 1. part. lib. 5. cap. 4. n. 4. Caiet. tom. 1. opusc. tit. 5. q. 1. Villalob. in summa tom. 1. tr. 9. diff. 28. n. 5.* & alios apud *Dian. 3. p. tract. 4. resol. 125. Filliuc. t. 1. tr. 4. c. 2. n. 54. Suar. in 3. p. d. 86. sect. 5. Henriq. l. 8. de Euchar. c. 5. Tanner. t. 4. disp. 5. q. 8. dub. 5.* Traditur tamen à *Graffis p. 1. l. 3. c. 5. n. 106. Azor p. 1. l. 7. c. 40. q. 1. Coriolan. de casib. reser. p. 1. sect. 3. a. 1. n. 7. vers. Unde existimo, & Tambur. de jure Abbatum t. 2. disp. 6. q. 10. n. 4.* Et habetur in *declaratorio regulæ cap. 28.* & colligitur ex pœna gravissima imposita transgressoribus, ibi: *Comedant in terra cum pane tantùm, & aqua, & dicant suam culpam in Capitulo, &c.* ut refert *Graffis l. 1. decis. c. 9. n. 11.* Dixi (*obligabat*) *Graf.* quia jam non obligat hodie; non enim practicatur cum isto rigore, ut notant Doctores citati.

65 Ex dictis patet solutio ad primũ; dicendum enim est hoc præceptum esse de re gravi. *Ad secundum* respondeo ir auditionem Missæ in illis Collegiis non præcipi in ordine ad perfectionem spiritualem; sic enim esset materia gravis; sed solùm in ordine ad bonam gubernationẽ externam, quo pacto videtur materia levis.

66 *Secunda difficultas*: An de facto Ecclesia præcepto annuæ confessionis obliget ad confessionem venialium non habentes conscientiam peccati mortalis? Affirmant *Alens. 4. p. q. 18. memb. 4. ar. 1. D. Bonav. in 4. dist. 17. parte 2. art. 2. quæst. 1. & Richar. art. 2. q. 4.* *Alensis. D. Bonav. Richard.* Probatur *primò*, quia obligat ad confessionem, & hæc fieri nequit à non habentibus conscientiam peccati mortalis, nisi confiteantur venialia. *Secundò* probatur communi praxi: omnes enim confitentur, habeant, vel non habeant mortalia: aliter excommunicantur.

D. Thom. Scotus. P. Suar. P. Azor. Nugnus. P. Filliuc. P. Vasq. P. Coninc. P. Regin. P. Becan. Gutter. Beja. Bonacin. Barb. Diana. P. Hurt. P. Turr. P. Lugo. P. Granad. P. Dicast. Trident. Cap. Omnis utriusque.

67 Nihilominus communis est resolutio negativa, quam tenet *D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. a. 1. quæstiunc. 3. Scot. ir q. 1. Suar. d. 36. sect. 2. n. 8. Azor 1. p. c. 2. quæst. 3. Nugn. in addit. q. 6. a. 3. dub. 1. & 1. 6. diff. 1. pag. 155. Filliuc. tr. 7. n. 66. Vasq. q. 90. a. 2. dub. 2. n. 11. Coninck d. 5. dub. 5. n. 92. Reginal. l. 6. n. 22. Gutterrez Canon. q. l. 1. c. 6. n. 7. Beja in resp. casuum conscient. p. 3. casu 37. Becanus de Sacram. c. 36. q. 6. n. 3.* & alii, quos citant, & sequuntur *Bonac. q. 5. sect. 2. pun. 4. n. 8. Barbos. in collect. in cap. Omnis utriusque n. 4. Dian. 3. p. tr. 4. res. 75. Hurtado de pœnit. disp. 7. diff. 7. Lugo d. 15. n. 132. Pitigian. 2. p. dist. q. unica art. 3. principal. fol. 344. Turrianus de pœnit. disp. 20. dub. 1. Granado de pœnit. tr. 1. disp. 9. n. 9. Dicastilh. disp. 6. n. 109.* Probatur primò, quia Ecclesia non fecit novum præceptum de confessione, sed solùm divinum determinavit, ut docet *Trident. sess. 14. c. 5.* præceptum autem divinum non obligat ad venialia: ergo, &c. Secundò probatur, quia textus in *Cap. Omnis utriusque* præcipit confiteri omnia peccata: non ergo loquitur de venialibus, quia impossibile est cõfiteri omnia venialia. Tertiò, quia præcipit confiteri proprio Sacerdoti, & venialia non habent proprium Sacerdotem.

68 Ex

68. Ex dictis manifesta fit solutio ad primum fundamentum opinionis contrariæ: dicendum enim est Ecclesiam non obligare ad quamlibet confessionem, sed ad illam, quam Christus Dominus præcepit, quæ est de solis mortalibus. *Ad secundum* respondetur communem praxim rectè fundari: nam communiter loquendo non est, qui non confiteatur toto anno, & non habeat peccatum mortale, aut saltem dubium illius: illi enim, qui toto anno non habent conscientiam peccati mortalis, intra illum solent frequenter confiteri.

69 Quæres, quid dicendum sit de habente conscientiam peccati mortalis, quod justa de causa non tenetur confiteri; obligaturne hic ad confitenda Venialia? Affirmat *Nugnus in addit. ad 3. p. q. 6. a. 6. diffic. 1.* quia iste homo simpliciter habet præceptum confessionis, & potest illud implere, subjiciendo Clavibus saltem indirectè suum peccatum mortale.

Nugnus.

70 Dicendum tamen videtur probabiliùs non obligari ad confitenda Venialia. Ita *Suar. d. 36. sect. 6. n. 1. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 75. & Lugo disp. 15. n. 175.* quia præceptum solùm obligat ad confessionem mortalium, non venialium.

P. Suar. Diana. P. Lugo.

SECTIO III.

Pro quo tempore obliget præceptum ecclesiasticum?

71 *Nulla datur obligatio confitendi in certa & determinata parte anni.*

72 *Proponuntur, & refutantur tres modi computandi annum.*

73 *Quartus modus computandi annum à Ianuario in Ianuarium proponitur, & admittitur.*

74 *Solvitur argumentum unicum.*

71 HAc in re unum est certum, nimirum ex vi juris cõmunis lati in *Cap. Omnis utriusque*, non dari obligationem confitendi in aliqua certa, & determinata parte anni, sed satisfieri præcepto per confessionem factam in qualibet parte illius. Ita communiter Doctores, *Sotus in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. Canus in relect. de pœnit. p. 5. Valent. d. 7. q. 9. punct. 4. Reginal. in praxi l. 6. cap. 2. n. 33. Molfes. in sum. tom. 1. tr. 7. cap. 10. n. 23. Azor 1. p. l. 2. cap.* 38. q. 7. *Suar. d. 36. sect. 3. n. 4. Coninck d. 5. dub. 7. n. 58. Dian. 2. p. tr. miscell. 3. resol. 54. Henr. l. 4. cap. 4. n. 2. Zerol. cap. 10. q. 9. Victor. in sum. q. 137. 2. Barbos. in cap. Omnis utriusque n. 5.* Et probatur, quia in dicto *cap. Omnis utriusque* 2. in quo continetur præceptum annuæ confessionis, solùm præcipitur, ut fiat semel in anno.

Sotus. Canus. P. Valet. P. Regin. Molfes.

P. Azor. P. Suar. P. Coninc. Diana. P. Henriq. Zerola. Victor. Barbosa.

Unde, qui ante Quadragesimam confessus est, non tenetur ex vi juris communis iterum in Quadragesima confiteri, nisi fortè per accidens ratione Eucharistiæ, quæ in Pascha accipienda est; vel si solùm confessus est venialia, & postea incidit in mortale: nam per confessionem venialium non satisfecit præcepto annuæ confessionis, hoc enim obligat ad confessionem mortalium.

72 *Prima difficultas est*: Quomodo computandus sit annus? Et quidam Doctores illum computant multis modis. *Primus* est à primo peccato mortali post confessionem. Verùm hic hodie communiter rejicitur, quia ex illo sequitur, si quis post confessionem anni præteriti non peccavit, nisi in fine hujus præsentis Quadragesimæ, non teneri in illa confiteri, sed solùm in fine sequentis, quo complebitur annus à suo peccato: hoc autem est contra praxim, & communem usum Ecclesiæ.

Secundus modus traditur à *Soto*, qui computat annum ab ultima confessione. Sed etiam rejicitur; quia pueri, qui perveniunt ad usum rationis, non possunt computare annũ ab ultima confessione. *Tertius modus* computat à Quadragesima in Quadragesimã. Traditur à *Suar. disp. 36. sect. 3. n. 8. Coninck disp. 5. dub. 9. concl. 2. n. 56. Henr. lib. 4. cap. 4. n. 1. Regin. lib. 6. n. 35. & 37. Nugn. in addit. q. 6. art. 5. diffic. 4. Filliuc. tr. 7. cap. 3. q. 4. Sylvest. verbo Confessio 11. n. 2. Azor l. 7. cap. 16. q. 6. Pinellus tr. 2. de confess. cap. 7. dub. 1. Layman in Theol. morali l. 5. tr. 6. cap. 5. Leand. disp. 3. q. 40.* quos sequuntur *Bonac. q. 5. s. 2. punct. 4. n. 19. & Barbosa proximè n. 6.* Verùm hic etiam modus videtur parum conformis verbis præcepti, nam in illis nulla fit mentio Quadragesimæ, sed anni ordinarii.

Sotus.

P. Suar. P. Coninc. P. Hurt. P. Regin. Nugnus. P. Filliuc. Sylvest. P. Laym. P. Azor. Pinellus. Leander. Bonac. Barbosa.

83 *Quartus ergo modus*, qui videtur conformior verbis præcepti, computat annum à Januario in Januarium. Ita *Vasq. q. 90. ar. 2. dub. 1. Ochagavia tr. 2. q. 9. Hurt. disp. 7. diff. 10.* & alii, quibus accedit

P. Vasq. Ochag. P. Hurt. P. Lug.

P.Lugo. P.Dicast. dit *Lugo proximè n. 157. & Dicastilh disp. 6. n. 127.* Probatur, quia hic est computus anni communis, & ordinarii, & verba legis debent accipi in proprio sensu: annus autem in proprio sensu est iste communis, & ordinarius.

74 Objicies: Hic computus repugnat cum præcepto, nam præceptum præcipit confiteri saltem semel in anno: at stando prædicto computu possunt transigi duo anni absque confessione, ut visitur in illo, qui confessus est prima die Januarii hujus anni *1675.* hic enim stando prædicto computu potest differre alteram confessionem usque ad ultimam diem Decembris anni sequentis *1676.* interposito spatio duorum annorum. Respondetur negando prædictum computum repugnare cum præcepto: incommodum autem, quod assignatur, nullius est momenti, nam una confessio non præcipitur respicere aliam intra annum, sed quælibet suum annum. Idem inconveniens visitur in recitatione Officii divini, quod præcipitur pro quolibet die, nam potuit quis hodiernum recitare statim post mediam noctem, & differre crastinum ad mediam noctem sequentis diei, quo in eventu intercedent ferè dies duo absque recitatione Officii; & tamen id nullum reputatur inconveniens, dummodo cuilibet diei suum respondeat Officium.

§. I.

Utrùm detur obligatio confitendi in Quadragesima determinatè?

75 *An ex vi consuetudinis teneantur Fideles confiteri in Quadragesima?*

76 *Adducuntur fundamenta affirmativæ sententiæ.*

77 *Verior judicatur negativa.*

78 *Rationes ab adversariis adductæ solvuntur.*

75 SEcunda difficultas: An saltem ex vi consuetudinis universalis Ecclesiæ teneantur Fideles ad confitendum determinatè in Quadragesima? Affirmant *Megala in 1. p. lib. 5. cap. 3. n. 3. Medina codice de pœnitentia q. 18. de confess. semel in anno facienda. Fagund. pr. 2. l. 1. cap. 3. n. 5.* Megala Medina P. Fagund

76 Probatur, quia consuetudo legitimè introducta obligat, habet enim vim legis, *Clementin. unica, de ætate, & qualitate, & Leg. Minime, ff. de legib.* At in universali Ecclesia datur consuetudo confitendi in Quadragesima. Et hoc probatur primò ex *Trident. sess. 14. cap. 5.* ibi: *Iam in universa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu observatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadragesimæ, quem morem hæc sancta Synodus maximè probat, & amplectitur tanquam pium, & meritò retinendum, &c.* Idem habetur *Canone 8.* ibi: *Si quis dixerit suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ, anathema sit, &c.* Clement. Unica. Lex Minimè. Trident.

Secundò probatur ex *Constitutionibus Synodalibus* uniuscujusque Diœcesis. In his *Conimbricensibus* ita habetur *in 2. §. tituli 4.* ibi: *Amoestem a seus fregueses, que se apparelhem para receber este santo Sacramento na Quaresma, declarandolhes que todo o fiel Christão he obrigado, segundo o Direito, a confessar seus peccados, ao menos huma vez no anno, pelo dito tempo da Quaresma.* Ubi notanda sunt duo. Primum in his verbis contineri præceptum confitendi in Quadragesima. Secundum, supponi consuetudinem universalis Ecclesiæ. Et §. 5. imponitur excommunicatio (cujus absolutio reservatur Episcopo, vel ejus Officiali) transgressoribus hujus præcepti. Idem habetur iisdem ferè verbis in *Constitutionibus Bracarensibus titulo 3. capite 1.* In *Visensibus lib. 1. titulo 5. constitutione 2.* In *Eborensibus titulo 3.* & sic in tota Lusitania, imò in universa Ecclesia: ergo, &c. Const. Synod. Conimbricen. Const. Brachar. Visens. Eborens.

Tertiò probatur ex *Xisto 4.* in *Extravagant. Vices, de Treuga, & pace,* ibi: *De jure tenentur Parochiani, saltem in Paschate, proprio confiteri Sacerdoti, &c.* Quartò in *Concilio Agathens.* relato in *Capite Quadrages. distinct. 50.* ubi præcipitur quòd initio Quadragesimæ detur pœnitentia confitentibus, &c. Quintò, quia nemo acquiescit confessioni factæ extra Quadragesimam, sed potiùs, licèt in alia parte anni confessus sit, iterum in Quadragesima confitetur; imò qui aliter faciunt, à Parochus excommunicantur: ergo, &c. Extrav. Vices. Cap. Quadrages.

77 Ni-

77 Nihilominus dicendum, neque ex vi consuetudinis esse obligationem cõfitendi in Quadragesima, imò satisfieri præcepto per confessionem factam in Nativitate, vel in qualibet alia die, & parte anni. Ita *Vasq. q. 90. art. 3. dub. 1. Sylv in addit. ad 3. p. q. 6. art. 5. dub. 3. n. 9. Nugn. in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 4. folio mihi 250. Sot. in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. Canus in relect. de pœnit. p. 5. Valent. disp. 7. q. 9. punc. 4. Reginal. in praxi tom. 1. l. 6. c. 2. n. 33. Molf. in sum. tom. 1. tract. 7. c. 10. n. 23. Azor p. 1. l. 2. c. 38. q. 7. Suar. d. 36. sect. 3. n. 4. Henriq. l. 4. de Sacram. d. 5. dub. 7. n. 58. Victor. in sum. q. 137. Coninck de Sacram. disp. 5. dub. 7. n. 58. Zerola in praxi pœnit. c. 10. q. 9. Diana 2. p. tr. miscellan. 3. res. 34. & 3. p. tr. 4. res. 81. Layman. l. 5. tr. 6. c. 5. n 10. Barbosa in collectaneis in Cap. Omnis utriusque n. 5. & in remissionibus in Trident. sess. 18. c. 5. n. 15. Sa verb. Confession. 4. Vivaldus in candelabro, ubi de confessione n. 16. Lugo disp. 15. sect. 7. n. 157. Fernandez p. 2. c. 8. §. 3. n. 6. Trullench. in Dec. l. 3. cap. 4. dub. 2. n. 5. & alii.* Probatur, quia consuetudo confitendi in Quadragesima est solùm ratione Eucharistiæ, quæ tunc accipitur; unde qui tunc ratione ægritudinis, vel ex alio principio excusantur ab Eucharistia, etiam excusantur à confessione, si aliàs eo anno proprio Sacerdoti sint confessi. Non nego, aliquos ex vulgo imperito confundere obligationem confitendi in Quadragesima cum obligatione communicandi: verùm hoc non constituit legitimam consuetudinem, cùm procedat ex ignorantia.

P. Vasq. Sylvius. Nugnus. Sotus. Canus. P. Valent. P. Reginal. Molfes. P. Azor. P. Suar. P. Henriq. Victoria. P. Coninc. Zerola. Diana. P. Laymã. Barbosa. P. Sa. Vivaldus P. Lugo. Fernand. Trullench

78 Ad primum ergo respondetur imprimis consuetudinem cõfitendi in Quadragesima, quã laudat *Trident.* loco citato, non esse per se ratione præcepti annuæ confessionis, sed ratione Eucharistiæ: deinde non esse inductam animo se obligandi novo præcepto, sed implendi commodiori modo impositum in jure communi. Ubi notandum est, non quamlibet consuetudinem habere vim legis, sed illam tantùm, quæ inducta est animo obligandi, ut cum communi Doctorum alibi dicemus. Interim videri potest *Dian. 6. p. tr. 5. resol. 10.*

Diana.

Ad secundum respondetur, neque ex constitutionibus Synodalibus probari aliam obligationem, quàm illam, quæ continetur in jure communi; nam constitutiones solùm dicunt confitendum esse saltem in Quadragesima, hoc est, non dicunt insufficientem esse confessionem factam in alia parte anni, sed requiri saltem illam, quæ ratione Eucharistiæ fit in Quadragesima. Et confirmatur, quia ibi dicitur hanc obligationem esse secundùm jus commune; at verò jus commune non præcipit confiteri per se in Quadragesima.

Ad tertium ex *Xisto IV.* eadem applicanda est solutio. Ad quartum ex *Concilio Agathensi* respondetur ibi sermonem esse de publicè pœnitentibus. Ad quintum dicendum omnes confiteri in Quadragesima, & aliter excommunicari, non per se, sed ratione præcepti Eucharistiæ.

§. 2.

Utrùm, si post confessionem occurrat aliquod mortale, detur obligatio illud confitendi eodem anno?

79 *Tres casus, in quibus non datur obligatio confitendi eodem anno mortalia post confessionem occurrentia.*

80 *Proponitur quartus casus, in quo datur obligatio confitendi eodem anno.*

81 *Per confessionem de peccatis dubiis mortalibus impletur præceptum.*

79 TErtia *difficultas* procedit in sensu proposito, & in eo quatuor casus esse possunt. *Primus*, quando novum peccatum committitur post confessionem, tunc enim hoc videtur confitendum eodem anno: nam præceptum confessionis obligat ad confitenda omnia mortalia, & nisi hoc dicatur, nõ confiteris hoc anno omnia mortalia. Et certè ita docet *Suar disp. 36. sect. 3. n. 9. Henr. lib. 4. c. 4. n. 2. a. 6. & alii.* *P. Suar. P. Henriq.*

Probabilius tamen est posse hoc novum peccatum differri in confessionem anni sequentis, quia præceptum solùm obligat ad confitendum semel omnia mortalia commissa usque ad confessionem. Ita *Victor. in sum. n. 137. Led. 2. p. q. 6. a. 5. dub. 6. Reginal. l. 3. n. 38. Lugo cit. n. 164. Bonac. q. 5. sect. 2. p. 4 n. 33. Dicastil. disp. 6. n. 133.* *Victoria. Ledesm P. Reginal. Bonac. P. Dicast.*

Secundus casus est, quando occurrit peccatum ante confessionem factum, sed in illa oblitum. Et hoc esse confitendum eodem anno, existimat *Medina in sum. l. 1. c. 14. §. 41. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 5.* *Medina. Sotus.*

P. Henriq. Led. sin. Nugnus. art. 5. Ad tertium. Henriquez l. 4. c. 4. n. 5. in comment. lit. D. & c. 15. n. 1. Ledesma proximè citat. & hanc sententiam probabilem dicit Nugnus in addit. ad 3. p. 8. q. 6. a. 5. diffic. 6. Probatur, quia præceptum obligat ad confitendum omnia peccata usque ad confessionem commissa.

Villalob. Sylvius. Cruz. P. Laymā. P. Filliuc. P. Fagūd. P. Suar. P. Toletus. Sylvest. Navar. P. Regin. P. Coninc. P. Valent. Bonac. Dian. P. Lugo. Probabilius tamen est posse differri ad confessionem anni sequentis. Ita Villalobos in sum. to. 1. tr. 9. diff. 28. n. 7. Sylvius in addit. ad 3. p. q. 6. art. 1. §. Quæritur tertiò in fine. Cruz in direct. p. 2. de Sacram. pœnit. q. 3. dub. 2. concl. 3. Laym. in Theol. moral. lib. 5. tr. 6. cap. 8. n. 13. Filliuc. tr. 7. c. 3. quæst. 6. n. 57. Fagund. pr. 2. lib. 1. c. 4. n. 17. Suar. disp. 36. sect. 4. n. 6. Tolet. lib. 3. cap. 8. n. 1. Sylvest. verbo Confess. 1. n. 3. Navar. c. 2. n. 9. Reginald. lib. 6. n. 40. & n. 159. Coninck d. 5. dub. 8. n. 66. & 71. Valent. d. 7. q. 11. pun. 1. §. Tenebitur autem. Bonac. proximè n. 32. Dian. 3. part. 4. res. 124. & Lugo proximè n. 175. Probatur, quia præceptum ecclesiasticum solùm obligat ad semel in anno satisfaciendum præcepto divino: at per illam priorem confessionem satisfactum est præcepto divino; hoc enim solùm obligat ad confitenda omnia mortalia, quæ tunc diligenti examine præmisso memoriæ occurrerint, ut constat ex Trident. sess. 14. cap. 5. Procedit hæc doctrina absolutè, & per se, ex vi præcepti confessionis; nam, si accipienda sit Eucharistia, ratione illius confitendum est peccatum oblitum, sed id est per accidens.

Trident.

Tertius casus est, quando peccatum non est oblitum, sed omissum ex justa causa: Ex hoc debere subjici eodem anno, cùm postea detur libera copia Cōfessarii, existimant Sotus dist. 18. q. 2. a. 5. ante solutionem quarti argumenti. Corduba in sum. casu primo in principio, & alii. Probatur quia præceptum obligat ad confitenda omnia mortalia, quæ tunc memoriæ occurrunt, & hoc tunc memoriæ occurrebat. Dicendum tamen probabiliùs cum Lugo d. 15. n. 166. & doctoribus citatis posse differri in confessionem anni sequentis; quia hoc anno jam semel satisfactum est præcepto divino; & ecclesiasticū nihil ampliùs præcipit, ut constat ex dictis: ergo, &c.

Sotus. Corduba. P. Lugo.

80 Quartus casus est, quando prior confessio fuit solùm de venialibus, & occurrit mortale oblitum, vel de novo commissum. Et tunc dari obligationem illud confitendi hoc anno, diximus initio hujus sectionis: nam per confessionem de solis venialibus non satisfactum est præcepto divino, hoc enim solùm obligat ad confessionem de mortalibus.

81 Sed quid dicendum, quando in priori confessione dictum est aliquod mortale dubium? Respondetur tunc non esse obligationem confitendi hoc anno novum peccatum, quia jam per illam priorem confessionem satisfactum est præcepto divino, hoc enim etiam præcipit cōfiteri mortalia dubia. Et ita Barbos. in Cap. Omnis n. 4. cum Reginal. l. 6. de Sacram. Confession. n. 44. & n. 92. quibus consentit Lug. proximè n. 169. Barb. P. Reginal. P. Lugo.

§. 3.

Utrùm, qui uno anno non est confessus, teneatur confiteri quam primū anno sequenti?

82 Utrùm qui omisit confessionem unius anni, teneatur confiteri quam primum in sequenti?
83 Fundamentum sententiæ negativæ.
84 Præfertur resolutio affirmativa.
85 Adducuntur tria illius fundamenta.
86 Occurritur sententiæ negativæ.

82 Quartò difficultas: Utrùm, qui omisit confessionē unius anni, teneatur quamprimum confiteri in sequenti? Negant D. Anton. p. 2. tit. 9. c. 10. § 3. Tabien. verb. Cōmunicare n. 10. Megal. in 1. p. l. 5. c. 3. n. 53. Valent. d. 7. q. 8. punc. 5. vers. Quartum est. Sylv. ver. Eucharistia 3. q. 15. & alii apud Dian. 3. p. tr. 4. resol. 130. qui hanc sententiā cum Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 3. n. 54. dicit esse probabilem. illi favere videtur Dicastil. d. 6. dubit. 9. per totum. D. Anton. Tabien. Megala. P. Valenti. Sylvest. Diana. P. Filliuc. P. Dicast.

83 Fundamentū est, quia qui uno die omittit Missam, vel Officium divinum, aut jejunium, non tenetur die sequenti, sed transit dies cum suo onere: ergo etiam qui omittit confessionem uno anno, non tenetur in sequenti, sed transit annus cum suo onere.

84 Nihilominus communis, & verior est resolutio affirmativa, quam tenet Navar. c. 21. n. 45. Henr. l. 4. c. 4. n. 6. Suar. disp. 36. sect. 4. n. 2. Laym. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 8. Coninck disp. 5. dub. 8. n. 7. Nug- Navar. P. Henr. P. Suar. P. Laym. P. Coninc.

Nugnus. P. Fagũd. Villalob. Sotus P. Regin. P. Azor. Zerola. P. Pezant. Diana. P. Lugo. P. Hurt. Bonacin. P. Turriã. P. Dicast.

Nugnus in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 6. ar. 5. diffic. 6. Fagund. pr. 2. l. 1. c. 4. n. 16. Villal. in Sum. tom. 1. tr. 9. diffic. 28. n. 8. Sot. in 4. dist. 18. q. 1. ar. 4. Regin. l. 6. n. 37. Azor 1. p. l. 7. c. 39. quæsito 8. Zerola de pœn. c. 10. quæsito 12. ver. Dico 2. Pezant. in addit. q. 6. art. 5. dif. 5. & Dian. proximè, quibus accedunt *Lugo d. 15. n. 177. Hurt. d. 7. diffic. 12. Bonac. q. 5. §. 2. punc. 4. n. 26. Turrian. d. 21. dub. 3.* In hanc magis inclinat *Dicastil. proximè n. 154.*

P. Valent. Medina. Sotus. Sylvest. P. Tolet. P. Suar. P. Azor. Chamer. Viguer. Barthol. Bonac.

85 Probatur primò à simili in Eucharistia, nam qui tempore debito non communicat, tenetur primo quoque tempore, ut contra *Valent. tomo 4. disp. 6. q. 8 punct. 4. Medinam l. 1. cap. 14. n. 42. Sotum dist. 18. q. 1. a. 4. Sylvestrum verbo Eucharistia 3. n. 17. Toletum l. 6. cap. 18.* & alios tenet *Suar. disp. 70. sect. 2. vers. Dico ergo. Azor 1. p. l. 7. cap. 41. quæs. 5. Chamerota de Euchar. cap. 10. dub. 2. Viguerius in inst. cap. 16. Bartholomæus ab Angelo dialogo 4. §. 106. Bonacina disp. 4. de Euchar. q. 7. punct. 2. vers. Dixi in responsione, & alii plures.* Ergo idem dicendum de eo, qui tempore debito non confitetur. Antecedens ostenditur communi praxi, & usu Ecclesiæ: solent enim excommunicari qui in Pascha non communicarunt; idque non solùm propter peccatum, quod tunc commiserint, multi enim tunc inculpabiliter non communicant ratione infirmitatis, vel absentiæ: & tamen excommunicantur: ergo propter peccatum, quod committunt non communicando primo quoque tempore post Pascha. Et confirmatur, quia non absolvuntur, donec proponant communicare, & ad id disponantur.

Secundò probatur communi doctrina, & regula generali, quam tradunt Doctores: nam aut lex primariò respicit tempus, ipsum verò opus solùm secundariò; ut, cùm præcipit jejunare in Vigilia Apostoli: tunc enim primariò intendit venerationem illius diei, ipsum verò jejunium solùm secundariò: & in hoc casu, si jejunium non impleatur illo die, non manet obligatio illud implendi die sequenti, sed transit dies cum suo onere. Aut primariò respicit opus, & solùm secundariò tempus; ut quando Confessarius præcipit jejunium singulis sabbathis Adventûs, aut Rosarium Virgineum in illis: nam tunc Confessarius primariò intendit opus pœnitentiæ. & solùm secundariò tempus: & in hoc casu si non impleatur aliquo sabbatho, debet impleri proximo sequenti. Quo posito, sic argumētor: Lex præcipiens annuam confessionem, primariò respicit confessionem, nam principaliter intendit consulere Fidelium conscientiis; solùm secundariò respicit tempus: ergo illo trāsacto obligat primo quoque.

Tertiò probatur ex alia regula generali: nam aut tempus præfigitur ut terminus limitans obligationem, ita ut usque ad illum duret, & eo elapso cesset obligatio: ut est ille, cujus fit mentio *in Cap. Sicut de sponsalibus*, ubi deciditur sponsam juratam teneri expectare adventum sponsi spatio quinquennii, & non ampliùs. At tempus præfigitur non ut terminus limitans obligationem, sed executionem, ne scilicet ultra illum liceat eam differri, & tunc eo elapso non cessat, sed primo quoque tempore urget obligatio, ut constat ex *Cap. Cum dilecti, §. Præterea, de dolo, & contumacia*, ubi deciditur jussum solvere certo die teneri eo elapso. Et ex *Leg. Celsus §. 1. ff. De receptis arbitris*, ubi dicitur jussum dare decem certo tempore duo præcepta habere, alterum dandi, alterum eo tempore; ac proinde transgressorem posterioris adhuc teneri ad primũ: de quo cum communi Doctorum *Sanch. L. 4. Decalog. cap. 14. n. 24.* His positis, sic argumentor: Tempus annuæ confessionis non præfigitur ut terminus limitans obligationem, sed executionem, ne scilicet ultra annum protrahatur: ergo eo transacto non cessat, sed adhuc instat ejus obligatio primo quoque tempore.

Cap. Sicut. Cap. Cùm dilect. Lex Cels. P. Sanch.

86 Ad fundamentum opinionis contrariæ patet solutio ex dictis; dicendum enim ex primò, præceptum Missæ, Officii divini, & jejunii, de quo in argumento, respicere primariò diem, ipsum verò opus solùm secundariò; & tunc transit dies cum suo onere: at præceptum annuæ confessionis non respicit primariò annũ, sed ipsam confessionem. Dicendum est secundò prædicti diei terminum limitare obligationem Missæ, Officii, & jejunii: anni verò terminum nō limitare obligationem confessionis, sed ejus executionē, ne scilicet ulteriùs protrahatur.

(✠)

§. 4.

§. 4.

Utrùm confitens anno sequenti, satisfaciat non solùm obligationi hujus anni, sed etiam sequentis?

87 *An qui differt confessionem ad annum sequentem, & in illo confitetur, satisfaciat pro utroque? Proponitur sententia negativa.*
88 *Verior judicatur opinio affirmativa.*
89 *Respondetur fundamento contrario.*

87 Q*Uinta difficultas*: Utrùm differens confessionem usque ad annum sequentem, & confitens in illo, satisfaciat non solùm pro hoc anno, sed etiam pro illo? Negant *Suar. d. 36. sect. 4. n. 5. Coninck. disp. 5. dub. 8. num. 65. Nugn. in addit. q. 6. ar. 5. diff. 5. ad finem. Filliuc. tr. 7. cap. 2. quæsit. 5. num. 53.* & alii, quos citat, & sequitur *Bonacin. proximè n. 31.* Probatur exemplo illius, qui tenetur singulis annis solvere certam quãtitatem pecuniæ, hic enim si uno anno non solvat, tenetur in sequenti duplicare quantitatem.

P.Suar. P.Coninc. Nugnus. P.Filliuc. Bona.

88 Nihilominus probabiliùs affirmãdum censeo cum *Lugo d. 15. n. 179.* & aliis. Probatur, quia præceptum solùm est de confessione facienda semel in anno; unde qui annò sequenti semel confessus est, jam pro illo satisfecit. Confirmatur, quia unico actu satisfit pluribus præceptis, v.g. unico jejunio præceptis Quadragesimæ, Vigiliæ, & quatuor Temporum, si fortè concurrant eadem die.

P.Lugo.

89 Neque obstat exemplum solutionis annuæ pecuniæ, nam quando præcepta respiciunt plures actus, illis non satisfacimus per unum: & ita se res habet in annua pecunia, cujus præcepta in duobus annis respiciunt diversos actus. Aliter dicendum, quando plura præcepta non respiciunt diversos actus: & ita se habet præceptum annuæ confessionis, hoc enim solùm respicit, ne confessio ultra annum protrahatur, & certè nõ protrahitur, quãdo fit semel in illo.

§. 5.

Utrùm, qui prævidet futurum impedimentum, teneatur anticipare confessionem?

90 *An qui prævidet superventurum impedimentum, teneatur anticipare confessionem? Videtur non teneri.*
91 *Tenenda tamen resolutio affirmativa.*
92 *Solvitur argumentum in contrarium.*

90 S*Exta difficultas* est de eo qui prævidet superventurum impedimentum. Et quæritur, an teneatur anticipare confessionem? Videtur non teneri; quia qui prævidet vesperi superventuram quartanam, non tenetur Vesperas, & Completam manè præmittere, easque anticipare; ergo, &c.

91 Nihilominus tenenda resolutio affirmativa cum *Suar. disp. 36. sect. 5. Vasq. 3. par. q. 90. ar. 3. dub. 2. n. 10. & 16. Henriq. lib. 4. cap. 3. n. 7. & cap. 4. n. 7. Filliuc. tr. 7. cap. 2. quæsit. 4. & c. 3. quæsit. 7. n. 58. Valent.* & communi Theologorum, quos citant, & sequuntur *Bonac. proximè n. 21. Lugo cit. n. 182. Hurtad. disp. 7. diffic. 13. §. Addimus. Turrian. de pœnit. d. 20. dub. 3. §. Illud. Navar. in sum. cap. 2. n. 10. Canus relect. de pœnit. p. 5. §. Sed sunt. Diceastil. disp. 6. n. 144. & alii.* Probatur, quia præceptum confessionis est pro toto anno: ergo obligat in ea parte, qua sola potest adimpleri. Declaratur exemplo auditionis Missæ in die festo; nã qui prævidet, se illam non reperturum ab hora nona, tenetur eam anticipare: ergo, &c. Et ob eandem rationem ampliãnda est tradita doctrina cum eisdem Doctoribus ad eum, qui habet casus reservatos, & prævidet non habiturum copiam Prælati, nisi hic & nunc.

P. Suar. P. Vasq. P. Henriq. P. Filliuc. P. Valent. Bonac. P. Hurt. P. Lugo. P. Turr. Navar. Canus. P. Diceast.

92 Neque obstat exemplum Officii divini; nam imprimis, qui prævidet futurum impedimentum liberum, nimirum occupationem vel negotium, tenetur totũ Officium præmittere, ut est omnium communis. De impedimento necessario naturali, vel violento, nimirum de quartana, vel carcere superventuro, est aliquale dissidium inter Doctores; nonnulli enim existimant illum, qui patitur quartanam vesperi, non teneri manè præmittere Vesperas, & Completam: & qui eam patitur à mane usque ad meridiem, non teneri vesperi recitare omnes Horas, nisi illas tantùm, à quibus reliquit eum febris. Ita *Canus in relectio n. de Pœnit. part. 5. dub. 3. Henriq. lib. 4. capite 4. num. 7.* quam opinionem dicunt esse probabilem *Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 7. capite 2. dub. 43. numerò 7. Lessius lib. 2. capite 37. dub.* 8. num.

P. Henriq. P. Sanch. P. Lessius.

Bonart. Diana. 8.n.43. *Bonart. de Horis canon. lib. 2. cap. 38. n. 8. & Dian. 4. p. tract. 4. resol. 10.* Contrariũ tamen est commune, & probabilius.

Sed, quidquid sit de anticipatione Officii, pro anticipatione confessionis est diversa ratio; nam quælibet Hora Officii divini correspondet suæ horæ diei, à qua non extrahitur, nisi per privilegium, seu quasi privilegium, & nemo tenetur illo uti. At præceptum confessionis non habet certum diem, vel mensem, sed obligat pro toto anno: unde qui non potest illud implere in ultima parte anni, tenetur anticipare confessionem.

SECTIO IV.

Ad quam confessionem obliget præceptũ ecclesiasticum, & perquam impleatur?

93 *Hoc præceptum non obligat ad confessionem publicam.*
94 *Neque ad confessionem per interpretem.*
95 *Utrùm verò obliget ad confessionem in scriptis? Negant non pauci.*
96 *Alii è contra affirmant.*
97 *Solvitur distinctione.*
98 *An impleatur hoc præceptum per confessionem quancunque, etiam non secuta absolutione ob defectum dispositionis? & refertur opinio affirmativa.*
99 *Præfertur sententia negativa.*
100 *Solvuntur fundamenta affirmativæ.*
101 *Non impletur, quando obtinetur absolutio nulla ob defectum dispositionis.*
102 *Impletur per confessionẽ validã informem.*

93 *Rima difficultas*: Ad quam confessionem obliget? Et quæri potest primò: An obliget ad confessionem publicam? Respondetur negativè, quia Ecclesia nõ præcipit aliam novam confessionem, sed illam eandem, quam Christus Dominus præcepit: ut docet *Trident. sess. 14. cap. 5.* (Trident.) at verò Christus Dominus non præcipit confessionem publicam, ut cõstat ex eodẽ Tridẽt. & aliis, quæ diximus suprà *à n. 27.*

94 Secundò quæri potest: An obliget ad confessionem per interpretẽ? Respõdetur negativè, quia confessio per interpretẽ est aliquo modo publica, utpote facta coram Tertio, qui Confessarius non est. Prætereà id constare videtur ex *Cap. Omnis utriusque*, ibi: *Omnia sua solus peccata confiteatur, &c.* (Cap. Omnis utriusque) Particula autem *solus* excludit interpretem. Et ita *Turrian. de pœnit. disp. 32. dub. 1. Laym. lib. 5. tr. 6. cap. 6. n. 5. Fagũd. præc. 2. lib. 2. cap. 6. n. 6. Villal. in sum. tom. 1. tract. 9. diff. 32. num. 3. Cruz in director. conscientiæ par. 2. de Sacrament. pœnit. q. 3. dub. 7. concl. 1. Filliuc. tom. 1. tract. 7. capite 3. numero 62. & Diana 3. p. tract. 4. resol. 129.* (P. Turriã. P. Laymã. P. Fagũd. Villal. Cruz. P. Filliuc. Diana.)

95 Tertio quæri potest: An obliget ad confessionem in scriptis? Hic dividuntur Authores. Negant *Valent. cit. q. 11. punct. 1. Filliuc. proximè n. 63. Cruz cit. q. 3. dub. 7. concl. 1. Henr. lib. 4. cap. 4. n. 4. in glos. lit. A.* & alii, quos citat, & sequitur *Diana proximè resol. 128. Navar. Victoria, Zerola, Medina, Sayrus, & Toletus*, quos retuli suprà *disp. 1. s. 3. n. 34.* Eorum fundamentum est, quia scribere peccata est modus confitendi insolitus, & de se subjacet multis periculis. (P. Valent. P. Filliuc. Cruz. P. Henriq. Diana. Navar. Victoria. Zerola. Medina. Sayrus. P. Tolet.)

96 Affirmant è contra *Nugnus in addit. ad 3. part. q. 9. ar. 3. Turrian. disp. 32. dub. 2. Suar. disp. 36. sect. 6. n. 7. Sotus lect. 11. de confess. Gabriel in 4. dist. 17. q. 1. a. 2.* Idem docent *Becan. de Sacrament. cap. 37. q. 7. n. 2. Vasquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 4. dub. 5. num. 2.* & alii apud *Dian. 3. part. tract. 4. resol. 128. & 4. part. tract. 4. resol. 10.* Item *Sylvest. Maior, Coninck, Pezant. Hurt. & Bonacina*, quos retuli præcedenti disputatione proximè. Eorum fundamentum est, quia ex scriptura non sequitur incommodum tanti momenti, ut de obliget à præcepto. (Nugnus. P. Turriã. P. Suar. Sotus. Gabriel. P. Becan. P. Vasq. Diana. Sylvest. Maior. P. Coninck. P. Pezãt. P. Hurt. Bonac.)

97 Nos tamen proximè præcedenti disputatione hanc quæstionem resolvimus dicendo, quando peccata non possunt commodè, & sine periculo scribi, neminem ad id teneri: secùs, quando possunt commodè scribi, & sine ullo periculo, quia scilicet scribuntur in præsentia Confessarii, & statim rumpuntur.

* *Post quã Author scripsit, fuit sententia affirmativa, quã refert seq. n. 98. damnata ab Alexandro VII. anno 1665. die 24 Septemb. Unde negativa, quã sequitur n. 99. nõ solũ ut probabilior, sed tã quã certa, est modo amplectenda.*

98 *Secunda difficultas*: Per quam confessionem impleatur? Et quæri potest primò: An impleatur per quamcunque, etiam absolutione non secuta defectu dispositionis? Affirmant *Alens. 4. par. q. 77. memb. 5. a. 7. Gab. in 4. dist. 17. q. 1. a. 3. dub. ult. Palud. q. 7. Sylvest. confessor. 4. q. 2. in fine, Canus dicta relect. part. 5. in fine, Ledesm. q. 8. art. 2. Victoria numero. 163.* qui (Alens. Gabriel. Palud. Sylvest. Canus. Ledesm. Victor.)

qui existimant etiam publicos usurarios, & meretrices satisfacere huic præcepto, si confiteantur sua peccata, licèt defectu dispositionis non absolvantur. Probatur primò, quia Ecclesia solùm præcipit hunc actum externum; non enim potest præcipere internos. Secundò ex *Cap. Quod quidam, de pœnitentiis, & remissionibus*, ibi: *Licèt non sit vera hujusmodi pœnitentia, admittenda tamen est eorum confessio, &c.* Et hanc sententiam cum pluribus tenet *Barbosa in collectaneis dicto Cap. Quod quidam n. 6.*

Cap. Quod quidam. *Barbosa.*

99 Nihilominus communis, & probabilior est resolutio negativa, quam tenet *Medina in sum. lib. 1. cap. 14. §. 41. Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 1. q. 6. ar. 5. diffic. 6. Suar. disp. 36. sect. 7. n. 3. Coninck disp. 5. dub. 9. Reginal. lib. 6. n. 53. Henr. lib. 4. cap. 5. n. 1. & l. 5. cap. 15. Sotus in 4. dist. 18. ar. 3. Navar. cap. 10. n. 4. q. 19. Filliuc. tom. 1. tr. 67. cap. 13. n. 64. Vasq. q. 92. ar. 3. dub. 5. n. 5. Azor 1. par. lib. 7. cap. 40. quæsito 4. Molfes. tr. 7. c. 10. n. 25. & sequent. Pitigian. 2. par. dist. 17. q. unica, art 7. concl. 1. Zerola de pœnit. in praxi cap. 13. quæsito 35. Bonacina q. 5. sect. 2. punct. 4. n. 23. Laym. lib. 5. tr. 6. cap 5. n. 10. Comitol. in resp. mor. lib. 1. q. 19. Sylv. in addit in 3. par. q. 6. ar. 5. Quæritur primò. Sa verbo Confess. n. 1. Diana 3. part. tr. 4. resol. 120.* quibus accedit *Lugo disp. 15. n. 136. Turrian. disp. 24. dub. 3. Hurt. disp. 7. diffic. 14. Granad. tr. 1. disp. 9. n. 24.* Probatur, quia præceptum annuæ confessionis non impletur, nisi per verum pœnitentiæ Sacramentum: & hoc est clarum, quia præcipit verum Sacramentum; non enim præcipit aliud, nisi illud, quod Christus Dominus præcepit, ut constat ex *Trident. loco citato*: at verò illud absque vera absolutione non subsistit.

Medina. Nugnus. P. Suar. P. Coninc. P. Regin. P. Henriq. Sotus. Navar. P. Filliuc. P. Vasq. P. Azor. Molfes. Pitigian. Zerola. Bonac. P. Laym. Comitolus. Sylvius. P. Sa. Diana. P. Lugo. P. Turriã. P. Hurt. P. Gran.

100 *Ad primum* respondetur Ecclesiam non præcipere actus internos per se, posse tamen illos præcipere per accidens, præcipiendo Sacramentum, ad quod illi per se requiruntur ex institutione Christi. Adde quod absolutio est aliquid externum. *Ad secundum* respondetur cum *Suar. suprà citato, & Granado de pœnit. tract. 1. disp. 9. sect. 5. num. 24. ad finem*, textum in *Capite Quod quidam* solùm velle admittendam esse prædictam confessionem, non ut sufficientem ad implendum præceptum, sed ut utilem ratione confusionis, & humilitatis: item, quia in ea Sacerdos monebit peccatorem, & fortè juvabit consiliis.

P. Suar. P. Gran.

101 Quæri potest secundò: An impleatur, saltem quando obtinetur absolutio, nulla tamen ob defectũ dispositionis? Affirmant à fortiori *Gabriel, Paludan.* & alii citati n. 98. quibus accedit *Diana cit. resol. 120. Fagund lib. 1. cap. 4. n. 4. fine.* Negandũ tamen est cum communi Doctorum proximè: & id certè convincit nostra ratio, quia nimirum Ecclesia præcipit illud Sacramentum, quod Christus Dominus instituit: illud autem quoad substantiam absque vera dispositione non subsistit.

Gabriel. Palud. Diana. P. Fagũd.

102 Quæri potest tertiò: An impleatur per confessionem validam informem? Negant *Vasq. q. 92. ar. 3. dub. 5. num. 5. Medina de confes. sine pœnit. cordis, & alii.* Affirmandum tamen sentio cum *Suar. disp. 36. sect. 7. n. 3. Henriq. lib. 6. num. 53. Pitig. 2. par. dist. 17. q. unica, ar. 7. concl. 1. Zerol. de pœnit. cap. 13. quæsit. 35. Nugn. in addit ad 3. par. tom. 1. q. 6. ar. 5. dif. 6. Val. disp. 7. q. 11. punct. 2. & punct. 3. versu Non autem erit. Filliuc. tr. 7. cap. 2. q. 7. & cap. 3. quæsit. 9. n. 64. Bonacin. proximè num. 21. Hurt. Granad. & Lug. locis citatis.* Probatur, quia hoc præceptum non est de fructu, sed de Sacramento quoad substantiam. Præterea per confessionem informem impletur præceptum divinum, ut constat ex præcedenti disputatione: & Ecclesia non præcipit aliam confessionem, nisi illam, quam Christus Dominus præcepit: ergo, &c.

P. Vasq. Medin. P. Suar. P. Henriq. Pitigian. Zerola. Nugnus. P. Valent. P. Filliuc. Bonac. P. Hurt. P. Gran. P. Lugo.

SECTIO V.

Quæ pœnæ sint impositæ transgressoribus hujus præcepti? & Qui ab illis excusentur?

103 *Recensentur pœnæ impositæ in jure transgressoribus hujus præcepti.*

104 *Pœnæ impositæ à jure communi non incurruntur ipso facto.*

105 *Pœnæ Synodales partim incurruntur ipso facto, partim verò non.*

106 *Pœnæ impositæ sunt transgressoribus præcepti confessionis, aut Communionis, etiam disjunctivè.*

103 Rima difficultas: Quæ pœnæ impositæ sint transgressoribus hujus præcepti? Et possemus loqui aut de iis, quæ impositæ

Cap. Omnis utriusque. positæ sūt in jure cōmuni *Cap. Omnis utriusq;* & hæ sūt duæ altera in vita, altera in morte: ibi, *Vivus ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & mortuus ecclesiasticâ careat sepulturâ.*

Aut possumus loqui de pœnis, quæ imponuntur in cōstitutionibus Synodalibus; & hæ sunt excōmunicatio maior ipso facto incurrenda; & aliqua mulcta pecuniaria. Ita habetur in *Cōstitutionibus hujus diœcesis Conimbricensis, titulo 4. §. 4.* necnon in *Bracarensibus titulo 3. constitut. 1. In Eborensibus titulo 3. cap. 1. In Visensibus l. 1. titulo 5. cōstit. 2. & in Lamacensibus titulo 5. constitut. 2.* & sic in aliis nostræ Lusitaniæ. Addendum præterea est omittentem confessionem toto anno, & Sacram Communionem, manere suspectū de hæresi; quia hoc est signum hæresis, & malæ credentiæ, ut cum *Penna in direct. Inquisitor. p. 3. com. 14. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. Casus vers. Confessionē pag. 78. Menoch. de præsumpt. l. 5. præsumpt. 6. n. 27. Beja respons. cas. conscient. p. 4. cas. 4.* notat *Barbos. in collectan. dicto capite Omnis, num. 11.* Constit. Diœces. Conimbr. Bracar. Eborens. Visens. Lamacens. Penna Zerola Menoch. Beja. Barbosa.

104 Quæres primò: Utrùm hæ pœnæ incurrantur ipso facto? Et quod attinet ad pœnas juris communis, Respondetur negativè cum *Suar. disp. 36. sect. 8.* & constat ex verbis *arceatur, careat,* quæ respiciunt sententiam à judice. P. Suar.

105 Quod attinet ad pœnas Synodales dicendum est pecuniariam etiam non incurri ipso facto, antequam à judice cōpetente exigatur, quia nemo tenetur pœnas in se exequi, & esse Fiscalis sui ipsius, ut docet *Granad. cit. n. 32.* Excōmunicatio incurritur ipso facto; transgressores tamen cōmuniter non declarantur ante Dominicam quintam post Pascha. P. Granad.

106 Quæres secundò: Utrùm hæ pœnæ impositæ sint solis transgressoribus utriusque præcepti cōfessionis, & Cōmunionis simul: an etiā iis, qui alterū transgrediūtur confessionis, vel Cōmunionis tantùm? Et ratio dubitandi est, quia in dicto *Cap. Omnis* priùs imponitur utrumq; præceptū, & deinde subjungitur, *qui aliter fecerit, &c.* Respondetur cū cōmuni apud *Suar. & Granad.* etiam impositas esse trāsgredientibus quodlibet præceptū disjunctivè. Probatur cōmuni praxi Ecclesiæ, quæ hanc legem ita interpretatur.

§. I.

Utrùm excusentur illi, qui licèt invalidè, confitentur tamen?

107 *Non excusantur, qui confitentur invalidè, absolutione non secutâ.*

108 *Utrùm excusentur, qui licèt cōfiteantur, absolutio tamen est nulla defectu dispositionis internæ? Negant non pauci.*

109 *Probabiliùs tamen affirmandum.*

* *Prima sententia relata n. 107. quoad ejus primam partem fuit damnata ab Alexandro VII. anno 1665. die 24. septemb. Unde modo omni caret probabilitate; & cōtraria non solum ut probabilior, sed ut certa est amplectenda.*

107 SEcunda difficultas: Qui ab his pœnis excusentur? Et quæri potest primò: Utrùm excusentur illi, qui quidem confitentur, sed confessione invalida? Et certè, si absolutio secuta non sit, licèt *Gabriel, Palud. Sylvest. Can. Alens. Victoria, & Barbos. proximè relati n. 96.* probabiliter opinentur excusari à culpa, & à fortiori à pœnis; Communius, & probabilius est non excusari, ut tenent Doctores citati ibidem. Et ratio est optima, quia hi non absolvuntur, ac proinde transgrediuntur præceptum, idque transgressione externa, quam Ecclesia potest punire; est enim absolutio actus externus. Gabriel. Palud. Sylvest. Canus Alens. Victoria. Barbosa.

108 Sed quid dicendum, quando absolutio secuta est, nulla tamen ob defectum dispositionis internæ? Adhuc plures existimant non excusari à pœnis, quia adhuc hi transgrediuntur præceptum, non solum divinum, ut est clarum, sed etiam ecclesiasticum; nam Ecclesia non aliam, quàm Deus, præcipit confessionem: pœnæ autem sunt impositæ transgressoribus præcepti ecclesiastici. Ita *Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 1. q. 6. ar. 5. diff. 6. Suar. disp. 36. sect. 7. n. 3. Coninck de Sacram. disputat. 5. dubio 9. Layman. libr. 5. tractat. 6. capite 5. num. 10. Sotus in 4. distinct. 18. art. 3. Medina in sum. lib. 1. cap. 14. §. 41. Comitol. in resp. mor. lib. 1. q. 19. Filliuc. tract. 7. cap. 13 num. 64. Sylvius in addit. 3. part. q. 6. art. 5. Quæritur primò. Faber de Pœnit. in 4. sentent. distinct. 17. q. unic, disputat. 31. cap. 3. numero 55. & Diana 3. parte tractat. 4. resolut. 120.* quibus accedit *Lugo disp. 15. num. 136. Arriaga de Legib. d. 19. n. 29.* Nugnus. P. Suar. P. Coninc P. Laymā Sotus. Medina. Comitolus P. Filliuc Sylvius. Faber. Diana. P. Lugo. P. Arriag.

109 Nihilominus probabilior videtur contraria resolutio affirmativa, quam præter *Gabriel. in 4. distinct. 17.* Gabriel.

q. 1.

Palud. Sylvest. Canus Alens. Victor. Barbosa. P. Vasq. P. Henriq P. Sa. P. Granad

q. 1. a. 3. dubio ultimo. Palud. in 4. d. 17. q. 7. Sylvest. verbo Confessio 4. n. 3. in fine. Alens. 4. p. q. 77. n. 5. a. 7. Vict. in sum. q. 163. tenent Vasq. q. 90. a. 2. dub. 4. Canus relect. de pœnit. p. 5. Henr. l. 2. de pœnit. c. 13. §. 1. lit. D. Barbosa ubi sup. Granado de pœnit. tr. 1. disp. 10. sect. ult. n. 34. Sa verb. Confessio n. 1. & hoc probabile dicit *Diana proximè citatus §. Sed contrarium.*

Et probatur, quia pœnæ ecclesiasticæ solùm puniunt transgressionem externam, quæ in hoc casu non datur. Confirmatur exemplo Beneficiarii, qui absque intentione recitat Officium divinum; hic enim transgreditur præceptum, non tamen incurrit pœnam amissionis fructuum, quia hæc, ut aiunt, solùm incurritur per transgressionem externam. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

§. 2.

Utrùm excusentur pueri ante annos pubertatis?

110 *Refertur opinio affirmativa.*
111 *Dicendum tamen non excusari à pœnis impositis in jure communi.*
112 *Hæ pœnæ non debent in illis exequi.*
113 *A pœnis Synodalibus partim excusantur, partim non.*
114 *Excommunicatio ipso facto per constitutiones imposita, à pueris incurritur.*
Excommunicatio ferenda incurritur à pueris quoad debitum, non tamen est in illis exequenda. Ibidem.
115 *Excommunicatio si in pueris exequatur, an sit valida? Affirmat probabiliter Hurtad.*
116 *Negant alii, sed minùs probabiliter.*

P. Filliuc. Nugnus P. Azor. P. Henriq P. Suar. Sylvest. P. Vasq. Cordub. P. Valent Ugolinus Sayrus P. Sanch. Bonac. R. Turriā. Ochagav. P. Granad Diana. Cap. 1. & 2

110 SEcundò quæri potest: Utrùm pueri excusentur? Affirmant *Filliuc. tr. 7. n. 71. Nugn. cit. dub. 1. p. 249. Azor lib. 7. instit. mor. c. 40. q. 6. Henriq. lib. 4. c. 5. n. 2. in com. litera M. Suar. de pœnit disp. 36 sect. 8. ad finem. Syl. 4. d. 18. q. 1. art. 3. ad finem corporis. Sylvest. verb. Homicidium 3. q. 1. dicto 5. & q. 2. dicto 3. Vasq. q. 90. art. 2. dub. 4. n. 3. Cordub. in sum. q. 60. dicto 3. Valent. Ugolin. Sayr.* & alii, quos citant, & sequuntur *Sanch. l. 1. Decalog. cap. 12. Bonac. cit. n. 3. Turrian. disp. 20. dub. 4. Ochagavia tr. 2. q. 7. Granad. proximè s. 7. Dian. cit. & 5. p. tract. 9. resol. 45.* Probatur ex *Cap. 1. & 2. de delictis puerorum*, ubi deciditur pueros non esse plectendos pœnâ ordinariâ propter ætatis fragilitatem.

111 Nihilominus distinctione opus est; possumus enim loqui aut de pœnis impositis in jure communi, aut de impositis in constitutionibus Synodalibus. Et quod attinet ad priores, dicendum existimo etiam pueros illas incurrere. Ita *Hurt. disp. 7. diffic. 9.* Et probatur, quia præceptum confessionis etiam illos comprehendit quoad culpam, ut constat ex dictis suprà *n. 52.* & nullum jus eos eximit à pœnis: quando autem nullum jus eos eximit à pœnis, illis ligantur, ut tenet ipse *Hurt. de censur. diffic. 7. n. 30.* & constat ex *Cap. 1. & ex Cap. finali, de sententia excommun.* ubi supponitur pueros etiam ligari excommunicatione lata à jure contra percussores Clerici; quia scilicet nullo jure ab illa eximuntur, ut cum communi Doctorum tenent *Suar. de censf. d. 5. sect. 1. n. 17. Coninck de censur. d. 14. n. 45. Barbos. in collectan. cap. 1. de sent. excommun. n. 3.* Item etiam ligantur excommunicatione lata à jure in *Trident. sess. 25. cap. 5.* contra ingredientes septa monasterii Monialium, ut tenent *Sanch. l. 6. Decalog. cap. 16. n. 7. Bonac. de clausur. & pœnis eam violantibus impositis q. 4. punct. 11. n. 6. & Barbos. collect. Trid. sess. 25. c. 5. n. 56.* Item etiam comprehenduntur interdicto, ut cum communi tenet *Suar. de censur. disp. 36. sect. 2. à n. 9.* quia scilicet ab his nullo jure eximuntur: ergo, &c.

P. Hurt. P. Hurt. Cap. 1. Cap. Fin. P. Suar. P. Coninc Barbosa. Trident. P. Sanch. Bonac. Barb. P. Suar.

112 Utrùm verò prædictæ pœnæ debeant exequi in pueris? Non enim incurruntur ipso facto, sed indigent sententiâ judicis, ut constat ex dictis *num. 104.* Respondetur negativè cum *Coninck de censur. disp. 13. n. 41. Tiraquel de pœnis temper. caus. 7. Gomes tom. 3. variar. c. 1. à n. 62. Clar. §. final. q. 60. n. 3. Caldas Pereira in L. Si curatio em, verbo Vel adversarii dolo, à n. 50. Molin. de just. to. 4 tr. 3. d. 36. n. 6. Riccius in collectan. decis. p. 5. collect. 184. & in praxi rerum fori ecclesiastici decis. 600. n. 1. in 1. edit. Barbosa in collectan. Cap. finali, de sententia excommun. n. 3.* Quia mitiùs est cum pueris agendum propter ætatis fragilitatem, ut decidit textus in *Cap finalis & Cap. 1. de sententia excommunicationis.*

P. Coninc Tiraq. Gomes, Iulius Cl. Pereira. P. Molina Barb. Riccius. Cap. Fin. Cap. 1.

Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ; dicendum enim est

textu in Cap. 1. & 2. de delictis puerorum, debere intelligi de pœnis, quæ imponuntur in jure quoad executionem: non quoad dignitatem: hoc est, incurruntur quidem, & illis pueri fiunt digni, non tamen debent exequi in eis propter ætatis fragilitatem.

113 Quod attinet ad pœnas constitutionum Synodalium, non potest esse una, & eadem doctrina respectu omnium, quia ipsæ constitutiones sunt valde diversæ; nam in aliquibus diœcesibus expressè fit mentio puerorum illos comprehendens, ut videre est in *Synodo Compostellana cap. de pœnitentia*, ubi imponitur excommunicatio non accedentibus ad confessionem post octavum ætatis annum, & in his clarum est pueros ligari excōmunicatione. In aliis verò expresse à pœna excommunicationis eximuntur, ut in *Constitutionibus hujus diœcesis Conimbricensis titul. 4. §. 5. in Eborensibus titulo 3. §. 1. in Bracarensibus titul. 3. cap. 1. & in Visensibus l. 1. titul. 5. constitut. 2. n. 4.* additur tamen in his *Constitutionibus Conimbricensibus* non eximi à pœna pecuniaria, quam ipsorum parentes, vel illi, quibus ipsi pueri sunt subjecti, solvent; quòd si non solvant, excommunicentur.

Synodus. Cōpostel.

Constit. Diæc. Conimbr. Eborens. Bracar. Visens.

114 Tota dubitatio est quando constitutiones neque expresse eximunt pueros, neque illos comprehendunt. Et dicendum videtur, si excommunicatio sit ipso facto, incurri à pueris, quia tunc illi nullo jure eximuntur; & quando nullo jure à pœnis eximuntur, illas incurrunt, ut constat ex dictis. Sin autem excommunicatio non sit ipso facto, sed ferenda; tunc dicendum videtur incurri quidem quoad debitum, & dignitatem, ut constat ex dictis; at non esse exequendam, juxta dicta *num.* 112.

115 Quid tamen dicendum est, si exequatur: eritne valida? Affirmant, & quidem probabiliter, *Hurt. de censur. difficult. 7. num.* 30 Neque obstat quòd impuberes non possint citari, & assistere ordini ac telæ judiciariæ, *Cap. Finali, de judiciis in* 6. licèt enim non possint per se, possunt per procuratorem, vel tutorem, ut constat ex eodem capite.

P. Hurt.

Cap. Fin.

11 *Celestinus tamen in compend. Theol. moral. tract. 3. cap. 6. num. 6. Sa correctus verb. Censura num. 2. & Dian 5. part. tract. 9. ref.* 46. dicunt hujusmodi excommunicationem non esse validam, quia ejus executio requirit processum, & telam judiciariam, utpote quæ facienda est per sententiam ab homine: at pueri, licèt in aliis casibus possint citari per procuratores, non possunt in hoc, quia est in materia, ac re maximè interna. Hoc tamen est minùs probabile, quia transgressio confessionis in puero duodecim vel tredecim annorum potest esse sufficienter notoria, sicut est in puero quatuordecim, vel quindecim annorum.

Celestinus P. Sa. Diana.

§. 3.

Utrùm excusentur Regulares? &, Quid dicendum de meretricibus?

117 *Regulares non excusantur à pœnis juris communis; excusantur tamen à pœnis Synodalibus.*

118 *Meretrices à nullis pœnis excusantur, licèt hæ in illis non exequantur.*

117 TErtiò quæri potest: Utrùm excusentur Regulares? Respondetur non excusari à pœnis impositis in jure communi, quia hæ comprehendunt omnes utriusque sexus Fideles, ac proinde etiam Regulares. Excusantur tamen à pœnis impositis in constitutionibus Synodalibus, quia Regulares exempti non subjacent jurisdictioni Episcoporum, & consequenter nec eorum pœnis, ut constat ex privilegiis ipsorum Regularium, de quibus ex professo in materia de Legibus: interim videri potest *Tamburin. tom. 2. de jure Abbatum disp. 14. quæsit. 4.* Tambur.

118 Quæri potest quartò: An excusentur meretrices? Affirmant *Rodriguez in addit. ad bullam Cruciatæ §. 11. diàs 9. num. 133. Vivald. in candelabro aureo de confess. num. 60. Zerola in praxi Episc. 1. part. verbo Lupanaria §. 5. & alii* Dicendum tamen non excusari, quia non habent privilegium, & alioqui verba legis sunt generalia quoad culpas, & quoad pœnas. Verum quidem est in meretricibus non exerceri hujusmodi pœnas; sed id non provenit ex deobligatione, sed ex permissione. Ita *Fagundez præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 11. Vasquez quæst. 90. art. 2. dub. 4.*

Rodrig. Vivald. Zerola. P. Vasq. P. Fagūd.

TRA-

TRACTATUS SEXTUS

De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.

Abit disputationes quinque. In prima videndum, quis sit minister hujus Sacramenti. In secunda agendum de approbatione in ministro requisita. In tertia de potestate eligendi Confessarium. In quarta de nonnullis obligationibus ipsius Confessarii. In quinta de Sigillo.

DISPUTATIO PRIMA.

Quis sit minister hujus Sacramenti?

Iunt sectiones quinque. Prima, an omnis, ac solus Sacerdos sit minister hujus Sacramenti? Secunda, de tribus casibus, in quibus quilibet Simplex Sacerdos potest absolvere. Tertia, de Ministro ex potestate ordinaria. Quarta, de Ministro ex potestate delegata. Quinta, de Ministro ex titulo colorato.

SECTIO PRIMA.

An omnis, ac solus Sacerdos sit minister hujus Sacramenti?

1 *Solus Sacerdos est minister Sacramenti Pœnitentiæ.*
2 *Quid dicendum de Diacono?*
An Diaconus possit in aliquo casu administrare Eucharistiam? Ibidem.
3 *An Diaconus possit in aliquo casu absolvere?*
4 *Quid dicendum de laico?*
Qualiter aliqua confessio possit fieri coram laico? Ibidem.
5 *An in casu necessitatis possit confessio fieri laico?*
6 *Quid, si in subita tempestate Sacerdos deficiat?*
7 *Quare in casu necessitatis possit laicus administrare Sacramentum baptismi, non verò Sacramentum Pœnitentiæ?*
8 *An Summus Pontifex possit dispensare cum non Sacerdote, ut validè Sacramentum Pœnitentiæ administret?*
9 *An cum non Episcopo, ut confirmet?*
10 *An in aliquo casu detur obligatio confitendi laico?*
11 *An liceat talis confessio?*
12 *Utrùm laicus absolvens maneat irregularis?*
13 *An laicus possit moribundum absolvere ab excommunicatione? Refertur opinio affirmativa.*
14 *Præfertur negativa.*
15 *An omnis Sacerdos sit minister hujus Sacramenti?*
16 *Resolvitur non omnem Sacerdotem posse absolvere remissivè.*

1 Rimâ difficultas: An solus Sacerdos ex institutione Christi sit minister hujus Sacramenti? Et de Fide est resolutio affirmativa. Habetur in *Concilio Trident. sess.* 14. *c.* 6. ubi anathemate ferit nonnullos hæreticos, qui ad alios quosvis homines, præter Episcopos, & Sacerdotes, Clavium ministerium perniciosè extendunt. Et *canone* 10. *Si quis* (inquit) *dixerit non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, anathema sit.* Idem habetur in *Concilio Florent. in literis Eugenii, & in Constantiensi*, ubi damnantur errores *Vvicleph. & Ioannis Hus*, necnon in *Concilio Cavilonensi, & aliis apud Suar. disp.* 24. *sect.* 1. *n.* 2. Constat etiam ex perpetua Ecclesiæ traditione, & Sanctorum Patrum testimoniis, quæ latè adducit *Suar. loco citato.*

Trident. *Concil. Florent. Constant. Cavilon. P. Suar.*

2 Ex dictis sequitur primò, confessionem Sacramentalem factam Diacono esse nullam. Sed oppones textum in *Cap. Fures, de furtis*, ubi dicitur, latronibus, qui actuali furto occiduntur, si Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, Communionem

Cap Fures

nionem non esse denegandam. Respondetur hunc textum loqui de Eucharistia, & decidere administrandam esse in articulo mortis publicis latronibus, si aut Presbytero Sacramentaliter confiteantur, aut saltem coram Diacono edant veræ pœnitentiæ signa. Fit autem specialis mentio solius Diaconi in absentia Sacerdotis, quia solus Diaconus, deficiente Sacerdote, potest Eucharistiam administrare. Ita *Sotus dist. 18. q. 4. art. 1. Suar. cit. n. 10. & Barbosf. in collectaneis dicto Capite Fures n. 2.*

Sotus. P. Suar. Barbosa.

D. Cyprianus.

3 Oppones secundò locum *D. Cypriani l. 3. epist. 17.* ubi dicit, infirmum in articulo mortis, deficiente Sacerdote, debere reconciliari per Diaconum. Respondetur D. Cyprianum debere etiam intelligi de reconciliatione per absolutionẽ generalem externam illis verbis: *Misereatur tui, &c.* in ordine ad Eucharistiam. Itaque non loquitur de absolutione Sacramentali, sed de cæremoniali externa.

4 Secundò sequitur à fortiori confessionem Sacramentalem nullo modo posse fieri laico. Sed objicies primó illud *Jacobi 5. Confitemini alterutrùm.* Respondetur imprimis *cum Suar. loco citato n. 11. Vasq. q. 93. art. 1. Sayr. de pœnit. c. 24. n. 1. & 2. Reginal. l. 1. n. 6. & aliis apud Bonac. de pœnit. q. 7. punc. 1.* hunc locum etiam intelligi non de confessione Sacramentali, sed de cæremoniali externa, quæ humilitatis gratiâ potest fieri etiam coram laico. Respondetur secundò cùm eisdem Doctoribus hunc locum posse quidem intelligi de confessione Sacramentali, in eo tamen Apostolũ solùm velle homines debere confiteri non tantùm Deo, sed etiam aliis hominibus, non quidem omnibus, sed habentibus potestatem absolvendi, quales sunt soli Sacerdotes.

Jacob 5. P. Suar. P. Vasq. Sayrus. P. Regin. Bonac.

5 Objicies secundò textum in *Concilio Constantiensi in Bulla Martini V.* ubi dicitur, habitâ copiâ Sacerdotis idonei, illi soli confiteri debere, & non laico: unde videtur colligi, quòd saltem in casu necessitatis, ubi copia Sacerdotis non est, possit confessio fieri laico. Respondetur primò, ubi non est Sacerdos, posse confessionem non Sacramentalem fieri laico. Respondetur secundò cum *Suar. citato* argumentum non valere; quia, licèt limitatio textûs aliquando sit taxativa, & concedat omne contrarium; id verum non habet, quando solùm apponitur, ut conformetur limitationi quæstionis

Concil. Constantiense.

P. Suar.

interrogatæ, ut se habet in præsenti casu, nam ibi limitatio facta fuit ex parte quæstionis interrogatæ.

6 Objicies tertiò textum in *Capite Sanctum est, de consecrat. d. 4. ubi D. Aug.* laudat quendam Christianum, qui in subita tempestate, deficiente Sacerdote, confessus est alteri laico. Et etiam adduci potest textus in *Capite 1. de pœnitentia d. 6.* ibi: *Si deest Sacerdos, confiteatur proximo.* Respondetur *D. Aug. in Capite Sanctum* laudare illam confessionem factam laico, non quòd fuerit Sacramentalis, sed quòd inservierit ad excitandam humilitatem ac dolorem. Et eadem solutio est applicanda alteri textui in *Cap. 1.* non enim ibi est sermo de confessione Sacramentali, sed de illa, quæ inservit ad humilitatem, & ad excitandam contritionem, ut cum communi Doctorum tenet *Barbosa in collectaneis in dicto capite.*

D. Aug. Cap. 1. de Pœnit. Barbosa.

7 Objicies quartò: in casu necessitatis non solùm Sacerdos, sed etiam laicus potest administrare Sacramentum baptismi, est enim hoc Sacramentum maximè necessarium: ergo etiam poterit administrare Sacramentum pœnitentiæ, quia etiam hoc Sacramentum est maximè necessarium. Respondetur negando consequentiam. Diversa ratio est institutio Christi, qui instituit solum Sacerdotem ministrum hujus Sacramenti, ut constat ex Conciliis, & Ecclesiæ traditione locis citatis: at non instituit solum Sacerdotem ministrum baptismi. Et hujus congruentia ea est, quia Sacramentum baptismi est magis necessarium; nam contritio potest supplere confessionem, non ita baptismum, saltem in parvulis.

8 Quæres primò: Utrùm non Sacerdos, nimirum Diaconus, vel laicus, saltem ex dispensatione Summi Pontificis, possit hoc Sacramentum validè administrare? Et ratio dubitandi est; quia, licèt solus Episcopus sit minister ordinarius Confirmationis, tamen etiam non Episcopus, nimirum Simplex Sacerdos ex dispensatione Summi Pontificis potest validè confirmare, *Cap. Pervenit d. 95.* ubi communis Doctorum apud *Bonac. de Confirm. p. 2.* Ergo etiam, licèt solus Sacerdos sit minister ordinarius Sacramenti confessionis, tamen etiam non Sacerdos, nimirum Diaconus, vel laicus, ex dispensatione Summi Pontificis poterit illud validè administrare.

Cap. Pervenit. Bonac.

9 Respondetur negando consequentiam

tiam; & diversa ratio est, quia Christus Dominus non instituit Episcopum ministrum Confirmationis necessarium simpliciter, sed solùm ordinarium, ut definit *Trident. sess. 7. can. 3. de Confirmatione*; item *Florentinum*: & constat ex traditione Ecclesiæ apud *Barbos. in declarationibus Trident. ibidem.* At instituit solum Sacerdotem ministrum confessionis necessarium simpliciter, ut constat ex dictis. Ratio autem, cur Christus Dominus solum instituit Episcopum ministrum ordinarium Confirmationis, & non necessarium simpliciter; est, quia Episcopus in sua Diœcesi, unus cùm sit, potest facilè deficere; non Sacerdotes, quia horum magna frequentia dari potest.

Trident. Florent. Barbosa.

10 Quæres secundò: Utrùm saltem titulo humilitatis, & contritionem excitandi gratiâ debeat, aut liceat in articulo mortis, deficiente Sacerdote, fieri confessio laico? Et quod attinet ad primum, An debeat? Affirmat *D. Thomas q. 3. ar. 3. q. 2. ad primum. Magister in 4. dist. 17. c. 5. Glossa in Cap. Fures, de furt. & Panormitanus ibi.* Sed dicendum cum communi Theologorum, *D. Bonav. Scoto, Gabriele, Paludano in 4. dist. 17. Suar. disp. 24. Vasq. q. 93. art. 1. dub. 1. Coninck disp. 8. dub. 1. Hurt. disp. 10. diff. 1.* non dari talem obligationem, quia ea confessio non est Sacramentalis, & confessio non Sacramentalis potest fieri soli Deo *D. Thomas* intelligendus est in casu, in quo non nisi hoc modo excitaretur contritio.

D. Thom. Magist. Glossa. Panormit. D. Bonav. Scotus. Gabriel. Palud. P. Vasq. P. Suar. P. Conin. P. Hurt.

11 Quod attinet ad secundum, An liceat? Negant *Sotus dist. 18. q. 4. a. 1. Navarrus cap. 1. de pœnit. d. 6. n. 72. & Scotus dist. 14. q. 4.* Sed dicendum licere, & id esse laudabile. Probatur ex textibus citatis. Non tamen convenit confessionem esse integram, ut evitetur infamatio minimè necessaria. Ita cum communi Doctorum *Hurt. ubi proximè.*

Sotus. Navar. Scotus.

12 Quæres tertiò: An laicus absolvens maneat irregularis? Et ratio dubitandi est, quia non solus Sacerdos, sed etiam laicus exercens actum Ordinis, quo caret, manet irregularis, ut est communis Doctorum apud *Suar. de censur. disp. 42. sect. 4. n. 10.* Respondetur tamen negativè, si laicus non fingat se Sacerdotē, sed absolvat ut merus laicus putans in eo casu sibi id competere. Ita *Lugo d. 18. n. 14. Hurtado tr. de censuris. disp. 2. diff. 1. n. 5.* Et Probatur, quia ad hujusmodi irregularitatem contrahendam videtur requiri, quòd eam incurrens se fingat ordinatum eo Ordine, quo caret. Occasione hujus doctrinæ.

P. Suar. P. Lugo. P. Hurt.

13 Quæres quartò: An laicus, deficiente Sacerdote, in articulo mortis possit saltem absolvere ab excommunicatione validè. Affirmant *Avila de censur. p. 2. c. 7. dub. 3. Valerus verbo Absolutio, differ. 13. n. 2. Cruz p. 1. de excommun. dub. 4. Ledesma t. 1. de excommun. c. 8. dub. 4. alter Ledesma p. 4. q. 26. a. 1. Ioann. Sanch. in select. disp. 44. n. 7. Ragusa de absolutione q. 124. Item Glossa in Cap. A nobis 2. verbo non potuerit, de sententia excommun. & in Cap. Pastoralis, §. Preterea, verbo Prcterquam in morte, de officio Ordinarii. Sylvester verbo Absolutio 1. n. 8. Armilla ibi n. 39. Marchin. de peste p. 3. c. 12. n. 3. Trullench. in Bulla Cruciatæ l. 1. §. 3. c. 2. dub. 5. n. 7. Dian. 3. p. tr. 4. resol. 133. & 5. p. tr. 3. resol. 77.* Fundamentum est, quia in articulo mortis nulla est reservatio, ut habetur in *Trident. sess. 14. c. 7. de casuum reservatione.*

Avila. Valerus. Cruz. Ledesma. Ledesm. 2. Ioã Sãch. Ragusa. Glossa. Sylvester. Arnulla. Marchin. Trullech. Diana. Trident.

14 Sed cõmunior, & probabilior est resolutio negativa, quam tenent *Villalob. in sum. tom. 1. tr. 6. diff. 20. n. 14. Laym. l. 1. tr. 5. c. 6. n. 2. Coninck de Sacram. d. 14. dub. 16. n. 256. Suar. de cens. d. 7. s. 6. n. 6. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. a. 4. Covar. in Cap. Alma mater. p. 1. §. 11. n. 9. Garcia de benefic. t. 2. p. 11. c. 5. n. 353. Thom. Sanch. l. 2. in Decalog. c. 13. n. 13. Vasq. t. 4. de excom. dub. 18. n. 9. Cordub. in summa c. 18. ad secundum, Palud. Navar. & Lugo d. 18. s. 1. n. 7.* Et probatur, quia *Tridentinum* loco citato solis Sacerdotibus hanc facultatem concedit, & solùm loquitur in ordine ad illos.

Villalobi. P. Laym. P. Conine. P. Suar. Sotus. Covarrub. Garcia. Thom. Sãc. P. Vasq. Corduba. Palud. Navar. P. Lugo.

15 *Secunda difficultas*: An omnis Sacerdos sit minister hujus Sacramenti? Affirmant *Armachanus l. 2. de quæst. Armenorum c. 1. Almain. d. 18. a. 4. Durand. d. 19. q. 2.* & novissimè *Crousers in regulam Divi Francisci c. 7. lect. 3. fol. 498.* asserentes omnē Sacerdotē, quantū est ex parte sua, posse validè absolvere quoslibet pœnitentes à quibuscunq; casibus, si pœnitentes ignari prohibitionis, & bene dispositi accedant.

Armach. Almainus Durandus Crousers.

16 Verùm hanc sententiā esse omnino falsā, & nullo modo post *Concilium Trident* posse defendi ostēdimus *tr. 2. n. 75. & 83.* ubi probavimus esse omnino invalidā absolutionē collatam à Sacerdote nō habentē jurisdictionem, & hanc accipi non immediatè à Christo, sed ab Ecclesia. Illuc me remitto: neque enim *Crousers* affert aliquid novi, quod ibi non solverimus.

SEC-

SECTIO II.

De tribus casibus, in quibus quilibet Simplex Sacerdos potest absolvere.

17 *Tres sunt casus, in quibus Simplex Sacerdos potest absolvere.*
18 *Quo jure possit Simplex Sacerdos absolvere à venialibus, & à mortalibus confessis? Plures sentiunt id esse jure divino.*
19 *Probabilius videtur esse de jure ecclesiastico.*
20 *Solvitur fundamentum opinionis contrariæ.*
21 *Quo jure possit absolvere in articulo mortis? Resolvitur similiter.*
22 *Quid dicendum de Sacerdote excommunicato, degradato, & hæretico?*
23 *An nomine mortis articuli veniat mortis periculum? Aliqui distinguunt.*
24 *Hoc tamen loci utrunque pro eodem usurpatur.*
25 *Utrùm Simplex Sacerdos possit, præsente proprio, absolvere in mortis articulo? Proponitur ut probabilis sententia affirmativa.*
26 *Proponitur ut probabilior resolutio negativa.*
27 *Solvitur primæ sententiæ fundamentum: & explicatur, quo sensu in articulo mortis nulla sit reservatio.*
28 *Quid dicendum in casu quòd adsit Regularis habens privilegium?*
29 *Utrùm quando in articulo mortis deest proprius Sacerdos tam ordinarius, quàm delegatus, possit eligi alius quicunque nullo servato ordine? Proponuntur duæ sententiæ.*
30 *Authoris judicium.*
31 *Quid debeat facere Simplex Sacerdos, qui incæpit confessionem, si adveniat proprius Sacerdos?*
32 *Possitne moribundus habens reservata eligere Simplicem Sacerdotem in casu, quòd adsint duo Sacerdotes, alter Simplex, alter verò habens jurisdictionem ad Mortalia, non tamen ad Reservata?*

17 Certum omnino est inter Doctores, quemlibet Simplicem Sacerdotem posse absolvere in tribus casibus. Primò, quando confessio fit de solis Venialibus. Secundo, quando fit de Mortalibus jam confessis. Tertio, in articulo mortis, à quibuscunque peccatis, & censuris. Primum & secundum constat ex communi usu & praxi Fidelium, quam testatur *Suar. disp. 26. sect. 5. n. 5. & 6. Vasq. q. 93. ar. 1. dub. 3. & dub. 6. n. 5. Vivaldus de absolutione n. 11. Zerola in praxi de pœnitentia cap. 15. quæs. 9. & 10. Filliuc. tr. 7. cap. 7. quæs. 6. n. 186. 209. & 223. Reginal. l. 1. n. 65. Valent. tom. 4. d. 7. q. 10. pun. 2. Coninck disp. 8. dub. 2. n. 17. Henriq. l. 6. cap. 8. n. 6. & cap. 9. n. 2. Bonac. q. 7. p. 1. n. 8.* Tertium de absolutione in articulo mortis definitum est in *Tridentino sess. 14. cap. 7.* de casuum reservatione, ibi: *Piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideò omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possint, &c.* P. Suar. P. Vasq. Vivaldus Zerola. P. Filliuc. P. Reginal P. Valent. P. Coninc. P. Henriq. Bonac. Trident.

18 *Prima difficultas est:* Quo jure possit Simplex Sacerdos absolvere in primo, & secundo casu, nimirum à Venialibus, & à Mortalibus confessis? Plures sentiunt id esse jure divino. Ita *Canus relectione de pœn. p. 5. Sotus d. 18. q. 4. ar. 2. Ruard. art. 3. Ledesm. 2. p. quarti. q. 22. a. 1. Vasq. q. 93. ar. 1. dub. 6. Hurt. d. 10. diff. 10. Reginal. l. 1. n. 126.* Et probatur; quia, si jurisdictio ad Venialia & idem dicendum de jurisdictione ad Mortalia confessa, acciperetur ab Ecclesia, hæc posset illa reservare: at Venialia non possunt reservari: ergo, &c. Canus. Sotus. Ruardus. Ledesm. P. Vasq. P. Hurt. P. Reginal

19 Nihilominus probabilius videtur esse de jure ecclesiastico. Ita *Suar. d. 29 sect. 3. n. 3. Coninck d. 11. n. 79. Nugnus q. 8. ar. 4. dub. 7. Miranda tom. 2. q. 34. a. 4. Graff. l. 1. cap. 7. n. 24. Homobon. tract. 3. cap. 3. assert. 2. Filliuc. tract. 7. cap. 10. quæs. 2. n. 271. & seq. Bonacina q. 7. p. 5. §. 1. n. 1.* Probatur, quia omnis jurisdictio ecclesiastica est à Summo Pontifice tanquam à capite, ut constat ex *Cap. Ita Dominus d. 19. & in text. in Cap. Quoties 24. q. 1.* P. Suar. P. Coninc Nugnus. Miranda. Graffis. Hom bon. P. Filliuc Bonac. Cap. Ita Dominus, & Cap. Quoties.

20 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur, etiam Venialia posse aliquo modo reservari; tum quia possunt constitui materia necessaria per accidens ratione alicujus præcepti; tum quia potest eorum absolutio annullari, ut pleniùs dicemus tractatu octavo.

Durand. Canus Paludan. Ruardus. Capreolus

21 *Secunda difficultas*: Quo jure possit Simplex Sacerdos absolvere in articulo mortis à quibusvis peccatis? *Durand. d. 29. q. 1. Canus de pænit. p. 5. Capreol. q. 1. a. 3. Paludan. in 4. d. 20. q. 1. art. 2. Ruard. art. 3.* existimant id esse de jure divino, quia aliter defecisset Christus animabus in necessariis.

Medina Turrec. Sotus. Petr. Sot. D. Anto. D. Bonav. P. Vasq. P. Suar. P. Hurtad P. Lugo P. Coninc Trident.

Nihilominus probabilius videtur esse similiter de solo jure ecclesiastico. Ita *Medina de pænit. tr. 2. q. 18. Turrecremata l. 1. cap. 98. Sot. d. 18. q. 4. ar. 4. Petr. Sotus lect. 5. de conf. D. Antonin. 3. p. tit. 24 cap. 47. D. Bonav. in 4. d. 19. a. 3. q. 1. Vasq. q. 93. a. 1. dub. 4. Suar. disp. 26. s. 4. n. 6. Hurt. disp. 10. diff. 7. Lugo d. 18. n. 16. & Coninck d. 8. n. 1.* Probatur primò ex *Trident. loco citato*, ibi: *Piè admodum in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit.* Quæ verba non sonant jus divinum, sed pietatem Ecclesiæ. Secundò ex modo, quo summi Pontifices solent reservare, *Præterquam in mortis articulo*, quæ exceptio aliàs esset superflua. Tertiò; quia, ut ex proximè dictis constat, omnis jurisdictio ecclesiastica est à Summo Pontifice tanquam à capite: ergo. Ad fundamentum opinionis cōtrariæ respondetur Christum Dominum sufficienter occurrere mediante sua Ecclesia, cui assistit.

Medina. Covarru. Sotus. Navar. Ledesma. P. Suar. P. Vasq. Zambran. Barbosa. P. Hurt. P. Sanch.

22 Utrùm verò tradita doctrina etiam extendatur ad Sacerdotem excommunicatum vitandum, degradatum, hæreticum, &c? Negant *Medina Codice de confess. q. 12. Covar. in Cap. Alma mater 2. p. §. 6. Sotus d. 18. q. 4. a. 4. Navar. c. 26. & Ledesm. 1. p. 4. q. 21. ar. 6.* Respondendum tamen affirmativè, dummodo non sequatur scandalum, nec ullum sit perversionis periculum. Ita *Suar. disp. 26. s. 4. n. 7. Vasq. q. 93. a. 1. dub. 3. Zambran de casibus articuli mortis præl. 1. cap. 4. dub. 4. n. 20. & communis Theologorum apud Barbos. in collect. in Trid. sess. 14. cap. 7. n. 13. Hurt. proximè diffic. 8. & Sanch. l. 2. Decal. cap. 13. n. 5.* Probatur, quia verba Tridentini, *Omnes Sacerdotes*, sunt generalia: ergo.

23 Quæres primò: Quid hoc loco veniat nomine mortis articuli? Aliqui enim illum distinguunt à mortis periculo; & dicunt, mortis articulum esse, cùm mors jam proximè instat, & est moraliter certa, ac inevitabilis: mortis verò periculum, cùm nec mors adeò proximè instat, nec adeò certa est, sed tamen prudenter timetur, eo quòd in eo casu soleat frequenter accidere; & ita se habent belli conflictus, longa navigatio, &c. Dicunt ergo Simplicem Sacerdotem posse absolvere in mortis articulo, non in mortis periculo. Ita *Sotus in 4. dist. 18 q. 4 ar. 4. colum. 4. Canus p. 5. de pænit. Valent. tom. 4. d. 7. q. 1. p. 2. col. 6. Covar. & Graff. apud Finellium ubi infrà, Ledesm. cum Ioan. de la Cruz p. 2. de pænit. q. 5. dub. 10. conclu. 2. Zerola in praxi c. 15. q. 9. & 10.*

Sotus Canus P. Valent Covarrub. Graffis. Ledesma. Cruz

Zerola. Finellius. Navar. Medina. Sylvester. Abbas. Glossa. Henr. Angel. Victoria. Philiarc. P. Sanch. P. Vasq. P. Coninc P. Henriq P. Hurt. Sayrus. P. Filliuc. P. Regin. P. Lugo. Bonac Diana.

24 Sed probabiliùs dicendum reor, licèt absolutè inter mortis articulum, & mortis periculum aliqua sit differentia, ut notant Authores citati, hoc loco tamen utrumque pro eodem usurpari. Ita *Finellius tract. de casuum reservatione cap. 8. n. 8. qui citat Navar. cap. 26. n. 31. Medina cod. de confess. q. 16. Sylvestr. confess. 1. q. 6. Abbas in Cap. Pastoralis, de officio Ordinarii, & Gloss. ibi, verb. Pænitentiæ: citat etiam Henr. Angel. Victor. & Philiarc. Thom. Sanch. l. 2. Decal. cap. 13. n. 1. Vasq. q. 93. ar. 1. d. 5. Coninck d. 8. dub. 6. noster Henriquez l. 3. de pænit. cap. 11. Suar. d. 26. sect. 4. Hurt. disp. 10. diffic. 9. Sayr. de pænit. cap. 24. n. 3. Filliuc. tr. 7. c. 7. q. 5. Reginal. l. 1. n. 56. Lugo d. 18. n. 21. Bonac. q. 7. p. 1. n. 10. Diana 3. p. tr. 4. resol. 71.*

Cap. Eos qui. Cap. Siquis suadente. C. Nō dub.

Fundamentum est, quia Ecclesia quoad effectum absolutionis pro eodem accipit mortis periculum, & mortis articulum. Et hoc ostenditur primò ex *Cap. Eos qui, de sententia excommun. in 6.* ubi utrumque expressè pro eodem usurpatur. Secundò ex *Cap. Si quis suadente Diabolo 17. q. 4.* ubi à reservatione excipitur periculum mortis, & postea in *Cap. Non dubium, de sententia excommun.* ubi fit mentio hujus exceptionis, pro mortis periculo ponitur mortis articulus. Et confirmatur, quia eadem ratio, quam assignat *Tridentin.* pro articulo mortis, scilicet, ne homo pereat, militat etiam in periculo mortis, nam nisi tunc absolvatur, eveniet mors, & homo peribit.

Navar. Rodriguez P. Henriq Vega.

25 Quæres secundò: Utrùm Simplex Sacerdos possit, etiam præsente proprio, absolvere in mortis articulo? Affirmativam sententiam defendunt, & quidem probabiliter *Navar. l. 5. consil. tit. de pænitentiis, & remiss. consil. 15. n. 2. & 3. Rodrig. tom. 1. sum. cap 59. conclus. 3. n. 5. & quæst. reg. tom. 1. q. 56. a. 4. Henr. l. 6. cap. 11. num. 4. in commento lit. V. Vega 1. tom. summæ cap. 6. cas. 6.*

in

Villalob. Barbosa. Cartoan. Conradus Valerus Angles Zerola. Finellius. P Comitol Ledesma. Marchin. Ochagav. Diana. P. Sa.

in princ. Villalob. t. 1. tr. 27. clauf. 1. §. 12. n. 7. Barbos. de potest. Episcopi p. 2. alleg. 25. n. 51. Coriolan. de casib. reservatis 1. p. sect. 1. art. 16. n. 7. & 8. Conrad. 1. p. q. 12. Valerus in differentiis utriusque fori verbo Excomm. diff. 23. n. 1. Angles in 4. t. 2. q. de confes. art. de ministro defic. in articulo mortis, Zerola in praxi c. 15. n. 4. Finellius c. 7. P. Comitolus in resp. mor. l. 1. q. 22. n. 2. Ledesm. t. 1. tr. de pœnit. cap. 14. folio mihi 301. Marchinus de peste p. 3. c. 3. n. 10. Ochagavia de Sacram. tr. 2. q. 35. n. 4. Diana 1. p. tr. 5. resol. 5. Sa verbo Absolution. 3. Fundamentum est, quia in articulo mortis nulla est reservatio, ut docet *Trident.* loco citato, & quilibet Sacerdos habet tunc plenam jurisdictionem: ergo, &c.

26 Nihilominus communior, & probabilior est contraria resolutio negativa, quam tenent *Rosella, Sylvester, Armilla, Covar. Simancas, Corduba, Graffis, Gutterres apud Zambran. de casibus articuli mortis c. 4. dub. 4. n. 3. Sotus in 4. d. 18. q. 4. a. 4. Ugolin. de cens. tab. 1. c. 4. §. 5. n. 2. Vivald. in candel. 1. p. ubi de absolutione n. 63. Benzonius de fuga l. 1. disp. 1. q. 6. ante 2. conclusionem, Thomas Sanchez l. 2. decal. c. 13. n. 7. Suar. t. 5. in 3. p. disp. 22. sect. 1. n. 61. Vasq. q. 9. a. 1. dub. 4. n. 8. Azor t. 1. l. 8. c. 19. quæst. 5. Valent. to. 4. disp. 7. q. 10. punc. 2. Mol. de justitia t. 4. disp. 63. n. 2.* dicens sic declarasse *Gregor. XIII.* sed hæc declaratio non est authentica. *Coninck disp. 8. dub. 2. n. 16. Bonac. disp. 5. de Sacram. q. 7. p. 1. num. 10. Turrian. in select. centur. 2. censur. Theolog. dub. 77.* asserens contrariam sententiam esse damnatam à *Gregor. XIII.* sed jam dixi de tali declaratione non constare. *Lugod. 18. n. 24. Reginald. t. 1. l. 1. c. 7. n. 61. Avila de censur. p. 2. c. 6. d. 3. dub. 1. concl. 5. Putean. in 3. p. parte 2. q. 3. dub. 3. concl. 1. Ioan. Sanch. in selectis disp. 44. n. 5.*

Rosella Sylvester. Armilla. Covarrub Simanc. Corduba Graffis. Gutterres Zambran. Sotus. Ugolinus Vivaldus Benzon. P. Sanch. P. Suar. P Vasq. P. Azor. P Valent P. Molin. P. Coninc Bonac. P. Turria. P. Lugo. P. Regin. Avila Putean. Ioannes Sanchez.

Trident. Probatur, quia *Tridentinum* loco citato, cùm dicit: *Piè admodum in Ecclesia Dei semper fuisse custoditum, ut pro articulo mortis nulla esset reservatio*, ac proinde in eo quemlibet Simplicem Sacerdotem posse absolvere, non condidit novum jus, sed tantùm laudat antiquam Ecclesiæ consuetudinem: at verò hæc non erat, ut quilibet Sacerdos posset absolvere, præsente proprio, sed solùm in ejus absentia, ut constat ex *Cap. Presbyteri 26. quæst. 6.* ibi: *Presbyteri de occultis peccatis jussione Episcopi pœnitentes reconcilient infirmantes, absolvant, & communicent.* Idem colligitur ex textu in *Extravaganti Inter cunctas §. Incendiarios, de privilegiis inter communes*, & ex textu in *Extravaganti 1. §. Decernimus de sententia excommunic.* & constat ex *Cap. Eos qui, de sententia excommun. in 6.* ubi dicitur eum, qui in articulo mortis ratione imminentis necessitatis absolvitur à censura reservata, teneri postea, cessante impedimento, se præsentare Superiori: si ergo, cùm potest, tenetur se Superiori præsentare, & ante absolutionem adest Superior, non potest absolvi ab inferiore.

27 Neque fundamentum opinionis contrariæ oppositum suadet, nam *Tridentinum* loco citato solùm vult, quòd in articulo mortis nulla sit reservatio in absentia proprii Sacerdotis; eo enim absente quilibet Simplex Sacerdos potest absolvere, non ita in præsentia proprii Sacerdotis: & ita in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut patet ex dictis.

28 Quæres tertiò: Utrùm Simplex Sacerdos in articulo mortis possit absolvere, quando proprius quidem deest, sed adest Regularis habens privilegium? Affirmat *Suar. disp. 30. sect. 3. n. 15. & Henriq. lib. 5. cap. 10. num. 1. litera D.* quia nec Regularis, nec pœnitens tenetur uti tali privilegio, quia nemo, licèt possit, tenetur uti privilegio. *L. penult. C. de pactis. L. Si judex circumvento, ff. De minoribus.* *P. Suar. P. Henriq*

Probabilior tamen est resolutio negativa, quam tenet *Sanchez proximè num. 11. Navar. in summa Latina cap. 27. num. 90. & Hispana cap. 28. additione ad num. 89. Corduba quæst. 18. punct. 2. dict. 1.* quibus accedit *Lugo d. 18. num. 34.* Et probatur; quia, ut diximus, Simplex Sacerdos non potest absolvere, quando proprius adest: at verò proprius censetur adesse, quoties per se adest, vel per aliquem de licentia ipsius. *P Sanch. Navar. Corduba. P. Lugo.*

Et confirmatur efficaciter, quia aliàs ille, qui est communicaturus, & non habet suum Parochum, posset desinere confiteri in civitate, ubi sunt plura Monasteria Regularium, qui ex privilegio possint absolvere: hoc tamen est contra communem usum, & praxim Fidelium.

Ad

Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur esse speciale in confessione, ut quis teneatur confiteri proprio Sacerdoti, vel alicui de ejus licentia, ut exprimitur in *Cap. Omnis utriusque sexûs, de pœnitentiis, & remissionibus*: unde existente proprio vel aliquo de ejus licentia, non potest fieri confessio Simplici Sacerdoti. *Cap. Omn. utriusque.*

29 Quæres quartò: Utrùm, quando in articulo mortis deest proprius Sacerdos tàm ordinarius, quàm delegatus, possit eligi alius quicunque, nullo servato ordine? Negant *Suar. de Pœnitentia disp. 26. sect. 4. num. 4. Zambran. de casibus articuli mortis cap. 4. dub. 4. n. 16. Thomas Sanchez l. 2. in Decal. cap. 13. n. 10.* qui dicunt primò, si adsit approbatus in alia Parrochia, non posse eligi omnino Simplicem. Secundò, Simplicem esse præferendum excommunicato denuntiato. Tertiò, excommunicatum denuntiatum, dummodo Catholicus sit, debere præferri hæretico, vel schismatico. Quartò, irregularem præcedere excommunicato denuntiato. Quintò, interdictum, vel suspensum præire irregulari. Sextò, excommunicatum denuntiatum antecellere degradato. Et horum omnium ratio est, quia semper anteponendus est, qui minori laborat impedimento. *P. Suar. Zambrar. P. Sanch.*

E contra *Lugo cit. n. 32.* nullam admittit prædictorum ordinum præcedentiam, sed absolutè asserit, deficiente proprio Sacerdote, posse eligi quemcunque ex annumeratis, nullo servato ordine; quia (ait inquit) non est credibile Ecclesiam in tanta rerum necessitate illum ordinem præcipere, & non aliter in articulo mortis jurisdictionem conferre; cùm prædictus ordo non nisi à viris literatis, iisque sapientissimis magno cum studio, & attentione possit cognosci; & moribundus in articulo mortis adstantes speculationes, & subtilitates non sit aptus. *P. Lugo.*

30 Ego verò, ut ingenuè fatear, nec primæ sententiæ, nec secundæ acquiesco: media quadam via incedendum mihi existimo, dicendumque, si adsit Sacerdos toleratus, non posse eligi denuntiatum vitandum, quia tunc nulla datur necessitas communicandi cum illo; ac proinde confessio cum illo facta erit peccatum mortale, & consequenter nulla. Exceptis tolerandis posse eligi quemcunque ob rationem Lugi, quia non est credibile Ecclesiam ab infirmo in mortis angustiis constituto exigere illas subtilitates, & speculationes præscribendorum.

31 Quæres quintò: Quando Simplex Sacerdos incœpit confessionem audire, & advenit proprius Sacerdos, finiturne Simplicis jurisdictio, ita ut teneatur desistere confessione, & illam relinquere faciendam proprio Sacerdoti? Respondetur negativè cum communi Doctorum apud *Sanchez proximè n. 15.* quia gratia facta, re incœpta, non expirat, *Cap. Gratum, & Cap. Relatum, de officio Delegati.* Si tamen pœnitens habet excommunicationem reservatam, licentia à Superiore præsenti petenda est, argumento *Cap. Eos qui, de sententia excommun. lib. 6.* *P. Sanchez. C. Gratũ. C. Relatũ. Cap. Eos qui.*

32 Quæres sextò: Quid dicendum, quando adsunt duo Sacerdotes, alter Simplex, alter verò habens jurisdictionem ad mortalia, non tamen ad reservata, & moribundus habet reservata: poteritne eligere Simplicem? Nam quoad reservata uterque perinde se habet, ac si Simplex sit? Respondetur non posse, quia non potest eligere Simplicem, quando adest proprius Sacerdos, juxta nostram sententiam, & pœnitens in hoc casu quoad mortalia habet proprium Sacerdotem, cui consequenter ob integritatem cõfessionis debet subjicere reservata. Ita *Sanch. num. 10. & Lugo n. 38.* *P. Sãchez. P. Lugo.*

SECTIO III.

De Ministro ex potestate ordinaria.

33 *Quisnam Sacerdos sit minister ordinarius Sacramenti Pœnitentiæ?*
34 *An Summus Pontifex & Episcopus dicantur proprii Sacerdotes?*
35 *An Ordinarius etiam extra proprium territorium possit absolvere suos Subditos?*
36 *Quid dicendum de Delegato? & proponuntur duæ sententiæ.*
37 *Astruitur tertia probabilior.*
38 *Solvuntur argumenta in contrarium.*
39 *Quid possint tam Ordinarius, quàm Delegatus circa peccata commissa in aliena Diœcesi?*
40 *Quis sit Ordinarius iter agentium?*
41 *Quid de illo, qui solo animo quærendi confessarium peregrinationem suscepit? Refertur prior sententia.*
42 *Præfertur, & eligitur secunda sententia asserens illius Sacerdotem esse proprium illius Parrochiæ, in qua invenitur.*
43 *Solvuntur opposita sententiæ fundamenta.*

44 *Quisnam sit Ordinarius vagorum?*
45 *Quid de habentibus duo domicilia?*
46 *Quid, si aliquis in altera parte habeat solum quasi domicilium?*
47 *Quisnam sit Ordinarius Summi Pontificis, Summi Pœnitētiarii, & Legati à latere?*
48 *Quisnam Episcoporū sit Ordinarius?*
49 *Quid dicendū de Parochis, & Prælatis Regularibus?*

33 Lle Sacerdos dicitur minister ordinarius hujus Sacramenti, qui ratione sui officii habet annexam potestatem absolvendi: & horum triplex est ordo. In primo collocatur Summus Pontifex respectu omnium Fidelium, necnon summus Pœnitentiarius, & Legatus a latere. In secundo continentur Episcopi, seu quasi Episcopi respectu suorum Diœcesanorum. Nomine *quasi Episcopi* intelligitur Capitulum Sede Vacante, *Cap. Cùm olim, de maioritate & obedientia*: & Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subjectæ, *Cap. Ioannes. de testamentis*, juxta Doctores ibi. Item Cardinalis in Ecclesia sui tituli, *Cap. His qui, de maioritate & obedientia*: & Legatus in sua provincia, *Cap. 2. de officio delegati in 6.* nec nō Vicarius Generalis in Diœcesi sui Episcopi, *Cap. 2. de consuetudine in 6. & Cap. Romanæ, de appellationibus in 6.* Item Generalis Regularium in suis Religionibus, & Provincialis in suis provinciis. In tertio sunt Parochi respectu suorum Parochianorum; & quasi Parochi, nempe Vicarii perpetui, non ad nutum: necnon Prælati Religiosorum locales, ut Priores, Rectores, Guardiani respectu suorum subditorū. Ita *Suar. disp. 25. sect. 1. Filliuc. tr. 7. c. 7. quæsit. 7. & 8. Bonac. q. 7. p. 2. n. 1.* & cōmunis Theologorum.

Cap. Cum olim. *Cap. Ioan* *Cap. His qui.* *Cap. 2.* *Cap. 2. & Cap. Romanæ.* *P. Suar.* *P. Filliuc* *Bonac.*

34 *Prima difficultas est*: An quilibet ex numeratis dicatur proprius Sacerdos, cui *in Cap. Omnis utriusq;* jubetur fieri annua confessio? Negare videtur *Suar. disp. 25. sect. 2. cum Cano relectione de pœnit. par. 5.* quibus consentit *Filliuc. dicto tr. 7. c. 7.* asserens proprium Sacerdotem in *Cap. Omnis* esse illum solum, cui ex officio proxime incumbit administrare hoc Sacramentum: unde non appellat Episcopum proprium Sacerdotē, sed universalem, Summum Pontificem universalissimum.

P. Suar. *Canus.* *P. Filliuc*

Nihilominus tenenda est resolutio affirmativa cum *Vasq. q. 93. art. 2. dub. 1. Sot. in 4. dist. 18. q. 4. ar. 2. Hurt. disp. 10. diff. 4.* Et probatur, quia proprius Sacerdos in *Cap. Omnis* non accipitur, ut contraponitur universali, vel universalissimo, sed solùm ut contraponitur alieno. Ibi: *Omnis utriusque sexûs fidelis, saltem semel in anno, proprio Sacerdoti confiteatur, & non alieno, nisi de licentia proprii.* At Episcopus, vel Summus Pontifex non est Sacerdos alienus, cui non nisi de licentia proprii possit fieri confessio.

P. Vasq. *Sotus.* *P. Hurt.* *Cap. Omn.* 1

35 *Secunda difficultas*: An ordinarius, seu proprius Sacerdos, etiam extra Diœcesim, vel Parochiam, possit absolvere suos Subditos? Respōdetur affirmativè cū *Henr. l. 6. cap. 7. §. 1. Tolet. in summa l. 3. cap. 13. in fine. Rodrig. in Bull. Cruc. §. 9. n. 7. Valero verbo Absolutio, differ. 1. n. 4. Floron. de casib. reservatis p. 1. cap. 4. §. 12. n. 5. Homobon. tr. 5. cap. 3. q. 16. Zerol. cap. 16. q. 5. versu Dico quartò. Chamerota dub. 14. Reginal. l. 1. n. 93. & 94. Coninck disp. 8. n. 22. Sanch. de matr. ubi infrà, & disp. 34. n. 2. & 3. Megala p. 1. instr. confess. l. 1. cap. 7. n. 25. Molfes. tr. 7. cap. 15. n. 89. Bossio. sect. 3. casu 2. n. 195. Barbos. de potest. Episcopi alleg. 25. n. 38. Bonac. ubi suprà n. 10. Leand. disp. 11. q. 41.* Probatur, quia jurisdictio voluntaria, quæ nimirum fit sine strepitu formæ judiciariæ, quæ petat cognitionem causæ, & judicem sedentem pro tribunali, hujusmodi (inquam) jurisdictio voluntaria potest exerceri etiam extra proprium territorium; ut habetur expressè *Lege 1. ff. de officio proconsulis, & Cap. Novit, de offic. legati*, & ibi communiter Doctores apud *Sanch. de mat. l. 3. d. 19. n. 8.* At verò absolutio Sacramentalis est jurisdictio voluntaria, & non contentiosa: ergo.

P. Henriq. *P. Toletus* *Rodriguez* *Valerus* *Floronus* *Homob.* *Zerola.* *Chamer.* *P. Regin.* *P. Coninc* *P. Sanch.* *Megala.* *Molfes.* *Bossio.* *Barbosa.* *Bonac.* *Leander.* *Lex. 1.* *Cap. Novit* *P. Sanch.*

36 Utrùm verò idem dicendum sit de Delegato? Tres invenio sententias: duæ priores sunt negativæ, cum hoc discrimine, quòd prima comprehendit omnes Delegatos tā seculares, quàm regulares. Hanc tenent *Zerola*, & *Sorbo*, quos citat; & sequitur *Garcia de benefic. 2. 1. p. 1. c. 8. n. 132. Gutier. qq. canon. 1. c. 17.* quibus accedit *Lugo d. 21. n. 36.* Afferuntur pro hac sententia primò nonnullæ decisiones Rotæ. Secundò textus in *Cap. penultimo de officio legati*, ubi dicitur legatum non posse absolvere extra suas provincias excommunicatos ob manus violentas Clerico injectas.

Zerola. *Sorbo* *Garcia.* *Gutterres* *P. Lugo.* *C. penult.*

Secunda sententia limitat ad solos Regulares, & dicit eos non posse absolvere extra diœcesim, pro qua sunt approbati. Hanc sequuntur *Sylvester verbo confessor. 1. §.*

Sylvester.

Navar. Vivald. Miranda Campan. Barbosa. 1. n. 12. & conf. 2. n. 4. Navar. in sum. cap. ... post n. 266. versic. Sextum, Vivald. p. 1. candel. de absolut. n. 50. Miranda to. 1. q. 45. a. 8. concl. unica. Gampanilis Rubrica 12. cap. 13. n. 71. Barbos. ubi suprà d. alleg. 25. n. 35. Probatur ex Clement. Dudum, §. Ac deinde, de sepulturis, ubi dicitur Regulares non posse absolvere extra suas diœceses. Clemẽtin. Dudum.

* 37 Tertia, & quidem probabilior sententia docet, etiam Delegatos tum sæculares, tum Regulares posse in aliena diœcesi absolvere suos Subditos. Ita Henriq. l. 6. cap. 7. §. 1. lit. D. Sanch. de matr. d. 34. n. 2. Suar. to. 4. in 3. p. d. 28. sect. 6. n. 4. Homobon. tr. 5. cap. 3. q. 16. Valerus verbo Absolutio dif. 1. n. 8. & 10. & 13. Fagund. in quinqu. tl. p. 2. l. 7. cap. 2. n. 91. Tambur. t. 2. disp. 5. q. 14. num. 4. Fiorom. p. 1. cap. 4. 13. n. unico. Dian. 3. p. tr. 3. resol. 144. Nugnus in 3. p. tom. 2. q. 8. a. 5. dub. 8. Gom. in bull. Cruc. claus. 10. n. 8. Megala in p. 1. l. 1. cap. 7. n. 25. Boss. ubi suprà n. 202. Probatur, quia eadem ratio jurisdictionis voluntariæ, quæ militat in Ordinario, valet etiam in Delegato. P. Henriq P. Sãchez P. Suar. Homob. Valerus P. Fagund P. Tambur. Fioron. Diana. Nugnus Gomes. Megala. Bossius

38 Neque obstant primò decisiones Rotæ; dicendum enim est illas solùm procedere de absolutione Sacerdotis in aliena diœcesi erga Subditos non suos. Et ita Ugolin. de potest Epist. cap. 7. §. 2. n. 7. Costa in bull. Cruc. q. 38. & alii cum Dianà loco citato. Non obstat secundò textus in Cap. penultimo de officio legati; nam ibi solùm est sermo de absolutione externa in foro contentioso, ut interpretantur omnes Doctores proximè allegati. Non obstat tertiò Clementina Dudum, quia solùm loquitur de Regularibus existentibus in aliena diœcesi erga Subditos non suos. Et ita eam explicant Sotus 4. dist. 18. q. 4. a. 2. §. Aliud verò dubium est. Sanch. de matr. d. 34. n. 1. Henr. l. 6. cap. 7. §. 1. lit. D. Bossius sect. 3. casu 2. n. 201. Ugolinus Costa. Diana. Clement. Dudum. Sotus. P. Sãch. P. Henriq Bossius.

39 Quæres: Utrùm Ordinarius (& eadem quæstio est de Delegato) possit absolvere, etiam à peccatis commissis in aliena diœcesi? Negant Adrian. d. 17. q. 3. D. Antonin. 3. p. tit. 17. c. 4. ex illo principio, quia judex alienus acquirit sibi jurisdictionem ratione delicti commissi in suo territorio, Cap. ultimo, de foro competenti. Respondendum tamen affirmativè cum Sylvest. verbo Confessor. 2. q. 13. concl. 6. Navar. in C. Placuit, de pœnit. d. 6. num. 33. Coninck d. 8. n. 22. versu Nota. Lugo disp. 19. n. 8. Probatur, quia in foro Sacramentali non attenditur tempus, vel locus delicti commissi, sed proprius Sacerdos, ut constat ex Cap. Omnis. Item, quia aliàs, qui peccata committit in duabus Parochiis, teneretur dimidiare confessionem, & subjicere peccata unius Parochiæ uni, & peccata alterius alteri Confessario. Textus in Cap. ultimo, de foro competenti, & text. in Cap. finali de constitutionibus in 6. intelliguntur solùm de foro externo contentioso, non de interno, & voluntario, ut adnotant Doctores citati ibidem. Adrianus D. Anton Cap. ult. Sylvester Navar. P. Coninc P. Lugo. Cap. Omn. Cap. ult. Cap. fin.

* 3. ... qua Author n. 37 probabiliorẽ vocat, & declarat, quia ad Regulares ... Confirm. Clem. X. ... ... 1670. ... 8 ... tenentur nõ posse.

40 Tertia difficultas: Quis sit ordinarius, ac proprius Sacerdos iter agentium, necnon vagorum, qui nullum habent domicilium? Item illorum, qui duo domicilia incolunt? Et, quod attinet ad primum, iter agentium, seu peregrinorum, ac forensium, Respondetur illorum Sacerdotem esse proprium illius Parochiæ, in qua inveniuntur. Ita declaravit Eugenius 4. apud Hurt. disp. 10. diff. 12. & tenet communis, ac legitima Ecclesiæ consuetudo, ut contra Navar. in canone Placuit n. 79. & Paludan. in 4. d. 17. q. 3. testantur Hurt. loco citato versu Circa vagos. Reginal. l. 1. n. 74. Bonac. d. 5. q. 7. p. 2. n. 5. Suar. disp. 23. sect. 3. & disp. 25. sect. 2. Vasquez q. 93. art. 1. dub. 4. num. 4. Sotus d. 18. q. 4. ar. 2. Henr. l. 6. cap. 8. Sylvest. verbo Confessio 1. n. 11. Coninck d. 8. dub. 8. num. 61. Filliuc. tr. 7. cap. 7. quæst. 9. n. 195. Eug. n. 4. P. Hurtad Navar. Palud. P. Regin. Bonacin. P. Suar. P. Vasq. Sotus. P. Henriq Sylvester. P. Coninc P. Filliuc

41 Utrùm autem id etiam verum sit, quando ex fine & animo quærendi Confessarium iter agitur, peregrinatioque suscipitur? Negat Suar. disp. 25. s. 2. num. 9. Vasq. loco cit. n. 6. Coninck ubi suprà Reginald. l. 1. num. 80. Bonac. loco citato num. 6. Lugo d. 19. num. 7. Homobon. 1. p. c. 2. fol. mihi 46. Graff. in suis dec. aur. p. 1. l. 1. cap. 13. num. 47. Dian. 1. p. tr. 17. resol. 56. Bossius de jubilæo s. 1. casu 41. n. 5. Probatur primò, quia tunc id non fit juxta intentionem, & concessionem Eugenii; nec secundùm consuetudinem. Secundò, quia id est fraus, & dolus: at verò fraus non debet patrocinari authori, Cap. Sedes, & Cap. ex tenore, de rescriptis. Tertiò ex Lege 1. §. Idem aiunt, ff. de aqua pluvia arcenda. Ibi: Marcellus scripsit, cum eo, qui in suo fundo fodiens vicini fontem averterit, nihil posse agi, nec doli actione, si non animo nocendi vicino, sed suum agrum meliorem faciendi id fecit, &c. P. Suar. P. Vasq. P. Coninc P. Regin. Bonacin. P. Lugo. Homobon. Graffis. Diana. Bossius. Cap. Sedes Cap. Ex tenore. Lex. 1.

42 Contrarium tamen mihi videtur satis probabile cum *Filliuc. tr. 7. cap. 7. quæsito 9. num. 19.* *Castro Palao de legibus d. 1. punct. 14. §. 5. n. 4. Basilio Pont. de matrim. l. 5. c. 9. n. 6.* Fundamentum est primò, quia concessio *Eugenii* respectu peregrinorum est generalis, nec ullam habet limitationem; item consuetudo, ut testatur *Filliuc.* non attendit aliquam moderationem: & certè videtur absurdum quòd iter facientes, vel peregrinantes duo, alter sine animo confitendi, cum animo confitendi alter, primus possit confiteri, non verò secundus. Probatur secundò, quia non censetur malus dolus, aut fraus illicita, cùm quis utitur jure suo, *Regula Nullus videtur 55. ff. de regulis juris, & Lege 3. versu Is tamen. ff. de libero homine exhibendo*, ibi: *Dolo malo non videtur habere, qui jure suo utitur.* At, qui peregrinationem suscipit, utitur jure suo.

P. Filliuc. P. Cast. P. Basil. Pont. Reg. Nul. Lex 3.

Tertiò exemplis; quia, ut quis fugiat obligationem præcepti, v. g. Missæ, vel jejunii, potest transire in locum, ubi tale præceptum non obligat, ut contra *Medinam in p. 2. q. 65. art. 5. Rosellam verbo Jejunium n. 16. Sylvest. eodem verbo q. 2. Lessium l. 4. c. 2. dub. 8. n. 60.* tenent *Sanch. l. 1. in Decal. c. 12. n. 35. Fagund. præcep. 1. l. 1. cap. 7. num. 7. Dian. 1. p. tr. 9. de jejunio resolut. 19.* Item peregrini transeuntes in locum, ubi *Concilium Trident.* non viget, animo eximendi se ab illo, & contrahendi matrimonium clandestinum, possunt ibi illud celebrare, ut contra *Ledesmam q. 45. a. 4. p. 5. Rebel. 2. p. l. 2. q. 7. num. 15.* tenent *Basilius Pontius de matr. l. 5. c. 9. num 6. Henr. l. 11. c. 3. num. 8. in fine. Sanch. l. 3. de matr. d. 18. n. 8. Ceued. quæst. 30. num. 64. Filliuc. tr. 10. c. 6. n. 199. Coninck disp. 2. dub. 1. n. 14. Bonac. q. 2. de matr. p. 7. num. 2.*

Medina. Rosella. Sylvest. P. Lessius. P. Sanch. P. Fagũd. Diana. Ledesma. P. Rebel. Basil. Põt. P. Henriq. P. Sanch. Ceued. P. Filliuc. P. Coninc. Bonac.

43 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ patet solutio ex dictis; dicendum enim est constare de lege, non tamen de moderatione illius. *Ad secundum* respondetur, in præsenti non patrocinari fraudem, sed jus, quod habent peregrini. *Ad tertium* respondetur textũ in *Lege 3.* cõsiderare actionẽ injuriosam cum animo alteri nocendi absque propria utilitate: at verò in nostro casu non datur animus injuriosus nocendi alteri, & intenditur propria utilitas. Et ita cum *Soto 4. de just. q. 6. a. 3. Navar. in summa c. 17. n. 71.* tenet *Sanch. de matr. l. 3. d. 18. n. 19.*

Sotus. Navar. P. Sanch.

44 Quod attinet ad secundum vagorum, qui scilicet nullum habent domicilium, *Paludan. in 4. d. 17. q. 3. D. Antonin. tit. 17. c. 4. Navar. C. Placuit n. 70. Caiet. verbo Absolutio ex parte absolventis, Nugnus in addit. q. 8. a. 8. dub. 1. ad finem* & alii opinantur nullum habere proprium Sacerdotem, sed posse sibi eligere quemvis ex approbatis. Meliùs tamen dicendum, illorum Ordinarium esse proprium illius Parochiæ, in qua inveniuntur. Ita *Suar. d. 25. sect. 2. Vasq. q. 93. art. 1. dub. 4. num. 4. Reginal. lib. 1. num. 64. Conink d. 8. dub. 8. Filliuc. num. 194. Sylvester verbo Confessor. 1. quæst. 1. Sotus dist. 18. quæst. 4. Bonac. disp. 5. quæst. 7. punt. 2. n. 4. Hurt. disp. 10. diff. 12.* Probatur primò ex consuetudine. Secundò, quia cùm hi nullum habeant domicilium, habitatio succedit loco illius. Tertiò, quia Parochus loci, in quo habitant, tenetur ex officio illis administrare Sacramenta in casu necessitatis: ergo, &c.

Palud. D. Anton. Navar. Caiet. Nugnus. P. Suar. P. Vasq. P. Reginal. P. Conine. P. Filliuc. Sylvester. Sotus. Bonac. P. Hurt.

45 Quod attinet ad tertium habentium duo domicilia, quæ æqualiter habitant pro diversis partibus anni, *Nugn. ubi suprà dub. 1. versu Circa quod sunt, pag. 471 ubi refert D. Antoninum, & Paludanum,* arbitratur eorum Ordinarium esse proprium loci, in quo habitant tempore confessionis. Sed probabiliùs dicendum habere liberum Ordinarium Parochiæ utriusque. Ita *Navar. in Cap. Placuit n. 71. Suar. d. 25. sect. 2. num. 3. Henr. l. 6. cap. 7. Filliuc. tr. 7. cap. 7. num. 192. Bonac. & Hurt. locis citatis.* Probatur ex consuetudine. Deinde, quia possunt utroque in loco matrimonium contrahere, & in utroque sepeliri, *Cap. 2. de sepulturis in 6.* Ergo, &c.

Nugnus. D. Anton. Palud. Navar. P. Suar. P. Henriq. P. Filliuc. Bonac. P. Hurtad. Cap. 2.

46 Amplianda est tradita doctrina etiam ad illos, qui in altera parte habent solùm quasi domicilium, in quo habitant maiori parte anni, licèt solùm in alia habeant domicilium. Hujusmodi sunt mercatores, Scholares, milites, litigantes, &c. Ita fert communis consuetudo, & bona ratio, quia aliàs iis redderentur Sacramenta difficilia. Et sic præter Doctores allegatos sentiunt *Reginald. lib. 1. num. 74. & 79. Vasq. quæst. 93. art. 1. d. 4. num. 4. Coninck disp. 8. dub. 3. num. 21. & dub. 6. num. 38. Bonac. disp. 5. quæst. 7. p. 2. versu Idem dicendum. Hurt. loco cit. §. Caietanus verò.*

P. Regin. P. Vasq. P. Coninc. Bonac. P. Hurt.

Quarta

47 *Quarta difficultas*: Quis sit ordinarius, ac proprius Sacerdos trium prædictorum ordinum, nimirum Summi Pontificis, summi Pœnitentiarii, & Legati à latere? Item Episcoporum, seu quasi Episcoporum, necnon Parochorum?

Et quantum ad primum ordinem Summi Pontificis, &c. Respondendum est ipsum posse eligere quemlibet Confessarium, idque jure divino, de quo *disp. 3. sect. 1.* Summi verò Pœnitentiarii, Legati à latere, &c. est ordinarius ipse Summus Pontifex: possunt tamen ii sibi, & suis familiis eligere Confessarium, ut usu & consuetudine constat apud *Suar. disp. 25. sect. 2. n. 12.* cum co mmuni Doctorum. *P. Suarez*

48 Quantum ad secundum ordinem Episcoporum, &c. *Paludan. in 4. d. 17. q. 3. ar. 2. & Sylvest. verbo Confessor. 1. q. 2.* contendunt Episcoporum Ordinarium esse Archiepiscopum, hujus verò Patriarcham, & hujus Summum Pontificem. *Dicendum* tamen cum communi Doctorũ Episcopos in hoc foro seclusо jure electionis, subjici immediatè soli Papæ, & non Archiepiscopis, *Cap. Pastoralis, de officio Ordinarii*: nisi cùm illi actu visitant Ecclesias suffraganeas, quia tunc possunt excipere confessiones suffraganeorum, & eos absolvere, *Cap. ultimò, de censibus in 6.* Dixi (secluso jure electionis) quia Episcopi, Archiepiscopi, Cardinales, &c. de quibus dicemus *disp. 3. s. 1.* possunt sibi eligere Cõfessarium; imò Cardinales id possunt non solùm sibi, sed etiam suis famulis, ut est communis Doctorum apud *Suar. proximè n. 12.* De familiis Episcoporum non est idem; possunt tamen, si velint, ex justa causa familiares suos eximere à Parocho, & illis alium Confessarium constituere, ut notant Doctores ibidem. *Paludan. Sylvester. Cap. Pastoralis. Cap. ult. P. Suarez*

49 Quantum ad tertium ordinem Parochorum, &c. dicendum est eorum Ordinarium esse Episcopum, seu quasi Episcopum. Unde Prælati Regulares locales habent pro Ordinariis Provinciales, & hi Generales, rursum hi immediatè Summum Pontificem. An verò hi omnes possint sibi eligere Confessarium? Dicemus commodiùs *disp. 3.*

SECTIO II.

De Ministro ex potestate delegata.

50 *Quis veniat nomine ministri Delegati? &, An potestas absolvendi possit delegari?*

51 *Quinam possint potestatem absolvendi delegare?*

52 *An Delegatus possit totam jurisdictionem, aut per longum tempus delegare?*

50 Inister hujus Sacramenti Delegatus est ille, qui non ratione sui officii, sed ex commissione alterius habet potestatem ad absolvendum. Et certum imprimis est posse hanc potestatem delegari; est enim potestas jurisdictionis, ut constat ex dictis *tract. 2. disp. 2.* Et omnis potestas jurisdictionis est delegabilis, *Cap. Aqua, de consecratione calicis.* *Cap. Aqua*

51 *Prima difficultas est*: Quinam possint hanc potestatem delegare? Respondetur posse quemcunque Ordinariũm; nam Ordinarius, eo ipso quòd Ordinarius est, potest delegare, *Cap. Inter cæteri, de officio judicis ordinarii*, & *Capite Cùm Episcopus, de officio ordinarii in 6.* & *in Lege More, ff. de jurisdictione omnium judicium, & L. Cognitio §. Cùm propriam, ff. de officio ejus cui mandata est jurisdictio.* Et ratio est clara, quia Ordinarius, cùm habet officium, habet etiam jurisdictionem illi commensam, hoc est, talem qualem postulat ipsum officium: officium autem postulat exerceri posse per delegationem. *Cap. Inter. Cap. Cùm Epis. Lex More. Lex Cognitio*

52 Notandum tamen est non posse Delegatum delegare totam jurisdictionẽ in perpetuum, aut per longum tempus, *L. penultima, ff. de officio Præsidis, & Cap. Extirpandæ §. Qui verò, de præbendis*, cum communi Doctorum apud *Sanch. l. 3. de matrim. disp. 31. n. 11.* Qui tamen dicunt posse id fieri ad breve tempus ex justa causa, & ita consuetudine esse introductum; quod probant ex *Cap. Si quis in clero 7. q. 1. & ex Concilio Trident. sess. 23. cap. 1. de residentiis*, & aliis juribus apud *Sanch. loco citato.* *Lex pen. Cap. Extirpandæ. P. Sãchez. C. Si quis. Cōc. Trid.*

§. 1.

An omnis Delegatus possit subdelegare?

53 *An Delegatus possit subdelegare?*

54 *Quid dicendum de Delegato Principis?*

55 *Quid de Delegato ad universitatem causarum?*

sarum?

56 *Quis intelligatur nomine Delegati ad universitatem causarum?*

57 *Excommunicatus, aut suspensus non toleratus non potest delegare, vel subdelegare.*

58 *Delegatus non potest totum suum officium subdelegare.*

59 *An quicunque Principis Delegatus, & quicunque Delegatus ad universitatem causarum possint subdelegare?*

60 *An Regulares possint subdelegare?*

61 *Quid dicendum de illo, quem Parochus abiturus per aliquos dies substituit, & in Parochia loco sui relinquit? Et quid de Vicario ad nutum?*

62 *An Superior, cui Prælatus monasterii in aliqua villa, vel residentia ipsi monasterio subjecta constituit, possit subdelegare?*

63 *Delegatus, cui non committitur officium, sed sola nuda jurisdictio, non potest subdelegare, nisi contrarium exprimatur, aut significetur.*

64 *Ille, cui Episcopus, vel Prælatus communicat omnem suam potestatem in hoc foro potest subdelegare. Idem dicendum de Pœnitentiariis, quibus Papa talem potestatem committit. Aliter de Confessario Monasterii ad ejus Religiosos deputato.*

53 QUæres: An Delegatus possit subdelegare? Respondeo, & dico primò: Non potest absolutè, & per se loquendo, *Cap. Cùm causam 62. de appellationibus. L. finali, de officio ejus, cui mandata est jurisdictio. L. A judice Cod. de judiciis.* Et ratio est, quia Delegatus solū habet, quod ei cōmittitur, & absolutè, ac per se loquēdo solùm ei cōmittitur jurisdictio, & non ejus subdelegatio.

Cap. Cùm Causam. L. Final. Lex A judice.

54 Dico secundò: Excipitur Delegatus Principis; hic enim potest subdelegare, dicto *Cap. Cùm causam, de appellationibus, Cap. Finali, de officio legati: L. A Iudice, Cod. de judiciis.* Et hujus ratio est ipsum jus id exprimens, ac declarans. Nomine autem Principis in causis Ecclesiasticis intelligitur solus Papa, ut cum communi notat *Coninck disp. 8. dub. 4.*

Cap. Cùm causam. Cap. Fin. Lex A judice.

P. Coninc.

55 Dico tertiò: Etiam excipitur Delegatus ad universitatem causarum. Ita *Sanchez de matrim. l. 3. disp. 31. n. 2. Henriq. l. 6. de pœnit. c. 7. n. 3. in comment. lit. N. Lopez 1. p. Instruct. in 2. edit. c. 284. Ugolinus fol. 797. Ugolin. de censur. tabula 1. c. 8. n. 3. Barthol. L. More n. 11. ff. de jurisd. omnium jud. Berthachin. in repor. lit. D. verbo Delegatus ad causam unam, artem 10.* aliique quamplurimi. Probatur ex *Lege Cùm prætor 12. ff. de judiciis*, ibi: *Is quoque, cui mandata est jurisdictio, judicem dare potest. Lege Legatus 12. ff. de officio proconsulis*, ibi: *Legatus, mandata sibi jurisdictione, judicis dandi jus habet, &c.* Qui textus debent intelligi, & ita communiter intelliguntur de Delegato ad universitatem causarum.

P. Sāchez. P. Henriq. Lopez. Ugolinus. Barthol. Bertach. Lex Cùm prætor. Lex Leg.

56 Et hic notanda sunt tria, *Primum*, nomine Delegati ad universitatem causarum hoc loco intelligi illum, cui committuntur omnes causæ per particulam universalem *omnes*, v.g. omnes confessiones absolutè, aut saltem omnes alicujus Ecclesiæ, oppidi, & territorii.

57 *Secundum*, excommunicatum, aut suspensum non toleratum, non posse delegare, vel subdelegare, quia hi actus sunt jurisdictionis: excommunicatus autem vitandus, vel suspensus non potest exercere actum jurisdictionis, ut cum communi Doctorum tenet *Sanchez de matr. l. 3. disp. 21. n. 7. & Suar. disp. 17. sect. 1. n. 4. contra Palud. 4. d. 23. q. 2. n. 17. & D. Antoninum 3. p. tit. 14. c. 15. § 5.* & alios qui contrarium opinantur.

P. Sāchez. P. Suar. Palud. D. Anton.

58 *Tertium*, non posse Delegatum, ut diximus, totum suum officium subdelegare, quia cùm non sit proprium, non potest illud in alium transferre, unde solùm potest aliquam, vel aliquas confessiones alteri committere.

59 Utrùm verò quicunque Principis Delegatus non excommunicatus, & quicunque Delegatus ad universitatem causarum possit subdelegare? Respondetur negativè: dupliciter enim potest quis esse Delegatus. Primò, ita ut ei committatur ipsum officium Vicarii: ut cùm alicui in absentia Præfecti committitur vicaria urbis gubernatio; & hic potest subdelegare, quia manet quasi ordinarius. Et hujus ratio est, quia ei cum officio committitur jurisdictio ipsi officio commensa, hoc est, talis, qualem postulat officium: at verò officium postulat exerceri posse per delegationem, seu commissionem. Secundò, potest quis esse Delegatus sine communicatione officii, sed cum sola communicatione nudæ jurisdictionis ad absolvendum, vel excommunicandum, &c. Et hic, nisi contrarium exprimatur, aut aliquo modo significetur,

non

non potest subdelegare, quia non ei committitur officium, aut aliquid subdelegationem postulans, sed sola nuda jurisdictio. Ita *Coninck proximè disp. 8. dub. 4. Lugo disp. 19. sect. 2. Hurt. disp. 10. diffi. 4.* citans *Vasq. q. 91. a. 2. dub. 2.* & alios, quibus accedit *Reginaldus l. 1. c. 6. n. 51.*

P. Coninc. P. Lugo. P. Hurtad. P. Vasq. P. Regin.

60 Ex dictis sequitur primò Regulares, licet sint (ut re vera sunt) delegati à Principe, nimirum à Summo Pontifice, idque ad universitatem causarum, hoc est, ad absolvēdos omnes pœnitentes ab omnibus peccatis, non tamen posse subdelegare, quia eis non committitur officium, cui annexa sit jurisdictio, sed tantùm ipsa nuda jurisdictio. Similiter dicendum de Coadjutore, quem Parochus majoris facilitatis, & expeditionis gratiâ sibi adjungit ad audiendas confessiones suorum Parochianorum, nam huic similiter non cōmunicatur officium Parochi, sed sola nuda jurisdictio.

61 Secundò sequitur posse subdelegare illum, quem Parochus ægrotans, vel abiturus per aliquot dies substituit, & in Parochia loco sui relinquit. Idem dicendum de Vicario ad nutum, & Curione, qui per annum, vel menses, aut mensem in aliqua Parochia ponitur ab Episcopo loco Parochi; quia iis committitur officium. Et ità docent communiter Doctores, *Henriq. l. 6. de pœnit. c. 7. n. 3. & l. 11. de matr. c. 3. n. 5. Alcocer. sum. c. 9. concl. 5. fine. Navar. Cap. Placuit de pœnit. d. 6. n. 69. & sum. c. 27. n. 192. & l. 4. consiliorum in 1. edit. tit. de spons. cons. 27. n. 3. versu Tertiò, Sanchez de matrim. t. 1. l. 3. d. 31. n. 13. Medin. tr. 2. de confes. q. de licentia vicecurat.* & alii plures.

P. Henriq. Alcocer. Navar. P. Sāchez. Medina.

62 Idem existimat *Lugo citatus* de Superiore, quem Prælatus monasterii in aliqua villa, vel residentia ipsi monasterio subjecta constituit etiam pro confessionibus Religiosorū degentium in tali villa, vel residentia: nam huic etiam communicatur officium quasi vicarium; unde videtur posse ratione illius, non quidē omnē suam potestatem, sed aliquam, vel aliquas cōfessiones speciales subdelegare.

P. Lugo.

63 Dixi (delegatum, cui non committitur officium, sed sola nuda jurisdictio, non posse subdelegare, nisi contrarium exprimatur, aut significetur) quia non est dubium posse, si id exprimatur, aut significetur; nam delegans, etiam non communicato officio, si velit, potest delegare cum potestate subdelegandi; non quidem proprio nomine, sed nomine ipsius delegantis, ut cum *Navar. C. Placuit. n. 70. & 71. de pœnit. d. 6. Sotus 4. dis. 18. q. 4. a. 3. Barthol. à Ledesma de pœn. d. 13. concl. 1. fol. 792. Felin. in C. super quæst. de offic. deleg. §. Si verò n. 18. Alex. de Nevo Cap. Cùm Berthold. de sententia, & re judicata n. 57. Azebedo l. 3. recop. t. 9. in rubr. n. 14. & 19. Sanch. t. 1. de matrim. c. 3. disp. 31. n. 6. & 7.*

Navar. Sotus. Ledesma. Filinus. Alexand. Azevedo. P. Sāchez.

64 Unde existimo cum *Lugo citato* illum, cui Episcopus, vel Prælatus diceret: Communico tibi meam omnem potestatem in hoc foro, posse subdelegare, quia pars potestatis est subdelegare posse. Idem existimo de Pœnitentiariis, quibus Papa committit suam potestatem in hoc foro, cujus (ut dixi) pars est posse subdelegare. Ità *Zerola in praxi pœnit. c. 25. q. 17. & in praxi Episc. p. 1. versu Pœnitentiarius quæst. 4. Finellius cap. 9. num. 11. Piasec. in praxi Episcop. p. 2. c. 1. n. 15. Homobon. p. 1. c. 5. & alii cum Diana 2. p. tr. 3. miscellan. resol. 53.* Aliter de Confessario monasterii ad illius Religiosos deputato judicandum, quia Prælatus huic non committit suam potestatem, sed tantū ii eum approbat ad audiendum Regulares.

Zerola. Finellius. Pia ecjus. Homob. Diana.

§. 2.

An in Delegato requiratur notitia jurisdictionis sibi commissæ?

65 *Proponitur status quæstionis.*

66 *Refertur sententia asserens Delegatum statim constitui à tempore licentiæ, vel privilegii ante notitiam illius.*

67 *Præfertur, & explicatur vera sententia.*

68 *Solvuntur rationes opinionis contrariæ.*

69 *Quid dicendū de Delegato, qui notitiam habet privilegii, sed non legitimam?*

70 *Utrùm valeat absolutio collata cum jurisdictione in re sed cum ignorantiâ illius? & proponuntur duo casus.*

71 *An Sacerdos putans se invalidè absolvere, possit validè absolvere? Proponitur opinio negativa.*

72 *Asseritur ut probabilior sententia affirmativa.*

73 *Diluuntur objectiones partis oppositæ.*

74 *Quid, si Sacerdos solùm erret in titulo? Proponitur sententia asserens absolutionem in hoc casu esse nullam.*

75 *Eligitur sententia existimantiū valere.*

76 Re-

76 *Respondetur fundamentis primæ sententiæ.*

65 **S**Ecunda difficultas: An in Delegato requiratur notitia licentiæ sibi factæ? Et hujus resolutio pendet ex duobus punctis: Primo, an Delegatus constituatur ante notitiam licentiæ, seu privilegii sibi indulti? Secundo, dato quòd constituatur, an valeat ejus actus, seu absolutio collata cum ignorantia jurisdictionis?

66 Et quod attinet ad primum punctum, plures existimant Delegatum statim constitui à tempore licentiæ, seu privilegii ante notitiam illius. Ita *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 1. ad finem, versu Postremò, Veracruz append. ad dub. 19. 1. §. spec. §. As si post. Angel. verbo Denunciatio n. 5. fine. Lopez 2. p. de matr. c. 42. fol. 1087. col. 1. Imola c. 2. de const. n. 6. versu Item adverte, Archidiac. C. Proposuisti d. 28. ad finem, versu In ea glossa. Sanch. t. 1. de matrim. l. 3. d. 36. n. 2. & alii,* quatenus asserunt privilegium prodesse ignoranti à tempore, quo concessum est, ante notitiam illius. Et probatur *primò ex Lege Licet, Codice de repudiis*, ubi habetur dissolvi matrimonium, quamvis repudii libellus non sit traditus, nec cognitus viro: ergo non requiritur privilegii notitia. *Secundò*, quia legatum relictum à testatore prodest ignoranti à tempore testamenti, *Lege Cùm pater §. Surdo, ff. de legatis 2. Tertiò*, quia prorogatio jurisdictionis valet, ac prodest absque notitia illius, *Lege 2. §. 1. ff. de judiciis:* ergo, &c.

Sotus
Veracruz
Angelus
Imola
Archidiac
P. Sanch.
Lex Licet
Lex Cùm Pater.
Lex 2.

67 Nihilominus distinctione opus est: aut enim licentia, seu privilegium acceptatum est ab aliquo, nomine Delegati; & tunc Delegatus constituitur absque notitia illius, ut docet *Sanch. cit. n. 8. & Lugo similiter citat. n. 19.* Probatur 1. quia acceptatio potest fieri per se, vel per aliū. Secundò, quia Religiosi plura habent privilegia, quibus constituuntur Delegati, quorum habent ignorantiam, & satis est, quòd illa acceptaverint eorum Generales pro tota Religione: ergo, &c.

P Sanch
P. Lugo

Aut delegatio, hoc est, licentia, seu privilegium non est ab aliquo acceptatum, & tunc ante ejus notitiam non constituitur Delegatus: Ita *Dynus l. 1. ad finem ff. de bonis possessis ex testam. militis. Bart. L. Beneficium n. 4. ff. de const. princ. & ibi Bald. n. 11. Iason n. 46. Navar. l. 5. consil. 1. de privileg. cons. 2. 1. n. 3. Tabiena q. 25. n. 30. Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 2. casu 185. n. 30. Resella verbo Indulgentia n. 8. Sylv. V. Privilegium q. fin. & V. Renuntiatio q. 4.* & ferè omnes Doctores cum *Sanch. t. 1 de matr. l. 3. d. 36. n. 2.* quibus accedit *Arriaga de legibus d. 35. n. 42.* quatenus asserit privilegium non prodesse nisi à tempore notitiæ illius. Probatur primò ex *Cap. 1. versu Ex parte, de concessione præbendæ in 6.* ubi id videtur decidi. Necnon ex *Cap. Si tibi absenti, de præbendis in 6.* Ibi: *Si tibi absenti conferatur beneficium, licet per collationem hujusmodi donec eam ratam habueris, jus in beneficium non acquiras*, &c.

Dynus
Barthol.
Baldus.
Iason.
Navar
Tabiena.
Menoch.
Rosella
Sylvest.
P. Sichez
P. Arriaga
Cap. 1.
Cap. Si tibi

Secundò ex *Lege Finali, Codice de Consulibus l. 12.* ubi deciditur filium egredi à patria potestate per dignitatem consularé, illico à literis præstitis, ubi *Glossa* idest, *præsentatis sibi literis suæ electionis.* Tertiò ex *Lege Qui absenti ff. de acquirenda possessione*, ibi: *Qui absenti servo scribit, ut in libertate moretur, non eam mentem habet, ut statim velit servi possessionem dimittere, sed destinationem suam in id tempus conferre, quo servus certior factus fuerit, &c.* Quartò, quia privilegium est quædam donatio: donatarius autem non constituitur ante acceptationem, *Lege Absenti, Codice de donationibus*, & aliis pluribus apud *Sanch. l. 1. matrim. disp. 6.*

Lex Final
Glossa.
Lex Qui absenti.
Lex Absent
P. Sáchez

68 Neque obstat illud, quod adducitur de libello repudii, nam *Lex Licet* solùm vult non requiri præsentationem libelli factam viro per se, sed sufficere factam in ejus absentia alicui nomine illius. Non obstat *secundò*, Legatum acquiri ignoranti à tempore testamenti, quia in eo est specialis ratio; nam legatum relinquitur per suspensionem dominii ab omni alio, quòd à tempore testamenti soli legatario reservatur: at privilegium non suspendit dominium, illudve reservat. *Tertiò* non obstat prorogationem jurisdictionis valere, ac prodesse ante notitiam illius, quia prorogatio est accessoria ad jurisdictionem principalem, & sufficit notitia jurisdictionis principalis; nam accessorium sequitur principale.

Lex Licet

69 Quæres, quid dicendum, quando Delegatus non habet quidem notitiam legitimam per epistolam, aut nuntium ad id destinatum, sed aliunde ex amico scit privilegium, seu licentiam sibi fuisse concessam, & esse in itinere? Poteritne uti tali jurisdictione, & absolvere ante adventum? Respondeo negativè, quia privi-

privilegium, seu licentia ante acceptationem non valet, ut constat ex dictis: at verò privilegiatus non validè acceptat, nisi certior factus sit per literas, vel nuntium ad id à concedente destinatum: nam concedens non per quemlibet concedit, sed per literas, vel nuntium, quem ad id destinat, & non aliter. Ita *Glos. L. 1. fine ff. de contrah. empt. & L. Nec ambigi C. de donat.. Capicius decis. 180. num. 8. Molina t. 1. de justitia tr. 2. d. 26. §. Dubium est, si quis absenti. Sanch. de matrim. tom. 1. l. 1. d. 6. num. 3. & 20. Barbos. L. Quæ dotis 34. num. 54. ff. solut. matr. Ludov. de Roma V. Nolo procedet. 4. part. 5. Iulius Clar. lib. 4. recept. §. donat. quæst. 12 versu Scias,* & commune Doctorum.

Glossa. Lec 1. Lex Nec ambigi Capicius P. Sanch. P. Molina Barb. Roma. Iul. Clar.

70 Quod attinet ad secundum punctum: An valeat absolutio collata cum privilegio, & jurisdictione in re, sed cum ignorantia illius? Distinguendum est: aut enim Delegatus putat se non habere jurisdictionem, & invalidè absolvere: aut putat se quidem habere jurisdictionem, & validè absolvere; sed errat in titulo, non enim habet jurisdictionem ex hoc titulo, & privilegio, quod putat bonum, sed ex alio, quod ignorat, & re vera habet.

In primo casu, in quo, putat se non habere jurisdictionem, & invalidè absolvere; adhuc respondendum est cum distinctione: nam aut intendit absolvere quantum potest; aut solùm quantum putat se posse. Si hoc secundum, invalidè absolvit; quia non habet intentionem absolvendi, qui intendit invalidè absolvere.

71 Si primum; aliqui putant adhuc absolutionem esse nullam. Et pro hac opinione allegari possunt *Abbas Cap. Cùm in apost de sponsal. num. 6. Ancharran num. 5. Praeposit. num. 3. Alexand. num. 13. & 14. Ioan. Andreas num. 9. Navar.* in *sum. cap. 22. num. 56. Sylvest. verb. matrim. 8. quæst. 13. dict. 5. Angelus eodem verbo num. 3. impedim. 13. num. 5. Sotus in 4. d. 37. quæst. unica art. 5. concl. 3. Lopez. 2. part. de matrim. cap. 47. & cap. 55. Vega l. 2. summa casu 282. Petr. Ledesma quæst. 55. art. 9. dub. 2.* quatenus asserunt contrahentem matrimonium quantum potest, cum impedimento dirimente existimato, invalidè cõtrahere: idque primò, quia non potest esse intentio efficax de impossibili putato ut tali. Secundò, argumento *Legis Is qui putat ff. de acquirenda hæreditate,* ubi deciditur credentem se necessarium hæredem, cùm sit voluntarius, repudiare non posse hæreditatem; nam plus est inquit textus) in opinione, quàm in veritate

Abbas Anchar. P. Prepos. Alex. Ioã. Andr Navar. Sylvest. Angelus Sotus. Lopez Vega. Ledesma. Lex Is qui

72 Nihilominus probabiliùs dicendum existimo valere absolutionem. Ita *Arriaga de legibus disp. 3. num. 42.* Et probatur, quia Sacerdos in hoc casu vult absolvere quantum potest, & re vera potest. Confirmatur, quia infidelis putans baptismum esse rem nullam, falsam, & irrisoriam, intendens tamen baptizare quantum potest, & facere quod facit Ecclesia, validè baptizat.

P. Arriag.

73 Nec officit primò opinio asserentium celebrantem matrimonium, quantum potest, cum impedimento existimato, invalidè operari; nam opposita sententia est probabilior, & nobis tenenda cum *Glosa 34. q. 1. in sum. V. utraque quæst. Rosella. verbo Impedim. 12. fine. Tabiena eodem verbo Imped. 10. Covar. 4. decret. 2. p. c. 5. §. 7. n. 2. Henriq. l. 11. de matr. c. 11. n. 1. Rodrig. 1. tom. sum. c. 233. n. 3. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 33. num. 2. & alii:* quia sic contrahens vult validè contrahere, si potest, & re vera potest.

Glossa. Rosella Tabiena Covar. P. Henriq Rodriguez P. Sanch.

Non officit secundò, non dari intentionem efficacem de impossibili, id enim verum est de intentione absoluta, non de conditionata, si fortè objectum aliquâ viâ incognitâ sit possibile. Non officit tertiò, quòd hæres cum errore sui juris non possit adire, vel repudiare hæreditatem, quia ad has actiones requiritur, quòd hæres sit certus sui juris, ut notat *Glossa* ibidem. Idque primò, quia jus ita disponit. Secundò, quia hæres non præsumitur operari quantum potest, sed quantũ putat. Tertiò. quia hæc sunt in ordine ad forum externũ, in quo plus attenditur opinio: at absolutio est in foro interno, in quo attenditur veritas.

74 In secundo casu, in quo Sacerdos putat se habere jurisdictionem, & validè absolvere, sed errat in privilegio ac titulo; non enim habet, quem putat, sed alium, quem non putat: videtur absolutio esse nulla. Primò, quia actus cum ignorantia jurisdictionis est nullus, ut tenet *Barthol. L. Barbarius in 2. lect. num. 18. Rota in novissimis t. 1. decis. 750. num. 10. Bertachin. lib. d. verbo Delegatus & Vicar. sub. num. 140. Baptista in repet.*

Bartolus Rota. Bertach. Baptista P. Sanch.

repet. L. Omnes pop. n. 138. ff. de justitia, & jure. Sanchez l. 3. de matr. disp. 36. n. 8. & commune Doctorum. Secundò, quia nulla est sententia judicis, qui errat in titulo suæ jurisdictionis, licèt re vera illam habeat, ut ex jure civili cum Bartolo L. Multùm interest n. 2. ff. de cond. & demonstr. Angelo matrimonium 2. n. 17. Sylvestro matrimonium 5. q. 10. Felino cap. Ecclesia n. 14. versu 10. de const. tenet Sanchez de matr. l. 2. cap. 36. num. 3.

P. Sanch. Barthol. Angelus. Sylvest. Felinus. P. Sanch

75 Sed probabiliùs existimo valere. Ita Suar. l. 8. de Legibus cap. 25. n. 17. & Lugo proximè n. 18. Probatur primò, quia Sacerdos in hoc casu potest absolvere, & de facto absolvit. Secundò; quia, si donasti Titio ædes tuas errans in titulo, putabas enim te illas possidere titulo donationis, certè donatio fuit valida, quia habuisti animum donandi, & transferendi totum jus, quod habebas: cur ergo non idem dicendum de Sacerdote, qui confert absolutionem, quam potest, licèt erret in titulo. Tertiò probatur, quia aliàs Religiosus habens duo privilegia ad absolvẽdum, alterum vivæ vocis oraculo, quod non subsistit, alterum bullatum; & agnoscens solum primum, quod putat esse bonum, non absolveret validè, quod tamen videtur valde durum.

P. Suar. P. Lugo.

76 Neque dicas primò, actum cum ignorantia jurisdictionis esse nullum, nam imprimis in hoc casu non datur ignorantia jurisdictionis, sed tituli. Deinde illud principium solùm valet, quando operans solùm agit quantum putat, & non quantum potest, si fortè potest, ut constat ex dictis in primo casu. Non dicas secundò, nullam esse sententiam judicis, qui errat in titulo jurisdictionis; id enim, licèt verum sit in foro externo ob specialem juris dispositionem, & quia nemo præsumitur operari quantum potest, sed quantum putat, non habet locum in hoc foro Sacramentali, & quando quis operatur quantum potest.

§. 3.

An ad audiendas confessiones sufficiat delegatio, seu licentia præsumpta?

77 *Quot modis licentia possit præsumi?*
78 *An sufficiat licentia præsumpta per ratihabitionem de præsenti? Proponitur sententia negantium.*
79 *An sufficiat ratihabitio de præsenti præsumpta, conditionata?*
80 *Quare licentia conditionata præsumpta sufficiat ad tollendam rationem furti, & non ad dandam jurisdictionem?*
81 *An licentia præsumpta sufficiat, ut Monachus acceptare, & alienare possit?*
82 *An, & qualiter ratihabitio de præsenti absoluta sufficiat ad dandam jurisdictionem?*
83 *Quibus signis debeat hæc voluntas manifestari? &, An sufficiat taciturnitas Superioris videntis, & nõ contradicẽtis?*
84 *Notantur tria scitu digna.*
85 *Solvuntur argumenta sententiæ negativæ propositæ n. 78.*
86 *An sufficiat licentia præsumpta per ratihabitionem de futuro? Proponitur sententia affirmativa.*
87 *Proponitur negativa.*
88 *Solvuntur objectiones in contrarium.*

77 Tertia difficultas: An sufficiat licentia præsumpta? Licentia potest præsumi aut per ratihabitionem de præsenti, hoc est, per voluntatem Superioris ratum habentis: aut per ratihabitionem de futuro, hoc est, per voluntatem Superioris non actu existentem, sed exituram, & ratum habituram.

78 *Primò ergo quæritur*: An sufficiat licentia præsumpta per ratihabitionem de præsenti? Negant Menochius cons. 393. n. 13. vol. 4. Segura 2. p. directorii cap. 15. n. 48. Henriq. l. 11. de matrim. cap. 3. n. 5. Veracruz append. ad speculum dub. 5. concl. 3. Tabiena verbo Absolutio 1. n. 43. quibus accedit Didacus Nugnus addit. ad 3. p. tom. 2. q. 8. a. 5. dub. 2. Et probari potest primò, quia textus in Cap. Omnis utriusque dicit Sacerdotem alienum non posse absolvere, nisi de licentia proprii. Et quoties ad aliquam actum exigitur licentia, debet esse expressa, & non sufficit tacita ac præsumpta, ut tenent Baldus l. observare §. post hæc ff. de offic. Proconf. Tiraqu. post l. connub. glos. 7. vol. 2. Mexia l. Toleti, 2. fund. part. 9. num. 46. Paz prax. t. 1. tempore 2. numero 27. & 28. Ant. Gabr. 2. t. comm. l. 10. verbo Licentia f. 59. Avendanno in dictionario verbo Ottorgamiento, & plures alii cum Sanch. de matr. l. 3. d. 35. num. 16. Probatur secundò ex quadam declaratione Cardinalium apud Sanchez numero 24. fine, ubi dicitur non sufficere ad assistendum matrimonio licentiam Parochi tacitam ex tolerantia,

Menochi. Segura P. Henriq Veracruz Tabien. Nugnus. Baldus Tiraquel. Mexia Paz Am. Gabr. Avendano P. Sanch.

lerantia, sed requiri expressam: & eadem ratio est de licentia ad absolvendum.

79 Nihilominus distinctione opus est; nam, aut ratihabitio, seu voluntas de præsenti præsumitur conditionata, si hic esset Superior, si hoc sciret, si ab eo peteretur licentia, &c. Et hæc non sufficit. Probatur; quia, quæ esset, non est, & quæ non est, non operatur.

80 Objicies primò: Licentia conditionata præsumpta sufficit ad tollendam rationem furti, ut communiter tradi solet in materia de justitia, & probatur ex *Lege Inter omnes 47. §. Rectè ff. de furtis*, ibi: *Rectè dictum est, qui putavit se domini voluntate rem attingere, non esse furem; quid enim dolo facit, qui putat dominum consensurum fuisse?* Ergo etiam similis licentia præsumpta sufficiet ad dandam jurisdictionem. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia ratio furti tollitur, cùm dominus non est invitus: at jurisdictio non datur, cùm Superior non est invitus, sed requiritur licentia positiva. Et hujus ratio est, quia ad non furtum dominus non invitus solùm est conditio, & conditio potest esse negativa: at in jurisdictione licentia Superioris non est conditio, sed causa sufficiens ipsam jurisdictionem; & causa debet esse positiva.

Lex Inter omnes.

81 Objicies secundò: Licentia præsumpta, si nimirum peteretur, sufficit ut Monachus acceptet, & alienet, non obstante voto paupertatis; ut docent *D. Thom. 4. dist. 15. q. 2. a. 5. quæstiunc. 4. corpore. Tolet. sum. in fine; ubi de peccat. mort. cap. 28. fine Rosella sum. verbo Eleemosyna. Navarrus comment. 2. n. 20. de Regularibus, Mendonça in suis quodlibetis q. 8. pòst concl. 7. Rodrig. qq. reg. t. 3. q. 29. ar. 10. concl. 7. Navarra l. 3. de rest. cap. 1. p. 3. dub. 1. n. 160. Ledesma 2. t. sum. tr. 8. cap. 21. diff. 7. Graffis 1. p. decis. l. 3. cap. 5. n. 54.* & plures alii Doctores. Et ratio est, quia voluntas Superioris virtualiter existit, & (ut Doctores aiunt) latitat in tali præsumptione sufficienter ad substantiam acceptationis, vel alienationis, quæ superiori sic quoad substantiam placet, licèt displiceat modus non petendi licentiam: ergo etiam similis licentia præsumpta sufficiet, ut quis validè absolvat.

D. Thom. P. Toletus Rosella Navarrus. Mendonça Rodriguez. Navar. Ledesm. Graffis.

Respondetur imprimis antecedens non continere doctrinam certam, imò nec probabilem, saltem quoad Regulares, quorum Prælati declararunt se, quando potest esse recursus ad illos, non approbare tales acceptationes, vel alienationes, nec eas sibi ullo modo placere, sed omnino displicere. Et sic se res habet in nostra Societate, ubi R. *P. Præpositus Generalis Mutius* id suo decreto declaravit, & nequis uteretur tali opinione, in virtute Sanctæ Obedientiæ mandavit.

Deinde, data probabilitate illius quoad alios Regulares, adhuc est duplex diversa ratio. Prima, quia vovens non habet intentionem obligandi se in casibus licentiæ præsumptæ, unde in eis manet cum potestate, quam habebat: at non manet cum licentia ad absolvendum, quia eam non habebat, & alioqui illi non datur. Secunda, quia alienatio Regularis, quæ fit contra votum paupertatis, est quoddam furtum, seu per modum furti; & ad tollendam rationem furti sufficit, quòd Prælatus non sit invitus: at ad dandam jurisdictionem non sufficit, quòd Prælatus non sit invitus, sed requiritur licentia positiva, ut patet ex dictis.

82 Aut ratihabitio, seu voluntas Superioris de præsenti præsumitur actu existens absoluta; & sic adhuc distinguendum est: nam, aut non manifestatur sufficienti signo externo, & tunc non sufficit, quia jurisdictio ab homine ad hominem debet transferri humano modo, qualis non est, nisi per signa externa. Aut manifestatur sufficienti signo externo, & tunc sufficit, quia dantur omnia requisita. Et ita *Sanchez de matrimonio l. 3. d. 35. n. 20. Rosella, Confessio sacramentalis 3. num. 21. Medina tract. 2. de confessione q. de multiplici licentia alienos audiendi, à versu Corollarie sequitur. Angelus confessio 3. num. 30 Tabiena verbo Absolutio num. 42. Margarita Confessorum fol. 10. col. 2. Capua l. 1. decis. cap. 17. n. 3. & 4. Victoria sum. de confessione num. 153. Armilla verbo Absolutio n. 17. Suar. t. 3. in 3. p d. 72. s. 2. versu Hinc sequitur. Reginaldus l. 5. num. 173. Vasq. q. 93. ar. 2. dub. 2. Filliuc. tract. 7. cap. 9. num. 24. Salas de legibus disp. 20. sect. 9. num. 86. Bonac. q. 7. p. 4. §. 1. n. 14. Lugo disp. 19. num. 7. & seq. Turrian. disp. 24. Hurt. disp. 10. diff. 5. Becanus de Sacramen. c. 38. q. 8. n. 3. Coninck disp. 8. dub. 5. n. 35. Tolet. l. 3. c. 13. n. 3. Fagund. præcepto 2. l. 7. cap. 2. num. 71. Sylvester Confessor 1. q. 6. Sotus in 4. d. 18. q. 4. ar. 3. Henriquez l. 6. capite 13. Villalobos* in

P. Sanchez Rosella Medina. Angelus. Tabiena. Marg. cõf. Capua Victoria Armil. P. Sanch. P. Suarez. P. Vasquez P. Filliuc. P. Sallas. Bonac. P. Lugo. P. Turrian P. Hurt. P. Becan. P. Coninck Tolletus P. Fagund. Sylvester. Sotus P. Henriq. Villalob.

Barbosa P. Layman Floronus Bossius Ioã. Sanch. *in summi tr. 9. diff. 51. n. 2. Barbosa de potest Episcopi allegat. 25. n. 11. Layman l. 5. tr. 6. c. 10. n. 16. Floron. de casibus reservatis 1. p. c. 4. §. 17. n. 3. Bossius de triplici Iubil. co sect. 3. casu 2. n. 135. Ioan. Sanch. in selectis disp. 34. n. 3.* & alii plures.

83 Quæ autem signa externa sint sufficientia? Respondetur id pendere ex circunstantiis. *Solùm dubitari potest:* An sufficiat taciturnitas Superioris videntis, & non contradicentis, cùm facilè possit? Et pro parte negativa facit; quia, qui tacet, solùm in iis, quæ sunt sui commodi, consentire videtur; non in iis, quæ sunt sui præjudicii, tunc enim consentire non videtur: & jurisdictio Sacerdotis alieni est in præjudicium proprii.

Dicendum tamen sufficere taciturnitatem, quando Parochus sciens, ac videns Sacerdotem suum familiarem excipientem confessiones, non impedit, cùm facilè possit. Ita *Sanchez, Suar. & alii locis citatis.* (P. Sanch. P. Suar.) Probatur 1. quia Parochus præsumitur liberalis in suum familiarem. Secundò, quia plerumque id cedit in adjutorium, & commodum ipsius Parochi. Tertiò; quia licèt sit aliquale præjudicium, est modicum: at verò tolerantia in iis, quæ sunt modici præjudicii, operatur consensum, ut ex *Bartol. Lege Quæ dotis n. 14. ff. sol. matr. Mascard. de probationibus concl. 1158. n. 34. & aliis docet Sanch. citatus suo n.* 20. (Bartolus Mascard P. Sanch.) Quartò, quia, qui tacet in iis, quæ ad ipsum pertinent, & in quibus ipse tenetur contradicere, consentire videtur, *Regula 10. de Regulis juris in 6.*

84 Hæc tamen notanda sunt tria. Primum licentiam præsumptam ex taciturnitate, & tolerantia Superioris non censeri datam simpliciter ad omnes confessiones, sed ad illas tantùm, quas Superior videt, & tolerat; nam consensus tacitus solùm æquipollet expresso; at expressus ad illas confessiones non esset simpliciter ad omnes. Secundum, licèt Superior tacens, & tolerans non habeat consensum internum, adhuc operari jurisdictionem, & dare valorem absolutioni ex titulo colorato, & errore communi, *Lege Barbrians ff. de officio Prætoris*; (Lex Barb.) de quo infrà sectione sequenti. Quod licèt sit contra *Medinam tr. 2. de confess. q. de multiplici licentia alieno confitendi, Petrum Ledesmam de matr. q. 45. art. 5. p. 3. & Layman. l. 5. tr. 6. c. 10. n. 16. §. Deinde:* (Medina Ledesma. P. Laym.) traditur tamen à *Sanchez l. 3. de matrim. d. 22. n. 65. Basilio Pontio l. 4. de matrim. c. 19. n. 14. Bossio suprà citato loco n. 141. & Barbosa de potest. Episc. allegat. 25 n. 40. & aliis.* (P. Sanchez Basil Pont. Bossius Barbosa.) Tertium, ea quæ diximus de licentia præsumpta per ratihabitionem de præsenti, etiam intelligi de licentia præsumpta per ratihabitionem de præterito, in ea enim militat eadem ratio.

85 Nec contra traditam doctrinam obstat *primò*, quòd quando ad aliquem actum requiritur licentia, non sufficit tacita, sed exigitur expressa, id enim falsum est, ut constat ex dictis. Non obstat *secundò* declaratio Cardinalium asserentium non sufficere licentiam tacitam ex tolerantia, loquuntur enim de tolerantia præsumpta de futuro, & non habita de præsenti. Aut dic, loqui de tolerantia, quando Parochus non potest facilè impedire.

86 *Secundò quæritur:* An sufficiat licentia præsumpta per ratihabitionem de futuro? Affirmant *Raymund. in sum. tit. de pænit. & remiss. §. 15. Paludanus in 4. dist. 19. q. 2. n. 25. Capr. 161. ad 1. contra tertiam concl. Hostiens. sum. tit. de pænit. & remiss. §. Cui confitendum n. 14. versu octavo. Henricus Cap. Omnis utriusque sexûs n. 24. versu 8. Peregrinus apud Dianam 3. p. tr. 4. resol. 68.* (Raymund. Capr. Hostiens. Henricus Peregr.) Hanc sententiam probabilem existimat *Filliuc. t. 1. tr. 7. c. 9. n. 242. Sylvester verbo Confess. 1. q. 18. Medina C. de pœnitentia q. de multiplici licentia alieno confitendi, D. Bonav. in 4. d. 21. & alii.* (P. Filliuc. Sylvester Medin. D. Bonav.)

Et probatur primò, quia etiam Sacerdos alienus non potest administrare Eucharistiam, & Extremam Unctionem, nisi de licentia proprii, ut constat ex *Clementina Dudum §. Verùm ne parochiales, de sepulturis.* (Clement. Dudum) Nec non ex *Trident. sess. 24. c. 13. de reformatione.* (Trident.) Et tamen communis Theologorum cum *Suar. 3. p. q. 82. a. 3. disp. 72. sect. 2. §. Hinc sequitur,* (P. Suarez) dicit satis esse ratihabitionem de futuro. Item Episcopus alienus etiam non potest Sacros Ordines conferre, nisi de licentia proprii; & tamen omnes dicunt satis esse ratihabitionem de futuro, ut constat ex *Cap. Lugdunensis 6. q. 3.* (Cap. Lugdunensis.)

Secundò probatur ex *Cap. Aqua, de consecratione Ecclesiæ,* (Cap. Aqua.) ubi Summus Pontifex asserit reconciliationem Ecclesiæ non potuisse fieri per Simplicem Sacerdotem ex commissione Episcopi. Et subdit: *Quod autem per reconciliationem factum est, misericorditer toleramus.* Ubi

Glosa

Glossa. *Glossa verbo Toleramus*, ait: *licèt primo non valuerit, at incipit valere ex tunc.* Ergo similiter, quamvis absolutio non valeat absque licentia Parochi de præsenti, valebit tamen cùm primum postea ratam habuerit.

Tertiò, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato compraratur *Regula Ratihabitionem, de regulis juris in 6.* ibi: *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari, &c.* Sed, si a principio intervenisset mandatum Parochi, sufficeret: ergo etiam sufficit ratihabitio, quæ est mandato æqualis. (Regula Ratihabitionem.)

87 Nihilominus dicendum non sufficere ratihabitionem de futuro Ita *Suar. t. 4. disp. 25. sect. 1. sub. num. 13. & disp. 77. s. 4. n. 15. Thomas Sanchez l. 3. d. matrim. disp. 35. n. 17. Vasq. Salas, Coninck, Bonac. Lugo, Ochagavia, Turrianus, Hurt. Becanus, Toletus, Fagund. Sotus, Henriq. Villalob. Barbosa, Layman, Floronus, Diana, Ioannes Sanchez locis citatis num. 82. & Bossius dicta sect 3. casu 2. num. 140.* Quibus accedit *Aversa de matrim. quæst. 6. sect. 4. §. Rectè tamen. versu Et ideo.* Fundamentum est, quia absolutio data dependĕter à ratihabitione de futuro imprimis non valet; cùm datur, defectu licentiæ; sed nec valere potest, cùm postea rata habetur, quia jam tunc verba formaliter non existunt: ad valorem autem absolutionis requiruntur verba formaliter existentia, ut suo loco diximus. Et confirmatur, quia quoties ad valorem actûs requiritur licentia, ea debet illum necessariò præcedere, *Authentica Licentia, Codice de Episcopis, & Clericis, Lege Siquis mihi bonâ §. Jussum ff. de acquirenda hæreditate. & aliis apud Sanch. cit n. 18.* Ergo, &c.

(P. Suar. P. Sāchez P Vasq. P. Salas. P. Coninck Bonac. P. Lugo. Ochagavia P. Turrian P. Hurt. P Becan. Tolletus P. Fagund. Sotus. P. Henriq. Villalob. Barbosa P. Laym Floronus Diana Ioã. Sanch Bossius Aversa. Authĕtica Licentia Lex Siquis mihi.)

88 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur, aliud esse loqui de actibus, quia ad sui valorem non requirunt licentiam, sed solùm ut fiant secundùm rectum ordinem, quo pacto se habet administratio Eucharistiæ, Extremæ Unctionis, & collatio Sacrorum Ordinum; nam hi actus ad sui valorem non requirunt licentiam, sed solùm ut fiant secundùm rectum ordinem, & huic sufficienter consulitur per ratihabitionem de futuro. Aliud, loqui de actibus, qui ad sui valorem requirunt licentiã, quo pacto se habet absolutio, & hæc valere non potest ante licentiam, sed nec postea quando datur, ut dixi, quia jam tunc verba formaliter non existunt.

Ad secundum respondetur Summum Pontificem per futuram ratihabitionem posse dare valorem reconciliationi Ecclesiæ violatæ, licèt fuerit à principio nulla, non tamen absolutioni Sacramentali. Et hujus diversa ratio est, quia reconciliatio Ecclesiæ est de jure ecclesiastico, absolutio verò de jure divino.

Ad tertium respondetur ratihabitionẽ retrotrahi, & mandato comparari, non antequam detur, sed cùm postea datur; tunc enim retrotrahitur, & mandato comparatur: unde, si tunc adsint reliqua necessaria ad valorem actûs, tunc incipiet valere, ut valuit reconciliatio Ecclesiæ in casu textûs, in *Cap. Aqua.* At absolutio, cùm postea rata habetur, non habet requisita ad sui valorem, deficiunt enim verba formaliter existentia.

§. 4.

An sufficiat licentia consuetudine, metu, aut dolo obtenta?

89 *An, & qualiter consuetudo dare possit jurisdictionem?*
90 *An sufficiat licentia metu extorta? Refertur sententia negativa.*
91 *Statuitur affirmativa.*
92 *Solvuntur argumenta contraria.*
93 *An, & quomodo sufficiat licentia dolo obtenta?*

89 **Q**Uarta difficultas potest esse de licentia consuetudine, metu, aut dolo obtenta. Et *Quæritur primò*: An sufficiat consuetudine obtenta, quod idem est, ac quærere: An consuetudo dare possit jurisdictionem ad audiendas confessiones? Et pro parte negativa facit textus in *Cap. 2. de pœnitentiis, & remissionibus in 6.* ibi: *Nulla quoque potest consuetudine introduci, quòd aliquis præter sui Superioris licentiam sibi Confessorem eligere valeat, qui eum possit absolvere, vel ligare.* (Cap. 2)

Nihilominus distinctione opus est: possumus enim loqui aut de consuetudine, quæ usurpatur inscitis iis, qui jurisdictionem dare possunt, & hæc non sufficit juxta textum in *Capite citato.* Ita communis Doctorum apud *Suar. disp. 27. sect. 3. & apud Coninck, disp. 8. n. 37.* Ratio autem est manifesta; quia nemo potest accipere jurisdictionem, nisi quis eam (P. Suar. P. Coninck)

validè conferat, & nemo illam confert in prædicto casu.

Aut possumus loqui de consuetudine, quæ exercetur Superiore conscio, & non contradicente, cùm facilè possit; & hæc sufficit, ut habetur *Cap. Cùm contingat* 13. *de foro competenti, & Cap. Conquestus* 9. *q.* 3. *& Cap. Dilecti, de arbitris.* Et ratio est clara, quia scientia, & tolerantia consuetudinis operatur consensum, ut docet *Lessius de justitia c.* 2. *dub.* 14. *n.* 45. *Navar. in Cap. placuit n.* 30. *& seqq. Sotus dist.* 18. *q.* 4. *a.* 2. *Coninck disp.* 8. *n.* 38. *Suar. disp.* 27. *sect.* 3. *n.* 2. Utrùm verò, & à quo Superiore possit talis consuetudo revocari? Respondetur posse ab iisdem, à quibus fuit tolerata, nam sicut consensu tacito eam firmarunt, ita consensu contrario expresso eam poterunt abrogare. Ita *Suar. disp.* 27. *sect.* 3. *n.* 7. *Reginal. dub.* 1. *p.* 7. *n.* 74. *Coriolan.* 1. *p. sect.* 3. *a.* 13. *n.* 1. *&* 2. *Bossius sect.* 3. *casu* 4. *n.* 1.

(Margin: Cap. Cùm contingant. Cap. Conquest. C. Dile. P. Lessius. Navarr. Sotus. P. Coninck. P. Suarez. P. Suarez. P. Fagund. Coriol. Bossus.)

90 *Secundò quæritur:* An sufficiat licentia metu extorta? Negat *Hurt. disp.* 10. *diff.* 5. Et probatur *primò*, quia hæc licentia est quædam donatio jurisdictionis: at donatio metu, & vi extorta est nulla, caret enim omni titulo, etiam liberalitatis. *Secundò*, quia eadem videtur ratio de licentia, ac de absolutione à censuris metu, ac vi extorta; at hæc est nulla, *Cap. unico de iis, quæ vi metus: in* 6. *Tertiò*, quia licentia metu extracta non excusat Religiosum à transgressione voti paupertatis, ut cum communi docet *Sanch. l.* 7. *Dialogic.* 19. *n.* 17. Ultimò, quidquid sit de aliis metu gestis, jurisdictio metu extorta est specialiter annullata ipso jure *L.* 2. *ff. de judiciis*, ubi deciditur prorogationem jurisdictionis metu extortam esse nullam: ibi *At si, cùm restitisset quivis ex litigatoribus, viribus prœturæ compulsus est, nulla est jurisdictio.* Et eadem videtur ratio de prorogatione jurisdictionis, ac de ejus translatione.

(Margin: P. Hurt. P. Sanchez.)

91 Nihilominus probabiliùs dicendum videtur sufficere. Ita docet *Cardin. cap.* 2. *de his, quæ vi n. unico. versu Quintus casus, & Cap. Licet q.* 31. *de elect. Sanch. l.* 3. *de matrim. d.* 39. *n.* 13. *Coninck disp.* 8. *n.* 39. *Lessius de just. l.* 17. *dub.* 5. *& Theologorum commune.* Probatur; quia, regulariter loquendo, metu gesta sunt valida, ut patet ex *L. Si mulier* 21. *§. Metus, & L.* 2. *ff de eo quod metus causa, & L. Si metus causa ff. de acquir. hereditate, & ex Inst. de except. in princ. L. Fin. C. de his quæ vi, & ex Cap.* 2. *de his quæ vi in fine, Glosa c. unico de his quæ vi in* 6. *notabili* 1. *&* aliis pluribus, quæ eruditissimè cum plusquam quinquaginta authoribus affert *Sanch. l.* 4. *de matrim. disp.* 8. *n.* 4. quibus accedit *Coninck. de* 23. *dub.* 9. cum aliis. Et non est specialis textus, qui excipiat jurisdictionem.

(Margin: Cardin. P. Sanchez. P. Coninck. P. Lessius. C. Simul. L. Si metus. Inst de except. Lex Final. Cap. 2. Glossa. P. Sanchez. P. Coninck.)

92 Nec obstat *primò* donationes metu extortas esse nullas, id enim falsum est: nam metus, licèt minuat non tollit libertatem, & non est textus, qui eas annullet. Non obstat *secundò* absolutionem à censuris metu, ac vi obtentam esse invalidam; nam id est specialis juris dispositio tum in pœnam extorquentis, tum ne Prælatus armis, quibus defenditur, spolietur. Non obstat *tertiò* licentiam metu extractam non excusare à transgressione voti paupertatis; est enim diversa ratio, nam peccata contra votum paupertatis sunt furta; & furta talia sunt, quandiu dominus est invitus: Prælatus autem coactus, est invitus. At verò ad concessionem jurisdictionis sufficit, quòd ea detur, & parum refert, quòd dans sit invitus, seu coactus, dumodo det. Non obstat *quartò L.* 2. *ff. de judidiciis*, quia casus in ea contentus est specialis, & solùm procedit de prorogatione jurisdictionis, quando judex, altero litigantium invito, eam per metum ipsius præturæ extorquet: qui (inquam) casus cùm sit specialis, & solùm procedat de prorogatione jurisdictionis, non est extendendus ad ejus translationem, ut communiter docent Doctores locis citatis.

93 *Tertiò quæritur:* An sufficiat licentia per fraudem, & dolum obtenta? Negat similiter Hurt. proximè, cohærenter suæ opinioni de licentia metu extorta. *Sed respondendum est* cum distinctione, nam aut fraus, seu dolus est circa causam finalem, seu motivum, & tunc non sufficit, quia ubi est error, deficit consensus *L. Si per errorem ff. de jurisdictione omnium Iudicum.* Et sanè id ita videtur sufficienter expressum in *Cap. Ex parte* . *de off. Ordinar. & in Cap. Officii* 42. *de sent. excom.* Et confirmatur, quia eadem videtur ratio de licentia, ac de dispensatione: at dispensatio subreptitia, quando error est circa causam finalem, est nulla. *Cap. Quia circa* 6. *de consanguinitate & affinitate:* ergo, &c.

(Margin: P. Hurtad. Lex Si per errorem. Cap. Quis circa.)

Aut fraus, seu dolus non est circa causam finalem, sed solùm circa causam impulsivam

pulsivam ad finalẽ, & tunc, licèt fraude & dolo obtenta, est valida; quia, licèt ex occasione falsa, simpliciter tamen datur consensus verus; & non est textus, aut ratio sufficiens annullans talem licentiam: ergo, &c. Et ita *cum Tiraquelo tract. cessan. te causa limit. 1. n. 36. & 37. Beccio cons. 20. n. 10. Anton. cap. post translat. n. 35. de renunc. & aliis* docet *Sanchez cit. n. 14.* & *lib. 2. Decal. cap. 12. n. 8. Coninck disp. 23. dub 9. n. 73. Lessius de inst. cap. 17. dub. 5. n. 31. Leander de censur. tr. 2. de excom. d. 17. q. 10. Alter. lib. 4. d. 5. cap. 2. Bonac. de cens. d. 1. q. 3. puncto 8. n. 2.* Et nos pleniùs *tract. 1. de cens.* Quæ autem sit causa finalis, seu principalis, & quæ impulsiva ad illam, quam aliqui occasionẽ, seu quasi occasionẽ ad finalem appellant? Non est hujus loci, alibi dicemus.

Tiraquel. Beccius. Anton. P. Sanchez. P. Coninck. P. Lessius. Leander. Alter. Bonacin.

§. 5.

Utrùm licentia ad audiendas confessiones expiret morte, vel cessatione officii concedentis?

94 *Aperitur status quæstionis.*
95 *An licentia concessa ab Episcopo expiret morte illius, vel ejus amotione ab officio? Opinio affirmantium.*
96 *Traditur, & explicatur sententia negativa.*
97 *Quid, si licentia concessa sit absolutè? Affirmandum.*
98 *An gratia facienda expiret morte concedentis?*
99 *Tradita doctrina procedit solũ de licẽtia ad audiendos pœnitẽtes indeterminatos. Quid si fuerit ad audiendam certam & specialem personam?* Ibidem.
100 *Quid, si in tali casu, dum confessio cœpit, interveniat mors delegantis?*
101 *Quid de licentia concessa cum limitatione* donec voluero, &c?
102 *Quare jurisdictio ordinaria cõcessa ad placitum non expiret morte concedentis, expiret verò delegata:*
103 *Quid dicendum de licentia concessa ad beneplacitum Sedis? Quid de licentia concessa per usque ad placitum?* Ibidem. *Quid de licentia cum limitatione* donec revocavero? *Ibidem.*
104 *Refutantur argumenta opinionis, quæ tenet licentiam concessam ab Episcopo expirare illius morte vel amotione ab officio. Utrùm Superior possit alteri delegare cum potestate delegandi in ipsum post finitam prælaturam?* Ibidem.
105 *An licentia eligendi Confessarium expiret morte concedentis?*

94 **Q**uinta difficultas: An licentia ad audiendas confessiones expiret mortuo concedente, vel eo amoto ab officio? Et non est quæstio de licentia concessa à Summo Pontifice, hæc enim non expirat ejus morte, ut habetur expressè *Cap. Si super gratia, de officio legati in 6.* & *Cap. Sicut nulli 36. de præbendis in 6.*

C. Si super. Cap. Sicut nulli.

95 Difficultas solùm procedit de licentia concessa ab Episcopo, vel alio Prælato inferiori. Et hanc expirare morte illius, vel ejus amotione ab officio, existimant *Abbas c. fin. n. 9. Angelus verbo Confessio 3. n. 25. Rolandus cons. 38. n. 12. vol. 3. Sylvest. verbo Confess. 1 q. 7. Cordub. l. 5. q. 36. Philiar. de offic. Sacerd. t. 1. p. 2. l. 2. c. 24. Palud. 4. d. 17. q. 4. a. ult. concl. 7. n. 25. D. Anton. 3. p. tit. 17. ... 9. Navar. sum. Hisp. c. 27. n. 264. Henr. l. 6. ... dub. 4. Vasq. q. 93. ar. 2. dub. 2. & alii.* Probatur primò ex cõmuni doctrina, quæ asserit jurisdictionẽ delegatam expirare morte delegantis re integra, id est, anteqã delegatus cœperit eâ uti, ut habetur expressè *Cap. Gratum Cap. Relatum, Cap. Licèt undique, de officio delegati: L. Et quia 6. ff. de jurisdictione omnium judicum,* & alii apud *Sanch. proximè n. 30.* At verò ante incœptam confessionem cujuslibet pœnitentis res est integra. Secũdò probatur, quia delegatus ad audiendas cõfessiones est quasi Vicarius Ordinarii: at jurisdictio Vicarii expirat morte Episcopi, ut cõstat ex iis, quæ affert *Sanch. l. 3. de matr. d. 29. n. 12.* Tertiò, quia eadẽ videtur ratio de jurisdictione delegata ad audiendas confessiones, ac de sẽtentia, qua Episcopus excõmunicat omnes furtum ad mittentes: at hæc perit morte Episcopi, ut docet *glossa* ab omnibus recepta *Cap. A nobis 1. de sent. excom.* Item inhibitio exercitii alicujus artis expirat morte inhibentis, *L. finali ff. de pœnis.* Ergo, &c.

Abbas. Angelus. Rolandus. Sylvest. Cordub. Philiarc. Paludan. D. Anton. Navar. P. Henr. P. Vasq. Cap. Gratum. Cap. Relatum. Cap. Licèt undique. Lex Et quia. P. Sanch. P. Sanch. Glossa. Cap. A nobis. Lex final.

Quartò, quia Episcopus saltẽ in hac materia nõ potest ferre legẽ perpetuam, quæ scilicet duret post mortem ipsius: ergo nec cõcedere privilegiũ perpetuũ, quod duret post ipsius mortẽ. Quintò, quia, si licentia perseveraret post amotionem ab officio concedentis, posset Prælatus sibi committere, & indulgere licentiam absolvendi à Reservatis, vel eligẽdi Confessarium, &c. quæ in ipso post amotionem ab officio perseverarent: hoc autem non videtur admitendum: ergo, &c.

96 Nihilominus probabilior videtur resolutio asserentium licentiam, etiam ab episcopo, aut à quovis alio Prælato inferiori concessam ad audiendas confessiones, non expirare morte concedentis, vel per ejus amotitionem ab officio. Ita *Cardinalis in Clement. Dudum, verbo At deinde n. 2. notabili 5. Henriq. l. 6. c. 6. n. 7. Suar. disp. 26. s. 3. n. 5. Sayrus thesaur. casuum t. 1. l. 7. c. 14. n. 7. Graffis. 1. p. decis. l. 1. c. 13. n. 49. Sa verbo Gratia n. 4. Salzedo addit in practicam Bernardi Diaz c. 25. col. 19. Sanchez l. 8. de matrim. disp. 28. n. 72. & 75. Lugo disp. 19. n. 36. Coninck d. 8. dub. 10. Filliuc. c. 8. n. 216. Navar. in sum. c. 27. n. 266. & in Cap. Placuit, de pœnitentia n. 263. dist. 6. Campanilis in divers. juris can. Rub. 12. c. 14. n. 69. Fagundez in quinqual. pr. 2. l. 7. c. 2. n. 34. Barbosa de potest Episc. alleg. 25. n. 21. Bossius sect. 3. casu 2. n. 9. &. alii.*

Cardinalis. P. Henr. P Suar. Sayrus Graffis. Salzedo. P. Sanch. P Lugo P. Coninck P. Filliuc. Navar. Campanil. P. Fagund. Barbosa. Bossius.

Ad ejus intelligentiam distinguere oportet inter licentiam concessam absolutè, & cum limitatione *donec voluero, quamdiu volam, ad placitum,* &c. Rursum licentia absolutè concessa potest esse vel ad audiendos pœnitentes indeterminatos, vel ad audiendam certam aliquam personam, in cujus favorem ipsa licentia conceditur.

97 *Dico primò*: Licentia concessa absolutè non expirat morte concedentis. Ita *Doctores citati.* Et probatur, quia talis licentia est quædam gratia facta: at verò gratia facta non expirat morte concedentis, *Cap. Si super gratia 9. de officio delegati in 6. & Cap. Sicui nulla 36. de præbendis in 6.* cum communi Doctorum ibidem, quos latè allegat, & sequitur *Sanch. proximè n. 64.* Neque obstat, quòd hi textus expressè solùm loquantur de gratia facta à Summo Pontifice, id enim non fit causâ restringendi, sed exempli gratiâ.

Cap. Si sup Cap. Si cui

P. Sanchez

Et confirmatur primò, quia duæ sunt rationes, ob quas jura concedunt, gratiam factâ à Sūmo Pontifice non expirare ejus morte. Prima, quia favores sunt ampliandi. Secunda, quia utilitas publica, & bonum commune id postulat. At hæ duæ rationes etiam militant in gratiis factis ab Episcopo, vel alio Prælato, nam etiam eorum gratiæ sunt favores; & bonum commune id postulat. Confirmatur secundò ex communi praxi; solent enim Confessarii quicunque ab Episcopo expositi continuare in audiendis confessionibus post ejus mortem, donec eorum licentia à successore, vel à Sede Vacante revocetur.

98 Dixi (gratia facta) quia duplex est gratia, altera facta, altera facienda: gratia facta est illa, quæ perfectè alicui conceditur independenter ab alio cui facieda cōmittatur, ut cùm Summus Pontifex dispensat cum aliquo. Gratia facienda dicitur illa, quæ alicui conceditur, dependenter ab alio, cui facienda committitur, ut cùm Summus Pontifex concedit alicui ut Episcopus cum eo dispenset.

Sola gratia facta non expirat morte cōcedentis: gratia facienda, re integrâ expirat, ut habetur *tit. cit. Cap. Sicui nulla.* Et utriusque ratio diversa est, quia gratia facta est perfecta, ac proinde transit in personam, cui fit, & in ea radicatur: gratia verò facienda est per modum commissionis, seu mandati: at mandatum expirat morte mandantis, *L. Mandatum Codice mandati.* Nam quandiu res est integra, radicatur in ipsò mandante, unde perit morte illius, *Cap. Quævis. de officio Delegati in 6.*

Lex Mandatum. Cap. Quævis.

99 *Dico secundò*: Tradita doctrina de licentia concessa absolutè procedit solùm de licentia ad audiendos pœnitentes indeterminatos, & non de ea, quæ conceditur ad audiendam certam aliquam, & specialem personam, in cujus favorem ipsa licentia conceditur, hæc enim expirat morte concedentis. Ita *Sanch. citatus n. 72.* Et hujus diversitatis ratio est, quia prima licentia ad pœnitentes indeterminatos datur Sacerdoti in ejus favorem, & respectu illius est gratia facta. Secunda verò conceditur pœnitenti in ejus favorem, & respectu illius est gratia facienda, utpote illi concessa dependenter à Confessario, cui facienda committitur: at verò sola gratia facta non perit morte concedentis: gratia facienda perit morte illius, ut ex *Cap. Si cui nulla* cum communi Doctorum tenet *Sanchez cit. num. 64.*

P. Sanch.

Cap. Sicui Cap. Sic.

100 Sed quid dicendum, quando licentia quidem concessa est ad audiendam certam personam, & dum confessio cœpit, intervenit mors delegantis: expiratne tunc licentia, ita ut non possit Confessarius progredi, & perficere confessionem? Affirmat *Ledesma in sum. tract. 1. de Sacramen. confes. cap. 12. concl. 5. dub. 2. Zambran.*

Zambran. Ledesm.

bran. de casibus art. mortis c. 4. dub. 5. n. 4. Sed dicendū est non expirare, ac proinde posse perfici confessionem. Ita cum communi Sanchez l. 2. Decal. c. 13. n. 15. Villalob. tract. 27. claus. 4. n. 12. Costa in Bull. q. 36. Rodrig. §. 5. n. 2. Diana 1. p. tract. 11. de Bulla Cruc. resol. 94. Et probatur; quia, licèt gratia facienda expiret morte concedentis, re integrâ, non tamen perit, quando jam res est in cœpta, Cap. Gratum, & Cap. Relatum de officio delegati. Et hujus diversa ratio est, quia per inceptionem gratia radicatur in illo, qui cœpit; unde, licèt pereat concedens, perseverat in eo, cui est concessa. Hactenus de licentia absolutè concessa.

P. Sanchez
Villalob.
Costa
Rodrig.
Diana

Cap. Gratum
C. Relatū

101 De licentia concessa cum limitatione donec voluero, quandiu volam, ad placitum, &c. majus est dubium: nam Anton. Gabriel apud Henriq. l. 6. cap. 6. lit. G. Menochius de arbitr. l. 1. q. 69. n. 10. Tiraquel. de retr. convent. §. 2. Gloss. 1. n. 39. Boërius q. 149. n. 14. Alex in L. Principalibus ff. si cert. petatur, & alii existimant non expirare morte concedentis, quia hic modus concedendi est ad placitū dignitatis, & non personæ: dignitas autem non expirat, sed eadem in successore perseverat.

Anton. Gabriel
Menochius
Tiraquel.
Boërius
Alexand.

Contrarium tamen tenendum est cum Sanchez, Henriq. Suarez, Campanili, & aliis Doctoribus locis citatis n. 96. quia re vera hic concedendi modus est ad placitum personæ, & non dignitatis, ut habetur exprefsé in Cap. Si gratiosè, de rescriptis in 6. Et concedere ad placitum idē valet, ac concedere donec duret voluntas personæ: at voluntas personæ morte intercipitur, & durare desinit. Nec audiendi sunt adversarii, quando dicunt hunc textum in Cap. Si gratiosè solùm loqui de beneficiis; nam eadem ratio est de beneficiis ac de aliis gratiis.

P. Sanchez
P. Henriq.
P. Suar.
Campanil.
Cap. Si gratiosè.

Tradita doctrina habet locum non solùm quando moritur Superior, sed etiam quando amovetur ab officio, quia etiam per amotionem ab officio desinit voluntas Superioris & solùm manet privata. Non tamen habet locum, quandò Superior excommunicatur, quia per excommunicationem non destruitur voluntas Superioris, sed solùm ejus jurisdictio ligatur.

102 Contra traditam doctrinam unum superest, & potest fieri argumentum: nam jurisdictio ordinaria concessa ad placitum non expirat morte concedentis, vel per ejus amotionem ab officio: ut cum communi tenet Sanchez cit. n. 5. ergo idem dicendum de licentia, seu jurisdictione delegata concessa ad placitum. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio non est alia, quàm favor, & utilitas publica, quæ versatur in conservanda jurisdictione ordinaria, non ita in delegata.

P. Sanchez

103 Quæres primò, quid dicendum sit de licentia concessa ad beneplacitum Sedis? Hujus resolutio patet ex dictis; dicendum enim est non expirare morte concedentis, quia morte illius adhuc eadem Sedes, seu dignitas in successore continuatur, & perseverat. Ita habetur Cap. Si gratiosè. Secundò quæritur, quid dicendum de licentia concessa per annum ad placitum? Respondetur non expirare, donec annus lapsus sit, quia sensus est Concedo ad annum, & ulteriùs ad meam voluntatem, ita ut licentia duret hoc anno, & deinceps, dum duraverit voluntas. Ita cum Henriq. l. 7. de indulgentiis cap. 21. n. 4. Magaloto, quem refert & sequitur Antonius Gabriel t. 3. communium l. 6. tit. de præbendis concl. 1. n. 31. Sanch l. 8. de matr. disp. 28. n. 51. Quæritur tertiò, quid dicendum de licentia cum limitatione donec revocavero, vel donec aliter ordinavero? Respondetur non expirare morte concedentis, quia concedens per mortem non revocat, nec aliter ordinat; at concessit donec revocaverit, vel aliter ordinaverit: ergo, &c.

C. Si gratiosè

P. Henriq.
Magalotus
Ant. Gabr.
P. Sanchez

104 Quibus ita declaratis, proximum est, ut argumentis satisfaciam, quæ initio difficultatis proposita sunt, quatenus probare videntur omnem licentiam ab Episcopo, vel alio inferiori concessam ad audiendas confessiones, expirare morte concedentis. Ad primum afferens jurisdictionem delegatam expirare morte delegantis. Respondetur id verum esse de jurisdictione delegata per modum justitiæ ad lites in foro contentioso, & de hac loquuntur textus ibidem citati; non de delegatione, quæ est per modum gratiæ. Et hujus diversa ratio est; tum diversa juris dispositio, ut patet ex dict. Cap. Si super gratia, & ex Cap. Sicut nulla. &c. Tum aliqualis congruentia; nam gratia perfectè conceditur, justitia committitur per modum mandati, & mandatum perit morte mandantis.

Cap. Si super gratia.
Cap. Sicut

Ad secundum negandum est Delegatum ad audiendas confessiones esse per

modum Vicarii Episcopi: diversitas in eo est, quia Vicarius Episcopi facit idem tribunal cum ipso Episcopo, & per mortem Episcopi perit ejus tribunal: ergo & jurisdictio Vicarii, idque etiam re non integra. At delegatus ad confessiones non facit idē tribunal cum concedente, sed constituit diversum.

Ad tertium de sententia excommunicationis, & de inhibitione excercitii alicujus artis, Respondetur esse diversam rationem, quia illa sententia continet præceptū, & similiter inhibitio est quoddam præceptum, idque pœnale: at verò præceptum expirat per mortem præcipientis. Licentia concessa ad audiendas confessiones non est præceptum, sed quædam gratia facta.

Ad quartum, quidquid sit, an Episcopus possit in hac materia ferre legem perpetuam, de quo alibi ex professo: assero posse concedere privilegium ex speciali *jure* in *Cap. Si super grata*, & in *Cap. Sicut nulla, citatis*.

Ad quintum nego posse Prælatum sibi committere, vel indulgere eas licentias, quia ad commissionem per modum Delegati requiritur distinctio in Delegatum, & delegantem, qualis non est ejusdem ad se ipsum. Item requiritur capacitas; & Superior, quandiu talis est, non est capax delegationis eorum, quæ sibi competunt ratione proprii officii.

Utrùm verò Superior possit delegare alteri cum potestate subdelegandi in ipsum post finitā prælaturā? Respōdeo negativè. Primò, quia Delegatus nō potest subdelegare propriò nomine, sed nomine delegantis, & Prælatus post amotionē ab officio, jam non habet authoritatem. Secundò, quia hæc gartia subdelegandi in hoc casu non est tam respectu Delegati, quàm illius, in cujus favorem committitur facienda: at verò gratia facienda expirat per amotionem ab officio concedentis. Et declaratur exemplo licentiæ, quæ conceditur Confessario ad audiendam certam personam; hāc enim diximus esse gratiā non factam Confessario, sed faciendam illi certæ personæ, ac proinde perire morte, vel amotione ab officio concedentis.

105 Quæres pro complemento hujus doctrinæ: An saltem licentia eligendi Confessarium expiert morte concedentis? Affirmant *Abbas, Roland.* & alii Doctores citati *n.* 95. Sed negandum cum *Sanchez* & aliis Doctoribus citatis *n.* 96. quia hæc licentia est gratia facta pœnitenti & gratia facta non expirat morte concedentis. ut constat ex dictis. Et confirmatur, quia eadem est ratio de licentia eligendi Confessarium, ac de licentia ad absolvendum; at hæc est gratia facta: ergo & illa.

Abbas. Ralandus P. Sanchez

Objicies primò: Hæc gratia conceditur pœnitenti dependenter à Confessario, cui facienda committitur: ergo non est gratia facta, sed facienda. Respondetur negando antecedens, nam hæc licentia eligendi non committitur facienda Confessario. Non nego absolutionem esse impendendam ab illo, sed dico electionem non esse ab illo faciendam, sed à pœnitente: hæc ergo gratia electionis est facta.

Objicies secundò: Post mortem Episcopi concedentis, non est, qui dare possit jurisdictionem Confessario: nam imprimis Episcopus eam non dat, quia jam est mortuus; sed neque ipse pœnitens, nam pœnitens, qui fortè est laicus, vel mulier, non dat jurisdictionem: ergo nemo eam dat, & consequenter ipsa gratia perit. Respondetur Episcopum eam dare, non quidem per se, quia jam est mortuus, sed per suam virtutem, quæ moraliter manet in ipsa gratia facta.

§. 6.

An liceat confessiones excipere cum sola licentia, & jurisdictione dubia?

106 *An liceat absolvere cum jurisdictione dubia negativè?*

107 *An liceat absolvere cum jurisdictione dubia positivè?*

108 *An sic confessus teneatur postea extra mortis articulum? repetere confessionem? An saltem in mortis articulo;* Ibidem.

109 *Quid, si dubium jurisdictionis est solùm circa aliqua peccata?*

110 *Quid, quando dubium jurisdictionis est circa omnia peccata confessa, & non circa potestatem Ordinis?*

111 *Quid, si dubium est circa potestatem Ordinis?*

106 **S**Exta *difficultas*: An liceat absolvere cum sola licentia, & jurisdictione dubia? Et imprimis, si dubium sit negativum, quod datur, cùm neque pro hac parte, neque pro opposita occurrunt rationes sufficientes ad forman-

formandum judicium probabile, dicendum est licere cum ea absolvere, sed duplici interveniente moderatione. Prima, ut absolutio sit sub conditione. Secunda, ut detur in solo casu necessitatis, in quo scilicet urgeat necessitas vel per se, ratione præcepti, vel per accidens, ratione Eucharistiæ. Et probatur, quia aliàs exponit se homo periculo frustrandi Sacramentum. Ita *Lugo disp. 26. s. 6.* Ubi notandum est teneri pœnitentem postea repetere confessionem, quia prioris veritas ac valor manet sub dubio negativo, & dubium negativum non excusat à præcepto confessionis, ut diximus *tr. 3. disp. 3. sect. 1. diffic. 3.*

P. Lugo

107 Sin autem licentia, & jurisdictio sit dubia positivè, quia pro illa formatur judicium probabile, dicendum est licitum esse uti tali jurisdictione, idque absolutè. Ita *Suar. disp. 26. s. 6. n. 6. & sequent. Salas in 1. 2. q. 21. tr. 8. disp. unica sect. 10. n. 101. Granado 1. 2. contr. 2. tract. 12. disp. 4. sect. 4. Bonac. disp. 2. de peccatis q. 4. p. 9. n. 19. Castro Paulao t. 1. disp. 2. p. 5. n. 9. Sanchez l. 1. in Decal. c. 9. n. 35. Ioannes Sanch. disp. 24. num. 24. Lessius l. 2. cap. 29. dub. 8. n. 68. Malderus 1. 2. q. 19. a. 5. disp. 86. Diana p. 2. tr. 13. resol. 2. Lugo d. 19. n. 29.* Probatur, quia qui operatur cum opinione probabili, securè operatur, ac proinde potest operari absolutè; nam opinio probabilis non æquivalet dubio, sed certitudini morali, ut ostendimus *tract. 4. disp. 1. sect. 2. diffic. 2. quæsito 3.*

P. Suar. P. Salas P. Granad. Bonac. P. Castr P. P. Sanchez Ioã. Sanch P. Lessius Malderus Diana P. Lugo.

P. Salas

108 Addo præterea contra *Salas* citatum, sic confessum non teneri postea saltem extra articulum mortis repetere confessionem, quia opinio probabilis excusat à præcepto confessionis, ut cum cõmuni diximus *tract. 3. disp. 3. sect. 1. difficult. 3.* Quæres: Utrùm saltem in articulo mortis debeat repeti dicta confessio? Et ratio dubitandi est, quia probabile est hunc hominem non fuisse absolutum: probabile enim est Sacerdotem non habuisse jurisdictionem: at verò, si pœnitens non est absolutus; exponit se periculo æternæ damnationis. Respondeo cum distinctione, &

109 Dico primò: Si dubium jurisdictionis est solùm circa aliqua peccata, & non circa alia confessa, v. g. circa reservata, & non circa non reservata, vel circa mortalia, & non circa venialia; minimè repetenda est confessio, quia absolutio saltè indirectè cecidit super omnia peccata, & consequenter pœnitens est absolutus.

110 Dico secundò: Licèt dubium jurisdictionis sit circa omnia peccata confessa, si tamen non est circa potestatem Ordinis, adhuc non est repetenda confessio; quia opinio probabilis æquivalet errori communi: & quando datur error cõmunis, Ecclesia confert jurisdictionem certam, *L. Barbarius, & Cap. Infamis:* de quo sectione sequenti. Et ita docent *Suar. t. 4. disp. 26. s. 6. n. 7. & 8. Granad. in 1. 2. D. Thom. controv. 2. tract. 12. d. 4. sect. 4. n. 38. Marchinus in 1. 2. D. Thom. t. 1. q. 19. ar. 6. dub. 6. concl. 7. Vasq. in 1. 2. to 2. disp. 156. n. 27. Malderus in 1. 2. D. Thom. q. 19. a. 5. disp. 86. Henriquez l. 2. de pœnitentia cap. 14. n. 3. & 4. Sanchez de matr. l. 5. disp. 22. n. 65. Villalobos in sum. t. 1. tr. 1. diff. 13. n. 5. Diana 3. p. tr. 2. resol. 3.*

Lex Barb. Cap. Infamis. P. Suar. P. Granad. Marchin. P. Vasq. Malderus P. Henriq. P. Sanchez Villalobo Diana.

111 Dico Tertiò: Si dubium est circa potestatem Ordinis, adhuc distinguendum censeo; nam aut post illam confessionem facta est aliqua cum aliquo Sacerdote certo; & hæc, si dolor fuit generalis, sufficit; quia dato quòd prima fuerit nulla, ejus peccata per hanc secundam confessionem fuerunt absoluta indirectè. Aut nulla alia confessio cum dolore generali facta est: & tunc est aliqua facienda, in qua illa peccata, de quibus dubitatur an sint absoluta, absolvãtur saltem indirectè. Et ita Doctores citati.

SECTIO V.

De Ministro ex titulo colorato.

112 *Quis dicatur habere titulum coloratum?*

113 *An Sacerdos habens titulum coloratum validè absolvat? Argumenta partis negativæ.*

114 *Astruitur resolutio affirmativa.*

115 *Refelluntur argumẽta partis negativæ.*

116 *Quid si Sacerdos absolvit ex titulo colorato delegato? Rationes opinantium invalidè absolvere.*

117 *Stabilitur sententia probabilior, & refutantur rationes in contrarium.*

118 *Quid dicendum, quando communi errori, & titulo putativo subest impedimentum juris divini, vel naturalis?*

112 Rima difficultas: Utrùm Sacerdos carẽs vero titulo, & habẽs solũ coloratũ, validè absolva

bsolvat? Ille dicitur carere vero titulo & habere coloratum, qui illum accepit à Superiore legitimo, sed re vera illi non prodest, aut propter impedimentum occultum, aut quia est excommunicatus vitandus, aut quia commisit aliquod delictum, propter quod titulo privatus est; aut quia talis titulus est revocatus, &c. Debet tamen dari error communis, quo titulus existimetur verus, & ejus nullitas communiter ignoretur: item debet esse error probabilis, nam crassus & supinus æquiparatur scientiæ *Cap. 2. de constitutionibus in 6.*

113 Difficultas ergo est: An habens hujusmodi titulum coloratum validè absolvat? Et pro parte negativa, quam tenent *Tabiena verbo Absolutio 1. n. ult. Ludovicus Lopez 1. p. instructor. c. 38. §. Iteranda est confessio, Ioannes Andreas. C. Nihil n. 28. de electione, & ibi Abbas, n. 12. Anton. n. 32. Rosella verbo Confessio Sacr. 3. n. 41.* & alii quos refert *Paludanus* tacito nomine *4. dist. 17. q. 6. a. 2. n. 21.* facit primò textus in *Cap. Dudum 2. de electione.* ubi sermo est de quodam Parocho, qui absolvebat cum titulo colorato, & ibi dicitur, quòd absolvendo animas damnabiliter deceperit: unde videtur colligi fecisse confessiones nullas defectu jurisdictionis: ergo, &c. *Secundò*, quia carens vero titulo re ipsa non habet jurisdictionem; &, si v. g. sit excommunicatus alium excommunicare non potest, *Cap. Audivimus & Cap. Didicimus 24. q. 1.* ergo neque alium absolvere,

Tabiena
Ludovicus Lopez
Jo. Sanch.
Abbas
Anton.
Rosella
Paludan.
C. Dudum
Cap. Audivimus
Cap. Didicimus

114 Nihilominus standum resolutione affirmativa, quam cum communi Doctorum tenent *Sanch. l. 3. de matr. disp. 22. n. 13. Reginald. l. 1. n. 99. Filliuc. tr. 10. c. 6. q. 4. n. 205. Salas de legibus disp. 10. sect. 3. n. 14. versu Confirmatur, Avila 2. p. c. 6. d. 6. dub. 7. pag. 129. Coninck de pœnit. disp. 8. dub. 3 & de matr. d. 27. dub. 2. n. 26. Lessius l. 2. c. 29. d. 8. Bonac. de matr. q. 2. p. 8. n. 25. Hurt. disp. 10. diff. 6.* quibus accedunt *Barbosa de potest. Episcopi alleg. 25. n. 58. Bossius sect. 3. casu 2. n. 144. Basilius Pontius l. 5. de matr. c. 19. n. 2. 11. & 15. Garcia de benefic. p. 5. c. 4. n. 281. Fagund. pr. 1. l. 7. c. 2. n. 75. & alii.* Probatur, quia gesta ab habente titulum coloratum sunt valida tum jure Cæsareo *L. Barbarius ff. de officio prætoris*, tum jure Pontificio *Cap. Infamis 3. q. 7. §. Verumtamen*: voluit enim utrumque jus in eo eventu supplere jurisdictionem, eamque conferre? quia aliàs, si prædictæ actiones & absolutiones essent nullæ, sequerentur gravissima incommoda, & scandala, ac Reipublicæ perturbatio.

P. Sanchez
P. Reginal.
P. Filliuc.
P. Salas
Avila.
P. Coninck
P. Lessius
Bonac.
Barbosa
P. Hurt.
Bossius
Pontius
Garcia
P. Fagund.
Lex Barbarius
Cap. Infamis

115 Neque obstat primò textus in *Cap. Dudum*. Responderi enim potest primò in eo non dici confessiones fuisse nullas, sed animas esse deceptas damnabiliter: non quidem ex parte earum, quia re ipsa manebant absolutæ, sed ex parte Parochi, qui sciebat se verum Parochum non esse. Responderi potest secundo in casu textûs non dari errorem communem, qui debet esse justus, & probabilis; & in eo impedimentum erat notorium, ac proinde aut non dabatur error; aut, si quis dabatur, crassus, & supinus erat.

Non obstat *secundò*, quòd carens vero titulo non habeat jurisdictionem; dicendum enim est eam habere collatam à jure in textibus citatis, supposito communi errore, & titulo putativo. Neque verum est excommunicatum, si communi errore putetur non excommunicatus, & alioqui habeat titulum putativum, non posse alium excommunicare. Textus in *Cap. Audivimus*, & in *Cap. Didicimus* non procedit in his terminis, sed loquitur absolutè de notorio excommunicato, ut cum communi Doctorum tenet *Sanch. cit. n. 34.*

116 Quæres primò: Utrùm tradita doctrina habeat verum non solùm quando Sacerdos absolvit ex titulo colorato ordinario, sed etiam, quando absolvit ex titulo colorato delegato ad unam, vel alteram confessionem. Solùm valere in primo casu, & non in secundo. contendunt *Angelus L. Barbarius n. 2. ff. de offic. prætoris, Innoc. Cap. Cùm dilecta n. 1. de rescript. versu Sed dices, Imola C. Sciscitatus, de rescrip. n. 17. Alexander cons. 77. n. 7. l. 2. & alii.* Probatur, quia jura solùm approbant hujusmodi actiones ad communem utilitatē; hæc autem non visitur in delegato ad unã, vel alteram confessionem dumtaxat.

Angelus
Innocent.
Imola
Alexand.

117 Nihilominus oppositum est probabilius, quia textus in *Cap. Infamis* loquitur absolutè de delegato, ibi *Si servus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam daret, &c.* Neque obstat quòd publica utilitas non dependeat à valore unius vel alterius absolutionis particularis; licèt enim non dependeat à valore illius sumptæ quoad exercitium, dependet à valore ejus potestatis, hæc enim delegatur communi authoritate *L. 3 ff. de*

Cap. Infa.
Lex 3. juris.

jurisdictione omnium judicum: & sua Reipublicæ interest delegationes esse validas. & posse per eas cuilibet justitiam, & Sacramenta validè administrare, ut cum *Ugolin. de cens. tab. 1. c. 2. §. 22. n. 3. Ant. Gabr. to. 3. comm. l. 1. t. de prob. conc. 3. n. 31. Bald. l. 2. n. 1. Cap. de sent. & interloc. Marian. Cap. Fraternit. col. 5. de Haret. Henriq. l. 5. cap. 14. n. 4. Ledesm. 2. p. 4. q. 24. a. 3.* & aliis quamplurimis ingeniosè advertit *Sanch. 3. de matr. dsp. 22. n. 16. & 39.* Ugolinus. Ant Gabri. Baldus. Marian. P. Henr. Ledesma. P. Sanchez.

118 Quæres secundò, quid dicendum, quando communi errori, & titulò putativo subest impedimentum juris divini, quia solùm putatur Sacerdos, & in re verus Sacerdos non est: aut quando subest impedimentum juris naturalis, quia putatur homo sanæ mentis, cùm reipsa careat usu rationis, &c? Adhuc valere absolutionem existimat *Mascard. de probat. concl. 649. n. 14. Iason. L. Barbarius n. 64. Ripa de remediis ad curandam pestem §. Sed quia usu videmus n. 45. & alii.* Sed dicendum cum communi apud *Sanch. n. 27.* non valere, qui jus positivum humanum non potest supplere divinum, aut naturale, illudque conferre: ergo, &c. Mascard. Iason. Ripa. P. Sanch.

§. II.

Utrùm titulus coloratus prosit etiam scienti ejus falsitatem?

119 *Opinio negativa.*
120 *Asseritur probabilior sententia affirmativa.*
121 *Dissolvuntur fundamenta contraria.*

119 SEcundà difficultas in hac materia esse potest: Utrū valeat absolutio etiam respectu scientis titulum sui Confessarii non esse verum, sed solùm coloratum? Negant *Navar. sum. c. 9. Hisp. n. 7. Lat. n. 10. Sylvest. verbo Confessor 1. Tabie. verbo Confessio 2. q. 23. n. 25. Covar. in Cap. Alma mater. 1. p. §. 6. n. 8. versu Ex his colligitur Tiraquel. post leges connub. t. de son mary glos. 8. n. 159. & alii plures.* Et probatur *primo*, quia jus in casu tituli colorati dat jurisdictionem in favorem accedentis bona fide & cum ignorantia ad judicem existimatum, ne scilicet absque culpa sua frustretur valore actus. ut constat ex *L. Barbarius*, ibi: *Quamdiu latuit*: & ex *Cap. Infamis*, ibi: *Dum putaretur liber, &c.* At accedens conscius impedimenti Confessarii non accedit bona fide, & reus est culpæ: ergo, &c. *Secundò*, quia ratione comperta cedit opinio veritati *Cap. Consuetudo d. 8.* ibi: *Propter quod relicto errore sequamur veritatem, &c.* Ergo error communis nihil proderit conscio veritatis. Navarr. Sylvest. Tabiena. Covar. Tiraquel. Lex Barbarius. Cap. Infamis. Cap. Consuetudo.

Tertiò, quia Sacerdos absolvendo peccat, ut constat ex *Cap. Dudum 2. de electione*. Et ratio est, quia usurpat sibi judicium, & utitur jurisdictione incommodis quasi extorta, & non liberaliter donata, ut cum communi Doctorū docet *Hurt. disp. 10. diff. 6.* Ex quo sequitur etiam accedentem ad illum peccare peccato inductionis, seu scandali: quoties autem in confessione peccatur, ipsa confessio nulla est. *Quartò*, quia saltem quando pœnitens est conscius excommunicationis occultæ sui Confessarii, non potest cum illo communicare; ac proinde ejus confessio cum illo est illicita: ergo & invalida. Cap. Dudum. P. Hurtad.

120 Nihilominus probabilius est, etiam respectu scientis impedimentum confessionem esse validam. Ita *Sua. t. 5. in 3. p. d. 14. sect. 2. Bonac. de matr. q. 2. p. 8. n. 35. Chamerota de Sacr. tr. 7. de Barbosa. conf. dub. 22. Barbos. de potest Episc. alleg. 25. n. 41. Sanchez in selectis disp. 94. n. 3. Sanch. 3. l. de matr. disp. 21. n. 42. & 46. Bossius sect. 3. casu 2. n. 151. aliique quamplures.* Et probatur, quia jura in casu tituli colorati solùm attendunt errorem cōmunem, & non curant scientiam hujus, vel illius particularis: imò hic est stylus omniū legum; non enim considerant quæ in particulari casu contingunt, sed communiter accidentia. *L. Nam ad ea ff. de legibus.* Et confirmatur, quia quando error non est communis gesta non valent respectu hujus, vel illius ignorantis: ergo similiter quādo error est cōmunis, gesta valebunt etiā respectu hujus, vel illius scientis. P. Suar. Bonac. Chamer. Barbosa. Ioā. Sanch. P. Sanch. Bossius. Lex Nam ad ea.

121 *Ad primum* respondetur, jus in casu tituli colorati solùm attēdere favorē erroris cōmunis, non obstante sciētia hujus vel illius particularis. *Ad secundum* respondetur opinionem, quando sola est particularis, cedere veritati: non autem quādo opinio & error est communis, tunc enim non cedit veritati particulari. *Ad tertium* concedo accedētem ad talem cōfessionē sine causa rationabili peccare, & cōsequenter facere confessionē nullā: peccare, inquā, quia quoties cōmode possumus, tenemur impedire peccatū proximi. A iter dicendū de accedēte ad illū cū rationabili causa,

causa, quia nimirũ nõ est alius cõfessarius, & datur necessitas communicandi ob præceptum, vel justam utilitatem: nam nemo tenetur impedire peccatum alterius cum suo damno.

Ad quartum: Aut Confessarius non est denunciatus, & sic pœnitens non tenetur illum vitare; nam post *Concilium Constantiens.* nemo tenetur vitare excommunicatum, nisi solùm denunciatum, aut notorium Clerici percussorem, ut tenet *Palacios 4. d. 6. q. 3. post. 4. concl. f. 164. Sot. lect. 6. de conf. §. Quod verò dicimus, Henriq. l. 7. de indul. c. 32. Lopez 1. p. instr. c. 38. §. Quando pœnitens, Driedo l. 3. de libert. Christ. c. 7. Vgolinus de censur. tab. 2. c. 10. §. 2. n. 3.* cum communi Doctorum apud *Sanch. loco citato n. 32. & 46.* Aut est denunciatus, & sic pœnitens accedens absque necessitate peccat, quia inducit Confessarium ad peccandum, & communicat cum illo in occulto cùm sciat esse in occulto excommunicatum: accedens tamen cum necessitate non peccat, quia non tenetur cum incommodo suo impedire peccatum Confessarii, nec illum vitare in casu præcepti vel necessitatis. Ita *Sanch. n. 46. Aversa de matr. q. 6. sect. 3. §. Item fatendum est.*

Palacios
Sotus.
P. Henriq.
Lopez
Driedo
Ugolinus
P. Sanchez
P. Sanchez
Aversa

§. 2.

An sufficiat error communis sine titulo?

122 *Refertur opinio, quæ affirmat.*
123 *Præfertur opinio, quæ negat.*
124 *Enodantur argumenta primæ opinionis.*

122 TErtia difficultas: An valeat absolutio, quando solùm datur error communis sine titulo à legitimo Superiore collato, sed à populo? vel, quia Sacerdos per vim se intrusit? Valere existimant *Iason l. Præscriptione n. 26. C. Si contra jus. Felin. serm. de indulg. versu Cæterùm de indulgentiis Episc. Anton. Gomez in exposit. Bullæ c. 4. n. 32. Mascard. de probat. concl. 649. n. 4. Bart. L. Barbarius 1. lect. n. 7. Ancharanus Clement. fin. de pœnit. Abbas in Clem. Dudum de sepult. n. 25. Flaminius l. 7. de resignat. benefic. q. 24. n. 49.* quibus accedunt *Morla in emporio juris tit. 11. q. 12. Barbosa cit. allegat. 25. n. 19. Basilius Pontius l. 3. de matrim. c. 20. Ioannes Sanchez in selectis disp. 44. n. 3. Diana 3. p. tr. 4. resol. 122. Molfes. in sum. t. 1. tr. 7. c. 13 n. 21. Leander tract. 5. disp. 5. q. 81.* & alii, omnes asserentes cõmunem errorem cum possessione officii, licèt non detur titulus, sufficere ad valorem non solùm absolutionis, sed etiam aliorum gestorum.

Iason
Felinus
Ant. Gom.
Mascardus
Bartolus
Ancharan.
Abbas.
Flaminius.
Morla
Barbosa
Pontius
Ioã Sanch.
Dian
Molf.
Leander.

Probatur *primò* ex *Cap. Querelam §. Nos igitur de electione*, ibi: *Cùm nobis constiterit, quòd populus in quasi possessione præsentandi clericum existebat, quando ipsum Presbyterum ad illam elegit* Et *Cap. Consultationibus, de jure patronatus*, ibi: *Institutus ad præsentationem illius, qui ejusdem credebatur esse patronus, & postea jus patronatûs alius evicerit in judicio, institutus non debet ab ipsa propter hoc removeri, &c.* In quibus textibus solùm ponderatur possessio officii, & error communis: ergo, &c.

Cap. Querelam
Cap Consultationibus

Secundò, quia tabellio committens delictum perdit officium & titulum, ejus tamen gesta & instrumenta cum communi errore sunt valida, *Authentica de tabellionibus*, ibi. *Tunc subjacet pœnæ tabellio, ipsis tamen documentis propter utilitatem contrahentium non annullandis, &c.* Et confirmatur, quia ibi interdicitur tabellioni, ne alteri instrumentorum confectionem deleget, ac proinde eo delegante, delegatus caret titulo: & tamen ibi deciditur valere instrumenta à delegato confecta: ergo, &c.

Authens. De tabell.

Tertiò, quia negari non potest jurisdictionem acquiri præscriptione, *Cap. Duo simul, de officio Ordinarii, & Cap. Cùm contingat, de præscriptionibus, adjunctis glossis ibidem.* Item negari non potest acquiri consuetudine, *Cap. Cùm contingat, de consuetudine, Cap. Romana, de officio Ordinarii in 6.* & aliis pluribus apud *Sayrum de censuris l. 1. c. 6. n. 31.* Quibus in eventibus jurisdictio acquiritur absque titulo collato à legitimo Superiore, sed solo tempore, & antiqua possessione: at error communis non est minùs potens, & collativus jurisdictionis, quàm ipsum tempus, & possessio: ergo &c.

Caput Duo simul
Cap. Cùm contingat.
Cap. Cum contingat
Cap. Romana.
Sayrus

Quartò, quia opinio probabilis dat jurisdictionem, ut constat ex præcedenti sectione diffic. 6. & cum pluribus docet *Ioannes Sanchez loco citato.* Ergo à fortiori error communis. *Quintò*, quia jura in *L. Barbarius, & Cap. Infamis*, quando adest titulus, concedunt jurisdictionem ob publicam utilitatem, & quia aliàs gravissima incommoda & scandala sequerentur. At hæ duæ rationes etiam militant,

Ioã Sanch.
Lex Barbarius.
Cap Infamis.

litant, quando datur error communis sine titulo, nam tunc etiam datur eadem publica utilitas, & aliàs, si absolutiones, matrimonia, &c. collata à Parocho communi errore putato, essent nulla, sequerentur gravissima incommoda & scandala: ergo, &c.

131 Nihilominus dicendum existimo non sufficere errorem communem, nisi detur titulus à legitimo Superiore collatus. Ita *Suar. to. 5. in 3. p. disp. 14. sect. 2. Lessius l. 2. cap. 29. dub. 8. Fagund. pr. 1. l. 7. cap. 2. Avila de cens. p. 2. cap. 6. d. 6. dub. 7. Homob. de exim. Eccles. p. 1. tr. 5. cap. 3. q. 20. Reginald. in praxi t. 1. l. 1. cap. 8. dub. 9. n. 98. Megala in 1. p. l. 5. c. 19. n. 12.* & alii Doctores pene infiniti, quos citant, & sequuntur *Sanch. proximè n. 49.* ubi dicit contrariam sententiam nō esse probabilem, *Garcia de benefic. p. 5. cap. 4. num. 281: & Bossius proximè num. 153. Barbosa* sibi contrarius proximè *suo num. 62.*

P. Suar. P. Lessius P. Fagūd. Avila. Homob. P. Regin. Megala. P. Sanch. Garcia. Bossius. Barbosa.

Fundamentum est, quia quando in casu proposito intervenit error, solum jus commune est, quod confert jurisdictionem, idque in illis textibus *L. Barbarius, & Cap. Infamis:* at in illis textibus solùm confertur jurisdictio, quando titulus accipitur à Superiore legitimo, ut ipsi textus exprimunt in *L. Barbarius*, ibi: *Cùm populus Romanus etiam servo potuisset decernere hanc potestatem, &c.* & in *Cap. Infamis*, ibi: *Servus dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dedit, &c.* Quibus in textibus semper ponderatur, quòd titulus fuerit collatus à Superiore legitimo: ubi ergo iste desideratur, quis, quæso, jurisdictionem confert? Certè non jura in textibus allegatis, cùm ea non conferant, nisi quando titulus à legitimo Superiore est collatus: ergo, &c. Et hoc ita fuisse decisum in quadam *Abulensi Parochialis 5. Junii anno 1595* coram domino Orano, refert *Garcia citatus*, ubi affert ipsam decisionem de verbo ad verbum.

Garcia.

124 Neque fundamenta opinionis contrariæ oppositum suadent; dicendum enim est non solum absolutionem, sed etiam alia gesta à non habente titulum, esse invalida. *Ad primum* respondetur textum in *Cap. Querelam*, & textum in *Cap. Consultationibus* procedere in casibus, in quibus jus non resistit possessioni; tunc enim jus habet se per modum Superioris scientis, & tacentis: scientia autem, & patientia Superioris operatur consensum, ac proinde titulum præsumptum, qui cum communi errore sufficit ad valorem actuum, eadem *L. Barbarius*, & *Cap. Infamis*. Nostra verò quæstio procedit, quando jus resistit, nec aliunde datur titulus, sed sollus error.

Cap. Querelam. Cap. Consultationibus. Lex Barbarius. Cap Infamis.

Ad secundum respondetur primò Tabellionem ob delictum perdere officium, & titulum verum, non tamen coloratum, si eum accepit à Superiore legitimo, & datur error communis. Ad confirmationem dicendum est delegationem prædicti Tabellionis esse ab habente titulum coloratum, ac proinde valere: non nego prohiberi *Authenticâ citatâ*, sed dico non annullari.

Respondetur secundò esse specialem rationem in Tabellione, necnon in Notario, & in testibus, qui communi errore putantur habiles, cùm non sint: est, inquam, specialis ratio, quia hi non habent jurisdictionem, sed sunt meri testes certa quadam juris solennitate approbati: ad valorem autem eorum, quæ jurisdictionis non sunt, sufficit error communis; titulus solùm requiritur ad valorem eorum, quæ sunt jurisdictionis. Et hæc eadem solutio applicanda est ad *Legem 1. Codice de testamentis*, & ad *Legem 2. de sententiis interloquutoriis, ad finem*, & ad *Legem Ad testium §. 1. de testamentis*, in quibus deciditur valere actum approbatū per testes, qui communi errore putantur habiles, licèt habiles non sint.

Lex. 1. Lex. 2. Lex Ad testium.

Ad tertium de possessione, & præscriptione, respondendum est ipsas conferre jurisdictionem ex eo quòd illis jus non resistat; nam tunc, ut diximus, habet se jus per modum Superioris videntis, & tacentis: scientia autem, & patientia Superioris dat titulum præsumptum, qui cum cōmuni errore sufficit ad valorem actuum, ut constat ex dictis.

Ad quartum dicendum est opinionem probabilem non conferre jurisdictionem, nisi in eo sensu, quo eam confert error communis; nimirum tunc solùm, quando adest titulus à legitimo Superiore collatus.

Ad quintum respondetur imprimis, quando adest titulus, & quando non adest titulus, non dari eandem publicam utilitatem; nam, si jura, quando non adest titulus, faverent communi errori, nimia fieret licentia intrusis, & illis pateret locus amplior, quod est contra publicam utilitatem. Deinde, licèt in utroque casu,

eadem esset utilitas publica, adhuc non convinceret argumentum: nam in iis, quæ dependent à dispositione juris, non sufficit dari utrobique eandem rationem, si utrobique de facto non detur eadem dispositio: aliud enim est dari utrobique causã ad eandem dispositionem, aliud dari ipsam eandem dispositionem, hæc cũ sit libera, potest non dari in utroq; casu, licèt in utroq; detur eadẽ causa ad illam.

Non obstat præterea sequi gravissima incõmoda ex nullitate gestorum per Parochum intrusum cum communi errore: nam etiam ex nullitate gestorum per illũ, si fingat se Sacerdotem, cùm non sit, sequerentur eadem incommoda, & tamen Christus Dominus non dat valorem taliter gestis: nihil ergo mirum quòd Ecclesia Christũ imitata non det valorem gestis per intrusum, licèt inde sequantur gravissima incommoda. Et confirmatur, quia aliàs Ecclesia teneretur authorizare matrimonia celebrata cum assistentia Parochi intrusi communi errore putati Sacerdotis, licèt talis non sit: at hoc vel ipsi adversarii nõ concedũt.

§. 3.

Utrũ sufficiat titulus collatus à Superiore cũ vitio ex parte formæ?

125 *Fundamenta partis negativæ.*
126 *Statuitur pars affirmativa.*
127 *Diluuntur argumẽta partis negativæ.*

125 QUarta difficultas: Quid dicẽdum, quando titulus quidẽ est collatus à Superiore legitimo, sed cum vitio ex parte formæ, eo quòd defecerit solemnitas in jure præscripta: eruntne tũc validæ absolutiones, & gesta? Negat *Sanchez de matr. d. 22. n. 53. Bartolus L. Actuarios n. 3. Mascard. de probat. concl. 649. n.* 50. 85. 94. *Iason. L. Barbarius n. 51. Corsetus in singular. versu Error communis, Albertus in L. Barbarius n. 12. & alii.* Probatur ex *Lege Actuarios, Codice de numulariis l. 12.* ubi dicitur actuarios esse ordinandos secundùm consuetudinem antiquam, aliter vitiari, & irritari eorum gesta.

P. Sanch. Bertholus Mascard. Iason Corsetus. Albertus. Lex Actuarios.

126 Nihilominus probabiliùs dicendum videtur valere. Ita *Garcia proximè num. 290. & Bossius n. 160.* Probatur primò, quia in *Lege Barbarius*, & in *Cap. Infamis* solùm requiritur error communis, & titulus à legitimo Superiore collatus, & parum refert quòd collatio fuerit nulla vitio personæ, aut vitio formæ. Secundò, quia vitium surreptionis, & simoniæ æquivalet vitio formæ; ut tenet *Garcia citatus*; & tamen gesta per eum, qui à Papa provisus est per surreptionem, similiter gesta per eum, qui simoniacè obtinuit beneficium, si detur error communis, sunt valida, ut docent *Innocentius, Henriquez, & Suar. apud Garciam proximè.* Tertiò, quia confirmatio Episcopi non canonica est nulla ex parte formæ, & tamen gesta per eum sic cõfirmatũ, si detur error cõmunis, bene habent, ut tenet *Baldus in Margarita verbo Episcopus 2. Bertachinus de Episc. 3. p. 2. principalis 3. l. 18. q. & Lambertus de jure patrŏnatus 3. p. 2. libro q. 2. a. 13. n. 4.*

Garcia Bossius Lex Barbarius. Cap. Infamis. Innocent. P. Henriq. P. Suar. Baldus. Bertach. Lambert.

127 Neque obstat *Lex Actuarios*, nam in eà solùm præcipitur, ut exactores regiæ pecuniæ tales non sint, nisi accepto titulo à Principe, ut erat antiqua consuetudo; aliter annullantur eorũ facta, non quidem vitio formæ, sed defectu tituli à legitimo Superiore. Et eadem solutio applicanda est ad *Legem Iniis, Codice de diversis officiis l. 12. cum Garcia proximè num. 297.*

Lex Iniis Garcia.

DISPUTATIO SECUNDA

De Approbatione in ministro requisita.


Runt sectiones quatuor. Prima: Qui, & ad quorum confessiones indigeant approbatione Episcopi? Secunda: A quo Episcopo habenda sit approbatio? Tertia: Qualis requiratur, & sufficiat? Quarta: An Episcopus possit negare approbationem justè petenti, aut eã semel concessam revocare?

SECTIO PRIMA.

Quid, & ad quorũ confessiones indigeant approbatione Episcopi?

128 *Præmittitur decretũ Concilii Tridentini.*
129 *An in hoc decreto aliquid innovetur circa confessiones Regularium?*
130 *Utrùm Equites D. Iacobi, Christi, Calatravæ, & similes possint confi-*

confiteri cuilibet Sacerdoti de licentia Prælati sui Ordinis?

131 *Quid de Monialibus?*

132 *Qui in decreto Tridentini veniant nomine habentis beneficium parochiale?*

128 UT clarior toti disputationi fiat locus, præmittendum est decretum *Cõcilii Trid. sess. 23. c. 15. de reformatione*, ibi: *Decernit Sancta Synodus nullum, etiam Regularem, posse confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopis per examen. si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat; privilegiis, & consuetudine quacunque, etiam immemoriabili, non obstantibus.*

Concil. Trident.

129 Ex hoc decreto constat primò, nihil in eo innovari circa confessiones Regularium, sive viri sint, sive fœminæ, nam Concilium solùm loquitur de confessionibus Sæcularium. Unde, non obstante hoc decreto, poterit quilibet Regularis de licentia sui Prælati confiteri cuilibet Sacerdoti Regulari, vel Sæculari non approbato. Et ita cum communi Doctorum docent *Suarez disp. 28. sect. 4. Lugo disp. 21. n. 2. Molfes. tr. 7. c. 14. num. 60. Hurt. disp. 10. diff. 16. Lezana in sum. c. 18. n. 27. Vasquez q. 93. a. 3. dub. 3. n. 5. Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. c. 1. q. 15. Campanilis rubr. 12. c. 13 Coriolanus de casibus reserv. 1. p. sect. 3. a 16. Reginald. l. 1. n. 41. Ioannes Sanch. in selectis disp. 49. n. 2. Miranda in manuali Prælat. t. 1. q. 45. a. 11. concl. 2.* & alii. Et de hoc extat expressa constitutio *Clementis VIII.* quam refert *Quaranta in summa Bullarii verbo Confessor.*

P. Suarez. P. Lugo. Molfesius. P. Hurt. Lezana. P. Vasq. Homob. Campanil. Coriolan. P. Reginal. Ioã Sãch. Mirand. Quaranta.

130 Utrùm etiam Equites Christi, D. Ioannis, D. Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & similes possint confiteri cuilibet Sacerdoti de licentia Prælati sui Ordinis? Affirmat *Sanch. in selectis disp. 49. n. 10.* cui consentire videtur *Barbosa d. allegat. 25. n. 75.* Probatur, quia hi Equites sunt verè Religiosi, ut communiter docent Doctores *Sanchez in Decal. l. 4. c. 16. n. 11. Cenedus tr. de paupert. Relig. dub. 6. num. 12. & sequent. Basilius Pontius in tr. de impedim. matrim. c. 27. q. 2. §. 4. Diana 1. p. tr. 2. de immun. Eccl. resol. 50. Navar. l. 3. consilior. titulo de convers. conjugat. cons. 2. Covarr. in 4. p. decreti 2. p. c. 3. §. 1. Corduba in sum. q. 178. Ramirez de fundatione Ordinis D. Iacobi c. 1. n. 20. Henriquez l. 11. c. 8. n. 6. Azor l. 13. c. 6. quæst. 4. Oterus in quæst. 1. p. quæst. 10. Sayrus in clav. regia l. 6. c. 9. n. 10. Sa, verbo Religio num. 41. Garcia t. 1. de benefic. p. 1. c. 4. n. 3. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 48. Rodriguez in Bullam §. 9. n. 132. & in sum. t. 1. cap. 239 num. 2. Avendanno de exequend. mandat. 2. p. c. 26. n. 11. Salzedus in pract. regul. 521. Belluga in speculo principis c. 1. rubr. 7. num. 7.* His tamen non obstantibus, respondendum videtur negativè, quia in contrarium est communis praxis, & Ecclesiæ consuetudo.

Ioã Sãch. Barbosa. P. Sanch. Cenedus. Pontius. Diana. Navar. Covarrub. Corduba. Ramirez. P. Henriq. P. Azor. Oterus. Sayrus. P. Sa. Garcia. Lopez. Rodriguez. Avendanno. Salzedus. Belluga.

131 Dixi (non obstante hoc decreto) quia aliunde non possunt Moniales confiteri, nisi Sacerdotibus ad earum confessiones specialiter ab Ordinario loci approbatis, ut est expressum in *Constitutione de exemptorum privilegiis* edita à *Gregor. XIII.* quæ incipit: *Inscrutabilis, &c.* & in pluribus declarationibus sacræ Congregationis Concilii, quas refert *Novarius in lucerna Regularium, verbo Confessarius, & Barbosa cit. n. 71.*

Novarius. Barbosa.

Secundò constat nullum Sacerdotem posse audire confessiones Sæcularium, nisi aut habeat parochiale beneficium, aut sit ab Episcopo approbatus. Tertiò constat ad approbationem debere præmitti judicium Episcopi, quo aut per examen, aut alio modo judicet Sacerdotem esse idoneum.

132 Nonnulla modò supersunt discutienda. Primum: Qui veniant nomine habentis beneficium parochiale, nam hi non indigent approbatione Episcopi. Secundum: An præter hos alii omnes indigeant approbatione Episcopi? Et hæc duo tractanda sunt in præsenti sectione, relictis aliis in subsequentes.

Prima ergo difficultas est: Qui veniant nomine habentis beneficium parochiale? Et certum est imprimis intelligi eos, qui habent superiora beneficia curata, ut sunt Episcopi, Archiepiscopi, & aliqui magni Abbates habentes jurisdictionem Episcopalem. Item Archipresbyteri, & Archidiaconi, quorum dignitates habent annexam curam animarum, quia de his est eadem imò maior ratio, & in similibus sub inferiori includitur, quod superius est. Ita *Suar. disp. 28. sect. 4. num. 3. Barbosa proximè num. 17. Diana 1. p. tr. 11. resol. 3. Bossius de jubilæo s. 3. casu. 2. n. 31.*

P. Suar. Barbosa. Diana. Bossius.

§. 1.

Utrùm Prælati Monasteriorum possint audire confessiones Sæcularium absque approbatione Episcopi?

133 *Pars affirmativa.*
134 *Eligitur resolutio negativa, & satisfit fundamento opinionis contrariæ.*

133 SOlùm dubitari, & quæri potest primò: An etiam intelligantur Prælati Monasteriorum, qui licèt non habeant annexam curam Sæcularium, habent curam Subditorum Regularium? Partem affirmativam defendunt nonnulli magistri Salmanticenses, *Mansius, Gallus, Banhes,* & alii ex Dominicana familia consulti de hac re, quibus accedunt *Valerus verbo Nullitas diff. 5. versu Quintò fallit. Salas in quadam lectura quoad habentes Bullam Cruc. Henriq. l. 6. c. 6. §. 2. lit. C. & l. de indulg. c. 22. n. 3. Ludovic. à Cruce in exposit. Bullæ Cruciatæ disp. 1. cap. 2. d. 11. n. 8. Diana 2. p. tr. 2. miscel. resol. 44. & 5. p. tr. 12. resol. 51.* Eam practicè probabilem dicit *Bossius sect. 3. casu 2. §. 2. n. 53. in fine versu Dixi probabilius.* Probatur, quia nomine habentis beneficium parochiale videntur intelligi omnes illi, qui ratione officii, seu dignitatis habent annexam curam animarum, & ita se habent Prælati Monasteriorum, & à fortiori Provinciales, Generales, &c. Et declaratur, quia idcirco *Tridentinum* non requirit aliam approbationem in habentibus parochiale beneficium, quia sufficienter censentur idonei illi, quibus cum officio, & dignitate demandata est cura animarum; & ita se habent prædicti Prælati, imò hi tum moribus, tum literis solent esse digniores, quàm Beneficiati Sæculares. Utrùm etiã idem dicendum sit de Viceprælatis, & Vicariis? Iidem Doctores respondent affirmativè, & quidem cohærenter, ut plenius videbimus disputatione sequenti.

Mansius
Gallus
Banhes
Valerus
P. Salas
P. Henr.
Ludov. à Cruce
Diana.
Bossius.

134 Nihilominus probabilior est resolutio negativa, quam tenet *Suar. disp. 28. sect. 4. n. 21. Rodriguez in explicatione Bullæ §. 9. dub. 1. n. 4. Tamburinus to. 2. d. 6. q. 17. Fagund. pr. 2. l. 7. cap. 2. num. 39. Bossius sect. 3. casu 2. num. 53. Lugo disp. 21. sect. 1. n. 10. Barbosa de potest Episcopi alleg. 25. num. 54. versu Utrùm.* Quibus accedit *Manrique in quæstion. moral. p. 2. q. 118. n. 3. & sequentibus.* Probatur, quia hujusmodi prælatura neque videtur propriè beneficium, neque dicitur parochiale juxta intentionem *Tridentini*, quæ est solùm loqui de beneficiis, iisque habentibus annexam curam Sæcularium, & non Regularium. Et hoc ostenditur primò communi praxi, quæ est optima legum interpres, non enim solent Prælati Monasteriorũ exponere se ad audiendas confessiones Sæculariũ absque approbatione Episcopi, neq; Episcopi id permittunt. Secundò, quia est diversa ratio de Sæcularibus, ac de Regularibus, nam Sæculares habent cõscientias magis implicatas, & difficiles; unde quibus eorum cura demandatur, ipso facto magis idonei censentur quoad confessiones excipiendas, quàm ii, quibus solùm demandatur pura cura Regularium. Ex quo patet solutio fundamẽti opinionis contrariæ.

P. Suar.
Rodrigues
P. Tambur.
P. Fagũd.
Bossius
P. Lugo.
Barbosa
Manriq.

§. 2.

An saltem id possint Prælati Monasteriorum habentium annexam curam Sæcularium?

135 *Aperitur status quæstionis, & jaciuntur fundamenta opinionis affirmativæ.*
136 *Præeligitur opinio negativa, & diriminatur fundamentum contrarium.*

135 QUæri potest secundò: An saltem intelligãtur Prælati Monasteriorum habentium annexam Parochiam, & curam Sæcularium, sed non jurisdictionem Episcopalem in illos; imò eorum Parochia est subjecta visitationi Ordinarii? Venire hos nomine habentium beneficium parochiale, & consequenter posse audire confessiones Sæcularium absque approbatione Episcopi, existimant *Medina, & Banhes apud Henriquez l. 6. cap. 6. §. 2. lit. E. Valerus verbo Nullitas diffic. 5. num. 3. Salas lectura quoad habentes Bullam Cruciatæ, & alii citati suprà n. 133.* quia revera hi Prælati habent beneficium parochiale, cui scilicet annexa est cura Sæcularium.

Medina.
Banhes
Valerus
Salas

136 Nihilominus probabilior est contraria resolutio negativa, quã cũ communi tenent *Bossius citatus n. 53.* ubi dicit eam certam

certam videri. Probatur imprimis communi praxi. Deinde, quia hoc beneficium non est acceptū ab Episcopo, & *Tridentinum* nomine beneficii parochialis intelligit solū acceptū ab Episcopo: Primò, quia illud æquiparat approbationi, & ea sola approbatio sufficit, quæ accipitur ab Episcopo. Secūdò, quia aliàs Generalis, vel Provincialis cōstituens tales Prælatos, eos approbaret. Decisum autem est, ut refert *Barbosa citatus suo n. 18.* nullū præter Episcopum se interponere posse in iis, quæ spectant ad approbandos Sacerdotes quoad confessiones Sæcularium. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ. Barbosa

§. 3.

An qui renuntiavit beneficio, possit adhuc audire confessiones Sæcularium? &, An habens beneficium in una Parochia, possit audire cōfessiones in alia?

137 *An intelligatur ille, qui renuntiavit beneficio parochiali, aut illo ipso jure privatus est?*

138 *An habens beneficium parochiale possit audire confessiones non subditorum.*

137 Quæri potest tertiò: An intelligatur ille, qui renuntiavit beneficio parochiali, aut eo propter aliquod crimen ipso jure privatus est? Affirmant *Gutter. l. 1. canon. quæst. c. 27. n. 21.* Respondendum negativè cum *Hurt. d. 10. diff. 16. Suar. d. 28. sect. 4. n. 10. Henriquez l. 6. c. 6. §. 3. circa finem, Vivaldo in suo candelab. de confessione n. 27. concl. 2. Fagundez pr. 2. l. 7. c. 2. n. 38. Torreblanca disp. 14. c. 2. n. 18. & sequent. Leone de jubilæo p. 2. q. 9. n. 21. Reginaldo t. 1. l. 1. c. 16. n. 190. Filliuc. t. 1. tr. 7. c. 9. n. 157. Rodriguez in addit ad Bullam §. 9. n. 4. Villalobos t. 1. tr. 27. clauf. 9. §. 1. n. 4. Cruz in directorio conscientiæ p. 2. de pœn. q. 5. d. 8. Florono de casibus reservat. 1. p. c. 4. §. 12. n. 7. Bonacina de pœn. disp. 7. q. 5. p. 4. §. 1. n. 24. Barbosa d. alleg. 25. n. 16. Lugo disp. 21. n. 8. Diana 1. p. tr. 11. resol. 8. & 5. p. tr. 12. resol. 47. Bossio sect. 3. casu 2. n. 56.* Probatur, quia iste postquam renuntiavit, aut beneficio privatus est, jam illud non habet: non ergo venit nomine illud habentis. Guttier. P. Hurt. P. Suar. P. Henr. Vivaldus P. Fagūd. Torreblāc Leo. P. Regin. P. Filliuc Rodriguez Villalobos Cruz Floronus Bonac. Barbosa P. Lugo. Diana. Bossius.

138 *Quæri potest quartò:* An habens beneficium in una diœcesi, in alia, & ubique veniat nomine illud habentis, ita ut possit audire confessiones non subditorum? Respondetur negativè cum *Hurt. disp. 10. diff. 17. Gutterres l. 1. canon. q. c. 27. n. 21. Florono de casibus reservatis p. 1. c. 4. §. 12. Rodriguez in Bullam Cruc. §. 9. n. 6. Homobono de exam. Eccles. tr. 1. c. 3. quæst. 15. Fernandez in exam. Theol. moralis p. 3. c. 9. §. 8. n. 1. Zerola in praxi pœnit. c. 16. quæst. 4. Bossio sect. 3. casu 2. n. 50. Barbosa d. alleg. 25. n. 18.* Probatur primò ex quadam declaratione Cardinalium, quam refert *Gutterres* his verbis: *An obtinens beneficium parochiale ubique sit censendus idoneus absque alia Episcoporum approbatione, ita quòd audire possit confessiones eorum, qui non habent hujusmodi privilegium, sed Parochorum consensum? Sacra Congregatio respondit non posse.* Secundò, quia Parochus unius diœcesis non habet jurisdictionem in oves alterius: ergo, &c. P. Hurt. Gutterres Floronus Rodrigues Homob. Fernādez Zerola Bossius Barbosa Gutter.

§. 4.

An Parochus possit committere confessiones Sacerdoti non approbato ab Episcopo?

139 *Proponitur opinio existimantium posse Parochum delegare in Sacerdotem non approbatum.*

140 *Proponitur negantium opinio.*

141 *Refutatur argumentum opinionis affirmativæ.*

139 Quæri potest quintò: An Parochus possit delegare in aliquem Sacerdotem non approbatum? Affirmat *Petrus de Ledesma t. 1. de Sacram. pœnit. c. 11. conclus. 5. Ludovicus de S. Iuan de pœnit. q. 7. art. 2. diffic. 12. Ioannes à Cruce in direct. conf. p. 2. de Sacram. pœn. q. 5. dub. 6. concl. 2. Item Medina, Orelhana, Mansius, & Gallus apud Henriquez l. 6. c. 6. litera F. Conrad. 1. p. respons. q. 66. Graff. l. 4. decis. aur. c. 15. n. 11. Bossius d. sect. 3. casu 2. n. 133.* Et hanc opinionem dicunt esse valdè probabilem *Campanilis rubr. 12. c. 3. n. 61. Barbosa alleg. 25. n. 25.* Ledesma Lud. de S Iuan. Ioā à Cruc Medina. Orelhana Mansius Gallus Conradus Graffis. Bossius. Campan. Barbosa

Probatur, quia hoc jus non videtur revocatum per *Trident.* nam *Tridentinum* solùm dicit, *Non obstantibus privilegiis, &* Trident.

quæcumque consuetudine: hoc autem jus non competebat Parochis ex mera consuetudine, aut privilegio, sed ex officio, & potestate ordinaria, ex qua omnis Ordinarius ipso jure potest delegare. Item competebat ex *Cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus*, ex quo id apertè colligitur.

Cap. Omnis

140 Nihilominus probabilior est resolutio negativa, quam tenet *Suar. disp.* 28. *sect.* 4. *n.* 12. *Petrus Fay in addit. ad* 3. *p. q.* 8. *ar.* 5. *disp.* 1. *Villalobos in summa t.* 1. *tr.* 9. *diff.* 49. *n.* 9. *Fagund. pr.* 2. *l.* 7. *cap.* 2. *n.* 42. *Ioannes Sanchez in selectis disp.* 48. *n.* 51. *Trullench in expositione Bullæ cruc. l.* 1. §. 7. *cap.* 1. *d.* 3. *n.* 15. *Filliuc.* 1. *p. tract.* 7. *cap.* 9. *n.* 250. *versu Quartò Parochus, Nugnus addit ad* 3. *p. q.* 8. *ar.* 5. *dub.* 6. *Coninck disp.* 8. *n.* 28. *Regin. In.* 10. 1. *l.* 1. *n.* 67. & 68. *Gambarupta de casibus reservatis cap.* 2. *n.* 19. *Valerus verbo Nullitas diff.* 5. §. 7. *fallit, & verbo Parochus diff.* 4. *n.* 4. *Regius in resp. cas.* 61. *n.* 2. *Fioronus de casibus reservat. p.* 1. *cap.* 4. §. 16. *n.* 4. *Zanardus in direct. p.* 1. *de Sacram. pœnit. cap.* 26. *Campanilis rubr.* 12. *cap.* 3. *Barbosa d. allegat.* 25. *n.* 25. *Diana* 3. *p. tract.* 4. *resol.* 110. & 146. *Bonac. q.* 7. *p.* 4. §. 1. *n.* 12. *Lugo disp.* 21. *sect.* 1. *Boss. sect.* 3. *casu* 2. *n.* 132. *Manrique* 1. *part. quæst. moral. q.* 8. *n.* 1. & *alii.* Et ita declaravit sacra Congregatio Concilii, ut referunt Doctores locis citatis.

P. Suar. Petr. Fay Villaloh. P. Fagũd. Ioã. Sãch Trullench P. Filliuc Nugnus P. Coninc P. Regin. Gãbarup. Valerus Regius Fieronus Zanardus Campan. Barbosa. Diana. Bonac. P. Lugo Bossius. Manrique Trident.

Ratio autem est manifesta, quia *Concilium Trident.* decrevit neminem posse audire confessiones Sæcularium, nisi aut habentem beneficium parochiale, aut approbatum per Episcopum; & intentum Concilii fuit tollere ineptos ad audiendas confessiones, qui per delegationem, ab ipsis Parochis absque approbatione Episcoporum exponebantur: si autem adhuc in iis posset delegari, frustraretur ipsum decretum: ergo, &c.

141 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur ex ipso decreto *Tridentini* clarè colligi illud intendere tollere prædictas delegationes in nõ approbatis, quia aliter frustraretur ipsum decretum, ut constat ex dictis.

§. 5.

An præter Parochos omnes alii indigeant Episcopi approbatione ad audiendas confessiones Sæcularium?

142 *Præter habentes beneficium parochiale omnes alii indigent Episcopi approbatione.*
Quid de S. Theologiæ Magistris? Ibid.
Quid de Cardinalibus? Ibidem.
Quid de Episcopo titulari? Ibidem.

142 Secunda difficultas: An præter habentes beneficium parochiale omnes alii indigeant approbatione Episcopi? Respondetur affirmativè, generaliter loquendo, quia *Tridentinum* loco citato loquitur generaliter, ut constat ex tenore decreti ipsius. Unde nullus, tametsi doctus, & egregiè literatus sit, etiam Lector Canonũ, & S. Theologiæ Magister; etiam Episcopus titularis, vel Cardinalis, aut constitutus in quavis alia dignitate non habente annexam curam animarum, poterit absque approbatione Episcopi audire confessiones Sæcularium. Ita *Suar. disp.* 28. *sect.* 4. *Hurtado disp.* 10. *diff.* 16. *Lugo disp.* 21. *n.* 1. *Coninck disp.* 8. *dub.* 7. *num.* 49. *Guttier. canon. l.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. *Rodriguez in explicat. Bullæ cruc.* §. 9. *n.* 4. *Menoch. de arbitr. casu* 465. *Ioannes de Solorzano de jure Indiarum t.* 2. *l.* 3. *cap.* 18. *n.* 29. *Henriq. l.* 3. *de pœnit. cap.* 6. §. 2. *Bossius sect.* 1. *casu* 2. §. 1. *n.* 32. *Barbosa de potest. Episc. alleg.* 25. *n.* 14. *Tamburin. de jure Abbatum t.* 2. *disp.* 6. *q.* 17. *n.* 1. *Filliuc. p.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *num.* 256. *Layman l.* 5. *tr.* 6. *cap.* 11. *n.* 2. *Fagund. pr.* 2. *l.* 7. *c.* 2. *num.* 68. & 69.

P. Suar. P. Hurtad P. Lugo. P. Coninc Gutterres Rodriguez Menoch. Solorzan. P. Henriq Bossius Barbosa. Tambur. P. Filliuc P. Laym. P. Fagũd.

§. 6.

An Regulares possint absolvere Sæculares, qui sunt ex eorum familia, absq; Episcopi approbatione?

143 *Refertur opinio affirmantium posse Regulares absolvere familiares, qui inserviunt eorum Monasteriis.*
144 *Explicatur vera resolutio.*
145 *Solvitur fundamentum contrariorum.*

143 Solùm dubitari, & quæri potest primò: An Regulares possint absolvere saltem Sæculares, qui inserviunt Monasteriis, & sunt de eorũ familia? Affirmant *Ioan. de la Cruz de stat. Relig. l.* 2. *cap.* 1. *dub.* 4. *Peirinus t.* 1. *privileg. Ordinis Min. in annotationibus ad const.* 8. *Iuli II. n.* 12. *Tamburin de jure Abba-*

Cruz. Peirinus Tamburin Clement. Religiosi

Abbatum t. 2. d. 6. q. 16. n. 4. Probatur ex *Clementina Religiosi §. Sanè, de privilegiis*, ibi: *Sanè Religiosis illis, quibus est ab Apostolica sede concessum, ut familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in Hospitalibus suis degentibus Sacramenta possint Ecclesiastica administrare, nullum ex premissis volumus quoad hoc prejudicium generari, &c.* Ubi notandum est privilegia inserta in corpore juris, non esse merè privilegia, sed habere vim legis; ac proinde illis non derogari per *Trident.* loco citato: nam *Tridentinum* solùm derogat privilegiis, & non legibus, ut pleniùs ex dicendis *num. 220.* constabit.

144 Nihilominus distinctione opus est: possumus enim loqui aut de Secularibus, qui sub clausura vivunt cum Regularibus sub eadem ferè regula, habitu, & obedientia; aut de illis, qui non vivunt sub clausura, sed inserviunt Monasterio, &c. Familiares primi generis, qui vivunt sub clausura, possunt absolvi ab approbato à Superiore Monasterii absque licentia Episcopi, sicut possunt absolvi alii Regulares ejusdem Monasterii, quia hi etiam veniunt nomine Regularium. Non ita alii familiares, qui non vivunt sub clausura. Ita docent *Armendariz in additionibus ad recap. legum Navarræ l. 4. tit. 28. l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno. Suar. tomo 4. de Relig. tract. 10. l. 9. cap. 4. num. 18. Bossius loco citato num. 32. Barbosa citat. num. 65. Lezana in summa cap. 18. num. 27. Ioannes Sanchez d. 49. Fernandez in exam. Theol. moralis p. 3. cap. 9. §. 8. num. 1. & alii* Et de hoc extat declaratio sacræ Congregationis 14. *Augusti anno* 1568. edita his verbis: *Prelati Regulares, & alii Religiosi Confessores non possunt audire confessiones Secularium, qui sunt de familia, & deserviunt ipsorum Monasteriis, absque approbatione, & licentia Episcopi: secùs tamen, si illi Seculares sint verè de familia, & continui commensales.*

Armend. P. Suarez Bossius. Barbosa. Lezana Jo. Sanch. Fernandez

145 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur *Clementinam Religiosi* non continere privilegium concessum Regularibus, sed illius tantùm mentionem facere, & declarare quòd illi non deroget; quod non tollit quominus ei per *Tridentinum* derogetur in illa clausula *non obstantibus privilegiis*: sicut derogatur & aliis à *Martino V. & à Leone X.* concessis ipsis Regularibus ad absolvendum familiares Monasterii absque licentia Episcopi, quæ referuntur à *Tamburino* loco citato. Et confirmatur, quia aliàs etiam Regulares post *Tridentinum* possent absolvere absque licentia Episcopi pauperes degentes in suis hospitalibus, nam *Clementina Religiosi* æqualiter loquitur de illis ac de familiaribus; & tamen hoc vel ipsi Adversarii non concedunt.

Trident.

§. 7.

An post Tridentinum aliquod subsistat privilegium ad audiendas confessiones Secularium absque approbatione Episcopi?

146 *An Tridentinum deroget privilegiis concessis, & concedendis?*

147 *An privilegia Regularibus concessa post Tridentinum subsistant?*

146 Quæri potest secundò: An Tridentinum per illam particulam *non obstantibus quibuscunque, privilegiis*, non solùm deroget privilegiis ante ipsum concessis, sed etiam concedendis in futurum? Respondetur solùm derogare privilegiis concessis; non enim ibi fit mentio de concedendis. Et hoc decretum est rigorosum, ac proinde restringendum. Ita *Tamburin. disp. 6. quæst. 17. numero 5.* Tambur.

147 Notandum tamen diligenter est omnia privilegia quibuscunque Regularibus concessa post Tridentinum ad audiendas confessiones Secularium absque approbatione Episcopi, qualia sunt illa, quæ cõtinentur *in Bulla Pii V.* quæ incipit *Etsi Mendicantium*, edita *anno* 1571. & alia, revocata esse ab ipso met *Pontifice Pio* per illam, quæ incipit *Romani*, editam eodem anno, & per *Gregorium XIII. In tanta rerum, & negotiorum mole, anno* 1573. & novissimè per constitutionem *Urbanis VIII.*, editam *anno* 1628 quæ incipit *Cùm sicut accepimus*; omnes apud *Cherubinum* 4. *tomo Bullarii.* Cherub.

(✠)

§. 8.

An subsistat privilegium indultum Religiosis nostræ Societatis ad audiendas confessiones Sæcularium, dum iter faciunt?

148 *Refertur sententia asserentium persistere.*
149 *Refertur opinio probabilis negantium.*
150 *Explicatur natura hujus privilegii.*
151 *Statuitur persistere.*
152 *An subsistat privilegium concessum Sacerdotibus Congregationis Oratorii?*

148 VTrùm verò per prædictùm decretum *Urbani VIII.* etiam revocatum sit privilegium à *Gregorio XIII.* concessum Religiosis nostræ Societatis, ut semel approbati ab Episcopo, quandocunque iter faciunt, possint, non repugnantibus Parochis, in locis, ubi eorum Ordinarii non existunt, absque eorum licentia quorumcumque Christi Fidelium confessiones audire, &c. prout refertur in *Compendio privilegiorum nostræ Societatis, verbo Confessarius* §. 2? Affirmat *Bossius sect.* 3. *casu* 2. *n.* 34. & *Manrique p.* 2. *quæst. moral q.* 21. *n.* 11. *Bossius Manriq.*

149 Negare videtur *Tamburin. d.* 6. *quæsito* 14. *n.* 5. & negat *Lugo disp.* 21. *n.* 28. & quidem probabiliter, quia *Urbanus* in dicto decreto dicit se accepisse circumferri aliquibus Religiosis quorundam Ordinum esse indultum, ut possint audire confessiones Sæcularium absque approbatione ab Episcopis diœcesanis; & non deesse, qui temerè asserant hoc ipsum privilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus per communicationem privilegiorum competere, quo saluberrimum *sacri Concilii Trident.* decretum penitus evertitur. Quapropter concludit se revocare, & annullare omnia, & singula indulta hujusmodi, etiam Societati Jesu concessa, &c. *P. Tābur. P. Lugo.*

Resolutio Authoris n. 150 adversatur Cōstitutioni Clementis X editæ postquā Author scripsit anno 1670. die 11. Junii; & ideo hodie jā sustineri non potest.

150 At verò privilegium nostris iter agentibus concessum, non est indultum hujusmodi. Primò, quia non est ut possint audire confessiones absque approbatione Episcoporum, sed solùm conceditur semel ab illis approbatis. Secundò, quia per illud non penitus evertitur *sacri Concilii Trident.* decretum, cum solùm concessum sit iis, qui iter faciunt, idque non repugnantibus Parochis, & in locis ubi non est Ordinarius. Tertiò, quia *Urbanus* solùm loquitur de indulto, de quo ante suum decretum temerè dicebatur communicari aliis Religiosis: & de hoc nostro privilegio id non temerè, sed verè dicebatur.

151 Quare existimo non loqui *Urbanum* de hoc nostro privilegio, sed de illo concesso à *Pio V.* in constitutione *Etsi Mendicantium*, de quo suprà: item de aliis, quæ falsò circumferebantur esse concessa aliquibus Religionibus, ut possint audire confessiones Sæcularium cum sola licentia suorum Prælatorum absque approbatione Episcopi: per quæ quidem *sacri Concilii Tridentini* decretum, prout loquitur de Regularibus, penitus everteretur.

152 Imò (quidquid in contrariū opinetur *Bossius proximè numero* 35) etiam existimo neque per prædictum decretum *Urbani VIII.* ob proximè factas rationes revocatum esse privilegium à *Xisto III.* concessum Sacerdotibus Congregationis Oratorii, quo illis indulgetur, ut semel approbati Romæ ad audiendas confessiones Sæcularium, non debeant ampliùs extra Vrbem examinari à locorum Ordinariis; sed satis esse quòd præsentent licentias Romæ habitas, prout refert *Quaranta verbo Confessor.* *Bossius* *Quarātā*

§. 9.

An valeat privilegium ad audiendas confessiones Sæcularium, licèt in eo non fiat expressa, & specifica mētio Cōcili Tridentini?

153 *Explicatur status quæstionis.*
154 *Proponitur opinio asserentium requiri expressam, & specificam mentionem.*
155 *Proponitur secūda opinio huic cōtraria.*
156 *Explicatur verior resolutio.*
157 *In dubio intentionis Summi Pontificis, pro Tridentino, an pro privilegio standum?*

153 MAius dubium est: Utrū privilegia ad audiendas confessi-

confessiones Sæcularium absque approbatione Episcopi, si cui fortè à Sede Apostolica in futurum concedantur, post dictum decretũ *Tridentini*, ut valida sint, debeant continere expressam, & specificam mentionem *Concilii Trident.* an potiùs sufficiat habere clausulam generalem (*non obstantibus Conciliis generalibus, & constitutionibus Apostolicis*) vel alias similes?

Archid. Felinus Selva Parisius Navar Covarrub. Mandos Corduba Sarmiẽto Anastas. Menochi. Guttier. Gratian. P. Molina P. Henriq. Vivaldus P. Sanch. Moneta Tuscus Zerola Caldas Bossius P. Tanner. P. Cast. P.

154 Prima sententia docet necessariam esse expressam, & specificam mentionem. Hanc tenent *Archidiaconus cap. 1. de constit in 6. Felin. in Cap. Nonnulli, de rescriptis. Selva beneficiorum 3. p. q. 11. n. 31. Parisius cons. 2. n. 30. l. 2. Navar. sum. Lat. c. 27. n. 265. Covar. 4. decr. 2. p. c. 8. §. 9. n. 6.* dicens totum mundum hoc amplecti. *Mandos reg. 19. cancel. q. 17. n. 12. Cordub. l. 4. quæstionarii q. 9. §. 3. pars. Sarmient. l. 3. select. c. 14. n. 3. Anastasius de indultis card. §. Per quæ sublatis n. 58. Menochius cons. 294. n. 11. Guttier. L. Nemo potest ff. de legatis 1. n. 173. Gratianus reg. 291. n. 4. Henriq. l. 7. de indulgentiis c. 26. n. 3. Molina t. 1. de just. tr. 2. disp. 173. fol. mihi 988. Vivaldus candel. lib. 3. p. c. 12. n. 22. Sanchez de matrim. l. 3. d. 26. n. 7.* quibus accedunt *Moneta de Com. ult. volunt. c. 5. n. 165. Tuscus. de visit. Eccl. l. 1. c. 20. n. 14. in fine, Zerola praxi pœnit. c. 22. quæst. 7. & in praxi Epis. p. 1. quæst. 8. & l. 1. de jubilæo anni Sancti cap. 18. Caldas in L. Hamanum, in 2. notat. de legibus, Bossius de triplici Jubilæo sect. 1. casu 10. n. 12. Tannerus t. 2. disp. 5. q. 7. dub. 3. n. 42. & seq. Castro Palao p. 1. tr. 3. d. 4. puncto 21. §. 4. Arriaga in 1. 2. D. Thomæ t. 2. d. 34. n. 45. & 47.*

C. Ex par. Cap. Ult. Cap. Eam de tẽ Cap. Nonnulli.

Qui omnes dicunt duo Primum, non derogari decretis Concilii generalis, nisi de illis fiat mentio saltem generalis, hoc modo, *non obstante aliqua lege, aut constitutione in Concilio generali edita.* Et hoc probant textu in *Cap. Ex parte*, & textu in *Cap. Ultimo de Capellis*; textu in *Cap. Eam de te, de ætate, & qualitate*, & textu in *Cap. Nonnulli, de rescriptis.* Et ratio est, quia decreta Conciliorum sunt valde maturâ deliberatione sancita, unde videntur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora contraria, nisi de illis fiat mentio saltem generalis. Secundò dicunt, si Concilium generale modernum sit, quale est *Tridentinum*, oportere fieri de illo mentionem specificã, nec sufficere generalem derogatoriam cujuscumque Concilii.

P. Tābur. P. Suar. Ricciul.

155 Secunda sententia huic contraria contendit non esse necessariam hanc specificam mentionem *Tridentini*, sed sufficere illam generalem, *Non obstantibus quibuscumque constitutionibus Apostolicis, &c.* vel aliam similem. Hanc tenent *Tambur. t. 2. disp. 6. q. 17. n. 6. Suar. de relig. t. 4. tr. 10. l. 9. c. 3. n. 3. Antoinn. Ricciull. de jure person. lib. 8. cap. 4.* qui pro hac parte affert *decisionem Rotæ in causa S. Angeli pensionis 16. Decembris 1594. coram illustrissimo Pamphilio, & in causa Bononiensis Prioratus 9. Junii 1616. coram illustrissimo Manzanedo.* Quibus accedunt *Gonçales super regula 8. cancellariæ glos. 6. n. 120. & Bossius sect. 3. casu 2. n. 38.* retractans opinionem contrariam. *Sigismundus tr. de elect. Prælat. Reg. dub. 4. n. 3. Marta de clausulis p. 4. claus. 14. n. 3. Marescotus l. 2. variar. resol. c. 38. n. 41.* qui affert aliam *decisionem Rotæ in causa Ulyssiponẽs. Decimarum 8. Februarii 1588. coram Orano.*

Gonçales Bossius Sigism. Marta Marescot.

156 Nihilominus, si prædictos Doctores attentè legas, præcipuè *Sanchez, Tamburinum, Bossium, & Gonçales,* faciendam intelliges quandam distinctionem, qua si utaris, totam quæstionem facilè resolves. Possunt enim privilegia esse taliter indulta, ut credatur non fuisse intentionem Summi Pontificis per ea *Sacro Concilio Trident.* derogari; & tunc clarum est illi non derogari: & in hoc sensu procedunt textus in *Cap. Ex parte,* & aliis citatis.

Sin autem taliter indulta sint, ut credatur intentionem Summi Pontificis fuisse derogari *Sacro Concilio Trident.* videtur indubitatum illi derogari, quia Summus Pontifex potest derogare *Concilio Trident.* maximè, quia in illo semper fuit excepta, & reservata authoritas Sedis Apostolicæ, ut constat ex *sess. 25. cap. 21. de reformatione.* Et in hoc sensu videtur procedere secunda sententia, & debent intelligi *decisiones Rotæ* pro ea relatæ.

Trident.

157 Neque obstat, quòd decreta Conciliorum sint maturâ deliberatione sancita, id enim nõ tollit quominus Sedes Apostolica possit aliquos excipere à regula generali, & eos privilegiis donare. In dubio autem intentionis Summi Pontificis, si aliter verba privilegii possint subsistere, standum videtur *Concilio Trident.* ejusque possessione. Sin verò verba privi-

privilegii non subsistant, standum est ipso privilegio, quia in dubio standum est valore actûs, de quo constat, ut pluribus probat *Sanch. l. 1. de matr. disp. 9. n. 13. & l. 4. Decalogi c. 1. n. 36.* P. Sanch.

§. 10.

Utrùm confessio facta Sacerdoti non approbato sit solùm illicita, an etiam invalida?

158 *Utrùm, si pœnitens accedat ad Sacerdotem, sciens illum non esse approbatum, validè confiteatur?*

159 *Quid, si accesserit bona fide? Proponitur sententia asserens validè confiteri. Astruitur vera resolutio.* Ibidem.

158 Tertia *difficultas*: Utrùm approbatio requiratur, non solùm ut absolutio sit licita, sed etiam ut sit valida? Et quidem, si pœnitens accedat ad Sacerdotem, sciens illum non esse approbatum, certum est facere confessionem invalidam, quia particula *non potest* apposita in *Tridentino* loco citato reddit saltem illicitam confessionem factam Sacerdoti non approbato: confessio autem illicita etiam est invalida defectu doloris requisiti, qui talis esse debet, ut excludat voluntatem peccandi, de quo suprà.

159 Quæstio solùm potest habere locum, quando pœnitens accedit bona fide, putans ex suo errore particulari illum Sacerdotem esse approbatum: & tunc, si Sacerdos solùm careat approbatione, habeat tamen jurisdictionem, eo quòd eligatur à potente eligere, nimirum vi Bullæ, aut Jubilæi, existimat *Alterius de censur. l. 4. disp. 4. c. 4.* talem confessionem esse validam, quia asserit in prædicto Decreto nullam esse particulam annullatoriam confessionis, sed solùm prohibitoriam. Alter.

Nihilominus dicendum in proposito casu confessionem esse quidem inculpabilem, sed nullam. Ita *Hurtado disp. 10. diffic. 16. Suar. disp. 28. s. 4. n. 14. Sanchez de matr. l. 6. disp. 38. n. 20. Coninck. de Sacr. t. 2. disp. 8. n. 49. Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 1. art. 20. n. 2. Laurentius de Franchis in controv. inter Episc. & Reg. pag. 28. ad 8. Campeau. de casibus reserv. c. 3. q. 1. Campanil. rubr. 12. c. 13. num. 62. Henriq. l. 6. c. 6. §. 1. Rodriguez in Bullam Cruc. §. 9. n. 4. & 5. Molfes. tr. 7. c. 9. cum sequent. Torreblanca l. 14. c. 1. n. 13. & c. 4. à n. 8. Fagund. pr. 2. l. 7. c. 2. n. 7. Megala 1. p. l. 5. c. 19. n. 12. Homobon de exam. Eccl. p. 1. tr. 5. c. 3. q. 20. Barbosa de potest. Episc. alleg. 25. n. 3. Bossius sect. 3. casu 2. n. 85.* P. Suar. P. Hurt. P. Sanchez P. Coninc Criolanus Franchis Campeau. Campan. P. Henriq Rodrig. Molfes. Torrellac P. Fagund Megala. Homob. Barbosa. Bossius Probatur, quia particula *non potest* importat negationem potentiæ, & consequenter nullitatem actûs, & de hoc extat declaratio sacræ Congregationis Concilii relata à *Valero*, quæ habet sic: *Fuit dubitatum, an is, qui confessus fuerit peccata Confessario non approbato, fuerit bene absolutus, vel potiùs dicatur confessio nulla. & fuit dictum confessionem esse nullam. Fuit item resolutum quòd, si ille, qui confessus fuerit, ignoraverit Confessarium non esse approbatum, vel cogitaverit non requiri approbationem, tunc ob bonam fidem, quam habuit in Sacramento, quoad Deum esse absolutum, hoc est, à novo peccato, vel etiam à præteritis, si ob fidem, quam habuit in Sacramento, ad contritionem excitatus est: & si deinceps sciverit illū non esse approbatum, vel requiri approbationem, tenetur reiterare confessionem, &c.* Valerus

SECTIO II.

A quo Episcopo habenda sit approbatio?

160 *Quis veniat nomine Episcopi potentis approbare?*

161 *Utrùm Episcopus electus nondum confirmatus possit approbare?*

162 *An Episcopus confirmatus nondum consecratus?*

163 *An Vicarius generalis?*

164 *An Capitulum Sede Vacante?*

165 *An magni Abbates, Domini Priores, & alii habentes jurisdictionem quasi Episcopalem?*

166 *Quid dicendum de excommunicato vitando, vel suspenso? Pars negativa asserentium non posse validè approbare.*

167 *Astruitur probabilior resolutio affirmativa?*

168 *An testimonium excommunicati sit nullum?*

169 *Quare valeat approbatio ab excommunicato obtenta, & licentia sit invalida?*

170 *Respondetur fundamentis negantium excommunicatos posse validè approbare.*

171 An

171 *An Episcopus excommunicatus possit committere licentiam ad approbandum?*

172 *An peccet exercendo actum approbationis?*

160 PRima *difficultas*: Quis veniat nomine Episcopi potentis approbare? Et certum est non venire illum, qui aut jam renuntiavit, aut solùm titularis est, non habens oves sibi subjectas; nam approbatio supponit jurisdictionem, & prædictus Episcopus eam non habet. Ita communis Theologorum apud *Suar. disp. 28. sect. 5. n. 1.*

P. Suar.

161 *Solùm dubitari, & quæri potest primò*: An possit approbare Episcopus electus nondum confirmatus? Affirmant *Moneta de commun. ult. volunt. cap. 5. n. 382. Sotus in 4. d. 18. q. 4. a. 3. Camerota de Sacram. fact. 7. de confess. dub. 13.* Respondetur tamen negativè, quia Episcopus electus non confirmatus jurisdictionem non habet, *Cap. Nosti*, & *Cap. Qualiter*, *de electione*, & *Cap. Dudum, de prœbendis*, & aliis juribus apud *Azor. 2. p. l. 3. cap. 28. quæsito 14.*

Moneta. Sotus. Camerota. Cap. Nosti. Cap. Qualiter. Cap. Dudū. P. Azor.

162 *Secundò quæri potest*: An valeat approbare Episcopus confirmatus nondū consecratus? Respondetur affirmativè, quia per confirmationem statim accipitur jurisdictio, *Cap. Cū in cunctis §. Cùm verò, de electione.* Et ita *Hurt. disp. 10. §. ult. Lug. d. 21. n. 27. Suar. dicta disp. 28. s. 4. Fag. pr. 2. l. 7. cap. 2. Sanchez de matr. l. 8. d. 2. n. 11. & l. 2. Decal. cap. 11. n. 3. & l. 4. cap. 38. n. 7. Barbosa dicta alleg. 25. n. 6. Moneta loco citato cap. 5. n. 383. Sbrozzius de vis. Episc. l. 2. q. 1. n. 5. Bossius sect. 3. casu 2. n. 59.*

Cap. Cūm in cunctis. P. Hurtad. P. Lugo. P. Suar. P. Fagund. P. Sāchez. Barbosa. Moneta. Sbrozzius. Bossius.

163 *Tertiò quæri potest*: An approbare valeat Vicarius Generalis, etiamsi ad id ab Episcopo non habeat speciale mandatum? Negat *Sbrozzius proximè q. 13. 14. & 15.* Respondetur tamen affirmativè cum *Lug. Suar. Hurt. & Fagund. ubi suprà. Basilio Pontio l. 5. de matr. c. 11. Torreblanca l. 14. c. 2. n. 15. Marchino de peste p. 5. c. 4. n. 1. Sanch. l. 3. de matr. disp. 29. n. 15. & 16. Henriq. l. 6. c. 6. §. 1. Campanil. rubr. 12. c. 13. Moneta de com. ult. volunt. c. 7. n. 4. Barbosa de potest. Episc. alleg. 25. n. 60. Bossio sect. 3. casu 2. n. 60. & aliis.* Probatur primò, quia Vicarius Generalis habet jurisdictionem ordinariam in tota diœcesi, & constituit idem tribunal cum Episcopo, *Cap. 1. de constitutionibus.* Secundò, quia in jure nomine Episcopi etiam venit Vicarius Generalis, nisi expressè excludatur, ut tenent Doctores citati: at in *Tridentino* loco citato non excluditur: ergo, &c. Secùs dicendum de Vicario foraneo, qui nimirum solùm habet jurisdictionem in aliqua parte certa diœcesis, & non in omni: nam hic non habet jurisdictionem ordinariam, sed solùm delegatā, ut contra *Germonium l. de indultis Card. §. Tibi*, notant *Zerolæ in praxi Episcop. verbo Vicarius, vers. Secundum, Sanchez l. 3. de matr. disp. 29. Bossius loco cit. Pontius l. 5. de matr. cap. 11. n. 13.*

Pontius. Turrebl. March. P. Sāchez. P. Henriq. Campan. Moneta. Barbosa. Bossius. Cap. 1. Germon. Zerola. P. Sāchez. Bossius. Pontius.

164 *Quartò quæri potest*: An approbare valeat Capitulum Sede Vacāte? Respondetur affirmativè, nam Capitulum succedit Episcopo in omni jurisdictione præter casus in jure exceptos. Et idem dicendum de ejus Vicario, scilicet Capituli, ut cum pluribus tenent *Hurtado, Lugo, Barbosa, Sanchez, Marchinus* locis citatis, *Henriquez similiter citatus litera C. Campanilis num. 74. Suar. num. 5. Bossius cit. num. 61.*

P. Hurtad. P. Lugo. Barb. ja. P. Sanch. Marchin. P. Henriq. Campan.

165 *Quintò quæri potest*: An approbare valeant magni Abbates, Domini Priores, & alii Prælati exempti, habentes in suos Subditos Sæculares jurisdictionem quasi Episcopalem? Respondetur affirmativè cum *Suar. disp. 28. sect. 5. num. 3. Reginaldo in praxi l. 1. n. 182. Barbosa alleg. 25. num. 9. Tamburino to. 2. disp. 6. quæs. 11. Bossio sect. 3. casu 2. num. 62. Fagund. pr. 2. lib. 7. cap. 2. num. 55. Riccio in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 22. num. 4. p. 4. & in sua praxi aurea resol. 301. Campanil. num. 76. Sanchez lib. 3. de matr. disp. 29. num. 19. Henriquez lib. 6. cap. 6.* Probatur primò ex quadam decisione *Rotæ 26. Iunii 1604. coram Ortembergo*, quam refert *Tamburin. to. 3. decis. 46.* Secundò probatur communi usu, & praxi, quam testatur *Suar.* loco citato. Tertiò, quia potestas ad approbandum sequitur jurisdictionem Episcopalem, & hi eam habent ut cum *Glossa in Clement. 1. verbo Propriis de rebus Eccles. non alienandis*, & in *Cap. Ordinarius, de officio Ordinarii, verbo Locorum in 6.* dicens *Gambar in tract. d. Legato à latere libro 2. cap. 2. à numero 54. Mandosius ad reg. cancell. 26. quæst. 6. numero 4. Navar. libro 4. cons. 5. de sponsalibus, Azor* 1. p.

P. Suar. P. Regin. Barbosa. Tambur. Bossius. P. Fagūd. Riccius. Campan. P. Sāchez. P. Henriq. P. Tambur. Gloss. Gambar. Mandos. Navar. P. Azor.

Bossius. Tambur. Cruz. Ioã. Sãch. 1. p. l. 12. c. 20. quæst. 19. *Bossius loco citato n.* 62. *Tambur. de jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 1. q. 41. & *tom.* 2. *disp.* 1. *quæsit.* 5. *n.* 7. *Ioannes de la Cruz in sum. de Sacrament. pœnit. dub.* 6. *concl.* 3. *fol. mihi* 197. & *dub.* 8. *concl.* 4. *Ioannes Sanch. in select. disp.* 49. *n.* 9, & *alii.*

166 Maius dubiũ est: An valeat approbatio obtenta à quolibet ex his excõmunicato vitando, vel suspenso? Et pro parte negativæ contendunt *Sylvester verbo Absolutio* 2. q. 6. *Guttier. quæst. Canon lib.* 1. c. 1 *n.* 89. *Suar. d.* 28. *s.* 5. *n.* 1. *Leander* 1. p. tr. 5. d. 11. q. 53. *cum Victor. Lemesma* & *aliis pluribus.* (Sylvester. Gutterres P. Suar. Leander. Victoria. Ledesma.) Idque primò, quia hujusmodi approbatio est actus jurisdictionis; & Episcopus excommunicatus vitandus, vel suspensus nullum actum jurisdictionis exercere valet. Quòd actus approbationis sit actus jurisdictionis, ostenditur primò; quia est actus Episcopi, non Ordinis: ergo jurisdictionis. *Secundò*; quia aliàs frustra *Tridentinum* committeret approbationes soli Episcopo habenti jurisdictionem, & non etiam titulari, vel electo non confirmato.

167 Nihilominus probabilior est resolutio affirmativa, quam tenent *Henr.* l. 6. §. 3. *circa finem*, & l. 3. c. 13. §. 3. *lit. R. Fagundez pr.* 2. l. 7. c. 2. *n.* 49. *Rodriguez* 2. p. *sum. c.* 14. *n.* 5. *Basilius Pontius l.* 5. *de matr. c.* 17. §. *unico*, *n.* 14. *Bossius sect.* 3. *casu* 2. *n.* 6. (P. Henriq. P. Fagũd. Rodriguez. Pontius. Bossius.) Fundamentum est, quia approbatio ad audiendas confessiones, sicut etiam ad prædicandum, non est actus jurisdictionis, sed tantùm testimonium quoddam approbativum sufficientiæ Sacerdotis. Et confirmatur, quia propter hanc rationem Parochus suspensus, & non toleratus, validè assistit matrimonio, ut contra *Avilam* 2. p. c. 6. *disp.* 3. *dub.* 1. *conclus.* 5. & alios tenent *Henriq.* l. 11. c. 3. *Coninck dub.* 2. *n.* 24. *Reginald. l.* 31. *n.* 177. *Riccius decis.* 243. *Sanch. l.* 3. *de matr. disp.* 21. *num.* 4. *Ledesma q.* 45. *a.* 5. *punct.* 3. *dub.* 3. *in fine*, *Rebellus l.* 2. q. 9. *num.* 9. *Filliuc. tr.* 10. c. 6. *quæsit.* 9. *n.* 204. *Bonac. de matr. q.* 2. p. 8. *n.* 21. *Bossius n.* 66. *Basilius Pontius loco suprà citato n.* 6. & *alii*: (Avila. P. Henriq. P. Coninc. P. Regin. Riccius. P. Sanch. Ledesma. P. Rebel. P. Filliuc. Bonac. Bossius. Pontius.) quia, scilicet, hujusmodi assistentia nõ est actus jurisdictionis, sed tantùm quoddam testimonium publicum.

168 Ob. primò: Testimonium excommunicati non tolerati est nullum, *Cap. Decernimus, de sententia excommunicationis in* 6. & *Cap. Veniens* 2. *de testibus.* (Cap. Decernimus. Cap. Veniens.) Respondetur ita esse regulariter loquendo, excipi tamen nonnullos casus, in quibus admittuntur testes inhabiles ob materiam favorabilem, qualis est Sacramenti matrimonii, & Sacramenti cõfessionis, ut videre est apud *Sanch. l.* 3. *de matr. disp.* 41. *n.* 5. (P. Sãchez.)

169 Ob. secundò: Licentia ad audiendas confessiones facta ab excommunicato est nulla: ergo idem dicendum de approbatione. Respondetur negando cõsequentiam: diversa ratio est, quia licentiam facere est committere jurisdictionem, & excommunicatus, vel suspensus non potest committere jurisdictionem, *Cap.* 1. *de officio Vicarii in* 6. ut explicant *Suar. disp.* 27. *s.* 1. *n.* 3. *Sotus in* 4. *dist.* 18. q. 4. *a.* 3. *Sylvester verbo Confessio* 2. *Victoria in sum. n.* 152. *Tambur. t.* 2. *d.* 6. q. 8. *n.* 6. contra *Paludanum*, *D. Antoninum*, & *Navarrum.* (Cap. 1. P. Suarez. Sotus. Sylvest. Victoria. Tambur. Palud. D. Anton. Navar.) At approbare solum est dare testimonium, & nõ jurisdictioné, ut patet ex dictis.

170 *Ad* 1. *fundamentum* opinionis contrariæ respõdetur approbationé esse actũ Episcopi non formaliter, quà Episcopi, sed quà testis; unde non est actus Ordinis, nec jurisdictionis. Explicatur exemplo Parochi, cujus assistentia ad matrimoniũ non est actus Parochi formaliter, quà Parochi, sed quà testis: unde Parochus excõmunicatus assistens, validè assistit; & ejus assistentia nec est actus Ordinis, nec jurisdictionis, sed est actus cujusdam testis solennis à jure requisiti.

Ad secundum respondetur, Tridentinũ cõmisisse approbationes soli Episcopo habenti jurisdictionem sumptam quoad habitum, non quoad actum, seu exercitium illius. Unde requiritur, & satis est, quòd Episcopus habeat jurisdictionem quasi habitu, licèt impeditam, & suspensam quoad exercitium.

171 Utrùm verò prædictus Episcopus possit cõmittere alicui approbationes, seu licentiã ad approbandũ? Respondetur affirmativè cum iisdé Doctoribus. Et probatur; quia, sicut ipsa approbatio, ità ejus cõmissio non est actus jurisdictionis. Confirmatur; quia, sicut Episcopus non approbat formaliter ut Episcopus, sed ut testis, ita, ut talis, ex potestate substituendi substituit ad approbandũ. Cõfirmatur secundò, quia eadé videtur ratio de licentia Parochi facta alteri ad assistendum matrimonio: at hæc potest fieri à Parocho excõmunicato non tolerato, ut docet *Sanch. l.* 3. *de matr. d.* 21. *n.* 7. *Rodrig.* 2. *t. sum. c.* 14. *n.* 5. *Henriq. l.* 3. *de confirm. cap.* 13. *n.* 3. & *lib.* 6. *de pœnit. c.* 7. & *l.* 13. *de excomm. cap.* 7. (P. Sãchez. Rodriguez. P. Henr.)

cap. 7. num. 7. Navar. Cap. Placuit, de pœnit. d. 6. num. 51. & communis Doctorum. ergo.

172 An autem peccet Episcopus excommunicatus approbando, seu exercendo actum approbationis? Respondetur negativè cum *Bossio citato n. 70.* ubi dicit nec id esse peccatum mortale, nec veniale; nam hæc communicatio est in re necessaria, & de iis, quæ necessariò spectant ad munus ipsius Episcopi: ergo, &c. *Bossius*

§. I.

Cujusnam Episcopi requiratur approbatio, locine, an pœnitentis, an Confessarii?

173 *Proponitur prima sententia asserens requiri approbationem Episcopi loci.*

174 *Proponitur secunda sententia docens requiri approbationem Episcopi Confessarii.*

175 *Proponitur tertia sententia contendens requiri approbationem Episcopi pœnitentis.*

173 Secunda difficultas: An sufficiat cujuslibet Episcopi approbatio? Hæc est valde controversa: & in ea tres invenio sententias. Prima asserit, omnino requiri approbationem Episcopi loci, ubi fit confessio. Hanc tenent *Guttier. l. 1. quæst. canon. cap. 17. n. 6. Navar. in sum. cap. 27. n. 266. versu Sextum, Rodriguez in Bullam Cruc. §. 9. n. 5. Ugolinus de offic. Episc. cap. 7. §. 2. n. 7. Garcia de benefic. parte 5. cap. 8. num. 132. Campanilis rubr. 12. cap. 13. n. 77. Layman. l. 5. tract. 6. cap. 11. n. 9. Beja parte 4. casu 20. versu Tandem, Vasq. q. 93. a. 3. dub. 4. Gambarupta lib. 2. cap. 2. n. 30. Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. cap. 2. q. 14. Torreblanca l. 14. cap. 2. n. 12. Zerola praxi pœnit. cap. 16. quæst. 3. Floronus p. 1. c. 4. §. 12. n. 6. Lezana c. 19. n. 4. & 19. Barbosa alleg. 25. n. 30. Benac. q. 7. p. 4. §. 1. n. 21. Ochagav. q. 40. Quarant. in sum. Bullar. ver. Confessor; & alii.* *Guttier. Navarr. Rodriguez Ugolinus Garcia. Campanil P. Laym. Beja. P. Vasq. Gambar. Homob. Torrebl. Zerola Floronus Lezana Barbosa Bonacin. Ochagav. Quaranta*

Probatur primò ex quadam declaratione sacræ Congregationis Concilii data Archiepiscopo Valentino, cujus verba asserit *Rodriguez citatus* se legisse in ipsamet epistola missa ad prædictum Archiepiscopum, & habere sic: *Congregatio Concilii respondet: Approbatum ab alio, quàm à Valentino Archiepiscopo in diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario.*

Probatur secundò ex *Clement. Dudum §. Ac deinde, de sepult.* ubi dicitur licentiam factam Regularibus ad audiendas confessiones Sæcularium circunscribi propriis Monasteriis, & non valere in diœcesi, & territorio alieno. Facit privilegium concessum Religiosis nostræ Societatis à *Gregor. XIII.* ut semel approbati, dum iter faciunt, possint audire confessiones in locis, ubi eorum Episcopus non extiterit, non repugnantibus Parochis, prout refertur in *Compendio privilegiorum nostræ Societatis, verbo Confessarius §. 2.* Nam, si non requireretur approbatio Ordinarii loci, hoc privilegium non esset necessarium. *Clement. Dudum. Comp privile. Societ.*

Tertiò, quia quoties *Tridentinum* disponit aliquid faciendum ab Ordinario, semper intelligitur de Ordinario loci: disponit autem approbationem faciendam ab Ordinario: ergo. Quartò, quia bona dispositio & ratio postulat, ut Episcopus loci habeat curam Sacramentorum, quæ in eo administrantur, & possit ex rationabili causa prohibere, ne ab aliis administrentur, quàm à se approbatis: ergò.

* 174 Secunda sententia docet, omnino requiri approbationem Episcopi ipsius Confessarii. Hanc defendunt *Suar. disp. 28. s. 6. & 7. Reginald. l. 1. cap. 16. Filliuc. tr. 7. cap. 9. q. 10.* quibus accedunt *Lugo d. 21. n. 35. & Fagund. l. 7. c. 2. n. 91.* Probatur ex duabus declarationibus Cardinalium Concilii. Prima, qua interrogati, an Episcopi post *Concilium Trident.* possint sibi eligere quemcumque Cõfessarium, juxta privilegium in *Cap. Finali, de pœnitentiis, & remissionibus?* Responderunt his verbis: *S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione sacræ Congregationis Concilii declaravit Episcopos vigore privilegii (de quo in cap. Finali de pœnitentiis, & remission. non posse eligere sibi Sacerdotem sibi non subditum qui à proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus decreti Concilii admissus, seu approbatus ad audiendas confessiones.* *P. Suar. P. Reginal. P. Filliuc P. Lugo. P. Fagũd. Cap. final*

* Circa sententias tejectas, 174 & 175. & doctrinam traditam n. 176. & 177. adverte post Constitutionẽ Clemẽtis X. editã anno 1670 die 21. Junii Regulares in una diœcesi approbatos, non posse in alia absque approbatione Diœcesani confessiones audire, quantis pœnitentes sint diœcesani ejus Episcopi, à quo ipsi jam fuerunt approbati.

Secunda declaratio est super Regularibus tempore Jubilæi, & habet sic: *S. D. N. declaravit tempore Iubilæi posse omnes Regulares (& eadem est ratio de Clericis, & Laicis Sæcularibus) confiteri peccata sua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confessiones, in Bulla enim non fit mentio nisi de Ordinario eorum, qui audituri sunt confessiones, non autem de Ordinario pœnitentium.*

Ee Neque

Neque dicas sacram Congregationem hoc loco solùm declarare, quis veniat nomine Ordinarii in Bulla tempore Jubilæi: nostra verò quæstio procedit de eo, qui in *Tridentino* venit nomine Ordinarii potentis approbare. Non, inquam, hoc dicas; quia in Bulla non requiritur approbatio alterius Ordinarii, quàm in *Tridentino*; unde, licèt sacra Congregatio directè & primariò solùm declaret, quis in Bulla tempore Jubilæi veniat nomine Ordinarii, consequenter & secundariò etiam declarat, quis veniat in *Tridentino*.

175 Tertia sententia contendit, omnino requiri approbationem Episcopi pœnitentis. Hanc tenent communiter Theologi, & Juristæ, quos citat, & sequitur *Hurt. proximè d. 10. diff. 18.* Fundamentum est, quia approbatio Confessarii est in remedium, & curam pœnitentis: prospicere autem pœnitenti, ac de ejus cura & remedio convenienter providere spectat ad Episcopum, & Pastorem ipsius: ergo.

P. Hurt.

§. 2.

Requiritur ad audiendas confessiones, & sufficit approbatio Episcopi pœnitentis.

176 *Explicatur vera resolutio.*
177 *Corollaria præcedentis doctrinæ.*

176 NIhilominus distinctione opus est: possumus enim loqui aut de approbatione, quæ non dat jurisdictionem, sed est tantùm conditio ad illam aliunde acceptam vi Bullæ, Jubilæi, aut privilegii; aut de appobatione, quæ dat jurisdictionem ad absolvendum absque alio privilegio, Bulla, aut Jubilæo.

Et, quod attinet ad hanc secundam, dicendum existimo requiri, & sufficere obtentam ab Episcopo pœnitentis. In hoc sensu concordo cum tertia sententia, & admitto ejus fundamentum: nam re vera ad Episcopum pœnitentis spectat providere de ejus cura & remedio. Et confirmatur, quia approbare prædicto modo est dare jurisdictionem; & nemo potest dare jurisdictionem in oves alienas: ergo solus Episcopus pœnitentis potest approbare.

Dices: Pœnitens existens in aliena Diœcesi potest confiteri Sacerdoti approbato ab Ordinario talis Diœcesis: ergo, &c. Respondetur Episcopum loci, quoad confessionem & Communionem; etiam censeri proprium forensium existentium in illo, quandiu in illo existunt, ut constat ex dictis suprà *num. 40.*

177 Ex dictis colliges primò, forensem existentem in aliena Diœcesi posse ibi confiteri Sacerdoti approbato ab Ordinario loci; quia, (ut dixi) hic pro tunc etiam censetur Ordinarius illius. Secundò, posse confiteri Sacerdoti approbato ab Episcopo ipsius pœnitentis, si fortè etiam ibi existat. Tertiò, non posse confiteri Sacerdoti approbato ab alio tertio Episcopo, quia hic nullo modo est Episcopus talis forensis.

§. 3.

Sufficit approbatio cujuslibet Episcopi, ut Sacerdos sit eligibilis per Bullam, privilegium, aut Jubilæum.

178 *Authores hujus opinionis.*
179 *Iaciuntur illius fundamenta.*
180 *Examinatur in particulari, an sufficiat approbatio Episcopi loci?*
181 *Explicatur declaratio Gregorii XIII. dicentis, Episcopum ex Sacerdotibus non subditis non posse eligere nisi approbatum ab Ordinario Confessarii.*
182 *Examinatur in particulari, an sufficiat approbatio Episcopi pœnitentis?*
183 *Respondetur argumentis asserentium non sufficere.*
184 *Examinatur in particulari, an sufficiat approbatio Episcopi Confessarii.*

178 QUod attinet ad approbationem, quæ non dat jurisdictionem, sed est tantùm conditio requisita ad illam aliunde acceptam vi Bullæ, privilegii, aut Jubilæi, dicendum est sufficere obtentam à quolibet Episcopo sive loci, sive pœnitentis, sive ipsius Confessarii. Hanc tenent *Ioannes Sanchez in selectis disp. 44. n. 1. Vivald. in candelabro aureo de confessione n. 28. concl. 3. Fernandez in exam. Theol. moralis p. 3. c. 9. §. 8. n. 4. Henriq. lib. 6. c. 6. §. 7. & l. 7. c. 12. §. 4. Valerus verbo Absolutio diff. 1. per totam, Petrus Fay in addit. ad 3. p. de pænit. q. 8. a. 5. disp. 3. concl. 4. Llamas in sum. p. 1. c. 6. §. 6. Portel verbo Confessor reg. ejusque præsentatione n. 5. Ledesma t. 1. tractat.* de

Ioan. Sanch. Vivaldus Fernand. P. Henriq Valerus Pet. Fay. Llamas Portel Ledesm.

Nugn. P. Coninck P. Reginal Cruz. Bossius. Diana. P. Dicastil *de Sacram. pœnit. c. 13. d. 7. Nugnus in 3. p. t. 2. q. 8. art. 5. dub. 9. Coninck de Sacram. disp. 8. dub. 7. Reginald. in praxi t. 1. l. 6. c. 16. q. 4. num. 188. Cruz in direct. conf. p. 2. tract. de pœnit. q. 5. dub. 9. conclus. 2. Bossius sect. 3. casu 2. num. 215. Diana 1. p. tract. 11. de Bulla resol. 7. & 3. p. tr. 4. resol. 110. & 5. p. tract. 12. resol. 33. Dicastillo disp. 10. n.* 245. & alii plures tum ex Theologis, tum ex Juristis.

Trident. 179 Fundamentum est primò, quia verba *Tridentini* non determinant ad aliquem Episcopum, sed sunt generalia: verba autem generaliter prolata, generaliter sunt intelligenda. Dixi *verba Tridentini*, quia verba Bullæ, privilegii, aut Jubilæi possunt habere aliquam clausulam limitantem ad Episcopum loci, &c. ut re vera afferunt formæ modernæ Bullarum, ac Jubilæi, de quo ex professo disputatione sequenti.

Probatur secundò eadem resolutio, quia habens à quolibet Episcopo beneficium parochiale est eligibilis per Bullam: ergo idem dicendum de habente approbationem à quolibet Episcopo; nam habens beneficium, & habens approbationem æquiparantur à *Tridentino*, & æqualiter censentur idonei: in iis autem, quæ in jure æquiparantur, quod disponitur in uno, etiam censetur dispositum in alio per Glossa. Bartol. *glossam in Legem Si quis servum, codice de furtis*, & in *Cap. Si postquam. verbo Mente, de electione in 6.* & per *Barthol. in Legem intentum §. penultimo ff. de servo corrupto.*

Tertiò probatur, quia in iis, ad quæ requiritur approbatio alicujus Universitatis, gradûs, aut Doctoratûs, sufficit obtentus a quacumque Universitate: & sic dicendum de artibus, ad quas requiritur approbatio alicujus Reipublicæ; sufficit enim à qualibet Republica obtenta, si aliunde detur jurisdictio, quod latè prosequuntur Valerus. Bossius *Valerus & Bossius locis citatis.* Hactenus probavimus sufficere testimonium, seu approbationem cujuslibet Episcopi indeterminate. Nunc de quolibet sumpto determinatè, & in particulari.

180 *Dico ergo primò*: Sufficit approbatio Episcopi loci. Hanc præter Joan Sanch. Vivaldus Fernandez P. Henriq. Valerus Gutterres. Rodrig. *Sanch. Vivaldum, Fernand. Henriq. Valerum & alios proximè n. 178.* tenent *Guttier. Rodrig.* & alii relati pro prima sententia *num.* 173. Probatur communi usu & praxi; solent enim Sacerdotes, qui in aliena Diœcesi ordinantur, & detinentur, obtenta ibi approbatione Ordinarii loci, audire confessiones; quod certè non possent, si juxta *Tridentinum* non sufficeret approbatio Episcopi loci: ergo &c.

181 Neque obstat declaratio *Gregorii XIII.* quatenus dicit Episcopum ex Sacerdotibus non subditis non posse eligere nisi approbatum à proprio Ordinario Cõfessarii: non, inquam, hoc obstat, quia declaratio solùm vult Episcopum præcisè quà Episcopum, qualis est titularis, vel merus Cardinalis, non posse eligere non approbatum à proprio Ordinario: & nomine proprii Ordinarii intelligitur ille, qui potest approbare; nam ille, qui non potest approbare, non est proprius.

182 *Dico secundò*: Sufficit approbatio Episcopi pœnitentis. Hanc etiam præter *Sanchez, Vivaldum, Fernand. Henriquez, Valerum, & alios locis citatis* tenent communiter Theologi, & Juristæ, quos citat, & sequitur *Hurt. disp. 10. diffic. 18.* Et proba- P. Hurtad. tur, quia Sacerdos approbatus ab Episcopo pœnitentis potest ipsum pœnitentem audire, quandiu est in tali loco, ut constat ex proxima conclusione: ergo etiam extra illum; nam forum animæ, & ejus jurisdictio non circumscribitur loco, sed potest exerceri in non suo, dummodo exerceatur in Subditum suum, ut constat ex dictis *disp. 1. sect. 1. diff.* 2. In hoc autem eventu solùm datur approbatio Episcopi pœnitentis: ergo hæc sufficit.

183 Neque obstat primò declaratio Cardinalium data Archiepiscopo Valentino, quatenus dicit in loco Valentino solum censeri approbatum illum, qui approbatus est ab Ordinario Valentino; nã hæc declaratio solùm procedit de approbatione dante jurisdictionem, idque in Subditos Valentinos, quos citra Bullam, & privilegium non potest absolvere, nisi approbatus ab Ordinario illius loci Valentini; nostra verò conclusio procedit de approbatione, quæ non dat jurisdictionem, sed est tantùm conditio ad illã habitam aliunde per Jubilæum, Bullam, aut privilegium.

Non obstat secundò *Clementina Dudum*, quatenus dicit jurisdictionem Regu- Clementina Dudum. larium circunscribi suis Monasteriis, & locis; nam aliud est loqui de jurisdictione, quæ extra proprium territorium nõn potest exerceri in Subditos non suos, & de hac intelligitur dicta *Clementina Dudum.* Aliud loqui de approbatione requisita per modum conditionis ad ipsam jurisdictionem aliunde datam per Bullam, vel privilegium,

legium, & de hac non loquitur *Clementina.*

Item privilegium à *Gregorio XIII.* concessum Religiosis nostræ Societatis iter facientibus, non est ut habeantur approbati in itinere, prout approbatio distinguitur à jurisdictione, sed ut habeant jurisdictionem, & de facto possint absolvere, quod non poterant nisi ex vi talis privilegii.

Trident. Non obstat tertiò, quoties *Tridentinum* disponit aliquid faciendum ab Ordinario, semper intelligi de Ordinario loci; id enim falsum est, nam *sessione* 8. *cap.* 23. disponit quòd nullus ordinetur, nisi à suo Episcopo, vel cum literis testimonialibus, & commendatitiis sui Ordinarii; & tamen ibi nomine Ordinarii non intelligitur solus Ordinarius loci, sed quicumque aut originis, aut domicilii, aut beneficii, ut communiter practicatur, & tenent omnes Doctores apud *Barbosam in Collectaneis in Caput Nullus, de temporibus Ordinationum in sexto.* *Barbosa.*

Non obstat quartò bonam rationem exigere, quòd administratio Sacramentorum subjaceat Episcopo loci, in quo celebrantur: possumus enim loqui aut de approbatione, quæ dat jurisdictionem, & quò ad hanc administratio Sacramentorum aliquo modo subjacet Episcopo loci; potest enim hic ex rationabili causa prohibere ne Sacramenta ab aliis, quàm à se approbatis in sua Diœcesi administrentur. Aut possumus loqui de approbatione requisita per modum conditionis ad jurisdictionem obtinendam vi Bullæ, privilegii, aut Jubilæi, & hanc magis congruit non subjacere Episcopo loci; noluit enim pia mater Ecclesia adeò restringere forum conscientiæ, sed potius favere ejus libertati, & manere liberum pœnitenti in his circunstantiis eligere Confessarium approbatum à quolibet Episcopo.

Non obstant quintò duæ illæ declarationes adductæ pro secunda sententia. Non prima, quia solùm intendit Episcopum quà Episcopum ratione solius dignitatis Episcopalis, si alioquin careat jurisdictione, & sit merè titularis, non posse sibi eligere Confessarium non approbatum: quod non tollit quominus id possit Episcopus habens jurisdictionem, hic enim eligendo approbat illum, quem eligit; de quo plenius infrà *à n.* 275.

Non secunda, quia in illa solùm satisfit cuidam dubio Regularium, qui à Pontifice interrogarunt, an tempore Jubilæi possint illud lucrari confitendo Sacerdotibus approbatis ab Ordinario absque approbatione, & licentia suorum Prælatorum? Et respondit Summus Pontifex affirmativè, quia Bulla solùm requirit, quòd Confessarius sit approbatus, & non est necessaria alia approbatio, seu licentia Ordinarii pœnitentis, qui in Regularibus est ipsorum Prælatus.

184 *Dico tertiò*: Sufficit approbatio Episcopi confessarii. Hanc etiam præter *Sanchez*, *Vivaldum*, *Fernand. Henriquez*, *Valerum*, & alios ubi proximè *num.* 178. tenent *Suar. Reginald.* & alii suprà relati pro secunda sententia *num.* 174. Et certè eam probant duæ illæ declarationes Cardinalium ibidem adductæ, ut ex earum tenore sit manifestum: ergo, &c. *P. Sanchez* *Villalob.* *Fernã lez* *P. Henriq.* *Valerus* *P. Suar.* *P. Regin.*

§. 4.

Utrùm semel approbatus à quolibet Episcopo censeatur ubique approbatus?

185 *Semel approbatus à quolibet Episcopo, ubique censetur approbatus.*

186 *Diluuntur tria argumenta contraria.*

187 *An Regulares semel approbati, ubique censeri debeant approbati? Pars affirmativa probabilis?*

188 *Astruitur probabilior resolutio negativa.*

185 Ex dictis colliges, semel approbatum à quolibet Episcopo loci pœnitentis, aut Confessarii censeri ubique approbatum approbatione requisita à *Tridentino* ad audiendas Confessiones Sæcularium, si aliunde detur jurisdictio vi Bullæ, aut Jubilæi, vel privilegii. Unde, si semel approbatus in diœcesi Conimbricensi se transferat in diœcesim Ulyssipponensem, poterit ibi eligi vi Bullæ, aut assumi à Parocho sibi in Coadjutorem absque alia approbatione de novo. Et ita contra *Guttierr. Rodrig.* & alios citatos pro prima, secunda, & tertia sententia, tenent *Joannes Sanchez in selectis d.* 44. *numero* 1. *versu Inprimis* *Gutterres* *Rodriguez.* *Ioã. Sãch.*

Vivaldus Diana Fernand. Ludov. de S. Iuan. Bossius. P. Henriq

cum sequentibus, Vivaldus in candelabro V. confessio n. 28. concl. 3. Diana 1. p. tr. 11. resol. 7. Fernand. p. 3 c. 9. §. 8. Ludovic. de S. Iuan. p. 1. q. 6. fol. 452. Bossius sect. 3. casu 2. n. 231. Henriq. l. 6. cap. 6. §. 7. & alii citati pro nostra resolutione à n. 178. quam plenius ostendemus disputatione sequenti, sectione 2. difficultate 1.

186 Objicies tamen primò: Tridentinum citatum dicit approbationem debere esse ab Episcopis, quod saltem debet intelligi in eorum diœcesibus diversis; non ergo in iis sufficit approbatio unius duntaxat. Respondetur Tridentinum loqui de Episcopis non collectivè, sed distributivè; neque enim requirit quòd quilibet Sacerdos sit approbatus à pluribus Episcopis, sed à quolibet eorum. *(Trident.)*

Objicies secundò: Ex dictis sequitur sufficere approbationem Episcopi extranei, qui, scilicet, neque sit Episcopus loci, neque pœnitentis, neque Confessarii: hoc autem dicit Suar. cit. num. 2. esse omnino improbabile. Respondetur nullum Episcopum posse approbare nisi pro suis ovibus, & respectu earum nullum censeri extraneum: Tridentinum autem loco citato non requirit aliam approbationem, quàm semel habitam pro ovibus alicujus diœcesis, si aliunde detur jurisdictio. *(P. Suarez)*

Objicies tertiò: Sequitur saltē Regulares semel approbatos ab uno Episcopo posse audire cōfessiones in toto orbe, sunt enim semel approbati, & aliunde habent jurisdictionē à Sūmo Pōtifice in suis privilegiis, ut videre est in Cōpendio privilegiorū nostræ Societatis, verbo Absolutio §. 1. *(Comp. d. privileg. Societ.)*

187 Hujus resolutio dependet ab illa quæstione: An Regulares semel approbati possint in foro conscientiæ, non obstante Concilio Tridentino, audire confessiones ubique terrarū; Affirmat Manuel, & Medina, quos citat, eisque favere videtur Henriq. l. 7. cap. 28. n. 2. lit. X. & id probabile existimat Bossius citatus n. 36. & 205. quia nimirùm jurisdictio accipitur à Summo Pontifice in privilegiis ipsis Regularibus concessis, quæ proinde extenditur ad totum Orbem, habita semel approbatione Episcopi, quam requirit Tridentinum per modum conditionis. *(Medina. Manl. P. Henr. Bossius)*

188 Negant tamen Suar. disp. 28. sect. 7. num. 11. Navar. in summa cap. 27. post. num. 266. versu 6. Vivald. 1. p. candelab. tit. de absol. num. 50. Rodrig. in Bul. §. 9. num. 5. Lezana qq. regul. c. 19. n. 4. Fillius. 1. p. tr. 7. c. 9. num. 263. Miranda q. 45. a. 17. Sylvester verbo Confess. 1. n. 12. Tambur. t. 2. d. 6. quæst. 14. n. 1. Bossius cit. num. 36. & 205. Barbosa cit. alleg. 25. n. 53. Et meritò, quia jurisdictio concessa Regularibus in suis privilegiis limitatur per Clementinam Dudum §. Ac deinde, de sepulturis: item per Extravagantem Super cathedram de sepult. & omnino restringitur, ac fit dependens à licentia Ordinariorum locorum, ut præter Doctores citatos tenent Guttier. l. 1. c. 27. n. 18. & 19. Homobon. de exam. eccles. tr. 8. c. 2. quæst. 7. Ugolinus de offic. Episc. cap. 20. n. 6. Fagund. in quinqualogum l. 7. c. 2. n. 17. Cenedus l. 1. quæst. 38. n. 20. & 21. Barbosa dicta allegat 25. n. 52. Dian. 3. p. tr. 2. resol. 25. Lezana quæst. regn. c. 18. n. 8. Rodriguez quæst. reg. t. 1. quæst. 59. a. 8. Manrique p. 2. quæstionum moralium q. 21. n. 10. *(P. Suar. Navar Vivaldus Rodrig. Lezana. P. Fillius Miranda Sylvester P. Tambur. Bossius. Barbosa. Clement. in Dudum. Extrav. Super cat. Guttier. Homob. Ugolin. Fagund. Cenedus Barbosa. Diana. Lezana Rodriguez Manrique)*

SECTIO III.

Qualis sufficiat, & requiratur approbatio?

189 Quid intelligatur nomine approbationis, & quale judicium debeat præmittere Episcopus, ut eam concedat?

190 Quæ scientia in approbando requiratur?

191 An teneatur Confessarius discernere omnes peccatorum differentias?

192 An in omnibus Confessariis eadem scientia requiratur?

193 Utrùm peccet Confessarius indoctus audiens confessiones? &, Quid de Episcopo eum approbante?

194 Quid, si Sacerdos dubitet de sua sufficientia?

195 Quid de Parochis rudibus, & indoctis, qui præsunt exiguis, & remotis oppidis?

196 Quæ probitas in approbando requiritur? &, An Sacerdos debeat conteri ante ingressum confessionis, vel potiùs satis sit, quòd conteratur ante absolutionem?

197 Utrùm, & quæ aliæ requirantur qualitates?

189 Omine approbationis hoc loco intelligitur publicum Episcopi testimonium de sufficientia, & idoneitate personæ quoad scientiam, & alias qualitates requisitas ad officium Confessarii. Ut Episcopus eam concedat, debet præmittere judicium

 tle ta-

de tali sufficientia, & idoneitate, ut constat ex ipso decreto *sacri Concilii Tridentini* loco citato. Vide infrà *n.* 202. *Trident.*

190 *Prima difficultas est*: Quale debeat præmittere judiciũ, tũ quoad scientiã, tum quoad alias qualitates? *Et quæritur primò*: Quæ scientia in approbando requiratur? Respõdetur requiri illã, qua teneat necessaria ad materiam & formam Sacramenti; & calleat, quot & quales circumstantiæ in confessione sint explicandæ; quando repetenda sit confessio tum ob defectum ex parte pœnitentis, tùm ob defectum ex parte ipsius Confessarii; quando facienda sit restitutio. Item requiritur quòd valeat discernere inter peccatum mortale, & veniale, necnon inter ipsa mortalia; & prænoscere, quæ habeant annexam excommunicationem, & reservationem; necnon impedimenta matrimonii, &c. Probatur, quia hæc omnia sunt necessaria, ut possit exercere suum officium: debet autem quis ea noscere, quæ necessaria sunt ad officium, quod profitetur, aliter exponet se periculo errandi: & hæc materia est gravissima. Ita *Suar. disp.* 28. *sect.* 2. *num.* 6. *Reginald. l.* 1. *num.* 139. *Sayrus de pœnit. cap.* 26. *n.* 3. *Navar. in sum. c.* 4. *num.* 9. *Filliuc. tr.* 7. *cap.* 9. *quæsito* 8. *num.* 254. *Henriq. l.* 6. *cap.* 26. *Vasq. q.* 93. *a.* 3. *dub.* 1. *ad finem, Rodriguez cap* 61. *Bonac. q.* 7. *p.* 4. §. 2. *num.* 4. *Lugo disp.* 22. *n.* 70. *P. Suarez. P. Regin. Navar. Sayrus P. Filliuc. P. Henriq. P. Vasq. Rodrig. Bonac. P. Lugo*

191 Observanda tamen hoc loco sunt quinque. *Primum*, non teneri Confessarium hæc in omnibus discernere, id enim vel ipsi doctissimi vix assequuntur: satis est quòd possit in iis, quæ frequentiùs accidunt, & communiter occurrunt; nam quæ raro accidunt, non sunt in consideratione. Ita Doctores proximè locis citatis.

192 *Secundum*, non eandem in omnibus requiri scientiam; in aliquibus enim minor sufficit ad audiendos pueros rusticos, qui sunt conscientia simplici & sincera. In aliis requiritur maior, nimirum ad audiendos mercatores, judices, &c. qui ferè habent casus difficiliores. Item ad audiendas confessiones Clericorum requiritur specialis notitia casuum, quibus irregularitas annexa est, incidunt enim in eos frequenter. Hæc est contra *Caiet. in summa, verbo Confessori necessaria*: traditur tamen à *Vasq. q.* 93. *a.* 3. *num.* 3. *Navar. cap.* 4. *num.* 9. *Bonac. q.* 7. *p.* 4. §. 2. *num.* 9. & aliis. *Caiet. P. Vasq. Navarr. Bonac.*

193 *Tertium*, non solum Sacerdotem peccare exponẽdo se absque prædicta scientia ad cõfessiones audiendas, sed etiam Prælatum eum approbantem, aut tolerantem, propter periculum errorum, & ignorantiarum, quæ committuntur. Ita Doctores proximè. Utrùm verò absolutio collata ab omnino rudi, & ignaro sit non solùm illicita, sed etiam invalida? Diximus *tractatu* 3. *num.* 180. & dicemus infrà *num.* 303.

194 *Quartum*, Sacerdotem dubitantem de sua sufficientia posse deponere scrupulum, & acquiescere judicio Prælati eum approbantis; quia in dubio præsumendum est pro judicio Prælati.

195 *Quintum*, non semper peccare Prælatos tolerantes in oppidis exiguis, & remotis Parochos rudes, ac indoctos; id enim plerumque faciunt, quia propter exiguum stipendium, & earum gentium inopiam non invenitur Sacerdos peritus, qui velit illarum ovium curam suscipere: & melius est quòd in illis oppidis sit aliquis Sacerdos, licèt imperitus, quàm quòd omni destituantur. Et hujus ratio est, quia scientia Sacerdotis non requiritur ad valorem, sed solùm ad integritatẽ confessionis: in casu autem necessitatis non tam attenditur integritas confessionis, quàm ejus valor. Ita *Lugo proximè* *num.* 74. *P. Lugo.*

196 *Quæritur secundò*: Quæ probitas, aut quæ aliæ qualitates in approbando requirantur? Et, quod attinet ad probitatem, respondetur eam requiri, quæ decet pastorem, magistrum, medicum, & judicem animarum, tenentem locum Christi, eumque gerentem. Possumus deinde loqui de probitate, quæ requiritur, ut Sacramentum administretur validè; & ad hoc sufficit quòd Sacerdos non sit excommunicatus vitandus, aut notorius Clerici percussor, nam post *Concilium Constantiense*, hæc tantùm duo impediunt usum jurisdictionis, cum illoque repugnant. Possumus deinde loqui de probitate, quæ requiritur, ut Sacramentum administretur licitè; & ad hoc requiritur status gratiæ: unde, si Sacerdos habeat conscientiam peccati mortalis, debet conari ad contritionem. Utrùm verò debeat eam elicere ante ingressum confessionis, an satis sit quòd cõteratur ante absolutionem? Plures existimant debere eam elicere ante ingressum confessionis. Ita *Possevinus de officio Curati cap.* 45. *n.* 41. *Suar. disp.* *Possevin. P. Suar.*

P. Ponte disp. 18. s. 1. num. 1. *Ludovicus de Ponte to. 4. de christiana perfectione tr. 5. cap. 3. Vasq.* P. Vasq. *disp. 28. s. 1. num. 3. Bonac. & alii.* Fundamentum Bonac. est quia non sola absolutio, sed etiam confessio est pars Sacramenti, & Sacerdos tenetur administrare Sacramentũ in gratia.

Probabiliùs tamen dicendum videtur, satis esse quòd conteratur ante absolutionem. Ita *Henriquez lib. 6. cap. 18. n. 6. in glossa lit. V. Diana 1. p. tract. 7. resolut: 47. Lugo de Sacram. in gen. d. 8. num. 157. & de pœnit. disp. 22. num. 69.* Probatur; P. Henriq Diana P. Lugo. quia Sacerdos non administrat Sacramentum, dum audit confessionem, sed cùm absolvit. Et hujus ratio est; quia; dum audit, passivè se habet, solùm agit, cùm absolvit. Ex quo patet solutio ad fundamentũ opinionis contrariæ. Nõ nego confessionem esse partem Sacramentalem, sed dico hanc non administrari à Sacerdote, nisi cum ipse confert absolutionem.

197 Quod attinet ad alias qualitates; respondetur, præter scientiam, & probitatem, alias tres requiri, nimirum prudentiam, solicitudinem, & diligentiam in adhibendis remediis opportunis. Hæ autem in tanta quantitate requiruntur, quantam diximus decere pastorem, judicem, ac medicum animarum in negotio summi momenti, & discrimine salutis æternæ. Ita *Bonac. q. 7. p. 4. §. 2. num. 16.* cum communi Doctorum. Bonacin.

§. 1.

An ad approbationem necessariò debeat præmitti examen?

198 *An Episcopus debeat omnes priùs examinare, quàm approbet?*

199 *An possit?*

200 *An possit examinare Regulares Ordinum Mendicantium? Refertur opinio negativa.*

201 *Præfertur affirmativa.*

198 SEcunda *difficultas*: Utrùm Episcopus debeat, & possit omnes priùs examinare, quàm approbet? Respondetur non debere, posse tamen omnes examinare, etiam Regulares manifestò idoneos, Magistros, & in Academiis laureatos. Quòd verò non debeat, probatur; quia examen, si alioqui constet de scientia, non est necessarium ad substantiam approbationis, ut clarè colligitur ex ipso *Tridentino* loco citato. Trident. Ibi: *Per examen, si illis videbitur necessarium, aut aliàs idoneus, &c.* Confirmatur à simili, quia manifestò idonei non debent examinari in concursu Parochiæ, juxta *Tridentin. sess. 24. cap. 18.* nec pro ordinibus, *sess. 23. c. 5. & 7.* & ibi *Barbosa in remissionibus*: ergo neque pro confessionibus. Barbosa. P. Fagũd. Palat. Gutter. Miranda Rodriguez Bossius Barbosa Et ita cum communi Doctorum *Fagund. l. 7. cap. 20. num. 70. Palat. in 4. dist. 17. pag. 165. Guttierr. l. 1. qq. canon. cap. 6. num. 9. Miranda in manuali Prælator. t. 1. q. 45. a. 9. Rodriguez in Bullam Cruciatæ §. 9. n. 4. Bossius sect. 3. casu 2. num. 38. & Barbosa de potest. Episcopi allegat. 25. num. 42.*

199 Quòd verò possit omnes; etiam Regulares & manifestò idoneos examinare; ostenditur, quia *Tridentinum* loco citato de omnibus loquitur, & omnes, nemine excepto, subdit approbationi Episcoporum. Et declaratur ex constitutione *Pii V.* edita anno 1571. quæ incipit *Romani Pontificis*, ubi dicit, Tridentinum quoad dictam approbationem per examen observari debere in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, etiamsi sint Lectores, & in Theologia graduati.

200 Scio nostrum *Henriquez l. 6. cap. 6. §. 2. lit. G. cum Soto libro 3. de just. q. 3. a. 2. concl. 4* contrarium docere de Mendicantibus; pro quibus affert constitutionem *Pii V.* quæ incipit *Si mendicantium*, editam anno 1571. P. Henriq Sotus.

Sed hæc Constitutio revocata est per ipsum *Pium V.* eodem anno per dictam Bullam *Romani Pontificis* proximè relatam, & postea per *Gregorium XIII.* & novissimè per *Urbanum VIII.* ut constat ex dictis *sect. 1. difficult. 2. quæsito 1.*

Afferri etiam poterant pro iisdem Mendicantibus textus in *Extravaganti Bonifacii VIII. Super cathedram*, & in *Extravaganti Benedicti. XI. Inter cunctas*, ubi examen Regularium committitur solis Prælatis, nec ulteriùs aliud requiritur, quàm præsentatio externa coram Episcopis. Extravag Super cathedram. Extravag Inter cunctas.

Sed hi textus, ut docent *Sotus in 4. d. 18. q. 4. art. 3. §. Quò ergo ad expositionem Clem. Dudum, Sylvester verbo Confessor 2. num. 10. Bossius sect. 3. casu 2. num. 18.* revocati sunt per *Clementinam Dudum, de sepult.* ubi conceditur Episcopis posse ex justa causa reprobare Regulares, & consequenter eos examinare. Et clariùs per ipsum *Tridentinum* loco citato, Sotus Sylvester Bossius. Clem Dud Trident.

10, ubi dicitur *nullum, etiam Regularem, posse audire confessiones Secularium, nisi ab Episcopis per examen, &c.*

201 Quare nostram sententiam cum communi Doctorum tenent *Suar. 4. t. disp. 28. sect. 4. Lezana in summa cap. 19. num. 6. Barbosa alleg. 25. num. 46. Bossius ubi suprà num. 38. Homobon de exam. Eccles. p. 2. tr. 12. cap. 5. quest. 13. resol. 1. p. mihi 447. Miranda q. 45. a. 9. concl. 1. Valerus ver. Nullitas diff. 5. V. 6.* P. Suar. Lezana. Barbosa. Bossius. Homob.

§. 2.

De Judicio interno, quod in Episcopo ad approbationem requiritur.

202 *An ad valorem approbationis sufficiat judicium idoneitatis externum? Proponitur opinio negativa.*
203 *Proponitur affirmativa.*
204 *Solvuntur rationes opinionis negativæ.*

202 Tertia difficultas: An ad valorem approbationis sufficiat judicium sufficientiæ, & idoneitatis externum absque interno, imò contra internum? Suppono enim scire Episcopum, & videre Sacerdotem non esse idoneum, approbat tamen. Et non sufficere tale judicium externum existimat *Bonac. q. 7. punct. 4. §. 1. n. 29, Bossius citat. num. 3. & Barbosa proximè num. 40.* Probatur primò, quia Tridentinum loco citato exigit judicium; quod intelligendum est de judicio vero, & non ficto, quale est illud externum sine interno. *Secundò*, quia Tridentinum requirit duo distincta, judicium, & approbationem: judicium autem externum coincidit cum approbatione: ergo præter hanc requirit judicium internum. Bonac. Bossius Barbosa Trident.

203 Nihilominus probabilius est sufficere judicium externum. Ita docent *Suar. disp. 28. s. 5. num. 7. Reginald. l. 1. n. 197. & Lugo disp. 21. num. 25.* Probatur, quia Ecclesia non judicat de interioribus: ergo solùm præcipit, & requirit judicium externum. Et confirmatur, quia aliàs multæ confessiones essent nullæ, & multis scrupulis daretur locus; sæpe enim Episcopi approbant favoris gratiâ sine sufficienti judicio interno. P. Suar. P. Regin. P. Lugo

204 *Ad primum* respondetur, Tridentinum intelligendum esse de judicio vero, & tale est illud, quod profertur cum intentione approbandi. *Ad secundum* dicendum est illa duo verba, judicium, & approbationem, esse æquipollentia, poni tamen maioris declarationis gratiâ. Item dici potest aliquo modo distingui, quia judicium dicit quid privatum, & approbatio aliquid publicum.

§. 3.

Utrùm approbatio debeat obtineri in scriptis, & gratis?

205 *An approbatio debeat obtineri in scriptis?*
206 *An debeat obtineri gratis?*
207 *An sufficiat approbatio, quæ non innotuit approbato?*
An sufficiat approbatio præsumpta per ratihabitionem? Ibidem.
An dolo obtenta, vel metu extorta? Ibidem.
An expiret deficiente approbante? Ibid.
An sufficiat habita titulo colorato? Ibidem.

205 Quarta difficultas: Utrùm approbatio debeat obtineri in scriptis? Et pro parte affirmativa facit, quòd in aliquibus Diœcesibus expressè præcipitur, ne quis sine illa in scriptis obtenta ad confessiones audiendas accedat, ut refert *Dian. 5. p. tr. 14. resol. 41.* Diana

Nihilominus dicendum valere approbationem, licèt in scriptis nõ obtineatur. Ita *Suar. disp. 28. s. 5. n. 9. Lugo disp. 21. n. 26. Reginald. l. 1. n. 198. Graffis p. 1. l. 1. c. 1. n. 51. Novar. in novo jure Pontificio concl. 68. num. 8. Diana ubi proximè. Coriolan. p. 1. sect. 2. a. 7. num. 3. Homobonus de exam. Eccles. tr. 5. cap. 2. quest. 10. Barbosa alleg. 25. num. 22. Bossius sect. 3. casu 2. num. 11. Bonac. q. 7. punct. 4. §. 1. n. 32. & alii.* Et ratio est, quia *Tridentinum* loco citato non postulat approbationem in scriptis, neque id exigit ulla alia juris dispositio. P. Suarez. P. Lugo. P. Regin. Graffis. Novar. Diana. Coriolan. Homob. Barbosa. Bossius. Bonac.

Constitutiones autem Synodales, quæ referuntur à *Diana*, non annullant approbationes, quæ non habentur in scriptis, sed tantùm prohibent, ne quis sine approbatione in scriptis obtenta ad confessiones audiendas accedat. Imò hoc præceptum non inducere culpam, sed tantùm pœnam, bene notat ipse *Diana*.

206 Utrùm verò valeat approbatio, quæ non est data gratis, sed aliquâ pecu-

niâ obtenta? Pro parte negativa facit primò, quòd *Tridentinum* loco citato requirit, quòd detur gratis. Secundò, quia collatio beneficii pecuniâ obtenta est nulla. Amplectenda tamen resolutio affirmativa cum *Suar. d. 28. sect. 5. num. 10. Lugo disp. 21. num. 25. Reginald. l. 1. num. 198. Bossio n. 14. Barbosa ubi suprà n. 11. Fagund. l. 7. c. 2. n. 66. Bonac. q. 7. p. 4. §. 1. n. 33. Diana 15. p. tr. 14. resol. 41.* qui omnes dicunt verba *Tridentini* non importare conditionem annullatoriam, sed solùm præceptum; neque aliud erat necessarium, nec fortè expediens. In collatione beneficii est specialis juris dispositio.

P. Suar. P. Lugo. P. Regin. Bossius. Barbosa P. Fagund. Bonac. Diana.

207 Hic poterat inquiri primò: An sufficiat approbatio cujus notitiam non habet ipse approbatus? Secundò: An sufficiat approbatio præsumpta per ratihabitionem de præsenti, vel futuro? Tertiò: An sufficiat dolo obtenta, vel metu extorta? Quartò: An expiret morte approbantis, aut per ejus amotionem ab officio? Quintò: An sufficiat habitâ titulo colorato cum errore communi? Verùm hæc omnia coincidunt cum illis, quæ in simili resolvimus agendo de licentia & jurisdictione delegata *disp. 1. sect. 4. §. 1. à pag. 298. & sect. 5. à pag. 309.*

§. 4.

Utrùm in Regularibus sufficiat approbatio Episcopi sine licentia sui Prælati?

208 *An Regulares possint validè absolvere extra mortis articulum, cum sola licentia & approbatione Episcopi sine licentia sui Prælati?*

209 *An possint absolvere extra mortis articulum à venialibus, & mortalibus confessis?*

210 *An à mortalibus?*

211 *An validè absolvant ex vi suorum privilegiorum?*

212 *An validè absolvant ex vi jurisdictionis concessæ ab Episcopo? Proponitur resolutio affirmativa probabilis.*

213 *An hæc resolutio tenenda sit pro Regularibus Mendicantibus? Negandum.*

214 *An pro Regularibus non Mendicantibus? Probabiliùs negandum.*

215 *Solvitur quoddam argumentum.*

216 *An Regulares validè absolvant ex vi Bullæ, vel Iubilæi? Pars affirmativa.*

217 *Statuitur probabilior resolutio negativa.*

218 *An Regulares licitè absolvant absque licentia Prælati?*

219 *An peccent mortaliter sic conferendo absolutionem?*

220 *Resolvitur juxta diversas Religionum constitutiones.*

208 Q*Uinta difficultas*: An Regulares possint audire confessiones cum sola licentia, & approbatione Episcopi absque licentia sui Prælati? Quæstio non procedit in articulo mortis; tunc enim clarum est posse Regulares quemlibet absolvere à quibuscumque casibus, & censuris, sicut potest alius quilibet Simplex Sacerdos absque alia approbatione, vel licentia, quam illa, cujus fit mentio in *Tridentino*, & de qua nos locuti fuimus suprà *à n. 17.* sive hæc licentia sit de jure divino, sive de jure ecclesiastico à Summo Pontifice immediatè, juxta diversas sententias, quas ibi retulimus. Difficultas solùm habet locum extra mortis articulum, & in ea quæri possunt duo: *primum*, Utrùm absolutio collata à Regulari absque licentia sui Prælati sit valida? *Secundum*, Utrùm sit licita?

209 Quod attinet ad *primum*, quæstio potest procedere aut de absolutione à venialibus, vel à mortalibus jam confessis; & de hac omnes Doctores, quos infrà subjicio, fatentur esse validam, quia jurisdictio ad venialia, vel ad mortalia jam confessa, aut est de jure divino, aut de jure ecclesiastico concessa à Papa cuilibet Simplici Sacerdoti independenter ab alio Superiore immediato, juxta ea, quæ diximus *à num. 18.*

210 Aut potest procedere de absolutione à mortalibus, & hæc ex triplici capite videtur posse esse valida. Primò, ex vi privilegiorum, quæ habent Regulares, & illis conceduntur non à suis Prælatis, sed à Papa. Secundò, ex vi jurisdictionis, quam Episcopus cuilibet Regulari potest concedere in suos Subditos. Tertiò, ex vi Bullæ, vel Jubilæi concedentis facultatem eligendi quemcumque Sacerdotem sive Sæcularem, sive Regularem idoneum.

211 Primum ergo dubium est: An Regulares approbati ab Episcopo, & absolventes, inconsulto ac invito Prælato, ex vi

vi suorum privilegiorũ validè absolvant? Respondetur negativè cum *Sylvestro verbo Confessor 2. n. 2. Angelo verbo Confessor 2. §. 4. Alexandro in summa l. 1. tit. 3. cap. 9. & 10. Ledesma 2. p. q. 8. a. 2. dub. 3. Rodrig. t. 1. qq. reg. q. 60. a. 1. & 2. Navar. in sum. c. 4. num. 6. & cap. 27. num. 64. Fagund. l. 7. cap. 2. num. 32. Layman l. 5. tr. 6. cap. 10. n. 14. Bossio sect. 3. casu 2. num. 180. & seqq. Miranda in manuali Prælat. t. 1. q. 45. a. 13. Ioan. de la Cruz de statu Relig. l. 2. cap. 6. dub. 2. concl. 2. in fine, Flamma 1. p. methodi c. 7. §. 4. Homob. 1. p. exam. tr. 7. cap. 16.* Adde *Tamburinum citatum disp. 6. quæsito 7. num. 7.* Probatur, quia privilegia Regularium non illis communicantur, nisi mediante suo Prælato, ab eoque dependenter. Et certè pro nostra Societate ita declaravit *Paulus III.* in Bulla, quæ incipit: *Dilecti*, anno 1541. & expressè *Gregorius XIII.* in Bulla, quæ incipit: *Decet Romanum*, anno Domini 1575. Ergo, &c.

Sylvester. Angelus. Alexand. Ledesm. Rodrigues. Navar. P. Fagũnd. Layman. Bossius. Miranda. Cruz. Flamma. Homob. Tambur.

212 Secundum dubium: Utrùm validè absolvant, saltem ex vi jurisdictionis, quam Episcopus illis potest absolutè & immediatè concedere in suas oves? Affirmant *Graffis 1. p. decis. l. 1. c. 13. n. 88. Zerola in praxi pœnit. cap. 16. q. 7. ver. Respondeo 1. Miranda in manuali Prælatorum t. 1. q. 45. a. 12. Lezana cap. 19. n. 12. Cruz de statu rel. l. 2. cap. 6. dub. 2. concl. 1. Layman l. 5. tr. 6. cap. 10. num. 15. versu. 2. Dubitabit aliquis, Trullench. in Bull. Cruciatæ l. 1. §. 7. cap. 1. dub. 6. num. 8. Salas de legib. d. 16. sect. 10. num. 34. Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tr. 17. c. 16. n. 77. Villalobos t. 1. tr. 9. dubio 50. n. 4. Barbosa de potest. Episc. alleg. 21. n. 53. Tamburin. t. 2. disp. 69. q. 15. Nugnus in addit. ad 3. p. t. 2. q. 8. a. 5. dub. 8. Angles in 4. q. de confes. a. 8. diff. 8. Diana 2. p. tr. 11. resol. 13. & in additionibus in fine 3. p. resol. 7. & 5. p. tr. 12. resol. 49. Leander disp. 11. q. 75.* Et probatur, quia jurisdictio tunc, ut suppono, datur immediatè ab Episcopo in ordine ad ejus oves, idque independenter à Prælato: ergo, &c.

Graffis. Zerola. Miranda. Lezana. Cruz. Layman. Trullench. P. Salas. Homob. Villalobos. Barbosa. Tamburin. Nugnus. Angles. Diana. Leander.

213 Nihilominus licèt id sit valde probabile in aliis Religionibus, certè in religione Ordinis Prædicatorum, & in aliis Mendicantium, necnon in iis, quæ cum Mendicantibus in privilegiis communicant, tenenda omnino videtur contraria resolutio negativa propter constitutionem *Iulii III.* editam anno 1550. *die 17. Ianuarii*, in qua annullantur omnes gratiæ, & licentiæ non solùm concessæ, sed etiam concedendæ, & undecumque emanaturæ, absque beneplacito Superioris, nisi manu Summi Pontificis, aut de consensu Cardinalis Protectoris, aut Viceprotectoris fuerint obsignatæ.

214 Dixi (resolutionem affirmativam esse valde probabilem in aliis Religionibus) quia etiam in illis contraria negativa est probabilior, quam tenent *Sylvester verbo Confessor 2. num. 1. versu. 2. quod dicti fratres, Navar. in sum. cap. 4. num. 5. & in Cap. Placuit num. 13. de pœnit. d. 6. Conrad. part. 1. cap. 66. & part. 2. cap. 168. Henriquez lib. 6. cap. 6. §. 6. versic. Regulares non approbati, & Fagund. l. 7. cap. 2. num. 33. Rodriguez t. 1. qq. reg. q. 60. a. 3. Campanilis rubrica 12. cap. 13. num. 60. Bossius sect. 3. casu 2. num. 186.* Probatur primò ex *Clementina Dudum §. Statuimus, de sepultur.* ubi Summus Pontifex præter approbationem Episcopi requirit præsentationem Prælati. Secundò, quia Religiosus non habet velle, aut nolle, sed in omnibus subjacet voluntati sui Prælati, ab eaque dependet: ergo invito Prælato non manet capax jurisdictionis delegatæ ab Episcopo, à quo est exemptus.

Sylvester. Navar. Conrad. P. Henr. P. Fagund. Rodriguez. Campan. Bossius. Clement. Dudum.

215 Objicies: Ex hac doctrina sequitur Regularem, qui dimisso habitu Religionis, & putatus Clericus Sæcularis, ab Episcopo præficeretur alicui Parochiæ, non validè absolvere. Respondetur cum *Rodriguez q. 60. a. 2. Medina Cod. de confess. q. 34. §. Si quæras, Reginald. l. 1. num. 169. Bossio sect. 3. casu 2. num. 190.* confessiones in hoc casu esse validas propter errorem communem, & titulum coloratum, de quo *præcedenti disputatione, sectione 5.*

Rodrig. Medina. P. Reginal. Bossius.

216 Tertium dubium est: Utrùm validè absolvant, si invito Prælato eligantur vi Jubilæi, aut Bullæ concedentis facultatem eligendi quemcumque Sacerdotem sive Sæcularem, sive Regularem idoneum? Affirmant *Sotus in 4. disp. 18. quæst. 4. art. 3. §. Postremum, Sylvester verbo Confessor 1. num. 5. Graff. part. 1. lib. 1. cap. 13. num. 87. Conrad. 1. part. resp. quæst. 66. Petigianus in 4. sent. tit. 2. d. 17. quæst. unica art. 4. dub. 1. Nugnus in addit. ad 3. part. tit. 2. quæst. 8. art. 5. dub. 8. Ioannes à Cruce de statu relig. l. 2. cap. 6. dub. 2. concl. 2. Salas de legib. disp. 16. sect.*

Sotus. Sylvester. Graffis. Conradus. Petigian. Nugnus. Crux. P. Salas.

Miranda
Angles
Villalobos
Homob.
Costa.
Ledesm.
Trullench
Diana

sect. 10. num. 43. Miranda t. 2. q. 43. a. 12. Angles in 4. q. de confess. ar. 8. diffic. 8. Villalobos t. 1. tract. 9. dub. 50. Homobon. de exam. Eccles. p. 2. tract. 5. cap. 2. q. 13. Costa in expos. Bullæ q. 41. Ledesma in sum. t. 1. tr. de pœnit. cap. 13. d. 12. Trullench. in Bull. Cruc. l. 1. §. 7. d. 6. Diana 2. p. tr. 11. de Bulla resol. 13. & in addit. 3. partis in fine resol. 7. & 5. p. tract. 12. resol. 49. Et probatur, quia tunc dantur omnia requisita, nimirũ approbatio ab Episcopo, & jurisdictio à Papa concessa in Jubilæo: ergo, &c.

217 Nihilominus probabilior est resolutio contraria negativa, ob *Clementinam Dudum* proximè relatam, nam ex vi illius Regulares non censentur absolutè approbati absque licentia sui Prælati. Et ita *Bossius sect. 3. casu 2. n. 192. Fagund. l. 7. c. 2. n. 32. Henriq. l. 6. c. 6. §. 6. Rodriguez t. 1. qq. reg. q. 60. ar. 3. Veg. 1. p. t. 62. casu 26. Alexander Ariostus l. 1. c. 18. de potest. confess. pag. 55.*

Bossius
P. Fagũd.
P. Henriq
Rodrig.
Vega.
Ariostus

218 *Quòd attinet ad secundum quæsitum* præsentis difficultatis: An scilicet absolutio collata à Regulari absque licentia sui Prælati sit licita? Dicendum est non licere. Ita *Navar. cap. 4. num. 260. Felicianus super tit. de privilegiis cap. 16. pag. 690. Ledesma 2. p. q. 8. a. 2. dub. 3. Sylvester verbo Confessor 2. §. 2. Angelus verbo Confessor 3. §. 4. Archidiaconus in Cap. Placuit 16. q. 1. & in Cap. Perlectis 15. d. Medina tract. 2. de conf. fol. 94. versu Si quæras, Sotus in 4. d. 18. q. 4. a. 3. Tambur. t. 2. de jure Abbatum disp. 6. quæs. 15. Rodrig. t. 1. qq. reg. q. 60. a. 1. Bossius sect. 3. casu 2. num. 178. Trullench in Bullam Cruc. l. 1. §. 7. d. 5. n. 4. Henriquez l. 6. c. 6. §. 6. lit. T. V. X. Graffis 1. p. decis. aur. l. 1. c. 13. dum. 87. Lopez in suo instruct. cap. 26. Campanilis rubr. 12. cap. 13. n. 59. Layman l. 5. tr. 6. cap. 10. Fagund. l. 7. c. 2. num. 32. & Barbosa potest. Episc. alleg. 25. num. 45.* referens, *Concilium Lateranense*, & quamdam Bullam *Pii V* editam 8. *Idus Augusti anno 1571.* Probatur, quia Religiosus non habet velle, aut nolle, sed in omnibus subjacet voluntati sui Prælati, ab eaque dependet, *Cap. Si Religiosus. Cap. Quorumdam, de electione in 6. Cap. Non dicatis 11. quæstione 1.*

Navarr.
Felician.
Ledesma
Sylvester
Angelus
Archidiac
Medina.
Sotus.
Tambur.
Rodrig.
Bossius.
Trullẽch
P. Henriq
Graffis.
Lopez
Campan.
P. Laym.
P. Fagũd.
Barb.
Cõc. Later

219 Utrùm verò sic absolvere sit peccatum mortale, an solùm veniale? Respondetur imprimis esse peccatum mortale in opinione asserentium absolutionem esse invalidam; quia grave sacrilegium est frustrare Sacramentum, & illud invalidè administrare. Et in hoc conveniunt omnes Doctores allegati.

In casu autem, & in opinione asserentium absolutionem esse validam, ut est quando solùm confitentur venialia, aut sola mortalia jam confessa, *Peirinus t. 1. de subdito relig. q. 1. cap. 21. dict. 5. Lopez 1. p. Instruct. cap. 26. col. 4. vers. 3. dicimus, Miranda t. 1. q. 45. a. 13. concl. 2. Tambur. de jure Abb. d. 6. q. 15. n. 9. Rodriguez t. 1. qq. reg. q. 60. a. 2. Peregrin. ad const. Cleric. Regul. 1. p. cap. 5. §. 5.* dicunt esse peccatum mortale.

Peirinus
Lopez
Miranda
Tambur.
Rodriguez
Peregrin.

220 Probabiliùs tamen dicendum videtur esse peccatum mortale, aut veniale pro diversitate Constitutionum, quæ id prohibent: unde in Religionibus, quarum Constitutiones obligant sub mortali, erit peccatum mortale; in iis verò, quarum Constitutiones solùm obligant sub veniali, erit solùm peccatum veniale. Ita *Medina codice de confes. q. 33. §. Si quæras, Reginald. in praxi l. 1. num. 196. Navar. in summa cap. 4. n. 8. Diana 2. p. tract. 11. resol. 13. Megala 1. p. l. 1. cap. 14. n. 8. Molfesius t. 1. tr. 7. cap. 14. num. 87.* Et consequenter in Religionibus, quarum Constitutiones neque obligant sub mortali, neque sub veniali, nullum erit peccatum; semper tamen, qui ita absolvunt, subjacebunt punitioni, & pœnis, quibus subjacent illi, qui suas Constitutiones non observant.

Medina
P. Regin.
Navar.
Diana
Megala
Molfes.

SECTIO IV.

Utrùm Episcopus possit negare approbationem justè petenti, aut eam semel concessam revocare?

221 *An Episcopus negans approbationem peccet contra justitiam?*

222 *An electo ad beneficium possit justè negari approbatio?*

221  *Rima difficultas*: An Episcopus possit negare approbationem justè petenti? Et imprimis certum est eam negantem peccare contra justitiam; nam, licèt nullam faciat injuriam non concedendo jurisdictionem, concedit enim hanc per viam gratiæ; unde potest illam pro libitu conce-

concedere, vel negare: injuriam tamen facit negando approbationem, idque ex duplici titulo. Primo, quia approbatio non conceditur per viam gratiæ, sed in ea proceditur per viam justitiæ: est enim approbatio testimonium quoddam, & declaratio publica scientæ, & idoneitatis, quæ de jure debetur iis, qui illam petunt, si tali scientia, & idoneitate sunt ornati, ut constat ex *Clement. Dudum, de sepult.* Secundo, quia omnes Sacerdotes habent jus, ut sint eligibiles per Bullam & Jubilæum, si sint approbati; & multò magis Regulares, hi enim habent jus ad absolvendum per sua privilegia, si approbentur: non ergo illis sine injuria potest negari approbatio.

Clem. Dud. de sepult.

222 Et declaratur, nam electo ad beneficium, ex eo quòd habeat jus ad illud, non potest sine injuria negari approbatio: ergo etiam cuilibet Sacerdoti, maximè Regulari, cùm habeat jus ut sit eligibilis per Bullam, &c. non potest sine injuria approbatio denegari. Et ita *Lugo disp. 21. n. 49. Suar. d. 28. sect. 5. num. 13. Fagund. l. 7. cap. 2. n. 9. Coninck de Sacram. p. 2. disp. 8. dub. 7. n. 58. Filliuc. p. 1. tr. 7. c. 9. n. 207. Layman l. 5. tr. 6. cap. 11. num. 3. Bossius sect. 3. casu 2. n. 15. Fincllius de casibus reserv. cap. 5. n. 3. Leand. disp. 11. q. 81. Dicastillo disp. 10. num. 297. & alii.*

P. Lugo. P. Fagūd. P. Coninc. P. Filliuc. P. Laym. Bossius. Fincllius. Leander. P. Dicast.

§. I.

An approbatio justè petita, & injustè negata habeatur pro concessa?

223 *Fundamenta opinionis affirmantis.*

224 *An hæc opinio aliquam habeat probabilitatem quoad Sacerdotes Sæculares?*

225 *Diriumuntur argumenta opinionis affirmativæ.*

223 TOta dubitatio est: An approbatio justè petita, & injustè ex sola duritie & malevolentia Episcopi negata habeatur pro concessa? Pro parte affirmativa facit *primò*, quia malitia & iniquitas, præsertim injuriosa, innocenti nocere non debet. *Secundò*, quia licentia transeundi in arctiorem Religionem justè petita, & injustè negata habetur pro concessa, *Cap. Licet, de Regularibus*. *Tertiò*, quia nulla licentia potest revocari absque legitima causa; unde quælibet injustè revocata adhuc habetur pro concessa: ergo idem dicendum de injustè negata. Hanc opinionem non solùm quò ad Regulares, de quibus statim, sed etiam quoad Sacerdotes Sæculares, probabilem existimat *Bossius citatus n. 31.*

Cap. Licet

224 Nihilominus quoad Sacerdotes Sæculares nullam in ea invenio probabilitatem; sed omnino asserendū puto Sacerdotes Sæculares, quibus injustè negatur approbatio, manere inhabiles ad confessiones Sæcularium. Ita *Suar. disp. 28. sect. 5. n. 6. Reginald. l. 1. n. 192. Fernand. p. 3. cap. 9. §. 8. n. 2. Ioannes Sanchez in select. d. 48. n. 16. Trullench. in expos. Bullæ Cruc. l. 1. §. 7. c. 1. dub. 8. Coninck d. 8. dub. 7. n. 58. Valer. de differ. utriusque fori, v. Nullitas, diff. 2. Fag. l. 7. c. 2. n. 58. Flor. de casibus reserv. p. 1. c. 4. §. 16. n. 1. Barbosa de potest Episc. alleg. 25. n. 15. Lugo disp. 21. n. 50. Bossius sect. 3. casu 2. n. 31. Filliuc. ubi suprà, Tamburin. de jure Abbatū t. 2. disp. 6. q. 12. num. 6. Leand. disp. 11. q. 82.* Et probatur, quia *Tridentinū* loco citato omnino requirit approbationem obtentam ab Episcopo; & aliàs reddit omnem Sacerdotem non habentem parochiale beneficium omnino inhabilem ad audiendas confessiones Sæcularium: ergo.

P. Suarez. P. Reginal. Fernand. Ioā. Sāch. Trullench. P. Coninc. Valerus. P. Fagūd. Floronus. Barbosa. P. Lugo. Bossius. P. Filliuc. Tambur. Leander.

225 Neque obstat *primò*, quòd iniquitas innocenti nocere non debet, sæpe enim de facto nocet, ut patet in eo, qui ex iniquitate administrat Baptismū, Pœnitētiam, vel alia Sacramenta sine intentione. Non obstat *secundò*, quòd licentia transeundi in arctiorem Religionem justè petita, & injustè negata habeatur pro concessa, nam id est speciale in eo casu, & à jure cōcessum in dicto *Cap. Licet*: & quāvis jus id etiam potuerit concedere in nostro casu, de facto non concessit. Non obstat *tertiò*, quòd nulla licentia possit revocari absque legitima causa; nam legitima causa solùm requiritur ut revocatio sit licita nō ut sit valida.

§. II.

An subsistat privilegium Regularium circa approbationem justè petitam, & injustè negatam?

226 *Refertur opinio negativa.*

227 *Præfertur opinio affirmativa.*

228 *An per Tridentinum derogetur privilegiis Regularium, quæ habent ne examinentur ab Episcopo?*

229 *An,*

229 *An & quare per Tridentiunm derogetur licentia, quam Regulares habent audiendi confessiones familiarium.*

*

230 *An privilegium pro Regularibus assertum n. 227. derogetur per novissimam Urban constitutionem?*

Sententiã, quã Author n. 227. probabiliorem existimat, & defendit, postquã ipse scripsit, fuit dãnata ab Alexandro VII. anno 1665. die 24. septembris. Et iis modo non est sustinẽda

231 *An, & quare non derogetur per Tridentinum?*

232 *Quas limitationes accipiat tradita doctrina?*

226 Dixi (quoad Sacerdotes Sæculares (quia quoad Regulares est maior dubitatio: & plures existimant, etiam quoad Regulares, approbationem injustè negatam nullo modo haberi pro concessa, Ita *Suar. disp.* 28. *s.* 1. *n.* 5. *Barbosa in collect. m. t.* 3. *p.* 2. *l.* 3. *Clem. tit.* 7. *Clem. Dudum n.* 8. *Vasq. in* 3. *p. t.* 4. *q.* 93. *a.* 5. *dub.* 3. *n.* 2. *Fernand. in exam. Theol. mor. p.* 3. *c.* 9. §. 8. *n.* 2. *Reginald in praxi t.* 1. *l.* 1. *c.* 16. *q.* 5. *n.* 192. *Llammas de resign. benefic. l.* 3. *q.* 11. *v.* 14. *Coninck. disp.* 8. *n.* 58. *Floron.* 1. *p. c.* 4. §. 16. *n.* 2. *Valerius verbo Nullitas dif.* 5. *n.* 2. *Pitigian.* 4. *sentent. t.* 2. *dist.* 17. *q. un. a.* 4. *dub.* 3. *n.* 2. *Sylvius in addit. ad* 3. *p. q.* 8. *a.* 5. *Quæritur secundò, Sanchez in selectis disp.* 48. *n.* 16. Quibus accedunt *Hurtad. disp.* 10, *diffic.* 16. *Lugo disp.* 21. *n.* 52. *Tamburin. d.* 6. *quæst.* 12. *n.* 6. & *Dicastillo disp.* 10. *n.* 268. Probatur, quia *Tridentinum* loco citato generaliter, loquitur tam de Regularibus, quã de Sæcularibus, & derogat omnibus privilegiis contrariis: &, si quid fortè Regularibus potiùs, quàm Sæcularibus faveret, esset privilegium in *Clement. Dudum*: hoc autem, sicut & omnia alia, per *Tridentinum* loco citato est revocatum: ergo &c.

P. Suarez
Barbosa.
P. Vasq.
Fernand.
P. Reginal.
Llamas
P. Coninck
Floronus
Valerius
Pitigian
Sylvius.
Ioã Sanch.
P. Hurtad.
P. Lugo.
Tambur.
P. Dicast.
Trident.
Clemẽtina Dudum

*

227 Nihilominus probabilior videtur cõtraria resolutio asserẽtiũ approbationẽ Mendicantiũ justè petitã, & injustè negatam, haberi pro concessa juxta terminos *Clement. Dudum*. Ita *Navar. in sum. c.* 27. *n.* 264. *in fine, Vega l.* 1. *casuum consc. casu* 58. *Henriq. l.* 6. *c.* 6. §. 4. & *l.* 7. *c.* 12. §. 3. *Cochier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part.* 4. *q.* 77. *Vivald. in candelabro aureo tit.* 1. *de absolutione n.* 27. *Miranda t.* 1. *man. Prælat. q.* 41. *a.* 6. & 8. *Rodriguez in Bullam Cruciatæ* §. 9. *n.* 32. & 33. & *t.* 1. *qq. regul. q.* 57. *a.* 1. *n.* 3. & 10. *Perinus de religioso subdito t.* 1. *q.* 1. *cap.* 21. §. 2. *Fagundez in quinqualogo pr.* 2. *l.* 7. *c.* 2. 15. *Finellius de casib. reser. cap.* 3. *n.* 3. *Layman. l.* 5. *tr.* 6. *c.* 11. *n.* 4. *Ioannes de la Cruz de Sacra Relig. l.* 2. *c.* 6. *dub.* 1. *Griffis l.* 1. *decis. aur. c.* 13. *n.* 40. *Lezzana sum. qq. regul. c.* 19. *n.* 3. *Cenedus de quæst. can. q.* 38. *n.* 21. *Palatius d.* 17. *q.* 7. *Villalobos in summa t.* 1. *tr.* 1. *diffi.* 53. *n.* 3. *Bossius de triplici Iubilæo sect.* 3. *casu* 2. *n.* 17. *Diana* 3. *p. tr.* 2. *resol.* 24. & 5. *p. tr.* 13. *resol.* 45. *Leand. disp.* 11. *q.* 83.

Navarr.
Vega
P. Henr.
Cochier
Vivaldus
Miranda
Rodriguez
Perinus
P. Fagund
Finellius
P. Layman
Cruz
Lezzana
Cenedus
Palat.
Villalobos
Bossius
Diana.
Leander.
Clement
Dudum

Et probatur ex *Clement. Dudum* §. *Si verò iidem Prælati, de sepultur.* ubi habetur approbationem Mendicantium justè petitam, & injustè negatam haberi pro concessa. Nec dictæ *Clementinæ* quoad hoc videtur per *Tridentinũ* derogatũ, nam quando privilegium est insertum in corpore juris, non est purum privilegium, sed potiùs habet vim juris, & dicitur lex, *L. Ejus militis* §. *Militia missus ff. de test. militum* ut notat *Iason. in l.* 1. *num.* 16. *de constit. Lotterius de re beneficiar. t.* 1. *l.* 2. *q.* 7. *n.* 26. *Henriq. l.* 6. *c.* 6. §. 4. *Diana* 3. *p. tr.* 2. *resol.* 1, §. *Sed contrariã sententiam*, & communẽ Doctorum, qui omnes asserunt privilegium insertum in corpore juris habere vim juris, & reputari legem; unde non corrigitur per legem posteriorem, sed potiùs lex posterior per illã restringitur, ut constat ex *Glossa in Authentica Quæ provinciis, codice de criminibus, verbo Omni privilegio.*

L. Ejus mil
Iason
Loterius
P. Henriq.
Diana.
Glossa

Et hujus ratio est, quia tunc lex posterior manet odiosa, talis enim est lex legi, & consequenter restringenda, ac limitanda in eo sensu, quo priori non derogetur, ut constat ex *Lege Sed & posteriore ff. de legibus*, & ex *Glossa recepta in Authentica Offeratur, codice de litis contestatione*, quæ limitat dictam Authenticam per priorem *Legem Sciendũ ff. Qui satisdare coguntur.* Secùs dicendum, quando privilegium non est insertum in corpore juris, quia tunc non est lex, sed merùm privilegium, ac proinde odiosum, tale enim est privilegium respectu legis, & consequenter restringendum per ipsam legem. Et ita docent *Villalobos in sum. t.* 1. *tr.* 9. *diff.* 51. *num* 3. *Ioannes de la Cruz de statu Relig. l.* 2. *c.* 6. *dub.* 1. *Layman. lib.* 1. *tr.* 4. *c.* 23. *num.* 26. & *lib.* 4. *tr.* 6. *c.* 11. *n.* 5. *Barbosa in l.* 2. §. *Legatis num.* 117. *ff. de judiciis, Burgos de paz in L.* 3. *Tauri n.* 559. *Iacobus Benius de privilegiis Iuris consult. p.* 3. *privileg.* 100. *num.* 2. *Rebuffus respons.* 15. *versu Septimo etiam*, & *resp.* 134. *versu Etiamsi mandetur, Mandosius de pri-*

L. Sed &
Glossa
L. Sciendũ
Villalob.
Cruz
P. Layman
Barbosa
Burgos
Benius
Rebuffus
Mandos.

Miranda Diana Felinus Rodriguez Bossius Gomez Sotus

de privileg. ad instar. glos. 14. n. 2. Miranda t. 1. q. 45. a. 6. Diana 3. p. tr. 2. resol. 1. Felin. in c. 1. num. 12. Decius consil. 165. n. 4. Rodriguez t. 1. quæst. reg. q. 59. a. 2. & 3. Bossius sect. 3. casu 2. n. 17. Gomez in cap. 1. n. 93. de const. in 6. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. a. 3.

228 Objicies primò: Ex hac doctrina sequitur, quòd neque per *Tridentinum* loco citato derogatum sit privilegiis Regularium, quæ habent ne examinentur ab Episcopo, sed solùm à suis Prælatis, indulta à *Bonifacio VIII. in Extravaganti Super cathedram. & Benedicto XI in Extravaganti Inter cunctas:* nam hæc etiam sunt inserta in corpore juris. Respondetur imprimis dicta privilegia revocata esse per *Clement. Dudum.* in qua Regulares subjiciuntur examini Episcoporum. Deinde dicendum est, etiam revocari per *Trident.* loco citato, nam etiam in eo Regulares subjiciuntur examini Episcoporũ. Non tamen inde sequitur per ipsum *Tridentinum* revocari privilegium justè petitæ, & injustè negatæ. Diversa ratio est, quia *Tridentinum* est omnino contrarium privilegio examinis, non tamen privilegio justè petitæ; & quando duæ leges sunt omnino contrariæ, posterior est correctoria prioris: non ita quando non sunt omnino contrariæ, sed ambæ sustineri possunt.

Extr. Super cathedr. Extrav. inter cunctas

229 Objicies secundò: Per *Tridentinum* loco citato dorogatum est *Clementinæ Religiosi §. Sanè, de privilegiis,* quatenus Regularibus indulget licentiam audiendi absque approbatione Episcopi confessiones familiarium, & egenorum ægrotantium in eorũ hospitalibus: ergo etiam derogatum erit *Clementinæ Dudum,* quatenus Mendicantibus indulget, quòd eorum approbatio justè petita, & injustè negata habeatur pro concessa. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia in *Clement. Religiosi* non conceditur tale privilegium, sed solùm dicitur per ipsam Clementinam illi non derogari aliàs concesso, ibi: *Sanè Religiosis illis, quibus est ab Apostolica sede concessum ut familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus Sacramenta possint ecclesiastica ministrare, nullum ex præmissis volumus quoad hoc præjudicium generari, &c.* Itaque dictum privilegium non est insertum in corpore juris, sed tantùm ejus mentio. At verò privilegium, de quo in *Clement. Dudum,* est in corpore juis insertum.

Clement. Religiosi

230 Objicies tertiò: Saltem post novissimam constitutionem *Urbani VIII.* quæ incipit: *Cùm sicut accepimus,* de qua suprà, videtur dicto privilegio derogatum; ibi enim revocantur omnia privilegia indulta Regularibus ad audiendas cõfessiones Secularium absque approbatione Episcopi: ergo. &c. Respondetur negando antecedens, quia dicta constitutio solùm revocat privilegia, per quæ ipsum *Tridentinum* penitus everteretur, ut constat ex dictis *à n. 149.* at dictum privilegium non est hujusmodi.

231 Objicies quartò: Clausula Tridentini, *nisi approbationem obtineat, &c.* inducit omnimodam approbationis necessitatem; ad eum modum, quo clausula, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* inducit omnimodam Baptismi necessitatem. Respondetur prædictam clausulam in iis, quæ sunt de jure humano, stare posse cum aliqua dispensatione, & exceptione à regula generali ipso jure. Vide suprà *num. 227.*

232 Dixi in conclusione (approbationem Mendicantium injustè negatam haberi pro concessa juxta terminos *Clementinæ Dudum*) quia in dicta *Clementina* non id conceditur absolutè, sed cum aliquibus limitationibus. Prima, quòd renuente Episcopo aliquem ex præsentatis à Prælato, alium subroget ipse Prælatus loco illius. Secunda, quòd præsentati non sint plures, quàm necessarii pro populi multitudine.

§. 3.

Resolvuntur nonnullæ quæstiones circa privilegium assignatum.

233 *Utrùm dictum privilegium extendatur ad omnes Mendicantes?*

234 *An, si Episcopus injustè nolit approbare absolutè, tenentur Regulares, elapso tempore recurrere ad Episcopum?*

235 *Quomodo cognoscendum sit, an Episcopus injustè neget?*

236 *Quid dicendum in dubio de injustitia?*

237 *Utrùm superfluitas Confessorum sit legitima causa, ut rejectio ab examine sit valida?*

238 *Utrùm etiam, ut sit licita? Pars affirmativa.*

239 *Statuitur pars negativa.*

240 Co-

240 Corolaria præcedentis doctrinæ

233 QUæres primò: Utrùm dictum privilegium extendatur ad omnes Mendicantes? Negat *Joan. à Cruce l. 2. de statu Religionis cap. 6. dub. 1. concl. 2.* ubi dicit solùm prodesse Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, quia illis solùm concessum est, non verò aliis; & licet alii communicent in privilegiis cum Mendicantibus, talis communicatio non est inserta in corpore juris, ac proinde illis non prodest quoad ea, quæ requiruntur esse inserta. *Joan. à Cruce*

Dicendum tamen est extendi ad omnes Mendicantes, necnon ad omnes Regulares, qui cum illis communicant. Ita *Bossius citatus num. 21.* Probatur, quia communicatio in privilegiis cum Mendicantibus non revocatur per *Concilium Triden.* sed sola ipsa privilegia: communicant ergo omnes Regulares etiam in hoc; quod, cùm sit insertum in corpore juris, non revocatur per *Tridentinum*: ergo, &c. *Bossius*

234 *Quæres secundò*: Quid dicendum, si Episcopus injustè nolit approbare absolutè, sed solùm ad tempus; tenebunturne Regulares sic approbati, elapso tempore, iterum recurrere ad Episcopum? Affirmant *Suar. disp. 28. sect. 7. n. 19. Vasq. q. 93. a. 3. dub. 5. n. 4. Lugo disp. 21. n. 47. Cerranç. in allegat. pro Ordin. Mendicant. ad regem p. 2. Diana 3. p. tr. 2. resol. 25. & 4. p. tr. 4. resol. 200.* Respondetur tamen non teneri, sed potiùs in eo casu manere absolutè approbatos. Ita *Villalobos in sum. t. 1. tr. 9. diff. 43. n. 2. Vega in su. n. t. 1. c. 62. cas. 7. Portel in dubiis reg. verbo Confessor n. 3. Peirinus de relig. subdito t. 1. q. 1. cap. 21. §. 2. Zenard. in directorio Theol. p. 1. de Sacram. pœnit. c. 24. fol. 169. Bossius sect. 3. casu 2. n. 22. Rodriguez in Bullam §. 9. n. 33. Joannes de la Cruz l. 2. c. 6. dubio 3. conclus. 1. Fagund. præc. 2. l. 7. cap. 2. n. 16.* Et probatur, quia Episcopus injustè ponit limitationem; & injustè negat approbationem pro reliquo tempore: at justè petita, & injustè negata ut constat ex dictis, habetur pro concessa. *P. Suar. P. Vasq. P. Lugo. Cerrança Diana Villal. Vega Portel. Peirinus. Zenard. Bossius. Rodriguez. Cruz P. Fagund*

235 *Quæres tertiò*: Quomodo dignoscendum sit, an Episcopus injustè neget? Respondetur tunc negare injustè, quando negat sine causa pertinente ad ipsas confessiones, solùm ex sua duritie, vel malevolentia; & hujus malevolentiæ illud est signum, quando non admittit; vel admissos reprobat notoriè ac manifestò idoneos. Illud etiam signum est, ut notant *Rodriguez q. 57. n. 1. §. 9. n. 33. & Bossius proximè n. 23.* quando repellit omnes Religiosos indifferenter; vel omnes alicujus sacræ familiæ, aut alicujus Monasterii; tunc enim videtur quemlibet repellere ex sola malevolentia, & sine causa. *Rodrig. Bossius*

236 Sed quid dicendum in dubio de injustitia? Respondetur in dubio negativo præsumendum esse pro Episcopo, quia non est præsumendum delictum, maximè in Prælatis, *L. Meritò ff. pro socio.* Si autem probabiliter deprehendatur malitia Episcopi; Regulares non admissi, aut rejecti censebuntur approbati; ut docent *Sylvest. verbo Confessor 2. n. 16. Bossius citatus n. 26. & Tamburin proximè d. 6. q. 12. n. 7. fine.* *L. Meritò Sylvest. Bossius. Tambur.*

237 *Quæres quartò*: Utrùm non necessitas, seu superfluitas Confessorum sit legitima causa? Et ex adnotatis *n. 232.* constat esse legitimam causam, ut non admissio seu rejectio sit valida, nam *Clement. Dudum* loco citato solùm favet præsentatis à Prælato ut necessariis.

238 Solùm dubitari potest: Utrùm sit legitima causa, ut ipsa rejectio sit licita? Affirmat *Fagund. l. 7. c. 2. n. 14.* ubi asserit admissos ad examen, & repertos idoneos non posse non approbari, quia per examen acquisitum est illis jus, ut approbentur: posse tamen Episcopum illos non admittere ad examen, neque enim in eo peccat contra justitiam, aut contra charitatem. Et pro hac resolutione facere videtur ipsa *Clement. Dudum §. Numerus*, ubi fit mentio de obligatione Episcopi solùm quoad Confessarios necessarios. *P. Fagund Clement. Dudum.*

239 Respondendum tamen videtur cum *Lugo disp. 21. n. 4. Coninck disp. 8. dubio 7. n. 5. Bossio sect. 3. casu 2. n. 29. Suar. disp. 28. sect. 5. n. 13. Laymann l. 5. tr. 6. c. 11. Filliucio 1. p. tr. 7. cap. 9. n. 257.* teneri Episcopum ex officio admittere ad examen omnes, quos probabiliter putat esse idoneos: & certè id convincunt rationes factæ n. 224. quia scilicet hujusmodi approbatio conceditur viâ justitiæ, & nō viâ gratiæ. Item, quia quilibet Sacerdos habet jus ut eligatur per Bullā, aut per Jubilæum, si fuerit approbatus. *P. Lugo. P. Coninc. Bossius. P. Suarez P. Laym. P. Filliuc.*

240 Ex dictis sequitur primò, non solùm peccare Episcopum contra justitiam repellendo Sacerdotes Regulares, sed etiam repellendo Sæculares, quia in omnibus militat eadem ratio. Secundò, non teneri dare jurisdictionem Sacerdotibus non necessariis, sed solùm eos approbare; quia

quia hoc modo satisfit juri, quod habent, ut iligantur. Tertiò, non teneri approbare Regulares non necessarios, ex vi *Clementinæ Dudum*, sed ex *Concilii Tridentini*, quatenùs cuilibet Sacerdoti concedit jus, ut eligatur per Bullam, aut Jubilæum, si fuerit approbatus. Quartò, aliud esse peccare Episcopum repellendo injustè, & non approbando Regulares nō necessarios; aliud ipsos manere approbatos: Episcopus peccat quidem eos non approbando, ipsi tamen, nisi sint necessarii, licèt injustè repellantur, non manent approbati. Quæ omnia constant ex dictis.

§. 4.

De revocatione approbationis semel factæ.

241 *An Episcopus possit revocare approbationem absolutè concessam Regularibus prævio examine? Et, Quo de causa?* (sam.

242 *An possit, si non habeat legitimam causam.*

243 *Bulla Urbani novissima.*

244 *Quid de approbationibus absolutè concessis Regularibus absque prævio examine?*

245 *Utrùm possit revocare approbationes concessas ad tempus?*

246 *Utrùm hujusmodi revocatio sine causa sit valida?*

247 *Quid de licentiis ad placitum?*

248 *An licentiæ concessæ simpliciter Regularibus revocari possint ab Episcopo successore?*

249 *An Episcopus successor possit quocumque mandato generali revocare approbationes Regularium?*

An mandato generali possit eos vocare ad examen. Ibidem.

250 *An possit omnes simul Regulares alicujus Monasterii privare facultate ad absolvendum?*

251 *An Capitulum Sede vacante possit revocare Regularium licentias ab Episcopo concessas?*

252 *An Episcopus possit revocare approbationes concessas Sacerdotibus Sæcularibus? Potest, concurrente legitima causa.* (sam.

253 *An possit, si non habeat legitimam causam.*

254 *An possit eos vocare in novum examen?*

241 **S**Ecunda difficultas: Utrùm Episcopus possit approbationem semel concessam revocare? Et pro illius resolutione quæri possunt plura. *Primum*: An Episcopus revocare possit approbationem simpliciter, & absq; præfinitione temporis concessam Regularibus prævio examine? Dixi (Regularibus) quia de concessa Sacerdotibus Sæcularibus subjiciam statim. Respondeo ergo & *dico primò*: Potest revocare prædictam approbationem, si ad id concurrat legitima causa pertinens ad ipsas confessiones. Ita *Suar. disp. 18. sect. 8. n. 1. Fagund. l. 7. cap. 2. n. 31. Layman l. 5. tr. 6. c. 11. n. 6. Marchin. tr. de tempore pestilentiæ p. 5. c. 4. n. 8. & seqq. Barbosa alleg. 25. n. 50. Henriq. l. 6. c. 6. §. 6. Lugo disp. 21. num. 65. Tamburin. t. 2. disp. 6. quæsito 12. n. 7.* referens Bullam *Urbani. VIII. n. 9. Bossius sect. 3. casu 2. n. 40. Rodriguez in Bullam Cruciatæ §. 9. n. 3. & 39. Hurt. d. 10. diff. 19. Ochagavia q. 40. Vasquez q. 93. a. 3. dubio. 3. Reginald. l. 1. n. 202. Coninck disp. 8. dub. 7. n. 59.*

P. Suar. P. Fagund. P. Layman. Marcb. Barbosa. P. Henriq. P. Lugo. P. Tambur. Bossius. Rodrig. P. Hurt. Ochagav. P. Vasq. P. Coninck.

Probatur primò, argumento *Cap. Accepimus, de ætate, & qualitate*, ibi: *Nisi fortè postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos.* Secundò ex declaratione Cardinalium sacri Concilii die 20. Novembris anno 1615. quam referunt *Barbosa*, & alii Doctores citati. In dubio autem, an revocata sit ex legitima causa, præsumendum est pro causa, ut constat ex dictis *n. 236.*

Cap. Accepimus. Barbosa.

242 *Dico secundò*, non posse absque legitima causa. Hæc est contra *Hurt. disp. 10. diffic. 19. Ioan. Sanchez in selectis disp. 48. num. 23.* Ita tamen Regularibus indultum est in *Extravaganti Benedicti* 11. *Inter cunctas, de privilegiis.* & in *Clement. Dudum §. Statuimus, de sepult.* & in constitutione *Pii V.* incipit, *Romani Pontificis*, edita anno 1571. Adde quòd ita declaravit sacra Congregatio Concilii, ut referunt *Henriq. l. 6. c. 6. §. 6. Marchin. de peste p. 5. c. 4. n. 8. Rodriguez in Bullam Cruc. §. 9. n. 3. & 39. Gavantus in manuali Episcop. ver. Confessor. n. 23. & 24. Peirinus de privilegiis Minim. t. 1. Constit. 2. Xisti IV. §. 11. n. 45. Suar. d. 28. s. 8. n. 4. Miranda t. 1. q. 45. a. 7. Lezana in summa qq. regul. c. 19. n. 7. Confectus in summa privileg. tit. 17. c. 5. Barbosa alleg. 25. n. 50. Diana 4. p. tr. 4. resol. 200. Tamburin. t. 2. d. 6. quæs. 12. n. 7. Bossius sect. 3. casu 2. n. 39. Lugo disp. 21. n. 64. Mercerus in 3. p. q. 8. a. 4. dub. 2. n. 8. Leand. disp. 11. q. 88. Dicastillo disp. 10. num. 299.* Et

P. Hurt. Io. Sanc. Extrav. 11. Inter cunctas. Clemen. Dudum. P. Henriq. Marcb. Rodrig. Gavant. Peirinus. P. Suarez. Mirand. Lezana. Confectus. Barbosa. Diana. P. Tambur. Bossius. P. Lugo. Mercerus. Leander. P. Dicastil.

Et ratio est manifesta, quia approbatio est quoddam testimonium, & sententia declaratoria sufficientiæ: testimonium autem, & sententia semel data non potest revocari sine causa, ut cum *Corduba in additionibus ad compend. verbo Absolutio §. 16. & verbo Præsentatio, Villalobos in sum. tr. 9. diffic. 73. Duen. reg. 233. Vega tom. 1. cap. 62. casu 8. Hermosil. ad Greg. Lop. l. 53. glos. 6. n. 32. tit. 5. part. 5. &* aliis tenet *Barbosa de potest Episcopi allegat 25. n. 47.*

Corduba Villalob. Duen. Vega Hermosil. Barbosa

Neque huic quæstioni ullus relictus est ambigendi locus post bullam *Urbani VIII.* editam die 29. Februarii anno 1630. ubi Archiepiscopo Eborensi *D. Iosepho de Mello* contendenti cum Patribus Collegii nostræ Societatis, & intentanti revocare eorum licentias cùm ad prædicandũ, tum ad absolvendum: insuper recurrenti ad Sedẽ Apostolicam pro valore, & firmitate suæ revocationis, *Urbanus VIII.* eam firmare, & roborare non est dignatus, imò Bullâ suâ ipsi D. Josepho directa eam invalidam significavit.

Præcesserat sententia Cardinalium, quæ per epistolam, quam ego vidi, ab Antonio Cardinali firmatam, ipsi Arhiepiscopo intimata est hisce verbis: *Eminẽtissimi Patres decreverunt, amplitudinem tuam non potuisse, nec posse revocare licentias audiendi confessiones, ac prædicandi Sacerdotibus Collegii Elborensis, aut aliis istius civitatis, ac Diœcesis, absolutè, & absque temporis præfinitione concessas, &c.*

243 Deinde subsecuta Bulla, quam quia celeberrima est, nec adhuc novissimo Bullario *Cherubini*, aut ulli alii infermo, & plura continet Regularibus scitu digna, præsertim Religiosis nostræ Societatis, in quorum causa & victoria expedita est, operæ pertium duxi hoc loco inserere. Incipit

Exponi nobis nuper fecisti, quòd cùm in tua Diœcesi multi Presbyteri tam Sæculares, quàm Regulares diversorum Ordinum & Religionum, etiam Mendicantium, Sacramentum pœnitentiæ tuis Subditis ministrarent, & verbum Dei prædicarent sine examine, & approbatione per examinatores Synodales ad hunc effectum in congregatione haberi solita; utque accepisses maximum inconveniens indi oriri, quia multi non idonei, in quibus non præcessit prædictum examen, & approbatio, sed solùm cum examine particulari alicui commisso, & favorabili, licentiam ab Archiepiscopis antecessoribus tuis, & à Capitulo Archiepiscopali Elborensi, & fortassis à te ipso obtinuerant.

Ut inconvenientibus hujusmodi obviares omnes licentias concionandi, & ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ tuis Subditis quæ præhabito examine, & approbatione in congregatione per examinatores Synodales obtentæ non essent, illasque iidem in scriptis non haberent revocasti; inhibuistique ne de cætero aliquis tam Sæcularis, quàm Regularis, Sacramentum Pœnitentiæ tuis Subditis ministraret, aut verbum Dei in tua Diœcesi prædicaret, qui non esset examinatus, & approbatus per examinatores Synodales in congregatione hujusmodi, & licentiam in scriptis haberet.

Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædicta revocatione non obstante plures præsertim Regulares, sicut antè, in audiendis confessionibus, verbi Dei prædicatione persistant; cupiasque propterea tibi per Nos de infracta facultate provideri, &c.

Tibi, ut licentias, & approbationes per antecessores tuos Ecclesiæ Elborensi Præsulei, ac etiam per te ipsum ad tempus, seu ad beneplacitum, non autem simpliciter, & absque præfinitione temporis concessas, ad id concurrente legitima causa, revocare possis, &c. tenore præsentium facultatem concedimus, & impertimus, non obstantibus, &c.

244 Quæri potest secundò: Utrùm Episcopus possit revocare saltem licentias, & approbationes simpliciter quidem, sed absque prævio examine Regularibus concessas? Respondetur affirmativè cum *Suar. disp. 28. sect. 8. n. 5. Fagund. l. 7. c. 2. n. 17. & Bossio sect. 3. casu 2. n. 41.* Probatur, quia ita supponi videtur in cõstitutione *Pii V.* quæ incipit *Romani Pontificis*, ibi: *Volumus autem eos, qui ab Episcopo semel in civitate & Diœcesibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari.* Igitur, qui sine prævio examine approbati fuerint, postea examinari poterunt.

P. Suar. P. Fagũd. Bossius.

245 Quæres tertiò: Utrùm possit revocare approbationes, seu licentias concessas ad tempus? Respondetur posse, concurrente ad id legitima causa, non verò ea non concurrente. Prima pars est communis inter Doctores; eam tenent *Barbosa d. allegat. 25. n. 53. Homobon de exam. eccles. tr. 8. cap. 2. quæst. 7. vers. Secundo, Gemino. cons. 106. vers. 2. ad idem, Cened. canon. l. 1. q. 38. n. 20. & 21. Ugolin. de of-*

Barbosa. Homob. Gemin. Cened. Ugolin.

Guter. Lezana P. Tambur. Diana

de officio Episc. c. 20. n. 6. Gutterr. canon. l. 1. c. 27. n. 18. & 19. Lezana quæst. Reg. c. 18. n. 8. Tamburinus disp. 6. quæsito 12. n. 9. referens bullam *Urbani VIII.* editam die 30. Januarii anno 1629. quæ incipit *Alias à nobis. Diana 4. par. 4. resol.* 200. referens plures Cardinalium declarationes. Et nos id facilè probare possumus ex bulla *Urbani*, quæ incipit *Exponi nobis*, proximè relata, ibi: *Concurrente ad id legitima causa, &c.* Ex qua limitatione probatur etiam secunda pars, nimirum aliter non posse revocari, quæ licèt sit contra *Hurt. d. 10. diff. 19.* traditur tamen à *Peirino super privileg. Minim. t. 1. constitut. 2. Sixti IV. §. 2. n. 44.* & colligitur ex *Glos. in Clement. Dudum, de sepult. verbo Concesserint.* Accedit *Miranda t. 1. q. 45. n. 10. Portel in dub. reg. verb. Confes. n. 3. Lugo citatus num. 63. & Barbosa ubi proximè.*

P. Hurt. Peirinus Glossa Mirand. Portel P. Lugo Barbosa

246 Utrùm verò hujusmodi revocatio, quando legitima causa non concurrit, sit solùm illicita, an etiam invalida? Respondeo cum *Vasq. q. 93. a. 3. dub. 5.* esse solùm illicitam, quia Summus Pontifex distinguit inter licentias concessas absolutè, & ad tempus, & dicit priores non posse revocari sine causa: quando ergo asserit etiam concessas ad tempus non posse revocari sine causa, solùm intendit non posse licitè; quia si nec possent validè, perperam distingueretur inter licentias concessas absolutè, & concessas ad tempus, siquidem omnes sine causa non possent revocari licet, & validè: cum causa verò omnes possent & licitè, & validè.

P. Vasq.

247 Et, quod diximus de licentiis ad tempus, dictum volumus de licentiis ad placitum; quòd licitè sit contra *Peregrinum de privilegiis p. 1. tit. Absolutio quoad Sæculares §. 7. in schol. Bossium sect. 3. casu 2. n. 42. versu Admitti posset. Eoërium q. 149. n. 14. Cavalc. de brachio regio p. 4. n. 31. Menochium de arbitr. l. 1. quæst. 69. num. 10. Capic. decis. 116. & alios.* Traditur tamen à *Lugo disp. 21. num. 63. Tamburino to. 2. de jure Abbatum disp. 6. quæst. 12. num. 8. Campanil rubr. 12. cap. 13. num. 64. & aliis.* Probatur facilè ex bulla Urbani proximè, ibi: *ad tempus, seu beneplacitum.*

Peregrin. Bossius Poërius Cavalc. Menoch. Capic. P. Lugo Tambur. Campan.

248 Quæres quartò: Utrùm approbationes, & licentiæ concessæ simpliciter Regularibus possint revocari saltem ab Episcopo successore? Respondetur affirmativè cum communi Doctorum, quos citant, & sequuntur *Rodriguez in Bullam Cruc. §. 9. num. 32. & qq. reg. tit. 1. quæst. 59. art. 4. Ludovic. à Cruce in exposit. Bullæ d. 1. cap. 2. dub. 9. num 2. Trullench in simili expositione lib. 1. §. 7. cap. 1. dubio 7. num. 10. Aldanus in compend. canon. resol. lib. 3. tit. 12. num. 8. Fagund. lib. 7. cap. 2. num. 10. Barbosa alleg. 25. num. 48. Lezana in summa qq. reg. cap. 19. num. 7. Diana 4. part. tract. 4. resol. 200.* ubi refert plures declarationes Cardinalium. Probatur ex *Pio V.* in illa constitutione *Romani Pontificis*, de qua proximè, ibi: *Ab Episcopo autem successore pro majori conscientiæ suæ quiete examinari de novo poterint, &c.*

Rodriguez Cruz. Trullench. Aldanus Barbosa P. Fagund. Lezana Diana

249 Notandum tamen est non posse Episcopum successorem quocumque mandato generali revocare approbationes Regularium, sed poterit mandato generali eos vocare ad examen, & tunc ejus, quem invenerit indignum, approbationem in particulari revocare. Ita cum communi *Henriquez lib. 6. cap. 6. §. 6. litera S. Suar. disp. 28. sect. 7. num. 4. Campanilis rubr. 12. cap. 13. num. 70. Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ tit. 29. lib. 1. §. 1. num. 14. Diana 3. part. tract. 2. resol. 27. Fagundez præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 30. Ugolinus de potest. Episc. cap. 20. num. 3. & 4. Miranda in manuali Prælat. tit. 1. q. 45. art. 7. concl. unic. Riccius in praxi t. 4. resol. 70. num. 5. Fernand. in exam. Theol. moralis part. 3. cap. 19. §. 8. n. 5. Zanardus in direct. Theol. part. 1. de Sacr. pœnit. cap. 24. §. 4. Villalob. in sum. tract. 9. diffic. 53. num. 7. Bossius sect. 3. casu 2. num. 45. Ioannes Sanchez in selectis disp. 48. num. 18. Torreblanca lib. 14. cap. 3. num. 6. cum sequent. Barbosa de potest. Episc. allegat. 15. num. 49.* referens Breve *Urbani VIII.* Episcopo Cordubensi transmissum. Probatur ex *Clement. Dudum, de sepult.* & clariùs ex Bulla *Urbani VIII.* proximè relata, ubi dicitur hujusmodi approbationes non posse revocari absque legitima causa; & aliud est dari legitimam causam ad novum examen, aliud ad revocationem: Episcopus successor fortè habebit legitimam causam, ut de novo examinet, non ut re-

P. Henriq. P. Suarez Campan. Armend. Diana P. Fagund. Ugolinus Mirand. Riccius Fernand. Zanard. Villalob. Bossius Ios. Sanc. Torrebl. Barbosa

ut revocet approbationes in generali, non cognita prius indignitate insufficientiæ per examen in particulari.

250 Notandum etiam est non posse Episcopus, inconsulta sacra Congregatione Concilii, privare facultate ad absolvendum omnes simul Regulares alicujus Monasterii; extat enim de hoc speciale decretum die 20. Novembris anno 1615. editum ab eadem sacra Congregatione Concilii, quod referunt *Gavantus in manuali Episcopi, verbo Confessarius n. 24. Peirinus t. 1. de privilegiis Minim. in constit. Sixti IV. §. 11. n. 45. Bossius citatus n. 45. Lezana qq. regul. cap. 19. n. 9. Alphonsus de Leon. de Iubilæo in fine 2. partis.* Et intelligendum est non posse id Episcopum, etiam data causa, quia sine illa neque aliquem ex Regularibus in particulari potest privare facultate absolvendi.

Gavantus Peirinus Bossius Lezana Leon.

251 Maius dubium est: Utrùm non solus Episcopus successor, sed etiam Capitulum Sede vacante possit revocare Regularium licentias ab Episcopo concessas? Respondetur negativè. Constat ex privilegio à Clemente IV. anno 1265. Religiosis Franciscanis, & Dominicanis indulto, quod referunt *Rodrig. t. 1. Bullarum fol. mihi 36. Sylvester verbo Confessor 2. n. 4. Confect. in collectione privilegiorum Mendicantium. Peregrinus 1. p. privileg. sui Ordinis tit. Absolutio quoad Sæculares. Bossius sect. 3. casu 2. n. 47. Fagundez d. c. 2. n. 28. Barbosa de potest Episc. allegat 25. n. 49. Miranda in manuali Prælator. q. 45. a 7. ad finem, Diana 3. p. tr. 2. resol. 27. versu Notandum est, Henriquez de pœnit. c. 6. n. 6.* Et habetur in *Compendio privilegiorum nostræ Societatis, verbo Sede vacante.* Unde cùm Capitulum Sede vacante revocat approbationes, ac licentias ab Episcopo emortuo concessas, non intelliguntur licentiæ Mendicantiũ, & aliorum Regularium, qui cum Mendicantibus communicant in privilegiis; imò, si illorum fieret specialis & expressa mentio, qua vocarentur ad examen, &c. pro nulla haberetur.

Rodrig. Sylvest. Confect. Peregrin. Bossius. P. Fagund Barbosa Miranda Diana P. Henriq. Comp. Privil. Soc.

Scio *Marchinum tractatu de tempore pestilentiæ p. 5. c. 15.* existimare prædictum privilegium esse abrogatum per *Tridentinum* loco citato, per illam clausulam generalem *privilegiis non obstantibus.* Sed non rectè, quia Tridentinum loco citato solùm inhabilitat Confessarios ad audiendas confessiones Sæcularium absque approbatione Episcopi, & derogat privilegiis contrariis: at prædictum privilegium non est contrarium; non enim est ad audiendas confessiones absque approbatione Episcopi, sed solùm ne à Capitulo revocetur approbatio, quæ ab Episcopo est concessa.

Marchin.

252 Quæres quintò: Utrùm Episcopus possit revocare licentias & approbationes cõcessas Sacerdotibus sæcularibus? Et non est dubium posse, concurrente ad id legitima causa; potest enim tunc vel concessas Regularibus revocare, ut patet ex dictis.

253 Quæstio solùm procedit, quando non concurrit legitima causa. Et quidem adhuc tunc posse existimat *Vasq. q. 93. articulo 3. dub. 5. Suar. disp. 28. sect. 8. Ochagavia q. 40. Hurt. disp. 10. diffic. 19. Trullench in expositione Bullæ Cruciatæ l. 1. §. 7. dub. 1. n. 3. Ioannes Sanchez in sellectis disp. 50. per totam.* Et Probatur, quia Regulares solùm eximuntur ab hoc per privilegium, quo quidem carent Sæculares: ergo, &c.

P. Vasq. P. Suar. Ochag. P. Hurtad. Trullench. Ioã. Sãch.

Nihilominus dicendum arbritror non posse. Ita *Rnginaldus l. 1. c. 16. n. 201. Homobon in exam. Eccles. p. 3. tr. 15. cap. 9. quæsito 31. resol. 1. Ludovicus de S. Ioann. in sũma. q. de Sacram. pœnit. a. 2. dub. 1. Henriq. l. 3. de pœnit. cap. 6. §. 6. Barbosa de potest. Episc. alleg. 25. n. 57. Fagund. l. 7. c. 2. n. 61. Bossius sect. 3. casu 2. n. 164.* Probatur primò, quia revocatio approbationis est revocatio sententiæ declaratoriæ, quæ non potest fieri absque legitima causa. Secundò ex Bulla *Urbani VIII. Exponi nobis,* relata n. 243. ubi loquens de Sacerdotibus, non solùm Regularibus, de etiam Sæcularibus, dicit Archiepiscopum Eborensem non posse sine causa eorum approbationes absolutas revocare.

P. Reginal Homob. Lud. de S. Iuan. P. Henriq. Barbosa P. Fagund Bossius

254 Non nego posse Sacerdotes Sæculares vocari in novum examen; &, si in eo reperti fuerint indigni, reprobari. Sed dico nõ posse absq; hoc novo examine suis approbationibus privari. Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur privilegium Regularium non tam illis inservire, ne semel approbati reprobentur, quàm ne semel examinati vocentur in novũ examen, quo quidem privilegio carent Sæculares: unde hi poterunt vocari in novum examen, non tamen, nisi in eo fuerint reperti indigni, reprobari.

DISPUTATIO TERTIA.

De Facultate eligendi Confessarium.



Runt sectiones tres. Prima: Quis possit facultatem eligendi Confessarium concedere, & quibus sit à jure concessa? Secunda: Quis Sacerdos sit eligibilis præsertim vi Bullæ, aut tempore Iubilæi? Tertia: Quem Confessarium possint eligere Regulares extra Iubilæum, & tempore illius?

SECTIO PRIMA.

Quis Facultatem eligendi Confessarium possit concedere, & quibus sit à jure concessa?

255 *Quis possit facultatem eligendi Confessarium concedere?*
256 *Quo jure possit summus Pontifex eligere Confessarium?*
An Episcopis sit jure concessa facultas eligendi Confessarium? Ibidem
257 *An Episcopus titularis habeat facultatem eligendi Confessarium?*
258 *An ille, qui Episcopatui renuntiavit?*
259 *An Episcopus electus, & non confirmatus?*
An cõfirmatus nondũ consecratus? Ibid.
260 *An Episcopus excommunicatus, suspensus, interdictus, & irregularis?*
261 *Quid dicendum de Episcopo deposito?*
262 *Quid de Vicario Generali?*
263 *Quid de Archiepiscopis Primatibus, & Patriarchis? Quid de Cardinalibus?*
264 *Quid de Generalibus Religiosorum?*
265 *Quid de Abbatibus, Prioribus, Rectoribus? Proponitur sententia negativa.*
266 *Proponitur affirmativa.*
267 *Destruuntur fundamenta prioris sententiæ.*
268 *Quid de Vicariis Abbatum, Rectorum, & similium?*
269 *An Generales, Provinciales, aut Capitula generalia possint tollere ab Abbate, Rectore, &c. privilegium eligendi Confessarium?*
270 *An possit tolli per constitutiones approbatas à summo Pontifice?*
271 *An Decani, Archidiaconi, &c. habeant privilegium eligendi Cõfessarium? Refertur sententia affirmativa.*
272 *Præfertur negativa.*
273 *Quid dicendum de Parochis?*
274 *An Parochi saltem ex consuetudine, possint sibi eligere Confessarium?*

255 

Rima difficultas: Quis possit facultatẽ eligendi Cõfessarium concedere? Et, ut uno verbo dicam, potest illam concedere omnis ille, qui eam potest delegare; nam delegare hanc facultatem idem ferè est, ac eam alicui facere, seu concedere. Ita cum communi Theologorum *Suar. disp. 17. sect. 1.* Qui autem, & quo pacto possint hanc facultatem delegare? Diximus suprà à *num. 51.* P. Suarez

256 *Secunda difficultas:* Quibus sit à jure concessa facultas eligendi Confessarium? Et imprimis certum est Summum Pontificem illam habere de jure divino; tenetur enim de jure divino confiteri, ut diximus agendo de præcepto confessionis; & ejus Confessarius non est illi designatus. Potest ergo ipse illum sibi eligere: hæc autem potestas nõ est ab homine, quia Summus Pontifex nullum habet Superiorem in terris: ergo est immediatè à Deo. Utrùm verò Confessarius in illum accipiat jurisdictionem ab ipso Summo Pontifice, an potiùs immediatè à Deo? Diximus *tract. 2. disp. 2. sect. 3. difficult. 1. numero 107.*

Certum præterea est Episcopos, & alios superiores, necnon inferiores Prælatos exemptos habere facultatem eligendi sibi Confessarium, juxta privilegium à Gregorio IX. concessum in *Cap. finali, de pœnitentiis & remissionibus,* ibi: *Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum, permittimus Episcopis, & aliis superioribus, necnon minoribus Prælatis exemptis, ut etiam præter sui Superioris licentiam providum, & discretum sibi possint elige-* Cap. finale

eligere confessorum, &c. Verùm circa intelligentiam hujus textus plura sunt dubia.

Palud. P. Suar. P. Henriq.

267 *Quæres ergo primò*: Qui hoc loco veniant nomine Episcoporum? Respondeo & dico primò: Intelligitur omnis Episcopus consecratus, licèt tantùm titularis sit, nec habeat Episcopatum. Hæc est contra *Palud. num d. 17. q. 3.* traditur tamen à *Suar. disp. 27. sect. 2. n. 5. & ab Henriq. l. 6. cap. 13. n. 3.* Probatur, quia etiam Episcopus titularis est verè Episcopus, & in textu nihil aliud requiritur.

258 De illo, qui Episcopatui renuntiavit, est maius dubium: sed dicendum videtur si, solùm renuntiavit Episcopatui & non dignitati, adhuc gaudere privilegio dicti *Capitis finalis*; quia adhuc manet Episcopus & perinde se habeat, ac Episcopus titularis. Ita *Suar. & Henriquez, locis citatis.* Quòd si non soli Episcopatui, sed etiam dignitati renuntiavit, tunc non gaudet tali privilegio; quia privilegia concessa alicui dignit[ati] … [n]on sequuntur. Ita cum *Sylvestro verbo Confessor 1. §. 2. & 8. & aliis Suar. & Henriquez, locis citatis.*

Sylvest. P. Suarez P. Henr.

259 Dico secundò: Nō intelligitur Episcopus electus non confirmatus; quia hic nondum est Episcopus, sed in Episcopum designatus. Quòd si confirmatus sit, licèt nondum consecratus, gaudet privilegio dicti Capitis, quia ubi primū confirmatur, manet verus Episcopus. Ita *Suar. & Henriq. locis citatis.*

260 Dico tertiò: Etiam intelligitur Episcopus excommunicatus, suspensus, interdictus, & irregularis; quia per has censuras Episcopus solùm privatur usu Ordinis, vel jurisdictionis, non autem suis privilegiis. Limita, nisi sit degradatus; quia tunc Ecclesia, licèt eum non privet Ordine, non enim potest; eum privat quantum potest, ac proinde privilegiis.

P. Suarez

261 De Episcopo deposito idem sentiūt Doctores apud *Suar.* nisi sit depositus verbaliter tantùm, nam de hoc existimat *Suar.* adhuc gaudere privilegiis, quia non deponitur proportionaliter: unde dicit manere veluti suspensum, & solùm differre ab illo in eo, quòd suspensus sit ad tēpus; depositus verò respiciat perpetuitatem.

262 Dico quartò: Etiam intelligitur Vicarius Generalis Episcopi, & Vicarius Capituli Sede vacante. Ita communis Theologorum apud *Henriq. proximè.* Probatur, quia in jure, ut suprà notavimus, nomine Episcopi semper venit ejus Vicarius Generalis, nisi expressè excludatur. Secùs dicendum de Vicario foraneo, ut etiam suprà monuimus, & docet *Suar. citatus n. 8. & Dicastillo disp. 10. num.* 441.

P. Henr. P. Suar. P. Dicast.

263 *Quæres secundò*: Qui veniant nomine superiorum Episcopis? Respondeo, & dico, inprimis intelligi Archiepiscopos Primates, & Patriarchas. De Cardinalibus, qui non sunt Episcopi, nec Legati, sed merè Cardinales, est controversum. Pro parte negativa pugnant *Paludan. dist. 17. q. 3. Sotus dist. 18. q. 4. a. 2. Hostiensis in summa de pœnit. & remiss. §. Cui confitendum, versu Cui Cardinalis. Hurtado disp. 10. diffic. 12. Azor 2. p. l. 4. q. 16. Toletus l. 3. sum. cap. 13. n. 9.* Probatur, quia Cardinales neque potestate, neque jurisdictione sunt Episcopis superiores.

Palud. Sotus Hostiensis P. Hurtad P. Azor P. Toletus

Probabilior tamen videtur resolutio affirmativa, quam cum *Angelo verbo Confessor 3. §. 5. & Sylvestro verbo Confessor 1. n. 8.* tenent *Henriquez l. 6. cap. 13. §. 3. lit. N. Suar. disp. 27. sect. 2. n. 6. Bossius sect. 3. casu 2. n. 11.* Probatur, quia Cardinales, licèt neque potestate, neque jurisdictione, dignitate tamen juxta communem sensum Ecclesiæ Episcopos antecellunt. Et quidquid sit de privilegio *Capitis finalis*, consuetudine introductum est posse Cardinales sibi eligere Cōfessarium.

Angelus Sylvest. P. Henriq. P. Suar. Bossius

264 *Quæres tertiò*: Qui veniant nomine minorum Prælatorum exemptorum? Respondeo & dico, imprimis venire Generales Religiosorum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium.

265 *Sed dubium est primò*: An etiam intelligantur Abbates, Guardiani, Priores, & Rectores, aliique Præpositi Monasteriorum Regularium? Negant *Hostiensis in summa de pœnit. & remiss. n. 21. Angelus in sum. Verbo Confessio 3. §. 1. Panormitan. in Cap. final. n. 1. Angles 4. q. de Confess. a. 8. diffic. 4. dub. 5. concl. 1. Collector privilegiorum Mendic. titulo Accedere ad Monasteria Monialium, juxta finem, Flamma in epist. Cur enim §. 5. c. 5. Valerus verbo Iurisdictio differ. 15.* Probatur *primò*, quia hujusmodi Prælati quoad forum animæ non sunt exempti, sed subjecti suis Provincialibus. *Secundò*, quia ratio privilegii fuit distantia à Summo

Hostiensis Angelus Panorm. Angeles Collector priv. Mēd. Flamma Valerus

nio

mo Pontifice, ad quem non poterant Prælati facilè recurrere: hæc autem ratio non habet locum in Abbatibus, Guardianis, &c. qui facilè possunt recurrere ad suos Provinciales.

266 His non obstantibus, probabiliùs dicendum existimo, etiam Guardianos, Rectores, &c. gaudere dicto privilegio, ac proinde posse sibi eligere Confessarium quò ad non reservata. Ita sentiunt *Navar. cap. Placuit n. 129. Victoria* §. 14. *Ledesma 2. p. q. 7. a. 5. dub. 19. Sylvester verbo Confessor 1. §. 8. Armilla verbo Absolutio §. 14. Barbat. Cap. fin. n. 74. de jud. t. ubi Felinus n. 14. Pilat. rub. Cap. Per vestras §. 27. n. 9. D. Antoninus 3. p. tit. 17. cap. 2. §. 3. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. a. 2. versu Similiter & omnes Prælati, Corduba in annotat. ad comp. privil. titulo Accedere ad Monasteria Monialium, Henriquez l. 6. cap. 13. §. 5. lit. P. Suar. d. 27. sect. 2. n. 9. Rodriguez qq. reg. t. 1. q. 20. a. 28. Valent. t. 4. disp. 7. q. 10. p. 2. versu Secundò habet, Toletus l. 3. cap. 13. num. 6. Coriolanus p. 1. sect. 1. a. 21. Bossius sect. 3. casu 20. n. 114. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 9. q. 2. n. 231. Reginald. l. 1. n. 38. Tamburin. de jure Abbatum t. 2. d. 6. quæst. 10. n. 2. Sigismundus de elect. & potest. Prælatorum dub. 21. n. 2. Hurt. d. 10. diffic. 12. Villalob. in summa t. 1. tr. 9. diffic. 47. n. 4. Lugo d. 20. n. 67. Dicastillo disp. 10. n. 442.* Probatur primò ex illis verbis, *Præter sui Superioris licentiam, &c.* quæ frustra apponerentur, si textus solùm loqueretur de immediatè subjectis Summo Pontifici. Secundò probatur communi usu & praxi, quam testantur Doctores allegati.

Navar. Victoria. Ledesma. Sylvest. Armilla. Barbat. Felinus. Pilat. D. Anton. Sotus. Corduba. P. Henriq. P. Suar. Rodrig. P. Valent. P. Toletus. Coriolan. Bossius. P. Filliuc. P. Reginal. Tambur. Sigism. P. Hurtad. Villal. P. Lugo. P. Dicast.

267 Neque obstat *primò*, quòd prædicti Abbates, Guardiani, &c. non sint exempti, imò subjecti suis Provincialibus; textus autem loquatur de solis exemptis. Non, inquam, hoc obstat; quia, licèt non sint exempti à suis Provincialibus, sunt exempti ab Episcopis, & de his loquitur textus. Non obstat *Secundò*, quòd ratio privilegii fuerit distantia à Summo Pontifice, quæ quidem ratio cessat in Abbatibus, Guardianis, &c. dicendum enim est leges respicere fines generales, & parum referre, quòd ii cessent in aliquibus particularibus, ut latè docent *Suar. de legibus l. 6. cap. 7. n. 6. & Layman. l. 5. tr. 4. cap. 21. num. 3.*

P. Suarez. P. Laym.

268 Maius dubium est: an non solùm intelligantur Abbates, Guardiani, Rectores, &c. sed etiam eorum Vicarii, quando Ordinarii aut sunt mortui, aut absentes? Negat *Suar. disp. 27. sect. 2. n. 8. Sylvester verbo Confessor 1. n. 8. Bordonus in consiliis Regularium resol. 34. n. 30.* Probabiliùs tamen affirmandum videtur cum *Alphonso de Leon. de officio confess. t. 2. recollect. 6. n. 36. Tamburino de jure Abbatum t. 1. d. 15. q. 11. n. 10. Megala in 1. p. l. 1. cap. 10. Diana 3. p. tr. 2. resol. 1. & 6. p. tr. 8. resol. 15. Coriolano de casibus reservat. p. 1. sect. 1. n. 24.* Probatur primò, quia hujusmodi Vicarii etiam dicuntur Prælati, & sunt ab Episcopo exempti: ergo, &c. Secundò, quia subrogatus in locum alterius, in ejus quoque jura & privilegia subrogatus censetur, *L. Si eum §. Qui injuriarum ff. Si quis cautioni. & Cap. Ecclesia, de lite pendenti.*

P. Suar. Sylvester. Bordonus. Leon. Tambur. Megala. Diana. Coriolan. L. Si eum. Cap. Ecclesi.

269 Utrùm verò Generales, Provinciales, necnon Capitula generalia, vel provincialia possint tollere à Guardiano, Abbate, &c. dictum privilegium eligendi Confessarium? Respondetur negativè, quia privilegium superioris non potest tolli per inferiorem: hoc autem privilegium est concessum à Summo Pontifice. Neque obstat quòd privilegia communicentur Regularibus dependenter à suis Prælatis, id enim verum habet in iis, quæ sunt mera privilegia; non in iis, quæ sunt inserta in jure communi. Et ita *Henriquez lib. 6. cap. 13. §. 3. lit. P. in commento, Alphonsus de Leon t. 2. recollect. 11. n. 95. & 106. Hieronym. Rodriguez in comp. qq. reg. resol. 10. n. 17. Diana 3. p. tr. 2. resol. 1. §. Non desistam, Bossius sect. 3. casu 2. n. 115. & alii.*

P. Henriq. Leon. Rodrig. Diana. Bossius.

270 Utrùm saltem possit tolli per constitutiones approbatas ab ipso Summo Pontifice? Affirmant *Suar. d. 27. sect. 2. n. 10. Reginald. l. 1. n. 38. Sigismundus dub. 121. n. 4. Coriolanus p. 1. sect. 1. art. 21. n. 8. Tamburin. t. 2. d. 6. q. 10. n. 7.* quia tunc Summus Pontifex est, qui tale privilegium tollit. E contra *Henriquez, & Bossius locis citatis* asserunt posse quidem tolli, si fiat expressa mentio juris communis, cui derogatur; non ita, si talis mentio non fiat; quia privilegiis insertis in jure communi non derogatur per privilegia particularia, quando in illis non fit mentio juris communis. Hoc secundum existimo minùs probabile, juxta ea, quæ diximus suprà *à num. 154.*

P. Suar. P. Reginal. Sigism. Coriolan. P. Tambur. P. Henriq. Bossius.

271 *Secundum dubium est:* An etiam nomine minorum Prælatorum exemptorum

rum intelligantur Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, &c? Affirmant *Angel. & Sot. apud Henriq. l. 6. cap. 13. §. 1. litera L. Turrecremata Cap. Quem pœnitet d. 1. D. Antoninus 3. p. tit. 17. c. 9. Medina de confess. q. 35. Gabriel d. 17. q. 2. a. 3. dub. 2.* & lot. 3. quibus accedit *Suarez disp. 27. sect. 2. n.* 8. Et probatur, quia hi communiter numerantur inter Prælatos Ecclesiæ. Neque obstat quòd careant jurisdictione, & *Glossa in Cap. Decernimus, de judiciis*, afferat de ratione Prælati esse, ut aliquam habeat jurisdictionem in foro contentioso: non, inquam, hoc obstat, quia *Glossa* loquitur de ratione Prælati strictè sumpti, non de ratione Prælati amplè considerati, qualiter accipitur in materia favorabili.

Angelus. Sotus. Turrecr. D. Anton. Medina. Medina. Gabriel. Suar. Glossa.

272 Nihilominus probabilior videtur resolutio negativa, quam tenent *Paludan. in 4. d. 17. q. 3. Valerus verbo Iurisdictio diff. 14. n. 1. Bossius sect. 3. casu 2. n. 122.* quia hujusmodi dignitates non sunt exemptæ ab Episcopo, ut cum *Sylvestro verbo Confessor 1. §. & 1. 8.* docet. *Henriquez l. 6. cap. 7. §. 5. lit. D.* At verò privilegium *Capitis finalis* conceditur solis Prælatis exemptis. Secùs dicendum de Auditoribus Cameræ, & aliis hujusmodi Prælatis exemptis, quorum magna copia in curia Romana, hi enim sunt Prælati, & exempti.

Palud. Valerus. Bossius. Sylvest. P. Henriq.

273 *Tertium dubium est* An etiam intelligantur Parohci? Affirmant *Sylvester verbo Confessor 1. n. 8. Panormitan in Cap. final. de pœnit. & remiss. & alii*; quia etiam Parochi in jure dicuntur Prælati *Cap. Tua nos, de Clerico ægrotante*; & tales debent dici in favorabilibus, qualis est materia præsens. Neque obstare debet *Clement. Dudum, de sepulturis*, quatenus distinguit inter Prælatos, & Parochos, & *Glossa ibi verbo Prelati*; quia loquitur de Prælato strictè, & non de Prælato amplè & favorabiliter accepto.

Sylvester. Panormit. C. Tua nos. Clementin Dudum. Glossa.

Tenenda tamen resolutio negativa cum *Suar. disp. 27. sect. 2. n. 7. Bossio citato n. 124.* & aliis Doctoribus locis citatis. Probatur; quia, licèt probabile sit Parochos venire nomine Prælatorum in favorabilibus *Cap. Tua nos, de Clerico ægrot* non tamen sunt, neque dicuntur exempti: textus autem in dicto *Cap. finali* solùm loquitur de Prælatis exemptis: ergo, &c.

P. Suar. Bossius.

274 Utrùm verò Parochi, saltem ex consuetudine, possint sibi eligere Confessarium: Respondetur affirmativè cum *Hurt. d. 10. diffic. 12. Sylvestro verbo Confessor 1. n. 12. Navar. in Cap. Placuit, de pœnit. cap. 6. num. 31. & 32. Caiet. verbo Absolutio cap. 1. Rodriguez 1. p. sum. cap. 60. n. 5. Henriquez l. 6. cap. 8. §. 2. lit. E. Ledesma 2. p. q. 7. a. 4. dub. 21. Bossio sect. 3. casu 2. n. 125. Toleto l. 3. sum. cap. 13. n. 10. Laym. l. 5. tr. 6. cap. 10. n. 4. Fagund. pr. 2. l. 7. c. 2. n. 94. Coninck disp. 8. dub. 8. conclus. 3.* Imò non soli Parochi, sed etiam quilibet alius etiam Simplex Sacerdos Sæcularis potest ex consuetudine sibi eligere Confessarium approbatum, ut testantur iidem Doctores. Et ratio hujus consuetudinis fuit necessitas, quia Sacerdotes habent celebrandi variis in locis, ubi eorum proprius Pastor non existit; unde videntibus & consentientibus Prælatis introducta fuit, ut possent sibi eligere quemlibet Confessarium, & hic ante *Concilium Trident.* poterat esse non approbatus; post illud debet esse approbatus, quia *Tridentinum* non admittit Sacerdotes nō approbatos, & derogavit cuilibet consuetudini contrariæ, ut constat ex dictis.

P. Hurtad. Sylvest. Navarr. Caiet. Rodrig. P. Henriq. Ledesma. Bossius. P. Toletus. P. Laym. P. Fagund. P. Conink.

§. 1.

Utrùm illi, quibus à jure conceditur eligere Confessarium, possint eligere non approbatum?

275 *An Episcopi, seu quasi Episcopi possint sibi eligere quemlibet ex suis subditis, etiam non approbatum?*

276 *An possint eligere ex non subditis aliquem non approbatum? Negant communiter Doctores.*

277 *Astruitur probabilior resolutio affirmativa.*

278 *Respondetur argumentis primæ sententiæ.*

279 *Quid dicendum de Prelatis, qui non habent jurisdictionem Episcopalem?*

280 *Quid, si Prelati sint Regulares?*

281 *Quid, si sint Sæculares?*

282 *Utrùm Episcopi & Prelati exempti possint tempore Iubilæi eligere non approbatum pro absolutione à reservatis? Sententia negativa.*

283 *Explicatur vera resolutio.*

284 *Quid, si non habeant reservata?*

Quæres quartò. Utrùm Episcopi, & alii Superiores, necnon Prælati infe-

inferiores exempti, de quibus in dicto *Cap. finali*, possint eligere Confessarium non approbatum? Et quæstio potest procedere primò de Episopis, seu quasi Episcopis, qui habent jurisdictionem ad approbandum? Secundò de Prælatis, qui non habent jurisdictionem Episcopalem ad approbandum.

275 Quod attinet ad Episcopos, seu quasi Episcopos. Inprimis certum videtur posse sibi eligere quemlibet ex suis Subditis, etiam non approbatum. Ita *Hurtad. disp. 10. diffic. 18. Suar. ubi suprà*, & communis Theologorum apud *Bossium proximè n. 95.* Probatur, quia eo ipso quòd Sacerdos ab Episcopo eligitur, ab eo pprobatur; neque etiam est minoris momenti approbatio, quæ fit facto, quam quæ dicto fit, *L. Paulus respondit, in fine ff. Rem ratam haberi.*

P. Hurt. P. Suar. Bossius

Lex Paul. respond

276 Tota controversia est: An possint eligere ex non Subditis aliquem non approbatum? Negant communiter Doctores *Hurt. proximè, Lugo d. 21. n. 3. Suar. disp. 28. sect. 4. n. 7. Fagund. l. 7. cap. 2. n. 78. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 9. n. 256. Armendariz in addit. ad recop. legum Navar. l. 1. tit. 18. leg. 7. n. 54. Quarantn in sum. ms Bullarii verbo Archiepiscopi authoritas n. 7. & ibi Prosperus versic. Novum, in fine, Azor p. 2. l. 4. cap. 3. quæsito 16. versu Quæres, Ricius in praxi fori Eccles. decis. 584. in 1. editione, Coninck disp. 8. n. 10. Lavorius de Iubil.eo p. 1. c. 21. n. 58. Molfesius in summa tr. 7. c. 15. n. 34. Megala in 3. p. l. 1. c. 10. n. 18. Faustus de Iubilæo l. 4. q. 73. Diana 3. p. tr. 2. resol. 3. Barbosa de potestate Episc. aleg. 25. n. 21. Alphonsus de Leon p. 1. q. 9. 28.*

P. Hurtad. P. Lugo P. Suar. P. Fagund. P. Filliuc. Armend. Quarantα Prosperus P. Azor Ricius P. Coninck Lavorius Molfesius Megala Faustus Diana Barbosa Leon

Probatur ex quadam declaratione sacræ Congregationis Concilii his verbis: *Gregorius XIII. audita relatione sacræ Congregationis Concilii, declaravit Episcopos vigore privilegii, de quo in Capite finali de pœnitentiis, & remissionibus, non posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus Decreti Concilii admissus, seu approbatus ad audiendas confessiones.*

277 Nihilominus probabilior mihi videtur resolutio affirmativa, quam tenet *Valerus in differ. utriusque fori. verbo Iurisdictio, differ. 14. & 15. & latius verbo Nullitas diff. 4. n. 2. versiculo Sed certe, in fine, Villalobo. in summa t. 1. tr. 9. diffic. 55. num. 4. Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 1. a. 21. n. 5. Zerola in praxi pœnit. c. 15. q. 31. & 2. par. praxis Episc. verbo absolutio quæsito 12. & l. 1. de Iubilæo c. 15. dub. 78. Graffis l. 4. decis. aur. c. 15. n. 11. & 15. Bossius sect. 3. casu 2. num. 102. & casu 6. n. 4. Tamburinus disp. 6. c. 10. num. 3.* Fundamentum est, quia Episcopi, seu quasi Episcopi, etiam existentes in aliena diœcesi, possint approbare quemlibet Sacerdotem illius pro suis ovibus, ut cum communi Doctorum docent *Hurt. citatus, Suar. proximè sect. 6. n. 12. & Fagund. num. 8.* & constat communi usu & praxi: poterunt ergo ibi etiam quemlibet approbare pro se; possunt enim Prælati quò ad se idem, quod possunt quò ad Subditos, ut pluribus ostendit *Sanchez de matrimonio l. 8. disp. 3. Suar. t. 5. disp. 41. sect. 9. n. 9. & t. 4. disp. 52. sect. 1. n. 10. Salas de legibus disp. 20. sect. 12. n. 103. Navarrus de Iubilæo, notabili 20. n. 11. Sotus in 4. dist. 21. q. 1. a. 4. Barbosa de potest. Episcopi alleg. 25. n. 20.* Non est autem minùs efficax approbatio, quæ fit facto, quàm quæ dicto fit: ergo, &c.

Valerus Villalob. Coriolan. Zerola.

Graffis. Bossius P. Tamburi.

P. Hurtad. P. Suar. P. Fagund.

P. Sanchez P. Suar. P. Salas. Navar. Sotus Barbosa

278 Neque obstat declaratio Gregorii loco citato, nam ibi solùm agitur de Episcopis, prout de illis agitur in dicto *Cap. finali*, hoc est, de Episcopis sumptis quò ad dignitatem, prout præscindunt à jurisdictione, quales etiam sunt Cardinales, & Episcopi merè titulares, &c. & de his dicitur non posse, quà tales, eligere Confessarium non approbatum; quòd si etiam habeant jurisdictionem, tunc poterunt quemlibet Sacerdotem alterius Diœcesis approbare pro suis ovibus, & similiter pro se; idque vel dicto, vel facto.

279 Quod attinet ad Prælatos, qui non habent jurisdictionem Episcopalem ad approbandum, est maior controversia; quia solùm possunt eligere Confessarium approbatum, hic enim solus est idoneus juxta *Trident. sess. 23. c. 15.* & hujusmodi Prælati eligendo Sacerdotem, eum non approbant. Quare sententiam negativam defendunt *Barbosa proximè, & Peregrin. in comment. ad constit. Cleric. Regul. p. 1 c. 5. lit. C.*

Trident.

Barbosa Peregr.

208 Nihilominus, si Prælati sint Regulares, vera omnino est resolutio affirmativa; quia Regulares possunt confiteri Sacerdoti non approbato, nam *Tridentinum* loco citato solùm requirit approbationem Episcopi pro confessionibus Sæcularium. Ita *Villalobos t. 1. tr. 9. diffic. 47. n. 4. Diana 3. p. tr. 2. resol. 1. & 3.* Miran-

Villalob. Diana

Miranda. Sylvius. Valerus. P. Filliuc. Cruz. P. Coninc. Portel. P. Suarez. P. Fagũd. Navar. Zerola. Nugnus. P. Reginal. P. Dicast.

Miranda t. 2. q. 20. a. 7. & q. 32. a. 6. concl. 1. Sylvius in addit. ad 3. p. q. 8. a. 5. quæsito 2. concl. 2. Valerus verbo Iurisdictio dist. 14. num. 2. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 9. num. 231. Cruz de statu Relig. l. 2. cap. 6. dub. 1. Coninck de Sacram. disp. 8. dub. 8. num. 60. Portel in dub. reg. verbo Confessor erga reg. num. 14. Suar. disp. 28. sect. 4. n. 5. Fagund. l. 7. cap. 2. num. 3. & seq. Navarr. in sum. cap. 4. num. 2. Zerola in praxi pœnit. cap. 15. q. 2. Nugnus in 3. p. t. 2. q. 8. a. 5. dub. 2. Reginald. t. 1. l. 8. cap. 3. sect. 4. Dicastillo disp. 10. n. 467.

281 Sin autem Prælati sint Sæculares, adhuc standum videtur resolutione affirmativa, quàm sic probo: Nam jus commune in dicto *Cap. finali* concedit facultatem eligendi confessarium providum, & discretum, licèt non sit ab Episcopo approbatus, & *Tridentinum* non derogat juri communi, sed solis privilegiis contrariis, juxta ea, quæ diximus suprà *n.* 227. Unde hanc sententiam meritò defendunt *Toletus l. 3. sum. cap. 15. num. 8. & seq. Alterius t. 1. de cens. l. 4. disp. 4. c. 4. dubio ultimo in responsione ad 2. Fagundez l. 7. cap. 2. n. 78. Coriolanus de casibus reservat. p. 1. sect. 1. art. 21. num. 3. Homobon. t. p. exam. tr. 5. cap. 2. quæst. 12. Bossius sect. 3. casu 2. n. 103. Graffis l. 4. cap. 11. num. 15. Zerola l. 1. de Iubilæo c. 15. dub. 78. Diana 1. p. tr. 2. resol. 3. Portel in dub. reg. verbo Confessor n. 14. Coninck d. 8. dub. 7. n. 48. & Reginaldus t. 1. l. 1. c. 5. n. 41.*

P. Tolet. Alterius. P. Fagũd. Coriol. Homob. Bossius. Graffis. Zerola. Diana. Portel. P. Coninc. P. Regin.

Sed quid dicendum ad declarationem *Gregorii XIII.* nam, ut constat ex dictis *n.* 278. facit directè contra hanc opinionem. Respondetur prædictam declarationem non esse authenticam: declarationibus autem non authenticis, hoc est, solito sigillo, & subscriptione non obsignatis, nulla adhibenda est fides in judicio, vel extra, tametsi impressæ sint, vel imprimendæ, ut de mandato *Urbani VIII. die* 1. *Augusti anno* 1632. declaravit sacra Congregatio Tridentini, prout referunt *Diana 5. p. tr. 12. resol. 53. & Barbosa in collect. Bullar. verbo Congregatio 3.*

Diana. Barbosa.

282 Utrùm verò Episcopi, & Prælati exempti, de quibus in dicto *Cap. fin.* possint etiam tempore Iubilæi eligere non approbatum pro absolutione à reservatis? Negat *Graffis l. 4. decis. aur. c. 15. num. 15. Zerola 2. p. praxis Episc. verbo Absolutio q. 12. Tamburinus t. 2. disp. 6. quæsito 10. num. 4. Alphonsus de Leon par. 2. num. 27. Lavorius de Iubilæo p. 1. cap. 21. num. 18. & Navar. cons. 12. de privilegiis num. 1. in ultima editione,* quia in Iubilæo expressè dicitur Confessarium eligendum debere esse approbatum: servanda autem est forma Iubilæi, *Cap. Cùm dilecta, de rescriptis.*

Graffis. Zerola. P. Tambur. Leon. Lavorius. Navarr. Cap. Cùm dilecta.

283 Nihilominus distinctione opus est: nam, si loquamur de Episcopis, seu quasi Episcopis, qui habent jurisdictionem ad approbandum, dicendum est posse quemlibet Subditum, vel non Subditum sibi eligere ex non approbatis; nam, ut constat ex dictis, hujusmodi Episcopi, dum eligunt, facto approbant ipsum Confessarium, ac proinde servatur forma Iubilæi: ergo, &c.

Sin autem sermo sit de aliis Prælatis, qui non habent jurisdictionem ad approbandum, adhuc distinguendum est: aut enim sunt Regulares; & An hi possint eligere approbatos in sua Religione carentes approbatione Episcopi? Dicemus *sect. 3. diffic. 2.* Aut non sunt Regulares; & tunc pro absolutione à reservatis non possunt ex vi Iubilæi sibi eligere nõ approbatum, quia forma Iubilæi est servanda citato *Cap. Cùm dilecta, de rescriptis.*

284 Dixi (pro absolutione à reservatis) quia, si prædicti Prælati non habeant reservata, possunt uti suo privilegio *Capitis finalis*, & sibi eligere non approbatum; nam Jubilæum non derogat privilegiis, & solùm requirit approbationem Confessarii pro absolutione eorum, à quibus pœnitens absque ipso Jubilæo non poterat absolvi. Et ita contra *Alphonsum de Leon p. 2. n. 27.* docet *Bossius de triplici Iubilæo sect. 3. casu 6. n. 6.*

Leon. Bossius.

§. 2.

Utrùm, quando proprius Sacerdos est ignorans, possit pœnitens sibi alium eligere?

285 *Proponitur resolutio affirmativa.*
286 *Quam limitationem accipiat tradita resolutio?*
287 *Utrùm Confessarius possit immutare pœnitentiam publicam impositam à proprio Sacerdote ignorante?*
288 *Utrùm, si proprius Sacerdos fuerit malus, possit pœnitens alium sibi eligere?*

285 T*Ertia difficultas*: Utrùm cognitâ ignorantiâ proprii Sacerdotis possit pœnitens sibi elige-

re Confessarium? Plures respondent affirmativè ex vi textûs in *Cap. Placuit. 9. q. 2. & de pœnit. dist. 6.* ibi: *Placuit ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri Sacerdoti recipere ad pœnitentiam sine consensu ejus, cui se priùs commisit, nisi per ignorantiam illius, cui peccans priùs confessus est, &c.* Quo in textu videtur indulgeri cuilibet fidelium potestatem eligendi Confessarium, quando proprius Sacerdos est ignorans.

Cap. Placuit. Dist. 6.

286 Quod intelligendum est cum duplici limitatione. Prima, quòd proprius Sacerdos non habeat Coadjutorem, vel alium designatum de licentia ipsius; nec adsit ullus alius habens jurisdictionem: nam hoc privilegium videtur concessum in defectu Confessarii. Secunda, nisi detur aditus ad Episcopum, seu quasi Episcopum, cujus ipse pœnitens est ovis; nam, si detur, ab illo petendus est Confessarius. Ita *Panormitan in Cap. Omnis utriusque, de pœnit. & rem. & Glossa ibi, Magister in 4. d. 21. D. Bonav. ibi in exposit. literæ, Richar. d. 17. a. 3. q. 7. Gabr. q. 2. d. 3. Paludanus q. 3. D. Antonin. 3. p. tit. 17. cap. 4. Adrianus q. 5. de confessione.* Quibus accedunt *Navar. in Cap. Placuit, de pœnit. d. 6. num. 150. & in summa cap. 7. num. 8. Medina eod. de confessione q. 37. de licentia Curati confitendi alieno, Vasq. q. 93. a. 2. dub. 3. Hurtado de pœnitentia disp. 10. diffic. 11. & alii.*

Panorm. Glossa. Magist. D. Bonav. Richard. Gabriel Palud. D. Anton. Adrian. Navarr. Medina P. Vasq. P. Hurtad

287 Et quidem hæc sententia est valde probabilis; licèt etiam probabile sit, ut docent *Suar. de pœnit. disp. 27. sect. 2. num. 21. Sotus in 4. d. 18. q. 4. a. 2. Canus relectione de pœnit. p. 5. & Coninck disp. 8. dubio 8. Dicastillo disp. 10. num. 454.* in dicto *Capite Placuit* solùm agi de mutanda pœnitentia publica imposita à proprio Sacerdote ignorante, quæ (ut decidit textus) mutari non potest, nisi quando proprius Sacerdos, qui eam imposuit, fuit ignorans. Sed, ut dixi, prior sententia est valde probabilis, & intelligenda est, quãdo ignorantia proprii Sacerdotis tanta est, ut non possit illi fieri confessio, quin alteri postea sit repetenda.

P. Suar. Sotus. Canus P. Coninc. P. Dicast.

288 Utrùm verò etiã extendenda sit ad casum, quo proprius Sacerdos sit malus, & pœnitens prudenter sibi timeat ejus malitiam? Negat *Hurt. disp. 10. diffic. 11. §. ultimo.* Sed probabiliùs affirmandum cum *Suar. disp. 27. sect. 2. n. 20. Sylvestro, verbo confessio 1. q. 6. Adriano q. 5. de confessione, Richardo, Paludano, & Gabriele in 4. dist. 17. D. Bonaventura dist. 19.* Nam peccans etiam venit nomine ignorantis, juxta illud: *Omnis peccans est ignorans.*

P. Hurt. Sylvester P. Suar. Adrian Richard. Palud. Gabriel D. Bonav.

SECTIO II.

Quis Confessarius sit eligibilis, præsertim virtute Bullæ, & tempore Jubilæi?

289 *An Sacerdos semel absolutè approbatus, sit ubique virtute Bullæ, aut Jubilæi eligibilis? Traditur sententia negativa.*

290 *Statuitur probabilior resolutio affirmativa.*

291 *Diluuntur argumenta contraria.*

289  *Rima difficultas:* An Sacerdos semel absolutè approbatus in una Diœcesi, si transferat sese in aliam, sit ibi & ubique eligibilis virtute Bullæ, Jubilæi, &c? Negant *Manrique p. 2. quæst. moral. q. 21. num. 13. & seqq. Barbosa de potestate Episcopi allegatione 25. num. 33. Lugo disp. 21. n. 23. Suar. Vasq. Filliuc. Bonac. Hurt. Fagund. Laymán,* & alii plures, quos retulimus præcedenti *disputatione sect. 2. diffic. 2.* Fundamentum est primò, quia Sacerdos existens in Diœcesi aliena, & erga Subditos non suos non censetur approbatus: qui autem non est approbatus, non est eligibilis. *Secundò,* quia eadem est ratio de approbato, ac de habente beneficium curatum: at non satis est habuisse beneficium, sed requiritur illud actu habere: ergo etiam nõ satis erit fuisse alibi approbatum, sed requiritur hic & nunc approbatum esse.

Manriq. Barbosa P. Lugo P. Suar. P. Vasq. P. Filliuc Bonac. P. Hurt. P. Fagũd. P. Laym.

* Circa id, quod Author num. 290 in probatione suæ resolutionis dicit, vide dicta pag. 291. & 325. in margine.

* 290 Nihilominus probabilior videtur resolutio affirmativa, quam tenent *Henriquez, Valerus, Petrus Fay, Portel. Coninck, Reginaldus, Cruz, Diana,* & alii, quos allegavimus præcedenti *disput. sect. 2. difficult. 2.* Probatur, quia mutans Diœcesim, vel domicilium, non amittit approbationem. Idque ostenditur primò, quia adhuc existens in aliena Diœcesi potest absolvere Subditos suos ad eum recurrentes, ut suprà ostendimus *disp. 1. num. 35.* Secundò, quia, si redeat in suam Diœcesim, non indiget nova alia approbatione. Tertiò, quia approbatio est quædam sententia declaratoria, quæ non amittitur nisi per justam revocationem. Ex quibus co n-

P. Henriq. Valerus. Fay Portel P. Coninc P. Regin. Cruz. Diana.

convincitur mutantem domicilium adhuc manere approbatum; & *Tridentinum* nihil aliud requirit, ut sit eligibilis; quod fusiùs prosecuti sumus præcedenti *disput. sect. 2. diffic 2.*

291 *Ad primum* respondetur Sacerdotem approbatum in sua Diœcesi, & existentem in aliena, etiam erga Subditos non suos censeri approbatum, prout approbatio est quoddam testimonium publicum sufficientiæ, non prout dat jurisdictionem: ut autem quis sit eligibilis per Bullam, Iubilæum, &c. solùm requiritur approbatio primo modo, nam ipsa Bulla, & Iubilæum concedunt jurisdictionem. *Ad secundum* eadem applicanda est solutio, dicendumque existentem in aliena Diœcesi, etiam ibi esse approbatum, prout approbatio est testimonium publicum, licèt ibi non conferat jurisdictionem.

§. I.

De Sacerdote habente Beneficium Curatum.

292 *An habens Beneficium Curatum sit eligibilis in sua Diœcesi?*
293 *An sit ubique eligibilis? Proponitur sententia negativa.*
294 *Proponitur probabilior resolutio affirmativa.*
295 *Destruitur fundamentum contrarium.*
296 *An sit eligibilis, qui Beneficio renuntiavit: Partem affirmativam probabilem aliquid existimant.*
297 *Tenenda tamen resolutio negativa.*

292 S*Ecunda difficultas*: An habens Beneficium Curatum in una Diœcesi, sit eligibilis in alia, & ubique? Suppono imprimis esse eligibilem in sua Diœcesi, quod licèt sit contra *Gutter. in qq. canonicis c. 27. num. 21. & Nugnum in addit. ad 3. par. t. 2. q. 8. art. 5. dubio 9. in fine*: dicunt enim in Bulla solùm mentionem fieri de Confessario approbato ab Ordinario. Traditur tamen à *Valero in differ. utriusque fori, verbo Absolutio diff. 1 n. 16. Homobon. 1. p. exam. tr. 5. cap. 3. q. 15. Sylvio in 3. partem q. 8. art. 5. dub. 6. concl. 1. Villalobos t. 1. sum. tr. 9. diff. 56. num. 4. Henriq. l. 6. c. 6. n. 3. Bonac. q. 7. p. 4. §. 1. n. 23. Suar. disp. 8. sect. 4. num. 18. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 9. n. 557. Fagund. l. 7. c. 2. n. 35. Reginaldo t. 1. l. 1. cap. 16. q. 3. num. 189. Cruz in directorio conf. p. 2. tr. de pœnit. q. 5. dub. 9. concl. 2. & Diana 1. p. tr. 11. de Bulla Cruciatæ resol. 8.* Et ratio est clara, quia accipiens Beneficium ab Episcopo, eo ipso ab illo approbatur: ergo, &c.

Gutter. Nugnus. Valerius Homob Sylvius Villalob. P. Henriq Bonacin. P. Suar. P Filliuc P. Fagũd. P. Regin. Cruz Diana.

293 Solùm igitur dubitari potest: An hujusmodi Parochus sit eligibilis in alia Diœcesi, & ubique? Negant *Guttier. l. 1. qq. canon. c. 27. num. 21. Nugn. loco proximè citato, Rodriguez in Bullam Cruciatæ §. 9. n. 6. Layman l. 5. tr. 6. cap. 11. num. 7. Homobon. 1. p. exam. tr. 5. c. 3. q. 15. Fioronus de reserv. 1. p. c. 4. §. 12. num. 2.* quibus accedit *Alphonsus de Leon tr. de officio, & potest. Confessarii t. 2. recollectione 4. n. 79. Beja par. 1. casu 16. Regius in suis resolut. casu 61. n. 9. & alii.* Probatur ex quadam declaratione sacræ Congregationis Concilii, quæ habet sic: *An obtinens parochiale Beneficium ubique sit censendus idoneus absque alia Episcoporum approbatione, ita quòd audire possit confessiones eorum, qui habent consensum suorum Parochorum? Sacra Congregatio respondit non posse, &c.*

Guttierr. Nugnus. Rodrigues P. Laymã Homob. Fieronus Leon Beja Regius

294 Nihilominus probabilior videtur resolutio affirmativa, quam tenent *Hurt. disp. 10. diffic. 17. Lugo proximè num. 21. Filliuc. t. 1. tr. 7. num. 257. Vasq. q. 93. a. 3. dub. 4. num. 2. Reginald. t. 1. l. 1. cap. 16. num. 189. Trullenc. in Bullam Cruciatæ l. 1. §. 7. dub. 4. num. 3. Valerus verbo Absolutio differ. 1. num. 18. Henriquez l. 6. cap. 6. num. 3. Vivaldus in candelabro aureo tit. de confessione n. 28. concl. 1. Suar. disp. 28. sect. 4. num. 18. Toletus l. 3. cap. 13. n. 6. Fagund. l. 7. cap. 2. num. 35. Barbosa de potest. Episc. alleg. 25. num. 19. Diana 1. p. tr. 11. de Bulla resol. 8. & 3. p. tr. 4. resol. 146. & 160. & 5. p. tr. 11. resol. 47. Bonacina q. 7. puncto 4. §. 1. num. 23. Bossius de triplici Iubilæo sect. 3. casu 2. num. 235. Leand. disp. 11. q. 61. & plures alii.* Probatur, quia *Tridentinum* eodem modo loquitur de approbato, ac de habente Beneficium parochiale: sufficit autem esse approbatum in una Diœcesi, ut sit eligibilis ubique, juxta ea, quæ proxima difficultate resolvimus: ergo etiam sufficiet habere Beneficium in una.

P. Hurt. P. Vasq. P. Lugo. P. Filliuc P. Regin. Trullenc. Valerus, P. Henriq Vivaldus. P. Suar. P. Tolet. P. Fagũd. Barbosa. Diana. Bonac. Bossius. Leander

295 Neque obstat declaratio allegata; potest enim facilè explicari, si dicas in illa solùm intendi obtinentem Beneficium non posse ubique eligi ex solo consensu Parochorum dimittentium Parochianos in alios Confessarios, qui aliunde habeant jurisdictionem; quia tunc ipsorum Parochorum animus non est dele-

gare jurisdictionem in alios Sacerdotes eâ non habentes, sed tantùm cedere personâ, & iure suo, ac dimittere Parochianos in eos, qui aliunde habent jurisdictionem. Unde meritò in declaratione dicitur obtinentem Beneficium non posse ubique eligi ab illis, qui à Parochis dimittuntur; nam ab habentibus Bullam, Jubilæum, vel quid aliunde dans jurisdictionem, possunt eligi.

Villalob. Joãnes de la Cruz Rodriguez Costa Ludovic. à Cruce

296 Majus dubium est: An sit eligibilis, qui Beneficio renuntiavit? Partem affirmativam probabilem existimant *Villalobos t.1.tr.27.claus. 9.§.1.num.4. Ioannes de la Cruz in director.consc.p. 2. de pœnit. q.5.dub.8. concl.4. Rodriguez in Bullam §.9.num.4. Costa apud Trull. in Bullam l. 1. §.7.dub. 4. num.4. Ludovic. à Cruce in Bullam disp.1.cap.2.d.7. num. 4.* & alii, qui dicunt in Parocho esse duo, approbationem, & jurisdictionem; & per amissionem Beneficii solùm amittere jurisdictionem, & non approbationem, ac proinde manere eligibilem.

P. Fagũd. Floronus P. Filliuc P. Reginal P. Henriq Bonac. Diana. Barbosa. P. Suar. Leon. Viva'aus Torreblãc

297 Tenenda tamen est resolutio negativa cum *Fagund. pr. 2.l.7.cap. 2.num. 38. Florono.p.1.cap.4.§.12.num.7. Filliuc.t. 1.tr.7.cap.9.num.257.Reginaldo l.1.cap.16. num.190. Henriquez l.6.c.6.num.3.Bonac.q. 7.p.4.§.1.num.24. Diana. 5.par. 12. resol. 47.Barbosa de potest. Episc.alleg.25.num.16. & 34. Suar.disp.28. sect.4.num.20. Alphonso de Leon de Iubilæo p.2.q.9.num.21.Vivaldo confess.num.27.concl. 2.Torreblanca l. 14. cap. 2. num.18. & sequent.* Probatur, quia ille solùm est eligibilis, qui aut habet actu Beneficium parochiale, aut est approbatus: ille autem, qui renuntiavit Beneficio, neque illud habet, nec est approbatus.

§. 2.

De approbato cum limitatione.

298 *An sit ab omnibus & ubique eligibilis? Refertur prima sententia absolutè affirmans.*

299 *Refertur, & explicatur secunda sententia.*

300 *Præfertur resolutio asserentium non esse ubique eligibilem.*

301 *Diriminutur fundamenta contraria.*

302 *An approbatus ad certum tempus possit eligi, illo transacto?*

303 *An absolutè approbatus, notoriè tamen ignarus, sit eligibilis? Pars negativa.*

304 *Eligitur probabilior resolutio affirmativa.*

305 *Limitatio præcedentis resolutionis.*

306 *Solvuntur argumenta partis negativæ.*

307 *Quis Sacerdos sit eligibilis virtute Iubilæi extraordinarii?*

Tertia difficultas: An approbatus non absolutè, sed cum limitatione ad aliquam parvam Parochiam, aut ad certas personas, sit eligibilis ab omnibus, & ubique? Suppono imprimis esse eligibilem à personis, pro quibus est approbatus, nam respectu harum est approbatus, ac proinde nihil illi deest ut possit eligi.

298 *Tota difficultas est*: Utrùm sit ubique, & ab omnibus eligibilis? Partem affirmativam defendunt plures Doctores, non tamen eodem modo, sed in duas diversas abeunt sententias. Prima absolutè affirmat: eam tenet *Henriquez l.6.c.6.num. 7.lit. A, & l.7.cap.12. num.4.lit. Q.* asserens hanc opinionem tenuisse in Hispania omnes Doctores Salmanticenses. Item Archiepiscopum *Blancum* Compostellensem, & *Guevaram* Archiepiscopum Granatensem, qui Concilio Tridentino interfuerunt; necnon *Medinam, Mansium, Banbes, Gallum*, & omnes Magistros Dominicanos, Minoritas, & Augustinianos. Eandem amplexi sunt *Corduba in summa q. 10. Fagundez l.7.cap.2.num.45.& num.22. & 18. Fernandez in examine Theologiæ moralis p.3.cap. 9.§.8.num.6. Nugn. in addit.ad 3.p.q.8. a.5. dub.9. Costa q.39. Coninck disp.8. num. 17. Gomez in explicat. Bullæ ad clausulam 10. num. 8. Barbosa de potest. Episc. alleg. 25. num. 27.* Eam probabilem dicunt *Philippus de la Cruz in thesauro Eccles. tr.1.§.20.num.1. Bossius sect. 3. casu 2. num.245. Bonacin q.7.puncto 4.§.1.num.22. Diana 1.p. tr.11. de Bulla Cruciatæ resol. 9. & 10. & 3. p. tr. 2. de dubiis Regularium resol.93.& 5. p.tr.12. resol.48. Tamburin. de jure Abbatum disp.6. quæsito 4.num.7. Leander disp. 11.q.69.* & alii plures.

P. Henri Blancus Guevara Medina. Mans. Banbes Gallus Corduba P. Fagũd. Fernand. Nugn. Costa P. Coninc Gomez Barbosa Phil de la Cruz Bossius Bonac. Diana Tambur. Leander.

Probatur primò, quia verùm est dicere hunc Sacerdotem esse approbatum ab Ordinario & *Concilium Trident.* nihil aliud requirit, ut sit eligibilis. Secundò, quia aliàs habens Beneficium Curatum in aliquo parvo oppido, etiam non esset ubique eligibilis, quod est contra resolutionem proximæ difficultatis. Tertiò exemplo sartoris, qui in aliquo exiguo oppido approbatur,

probatur, & ibi exercet artem suam, nam hic censetur ubique approbatus. Hæc opinio est probabilis.

299 Secunda sententia loquitur cum distinctione, & asserit Sacerdotem aut non esse approbatum absolutè defectu scientiæ, aut defectu ætatis, eò quòd sit juvenis; unde solùm approbatur ad confessiones virorum, & non mulierum. Si defectu scientiæ, videtur non posse eligi nisi ab illis, ad quos limitatus est: si verò defectu ætatis, posse eligi ab omnibus. Et hujus diversa ratio est, quia præcipua intentio Papæ concedentis Bullam, Jubilæum, &c. est quòd vi illius possit eligi Sacerdos peritus, & sciens, qualis non est ille, qui defectu scientiæ limitatur ad aliquos; & est ille, qui cum sufficienti scientia est repertus, licèt sit adolescens: privilegium autem regulandum est juxta intentionem concedentis. Et ita sentiunt *Ledesma in summa t.* [illegible] *tr. de pænit. cap. 13. dub. 9. Trullench. in Bull. Cruc. l. 1. §. 7. dub. 2. Ludovicus à Cruce in Bullam disp. 1. cap. 2. dub. 9. Petrus Fay in additionibus ad 3. p. q. 8. a. 5. disp. 3. concl. 4. ad 4. argum.* Quibus accedunt *Rodriguez in Bullam §. 9. num. 8. & Thomas Sanchez l. 8. de matr. disp. 34. num. 15,*

Ledesma. Trullench Cruz Petr. Fay Rodrigues P. Sãchez

Addit præterea *Sanchez citatus*, ob eamdem rationem hujusmodi Sacerdotem non ex defectu scientiæ, sed ex defectu ætatis approbatum ad solas confessiones virorum, posse eligi ad expediendas dispensationes directas Confessario doctori, & approbato ab Ordinario, idque sive tales dispensationes viris, sive fœminis sint concessæ. Neque obstat quòd in expedituro simul cum approbatione requiratur gradus Magisterii & Doctoratûs; nam præcipuum, quod in literis intenditur, est scientia necessaria ad earum expeditionem: prædictus autem Sacerdos sic approbatus habet sufficiens testimonium scientiæ requisitæ. Ita *Sanchez citatus*, cui etiam accedit *Homobonus 3. p. examinis tr. 15. cap. 3. q. 4. assertione 1.* Et certè hæc sententia est probabilis.

P. Sãchez Homob.

300 Nihilominus probabilior videtur contraria resolutio asserentium approbatum cum limitatione ad certas personas non posse eligi ab aliis. Ita *Guttier. l. 1. qq. canon. q. 17. num. 18. & 19. Filliuc. tr. 1. tr. 7. cap. 9. num. 262. Suar. disp. 28. sect. 7. n. 5. Leo tr. de jubilæo p. 2. q. 9. num. 20. Diana locis citatis num. 298. Lug. d. 21. n. 26. Boss. cit. n. 244. & 246. Ioan. à Cruce de statu Rel. l. 2. cap. 6. dub. 3. concl. 2. Villalob. in sum. t. 1. tr. 27. claus. 9. §. 1. n. 3. Naldus verbo Monialis num. 2. Molfesius tr. 7. cap. 16. n. 29.* Eam valde probabilem dicit *Bonac. ubi suprà versu Aliqui Doctores*, & in praxi sequendam, *versu Hæc opinio.* Probatur, quia prædictus Sacerdos non est approbatus, nisi ad has certas personas, non verò ad alias. Confirmatur; quia, si Sacerdos per Bullam posset absolvere alios, ad quos non est approbatus v. g. fœminas, cùm solùm sit approbatus ad viros, etiam eas posset absolvere ex commissione Parochi; nam ea approbatio, quæ sufficit ut Sacerdos absolvat per Bullam, videtur sufficere ut absolvat ex commissione Parochi: dicere autem quòd Parochus possit committere absolutionem fœminarum illi Sacerdoti, qui ab Episcopo non est ad fœminas approbatus, præterquam quòd sit falsum, vel ipsi Adversarii non concedunt.

Guttier. P. Filliuc P. Suar. Leo Diana P. Lugo. Cruz Bossius. Villalob. Naldus Molfes. Bonac.

301 Neque obstat *primò*, verum esse dicere hunc Sacerdotem esse approbatum; solùm enim verum est dicere esse approbatum secundùm quid, & non simpliciter: *Tridentinum* autem debet intelligi de approbatione propria, & simpliciter. Non obstat *secundò*, quòd aliquo in parvo oppido habens Beneficium sit ubique eligibilis; nam *Tridentinum* nihil circa habentem Beneficium innovavit, unde post illud habens Beneficium est eligibilis, sicut ante illud. At circa non approbatum innovavit, & voluit solos approbatos esse eligibiles. Non obstat *tertiò* exemplum sartoris, nam hic licèt solùm exerceat suam artem in oppido exiguo, est absolutè approbatus.

302 Quæres: Utrùm approbatus ad certum tempus possit eligi, illo transacto? affirmant *Costa in explic. Bullæ q. 39. in fine, & Petrus Fay in addit. ad 3. p. q. 8. a. 5. disp. 3. concl. 4. ad 3. argumentum*, qui existimant non requiri approbationem actu, sed sufficere quòd extiterit. *Dicendum tamen est* requiri approbationem actu; nam *Tridentinum* eodem modo requirit approbationem, ac Beneficium Curatum; & non sufficit Sacerdotem habuisse Beneficium, sed illud debet habere actu, ut constat ex dictis *præcedenti disp. sect. 1. diffic. 1. quæstio 3.* Ergo, &c.

Costa. Petr. Fay

303 *Quarta difficultas*: An absolutè approbatus, notoriè tamen ignarus, sit eligibilis? Negat *Canus relectione de pænitentia p. 5.* quia Papa non censetur huic in

Canus

 specia-

speciali concedere, quod ei negaret, & aliàs peccaret. Huic opinioni accedunt *Richardus in 4. dist. 1. ar. 2. q. 8. Ad primum, Sylvester verbo Confessor 1. num. 5. versic. 3. Navar. in summa cap. 9. num. 12. Bossius sect. 2. casu 2. num. 249. Ochagavia de Sacram. tr. 2. dub. 2.* quibus consentit *Vasq. Valent. Suarez, Turrian.* & alii, quos allegavimus tractatu 3. *disp. 2. sect. 3. diffic. 1.* quatenus dicunt, saltem quando ignorantia est insignis, quia nequit Sacerdos distinguere inter mortale, & veniale, etiam in iis, quæ sunt communia, eius absolutionem esse invalidam; quia absolutio est per modum sententiæ, & hæc requirit cognitionē causæ.

Richard. Sylvester Navarr. Bossius. Ochagavia P. Vasq. P. Valent. P. Suarez P. Turrian.

304 Nihilominus probabilior videtur contraria resolutio, quam cum pluribus tenet *Thomas Sanchez l. 8. de matr. d. 34. num. 17. Diana 5. p. tr. miscellaneo 2. resol. 22. Præpositus in 3. p. q. 7. dub. 9. num. 66. Henriquez l. 6. cap. 6. §. 7. lit. B. Villalob. in summa t. 1. tr. 9. diffic. 68. n. 7. Mercerus in 3. p. D. Thom. q. 9. art. 1. Hurt. disp. 10. diffic. 15. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 9. num. 254. Rodriguez in Bullam §. 9. num. 4. Nugnus in 3. partem D. Thom. q. 8. a. 5. dub. 4. Valerus in differ. utriusque fori, verbo Nullitas, differ. 6. n. 1. Sylvius in addit. ad 3. p. q. 8 art. 5. quæst. 7.* Adde *Suar. de pœnit. disp. 22. sect. 6.* Probatur, quia in tali Sacerdote datur conditio requisita à Tridentino, nimirum approbatio: ergo, &c.

P. Sanchez Diana P. Præpos. P. Henriq. Villalob. Mercerus P. Hurt. P. Filliuc. Rodriguez Nugnus Valerus Sylvius P. Suar.

305 Advertendum tamen est pœnitentem debere eligere bona fide, aliàs peccat, & consequenter facit confessionē nullam, ut notant Doctores citati.

306 Neque obstat primò, quòd Papa non censetur huic in speciali concedere, quod ei negaret; nam quando pœnitens accedit bona fide, Papa non ei electionem negaret. Non obstat secundò absolutionem collatam à notoriè ignaro esse invalidam, &c. nam, si bona fide ad illum accedatur, absolutio est valida, ut cum *Zerola, Valero, Florono, Bonac. Sanchez, Hurt. Diana, Lugo, Tancredo,* & aliis pluribus resolvimus *tr. 3. disp. 2. sect. 3. diffic. 2.* Neque contrarium suadet absolutionem esse per modum sententiæ, hanc verò requirere cognitionem causæ; non enim requirit cognitionem perfectam usque ad ultimam differentiam, sed satis est quòd sacerdos sciat esse peccatum, licèt non distinguat inter mortale, & veniale.

Zerola Valerus Floronus Bonac. P. Sanchez P. Hurt. Diana P. Lugo. P. Tancr.

307 Pro complemento huius Sectionis diligenter notandum est, hactenus traditam doctrinam solùm procedere de Bulla, & Jubilæis ordinariis, non de extraordinariis, quæ afferunt clausulas extraordinarias; nam in illis procedendum est juxta ipsorum formas, quas Summi Pontifices pro libito possunt præscribere: unde, si dicant Confessarium debere esse approbatum ab Ordinario loci, non poterit eligi approbatus ab alio, nec sufficiet quòd sit approbatus ab Ordinario ipsius Confessarii, aut pœnitentis, ut tenet *Filliuc. t. 1. tract. 8. cap. 10. num. 275. Layman l. 5. tract. 6. cap. 11. num. 9. Sorbus in compendio Mendicantium, verbo Absolutio quò ad Sæculares 1. §. 16. Lezana in qq. regularibus cap. 19. num. 4. Rodriguez in Bullam §. 9. num. 5. Garcia de beneficiis p. 5. cap. 8. num. 132.* & communis Doctorum; quidquid in contrarium opinetur *Bossius de Jubilæo sect. 3. casu 2. num. 234. Naldus verbo Indulgentia num. 9. §. Quis autem, Fernandez p. 3. exam. cap. 7. §. 8. n. 9.*

P. Filliuc. P. Laym. Sorbus Lezana Rodriguez Garcia Bossius. Naldus Fernand.

SECTIO III.

Quem Confessarium possint Regulares eligere extra Jubilæum, & tempore illius?

308 *An Regulares possint confiteri non reservata aliis præter Confessarios à Superiore designatos? Refertur opinio Soti.*

309 *An ad id aliquod habeant privilegium?*

310 *Præfertur vera sententia negativa.*

311 *An possint absolvi ex vi privilegii Mendicantium ad absolvendum quoscumque Christi fideles?*

308 Rima difficultas: An Regulares extra tēpus Iubilæi possint confiteri non reservata aliis præter Confessarios sibi à suis Prælatis designatos? Celebris est opinio *Soti in 4. d. 18. q. 4. a. 2. §. Cardinales* verò, asserentis Regulares posse confiteri non reservata cuilibet Sacerdoti suæ Religionis, licèt non sit approbatus ab Episcopo, neque expositus à suo Prælato, idque ex consuetudine, & tacita licencia Superiorum. Non tamen constat de tali consuetudine, imò in Religionibus rectè ordinatis id videmus severè prohiberi, & à Superioribus minimè tolerari. Sotus.

309 Huic

Sorbus. Rodrig.

309 Huic Soti opinioni proxima est sententia *Sorbi in suis additionibus ad compendium privilegiorum, titulo Absolutio ordinaria quoad fratres*, ubi refert plures Pontifices concessisse Ordini Minorum posse absque alia licentia suorum Prælatorum confiteri mortalia cuilibet Sacerdoti sui Ordinis. Hoc idem refert *Rodriguez in Bullam §. 9. num. 21.* ubi dicit ita practicari in Ordine Minorum; & esse de consuetudine à Capitulis Generalibus approbata. Verùm, quod ad privilegia attinet, cùm nullum in speciali referatur, res valde dubia, & authentica non est, & siqua sunt, erunt fortassis vivæ vocis oraculo indulta. Quoad attinet ad consuetudinem, si adhuc viget, est specialis ipsi Ordini Minorum.

Extravag. Inter cũct. Cõp. Privil. Soc. Cõp. Mendicantium. P. Suar. Sylvester. Graffis. Armilla. Rodrig. Navar. Alterius. P. Henriq. Lezana. Bossius. P. Laym. F. Tabur.

310 Certè inspecto jure communi non possunt Regulares exempti confiteri nisi suis Prælatis, aut de eorum licentia, *Extravaganti Inter cunctas §. Sed quia multoties, de privilegiis*, cui conformantur jura particularia, & privilegia indulta à *Paulo III.* prout refertur in *Compendio privilegiorum nostræ Societatis verbo Confessarius §. 4.* Et indulta Ordini Eremitarum Sancti Augustini ab *Innocentio VIII.* & *Iulio II.* prout habetur in *Compendio Mendicantium, verbo Confessio §. 6. & 7.* Et ratio est clara, quia confessio fieri nequit absque jurisdictione ordinaria, vel delegata; & nemo in Religiosos exemptos habet jurisdictionem præter eorum Prælatos. Ita *Suares t. 4. de Relig. l. 2. cap. 16. Sylvester verbo Confessor 2. num. 6. Graffis l. 4. cap. 16. num. 1. Armilla verbo Absolutio num. 26. Rodriguez t. 1. qq. Regul. q. 62. num. 4. & in Bullam Cruciatæ §. 9. num. 13. Navar. in summa cap. 4. numero 1. Alterius tomo 1. de censuris l. 4. d. 3. cap. 1. Henriquez l. 7. cap. 22. §. 2. Lezana qq. reg. cap. 18. num. 26. & cap. 19. num. 11. Bossius de Iubileo sect. 3. casu 4. num. 11. Layman l. 5. tr. 6. cap. 10. num. 20. Tamburin. t. 2. disp. 6. quæst. 6. n. 26.*

Compẽd. privileg. Societ. P. Suarez. Bonac. P. Henriq. P. [illegible] P. Filliuc. Vivald.

311 Utrùm verò possint absolvi saltem ex vi privilegii indulti Mendicantibus absolvendi quoscumque Christi fideles, ad eos undecumque accedentes, &c. ut habetur in *Compendio privilegiorum nostræ Societatis, verbo Absolutio §. 1.* Respondetur negative cum *Suari disp. 26. sect. 1. Bonac. q. 7. punct. 4. §. 2. num. 17. Henriquez l. 6. cap. 16. num. 7. in com. lit. P. Reginaldo l. 8. n. 37. Filliucio tr. 7. num. 207. Vivaldus in candelabro aureo de absolutione num. 18. & aliis.* Probatur primò, quia hoc privilegium est generale, & per privilegium generale non censetur derogari statuto particulari. Secundò, quia ita expressit *Innocentius IV.* ut habetur in *Compendio privilegiorum nostræ Societatis, verbo Confessarius §. 5. & verbo Absolutio §. 1.*

§. I.

Quibus possint confiteri Regulares, dum iter faciunt, aut sunt extra Monasterium?

312 *Quid dicendum de Regularibus, qui iter agunt, aut sunt extra Monasteria?*

313 *Utrùm, & à quo possint, dum iter faciunt, absolvi à reservatis, & quo onere?*

314 *An Confessarius, qui eligitur, debeat esse approbatus ab Ordinario?*

P. Suar. P. Tiburt. Rodrig. Peirinis. Graffis. Vega.

312 QUid dicendum de Regularibus, qui iter agunt, aut de licentia Prælati sunt extra Monasteria? Respondetur, si habeant socium, etiam Simplicem, posse illi, & non alii Sæculari, aut alterius Ordinis confiteri. Ita *Suar. t. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 17. num. 2. Tamburin. t. 2. disp. 6. q. 6. num. 4. Rodriguez t. 1. q. 62. art. 5. Peirinus t. 1. q. 1. cap. 21. Graffis t. 2. l. 5. de pænit. conf. c. dissic. 2. t. 1. Vega 1. p. summæ cap. 62. casu 3.* asserentes id esse de consuetudine, & tacita licentia Prælatorum. Quando autem quis pervenit ad aliquod Monasterium sui Ordinis, in quo obiter, & per modum transitûs hospitabitur, adhuc poterit socio confiteri, si ad id à suo Prælato fuit approbatus. Ita *Tamburin. cit. num. 6.* Quòd si ad id non fuit approbatus, tunc non poterit illi confiteri, quia licentia tacita solùm præsumebatur in casu necessitatis: debet ergo confiteri solis Confessariis à Prælato ipsius Monasterii pro Regularibus illius deputatis.

Navar.

313 Utrùm verò, & à quo possint, dum iter faciunt, à reservatis absolvi cum onere postea comparendi proprio Prælato, dicemus *tractatu septimo de Reservatis.* Quòd si iter faciens non habeat socium, poterit confiteri cuilibet Confessario sive Sæculari, sive Regulari alterius Ordinis. Ita est de consuetudine, quam testantur *Navarrus in summa cap. 4. num. 7.*

P. Tibur. P. Suar. P. Reginal. Rodrig. Cōp. Mēdicantium

Tamburinus dict. 1. disp. 6. q. 6. num. 7. Suar. de relig. t. 4. tr. 8. l. 2. cap. 17. num. 5. Adde Reginald. l. 1. num. 175. & Rodriguez t. 1. quaest. reg. q. 62. a. 5. cum pluribus. Et habetur expressè in *Compendio Mendicantium verbo Absolutio quò ad fratres §. 26.* ex concessione *Xisti IV.* & *Leonis X.* Idem etiam concessit *Innocentius VII.* Fratribus Prædicatoribus. & *Martinus V.* Fratribus S Hieronymi in Hispania, & *Clemens VII.* Patribus Theatinis, prout referunt *Rodriguez loco citato, & in Bullam §. 9. num. 14. Henriquez l. 7. c. p. 22. lit. E. Bossius sect. 3. casu 4. num. 5. Ioannes de la Cruz de statu Relig. l. 1. cap. 6. dub. 10. Coriolanus p. 1. sect. 3. Layman l. 5. tr. 6. cap. 10. numero 10. Tamburin. de jure Abbatum disp. 6. q. 6. num. 5. Llamas 1. p. methodi cap. 5. §. 14. & plures alii.*

Rodriguez. P. Henriq. Bossius. Cruz. Coriolan. P. Laymā. Tambur. Llamas.

314 Utrùm verò Confessarius, qui eligitur, debeat esse approbatus ab Ordinario? Affirmat *Peregrin. in compendio privilegior. titulo Absolutio quò ad fratres §. 2. & Novarius in tract. de elect. for. cap. 69. num. 22.* Meliùs tamen negandum cum *Navarro cap. 4. num. 7. Diana 3. p. tr. 2. resol. 30. Hieronymo Rodriguez in comp. qq. Reg. resol. 31. num. 21. Tamburino de jure Abbatum d. 6. q. 8. numero 8. Fagundez l. 7. cap. 2. num. 3. Suarez disp. 28. sect. 4. num. 5. Villalobos to. 1. tr. 9. diffic. 54. num. 1. Reginaldo l. 8. cap. 3. sect. 4. num. 36. Trullench in Bullam l. 1. §. 7. cap. 1. dub. 1. num. 5. Vasquez q. 93. art. 3. dub. 3. num. 5. Ochagavia tr. 2. de Sacram. q. 38. num. 4. Sà verbo Confessor, num. 6. Campanili rubr. 12. cap. 13. num. 58. Ragusa de absolutione q. 120. Ledesma in sum. cap. 1. tr. 13. diffic. 4. & 11. Henriquez l. 6. cap. 13. n. 1. Sylvio in 3. p. q. 8. art. 5. §. Quaeritur 4. Barbosa alleg. 25. num. 65. Hurt. disp. 10. diffic. 15.* Probatur; quia ut *disput. 1. sect. 1.* notavimus, Tridentinum non requirit approbationem Episcopi ad confessiones Regularium: si tamen Confessarius sit Regularis, debet esse approbatus à suo Prælato, & expositus ad Fratres, ut notant *Rodriguez loco citato, Vega in summa t. 1. cap. 61. casu 2. & Peirinus de religioso subdito q. 1. de obedientia cap. 21. concl. 7.* Nam, ut diximus à *n. 208.* Regulares non possunt audire confessiones absque licentia sui Prælati.

Peregr. Novarius. Navar. Diana. Rodriguez. Tambur. P. Fagūd. P. Suarez. Villalob. P. Regin. Trullench. P. Vasq. Ochagav. Campan. P. Sà. Ragusa. Ledesma. P. Henriq. Sylvius. Barbosa. P. Hurt. Rodrig. Vega. Peirinus.

(✠)

§. 2.

An tempore Iubilæi possint Regulares eligere approbatum à Prælato sui Ordinis, licèt non sit approbatus ab Episcopo?

315 *Refertur ut probabilis prima sententia affirmativa.*

316 *Quid in hac opinione tenendum de Novitiis?*

317 *Utrùm stando hac opinione possint Regulares eligere approbatum tantùm à Prælato alterius Ordinis?*

318 *Refertur, & explicatur altera sententia probabilis*

319 *Præfertur probabilior sententia negativa.*

320 *Destruuntur fundamenta contrariorum proposita initio difficultatis.*

315 Secunda difficultas: An tempore Jubilæi possint Regulares eligere approbatum à solo Prælato sui Ordinis? Et in hac re tres circumferuntur sententiæ. *Prima*, quæ quidem est probabilis, affirmat: eam tenent *Coriolanus de casibus reserv. p. 1. sect. 3. a. 16. Zanardus in directorio p. 1. de Sacram. pænit. cap. 21. q. 32. Fernandez in exam resol. mor. p. 1. cap. 9. §. 8. num. 7. Valerus in differ. utriusque fori, verbo Absolutio, differ. 1. num. 33. Tamburin. t. 2. disp. 6. q. 17. num. 2. Ioannes Sanchez in selectis disp. 49. num. 6. Graffis l. 4. decis. aur. cap. 15. num. 12. Bonac. q. 7. p. 4. § 1. num. 15. Alphonsus de Leon de Iubilaeo p. 1. num. 213. Rodriguez in Bullam §. 9. num. 9. Bottonus in observationibus circa Bullam Xisti V. pagina mihi 245. Sanctarellus de Iubilaeo cap. 7. Ioannes de la Cruz de statu Religionis l. 1. cap. 6. dub. 10. concl. 2. Lavorius de Iubilaeo p. 1. cap. 21. num. 60. & p. 2. cap. 28. num. 8. Maurc. in summa cap. 9. §. 8. Navarrus cap. 4. num. 2. Zerola de pænit. cap. 15. q. 1. versu Dico Quintò, & cap. 16. q. 8. versu Dico tertiò. Angles q. de Confessarijs a. 8. diff. 2. d. 4. folio mihi 296.* Et probatur *primò*, quia approbatus à Prælato Monasterii respectu Subditorum ipsius Monasterii venit nomine approbati ab Ordinario loci; nam Prælatus Monasterii censetur Ordinarius illius juxta *Glossam in Cap. Ordinarii locorum, & in Cap. Cùm ab Ecclesiarum, de officio Ordinarii in 6.*

Coriolanus. Zanardus. Fernand. Valerus. P. Tambur. Ioā. Sāch. Graffis. Bonacina. Leon. Rodriguez. Bottonius. Sanctarel. Cruz. Lavorius. Maurc. Navarr. Zerola. Angles. Glossa.

Dixi

Dixi respectu Subditorum Monasterii) quia Prælatus non censetur Ordinarius respectu nō Subditorum Monasterii. Unde Authores hujus sententiæ solùm dicũt, approbatum à Prælato Monasterii posse eligi à Regularibus illius, non verò à Sæcularibus.

Secundò probatur, quia particula *ab Ordinario loci*, quæ hodie in Bullis, & Iubilæis apponi consuevit, solùm post *Concilium Trident.* superaddita est, ne scilicet violetur ejus decretum circa approbationem, quam ipsum requirit ad audiendas confessiones: at verò *Tridentinum* solùm requirit approbationem Episcopi ad audiendas confessiones Sæcularium, non ad audiendas confessiones Regularium. Sicut ergo ante *Tridentinum* Prælatus Monasterii veniebat nomine Ordinarii illius respectu ejus Subditorum, ita post *Tridentinum*, nam hoc nihil innovavit circa confessiones Regularium, sed solùm circa confessiones Sæcularium.

Tertiò: quia gratia Iubilæi concedentis potestatem eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario loci, non debet intelligi privativè, ita ut auferat potestatem recurrendi ad Confessarium ordinarium, sed accumulativè, ita ut præter recursum ad Confessarium ordinarium concedat etiam ad quemlibet approbatum ab Ordinario: est enim hæc gratia concessa in favorem pœnitentis, ac proinde non debet illi auferre, sed ampliare potestatē. *Quartò*, quia aliàs plures Religiosi ex Carthusianis, Camaldulensibus, &c. qui non vacant confessionibus Sæcularium, ac proinde non curant approbari ab Episcopis, non possent facilè lucrari Iubilæum, & cogerentur exire à claustris Confessarios quæsitum, quod videtur alienum à pia benignaque intentione Summi Pontificis. Confirmatur ex decreto *Clementis VIII.* quo jubet Regulares etiam tempore Iubilæi observare statuta sui Ordinis quò ad electionem Confessarii: statuta autem prohibent eligi Confessarium extra Ordinem.

316 Utrùm verò etiam Novitii possint confiteri hujusmodi Confessario solùm à suo Superiore approbato? Affirmant *Homobonus de casibus reservatis p. 1. cap. 5. de statibus cap. 16. §. Porrò Regulares*; & 1. *p. exam. tr. 5. q. 13.* & 3. *p. tr. 15. cap. 3. q. 7. resol. 4.* & *Ioannes de la Cruz de religione l. 1. cap. 6. dub. 10. concl. 2.* Et certè in hac opinione ita tenendum est, quia Novitii in favorabilibus veniunt nomine Religiosorum, & gaudent iisdem privilegiis: ergo, &c. Homob. Ioã. de la Cruz

317 Maius dubium est stando hac opinione, Utrùm Regulares possint eligere approbatum tantùm à Prælato alterius Ordinis? Negant *Graffis ubi suprà*, & *l. 2. append. cap. 5. num. 18.* & *Rodriguez in explicatione Bullæ Cruc. §. 9. num. 9.* Affirmant è contra *Homobonus 3. p. exam. tr. 15. cap. 3. q. 7. resol. 4. Coriolanus de reservatis p. 1. sect. 3. ar. 16.* Et quidem probabiliùs, quia Sæcularis potest eligere approbatum ab Episcopo alterius diœcesis, ut constat ex dictis *sectione 2. diffic. 1.* ergo Regularis poterit eligere approbatum à Prælato alterius Ordinis: nam in hac opinione sicut requiritur approbatio Episcopi ad confessiones Sæcularium, ita sufficit approbatio Prælati Monasterii ad confessiones Regularium. Graffis. Rodrig. Homob. Coriol.

318 *Altera sententia*, quæ etiam est probabilis, loquitur cum distinctione: aut enim in Bulla Iubilæi requiritur approbatio Ordinarii, suppressâ particulâ *loci*, & tunc Regulares possunt eligere approbatum à suo Prælato. Ita *Filliuc. t. 1. tr. 8. cap. 10. numero 275. Lezzana qq. reg. cap. 19. num. 19.* & *Pollachius in Bullam Urbani VIII. sect. 42. num. 63.* Probatur, quia Prælatus venit nomine Ordinarii respectu Subditorum, ut sæpe responsum esse in sacra Pœnitentiaria testatur *Filliucius* ubi proximè. Facit *Glossa cit. in Cap. Ordinarii locorum, & in Cap. Cùm ab Ecclesiarum de officio ordinarii in 6.* P. Filliuc. Lezzana. Pollachius Glossa

Aut in Bulla requiritur approbatio Ordinarii loci, additâ particulâ *loci*, & tunc dicunt Doctores citati non posse eligi, nisi approbatum ab Episcopo, quia nomine Ordinarii loci nunquam venit nisi solus Episcopus, aut quasi Episcopus, hoc est, habens jurisdictionem Episcopalem: at verò nemo lucratur Iubilæum nisi juxta formam ipsius, *Cap. Cùm dilecta, de rescriptis.* Cap. Cùm dilecta.

319 *Tertia sententia*, quæ est communis, & probabilior, absolutè negat posse eligi, qui non est approbatus ab Episcopo, sive in Jubilæo requiratur approbatio Ordinarii loci, sive sola approbatio Ordinarii, suppressâ particulâ *loci*. Ita *Suar. disp. 28. sect. 5. num. 11. Henriquez l. 6. cap. 6. §. 4. litera K*, & *l. 7. cap. 12. §. 4. Valerus in differ. utriusque fori, verbo Absolutio diff. 1. num 21. Fagund. l. 7. cap. 2. num. 12. Naldus in summa verbo* Indul- P. Suar. P. Henr. Valerius P. Fagund. Naldus

Molfes. Homob. Ledesma. Lopez. P. Regin. Bossius. P. Lugo. Manrique. *Indulgentia num. 9. Molfesius in summa t. 1. tr. 7. cap. 16. num. 27. Homobon. tr. de casibus reserv. p. 1. cap. 6. Ledesma in summa t. 1. de Sacram. pœnit. cap. 13. d. 6. Lopez par. 1. cap. 26. Reginald. l. 1. num. 45. Bossius sect. 3. casu 4. num. 7.* quibus accedunt *Lugo disp. 20. num. 141. Manrique 2. p. qq. moral. q. 72. num. 3.* Fundamentum est quia in Jubilæo nomine Ordinarii solùm intelligitur ille respectu omnium tam Sæcularium, quàm Regularium, quem *Tridentinum sess. 23. cap. 15.* requirit respectu Sæcularium; hic verò est solus Episcopus, seu quasi Episcopus, ut ostendimus *disput. 1. sect. 2.* Ratio autem, cur Pontifices in Jubilæo etiam respectu Regularium requirant Sacerdotem approbatum ab Episcopis, est; quia loquuntur in ordine ad casus etiam Sedi Apostolicæ reservatos: hoc autem propter illorum difficultatem nolunt committere nisi viris probatæ scientiæ, & publico Episcoporum testimonio declaratis.

Trident.

320 Neque obstat *primò*, quòd etiam Prælatus Monasterii aliquando veniat nomine Ordinarii respectu suorum Subditorum; nam, licèt id verum habeat in aliis casibus, falsum est in Iubilæo, ubi nomine Ordinarii solus intelligitur ille, cujus approbatio exigitur *à Tridentino* ad confessiones Sæcularium.

Non obstat *secundò*, quòd in Iubilæo solùm requiritur approbatio ab Ordinario, ne violetur decretum *Concilii Tridentini loco citato* exigentis approbationem Ordinarii, &c. id enim negandum est, & dicendum etiam exigi approbationem Ordinarii ob difficultatem casuum, qui Papæ reservantur, quos Summi Pontifices committere nolunt nisi Sacerdotibus probatæ scientiæ: & (ut diximus) publico Episcopi testimonio adnotatis.

Non obstat *tertiò*, quòd gratia Iubilæi quò ad illam particulam, quæ exigit approbationem Ordinarii, debeat intelligi accumulativè, & non privativè; nam solùm debet intelligi privativè: nolunt enim Summi Pontifices committere absolutionem à casibus reservatis, nisi Sacerdotibus ab Episcopo approbatis. Neque gratia Principis amplianda est contra ipsius Principis voluntatem, quando ea sufficienter deprehenditur.

Non obstat *quartò*, sequi ex hac doctrina cogi nonnullos Regularium ad quærendos Confessarios extra Monasterium. Nam imprimis Prælati Monasteriorum tempore Iubilæi semper curant habere aliquos ab Episcopo approbatos; quòd si non habeant, debent concedere Subditis licentiam quærendi aliquem approbatum pro absolutione à reservatis.

§. 3.

An Regulares tempore Iubilæi possint eligere quemlibet approbatum Sæcularem, vel Regularem alterius Ordinis absque licentia sui Prælati?

321 *Aperitur status quæstionis.*
322 *Referuntur clausulæ apponi solitæ in Iubilæis solennibus modernis.*
323 *Quem Confessarium possint eligere Regulares tempore Iubilæi solennis? Proponuntur rationes dubitandi.*
324 *An Regulares ex vi Bullæ Cruciatæ habeant facultatem eligendi Confessarium?*
325 *Statuitur tempore Iubilæi solennis fieri Regularibus liberam potestatem eligendi Confessarium.*
326 *Solvuntur rationes dubitandi.*

321 Tertia hæc difficultas potest primò procedere de Iubilæis non solennibus, quæ scilicet non continent clausulas derogatorias statutorum & privilegiorum Regularium, cujusmodi est illud, quòd conceditur in Bulla Cruciatæ, & similia, de quibus commodiùs tractatu ultimo, ubi ostendemus Regulares non posse illis gaudere ad effectum sibi eligendi Confessarium, &c.

322 Secundò potest procedere de Iubilæis solennibus, quæ continent clausulas derogatorias statutorum, & privilegiorum Regularium etiam Mendicantium, &c. qualia fuerunt proxima à *Clemente VIII. Paulo V. Gregorio XV. Urbano VIII.* & hoc præsens *Innocentii X. editum anno 1645.* ibi: *Non obstantibus quorumcumque Ordinum, Congregationum, sive Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis iisdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etsi de illis, eorumque totis*

totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque tenores præsentibus pro sufficienter expressis hac vice specialiter, nominatim, & expressè ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. &c.

323 Quod igitur attinet ad hujusmodi Jubilæa ita solennia, adhuc videtur Regulares non posse illis frui quò ad effectum eligendi Confessarium præter deputatos à Prælato Monasterii pro Regularibus ipsius. Nam imprimis Religiones habent privilegia, ne ipsarum Religiosi tempore Jubilæi concessi, aut in futurum concedendi possint eligere Confessarium nisi ex sibi deputatis à suis Prælatis; idque, licèt in Jubilæo contineatur clausula *non obstātibus privilegiis, &c.* prout refertur in *Compendio Mendicantium verbo Confessarius* §.6. Et in *Compilatione privilegiorum Minorum Sancti Francisci de Paula c.* 10. §. 5. & fusiùs in *Compendio Theatinorum p.*1. *titulo Absolutio* §. 3. & *in Comp. privil. Soc. v. Absolutio* §. 11. & *v. Gratiarū usus* §. 2.

Compend. Mendic. Compilat. privileg. Minorum Cōp. Theatinorum C mp. privil. Soc.

324 Præterea *Clemens VIII.* sua illa Constitutione, quæ incipit *Romani*, die 23. Novembris anno 1599. edita ad instantiam Procuratoris generalis Carmelitarum, declaravit per facultatem in Bulla Cruciatæ, & aliis indultis concessam eligendi quemcumque Confessarium sive Sæcularem, sive Regularem, &c. suæ intentionis existere, ut tam Fratres, quàm Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subjecti sint, &c. Et hanc Clementis declarationem motu proprio, & ex certa scientia *Urbanus VII.* in Bulla, quæ incipit: *In specula militantis Ecclesiæ*, innovavit, & quatenus opus sit, ampliavit, & ad omnes Regulares utriusque sexûs Mendicantes, & non Mendicantes extendit. Et confirmatur, quia privilegium concessū Religionibus in perpetuum ob earum bonum commune comparatur juri, & æquivalet legi, ut cum pluribus Doctoribus docet *Henriquez l. 7. cap.* 22. §. 3. lex autem anterior non limitatur per posteriorem; imò posterior limitatur per anteriorem, nec (nisi id exprimat) censetur correctoria prioris, juxta ea, quæ diximus suprà *à numerò* 227. At verò Jubilæum solùm exprimit clausulam derogatoriam privilegiorū, non legū: ergo. Et certè hanc opinionem cum pluribus tenent *Henriq.* citatus, *Ioannes de la Cruz de statu Relig. l.* 1. *cap.* 6. *dub.* 12. *concl.* 2. *Valerus verbo Absolutio differ.* 1. *num.* 3. *Navarrius verbo Iubilæum, Coriolanus de Reservatis* 1. *p. sect.* 3. *a.* 14. *Homobonus* 1. *p. exam. tr.* 5. *cap.* 2. *q.* 13. quibus accedunt *Miranda in manuali Prælat. t.* 1. *q.* 34. *art.* 15. *Ugolinus de officio Episcopi cap.* 7. §. 2. & alii.

P. Henriq. P. Henriq Cruz Valerus Novarius Coriolan. Homob. Miranda Ugolin.

325 Nihilominus probabiliùs dicendum existimo, tempore Jubilæi solennis fieri Regularibus liberam potestatem eligendi Confessarium. Ita *Navarrus conf.* 19. *de pœnit. Graffis* 1. *p. decis. aur. l.* 4. *cap.* 15. *num.* 13. *Bottonius in observ. circa Bullam Sixti V. versu Presbyteros Sæculares, prop.* 3. *Emmanuel Rodriguez* 1. *p. summæ cap.* 146. *num.* 16. *Alphonsus de Leon de Iubilæo p.* 2. *num.* 208. *Zerola in praxi pœnit. cap.* 15. *q.* 2. *v. Dico* 5. *Vadinus de Iubilæo anni Sancti pag.* 61. *Vega* 2. *p. summæ casu* 33. *Filliuc.* 1. *p. tr.* 8. *cap.* 10. *num.* 276. *Sanctarellus cap.* 7. *d.* 1. *Tamburin. t.* 2. *disp.* 6. *q.* 7. *num.* 5. *Bossius sect.* 3. *casu* 4. *num.* 16. ubi hanc sententiam dicit probabilissimam, at contrariam securiorem. *Pollachius in expositione Bullæ Urbani VIII. sect.* 42. *n.* 68. *Lavorius de Iubilæo* 1. *p. cap.* 21. *num.* 59. & 1. *p. cap.* 28. *n.* 8. *Floronus de casibus reservatis p.* 1. *cap.* 4. §. 5. *num.* 6. *versu Aut in Bulla.* Et probatur, quia summus Pontifex potest, si velit, derogare privilegiis, & statutis Regularium: si autem id velit, quomodo faciet, nisi apponendo in Jubilæo prædictas clausulas, quibus expresse derogat quibuscumque privilegiis, statutis, & indultis, quæ Religionibus sint concessa; hæc enim sunt, quæ æquipollent legibus, & tamen expresè quò ad præsentem effectum revocantur.

Navarr. Graffis. Bottonius Rodrig. Leon Zerola Vadinus Vega P. Filliuc. Sanctarel. P. Tambur. Bossius P. Pollachius Lavorius Floronus

Confirmatur, quia ita posse Regulares tempore Jubilæi solennis declaravit Summus Pontifex in consistorio die 19. Decembris anno 1581. ut referunt *Coriolanus, & Tamburinus* citati, his verbis: *Tempore Iubilæi possunt omnes Regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus etiam Sæcularibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confessiones, quia in Iubilæo non fit mentio de Ordinario pœnitentium, sed de Ordinariis Confessariorum.*

Coriol. P. Tambur.

326 Neque obstant declaratio *Clementis VIII* & ejus innovatio *ab Urbano.* Primò, quia loquuntur tantùm de Bulla

Cruci-

Cruciatæ, & aliis Jubilæis non solennibus; non verò de solennibus. Certè de Bulla Cruciatæ, & aliis Jubilæis non solennibus loquuntur *privilegia nostræ Societatis.* & omnia ferè alia aliarum Religionum locis citatis. Secundò, quia, licet aliquod etiam ad Jubilæum solenne extenderetur, ei per publicationem ipsius Jubilæi derogatum esset: nam per prædictas clausulas, quas affert Jubilæum solenne, cuilibet privilegio quomodolibet Religionibus indulto derogatur.

§. 4.

Quem Confessarium possint eligere Moniales tempore Iubilæi?

327 *Refertur opinio asserentium non posse Moniales eligere præter deputatos ad confessiones ipsarum.*

328 *Præfertur probabilis resolutio asserentium liberè posse eligere Confessarium.*

329 *Diluuntur Adversariorum fundamenta.*

330 *An Episcopi possint pœnis prohibere Monialibus recursum ad alios Confessarios præter à se deputatos?*

331 *An, & quare possit Episcopus, vel Prælatus Regularis imponere præceptum suis Subditis, ne etiam tempore Iubilæi confiteantur aliquibus Sacerdotibus?*

327 QUarta difficultas: Utrùm etiam Moniales tempore Jubilæi solennis possint eligere quemlibet Confessarium approbatum ab Ordinario, licèt non sit ex deputatis pro confessionibus ipsarum? Negant *Faustus de Iubilæo l. 4. q. 78. Molfesius t. 1. sum. tract. 7. cap. 16. num. 31. Diana 3. p. tract. 2. resol. 29. Alphonsus de Leon de Iubilæo p. 2. q. 9. num. 25. Ioannes Suar. in Enchir excessuum conscientiæ l. 5. v. Indulgentia §. Tempore Iubilæi, Barbosa de potestate Episc. alleg. 25. n. 67.* qui dicunt extare de hoc declarationem Cardinalium, quam quidem tantùm citant, & non referunt. Una tamen refertur data tempore *Gregorii XIII.* ad instantiam *Ioannis à Ribera* Archiepiscopi Valentini, quæ habet sic: *Congregatio Concilii censuit, quatenus gratia ex Bulla Cruciatæ pertinet ad Moniales, non posse vigore facultatis in eadem Bulla concessæ alios Confessarios præter eos, qui ad audiendas ipsarum Monialium confessiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere, &c.* Accedit communis praxis; nam Episcopi, etiam tempore Jubilæi solennis, non permittunt Monialibus alios Confessarios præter à se deputatos. (Faustus, Molfes., Diana, Leon, Io. Suar., Barbosa)

328 Nihilominus sufficienter probabilis videtur resolutio affirmativa, quam tenent *Navarrus, Bottonius, Graffis, Rodriguez, &* alii Doctores proximè citati, quibus accedunt *Bonac. q. 7. punct. 4. §. 1. num. 22. & Bossius cit. casu 5. num. 2.* Probatur, quia (ut proximè ponderavimus) Jubilæum solenne continet clausulas derogatorias quorumcumque statutorum, consuetudinum, & privilegiorum, quæ sint contraria ipsius effectibus: ergo &c. (Navar., Botton., Graffis, Rodrig., Bonac., Bossius)

329 Neque obstat primò prima declaratio Cardinalium, quæ à Doctoribus citatis solùm allegatur, & non refertur, nam ea fortassis solùm loquitur de Bulla Cruciatæ, sicut loquitur secunda declaratio, quæ refertur. Et dato quòd de Jubilæo loqueretur, & haberet vim statuti, illi per clausulas sequentis Jubilæi derogaretur.

330 Non obstat secundò praxis Episcoporum non tolerantium Monialibus alios Confessarios, quàm à se deputatos. Nam aliud est loqui de licito, & valido in foro conscientiæ; aliud de tolerato in foro externo, in quo possunt Episcopi pœnis prohibere recursum ad alios Confessarios, quàm à se deputatos, propter scandala, & pericula, quæ in hoc, vel in illo Monasterio ex conversatione quarumlibet Monialium cum quibuslibet Confessariis timeri possunt.

331 Ubi notandum est propter hujusmodi pericula posse Episcopum, vel Prælatum Regularem justè imponere præceptum suis Subditis, vel alicui eorū, ne etiam tempore Jubilæi confiteatur tali, vel tali Sacerdoti: unde confessio illi facta erit illicita, & consequenter invalida Ita *Sylvester verbo Confessio 1. num. 5. Navar. in sum. cap. 4. num. 6. Sotus in 4. d. 18. q. 4. art. 3. Lopez in Instructorio cap. 26. Tamburin. t. 2. disp. 9. q. 5. num. 3. Henriquez l. 6. cap. 6. §. 6. in com. lit. T. V. X. Graffis 1. p. decis. l. 1. cap. 13. num. 87. Campanilis rubr. 12. cap. 13. num. 59. Bossius sect. 3. casu 5. num. 7. Rodriguez t. 1. qq. reg. q. 60. a. 1. Layman l. 5. tr. 6. cap. 10. num. 14. & Fagundez l. 7. cap. 2. num. 32.* Similiter poterit imponere idem præceptum (Sylvester, Sotus, Navar., Lopez, F. Tambur., P. Henriq., Graffis, Cãpanil., Bossius, Rodriguez, P. Laym., P. Fagũd.)

tuin

tum Confessario, qui audiendo confessionem peccabit: sed & pœnitens, si sciat præceptum Confessarii: cum cujus peccato cooperabitur; ac proinde faciet confessionem nullam. ita iidem Doctores locis citatis.

DISPUTATIO QUARTA

De nonnullis obligationibus Confessarii.



Dnumerat sectiones sex. Prima inquirit: Quibus in casibus teneatur Confessarius pœnitentem audire? Secunda: An teneatur illi revocare in memoriam peccatum, quod videt omitti? Tertia: An teneatur illum docere, quando videt peccare ex ignorantia? Quarta: An teneatur accommodare se opinioni illius, relictâ propriâ? Quinta: Quomodo se gerere debeat cum pœnitente, qui retinet occasionem proximam necessariam? Sexta: quomodo supplere debeat errores, quos in confessione commisit.

SECTIO PRIMA.

Quibus in casibus teneatur Confessarius pœnitentem audire?

332 *Explicatur status quæstionis.*
333 *An Parochus teneatur ex justitia audire pœnitentes, quoties illi tenentur confiteri?*
334 *Quid, quando ex devotione volunt confiteri? Sententia negativa.*
335 *Præponitur resolutio affirmativa.*
336 *An peccet mortaliter nolens toties audire confessiones?*
337 *An teneatur audire per se?*
Quid, si pœnitens sit in articulo mortis? Ibidem.
Quid in Paschate? Ibidem.
338 *An in extrema necessitate teneatur Parochus ex charitate audire pœnitentes?*
An in gravi necessitate? Ibidem.
339 *An ad id teneatur proprius pastor etiam cum periculo vitæ?*
340 *Quid, si non sit proprius pastor, & pœnitens sit in extrema necessitate?*
341 *Quid, si solùm sit in gravi necessitate? Refertur sententia negativa.*
342 *Præfertur affirmativa.*

332  Uæstio potest procedere aut de casibus, in quibus Confessarius tenetur audire confessiones ex officio, seu ex justitiâ; aut de casibus, in quibus tenetur ex charitate.

333 *Prima difficultas est* de casibus, in quibus tenetur ex justitia. Et certum in primis est teneri Parochum ex justitia audire pœnitentes, quoties illi tenentur confiteri; nam, si aliquando tenetur eos audire, tunc maximè erit, cùm illi tenentur confiteri.

334 Solum dubitari, & quæri potest primò: An teneatur eos audire, quoties ex sola devotione volunt confiteri? Negant *Medina cod. de confess. q. 37. Sylvester verbo Confessor num. 14. Reginald. t. 1. l. 1. cap. 8. num. 81. Richardus in 4. dist. 18. art. 2. q. 2. Diana 2. p. tr. 2. Miscellaneo resol. 2. Aztior dist. 17. q. ultim. Funus v. Absolutio 28. Manrique 1. p. q. moral. q. 104. §. 7.* Fundamentum est, quia confessio non est necessaria, nisi in casu præcepti: & Parochus solùm tenetur præstare ovibus necessaria; est enim Pater spiritualis ad instar carnalis, hic autē satisfacit suo officio, præstando filiis necessaria. *Medina* *Sylvester* *P. Regin.* *Richard.* *Diana* *Aztor* *Funus* *Manrique*

335 Nihilominus probabilior est contraria resolutio asserentium teneri toties, quoties illi id rationabiliter petunt. Ita *Adrianus q. 5. de confess. dub. 8. Navar. in Cap. Placuit de pœnit. dist. 6. à num. 152. & in summa cap. 25. num. 131. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. ar. 2. Suar. disp. 32. sect. 1. num. 1. Azor t. 1. cap. 17. q. 10. Vasq. q. 93. ar. 3. dub. 6. Coninck d. 8. dub. 17. num. 129. Molfesius t. 1. tr. 7. cap. 2. num. 36. Lugo disp. 22. num. 2. Hurt. disp. 10. diffic. 20. Bonac. q. 7. puncto 4. §. 2. num. 23. Pitigianus dist. 17. q. unic. ar. 4. Filliuc. tr. 7. cap. 7. num. 352. Zerola in Praxi Pœnit. c. 16* *Adrianus* *Navar.* *Sotus.* *P. Suar.* *P. Azor* *P. Vasq.* *P. Coninc* *Molfes.* *P. Lugo* *Bonac.* *P. Hurt.* *Pitigian.* *P. Filli.* *Zerol.*

Sayrus. Ioã. Sãch. Graffis. Coriol. Angles. Ochagav. Rodrig. P. Fagũd. Villalob. P. Tolet. P. Valent. P. Sá. Ioseph de Ortu. Carbo. Galleg. Nugnus. P. Dicast.

cap. 16. quæs. 5. Sayrus de pœnit. cap. 23. num. 2. Ioannes Sanchez in select. d. 47. num. 6. & 13. Graffis tr. 1. consil. lib. 3. consilio unico de Clerico non residente num. 6. Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 1. num. 2. Angles de confess. dub. 3. Ochagavia tr. 3. de Euch. q. 4. num. 18. Emman. Rodriguez 1. p. summe cap. 63. num. 1. Fagundez præc. 3. l. 3. cap. 3. num. 4. Vivaldus de confessione num. 21. Toletus l. 5. summe cap. 5. num. 7. Valentia t. 4. disp. 7. quæst. 10. puncto 3. Sá verbo Parochus num. 4 & verbo Confessor num. 15. Ioseph de Ortu in speculo Parochi cap. 5. num. 13. Carbo de præceptis Eccles. cap. 11. de confess. Galleg. tr. de obligatione Parochi tempore pestis parte 2. num. 21. & 25. Nugnus in additionibus ad 3. p. q. 8. ar. 4. dub. 3. Dicastillo d. 10. n. 480. Probatur exemplo Patris, nam hic non solùm tenetur providere filiis in necessitate extrema, ne moriantur, sed etiam in aliis necessitatibus, ut commodè vivant cum decore, & honestate competenti.

336 Quæres secundò: An peccet mortaliter nolens toties audire confessiones? Affirmat *Bonac. loco citato versu Sed hoc mihi difficile persuadeo.* Respondetur tamen solùm peccare mortaliter, quando ex dilatione confessionis sequitur pœnitenti damnum grave, quia est tempus Jubilæi, aut urget aliqua gravis tentatio, vel longum iter; nec est alius Confessarius. Ita *Hurt. disp. 10. diffic. 10. Nugnus q. 8. ar. 4. dub. 3. concl. 3. Lugo disp. 22. num. 4. Suarez ad 32. sect. 1. num. 5. Ioannes Sanchez in selectis disp. 47. num. 10. Dicastillo cit. à num.* 481. Dices: Semper dilatio confessionis existenti in peccato mortali est damnum grave. Respondetur id verum esse de longa dilatione, non autem de modica; alias teneretur homo ad Pœnitentiam statim post peccatum mortale.

P. Hurt. Nugnus. P. Lugo. Ioã. Sãch. P. Dicast.

337 Quæres tertiò: An Parochus teneatur audire per se, an satis sit quòd loco sui ponat bonum, & idoneum Confessarium? *Possevin. de offic. curat. cap. 5. quæst. 7.* existimat teneri per se, saltem in articulo mortis, & in Pascha. *Dicendum* tamen cum *Suar. cit. num. 4. Vasq. num. 3. Bonac. num. 23. & Lugo num.* 3. etiam in articulo mortis, & in Pascha satis esse quòd constituat idoneum Confessarium; per illum enim videtur sufficienter providere. Limita, nisi fortè aliqua specialis Subditi necessitas exigat ipsius Parochi præsentiam.

Possevin. P. Suar. P. Vasq. Bonac. P. Lugo.

338 *Secunda difficultas* de casibus, in quibus tenetur ex charitate. Et non est dubium teneri, quando pœnitens est in extrema, aut in gravi necessitate. Extrema necessitas est illa, à qua homo non potest se liberare sine adjutorio Confessarii, ut cùm existens in mortali moritur sine adjutorio Confessarii, ut cùm existens in mortali moritur sine confessione, & nequit elicere actum contritionis, aut quia eam non novit, aut quia non advertit, &c. Gravis necessitas est illa, à qua potest quidem se liberare, at non sine magna difficultate, ut cùm existens in mortali moritur sine confessione, & non potest elicere contritionem sine magna difficultate.

339 Tota dubitatio est: An teneatur Confessarius cum periculo vitæ audire pœnitentem constitutum in dicta extrema, aut gravi necessitate? Et quidem, si sit proprius Pastor, omnes resolvunt teneri, idque non solùm ex charitate, sed etiam ex justitia; quia bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Ita *Valentia t. 3. disp. 3. q. 4. puncto 3. Lugo disp. 22. sect. 1. num. 10. Bonacina disp. 3. de primo præc. Decalogi q. 4 punct. 4. num. 5. & Reginaldus l. 4. cap. 45. num. 336. &* 348.

P. Valētia. P. Lugo. Bonac. P. Regin.

340 Sin autem non sit proprius Pastor, in primis non est dubium teneri, quando pœnitens est in extrema necessitate, justa illud: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos;* nam Christus Dominus ita nos dilexit, ut vitam suam posuerit pro nostra salute spirituali. Ioan 15.

341 Si verò pœnitens solùm sit in gravi necessitate, non teneri, qui proprius Pastor non est existimant *Lessius l. 2. de justit. cap. 9. Navar. in summa cap. 24. num. 9. Bonacina ubi proximè num. 4. Sotus de tegendo secreto, membro 2. q. 2. Sá verbo Charitas num. 4. Malderus 2. 2. q. 26. ar. 5. Lugo disp. 22. num. 12.* quia quando proximus non est in extrema, sed solùm in gravi necessitate, ipse potest se liberare: liberet ergo se; supposito enim quòd ipse potest, ego non teneor cum vitæ jactura ei opem ferre.

P. Lessius. Navar. Bonac. Sotus. P. Sá. Malder. P. Lugo.

342 Melior tamen mihi videtur contraria resolutio, quam sequuntur *Suar. de charitate disp. 9. sect. 2. num. 3. Valentia* ibi: *disp. 3. q. 4. puncto 4. Turrian. disp. 87. dub. 2. Coninck disp. 25. dub. 4. Granado tr. 7. disp. 4.* Probatur, quia illa gravis necessi-

P. Suar. P. Valent. P. Turriā. Coninc. P. Granad.

necessitas in materia tanti momenti, nimirum æternæ salutis, censetur extrema, & talis dicitur, si non physicè, saltem moraliter: at in extrema necessitate salutis spiritualis proximi tenemur cum periculo propriæ vitæ illi succurrere, ut patet ex dictis: ergo, &c.

SECTIO II.

An Confessarius teneatur revocare pœnitenti in memoriam peccatum, quod videt omitti?

343 *Quid, si peccatum, quod omittitur, cedat in grave detrimentum proximi?*

344 *Quid, si non cedat in detrimentum proximi? Proponitur opinio negantium teneri Confessarium illud pœnitenti revocare in memoriam.*

345 *Proponitur resolutio affirmativa.*

346 *Quid debeat facere Confessarius, quando videt pœnitentem, etiam interrogatum, dissimulare?*

347 *Quid, si Confessarius evidenter sciat pœnitentem sacrilegè negare peccatum?*

348 *Quare Sacerdos teneatur administrare Eucharistiam peccatori sacrilegè eam petenti, & non teneatur ei dare absolutionem?*

349 *Utrùm, & quando Judex possit condemnare reum, quem notitiâ privatâ novit innocentem, & quare Sacerdos non possit absolvere, quem novit sacrilegè peccata negantem?*

350 *Quare judex stare debeat falsa negatione pœnitentis?*

343 Ertum imprimis est, si peccatum, quod omittitur, cedat in grave detrimentum proximi, cui satisfaciendum sit, teneri Confessarium, saltem ex charitate illud revocare pœnitenti in memoriam. Quæstio solùm procedit, quando oblivio peccati non cedit in damnum proximi. Et tunc.

344 *Prima difficultas est*: An teneatur Confessarius illud revocare pœnitenti in memoriam? Negant *Medina cod. de confessione q. de confessione iteranda, Victoria in summa num.* 193. Fundamentum est, quia hujusmodi peccati recordatio non est necessaria, neque ad integritatem confessionis; suppono enim pœnitentem præmisisse diligens examen; & ad confessionem sufficit integritas formalis: neque requiritur ad remissionem peccati obliti, quia hoc remittitur simul cum aliis; absolutio enim, quæ directè cadit in peccata confessa, cadit indirectè in oblita: ergo. Hanc opinionem existimat probabilem, *Vasq. q. 93. art. 3. dub. 7. num. 2.* *P. Vasq.*

Medin.
Victoria

345 Nihilominus eam rejiciunt alii Doctores, *Magister in 4. dist.* 19. & ibi: *D. Antonin. 3. p. tit. 17. cap. 17. §. 2. Canus relect. de pœnit. p. 5. Sylvester. verbo Confessor 3. §. 14. Navar. in sum. cap. 5. num. 2. Angelus verbo interrogationes §. . Suar. disp. 32. sect. 3. num. 4. Ochagavia q. 41. Hurt. disp. 10. diffic. 2. Lugo d. 2. num. 17.* Probatur, quia Confessarius est judex; hic autem, priusquam sententiam proferat, debet inquirere, & procurare plenam causæ cognitionem. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis cõtrariæ; dicendum enim est confessionem prædicti peccati non esse necessariam pœnitenti; ejus tamen inquisitionem necessariam esse confessario, ut suo officio satisfaciat.

Magist. *D. Thom.* *D. Anton* *Canus* *Sylvester.* *Navar.* *Angelus* *P. ...* *Ochagav.* *P. Hurt.* *P. Lugo.*

346 *Secunda difficultas*: Quid debeat facere Confessarius quando videt pœnitentem etiam interrogatum dissimulare, & nolle confiteri tale peccatum? Respondetur debere sibi persuadere illum hîc, & nunc habere rationabilem causam, saltem putatam, ad tacendum; ac proinde debere eum absolvere. Ita *Toletus l. 3. cap. 16. num. 4. Fagundez ubi infrà, Diana 5. p. tr. 11. resol. 21. Megala 1. p. l. 1. cap. 2. num. 13. Ioannes Sanchez in select. disp. 8. num. 1. Delrius de Magia l. 6. cap. 1. sect. 2.*

P. Toletus *P. Fagund.* *Diana* *Megala* *Ioā. Sanc.* *P. Delrius*

347 Quòd si Confessarius evidenter sciat pœnitentē sacrilegè negare peccatum, non potest eum absolvere, tum quia non potest cooperari ejus peccato, tum quia non potest administrare Sacramentum invalidum. Ita *Vasq. q. 90. art. 1. dub. 7. num. 12. Suar. cit. num. 9. Diana 3. p. tr. 4. resol. 105. Fagund. l. 6. cap. 4. num. 38. Layman. tr. 6. cap. 14. num. 25. Lugo citatus num. 21. Reginald. de Prudentia Confessoris cap. 21. num. 15. Possevinus de officio curato cap. 7. Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 6. sect. 5. puncto 4. num. 33. & q. 7. p. 4. §. 2. num. 26. Maure. in sum p. 3. cap. 6. §. 9. num. 6. Coriolanus* de re-

P. Vasq. *P. Suar.* *Diana* *P. Fagud.* *P. Laym.* *P. Lugo.* *P. Regin.* *Possevin.* *Bonac.* *Maure.* *Coriolan.*

Corduba Sylvius Ioã. Sanc. P. Henriq de reservatis p. 1. sect. 3. num. 6. Corduba in summa q. 4. §. Taunque al penitente, Canedo de pœnit. cap. 4. Sylvius in 3. p. q. 9. ar. 2. Quæritur 3. concl. 3. Ioannes Sanches in selectis disp. 8 n. 6. Henriquez l. 6. cap. 20 num. 6. & plures alii.

348 Objicies primò contra hanc ultimam resolutionem: Sacerdos tenetur administrare Eucharistiam occultò peccatori eam petenti, licèt evidenter sciat illum sacrilegè communicare: ergo etiam tenebitur administrare absolutionem sacrilegè petenti. Respondetur negando consequentiam: diversa ratio est primò, quia Sacerdos non potest uti notitiâ Confessionis extra illam; eâ autem uteretur, si propter delictum in confessione cognitum negaret Eucharistiam. Ita P. Sanch. Villalob. P. Coninc P. Hurt. P Delrius Ioã Sãch. Sanchez de matr. l. 3. disp. 16. num. 14. Villalobos in summa tr. 9. diffic. 75. Coninck de Sacram. q. 80. a. 6. num. 38. Hurtado disp. 12. diffic. 9. Delrius de Magia l. 6. cap. 1. sect. 2. Ioan. Sanchez d. 8. num. 10. cum pluribus. Secundò, quia ex negatione Eucharistiæ sequitur infamatio proximi, quam Sacerdos tenetur vitare ex præcepto naturali Charitatis, quod est fortius præcepto Religionis: at ex negatione absolutionis non sequitur infamatio.

349 Objicies secundò: In omni judicio judex debet judicare secundùm allegata, & probata: ergo etiam in confessione stare debet negatione pœnitentis, ac proinde eum juxta illam absolvere. Respondetur in primis in causa mortis, triremium, carceris perpetui, &c. P. Lessius Toletanus Sylvest. Adrian. Ioã. Sãch. Lessium l. 2. cap. 29. dub. 10. Toletanum cap. 3. l. 2. num. 151. Sylvestrum verbo judex 2. q. 5. Adrianum quodlibet 6. a. 3. & alios doctores, quos affert Ioan Sanchez citatus disp. 8. num. 16. existimare non posse judicem condemnare innocentem secundùm allegata & probata, si ex notitia privata novit innocentem. Deinde, dato antecedente, dicendum est Sacerdotem debere stare negatione pœnitentis vera, non negatione falsa: si enim eam reperit falsam, bene illum non absolvit, idque secundùm allegata & probata.

350 Instabis. Judex non potest uti notitiâ privatâ ad reputandum testem falsum, sed debet stare negatione illius, licèt alioquin notitiâ privatâ sciat falsò negare: ergo etiã Sacerdos debet stare negatione pœnitentis, &c. Respondetur negando consequentiam, quia forum externum ordinatur ad publicam utilitatem, & ad eam non facit veritas privata, sed solùm publica: at forum interius solùm ordinatur ad utilitatem ipsius pœnitentis, & ad eam plurimùm facit ejus narrationis veritas, vel falsitas.

SECTIO III.

An Confessarius teneatur docere pœnitentem, quando videt illum peccare ex ignorantia?

351 *Declaratur status quæstionis.*
352 *Utrùm Confessarius teneatur docere pœnitentem, quando iste putat esse de præcepto, quod de præcepto non est?*
353 *Quid, quando pœnitens putet non esse de præcepto, quod de præcepto est?*
Quid, si pœnitens laboret ignorantia vincibili? Ibidem.
354 *Quid, si laboret ignorantia invincibili?*
355 *Utrùm Confessarius teneatur hujusmodi pœnitentem docere, si non detur spes emmendæ?*
356 *Quid, si tertio damnum timeatur?*
357 *Quid, si illud, quod pœnitenti docetur, sit valde difficile?*

351 Upliciter potest quis peccare ex conscientia erronea. Primò, putando esse de præcepto, quod re vera de præcepto non est. Secundò, putando non esse de præcepto, quod re vera de præcepto est.

352 *Prima ergo difficultas petit:* Utrùm Confessarius teneatur docere pœnitentem, quando videt illum peccare ex ignorantia primo modo, putando esse de præcepto, quòd de præcepto non est? Respondetur affirmativè, quia pœnitens accedit ad Confessarium tamquam ad Doctorem & Magistrum, ut ab eo absolvatur, & instruatur; unde, si Confessarius taceat, & hominem absolvat, videbitur ei approbare ignorantiam, & gerere magistrum falsum. Ita Henriquez l. 5. cap. 28. n. 1. Sanch. l. 2. de matrim. disp. 38. n. 4. Lugo disp. 22. n. 23. P. Henr. P. Sãchez P. Lugo.

353 *Secunda difficultas:* Utrùm Confessarius teneatur docere pœnitentem, quem videt peccare ex ignorantia secundo modo, putando non esse de præcepto, quod

quod de præcepto est? Et distinguere oportet: aut enim ignorantia est vincibilis, ac mortaliter culpabilis, & tunc Confessarius tenetur removere talem ignorantiã, idque licet nulla detur spes emendæ: nam pœnitens, quandiu est in tali ignorantia, est in peccato mortali actuali, & consequenter indispositus, ac incapax absolutionis. Ita *Suar. disp. 32. sect. 4. num. 1. Vasq. cit. dub. 9. Coninck disp. 8. dub. 17. Hurtad. disp. 10. diffic. 23. Layman tr. 6. cap. 13. num. 5. Bonac. de Matr. q. 4. punct. ult. num. 1. Aversa de Matr. q. 21. sect. 3. §. Sed aliis, v. Si autem non interrogatur.*

P. Suarez P. Vasq. P. Coninc P. Hurt. P. Laymã Bonac. P. Aversa

354 Aut talis ignorantia est invincibilis; & tunc, si detur spes emendæ, nec inde timeatur damnum alicui, nec id, quod pœnitens docetur, sit valde difficile, est à Confessario edocendus: accedit enim, ut diximus, ad Confessarium tamquam ad Magistrum, cujus officium est docere ea, quæ sunt necessaria ad observationem legis divinæ. Ita Doctores citati.

355 Dixi primò (Si detur spes emendæ) quia, si hæc non detur, non est pœnitens monendus, id enim esset illi laqueum injicere; & nulli laqueus est injiciendus, *Cap. de viduis 27. q. 1.* Et ita *Sotus in 4. dist. 18. q. 2. ar. 4. Ledesma 2. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 8. Aragonius 2. 2. q. 33. a. 6. concl. 2. Canus relectione de pœnit. p. 3. §. Atque hic ego intelligi volo, Corduba in summa q. 189. p. 1. Emmanuel Rodriguez 1. t. summæ cap. 62. num. 13. & in Bullam §. 13. num. 6. Angles 1. p. q. 3. de confess. art. 8. diffic. 8. concl. 3. Lopez 1. p. instructorii cap. 27. §. Ad prudentiam quoque Confessoris, Henriquez lib. 6. cap. 27. §. 4. & cap. 28. §. 1. Coninck disp. 8. dub. 17. num. 136. Sanchez de matrim. l. 2. d. 38. num. 6. Bonac. de matr. ubi suprà num. 4. Lazarius de Monitoriis sect. 2. q. 17. num. 9. Suar. d. 32. sect. 4. num. 4. Vasq. q. 93. a. 3. dub. 9. Conradus 1. p. q. 141. Gutti-err. de matr. cap. 48. num. 3. Filliuc. tr. 10. cap. 3. quæst. 10. num. 97. Medina cod. de confessione tr. 2. q. 19. dub. 2. Aversa ubi suprà §. Si demum.*

Cap. De Viduis Sotus Ledesm. Aragon. Canus Corduba Rodrig. Angles Lopez P. Henriq P. Coninc P. Sãchez Bonac. Lazarius P. Suarez P. Vasq. Conradus Gutter. Filliuc. Medina. P. Aversa.

356 Dixi secundò (Nec inde timeatur damnum alicui) quia, si timeatur, non est similiter pœnitens monendus; nã propter damnum grave alicujus potest dissimulari, & permitti peccatum materiale pœnitentis, ut docet *Hurt. proximè.* v. g. propter damnum liberorum potest dissimulari matrimonium invincibiliter putatum verum; quod etiam tenet *Lugo cit. n. 34. Suarez d. 32. sect. 4. n. 3. & Bonac de matr. q. 3. p. ult. n. 4.*

P. Hurtad P. Lugo. P. Suar. Bonac.

357 Dixi tertiò (Nec id, quod pœnitens docetur, sit valde difficile) quia, si inde ejus infamia, vel scandalum sequatur, non est similiter monendus. Probatur ex *Cap. Quia circa, de consanguinitate*, ibi: *Dissimulare poteris, ut remaneant in copula sic contracta, cùm ex separatione grave videas scandalum imminere, &c.* loquitur enim textus de matrimonio invincibiliter existimato vero, ex cujus dissolutione grave scandalum sequeretur, ut eum *Navarro in Cap. Si quis autem, de pœnit. dist. 7. à n. 67. Covar. 4. Decretal. 2. p. cap. 6. §. 10 num. 15. Aragonio 2. 2. q. 33. a. 6. concl. 3. Cordub. in sum. q. 189. p. 1.* & aliis docet *Sanchez cit. disput. 38. num. 12. Baldelius l. 4. de conscient. d. 4. n. 8.* Non est, inquam, tunc monendus pœnitens, quia hæc monitio ordinatur in bonum illius, & respectu boni illius præponderat ejus infamia peccato mortali materiali.

Cap. Quia circa Navarr. Covarrub. Arag. Corduba P. Sanch. Baldelius

§. 1.

Satisfit quatuor argumentis, quæ fieri possunt contra proximã resolutionem.

358 *Explicatur textus in* Cap. Qui scandalizaverit.

359 *Explicatur textus in* Cap. 2.

360 *Publicus Concionator tenetur veritatem publicè docere, licèt fructus alicujus non speretur.*

361 *Aliter dicendum de Confessario.*

362 *An confessarius possit se accommodare errori pœnitentis?*

363 *An conjugi ex conscientia erronea putanti suum matrimonium esse validum, & nolenti reddere debitum, possit Confessarius dicere quòd reddat?*

358 Objicies primò textum in *Cap. Qui scandalizaverit, de regulis juris*, ibi: *Utiliùs scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur*: ergo, non obstante scandalo secuturo, monendus est pœnitens. Respondetur negando consequentiam; nam textus citatus solùm vult non relinquendam esse veritatem propter scandalum inde secuturum, quando illa sine peccato relinqui

Cap. Qui scandaliz.

qui non potest: aliter, quando sine peccato potest taceri. Ita *Sanchez cit. numero* 10. P. Sãchez

Cap. 2. 359 Objicies secundò textum in *Cap. 2. de hæreticis*, ibi: *Potens alios revocare, & tacens, se ipsum errare demonstrat.* Respondetur textum solùm loqui de potente revocare implicatos errore culpabili vincibili: nostra verò quæstio solùm procedit de Confessario in ordine ad pœnitentem laborantem errore invincibili.

D.Gregor Cap Ephes 360 Objicies tertiò testimonium *Divi Pauli Act. 20.* ibi: *Mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.* Quem locum expendens *D. Gregor.* prout refertur in *Cap. Ephesiis dist. 43.* Ego (inquit) *interdum parcens vobis, tacere vellem: sed malo vos contumaciæ causas reddere, quàm negligentiæ sustinere judicium.* Confirmatur ex *Cap. Error, dist. 83.* ubi dicitur approbari errorem, cui minimè resistitur: ergo Confessarius debet omnem amovere, licèt desideretur aliqua conditio ex annumeratis. Cap Error

361 Respondetur negando consequentiam. Neque obstant prædicti textus, quia solùm loquuntur de Doctore publico, putà Concionatore, hic enim tenetur veritatem publicè docere, licèt fructus alicujus privati non speretur, aut sequatur ejus scandalum: nam doctrina publica ordinatur ad bonum publicum, unde non est propter aliquod malum privatum prætermittenda. Nostra verò quæstio procedit de doctrina privata, quæ solùm ordinatur ad bonum pœnitentis.

362 Objicies quartò: Si Confessarius in casu proposito non teneretur removere ignorantiam pœnitentis, posset accommodare se ejus apprehensioni, & juxta illam ei dicere falsum, quod ipse pœnitens putat verum. Respondetur negando sequelam; quia dicere pœnitenti falsitatem in his circunstantiis, erit illum inducere ad peccatum materiale: & nemo potest (absolutè, & per se loquendo) alium inducere ad peccatum materiale, v. g. ad esum carnium in die prohibita, quia id est contra virtutem, cujus ipsum peccatum est contrarium, ut optimè notat *Hurt. loco citato.* P. Hurtad

363 Sed hinc difficile suboritur dubium: An scilicet conjugi ex conscientia erronea putanti suum matrimonium esse validum, & nolenti reddere debitum, in quo lethaliter peccet, possit Confessarius dicere quòd reddat? Negat *Sotus in 4. dist. 18. q. 2. a. 4. ad 2. Bonacina de matrim. §. 3. punct. ult. num. 6*, quia aliter inducerent ad fornicationem materialem. *Meliùs* tamen dicendum cum *Sanchez l. 2. de matrim. d. 38. num. 8. Lugo d. 22. num. 26. Baldello de conscient. l. 4. disp. 4. num. 10. Henriq. l. 6. cap. 27. num. 5. Ledesma 2. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 10. Coninck disp. 8. dub. 17. num. 139. Hurt. d. 10. diffic. 13. Aversa de matr. q. 21. sect. 3. §. Neque verò*, posse & teneri, quia in iis circunstantiis, in quibus committendum est aut peccatum formale, aut materiale, præponderat formale, & cohonestat inductionem ad materiale. Sotus B.nac. P. Sãchez P Lugo Baldel P. Henri Lede ma P. Conine P. Hurt. P. Aversa

§. 2.

Quomodo se gerere debeat Confessarius interrogatus ab habente ignorantiam invincibilem in casibus, in quibus non interrogatus dissimulare deberet?

364 *Aperitur status quæstionis.*
365 *Quid, si pœnitens sit dubius?*
366 *Quid, si solùm sit scrupulo inquietus?*
367 *Quid dicendum, quando ex ignorantia pœnitentis sequitur aliquid cõtra bonũ commune?*

364 DUO ad plenam hujus doctrinæ declarationem supersunt dubia. *Primum*: Quid dicendum, quando pœnitens interrogat Confessariũ de suo errore invincibili, & Confessario objiciuntur illa tria impedimenta. non enim sperat emendam; &, si dicat veritatem, timet damnum alicui; & remedium applicandum difficile est?

365 Responderi solet cum distinctione: aut enim pœnitens est dubius, & tunc teneri Confessarium ejus ignorantiam depellere sentiunt *Rodriguez 1. t. summæ in 2. editione cap. 61. num. 13. Henriquez l. 6. cap. 27. num. 5. Lugo d. 22. num. 29. Aragonius 2. 2. q. 33. a. 6. concl. 4. Corduba q. 189. puncto 5. Suarez d. 32. sect. 4. num. 2. Medina l. 2. summæ cap. 3. regula 2. Coninck disp. 8. dub. 17. num. 140. Lazarius de monit. q. 17. s. 2. num. 9. Vasq. q. 95. ar. 2. dub. 9. num 2. Reginaldus l. 1. num. 44. & Filliuc. tr. 10. cap. 3. q. 10. num.* Rodrigues P. Henriq P. Lugo Aragon. Corduba P. Suar. Medina P. Conine Lazarius P Vasq. P. Reginal P. Filliuc.

num. 99. Et meritò, quia jam ea ignorantia non est invincibilis; dubium enim tollit ignorantiam invincibilem.

366 .. Aut pœnitens non est dubius, sed solùm scrupulo inquietus, & tunc *Sotus in 4. d. 18. q. 2. a. 4. Bartholomaeus de Ledesma de pœnit. dub. 13. Lopez 1. p. instructorii cap. 27. Angles 1. p. q. 3. de confessione ar. 4. diff. 8. concl. 1.* quibus accedunt *Aragonius, & Lugo locis citatis,* existimant esse monendum, quia aliàs taciturnitas Confessarii videbitur approbare pœnitenti errorem suum. *Verius* tamen dicendum cum *Henriquez, & Corduba ubi suprà. Sanchez citato num. 14. Sa, verbo Confessor n. 13. Hurt. d. 10. diffic. 13.* posse Confessarium tacere, vel respondere pœnitenti, ut deponat scrupulum; quia per scrupulum non tollitur ignorantia invincibilis, sed solùm, quando conscientia est dubia ex sufficienti fundamento. Nec obstat, quòd taciturnitas erit tunc approbatio erroris, solùm enim erit approbatio erroris materialis; & inductio ad errorē materialem cohonestatur per quodlibet ex incommodis annumeratis.

Sotus
Ledesma.
Lopez
Angles
Aragon
P. Lugo.
P. Henriq
Corduba
P. Sāchez
P. Sá
P. Hurtad

367 *Secundum dubium*: Quid dicendum, quando ex ignorantia pœnitentis sequitur aliquid contra bonum commune, quia v. g. pœnitens habet errorem invincibilem, quem populo communicat, aut quia est in matrimonio falsò putato verò, ex quo sequitur scandalum in Republica; aut quia non est verus Sacerdos, ac proinde Sacramenta invalidè administrat: at obstant tria illa impedimenta; nō enim speratur emenda, & timetur damnum alicui, & remedium, quod paratur, difficile est?

Responderi solet, iis non obstantibus, monendum esse pœnitentem; quia bonum commune præponderat cuilibet privato etiam pœnitentis. Ita *Sanchez cit. num. 15. Henriq. l. 6. cap. 27. num. 4. & Lugo proximè num. 30.* quibus ego consentio in duobus ultimis casibus; nimirum, licèt timeatur alicui damnum, & licèt remedium sit difficile: non tamē in primo casu, quo non speratur emenda; quia, si hæc non speratur, ad quid inservit monitio, nisi tantùm ut sit laqueus?

P. Sanch.
P. Henriq
P. Lugo

(✠)

§. 3.

Quomodo se debeat gerere Confessarius cum Iudice, Reo, aut Principe, quos videt peccare ex conscientia erronea?

368 *Quid faciendum Confessario Iudicis, qui ex ignorantia vincibili intendit absolvere Reum à pœna capitis, qua est dignus?*

369 *Quid, si Iudex laboret ignorantia invincibili?*

370 *An in hoc casu Confessarius removendo ignorantiam Iudicis incurrat irregularitatem? Proponitur sententia affirmativa.*

371 *Astruitur probabilior resolutio negativa.*

372 *Quid faciendum Confessario Rei? An Reus teneatur in judicio fateri crimen capitis?* Ibidem.

373 *Quid faciendum Confessario Principis, Prælati, aut Gubernatoris, quos videt non satisfacere obligationibus sui officii?*

368 Q*Uæres adhuc primò*: Quid faciendum Confessario Iudicis, qui ex ignorantia invincibili intendit absolvere Reum à pœna capitis, qua est dignus, in quo ipse Judex committit peccatum mortale materiale? Tenetur ne Confessarius illum docere, ut Reum capite damnet? Dixi (ex ignorantia invincibili) quia, si Judex laboret ignorantia vincibili, non est dispositus ut absolvatur, ac proinde debet moneri à Confessario de sua obligatione.

369 Sin autem ignorantia sit invincibilis, videtur Judex non esse monendus; quia, ut ex suprà dictis constat, non est pœnitens monendus, quando ex tali omissione sequitur damnum alicui; & in hoc casu semper alicui damnum sequitur, nimirum Reo, qui est capite plectendus.

Dicendum tamen existimo moneri oportere. Probatur, quia ignorantia Judicis in rebus publicis, & absolutio delinquentis, qui est reus capitis, est contra bonum commune: at verò ex proximè dictis constat removendam esse ignorantiam, quæ est contra bonum commune, hoc enim præponderat cuilibet damno privato.

 370 Du-

370 Dubium tamen est: An in casu proposito incurrat Confessarius irregularitatem? Affirmant *Avila de censuris p. 7. disp. 5 sect. 2. dub. 6. concl. 2. Henriquez de irregularit. l. 14. cap. 16. num. 4.* Consentiunt in simili, cum aliqua tamen moderatione, *Ioannes à Cruce in direct. consci. p. 2. de irregularit. dub. 5. concl. 4. Molina de justit. t. 4. tr. 3. disp. 74. num. 4. Bonacina de irregularitate d. 7. q. 4. puncto 1. num. 7. Sylvester verbo Homicidium 3. q. 7. Suarez d. 47. sect. 1. num. 8.* asserentes manere quidem irregulares Clericos, qui pro casibus conscientiæ consulti respondent aliquem in particulari esse reum capitis; secùs, si non loquantur de aliquo in particulari, sed solùm doceant quid leges in communi decernant.

Avila / P. Henriq / Cruz / P. Molin. / Bonac / Sylvest. / P. Suar.

371 Probabilius tamen est prædictam irregularitatem; & omnem aliam provenientem ex defectu lenitatis non incurri à personis privatis, sed solùm à Ministris Iustitiæ, & ab iis, qui spectant ad ejus judicium, cujusmodi sunt Judex, Tabellio, Advocatus, Procurator, Accusator, Testis, &c. Probatur, quia in Iure nõ invenitur prò aliis talis irregularitas imposita: ergo, &c. Et ita sentiunt *Lugo disp. 2. num. 33. Turrianus l. 9. de censur. d. 66. dub. 3. Vasq. apud eumdem Turr. Cornejo in 3. p. D. Thom. tr. de irregularit disp. 11. dub. 1. q. 4. Diana 3. p. tr. 5. Miscellaneo resol. 8.* quibus accedit *Banhes de censuris tr. 11. de irregularit. q. 22.*

P. Lugo / P. Turriã / P. Vasq. / Cornejo. / Diana / Banhes

372 *Quæres secundò*: Quid faciendum Confessario Rei, qui est in bona fide, & ex ignorantia invincibili putat se non teneri confiteri crimen capitis, vel posse appellare à sententia justa in iis circustantiis, in quibus re vera non potest sine peccato mortali materiali? Tenebiturne Confessarius hominem docere? Respondetur imprimis multorum sententiam esse, Reum in causa capitis, triremium, exilii, & amissionis bonorum, non teneri dicere veritatem, & si sub juramento interrogetur: sed posse uti aliquâ amphibologiâ, idque licèt detur probatio semiplena. Ita *Reginaldus t. 2. l. 24. c. 3. sect. 3. n. 3. Malderus in 2. 2. tr. 6. cap. 3. dub. 1. Layman. 1. p. fol. 286. Salzedo in practica criminali cap. 126. §. Nono illud, Rodriguez 2. t. sum. q. 19. ar. 4. Villalobos t. 2. tr. 18. diffic. 1. num. 10. Valerus verbo Restitutio differ. 49.* & alii plures, quos citant, & sequuntur *Ioannes Sanchez in selectis disp. 43. num. 29. & Diana 2. p. tr. 15. resol. 27.*

P. Regin. / Malderus / P. Laym. / Salzedo / Rodrig. / Villalob. / Valerus / Ioã. Sãch. / Diana.

Deinde dato quòd teneatur, si est in bona fide, & laborat ignorantia invincibili, non videtur monendus, quia ejus remedium est difficile, & (ut ex supradictis constat) pœnitens non est monendus, quando ejus remedium difficile est. *Utrùm* verò in hoc casu possit differri absolutio? Affirmat *Lugo citatus num. 36.* Verùm non placet; quia pœnitens est rite dispositus, ac proinde absolvendus. P. Lugo

373 *Quæres tertiò*: Quid faciendum Confessario Principis, Prælati, aut Gubernatoris, qui videt eos non satisfacere obligationibus sui officii, sed muneribus corrumpi, vendere Magistratus, vel Beneficia conferre indignis, &c? Respondetur cum distinctione: aut enim ignorantia est vincibilis; & tunc Confessarius tenetur eos monere: aut est invincibilis; & sic, aut inde sequitur (ut ferè semper sequitur) aliquid contra bonum commune; & sunt monendi; quia bonum commune præponderat cuilibet inconvenienti particulari: aut in aliquo casu nihil sequitur contra bonum commune, & tunc militant regulæ suprà assignatæ.

SECTIO IV.

An Confessarius teneatur se accommodare opinioni probabili pœnitentis, relictâ propriâ?

374 *Proponitur status quæstionis.*

375 *An Confessarius possit se accommodare opinioni probabili pœnitentis? Refertur prima sententia limitans id Confessario, qui sit proprius Pastor.*

376 *Præfertur secunda sententia absolutè affirmans.*

377 *An Iudex possit ferre sententiam juxta opinionem probabilem?*

378 *An Confessarius teneatur pœnitentem absolvere juxta illius opinionem probabilem?*

379 *An sacerdos, qui zelo suæ sententiæ negat absolutionem, peccet mortaliter?*

380 *Quid, si Sacerdos putet pœnitentis opinionem esse falsam? Refertur sententia existimantium non teneri Sacerdotem eum absolvere.*

381 *Eligitur sententia affirmativa.*

382 Sol-

382 *Solvuntur rationes primæ sententiæ?*
383 *Quid, quando opinio pœnitentis est circa obligationes ipsius pœnitentis?*
Quid, si sit, circa valorem Sacramenti? Ibidem.

374  Uæstio procedit in casu, quo pœnitens vult sequi opinionem probabilem, asserentem v.g. nunc contractum non esse usurarium; vel ex hoc damno non deberi restitutionem: & Confessarius existimat oppositum.

375 *Prima ergo difficultas est:* An Confessarius possit deponere suam sententiam, & pœnitentem absolvere intendentem operari juxta suam? Aliqui Doctores asserunt posse, si sit proprius Pastor; secus, si non sit proprius: nam primus tenetur ex officio audire confessiones, non ita secundus. Ita *Conradus tr. 7. de contractibus q. 100. concl. 3. D. Antoninus 3. p. tit. 17. cap. 20. §. 2. Sylvester verbo Confessor 3. q. 7. Angelus verbo Confessio 4. num. 13.* quibus accedit *Medina cod. de confessione q. 19. in fine*, sed cum aliqua moderatione; dicit enim prædictam distinctionem solùm habere locum quando opinio pœnitentis est in damnum tertii: nam quando non est in damnum tertii, tunc non solus proprius Pastor, sed etiam non proprius potest se accommodare opinioni pœnitentis, & illum absolvere. [Corandus. D. Anton. Sylvester. Angelus. Medina.]

376 Nihilominus dicendum non solum proprium Pastorem, sed etiam quemcumque alium delegatum posse se accommodare opinioni pœnitentis, licèt sit in damnum tertii, & eum absolvere. Ita *Suar. disp. 32. sect. 5. num. 4. Victoria in summa ubi de confessione num. 177. Navar. in sum. cap. 26. num. 4. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. ar. 5. ad 5. Ledesma 2. par. 4. q. 8. ar. 4. dub. 6. Vasquez 1. 2. q. 19. a. 6. disp. 62. Rodriguez cap. 7. num. 39. & 40. Polanchus in directorio confess. cap. 1. §. de prudentia Confessoris. Rodriguez 1. t. summæ in 2. editione cap. 62. num. 11. Henriq. l. 6. de pœnit. cap. 16. num. 5. l. 2. Salas 1. 2. q. 21. tr. 8. disp. unica sect. 9. à num. 82. Valent. 2. 2. disp. 5. q. 7. puncto 4. Thomas Sanchez l. 1. decal. cap. 9. num. 28. Hurt. disp. 10. diffic. 22. Lugo d. 22. num. 39. Joannes Sanchez in selectis disp. 33. num. 54. & disp. 44. num. 35. Baldelius in 1. 2. l. 4. disp. 14. num. 9. Castro Palao t. 1. d. 2. de conscientia opinante disp. 2. puncto 4. num. 2. Diana 2. p. tr. 13. resol. 11. Montesinus in p. 2. q. 5. disp. 29. num. 198. Coninck d. 8. dub. 17. num. 135. Fernandez in exam. Theol. p. 3. cap. 6. §. 9. num. 25. Nagnus in 3. p. q. 8. ar. 4. dub. 4. Perez in laure Salmant. certam. 10. cap. 13. num. 97. Sylvius in 3. p. q. 9. ar. 2. quæritur 4. casu 2. Villaleb. t. 1. tr. 1. dub. 12. num. 1. Basilius Pontius de matr. l. 4. cap. 25. num. 8. Toletus l. 3. cap. 20. num. 4.* Et probatur, quia Confessarius potest absolvere pœnitentem rite dispositum; & pœnitens sequens opinionem probabilem est rite dispositus, non enim tenetur sequi opinionem probabiliorem, sed satis est, quòd probabilem sequatur. [P. Suar. Victor. Navar. Sotus. Ledesma. P. Vasq. Polanchus. Rodriguez. P. Henriq. P. Salas. P. Valent. P. Sanches. P. Hurtad. P. Lugo. Joã. Sãch. Baldel. P. Castro Palao. Diana. Montesin. P. Coninc. Fernand. Nagnus. Perez. Sylvius. Villalob. Pontius. P. Toletus.]

377 Objicies: Judex non potest ferre sententiam juxta opinionem probabilē, relicta probabiliori, ut cum *Valentia 2. 2. disp. 5. q. 7. puncto 4. dub. 3. Rodriguez 1. to. summæ in 2. editione cap. 6. num. 1. P. Vasq. concl. 1. Ledesma 2. p. 4. q. 14. art. 6. fol. 472. Vasq. 1. 2. q. 19. ar. 6. disp. 64. cap. 2. num. 5. & Azor t. 1. l. 2. cap. 17. q. ultima.* Tenet *Sanchez l. 1. Decal. cap. 9. num. 47.* quibus accedunt *Villalobos in summa t. 1. tr. 1. diffic. 15. num. 6. Portel in addit. ad dub. regul. verbo Opinio eligenda num. 12. Tannerus in 2. 2. disp. 4. q. 4. dub. 6. num. 128. Becanus in summa t. 2. tr. 1. cap. 4. q. 9. num. 13. Malderus in 2. D. Thom. q. 19. ar. 5. disp. 86. Filliuc. t. 2. tr. 21. cap. 4. num. 144.* Sed Confessarius est judex: ergo non potest absolvere pœnitentē juxta opinionem probabilem, relicta sua probabiliori. Respondetur inprimis plures Doctores, quos affert *Sanchez citatus num. 46.* quibus accedunt *Lorca in 2. p. q. 29. ar. 6. disp. 39. memb. 2. Joannes Sanch. in selectis d. 44. num. 50. Hieronymus Rui in controvers. t. 2. contr. 6. scholastica, Alvarez in 2. p. disp. 80. num. 12. Delrius de Magia l. 5. q. 1. §. Quotiescumque, Diana 2. p. tr. 13. resol. 3. Castro Palao t. 1. d. 2. punct. 10. num. 7. Garcia de benefic. t. 2. par. 11. cap. 5. num. 362. Arriaga in 1. 2. t. 1. tr. de actibus humanis d. 24. sect. 4.* existimare judicem posse dicere sententiam juxta opinionem minùs probabilem, relicta probabiliori; quia qui secundùm opinionem probabilem judicat, rationabiliter judicat. [P. Valent. Rodrig. Ledesm. P. Vasq. P. Azor. P. Sanchez. Villalob. P. Portel. P. Tanner. P. Becan. Malder. P. Filliuc. P. Sãchez. Lorca. Joã. Sãch. Rui. P. Delrius. Alvarez. Diana. P. Palao. Garcia. P. Arriag.]

Dinde, datâ eâ doctrinâ, quæ est communior, respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia judex constituitur, ut lites, & causas dirimat, prout ei magis consentaneum rationi, & meliùs videbitur: at Confessarius solùm constituitur

tuitur

tuitur, ut absoluat rite dispositum. Et hujus diversa ratio est, quia judicium forense est tribunal contentiosum, & consequenter rigorosum: judicium Sacramentale est tribunal misericordiæ & gratiæ.

378 *Secunda difficultas est*: An Confessarius non solùm possit, sed etiam teneatur pœnitentem absolvere? *Polanchus in directorio confes. cap.* 1. *§. de prudentia Confessoris* existimat proprium teneri, secus non proprium *Manrique p. 2. quæst. moral. q. 94. num. 5. & seqq.* absolutè dicit non teneri Confessarium se accommodare opinioni probabili pœnitentis. *Nihilominus* dicendum est etiam non proprium teneri; nam pœnitens per accusationem suorum peccatorum, si est rite dispositus, acquirit jus, ut absolvatur, & illi aliter fit injuria. Ita *Victoria, Sotus, Ledesma, Salas, Suar, Vasquez, & uterque Sanchez locis suprà citatis num.* 376. quibus addo *Castro Palao t.* 1. *disp. 2. de conscientia opinante puncto* 4. *num.* 3.

Polanch. Manriq. Victoria Sotus Ledesma P. Salas P. Suar. P. Vasq. P. Sãchez Joã. Sãch. P. Castro Palao

379 An verò Sacerdos, qui zelo suæ sententiæ negat absolutionẽ, peccet mortaliter? *Vasquez, & Salas ubi suprà Montesinus in* 1. 2. *disp.* 29. *q.* 5. *num.* 199. dicunt proprium Sacerdotem peccare mortaliter; non proprium peccare solùm venialiter. *Manrique proximè citatus* asserit absolutè Confessarium nec peccare mortaliter, nec venialiter. At meliùs *Suar. d.* 32. *sect.* 5. *n.* 2. quem sequuntur *Thomas Sanchez l.* 1. *de matr. cap.* 9. *num.* 29. *Ioannes Sanchez in selectis d.* 33. *num.* 54. *fine, Hurtad. d.* 10. *diffic.* 23. *§. Pœnitenti, Diana* 2. *p. tr.* 13. *resolut.* 11. *Lugo d.* 22. *num.* 48 contendit utriusque peccatum ex genere suo esse mortale, quia ea injuria de se est gravis: grave enim est obligari pœnitentem ad detegendum iterum sua peccata alii Confessario; & meritò pœnitens de hoc graviter quereretur.

P. Vasq. P. Salas Montesin Manriq. P. Suar. P. Sãchez Iõ Sãch. P Hurt. Diana P. Lugo.

An autem per accidens possit ea injuria esse levis, si nimirùm Confessio fuit de solis venialibus, aut ibi sit alius facilis Sacerdos? Affirmant *Suar. uterque* 5. *Sanchez, Hurt. Diana, & Lugo cit.* At probabiliùs *Castro Palao to.* 1. *d.* 2. *de conscient. puncto n. num.* 6. opinatur, etiam in his casibus esse peccatum mortale, quia etiam in iis privat Sacerdos pœnitentem maximo bono spirituali Sacramenti. Neque obstat quòd Confessio sit de solis venialibus, nam adhuc est res gravis; &, si obligaret ex voto, vel præcepto, obligaret sub mortali, ut diximus *tract.* 5. *de præcepto à num.* 63. ergo etiam eum obligat ex justitia. Non etiam obstat quòd hoc damnum sit facilè reparabile per alium Sacerdotem; nam, si quis injustè negaret beneficium alicui, sciens illi statim aliud melius conferendum, adhuc peccaret mortaliter contra justitiam: ergo, &c.

P. Hurt. P. Suar. P. Sãchez Ioã Sãch. Diana P. Lugo. P. Castro Palao

380 Maius dubium est, quando Confessarius putat eam pœnitentis opinionem esse falsam, licèt sciat inculcari à nonnullis Doctoribus probatæ authoritatis, quibus pœnitens adhæret? Et videtur cum *Rodrig. t.* 1. *sum. in* 2. *editione cap.* 62. *num.* 11. *& Manrique citato q.* 94. *num.* 16. Confessarium nec teneri, nec posse tunc se conformare cum tali pœnitentis opinione. *Primò*, quia non potest eam sequi: at conformando se cum illa, quodammodo eam sequitur. *Secundò*, quia aliàs etiam posset accõmodare se cum errore pœnitentis invincibili; nam etiam pœnitens tunc est rite dispositus: at *præcedenti sectione* diximus teneri amovere ignorantiam pœnitentis.

Rodrig. Manriq.

381 Nihilominus dicendum, licèt reperiret falsitatem sententiæ pœnitentis, si tamen illa re ipsa est probabilis, quia habet sufficiens fundamentum, & patronos viros doctos, posse, & teneri Confessariũ se cum illa accommodare. Ita *Valent. t.* 3. *disp.* 5. *q.* 7. *puncto ultimo, Thomas Sanchez in Decal. l.* 1. *cap.* 9. *num.* 30. *Ioannes Sanch. disp.* 33. *num.* 54. *Diana* 2. *p. tr.* 13. *resol.* 11. *Mercado de contract. cap.* 15. *Sotus in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *a.* 5. *ad* 5. *Victoria in summa de confess. num.* 177. *Lugo d.* 22. *num.* 46. *Baldelius l.* 4. *d.* 14. *num.* 9. *Castro Palao* 1. *t. d.* 2. *puncto* 4. *num.* 7. *Villalobos t.* 1. *sum. tr.* 1. *diffic.* 12. *num.* 2. *Caspensis t.* 2. *tr.* 24. *de pœnit. disp.* 5. *num.* 91. Probatur, quia pœnitens sequens talem opinionem rectè operatur, & est rite dispositus; deinde acquisivit jus per confessionem suorum peccatorum, ut absolvatur: ergo debet absolvi.

P. Valent P. Sanch. Ioã. Sãch. Diana Mercado Sotus P. Lugo Victoria Baldel. P. Castro Palao Villalob. Caspens.

382 Respondetur *Ad primum fundamentum* contrariorum Confessarium permittentem pœnitenti suam opinionem non eam sequi, sed solùm permittere. *Ad secundum* nego posse permittere errorem. Diversa ratio est, quia Confessarius est doctor, & Magister, ad hunc autem spectat corrigere errantem, non tamen sequentem opinionem probabilem.

383 Quæres: Utrùm Confessarius teneatur se accommodare opinioni pœnitentis, non solùm quando ipsa est circa

pecca-

peccata, & obligationes ipsius pœnitentis, qui putat non teneri ad restitutionem, &c. Sed etiam quando est circa valorem Sacramenti, quia putat sufficere hanc materiam, hoc propositum, vel dolorem &c? Respondetur, solùm teneri in primo, & & non in secundo casu: diversa ratio est, quia in primo casu Cõfessarius non sequitur, sed solùm permittit opinionem falsã, in secundo eam sequeretur, & conficeret Sacramentum invalidum.

SECTIO V.

Quomodo Confessarius se gerere debeat cum pœnitente, qui retinet occasionem proximam, liberam, vel necessariam?

384 *Quotuplex sit occasio peccati?*
385 *An teneamur relinquere occasionem remotam peccati?*
386 *An proximam?*
387 *An absolvendus sit pœnitens, qui proponit relinquere occasionem antequam eam relinquit: Proponitur sententia negativa?*
388 *Statuitur affirmativa.*
389 *Solvuntur fundamenta contrariorum.*
390 *Quid dicendum de eo, qui sæpius Confessario fidem fregit?*
391 *Quid de eo, qui non sæpius, sed tantùm semel, aut iterum, ter ve, aut quater Confessario fidem fregit?*
Proponitur opinio asserentium esse absolvendum.
392 *Authoris judicium.*
393 *Solvuntur fundamenta primæ opinionis.*
394 *An absolvendus sit pœnitens, qui quidem proponit emendam, non tamen potest relinquere occasionem proximam absque gravi damno? Rerfertur prima sententia negativa.*
395 *Præfertur secunda sententia affirmativa.*
396 *Illius fundamenta.*
397 *Solvuntur fundamenta sententiæ negativæ*
398 *An possit quis se objicere periculo morali Inferni?*
399 *An mercatores, milites, scribæ, quibus officium est occasio proxima peccandi, teneantur deserere officium, ut absolvantur?*
400 *Quid de filio familias, qui non potest domo patris ejicere famulam, quæ illi est occasio peccandi?*
401 *Utrùm absolvendus sit, licèt nulla detur spes emendæ?*
402 *An pœnitens in hoc casu interrogatus de occasione possit eam negare?*
403 *An hujusmodi depravatæ consuetudinis adolescenti possit differri absolutio? Pars negativa.*
404 *Statuitur sententia affirmativa, & respondetur argumento negativæ.*

384 1 Ccasio peccati duplex est, proxima, & remota. Proxima est illa, qua stante difficilè effugies peccatum, imò rarò, aut nunquam. Occasio remota illa est, quia non obstante non ita difficilè effugies.

385 Certùm in primis est neminem teneri relinquere occasionem remotam, aliàs teneremur effugere omnem creaturam, quia juxta illud *sapientiæ* 14. *Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem, & in muscipulam pedibus insipientium, &c.*

386 Certum deinde est omnes, cùm possint, teneri relinquere occasionem proximam, quia occasio proxima coincidit cũ periculo proximo; & qui amat periculum, peribit in illo. Et hujus ratio est, quia peccatum est quid cõsequens ad periculũ: qui autem vult antecedẽs, vult & consequens. Unde fit, quòd qui, cùm possit, non vult relinquere occasionem proximã, sit in peccato actuali, & consequenter incapax absolutionis. Ita cõmunis sententia Theologorum, quos citat, & sequitur *Thomas Sanchez* 1. *Decal. cap.* 8. Adde *Caspensem t.* 2. *tr.* 24. *de pœnit. n.* 195. *Lugo d.* 14. *num.* 150. & *Leand. disp.* 7. *q.* 32. P. Sanch. Caspenses P. Lugo Leander.

387 *Prima difficultas est*: An absolvendus sit pœnitens, qui proponit deponere occasionem, v. g. domo ejicere concubinam, antequam eam defacto ejiciat? Negant *Margarita Confess. titulo Quæ scientia requiratur in confessore, folio* 30. *pag.* 2. *Chapeavila de casibus reservatis in fine fol.* 368. *Rodriguez in summa tr.* 2. *cap.* 46. *num.* 17. *Navar. cap.* 16. *num.* 20. *Fernandez in instructorio confess. documento* 1. *num.* 4. *fol. mihi* 32. Et probatur *primò*, quia dum pœnitens occasionem non dimittit, est in proximo periculo peccandi. *Secundò*, quia cum sic absolvere est Margar. Chapeavi Rodriguez Navar. Fernand.

consti-

constituere in proximo periculo non dimittendi, nam jam absolutus minùs curabit eam dimittere, quàm ut absolvatur.

388 Nihilominus, si pœnitens habeat verum dolorem, & proponat statim ejicere, videtur absolvendus. Ita *Tabiena verbo Concubinatus, num. 2. Armilla verbo Concubinatus num. 2. Caiet. in summa verbo Restitutio cap. 6. Divus Anton. 2. p. tit. 1. cap. 8.* quos sequitur *Suar. disp. 32. sect. 3. num. 3. Ioannes Sanchez disp. 10. num. 4. Bauny in pœnit. de ministro q. 15. §. 2. assertio, Hurt. disp. 10. diffic. 23. §. unde, Leand. disp. 7. q. 35.* Probatur, quia pœnitens habens verum dolorem, & propositum, est rite dispositus, & per confessionem sui peccati acquisivit jus ad absolutionem.

Tabiena
Armilla
Caiet.
D. Anton.
P. Suar.
Ioã. Sãch.
Bauny
P. Hurt.

389 Neque obstant opinionis contrariæ fundamenta. *Ad primum* respondetur pœnitentem desinere esse in peccato actuali, cùm primùm efficaciter proposuit ejicere occasionem. *Ad secundum* negandum est per absolutionem constitui in periculo proximo non dimittendi mulierem; sed potiùs ipsi pœnitenti credendũ est efficaciter proponenti, & seriò agenti de remedio suæ conscientiæ.

390 Quæres primò: Quid dicendum de eo, qui sæpiùs Confessario fidem fregit, & sæpius pollicitus ejicere concubinam, adhuc retinet, & petit absolvi? Respondetur cum distinctione: nam aut præsens dolor est similis illi toties infracto; & tunc pœnitens non est absolvendus. Ita communiter Doctores, quorum ultra centum pro hac parte dicit posse se allegare *Ioannes Sanchez num. 6. fine,* & defacto *num. 8.* plures allegat. Probatur, quia qui sæpe pollicitus concubinam dimittere non dimisit, nec modò dimittit ante confessionem, cùm facilè possit, exponit se morali periculo eam non dimittendi post confessionem: qui autem liberè se exponit morali periculo alicujus peccati, peccat, ut constat ex dictis, ac proinde est incapax absolutionis: ergo. Neque dicas pœnitentem hic, & nunc habere verum propositum dimittendi concubinam; nam hoc propositum non est sufficiens, siquidem stat cum peccato, quod pœnitens committit ratione periculi, cui se liberè exponit, non dimittendi concubinam. Aut dolor, quem pœnitens ostendit, est extraordinarius, & cui similem nunquam infregit; & huic, non est, cur non sit habenda fides. Ita docent idem *Ioannes Sanchez citatus num. 8. fine, & Lugo d. 14. num. 141.*

Ioã. Sãch.

Ioã. Sãch.
P. Lugo.

391 Quæres secundo: Quid dicendum de eo, qui non sæpius, sed tantùm semel, aut iterum, ter ve, aut quater Cõfessario fidem fregit? *Ioannes Sanchez cit. num. 4.* contendit esse absolvendum: consentit *Hurt. disp. 10. diffic. 23. §. Unde.* Primò, quia habens consuetudinem peccandi, si proponat eam deponere, antequam deponat, est absolvendus, ut cum *Medina l. 1. sum. cap. 14. §. 2. & 5. Vega 2. tom. summæ cap. 16 casu 14. in fine, Lopez 1. p. instructorii cap. 25. Rodrig. t. 1. summæ in 2. editione cap. 192. num. 11. Azor t. 1. l. 11. cap. 3. q. 4.* docent idem *Ioannes Sanch, d. 10. num. 4. & Thom. Sanch. l. 3. in Decal. cap. 5. num. 18.* consuetudo autem peccandi etiam est periculum proximum. *Secundò*, quia proponens restituere, etiamsi semel, aut iterum Confessario fidem fregerit, est absolvendus, ut docent *Medina in summa l. 2. cap. 11. fol. 280. Corduba q. 4. corol. 8. fol. 17. Angelus verbo confessionum. 6. & verbo Concubinatus num. 2. & Sylvester verbo Confessor quæst. 12.* Tertiò, quia cum fide ter, aut quater violata videtur stare posse verum propositum servandi illam.

Ioã. Sãch.
P. Hurt.
Medina
Vega
Lopez
Rodriguez
P. Azor.
Ioã. Sãch.
P. Sanchez
Medina
Corduba
Angelus
Sylvester

392 Ego tamen cum communi Doctorum locis citatis, *Caietano verbo restitutio cap. 6. D. Antonino 2. p. tit. 2. cap. 8. Navar. in summa cap. 17. num. 54. & c. 26. num. 5.* & aliis suprà citatis *num. 387.* quibus accedit *Diana 5. p. tr. miscellaneo 2. resol. 17, Castro Palao t. 1. tr. 2. de peccatis d. 2. punct. 9. §. 3. num. 18. Villalob. in summa tr. 11. diffic. 25. num. 4.* Respondeo esse absolvendum semel, aut iterum; tertia autem, & quarta vice non ita. Probatur, quia, qui semel, atque iterum Confessario fidem fregit, & modò, cùm facilè possit, antequam confiteretur, concubinam non ejecit, videtur relinqui in occasione proxima libera, nec illam dimittendi post confessionem, ac proinde esse indispositus ad absolutionem. *Limita*, nisi dolor sit extra ordinarius, juxta superiùs dicta.

Caiet.
D. Anton.
Navarr.
Diana
P. Castro
Palao
Villalob.

393 Neque obstat *primò* habentem inveteratam consuetudinem esse absolvẽdum, nam depositio consuetudinis non est adeò libera, nec adeò facilis, utpote magis intrinseca. Non obstat *secundò*, quod dicitur de restitutione, nam Doctores citati dicunt impertiendam esse absolutionem

lutionem semel, aut iterum duntaxat. Non obstat *tertiò*, quòd cum fide quater violata stare possit propositum servandi illam; nam hoc propositum hic, & nunc non est sufficiens, siquidem non excludit peccatum ratione periculi, cui pœnitens se liberè exponit.

394. *Secunda difficultas*: An absolvendus sit pœnitens, qui quidem proponit emendam, non tamen potest relinquere occasionem proximam absque gravi damno suo, aut ipsius occasionis, aut tertii alterius in honore, vita, aut fortunis? Negant *Ludovicus Lopez 1. p. Instructorii cap. 21. §. Ad 3. Medina in summa fol. 63. Coriolan. de casibus reservatis p. 1. sect. 1.* quibus consentire videntur *Suar. de charitate disp. 9. sect. 1. num. 8. Lorca ibidem sect. 3. disp. 28. num. 9. & Manrique p. 2. quaest. moral. q. 119. num. 3. & seqq.* Probatur, quia præferendum est bonum spirituale, & propria salus cuilibet alii bono proprio, vel alterius, juxta illud *Matth. 16. Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?*

Lopez Medina Coriolan. P. Suar. Lorca Manriq.

395 Nihilominus dicendum existimo esse absolvendum. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 9. in corpore, Sotus l. 5. de justitia q. 1. a. 6. concl. 2. Navar. in summa cap. 3. num. 15. Caiet. in summa verbo Periculum, Armilla eodem verbo, Alcozer in summa cap. 7. Castro de justa haeret. punit. cap. 17. Salas 1. 2. q. 6. ar. 6. tr. 3. disp. 3. sect. 2. num. 32. & tr. 8. disp. unica, sect. 5. num. 60. & t. 2. q. 74. tr. 13. d. 6. sect. 17. num. 105. & seq. Henriquez l. 4. de pœnit. cap. 24. num. 4. Cunha de solicitantibus q. 19. num. 17. Seraphinus de Freitas ibidem. Zerola in praxi pœnit. fol. 50. Rodrig. in summa t. 1. cap. 202. Sa verbo Peccatum num. 6. Floronus de confess. diffic. 4. concl. 6. Fernandez in instructorio confess. docum. 6. Beja p. 3. casu 9. Toletus l. 5. summæ cap. 13. Vivald. de absolutione num. 89. Sylvester in Rosa aurea de quaest. impertinent. casu 5. Adrian. quodlib. 7. §. 2. Inquirere habeo, Victoria in summa q. 197. Reginaldus t. 1. l. 8. num. 19. Coninck de pœnit. d. 2. dub. 14. Basilius Pontius l. 5. de matr. cap. 35. num. 4. Thomas Sanch. l. 1. in Decal. cap. 8. num. 3. & l. 9 de matr. disp. 45. num. 6. Joannes Sanchez in selectis disp. 10. num. 8. Lama 2. p. tr. 16. resol. 45. Lugo disp. 14. num. 152. Hurtado disp. 10. diffic. 23. §. Unde, Suar. de pœnit. disp. 32. sect. 2. in fine, Bauny in pœnit. de ministro q. 16. Caspensis t. 2. tr. 24. de pœnit. disp. 5. n. 197. & 198. Castro Palao t. 1. tr. 2. de peccatis disp. 2. puncto 9. §. 3. num. 8. & 17. Graffis 1. p. decis. l. 1. cap. 18. n. 23. & Leander disp. 7. q. 38.*

D. Thom. Sotus. Navar. Caietan. Armilla Alcozer Castro P. Salas P. Henr. Cunha Freitas Zerola Rodriguez P. Sa. Floronus Fernand. Beja. P. Tolet. Vivaldus. Sylvester Adrianus. Victoria P. Regin. Pontius P. Sanch Ioã Sãch. Diana P. Lugo. P. Hurt. P. Suar. Bauny. Caspensis P. Castro Palao Graffis Leander

396 Probatur primò ex *Cap. Consultationi, de frigidis, & maleficiatis*, ubi permittitur conjugatos, quorum matrimonium est occultè irritum, habitare tamquam fratres ratione scandali, & propriæ infamiæ vitandæ; idque etiam cum periculo tactuum, &c. Secundò probatur ex *D. Basilio in constit. monasticis cap. 4. fol. 489.* ibi: *Qui urgente aliqua necessitate, & causa, se periculo objicit, vel permittit se esse in illo, cùm tamen aliás nollet, non tam dicitur amare periculum quàm invitus illud subire; & ideo magis providebit Deus, ne in illo pereat, &c.* Et hinc desumitur fundamentum, & ratio à priori; quia qui urgente necessitate, ut effugiat damnum, objicit se negotio, cui annexum est periculum, non vult periculum, sed illud tantùm permittit: non ergo peccat, ac proinde est capax absolutionis.

C. Consult D. Basil.

397 Neque obstat *primò*, quòd semper præferendum sit bonum spirituale, & propria salus; id enim verum est: ex eo tamen principio solùm sequitur, ob nullum bonum permittendum esse proprium peccatum: potest tamen permitti periculum illius; nam periculum peccati, quando est necessarium, non est peccatum.

Non obstat *secundò* illud Christi Domini: *Quid prodest homini, &c.* nam sensus hujus sententiæ solùm est, ob nullum pretium esse committendum peccatum; non tamen ob nullum permittendum esse periculum illius, quando ipsum periculum non est peccatum.

398 Objicies: Ob nullum pretium, & in nullo casu potest quis se objicere morali periculo Inferni: ergo neque morali periculo peccati; nam peccatum est maius malum, quàm Infernus. Respondetur imprimis argumentum non concludere, sin minùs etiam probaret posse neminem, urgente honoris, aut vitæ necessitate, se objicere periculo peccati venialis, nam peccatum veniale etiam est maius malum, quàm Infernus. Deinde respondendo directè, dicendum est peccatum esse maius malum, quàm Infernum in genere volibilis, non in genere permissivi: hoc est, non possumus velle potiùs peccatum, quàm Infernum, possumus tamen periculum peccati potiùs per-

permittere, quam periculum Inferni. Et hujus diversa ratio est, quia periculum Inferni affert ejus necessitatem inevitabilem; at periculum peccati non affert ejus necessitatem, sed adhuc manet liberum, & evitabile ipsum peccatum.

399 Ex hac resolutione sequitur primò, mercatores, milites, scribas, &c. quibus ipsum officium est occasio proxima peccandi, *Cap. Qualitas 2. & Cap. Contrarium 3. de pœnit. dist. 5.* non teneri deserere ipsum officium; unde, si proponant emendam, sunt absolvendi, ut cum *Navar. cap. 3. num. 14.* & communi Theologorum tenet *Ioannes Sanchez d. 10. n. 11. Castro Palao t. 1. tr. 2. d. 2. puncto 9. num. 12.* Certè sanctus Joannes Baptista *Lucæ 3.* non præcepit militibus deserere militiam, sed observare leges sui statûs.

Cap. Qual *Cap. Cōtr.* *Navar.* *I. ā. Sāch.* *P. Castro Palao*

400 Secundò sequitur absolvendum esse filium familias, quoties eū verè pœnituerit peccati sæpius repetiti cum famula, quam non potest ejicere domo patris sine suo, aut ipsius famulæ incommodo gravi. Ita *Suar. disp. 32. sect. 2. fine, Graffis l. 1. decis. c. 28. Fernandez in Instructorio confess. documento 6. folio 30. Raguça in Interna Parochor. de absolut. q. 129. fol. 361. Reginaldus t. 1. l. 8. num. 19. Coriolanus de casibus reservatis fol. 76. Navar. in summa cap. 3. num. 21. Ioannes Sanchez in selectis d. 10. num. 10. & 16. Coninck disp. 2. dub. 14.* & plures alii, quibus consentiunt *Manrique 2. p. quæst. mor. q. 119. n. 9. & Leand. disp. 7. q. 37.*

P. Suar. *Graffis* *Fernand.* *Raguça* *P. Regin.* *Coriolan.* *Navar.* *Ioā. Sāch.* *P. Coninc* *Manriq.* *Leander.*

401 Utrùm verò absolvendus sit toties quoties, etiam cùm nulla correctio appareat, nec spes emendæ? Negant *Suar.* & alii Doctores proximè allegati, quia cùm emenda nulla est, ostendit præsentem dolorem, & propositum esse fictitiū. Probabiliùs tamen affirmandum videtur cum *Vvivaldo 1. p. candelabri de absolutione num. 89. Lugo disp. 14. num. 156. Ioanne Sanchez proximè num. 16. & Manrique num. 13.* quia cum ista frequenti consuetudine peccandi potest hìc, & nunc stare verus dolor, & verum propositum emēdæ: periculum autem & occasio, ut suppono, non sunt voluntaria, sed necessaria.

P. Suarez *Vivald.* *P. Lugo.* *Ioā. Sāch.* *Manriq.*

402 Maius quid addunt *Ioannes Sanchez disp. 9. num. 9. & Basilius Pontius l. 1. de matrim. cap. 35. num. 4.* posse nimirum pœnitentem in hoc casu interrogatum de occasione, eam negare; quia, cùm necessaria sit, perinde est, ac si non esset. Verùm hæc doctrina videtur parum tuta, & contra praxim Ecclesiæ, imò & contra rationem, quia Confessarius more Medici potest interrogare de circunstantiis in ordine ad hoc, vel illud accommodatius remedium adhibendum, *Cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus*, de quo cùm communi Doctorum pleniùs diximus *tractat. 3. disput. 3. sect. 4. diffic. 3.*

Ioā. Sāch. *Pontius* *Cap. Omnis utriusque*

403 An autem possit (& id interdum salubre consilium sit) differri absolutio hujusmodi, aut cuivis alii depravatæ consuetudinis adolescenti, cujus de emendā aliter desperatur? Negant *Ioannes Sanch. disp. 9. num. 11. & Maure in summa 3. p. cap. 6. §. 9. num. 21.* asserentes ita communiter sentire Doctores; quia quoties pœnitens est dispositus habet jus, ut absolvatur, ac proinde non potest illi sine injuria negari absolutio: prædictus autem pœnitens est dispositus, habens hìc, & nunc verum dolorem, & propositum emēdæ. Hanc sententiam, quamvis ipse sequi non audeat, laudat tamen *Diana 1. p. tr. 16. resol. 45.*

Ioā. Sāch. *Maure* *Diana*

404 Ea tamen non obstante, dicendum est posse hujusmodi pœnitenti (& id interdum salubre consilium est) differri absolutionem. Ita *Suar. t. 2. de religione l. 3. cap. 8. in fine, Sayrus in clavi regia l. 5. cap. 5. num. 8. Thomas Sanchez in Decal. l. 2. cap. 32. num. 45. Reginaldus t. 2. l. 18. num. 87. Toletus l. 1. summæ cap. 18. num. 3. Sa, verbo Absolutio num. 14. Villalob. in summa t. 1. tr. 11. diffic. 25. Henriquez l. 4. cap. 24. num. 4. Graffis 1. p. decis. l. 1. cap. 28. num. 24. Delrius de Magia l. 1. cap. 5. q. 4. Ledesma in summa t. 2. tr. 1. cap. 3. post concl. 7. Banhes in 2. 2. q. 2. ar. 8. dub. 2.* quibus accedunt *Lugo d. 14. num. 169. Hurtad. disp. 10. diffic. 23. Caspensis t. 2. tr. 24. de pœnit. d. 5. num. 194. Coriolanus de reservatis fol. 76. Castro Palao t. 1. tr. 2. d. 2. puncto 9. §. 3. num. 17. Lopez 1. p. instruct. cap. 22. §. Tertium notabile, & Manrique cit. q. 119. num. 13.* Probatur, quia Confessarius more Medici potest remedium magis convenientis adhibere; & huic vehementi morbo non apparet aliud remedium præsentius: forsan misellus considerans se Sacramento indignum, subeunte animum verecundia, & pœnitentia, resipiscet. Neque obstat quòd pœnitens dispositus habeat jus ut absolvatur; solùm enim habet jus ut absolvatur tempore convenienti, & hoc

P. Suar. *Sayrus* *P. Sāchez* *P. Regin.* *P. Toletus* *P. Sa* *Villalob.* *P. Henriq* *Graffis* *P. Delrius* *Ledesm.* *Banhes* *P. Lugo* *P. Hurt.* *Caspensis* *Coriolan.* *P. Castro. Palao* *Lopez* *Manriq.*

hoc suas patitur moras.

SECTIO VI.

Quomodo Confessarius emendare debeat errores commissos in confessione.

405 *Declaratur status quæstionis.*
406 *Quid debeat facere Confessarius, quando reperit Sacramentum fuisse nullum?*
Proponitur, & rejicitur prima sententia asserentium repetendam esse absolutionem in absentia. Ibidem.
407 *Proponitur, & rejicitur secunda sententia docentium, Sacerdotem debere accedere ad pœnitentem, & eum inscium absolvere.*
408 *Si Sacerdos potest absque incommodo suo monere pœnitentem, ad id tenetur.*
409 *Quid, si non possit absque incommodo suo? Refertur sententia Lugi asserentis adhuc teneri.*
410 *Sed probabilius est non teneri.*
411 *Quare injustè lædens proximum teneatur restituere, & Sacerdos non teneatur ad monitionem?*
412 *An qui inducit proximum ad peccatum materiale, teneatur vel cum incommodo suo dictum retractare?*
413 *Quid debeat facere Confessarius, qui reperit non interrogasse pœnitentem de aliqua circunstantia necessaria, & eum non potest monere absque suo incommodo?*
414 *Quid, si possit absque suo incommodo, & fuit in causa positiva, ne pœnitens manifestaret circunstantiam?*
415 *Quid, si solùm negative se habuit?*
416 *Quid debeat facere Confessarius, si fuit in causa positiva ex culpa mortali, ne pœnitens restitueret?*
417 *An si se retractaverit tempore habili, teneatur restituere in defectu pœnitentis?*
418 *Quid, si non fuit in causa positiva ex culpa mortali, & potest sine detrimento suo monere pœnitentem?*
419 *Quid, si non possit monere sine detrimento suo gravi?*
420 *Quid, quando tantùm negativè se habuit?*
421 *Utrùm Sacerdos teneatur in hoc casu admonitionem facere, etiam cum incommodo suo?*
422 *An, quando ejus taciturnitas fuit mortaliter culpabilis, teneatur ad restitutionem in defectu pœnitentis? Proponitur sententia affirmativa.*
423 *Proponitur negativa.*
424 *Solvuntur argumenta contraria.*

405 Ria in hac materia sunt, & esse possunt errorum genera. *Primum* circa valorem Sacramenti, quod fuit nullum. *Secundum* circa integritatem confessionis; quia omissa est aliqua circunstantia. *Tertium* circa damnum proximi, cui non est præcepta restitutio.

406 *Prima difficultas* : Quomodò Confessarius emendare debeat errores primi generis, quia scilicet reperit Sacramentum fuisse nullum? Prima sententia est *D. Antonini 3. p. tit. 17. cap. 12. Navar. in summa cap. 26. num. 14. & Sylvestri verbo Confessor 3. initio*, existimantium in hoc casu repetendam esse absolutionē in absentia, ita ut dirigatur, & cadat in pœnitentem, ubicumque sit. Verùm hanc opinionem, licèt quoad absolutionem à censuris sit vera, quoad absolutionem à peccatis suprà rejecimus *tract. 4. de forma*, ubi ostendimus, absolutionem non posse conferri in absentia. *D. Anton. Navarr. Sylvest.*

407 Secunda sententia est aliorum, qui contendunt Sacerdotem in hoc casu debere accedere ad pœnitentem, & ipso inscio, eum absolvere. Hanc etiam opinionem communiter rejiciunt Doctores propter periculum, cui se exponit Sacerdos frustrandi absolutionem, fortè enim jam pœnitens non est dispositus, nec habet intentionem recipiendi Sacramentum.

408 Tertia sententia etiam indicatur à *D. Antonio, Sylvestro, & Navarro ubi suprà*, quibus accedit *Ioan. Valerus in differentia utriusque fori, verbo Pœnitentia, dif. 9. n. 2.* qui omnes asserunt Sacerdotem in hoc casu aut non pati aliquod incommodum in honore; & fama ex eo, quòd moneat pœnitentem de nullitate confessionis præteritæ; & tunc teneri eum monere. Probatur, quia qui alteri fuit in causa violandi aliquod præceptum grave propter ignorantiam, quam ipse in illo causavit, tenetur eam amovere: v. g. si alicui dixisti, hodie non esse obligationem audiendi Sacrum, aut jejunandi, tenêris te re- *D. Anton. Sylvest. Navarr. Valerus.*

te retractare, ne proximo sis in causa violandi hujusmodi præcepta: sed Confessarius, qui contulit absolutionem nullam, est in causa ne pœnitens directè subjiciat Clavibus sua peccata in sequenti confessione, & violet præceptum integritatis confessionis: ergo tenetur illum monere, ut in sequenti confessione servet integritatem. Hæc sententia videtur vera; illi subscribunt *Suar. disp. 32. sect. 6. Lugo disp. 22. sect. 3. Hurt. disp. 10. diff. 22. Vasq. q. 93. ar. 3. dub. 8. Coninck disp. 8. dub. 17. num. 141. Sylvius in 3. p. q. 8. ar. 4. Quæritur 8. concl. 2. Possevinus de officio Curati cap. 7. num. 64. Nugnus t. 2. in 3. p. q. 8. ar. 3. Homobonus de casibus reservatis cap. 6. num. 5. Floronus de reservat. p. 1. cap. 5. §. 2. Conradus in respons. casuum consc. 1. p. q. 18. Dicastillo disp. 10. num. 502.* & alii.

P. Suar. P. Lugo P. Hurtad P. Vasq. P. Coninc Sylvius. Possevin. Nugnus Homob. Floronus Conradus P. Dicastil

409 Sin autem Confessarius non possit absque sua infamia, & periculo scandali monere pœnitentem, adhuc distinguit *Lugo cit. num. 58.* nam aut nullitas Sacramenti fuit ex culpa gravi Confessarii, aut non: si primum, asserit *Lugo* teneri Sacerdotem, etiam cum detrimento suo monere pœnitentem; & id probat exemplo restitutionis, quia qui mala fide proximo fuit in causa damni, tenetur, etiam cum incommodo suo, ad restitutionem: monitio autem facienda, est per modum restitutionis.

P. Lugo

410 Probabiliùs tamen dicendum existimo neque tunc teneri ad monitionem. Ita *Sylvester verbo Confessor 3. D. Antoninus 3. p. tit. 17. cap. 12. Navarr. cap. 26. num. 14. Suar. num. 7. Hurt. Vasquez, Dicastillo proximè*, & alii locis citatis. Probatur, quia hæc monitio solùm ordinatur ad integritatem confessionis, & Confessarius non tenetur cum incommodo suo gravi monere integritatem; non enim ipse magis tenetur ad monendum integritatem, quàm pœnitens ad illam servandam: at verò pœnitens non tenetur cum incommodo suo gravi illam servare: ergo neque Confessarius illam monere.

Sylvest. D. Anton. Navar. P. Suar. P. Hurtad P. Vasq. P. Dicast.

411 Objicies primò exemplum restitutionis. Respondetur in restitutione esse diversam rationem, quia læsio proximi culpabilis plorat pro satisfactione, quæ non nisi per restitutionem fit: at ex Sacramento irrito nulla resultat læsio, quæ ploret pro monitione, siquidem absque illa in sequenti confessione reparabitur; omnia enim peccata in ea saltem indirectè remittuntur.

412 Objicies secundò: Qui culpabiliter proximum decipit dicens, hodie non esse obligationem jejunandi v. g. aut audiendi Sacrum, tenetur vel cum incommodo suo dictum retractare: ergo. Respondetur ita esse, quando incommodum tantum non est, ut deobliget ab illis præceptis: aliter quando tantum est, ut ab illis deobliget; nam tunc sicut consideratum in proximo, illum à Missa, vel jejunio deobligaret, ita consideratum in monitore, illum à monitione deobligat. Et ita se res habet in nostro casu.

413 *Secunda difficultas:* Quomodo Confessarius emendare debeat errores secundi generis circa integritatem confessionis, quando scilicet reperit non interrogasse pœnitentem de aliqua circumstantia necessaria? Et imprimis, si non potest absq; incommodo suo gravi monere pœnitentem, ad id non tenetur, ut patet ex dictis; quia præceptum integritatis non obligat cum tanto onere.

414 Sin autem possit absque incommodo, distinguendum est: nam aut fuit in causa veluti positiva, ne pœnitens manifestaret circumstantiam, quia dixit id non esse necessarium; & tunc, quidquid in contrarium asserant *Suar. d. 32. sect. 6. num. 8. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 12. q. 7. num. 374. Reginaldus t. 1. l. 8. cap. 3. sect. 2. num. 31. Nugnus in 3. p. t. 2. q. 8. ar. 4. dubio 5.* & alii, dicendum est teneri pœnitentem monere, idque ex illa ratione proximè facta, quia nimirum, qui proximum decepit dicendo non esse obligationem Missæ, jejunii, &c. tenetur se retractare, ne illi sit in causa violandi præceptum violatione materiali: Confessarius autem in hoc casu pœnitentem decepit in ordine ad violationem præcepti de integritate confessionis: ergo, &c. Ita *Vasquez q. 93. a. 3. dub. 8. num. 2. & 7. Medina cod. de confessione q. 39. de alieno sine licentia proprii quemque absolvente, Lugo disp. 22. num. 73. & Dicastillo disp. 10. num. 526.*

P. Suar. P. Filliuc P. Regin. Nugnus P. Vasq. Medina P. Lugo P. Dicastil

415 Aut Confessarius non fuit in causa positiva, sed solùm negativè se habuit non interrogando; & tunc non videtur teneri monitionem favere, quia non est in causa futuri defectûs integritatis; imò, si pœnitens illius circumstantiæ recordetur, eam fatebitur; non enim putat Confessarium illi dixisse non esse fatendam, sed totum defectum tribuit oblivioni tum suæ, tum Confessarii: & in hoc concor-

P. Suar. P. Vasq. P. Regin. P. Filliuc. Medina. Nugnus. P. Lugo. Fernand. Diana. P. Dicast.

concordant *Suar. Vasq. Reginald. Filliuc. Medina. & Nugnus locis citatis Lugo num. 875. Fernandez in exam. Theol. moral p. 3. cap 5. §. 11. num. 3. Diana 2. p. tract. miscellaneo 1. resol. 7. Dicastillo proximè num.* 528.

416 *Tertia difficultas*: Quomodo Confessarius emẽdare debeat errores tertii generis circa damnum tertii, cui fuit in causa ne pœnitens restitueret. Et ad resolutionem hujus difficultatis etiam proxima distinctione utendum est; nam aut Confessarius fuit in causa positiva, quia dixit pœnitenti non teneri ad restitutionem; aut solùm negativè se habuit, non præcipiens restituere: si fuit in causa positiva, aut in eo peccavit mortaliter, aut non.

Dico ergo primò: si fuit in causa positiva ex culpa mortali, tenetur se retractare, ac monere pœnitentem; & si hic jam non sit in statu restituendi, tenebitur ipse restituere. Hæc est communis Doctorũ sentẽtia, & probatur, quia qui consuluit non restituere perinde se habet, ac qui consulit furtum, vel homicidium; hic autem tenetur restituere: ergo.

417 Illud unum speciale est in Confessario; quia si tempore habili dictum retractavit, licèt pœnitens ei non obediat, non tenebitur ipse loco illius; quæ doctrina non habet locum in consulente furtum, aut homicidium, nam hic licèt consilium retractaverit, si tamen qui consilium accepit non desistat, & furtum, aut homicidium committat, tenebitur qui consuluit ad restitutionem. Et hujus diversa ratio est, quia qui consuluit furtum, aut homicidium, movit per rationes, quas non potest sufficienter tollere, siquidem relictæ sunt in mente ejus, qui consilium accepit: at Confessarius movit per authoritatem, quam potest sufficienter tollere retractando se.

418 *Dico secundò*: Si Confessarius non fuit in causa positiva ex culpa mortali, adhuc distinguendum est: nam aut potest sine detrimento suo gravi monere pœnitentem; & sic tenetur eum monere. Hæc etiam est communis inter Doctores, qui eam probant exemplo incendiarii, qui absque culpa sua domum alienam incendit, hic enim tenetur, cùm primùm advertit, ignem restinguere: & hujus ratio est, quia tenemur ex justitia, cùm id sine detrimento possumus, nostras actiones ita moderari, & reprimere, ut proximo non noceant.

419 Sin autem sine detrimento suo gravi pœnitentem monere non possit, à monitione deobligatur; quia, cùm primùm damnum intulit, non advertit; postea verò, cùm advertit, non tenetur cum tanto onere: quantitas tamen oneris considerenda est in ordine ad læsionem proximi; unde quando hæc fuerit maxima, non quælibet Confessarii censebitur gravis.

420 *Tota difficultas est*, quando Confessarius non fuit in causa positiva, sed tantùm negativè se habuit, non præcipiens restituere. Et dicendum est, adhuc tunc teneri monere pœnitentem, & amovere suam scandalosam taciturnitatem. Probatur, quia tale silentium est scandalo pœnitenti: tenemur autem amovere omne scandalum. v. g. qui omittendo Missam, vel comedendo carnes die prohibito est proximo occasioni omittendi similiter Missam, vel comedendi carnes, quia putat, & illo exemplo probat non esse diem præcepti, tenetur amovere tale scandalum. Similiter ergo dicendum de Sacerdote, qui silentio suo est pœnitẽti occasioni non restituendi.

421 Utrùm verò Sacerdos teneatur eam monitionem facere, etiam cum incommodo suo gravi? Respondetur teneri, si ejus taciturnitas fuit mortaliter culpabilis: quia tenemur etiam cum incommodo amovere iniquitatem nostram, quæ proximo est occasioni peccandi, etiam materialiter. Secùs dicendum, si taciturnitas non fuit mortaliter culpabilis, quia tunc non tenemur cum tanto incommodo impedire peccatum proximi, maximè materiale.

422 *Punctum difficultatis* solùm in eo est: An Confessarius teneatur ad restitutionem loco pœnitentis, quando eum jam nequit admonere, vel quando ille jam non est in statu restituendi? Et suppono taciturnitatem Confessarii fuisse mortaliter culpabilem. Affirmant *Gabriel dist. 15. q. 2. ar. 3. Sylvester verbo Confessor 3. q. 11. Rosella verbo Restitutio 2. §. 5. Navar. in summa cap. 17. num. 22. Angelus verbo Restitutio ultimo num. 5. Zanardus in directorio Confessorum p. 2. pr. 7. cap. 26. dub. 3. Nugnus in 3. p. t. 2. q. 8. art. 4. dubio* 5. Et probatur *primò*, quia qui proximo est in causa damni tenetur ad restitutionem: & ita se habet Confessarius in hoc casu. *Secundò*, quia Confessarius, dum tacuit, virtualiter dixit non esse restituen-

Gabriel. Sylvester. Rosella. Navar. Angelus. Zanardus. Nugnus.

tituendum. *Tertiò*, quia peccavit contra justitiam, tenetur enim ex officio docere pœnitentem: ergo.

423 Nihilominus probabilior est resolutio negativa, quam tenent *Hurtad. disp. 10. diffic. 22. §. Observandum est, Bonac. de restit. disp. 1. q. 2. p. 11. num. 13.* cum pluribus. Accedunt *Malderus in 2. 2. tr. 5. cap. 3. dubio 24. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 12. q. 7. num. 374. Faustus in speculo Confessarii d. 4. q. 121. num. 7. & 8. Rebellus de justit. p. 2. l. 17. q. ult. num. 12. Coninck disp. 8. dub. 17. num. 144. Diana 2. p. tract. miscellaneo 2. resol. 1. & Fagund. in Decal. l. 8. cap. 17. num. 18. Tambur. de jure Abb. to. 2. disp. 13. quæs. 7. num. 8. Valentia to. 3. disp. 5. puncto 3. Azor. 3. p. l. 4. cap. 16. q. 7. Lugo cit. num. 67. Sanchez l. Decal. cap. 6. num. 5. Lessius l. 2. cap. 7. dub. 7. Suar.* proximè num. 8. & *Dicastilho disp. 10. à num. 516.* Probatur, quia Confessarius non tenetur ex officio procurare bonum tertii, sed solùm ipsius pœnitentis; unde non præcipiens restituere, non peccat contra justitiam tertii, ac proinde non tenetur ei restituere.

P. Hurt. Bonac. Malder. P. Filliuc. Faustus P. Rebellus P. Coninc. Diana P. Fagund. Tambur. P. Valent. P. Azor. P. Lugo P. Sanchez P. Lessius P. Suarez P. Dicastil.

424 *Ad primum fundamentum opinionis contrariæ* respondetur Confessarium in hoc casu non esse causam positivam, sed solùm negativam. *Ad secundum* respondetur taciturnitatem Confessarii plerumque tribui ejus inadvertentiæ, & oblivioni. *Ad tertium* respondetur Confessarium peccare contra justitiam respectivè ad utilitatem pœnitentis, quem tenetur docere; non respectivè ad utilitatem alterius Tertii.

DISPUTATIO QUINTA.

De Sigillo, &c.



Omprehendit sectiones sex. Prima inquirit: An detur, & quale sit Sigilli præceptum? Secunda: Quas personas obliget? Tertia: Quæ sit ejus materia? Quarta: quomodo Confessarius loqui debeat de auditis in confessione? Quinta: Utrùm in aliquo casu possit uti notitiâ confessionis? Sexta: De pœnis impositis transgressoribus Sigilli.

SECTIO PRIMA.

An detur, & quale sit Sigilli præceptum?

425 *Ex quò jure obliget præceptum Sigilli?*
426 *An obliget in omni casu?*
427 *Explicatur Concilium Carthaginense, & Moguntinum.*
428 *An præcepto sigilli proveniat stricta obligatio ex motivo justitiæ?*
429 *An ex jure positivo divino?*
430 *An ex jure naturali divino?*
431 *Quot malitias contineat peccatum revelationis Sigilli?*
432 *An in revelatione Sigilli detur parvitas materiæ?*

425 

Mnes Doctores asserunt dari Sigilli præceptum, & hoc obligare primò ex jure humano Ecclesiastico, *Cap. Sacerdos de pœnitentia dist. 6. & C. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus.* Secundò ex jure naturali, & virtute justitiæ, qua quidem tenemur secretum servare, & famæ proximi consulere. Tertiò ex jure naturali divino ob reverentiã ex virtute religionis debitam Sacramento, quod Christus Dominus instituit. Ita videri potest apud *Suar. disp. 33. sect. 1. Vasquez q. 93. ar. 4. dub. 1. num. 9. & 10. Coninck disp. 9. num. 4. Reginald. l. 3. num. 3. Henriquez l. 6. cap. 19. num. 3. Filliuc. tr. 7. cap. 11. quæsito 1. Bonac. disp. 5. de Sacram. pœnit. q. 6. sect. 5. puncto 1. num. 1. 2. & 3.* quibus accedunt *Onuphrius de sigillo sect. 1. q. 3. concl. unica. Hurtad. disp. 12. diffic. 1. Nugnus in 3. p. q. 11. art. 1. Valentia t. 4. disp. 7. q. 13. puncto 1. Bauny t. 1. in pœnitentia de sigillo confess. q. 1. Sayrus de pœnit. cap. 6. num. 11. Lugo disp. 23. num. 1. Arolsesius tr. 7. cap. 23. num. 35. Menochius de arbitrar. l. 2. centur. 5. casu*

Cap. Sacer CapOmnis P. Suar. P. Vasq. P. Coninc P. Regin. P. Henriq P. Filliuc Bonac. Onuphr. P. Hurtad P. Valent. Bauny Sayrus Molfes. Menoch.

casu 114. Et alii communiter.

426 *Prima difficultas est*: Utrùm præceptum Sigilli obliget in omni casu, ita ut in nullo liceat etiam pro salute totius Reipublicæ violari? Respondetur affirmativè Ita communis sentẽtia Doctorũ apud *Suar. d.* 32. *sect.* 1. *n.* 2. constat ex traditione Ecclesiæ, & testimoniis Sanctorũ Patrum apud ipsum *Suar.*

P. Suar.

427 Neque obstat primò *Concilium Carthaginense* relatũ in *Cap. Placuit* 9. *q.* 2. ubi supponitur Episcopum posse aliquando revelare, quod audivit in confessione, &c. quia ibi non est sermo de confessione Sacramentali, sed solùm externa forensi, ac judiciali. Non obstat secundò *Concilium Mogantinum cap.* 10. & 21. ubi refertur usus, quo olim aliqua peccata in confessione audita tacebantur; alia verò in medium proferebantur, &c. ibi enim etiam sermo est de confessione externa facta de consensu ipsius pœnitentis.

Cap. Plac. Conc. mog.

428 *Secunda difficultas*: Unde præcepto Sigilli proveniat tam stricta obligatio? Nam in primis certum est illi non provenire ex motivo *justitiæ*; virtus enim justitiæ non tam stricte obligat ad Secretum, maxime quando concurrit bonum commune, & totius Reipublicæ salus, quæ juxta regulas Charitatis præferenda est secreto naturali. Non item provenit ex jure Ecclesiastico, nam ante textum in *Cap. Sacerdos*, & ante textum in *Cap. Omnis utriusque* dabatur illa strictissima Sigilli obligatio.

Cap Sacer CapOmnis

429 *Punctum difficultatis* in eo est: An proveniat ex jure naturali divino, hoc est, ex virtute Religionis obligante ad Sigillum ob reverentiam, & bonum Sacramenti, quod Christus Dominus instituit? An potius ex jure positivo divino, hoc est, ex aliquo speciali præcepto Christi Domini superaddito institutioni hujus Sacramenti?

Hoc posterius opinantur *Layman tr.* 6. *cap.* 14. *num.* 2. *Valentia q.* 8. *p.* 1. *Coninck disp.* 6. *num.* 34. *Turrian. disp.* 33. *dub.* 1. *Vasq. q.* 93. *ar.* 4. *dub.* 1. & *Reginald. l.* 3. *cap.* 1. Adde *Henriquez libro* 6. *cap.* 9. Fundamentum est, quia virtus eligionis in præsenti casu non videtur naturâ suâ se extendere ad materiam, ad quam se non extendit virtus justitiæ; nec naturâ suâ obligare contra bonum commune in casu, & materia, in qua cedit virtus justitiæ: nõ ergo provenit strictissima Sigilli obligatio ex natura religionis, sed ex præcepto Christi Domini speciali superaddito.

P. Laymã P. Valent. P. Coninc P. Turriã. P. Vasq. P. Regin. P. Henriq

430 Nihilominus probabilius videtur solùm provenire ex jure naturali divino, hoc est, ex virtute religionis obligante ad Sigillum ob reverentiam, & bonum Sacramenti, quod Christus Dominus instituit. Ita *Suar. d.* 33. *sect.* 1. *Filliuc. tr.* 7. *cap.* 11. *D. Thomas in* 4. *dist.* 21. *q.* 3. *a.* 1. *quæstiuncula* 1. *Paludanus*, & *Capreolus in* 4. *dist.* 21. *q.* 2. *a.* 3. *Sotus dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 5. & alii communiter, quos sequuntur *Hurtado disp.* 12. *diffic.* 1. *Lugo disp.* 23. *num.* 8. *Tannerus t.* 4. *disp.* 6. *de pœnit. q.* 9. *dub.* 6. *num.* 121. & *Maratius t.* 3. *tr. de pœnit. disp.* 32. *sect.* 2. *num.* 8. Quod sic declaro; quia bonum, quod Sacramento accrescit ex strictissima Sigilli obligatione in omni casu, re vera magnum est, reddit enim tutum accessum ad ipsum sacramentum, ita ut possint homines illi fidere, & Sacerdoti detegere conscientiæ arcana, ac cordis penetralia in omni casu: quod bonum certè præponderat licentiæ revelandi Sigillum in aliquo casu. Itaque minùs bonum est posse revelari Sigillum in aliquo casu, quàm posse homines in omni fidere huic Sacramento.

P. Suar. P. Filliuc. D. Thom. Palud. Capreol. Sotus P. Henriq P. Lugo P. Tãner. P. Marat.

Explicari potest hæc doctrina exemplo fornicationis, & pollutionis, quæ in nullo casu licent, quamvis minetur mors, & immineat Reipublicæ ruina; præponderat enim (ut aiunt Doctores, bonum prolis, & generationis, cui minùs attenderetur, si in aliquo casu fornicatio, & pollutio licerent: & maius est illud bonum, quod proli, & generationi accrescit ex eo quòd in nullo casu liceat aliquid contra castitatem, quàm esset bonum licentiæ contra castitatem in aliquo casu. Sicut ergo in nullo casu licent hujusmodi obscæna, quia maius est bonum, quod proli, & generationi accrescit ex eo quòd illa in nullo liceant, quàm esset bonum eorum licentiæ in aliquo casu. Ita Violatio Sigilli in nullo casu licet, quia maius est bonum, quod Sacramento accrescit ex eo quòd illa in nullo casu liceat, quàm esset bonum ejus licentiæ in aliquo casu.

431 Ex dictis colliges revelationem Sigilli semper esse contra virtutem religionis. An autem etiam semper sit contra virtutem justitiæ? Negant *Vasq.* & *Hurt.* locis citatis, qui dicunt non esse cõtra virtutẽ justitiæ in casibus, in quibus illa non obligat ad secretũ naturale, & cedit bono communi. *Melius* tamen dicendum cum

P. Vasq. P. Hurt.

P. Suar. P. Lugo. *Suar. num.* 14. & *Lugo num.* 16. semper esse contra virtutem justitiæ, quia hæc obligat ad servandum secretum, quandiu ejus revelatio non est necessaria: at Sigilli revelatio nunquam necessaria est.

432 Notandum tamen est posse aliquam revelationẽ Sigilli solùm esse peccatum veniale contra justitiam ob parvitatem materiæ, quia scilicet solùm revelatur peccatum veniale parvi momenti; semper tamen esse peccatum mortale, & gravissimum sacrilegium contra virtutem religionis ob bonum Sacramenti, à quo averterentur homines, & nollent ei subjicere venialia. Ita *Suar. cit. sect.* 3. *num.* 1. *Lugo num.* 69. *Layman. num.* 2. *Barbosa in collectaneis C. Omnis Utriusque num.* 20. *Henriquez l.* 6. *cap.* 19. *num.* 3. *Sotus in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 5. *Navar. in Cap. Sacerdos, de pœnit. dist.* 6. *num.* 33. *Reginald. l.* 3. *num.* 4. & 24. *Vasq. q.* 93. *ar.* 4. *dub.* 1. *num.* 14. & *dub.* 12. *ad finem, Nugnus in* 3. *p. q.* 11. *ar.* 1. *diffic. post. conclusionem versu Ad* 8. *argumentum, Bonacina q.* 6. *sect.* 5. *puncto* 1. *num.* 5. & *Filliuc. tr.* 7. *cap.* 11. *q.* 1. *num.* 316.

P. Suar. P. Lugo P. Laymã Barbosa. P. Henriq Sotus. Navar. P. Regin. P. Vasq. Nugnus. Bonac P. Filliuc

SECTIO II.

Quas personas obliget Sigilli præceptum?

433 *An Sigilli præceptum obliget Confessarium.*
An Pœnitentem? Ibidem.
434 *An Obliget interpretem? Proponitur opinio negativa.*
435 *Præponitur affirmativa.*
436 *Refelluntur argumenta contraria.*
437 *An obliget consiliarium, quem Sacerdos consuluit, ut doceret pœnitentem? Refertur opinio contendens non obligare, si Sacerdos hominem consuluit de licentia pœnitentis.*
438 *Sed probabilius est obligare.*
439 *Destruuntur fundamenta partis oppositæ.*
440 *An obliget Prælatum, à quo pœnitens mediante Confessario petit licentiam ad absolutionem casûs reservati?*
441 *Quid, si pœnitens per se ipsum licentiam petat?*
442 *An obliget illum, cui Confessarius peccatum auditum in confessione iniquè revelavit?*
443 *An obliget illum, qui casu audivit peccatum dictum in confessione?*
444 *Quid dicendum de illis, quos pœnitens ex humilitate vult sibi adesse præsentes? & Quid de Confessario in hoc casu?*
445 *An obliget illum, qui se Sacerdotem fingens confessionem audivit?*
446 *Quid de laico, cui pœnitens bona fide in casu necessitatis confessus est? Proponitur opinio asserentium Laicum Sigillo obligari.*
447 *Sed probabilius est non obligari.*
448 *An obliget Sacerdotem, cui pœnitens cõfessus est absque intentione obtinendi absolutionem?*
449 *An ex confessione meretricis oriatur Sigilli obligatio?*
450 *Quid de illius confessione, qui, ut rem Sigillo obsignet, Sacerdotem adit, & facta narratione dicit se ad aliud tempus differre absolutionem?*
451 *An obliget illum, qui chartam invenit, in qua scripta erant peccata in ordine ad confessionem? Refertur sententia affirmativa.*
452 *Præfertur negativa.*
453 *Utrùm ea charta possit in judicio admitti?*

433 Ertum in primis est obligare Confessarium, cùm in illum cadat directè. Certum deinde est non obligare pœnitentem, quidquid in contrarium senserint *Paludanus d.* 21. *q.* 3. *num.* 61. *Adrian q. ult. de confess. dub. ult. Navar. in Cap. Sacerdos, de pœnit. d.* 6. *num.* 115. Et probatur, quia Sigillum est in gratiam, & in favorem pœnitentis: quilibet autem potest cedere gratiâ sibi collatâ. Non nego posse aliquando pœnitentem obligari secreto naturali; quando res, & materia id postulaverint; sed dico non obligari Sigillo ratione Sacramenti. Ita *Suarez d.* 33. *sect.* 4. *num.* 2. *Sotus relect. de secreto, membro* 3. *q.* 4. *concl.* 4. *Richardus d.* 21. *a* 5. *q.* 3. *Layman. tr.* 6. *cap.* 14. *num.* 20. *Bonac. q.* 6. *sect.* 5. *puncto* 3. *Henriq. l.* 6. *cap.* 20. *num.* 1. *Coninck d.* 9. *dub.* 3. *num.* 37. *Vasq. q.* 93. *ar.* 4. *dub.* 1. *num.* 13. *Onufrius de Sigillo sect.* 3. *q. unica dub.* 1. *Zerola de pœnit cap.* 20. *q.* 4. *Molfesius tr.* 7. *cap.* 23. *num.* 20. *Reginaldus l.* 3. *num.* 35. & alii.

Palud. Adrian. Navar. P. Suar. Sotus Richard. P. Laymã Bonac. P. Henriq P. Coninc P. Vasq Onufrius.

434 *Prima difficultas est:* Utrùm obliget

Victoria. Sotus. Caiet. P. Täner.

obliget interpretem? Negant *Victoria* §. 171. *Sotus in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 5. §. *Per hoc respondetur, Caiet. in summa verbo Confessio condit.* 11. *Tannerus t.* 4. *disp.* 6. *q* 9. *dub.* 6. *n.* 134. Probatur *primò*, quia interpres est valde extrinsecus Sacramento, non enim habet Claves, nec illi subjiciuntur peccata, ut Dei locum tenenti. *Secundò*, quia Christus Dominus non præcepit confessionem per interpretem: ergo illum Sigillo non comprehendit.

D. Thom. Scotus. Richard. Medina. Navar. Victoria. Ledesma. P. Suar. Onuphrius. Diana. Villal. Ochag. P. Granad. Valboa. P. Prepos. Bauny. P. Merat. P. Henriq. P. Reginal. Petigian. Trimarch. Mercerus. Moscosus. Celest. P. Hurtad. Bonac. P. Lugo. Molfes. Nugn. Leander.

435 Nihilominus tenenda resolutio affirmativa cum communi Doctorum, *D. Thoma in addit. ad* 3. *p. q.* 11. *art.* 3. *& in* 4. *d.* 21. *q.* 3. *art.* 1. *quæstiuncula* 3. *Scotò d.* 17. *q.* 1. *Richardo dist.* 21. *art.* 4. *q.* 3. *Medina cod. de confes. q.* 50. *Navar. in Cap. Sacerdos num.* 42. *Victoria in summa n.* 172. *Ledesma* 2. *p.* 4. *q.* 11. *ar.* 3. *dub.* 1. *Suar. d.* 33. *sect.* 4. *num.* 4. *Onuphrio opusc. de Sigillo sect.* 3. *q. unica dub.* 21. *Diana* 5. *p. tr.* 11. *resol.* 48. *Villalob. in summa t.* 1. *tr.* 9. *diffic.* 72. *num.* 5. *Ochagavia de Sacram. tr.* 3. *de Sigillo confess. q.* 2. *num.* 1. *Granado in* 3. *p. controversi* 17. *tr.* 11. *disp.* 4. *num.* 1. *Valboa t.* 2. *lect. Salmant. in Cap. Omnis utriusque sexûs, de pænit. & remiss. num.* 62. *Præposito in* 3. *p. q.* 11. *de Sigillo dub.* 8. *num.* 32. *Turriano de pænit. disp.* 33. *dub.* 1. *Bauny t.* 1. *in pænit. de Sigillo q.* 5. *Meratio t.* 3. *tr. de pænit. disp.* 32. *sect.* 2. *num.* 8. *Henriquez l.* 3. *cap.* 19. *num.* 9. *Reginaldo t.* 1. *l.* 3. *num.* 26. *Petigiano in* 4. *tr.* 2. *dist.* 21. *q.* 2. *art.* 5. *Trimarch. de solicit. disp.* 7. *sect.* 4. *num.* 18. *Mercero de Sacram. in* 3. *p. q.* 11. *a.* 3. *Moscoso tr.* 7 *cap.* 15. *num.* 5. *Cælestino tr.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. *Hurtado disp.* 12. *diffic.* 3. *Bonac. q.* 6. *sect.* 5. *punct.* 3. *num.* 5. *Lugo disp.* 23. *num.* 21. *Molfesio tr.* 7. *cap.* 23. *Nugno in* 3. *p. q.* 11. *ar.* 3. § *Dubitatur tamen, Leand. disp.* 10. *q.* 51. & alii.

Probatur, quia interpres non solùm se habet ex parte pœnitentis, qui per illũ loquitur, sed etiam ex parte Sacerdotis, qui per illum audit, idque in ipso actu confessionis: sicut ergo ad personam Sacerdotis spectat, & quodammodo facit unam, eandemque cum illo, ita ejus Sigillo comprehenditur.

436 Neque obstat *primò*, quòd non habeat Claves, & sit valde extrinsecus Sacramento, nam ex dictis constat esse quãdam veluti partem Sacerdotis, & quasi aurem illius: unde sicut hæc, si esset capax Sigilli, illo teneretur, ita & interpres. Non obstat *secundò*, Christum Dominum non præcepisse confessionem per interpretem; nam etiam non præcepit confessionem venialium, & tamen hæc cadit sub Sigillum.

Medina. P. Vasq. Onuphrius. Megala. Nugnus. P. Merat. Valboa. Kellison. Diana. P. Coninc. P. Hurt. P. Henriq.

437 *Secunda difficultas*: An obliget consiliarium, quem Sacerdos consuluit, ut sciret quid eum docere oporteret pœnitentem in tali casu? Partem negativam absolutè defendit *Medina codice de confessione, quæstione de his, qui confessionem celare tenentur.* Et cum limitatione, si nimirum Sacerdos hominem consuluit de licentia pœnitentis, tuentur *Vasquez q.* 93. *ar.* 4. *dub.* 2. *num.* 10. *Onuphrius opusc. de Sigillo sect.* 3. *q. unica, d.* 6. *folio* 226. *Megala in* 1. *p. l.* 1. *cap.* 16. *num.* 6. *Nugnus in addit. ad* 3. *p. q. unica art.* 1. *Meratius t.* 3. *tr. de pænit. disp.* 32. *sect.* 3. *num.* 3. *Valboa t.* 2. *lect. Salmant. in Cap. Omnis utriusque sexûs, de pænit. & remis. num.* 67. *Kellisonius t.* 2. *in* 3. *p. q.* 11. *art.* 3. *Diana* 2. *p. tr. miscellaneo* 1. *resol.* 14. *Coninck disp.* 9. *num.* 40. *Hurtado d.* 12. *diff.* 3. *& Henriquez l.* 6. *c.* 20. Probatur, quia consiliarius accepit notitiam extra confessionem: ergo non tenetur Sigillo.

Navarr. Adrian. Ledesma. Palud. Vigner. P. Suarez. P. Lugo. Bonac. Lezar. Graffis. P. Filliuc. Sylvius. Fernãdez. Pitigian. Diana. Ochagav. P. Turriã. P. Fagũd. P. Tolet. Moscosus. P. Precpos. Calestin. P. Sa. Bauny. Leander.

438 Nihilominus probabilius est teneri. Ita *Navar. in summa cap.* 8. *num.* 4. *& in Cap. Sacerdos num.* 42. *Sotus lect.* 11. *de confes. Adrian. q. ult. de confessore, dub. ult. Ledesma q.* 10. *art.* 3. *dub.* 1. *Paludanus d.* 21. *q.* 3. *num.* 61. *Viguerius in summa cap.* 16. §. 4. *versu* 10. *Suar. disp.* 33. *sect.* 4. *n.* 6. Accedant *Lugo d.* 23. *num.* 25. *Bonac. q.* 6. *sect.* 5. *puncto* 3. *num.* 4. *Lezarius de monitoriis sect.* 2. *q.* 17. *num.* 18. *&* 24. *Graffis* 1. *p. lib.* 1. *cap.* 23. *numero* 45. *Filliuc. t.* 1. *tr.* 7. *cap.* 11. *q.* 4. *num.* 523. *Sylvius in addit. ad* 3. *p. q.* 11. *art.* 3. §. 3. *Fernandez in exam. Theol. moral. p.* 3. *c.* 6. §. 9. *num.* 26. *Pitigianus t.* 2. *in* 4. *sent. dist.* 21. *q.* 2. *ar.* 5. *Diana* 5. *p. tr.* 11. *resol.* 11. *Ochagavia de Sacram. tr.* 3. *de Sigillo confes. q.* 5. *num.* 5. *Turrianus de pænit. disp.* 13. *dub.* 1. *Fagundez pr.* 2. *l.* 6. *c.* 5. *num.* 20. *Toletus l.* 3. *c.* 16. *num.* 15. *Moscosus in summa tr.* 7. *c.* 15. *num.* 7. *Præpositus in* 3. *p. q.* 11. *dub.* 4. *num.* 37. *Cælestinus in comp. Theol. moral. tr.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. *Sa, verbo Confessor num.* 30. *Bauny in pænit. q.* 5. *de Sigillo confessionis, & Leand. disp.* 10. *q.* 49. Probatur, quia tota notitia, quam Confessarius habet, est sub Sigillo, & pœnitens non vult eam nisi sigillatam communicari. Et confirmatur, quia pœnitens potest concedere, vel negare usum talis notitiæ: ergo à fortiori poterit eam ilim-

limitare, ita ut non communicetur, nisi Sigillo obsignata: ergo, &c.

439 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur consiliarium accipere quidem notitiam extra confessionem, sed dependenter ab illa; idcirco enim pœnitens illum non consuluit per se, sed per suum Confessarium, dependenter scilicet à confessione: habet igitur pœnitens se in hoc casu cum illa cautela, quia qui vult frequenter consulere Confessarium de aliqua materia, priùs ei confitetur, deinde licentiam facit, ut, salvo Sigillo, cum eo solo de ea re loquatur extra confessionem: unde, sicut tunc Confessarius obligatur ad Sigillum, ita & consiliarius in nostro casu.

440 *Tertia difficultas*: An obliget Prælatum, à quo petitur licentia ad absolvendum à casu reservato? Et quidem, si pœnitens eam petat mediante Confessario, dicendum est Sigillo obligari. Hæc est contra *Vasquez q. 93. art. 4. dub. 2. num. 13. Hurtad. disp. 12. diff. 3. Tanner t. 4. d. 6. q. 9. dub. 6. num.* 134. Traditur tamen à *Coninck disp. 9. q. 3. num. 39. Bonacina q. 6. sect. 5. puncto 3. num. 3. Navar. in Cap. Sacerdos de pœnit. dist. 6. num. 105. Reginaldo l. 3. num. 25. Fausto de pœnit. l. 7. q. 32. Præposito in 3. p q. 11. de Sigillo dub. 2. num. 23. Granado in 3. p. controversia 7. tr. 11. disp. 4. num. 1. Villalob. in summa t. 1. tr. 9. diffic. 27. num. 7. Pitigiano t. 2. in 4. dist. 21. q. 2. a. 3. Henriquez l. 6. cap. 20. num. 1. Maldero tr. de Sigillo c. 13. Megala in 1. p. l. 1. c. 16. num. 4. Diana 5. p. tr. 11. resol. 12. Onuphrio citato opusc. de Sigillo sect. 3. q. unica dub. 5. & Fagund. pr. 2. l. 6. c. 6. n. 2.* quibus accedunt *Suar. citat. sect. 3. Lugo num. 34. Leand. disp. 10. q. 50.* Probatur; quia notitia, quæ Prælato communicatur, est dependens à confessione, quæ inchoata fuit ipsi Confessario: ergo, &c.

P. Vasq. P. Hurtad P. Tãner. P. Coninc Bonac. Navar. P. Regin. Faustus P. Præpos. P. Granad Villalob. Pitigian. P. Henriq Malder. Megala. Diana. Onuphr. P. Fagund P. Suar. P. Lugo Leander

441 Sin autem pœnitens non per Confessarium, sed per se ipsum licentiam petat, tunc existimat *Coninck proximè num.* 44. Prælatum Sigillo non obligari; quia in hoc casu notitia, quæ Superiori communicatur, non est dependens à confessione. *Probabilius* tamen dicendum existimo cum *Lugo citato num. 35. Granado, Maldero, & Præposito locis citatis*, adhuc Prælatum Sigillo obligari, quia jam illa licentiæ petitio est quædam confessionis inchoatio, utpote divulgatio quædam peccati per se necessaria ad finem Sacramenti.

P. Coninc. P. Lugo P. Granad Malder. P. Prepos.

442 *Quarta difficultas*: An obliget illum, cui Confessarius peccatum auditum in confessione iniquè revelavit? Negat *Medina codice de confess. q. de his, qui confessionem celare tenentur, & Onuphrius de Sigillo sect. 3. q. unica dub.* 6. Respondendum tamen affirmativè cum *Scoto dist. 17. q. 1. Richardo art. 5. q. 1. Sylvestro verbo Confessor 3. q. 1. Nav. tr. d. cap. Sacerdos num. 43. Maldero tr. de Sigil. c. 13. Fagund. pr. 2. l. 6. c. 6. num. 26. Toleto l. 3. cap. 6. num. 13. Pitigiano in 4. sent. d. 21. q. 2. art. 5. Ochagavia tr. 3. de Sigillo q. 2. num. 2. Diana 5. p. tr. 11. resol. 7. Marchantio in resol. Pastor. de Sacr. pœnit. tr. 5. c. 5. q. 3. Meratio to. 3. tr. de pœnit. d. 32. sect. 2. num. 2. Turriano de pænit. disput. 33. dub. 1. Valboa t. 2. lect. Salmant. in Cap. Omnis utriusque sexûs num.* 67. Quibus accedunt *Hurtado d. 12. diffic. 3. Bonacina citat. num. 4. Laymân cap. 15. num. 18. Suar. disp. 33. sect. 5. num.* 8. Probatur, quia tota illa notitia non aliunde est habita, nisi ex confessione: quæ autem ita se habet, it Sigillo obsignata; ergo, &c.

Medina Onuphrius Scotus Richard. Sylvester Navar. Malder. P. Fagund P. Toletus Pitigian Ochagav. Diana March. P. Merat. P. Turriã. Valboa P. Hurt. Bonac. P. Laymã P. Suarez

443 *Quinta difficultas*: An obliget illum, qui casu audivit peccatum dictum in confessione, quia erat prope pœnitentem? Negant *Tannerus t. 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. num. 134. Sotus in 4. dist. 18. q. 14. art. 5. & Molfes. tr. 7. cap. 23. num.* 28. Respondendum tamen affirmativè, quia similiter tota hujusmodi notitia est habita ex confessione, ac proinde cadit sub Sigillum. Ita *Scotus dist. 21. q. 2. Navar. in Cap. Sacerdos num. 43. Suar. cit. num. 7. Bonac. cit. num. 6. Laymân num. 17. Vasquez q. 93. art. 4. dub. 2. num. 3. Nugnus in 3. p. q. 11. art. 3. §. Dubitatur tamen, Graffis 1. p. l. 1. cap. 23. num. 45. Hurtado disp. 12. diffic. 3. Onuphrius de Sigillo s. 3. q. unica dub. 3. Pitigian. in 4. d. 21. q. 2. a. 5. Faber in 4. dist. 19. q. unica d. 34. c. 2. num. 19. Valboa loco citato num. 63. Megala 1. p. l. 1. cap. 16. num. 5. Meratius t. 3. disp. 32. sect. 2. num. 1. Mercerus in 3. p. q. 11. art. 3. Malder. de Sigillo c. 14. Granado contr. 7. tr. 11. disp. 4. num. 1. Præpositus in 3. p. q. 11. de Sigillo dub. 4. num. 33. Reginald. t. 1. l. 3. cap. 3. num. 26. Moscosus tr. 7. cap. 15. num. 5. Fagund. pr. 2. l. 6. cap. 6. num. 25. Cælestinus tr. 1. cap. 17. num. 3. Diana 5. p. tr. 11. resol. 16. Joannes Henriquez in comp. cas. mor. c. 46. num. 11. Leander disp. 10. q. 52.* qui ex eodem principio addunt, si quis in casu necessitatis, quia aliter non potest, confiteatur audi-

P. Tãner. Sotus Molfes. Scotus Navar. P. Suar. Bonac. P. Laym. P. Vasq. Nugnus Graffis P. Hurt. Onuphr. Pitigian. Faber Valboa Megala P. Merat. Mercerus Malder. P. Granad P. Præpos. P. Regin. Moscosus P. Fagund Cælest. Diana Joã. Henriq Leander.

audientibus aliis, omnes illos Sigillo obligari.

444 Secùs dicendum in casu, quo quis non ex necessitate, sed ex humilitate ad maiorem sui confusionem vult aliquos sibi præsentes adesse; nam tunc illi non obligantur Sigillo. Et ratio est, quia tunc hujusmodi notitia non haberetur ex confessione, sed ex manifestatione; nam ea confessio tunc sortitur duos respectus, & formalitates, alteram confessionis, quatenus dirigitur Sacerdoti, alteram manifestationis, quatenus dirigitur audientibus: auditores igitur accipiunt notitiam ex confessione, non prout confessio, sed prout manifestatio est; unde non obligantur Sigillo, imò neque ipse Confessarius, nō quatenus Cōfessarius, sed quatenus etiam ipse manifestationem audivit. Ita *Coninck loco cit. n. 46. & Lugo num. 39.* quibus consentit *Cand de confess. disquisit. 24. art. 14.* Quidquid in contrarium afferat *Nugnus in 3. p. q. 15. art. 1. & Bauny in pœnitentia de Sigillo q. 5.*

P. Coninc. P. Lugo. Candid. Nugnus Bauny

445 *Sexta difficultas*: An obliget illum, qui se Sacerdotem finxit, & confessionem audivit? Negant *Onuphrius de Sigillo sect. 3. q. unica, & Toletus l. 3. cap. 6. num. 13.* quia hæc confessio non fuit Sacramentalis, & Sigillum solùm oritur ex confessione Sacramentali. *Affirmandum* tamen cum *Gabriele d. 21. q. 1. art. 3. Paludano dist. 21. q. 3. Adriano q. ult. de confess. Layman cit. num. 17. Suar. d. 33. sect. 2. num. 3. Graffis cit. num. 45. Bonac. cit. num. 6. Coninck, Reginaldo, Vasq. & Filliuc locis citatis*, quibus adde *Nugnum t. 2. in 3. p. q. 11. art. 3. diff. unica, Bauny in pœnit. q. 15. de Sigillo, Ochagaviam tr. de Sigillo q. 2. num. 4. Lugo cit. num. 40. Valb. cit. num. 64. Dianam tr. 11. resol. 15. & Maratium t. 3. tr. de pœnit. d. 32. sect. 2.* Probatur, quia hæc confessio fuit Sacramentalis saltem ex intentione pœnitentis, qui bona fide confessus est.

Onuphrius P. Toletus

Gabriel Palud. Adrian. P. Laymā P. Suarez Graffis Bonac. P. Coninc P. Regin. P. Vasq. P. Filliuc Nugnus Bauny Ochagav. P. Lugo Valbua Diana. P. Marat

446 An autem obliget Laicum, cui pœnitens bona fide in casu necessitatis confessus est, putans se facere confessionem Sacramentalem? Affirmant *Navarr. in summa cap. 8. num. 7. Adrian. q. ultima de confess. Hurt. disp. 12. diffic. 13. Prepos. in 3. p. q. 11. de Sigillo dub. 2. n. 22. Diana 5. p. tr. 11. resol. 13.* Probatur, quia eadem videtur ratio de Laico putato cum jurisdictione & potestate ad absolvendum, ac putato Sacerdote; ex secundo autem casu oritur obligatio Sigilli: ergo, & ex primo.

Navar. Adrian. P. Hurt. P. Prepos. Diana

447 Dicendum tamen cum communi Theologorum apud *Suarez d. 33. sect. 2. num. 2. Vasquez q. 93. art. 4. dub. 2. num. 7. Layman cit. num. 19. Tanner. citato q. 9. num. 139. Lugo num. 41. Coninck disp. 9. num. 6. Graffis 1. p. l. 1. cap. 23. num. 41. Bonacin. q. 6. sect. 5. puncto 2. numero 2. Nugn. in 3. p. q. 11. art. 1. diffic. 1. Reginald. l. 3. num. 5. Molfes. tr. 7. cap. 23. num. 19. & Filliuc tr. 7. cap. 11. q. 2. num. 319.* dari diversam rationem; quia, quando Laicus putatur Sacerdos, pœnitens intendit veram confessionem, quam Christus Dominus instituit, faciendam scilicet vero Sacerdoti, ex qua oritur obligatio Sigilli: quando autem non putatur Sacerdos, pœnitens non intendit confessionem, quam Christus Dominus instituit, sed aliam, ex qua non oritur obligatio Sigilli.

P. Suar. P. Vasq. P. Laym. P. Tanner. P. Lugo. P. Coninc Graffis Bonac. Nugnus P. Regin. Molfes. P. Filliuc

448 Ex hac doctrina sequitur non oriri obligationem Sigilli, quando pœnitens Sacerdoti quidem confessus est, sed absque intentione obtinendi absolutionē; nam tunc non intendit confessionem, quā Christus Dominus instituit. Secùs dicendum, si habeat intentionem obtinendi absolutionem, licet Sacerdos non habeat animum absolvendi; nam tunc pœnitens (ut dixi) intendit veram confessionem, ex qua oritur obligatio Sigilli. Ita *Suar. sect. 2. num. 5.*

P. Suar.

449 Maius dubium est: An oriatur obligatio Sigilli ex confessione meretricis, aut alterius similis, qui venit ad Sacramentum sine dispositione? Respōdetur affirmativè; quia hujusmodi peccatores veniunt ad Sacerdotem, ut ad judicem, à quo dirigi intendunt in ordine ad veram absolutionem; & cui faciunt confessionem veluti inchoatam, ut optimè cum *Soto dist. 18. q. 4. a. 5. & Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 1. notat Suarez d. 33. sect. 2. num. 9. Bauny in pœnit. q. 14. de Sigillo, Nugnus t. 2. in 3. p. q. 11. diff. 1. Candid. disquisit. 24. art. 48. dub. 7.* Adde quòd hic est sensus Fidelium, & praxis Ecclesiæ, & desumitur ex *Cap. Quod quidam, de pœnitentiis & remissionibus.*

Sotus Caiet. P. Suar. Bauny Nugnus Candidus Cap. Quod quidam

450 Non ita existimo de eo, qui prætextu confessionis, ut rem Sigillo obsignet, Sacerdotem adit; & facta narratione non curat de absolutione; sed dicit, illam se ad aliud tempus differre: nam re ipsa hic non habuit animum obtinendi absolutionem; sed illum finxit in fraudem;

de n, ut historiam privilegio Sigilli tutaretur. Ita *Caietan. & Sotus locis citatis, Navar. cap. 18. num. 55. Simancas de institut. cathol. titulo 42. num. 13.* quibus accedunt *Lugo cit. num. 46. Malderus tr. de Sigillo cap. 15. Reginald. t. 1. l. 3. cap. 5. num. 66. Ochagavia tr. 3. de Sigillo q. 2. num. 7. Mercerus in 3. p. q. 11. art. 2.* & alii.

Caiet. Sotus Navar. Simanc. Malder. P. Regin. Ochagav. Mercerus

451 *Septima difficultas:* An obliget illum, qui chartam invenit, in qua scripta erant peccata in ordine ad confessionem? Affirmant *Rodriguez t. 2. summa c. 55. num. 4. Malder tr. de Sigillo confess. cap. 13. Fagund. pr. 2. l. 6. c. 5. num. 6. Delrius de Magia l. 6. c. 1. sect. 2. Homobon de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. c. 11. q. 112. Zanard. in direct. confes. p. 1. de Sacram. pœnit. c. 29. dub. 3. Funes in speculo morali p. 2. cap. 8. num. 8. Graffis p. 1. l. 1. c. 23. num. 41. Faustus de pœnit. l. 7. q. 29. Fornarius in instr. confessar. l. 1. tr. 1. c. 3. num. 13. Marchinus de peste p. 3. cap. 11. num. 14. Diana 3. p. tr. 4. resol. 112. & 5. p. tr. 11. resol. 27.* Probatur, quia quia hujusmodi charta est quædam confessio inchoata, & veluti Sacramenti internuntia, atque interpres: ergo, &c.

Rodrig. Malder. P. Fagũd. P. Delrius Homob. Zanardus Funes Graffis Faustus Fornar. Marcb. Diana.

452 Nihilominus probabilior videtur resolutio negativa, quam tenent *Suar. d. 33. sect. 4. num. 5. Lugo num. 47. Coninck disp. 9. num. 50. Layman citatus num. 19. Henriquez de pœnit. l. 6. cap. 20. num. 2. Bauny in pœnit. q. 10. de Sigillo, Megala 1. p. l. 1. c. 16. num. 7. Onuphrius de Sigillo sect. 3. q. unica dub. 6. Tannerus t. 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. num. 131. Banhes 2. 2. q. 33. ar. 8. dub. 5. concl. 2. Sotus relectione de secreto q. 4. dub. 3. Toletanus de restit. l. 2. c. 4. num. 450. Granado in 3. p. controver. 7. tr. 11. disp. 4. num. 1. Valboa citatus num. 65. Ochagavia tr. 3. de Sigillo q. 2. num. 2. Marchantius in resol. Pastor. de Sacram. tr. 5. de pœnit. c. 4. q. 4. Maratius t. 3. disp. 32. sect. 2. num. 4. Raynaudus de Monitor. p. 1. c. 3. q. 4. Bonac. q. 6. sect. 5. puncto 3. num. 17. Sayrus de pœnit. c. 26. versu Infertur secundò, Nugnus q. 11. art. 1. versu Ad decimum sextum, Pezantius in additionibus ad 3. p. q. 11. a. 2. disp. 3. & alii.* Probatur, quia hujusmodi charta non est confessio, sed materia præparata ad confessionem; & habet se, ac si esset vox intelligibilis, qua quis præparando se ad confessionem secum repeteret sua peccata: unde, sicut qui hunc audiret, non teneretur Sigillo, ita neque qui chartam legeret.

P. Suar. P. Lugo P. Coninc P. Laymã P. Henriq Bauny Megala Onuphr. P. Tanner Banhes Sotus Toletan. P. Granad Valboa Ochagav. Marchãt. P. Marat. Raynaud. Bonac Sayrus Nugnus. P. Pezant

453 An autem ea charta possit in judicio admitti? Respondetur negativè, sed esse secreto naturali venerandam. Ita *Fagundez pr. 2. l. 6. cap. 4. num. 28. Layman loco citato, Bonac. cit. num. 8. Menoch. cum Baldo, & Gomez l. 1. de præsumptionibus, præsumpt. 89. num. 26. & Delrius l. 6. de Magia cap. 1. sect. 2.*

P. Fagũd. P. Laymã Bonac. Menoch. Baldus Gomez P. Delrius

SECTIO III.

Quæ sit materia Sigilli?

454 *Utrùm omnia peccata, objecta, & circunstantiæ peccatorum sint materia Sigilli?*

Utrùm Sacerdos dicens pœnitentem sibi confessum esse venialia, frangat Sigillum? Ibidem.

455 *Utrùm propositum peccandi, quod quis confessus est animo obtinendi absolutionem licèt illam non obtinuerit, maneat sub Sigillo?*

456 *Quid, si tale propositum non confessus est animo obtinendi absolutionem?*

457 *An defectus naturales, qui occasione peccati declarantur, sint materia Sigilli?*

458 *Quid de defectibus, qui non dicuntur ad manifestandum peccatum?*

459 *Quid de virtutibus, revelationibus, & aliis donis supernaturalibus?*

460 *Quid de aliis, quæ neque sunt vitia, neque virtutes?*

461 *An peccata publica sint materia Sigilli? Proponitur sententia negativa.*

462 *Eligitur affirmativa.*

463 *Utrùm, & quomodo Confessarius loqui possit de peccatis, quæ aliunde noverat, vel postea cognosceret?*

464 *An peccet contra Sigillum Confessarius dicens in tali Communitate, vel oppido committi plura sacrilegia? Proponitur pars negativa.*

465 *Astruitur resolutio affirmativa.*

466 *Utrùm Magister Novitiorum possit in domesticis concionibus reprehendere peccata, quæ solùm novit ex confessione?*

Utrùm Prælatus Monasterii possit dicere Provinciali peti in illo frequenter licentias pro absolutione à reservatis? Ibidem.

467 *An, si Prælatus inveniat Subditum confitentem Sacerdoti extraordinario, qui ab eo proximè petivit suas licentias in hoc foro, teneatur ad Sigillum? Sententia Lugi.*

468 *In-*

468 Iudicium Authoris: & respondetur argumentis contrariæ opinionis.
469 An complex sit materia Sigilli quando ejus declaratio fuit necessaria ad integritatem confessionis?
470 Quid, quando pœnitens absque necessitate manifestavit Complicem?
471 An Confessarius de sola licentia pœnitentis possit corrigere Complicem? Proponitur opinio negativum.
472 Sed probabilius est posse.
473 An, & qualis pœnitentia sit materia Sigilli?

454 
Ertum imprimis est omnia peccata cùm mortalia, tū venialia esse materiam Sigilli, cum hoc discrimine, quòd mortalia neque in genere possunt revelari? venialia verò maximè: v. g. non potest Sacerdos dicere de aliquo quòd confessus sit mortalia, potest tamen de illo dicere quòd confessus sit venialia. Et hujus diversaratio est, quia in primo casu revelatur occultum, in secundo dicitur manifestum; nam pœnitens eo ipso quòd confessus sit, non potuit non dare materiam, & dicere saltem venialia. Certum deinde est etiam objecta, & circunstantias peccatorum esse materiam Sigilli, nam eadem de illis, ac de peccatis est ratio.

455 *Prima difficultas est* de proposito, quod quis in confessione aperuit, & habet patrandi v. g. homicidium, vel prodendi Rempublicam: Et quæritur: Utrùm cadat sub Sigillum? Negant *Alexander 4. p. q. 19. membrô 2. art. 2. Sylvester verbo Confessio 3. q. 5. Angelus verbo Confessio ultimo num. 7. & Adrianus in 4. q. ult. de confess.* Sed distinguendum est; nam aut pœnitens tale propositum confessus est animo obtinendi absolutionem, licèt de facto eam non obtinuerit defectu dispositionis, & tunc cadit sub Sigillum, Ita *Hurt. disp. 12. diffic. 4. Vasq. q. 93. art. 4. dubio 2. Henriquez l. 6. cap. 19. Sotus relectione de secreto, membro 3. q. 4. conclus. 2. Reginaldus l. 3. num. 66. Onuphrius de Sigillo sect. 4. quæst. 6. conclus. unica, Navar. c. 18. num. 4. Coninck disp. 9. dub 1. Richardus in 4. dist. 21. a. 4. q. 2. art. 2. Durandus q. 4. Bonac. q. 6. sect. 5. puncto 2. num. 7.* Quibus accedunt *Lugo d. 23. n. 53. Suar. disp. 33. sect. 3. num. 1. Layman. tr. 6. cap. 14. num. 4. Barbosa in collectaneis Cap. Omnis utriusque. num. 26. Fagundez præc. 2. l. 6. c. 4. num. 26. Ochagavia tr. de Sigillo q. 3. num. 1. & Diana 5. p. tr. 11. resol. 25.* Et ratio est manifesta; quia tota notitia, quæ de hoc proposito habetur, est dependens à vera confessione, quam pœnitens intendit.

Alexand. Sylvester Angelus Adrian. P. Hurtad. P. Vasq. P. Henriq. Sotus P. Reginal. Onuphr. Navar. P. Coninck Richardus Durand. Bonac. P. Lugo. P. Suarez P. Layman Barbosa. P. Fagund. Ochag. Diana

456 Aut non est tale propositum confessus cum intentione obtinendi absolutionem, sed vel trahendi Confessarium in idem peccatum, vel petendi consilium ab illo: & tunc non est materia Sigilli, quia hujusmodi notitia non est dependens à vera confessione. De quodam Cardinali scribit *Sotus* fuisse à Summo Pontifice mulctatum, quòd non manifestaverit conjurationē in ipsum Summum Pontificem, quam alter ipsi in confessione aperuerat, non animo obtinendi absolutionem, sed illum trahendi in eandem conjurationem. *Sotus*

457 *Secunda difficultas*: An etiam defectus naturales, qui occasione peccati ad illud manifestandum declarantur, sint materia Sigilli? v. g. Accusat se quis, cùm sit obscuro loco natus, claritatem generis jactasse; vel, cùm sit illegitimus, ad Ordines accessisse, &c. Et quæritur: An hujusmodi defectus cadant sub Sigillum? Negat *Vasquez q. 93. art. 4. dub. 3. num. 3.* quando nimirum horum defectuum revelatio nullo modo est indicium peccati commissi. *P. Vasq.*

Tenenda tamen resolutio affirmativa; quia horum notitia habetur dependenter à confessione, & ejus revelatio eam redderet odiosam. Ita *Suar. cit. sect. 2. num. 5 Coninck disp. 9. num. 13. Reginaldus l. 3. num. 38. Zerola in praxi cap. 20. quæsito 10. Onuphrius de Sigillo sect. 4. q. 7. concl. unica, Filliuc. tr. 7. c. 11. quæsito 3. num. 321. Lugo disp. 23. num. 55. Granado in 3. p. controv. 7. tr. 11. disp. 3. num. 2. Diana p. 5. tr. 11. resol. 29. Bauny in pœnit. q. 2. de Sigillo, Bonacina citatus num. 10.*

P. Suar. P. Coninc. P. Regin. Onuphr. P. Filliuc. P. Lugo P. Granad Diana Bauny Bonac.

458 Maius dubium est de defectibus, qui non dicuntur ad manifestandum peccatum, sed solùm concomitanter se habent ad confessionem; & quæritur: An possit Sacerdos dicere de suo pœnitente, quòd sit scrupulosus, impertinentiis & næniis tempus terat, caputque obtundat? &c. Hæc omnia esse contra Sigillū existimat *Granado loco citato, Bauny in pœnit. q. 5. de Sigillo.* quia reddūt confessionem odiosam, & avertūt pœnitentem à Confessario. *Sed probabilius* est non esse contra Sigillum *P. Granad. Bauny*

Diana. P. Coninck.

gillum. Ita communis Doctorum apud *Dianam 5. p. tr. 11. resol. 5e. & Coninck disp. 9. dub. 1. num. 11.*

Probatur, quia hujusmodi defectus concomitantes non habentur ex confessione ut Sacramentali, sed ut naturali, hoc est, non dicuntur ad manifestandam conscientiam in hoc Sacramento, sed committuntur in illo, ut in qualibet alia narratione naturali: & perinde se habet pœnitens impertinens, ac blesus, rudis, & debilis memoriæ; unde, sicut hi defectus non cadunt sub Sigillum, ita neque & illi. Ita *Layman* cum pluribus *tr. 6. c. 14. num. 4.* (P. Laymã)

459 *Tertia difficultas:* An virtutes, revelationes, extases, & alia id genus dona sint materia Sigilli? Negant absolutè *Navarrus C. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. n. 51. Sa, verbo Confessio num. 32. Henriq. l. 6. c. 21. Bonacina q. 6. sect. 5. puncto 2. num. 11.* quibus accedunt *Ochagavia tr. 3. de Sigillo q. 4. num. 4. Reginaldus. t. 1. l. 3. c. 4.* Probatur; quia hæc, cùm non sint peccata, nullo modo sunt materia confessionis: ergo neque Sigilli. (Navarr. P. Sa. P. Henr. Bonac. Ochagav. P. Regin.)

Sed respondendum est cum distinctione: nam, aut dicuntur ad manifestandum aliquod peccatum vanæ gloriæ, ingratitudinis, &c. Et tunc cadunt sub Sigillum, quia aliquo modo pertinent ad materiam confessionis. Ita *Lugo d. 23. num. 58. Granado contr. 7. tr. 11. d. 3. num. 4. Malderus tr. de Sigillo c. 15. Diana 5. p. tr. 11. resol. 30.* Aut non dicuntur ad manifestandum aliquod peccatum, & tunc non cadunt sub Sigillum, quia nullo modo pertinent ad materiam confessionis; unde solùm manent sub secreto naturali. Et in hoc conveniunt omnes Doctores locis citatis. (P. Lugo. P. Granad. Malder. Diana.)

460 De aliis, quæ neque sunt vitia, neque virtutes, ut esse conjugatum, Gubernatorem civitatis, musicum, Sacerdotem, militem, &c. existimat *Lugo citatus num. 56.* etiamsi dicantur ad aperiendum aliquod peccatum, non esse materiam Sigilli. Certè minùs cohærenter, quia tunc eorum notitia aliquo modo pertinet ad materiam confessionis; & non est major ratio de virtutibus, ac de hisce qualitatibus. Secùs sentiendum, si non dicantur in confessione ad manifestandum aliquod peccatum. Ita cum communi Doctorum *Suar. cit. sect. 3. num. 5. Coninck num. 13. Filliuc. tr. 7. c. 11. quæst. 3. num. 321. Reginaldus l. 3. num. 38. Onuphrius de Sigillo sect. 4. q. 7. Bonac. citatus num. 10. Diana 5. p. tr. 11. resol. 5. Faber in 4. dist. 19. q. unica, disp. 34. c. 2. num. 31. Tannerus tomo 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. num. 136.* (P. Lugo. P. Suar. P. Coninc. P. Filliuc. P. Regin. Onuphr. Bonac. Diana. Faber. P. Tanner.)

461 *Quarta difficultas:* An peccata publica sint materia Sigilli? Partem negativam defendunt *Medina codice de Confess. quæst. 51.* & alii, quatenus dicunt non esse contra Sigillum dicere de homicida publico: *Hodie mihi confessus est suum peccatum multis cum lacrymis, & insignis pænitentiæ signis.* Probatur; quia hoc, supposita publicitate delicti, magis pœnitentem commendat, quàm infamat. (Medina.)

462 Nihilominus tenenda resolutio affirmativa cum *D. Thoma in 4. distinct. 21. quæst. 3. art. 1. quæstiuncula 1. D. Bonavent. 2. p. art. 2. q. 1. Gabriele art. 2. c. 3.* & *art. 3. dub. 1. Navar. in summa cap. 8. num. 11. Caietano in summa verbo Confessor in fine,* & communi Doctorum, quos citant, & sequuntur *Suar. sect. 3. n. 6. Vasquez art. 4. dub. 5. Lugo num. 61. Coninck disp. 9. num. 12. Hurtado disp. 12. difficult. 7. Layman cap. 14. num. 9. & Diana 5. part. tract. 11. resolut. 6.* Probatur, quia hæc notitia habetur dependenter ex confessione Sacramentali, & per accidens est quòd cedat in laudem pœnitentis: nam potiùs bonum Sacramenti attendi debet, quod illi maximum resultat ex eo quòd in nullo casu possit Confessarius loqui de iis, quæ audivit in confessione. (D. Thom. D. Bonav. Gabriel. Navarr. Caiet. P. Suar. P. Vasq. P. Lugo. P. Coninck. P. Hurtad. P. Laymã. Diana.)

463 De peccatis, quæ Confessarius aliunde noverat, vel postea cognoscet, dicendum est posse Confessarium loqui, & uti notitiâ habitâ extra Confessionem, dummodo non addat circunstantiam, vel certitudinem ex confessione acquisitam. Ita cum communi *Suarius num. 7. Hurt. disp. 13. difficult. 8. Layman num. 1. Vivaldus in Candelabro titulo de Sigillo confessionis num. 34. Torreblanca tract. de Magia lib. 4. de crimin. punit. cap. 7. num. 21. Gutterres canonicarum quæstionum l. 1. c. 11. num. 64. Barbosa in collectan. cap. Omnis utriusque num. 26.* (P. Layman. P. Hurt. P. Suar. Vivaldus. Torreblanca. Gutter. Barbosa.)

464 Maius dubium est: An peccet contra Sigillum Confessarius dicens, in tali oppido, Monasterio, vel Communitate committi plura sacrilegia, &c.? Esse gravissimum peccatum, non tamen contra Sigillum, opinantur *Lugo num. 64. Onuphrius de Sigillo sect. 4. q. 4. §. Sequitur ultimo. Sylvius in 3. par. quæst. 11. art. 3. q. 2. folio 6. col. 1. Navar. cap. 8. n. 15. Henr-* (P. Lugo. Onuphrius. Sylvius. Navarr.)

P. Henriq. Henriquez lib. 6. cap. 21. num. 6. Nugnus in 3. part. t. 2. quæst. 12. art. 1. Fagundez præcept. 2. lib. 6. cap. 4. num. 2. & Bauny in Pœnitent. q. 6. de Sigillo. Adde Dianam 2. p. tr. miscell. 1. resol. 13. Probatur, quia in hoc casu non revelantur peccata pœnitentis, sed oppidi, Monasterii, vel Communitatis.

465 Probabiliùs tamen videtur esse contra Sigillum, maximè si oppidum non sit valde amplum, quia tunc etiam aliquo modo revelantur peccata pœnitentis, quatenus ipse est pars oppidi, Monasterii, vel Communitatis. Adde quòd hoc modo alii confirmantur in iniqua suspicione, vel opinione, quam de illo fortè habent, vel habebant. Ita Layman cit. num. 10. Vasquez q. 93. art. 4. dub. 3. n. 3. Suarez disp. 33. sect. 3. num. 8. Coninck disp. 9. dub. 1. num. 16. Filliucius t. 1. tract. 7. cap. 11. q. 3. num. 322. Bonac. de Sacr. disp. 5. q. 6. sect 5. puncto 4. num. 3. Diana 5. par. tract. 11. resolut. 55. Villalob. in Summa t. 1. tract. 9. difficult. 75. num. 5. Hurtado disp. 22. difficult. 4. Faustus de Pœnitentia lib. 7. quæst. 41. Malderus tract. de Sigillo cap. 11. Megala 1. p. l. 1. cap. 16. num. 11. Kellisonius tom. 2. in 3. par. q. 5. art. 1. dub. 5. Reginaldus lib. 3. num. 4. & alii.

466 Unde colliges primò Magistrum Nivitiorum, vel Confessarium Monasterii non posse in domesticis concionibus, quas pro exercitiis spiritualibus edit, reprehendere talia, vel talia peccata, quæ solùm ex confessione novit; quia inde aliquis pœnitenti oritur rubor, & potest quis facilè confirmari in sua iniqua suspicione, ut cum Maldero tract. de Sigillo c. 14. Beja part. 1. casu 15. notat Diana 5. p. tract. 11. resolut. 36. Colliges secundò non posse Prælatum Monasterii dicere suo Provinciali, in eo Monasterio peti frequenter licentias ad absolvendũ à reservatis; quia eadem videtur ratio de hoc, ac de eo, qui dicit in tali Monasterio committi plura sacrilegia, &c. Ita Turr. de Pœnitentia quæst. 11. art. 1. disp. 33. dub. 1. & Diana cit. resolut. 45.

Sed contra totam hanc doctrinam est difficilis textus in Cap. si Sacerdos, de offic. jud. ordinar. ubi dicitur Ordinarium, qui ex confessione agnovit sui Subditi delictum, non posse quidem eum nominatim arguere; posse tamen indeterminatè, sicut dixit Christus: Unus vestrûm me traditurus est. Neque dicas, ibi sermonem esse de confessione externa, & non de sacramentali. Nam textus expressè loquitur de notitia Sacramentali, ibi: Quia non ut judex scit, sed ut Deus. Non etiam dicas, ibi solùm permitti reprehendi pœnitentem in magna Communitate, ubi nullum est periculum iniquæ suspicionis circa hunc determinatum. Nam textus asserit posse Ordinarium pœnitentem arguere, sicut dixit Christus: Unus vestrûm me traditurus est. Christus verò hoc dixit in parva Communitate constante duodecim Apostolis.

Quàm sit difficilis iste textus, satis apparet. Respondeo tamen, in eo solùm permitti indeterminatè arguere pœnitentem pro circumstantiis, in quibus reprehensio non erit ingrata ipsi pœnitenti, nimirum in magna Communitate, &c. Neque obstat, quòd textus dicat posse Sacerdotem arguere, sicut Christus dixit: Unus vestrûm, &c. Christus autem id dixit in parva Communitate. Non inquam. hoc obstat; quia textus solùm vult reprehensionem debere fieri indeterminatè; sicut Christus eam fecit indeterminatè, Itaque comparatio fit inter indeterminationem, & indeterminationem, non inter Communitatem, & Cõmunitatem. Addi potest quòd in auditorio Christi tota Ecclesia repræsentabatur.

467 Quinta difficultas: Utrùm in casu, quo Prælatus inveniat Subditum confitentem Sacerdoti extraordinario, qui ab ipso licentiam proximè petivit ad absolvendum quem iam illius Subditum à reservatis, teneatur ad Sigillum, ita ut nec ipsi subdito possit loqui de tali re, &c? Non teneri ad Sigillum existimat Lug. cit. num. 67. Probatur primò; quia, si alius tertius hunc inveniat sic confitentem, nõ tenetur ad Sigillum: ergò neque Prælatus. Secundò, quia qui Romæ videt Religiosum Pœnitentiariam petere, & ibi confiteri, non tenetur ad Sigillum: ergo.

468 Nihilominus ego existimo in casu proposito teneri Prælatum ad Sigillum, quia non venit in notitiam peccati reservati, nisi præsupposità licentià, quæ ab illo petita est: talis autem notitia, cùm ipsi Prælato à Confessario communicata sit dependenter à confessione, cadit sub Sigillum, ut constat ex dictis num. 440. Neque obstat primò quòd, si alius tertius inveniat sic confitentem, non teneatur ad Sigillum; nam in Prælato est specialis ratio ob notitiam, qua utitur, licentiæ proxime

P. Layman. P. Vasq. P. Suarez. P. Coninck. P. Filliuc. Bonac. Diana. Villal. P. Hurtad. Faustus. Malder. Megala. Kellison. P. Regin. Malderus. Beja. Diana. P. Turrian. Diana. Cap. si Sacerdos. P. Lug.

xime petitæ Non obstat *secundò* quòd viventes, Religiosum confitentem in Pœnitentiaria non teneantur ad Sigillum, nam illū non utuntur aliquâ notitiâ dependente à confessione, nisi illâ desumptâ ex loco, qui cùm sit de se publicus, non cadit sub Sigillum.

469 *Sexta difficultas* : An Complex sit materia Sigilli? Et non est dubium esse, quando ejus declaratio fuit, aut saltem putata est necessaria ad integritatem confessionis; quia tunc illius notitia habetur dependenter à confessione, quæ certè per revelationem Complicis redderetur valde odiosa.

470 Tota dubitatio est, quando pœnitens absque necessitate manifestavit Complicem ex inadvertentia. Tunc non esse materiam Sigilli opinatur *Ioannes à* Cruz *Cruce in directorio de pœnit. q. 6. dub. 2.* quia tunc Complex per accidens se habet ad confessionem, & manifestatus est in illa, sicut manifestari poterat extra illam.

Nilominus adhuc sic esse materiam Sigilli defendunt cum communi *Suarez* P. Suar. *disp. 34. sect. 3. num. 6. Vasq. q. 93. art. 4.* P. Vasq. *dub. 5. Malderus tr. de Sigillo c. 18. fol. mihi 170. Sylvius in 3. p. q. 11. art. 11. concl.* Malder. Sylvius *2. Villalobos t. 1. tr. 9. diffic. 73. num. 1.* Villalob *Pitigian. t. 2. in 4. dist. 21. q. 2. art. 8. concl. 3. Faber in 4. dist. 19. q. unica disput 34.* Pitigian. Faber *cap. 2. num. 31. Diana 3. p. tr. 4. resol. 111.* Diana. *Leand. disp. 10. q. 88.* Leander Et meritò: primò, quia ea, quæ dicuntur ad manifestationem peccati, licèt non sint necessaria, imò nec fortè utilia, cadunt sub Sigillum: Secundò, quia peccatum Complicis ferè semper est manifestativum peccati pœnitentis. Tertiò, quia aliter redditur confessio odiosa.

471 An verò Confessarius de licentia pœnitentis possit corrigere Complicē absque licentia ipsius? Negat cum *Vasquio* P. Vasq. *q. 93. art. 4. dub. 5. num. 5. Kellisonius t. 2 in 3. q. 11. art. 1. dub. 2.* Kellison. & alii, qui existimant Sigillum esse in favorem totius fori Sacramentalis ac proinde illo gaudere non solum pœnitentem, sed etiam Complicem; unde non sufficere solam licentiam pœnitentis, sed requiri etiam licentiam Complicis.

472 Sed contrarium tenui *tr. 3. cum* P. Suar. *Suar. disp. 34. sect. 3. num. 7. cui accedunt* P. Hurt. *Hurtad. disput. 12. difficult. 6. Malde-* Malderus *rus tr. de Sigillo c. 17. Reginaldus l. 3. c. 4.* P. Reginal. *n. 41. Diana 5. p. tr. 11. res. 24. Præpositus* Diana. *in 3. p. q. 11. de Sigillo dif. 6. num. 47.* Prapos. qui omnes dicunt, Sigillū solū esse in favorem pœnitentis, ne scilicet avertatur ab hoc Sacramento: ergo sufficit ejus licentia.

473 *Septima difficultas* : An pœnitentia sit materia Sigilli? Resolvenda est affirmativè cum *Granado in 2. 2. controv.* P. Granad *7. tr. 1. disp. 6. num. 5. Maldero tr. de Sigillo cap. 14.* Malder. *Diana tr. 11. resol. 31.* Diana. quibus accedit *Lugo disp. 23. numero. 89.* P. Lugo. Probatur, quia per notitiam pœnitentiæ aliquo modo declaratur gravitas peccati. Quòd si pœnitentia sit tantùm levis, ut duplex recitatio Orationis Dominicæ, vel Angelicæ, tunc ejus revelatio, ut notant *Henriquez l. 6. cap. 21. num. 1.* P. Henriq. *Navar. in summa cap. 18. num. 51. & cap. 8. num. 11.* Navar. *& Lugo citatus*, P. Lugo non erit contra Sigillum, quia ex ea solùm colligitur confessa fuisse venialia; at verò venialia in genere non sunt materia Sigilli.

SECTIO IV.

Quomodo Confessarius loqui debeat de auditis in confessione?

474 *Quæ, & qualis licentia pœnitentis sufficiat, vel non sufficiat, ut Confessarius loqui cum eo possit extra confessionem de peccatis confessis?*
475 *An Confessarius violet sigillum loquendo cum pœnitente, quin prius licentiam petat?*
476 *Quid, quando pœnitens neget licentiam, & necessarium sit supplere aliquem confessionis defectum? Proponitur sententia affirmantium posse Confessarium cum eo loqui.*
477 *Astruitur resolutio negativa.*
478 *Satisfit fundamento contrariæ opinionis.*
479 *Quid, si in continenti post absolutionem necessarium sit Confessario aliquid superaddere?*
480 *An Confessarius de licentia pœnitentis possit loqui cum alio? Refertur sententia negativa.*
481 *Præfertur affirmativa.*
482 *Refelluntur fundamenta contraria.*
483 *An Confessarius possit alteri Sacerdoti in confessione subjicere peccatum manifestativum peccati pœnitentis? Proponitur sententia affirmativa.*
484 *Proponitur negativa.*
485 *Destruuntur fundamenta contrariorum.*

rum.

486 *Quomodo Confessarius respondere debeat, quando interrogatur sub juramento?*

487 *An Confessarius possit dicere:* Non absolvi Petrum?

488 *An possit dare schedulam pœnitenti, quem non absolvit?*

489 *An ad id teneatur? Refertur opinio negativa.*

490 *Sed probabilius est teneri.*

474  *Rima difficultas:* Utrùm Confessarius possit loqui cum pœnitente extra confessionem de peccatis confessis? Et quidem, si pœnitens licentiam indulgeat, indubitatum est posse Confessarium cum eo loqui. Sed advertendum est cum *Diana 5. p. tr. 11. resol.* 10. non sufficere licentiam præsumptam; est enim hæc materia periculis obnoxia, & valde odiosa. Neque item sufficit licentia metu extorta, aut dolo obtenta; quia hæc non excusat ab irreverentia Sacramenti. Debet ergo licentia esse libera, & expressa aliquo verbo, aut signo: at sufficere videtur, si pœnitens incipiat loqui, ut bene notant *Bonacina q. 6. sect. 5. p. 4. num. 14. Lugo d. 23. num. 131. & Laymã cit. tr. num.* 14.

Diana
Bonac.
P. Lugo
P. Laymã.

475 Tota difficultas est: An Sacerdos violet Sigillum loquendo cum pœnitente, quin priùs licentiam petat? Negant *Granado in 3. p. contr. 11. tr. 11. disp. 8. Vasq. q. 93. art. 4. dub. 10. Medina cod. de confess. quæst. de his, quæ à Confessario celanda sunt, Hurtado disp. 12. diffic. 11.* quatenus dicit non violare Sigillum strictè sumptum, *Puteanus in 3. p. D. Thomæ p. 2. q. ult. dubio ultimo, concl. 3. notab. 2.* Probatur, quia Confessarius in hoc casu nullum manifestat secretum; confessio enim est maximè nota ipsi pœnitenti.

P. Granad.
P. Vasq.
Medina.
P. Hurtad.
Putean.

Nihilominus contrarium tenendum cum *Henriquez l. 8. de Euchar. cap. 59. n. 3. & l. 6. de pœnit. c. 20. num. 7. Navar. in Cap. Inter verba, corollar 59. num. 160. Rodriguez t. 1. summæ cap. 55. concl. 12. num. 15. Ledesma 2. p. 4. q. 10. art. 5. dub. 6. Sanchez l. 3. de matr. disp. 16. num. 3. Victoria in summa num. 185. Soto in 4. dist. 18. q. 4. art. 6.* Quibus accedunt *Philiarcus de officio Sacerd. t. 1. p. 2. l. 2. cap. 26. §. Si Sacerdos, &c. 30. ante §. Quòd si confessor, Palatius in 4. dist. 21. disp. 2. §. Itidem dices, folio 458. Cordub. de sigillo membro 3. q. 4. conclus. 5. dubio 1. Ang. les in floribus 1. p. q. 3. de confessione art. ultimo diffic. 14. folio 304. Suar. d. 33. sect. 5. num. 2. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 6. sect. 5. puncto 4. num. 8. Filliuc. tr. 7. c. 11. q. 2. num. 324. Nugnus in addit. ad 3. p. q. 11. art. 1. §. Dubitatur tamen, pag. 345. Diana 5. p. tr. 11. resolutione 6.* & alii. Probatur, quia ille Confessarius violat Sigillum, qui extra confessionem manifestat, quod solùm ex ea novit: & ita se habet Confessarius in isto casu. Neque obstat quòd pœnitens optimè sciat suam confessionem; nam aliàs unus Confessarius posset loqui de auditis in confessione cum alio, cui sciret pœnitentem etiam confessum fuisse illud peccatum.

P. Henr.
Navarr.
Rodrig.
Ledesma
P. Sãchez
Victoria
Sotus
Philiarc.
Palatius
Cordub.
Angles.
P. Suar.
Bonac.
P. Filliuc.
Nugnus.
Diana.

476 Maius dubium est: Utrùm, si pœnitens neget licentiam, possit nihilominus Confessarius cum eo loqui, saltem quando id necessarium est ad supplendum aliquem confessionis defectum? Affirmant *Suar. cit. num. 3. Laym in num. 15. Nugnus in addit. ad 3. p. q. 11. art. 1. folio 346. Filliuc. t. 1. tr. 7. cap. 11. q. 5. num. 324. Turrianus de pœnit. d. 13. dub. 6. Mercerus in 3. p. q. 11. a. 3. Celestinus tr. 1. c. 17. num. 2. Hurt. dist. 12. diffic. 11. Moratius tr. 3. dist. 32. sect. 3. q. 5.* & alii. Probatur, quia tunc Confessarius non censetur loqui extra confessionem, sed in ipsa confessione inchoata, quam complet, ac perficit.

P. Suar.
P. Layman
Nugnus
P. Filliuc.
P. Turria.
Mercerus
Celestinus
P. Hurt.
P. Morat.

477 Nihilominus tenenda resolutio negativa cum *Bonac. in 1 disp. 5. q. 9. puncto 4. num. 8. Sanchez l. 3. de matr. d. 16. num. 3. Adde Reginaldum t. 1. l. 8. c. 3. sect. 2. num. 30. Sylvium in 3. partem q. 11. ar. 4. folio 63. Megalam in 1. p. l. 1. cap. 16. n. 22. Graffis p. 1. l. 1. c. 24. num. 73. Valent. t. 4. d. 7. q. 13. puncto 3. Fagundez pr. 2. l. 6. cap. 4. num. 33. Dianam 2. p. tr. miscellaneo 1. resol. 12. & 3. p. tr. 4. resol. 87. & 5. p. tr. 11. resol. 18. Onuphrium de Sigillo sect. 4. q. 5. Præpos. in 3. p. q. 11. de Sigillo dub. 5. num. 41. Granadum contr. 7. tr. 11. disp. 5. num. 1. Malderum tr. de Sigillo cap. 21. Sotum de secreto, membr. 3. q. 4. concl. 5. dub. 4.* & alios. Accedit *Lugo d. 23. n.* 140. Probatur, quia aliàs posset Confessarius corrigere pœnitentem extra confessionẽ, nam correctio etiam est illius pars, & complementum.

Bonac.
P. Sanch.
P. Regin.
Sylvius.
Megala
Graffis
P. Valent.
P. Fagund
Diana
Onuphrius
P. Præpos.
P. Granad
Malder.
Sotus
P. Lugo

478 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur imprimis, si subsisteret, etiam probaret posse Confessarium

um loqui cum pœnitente non priùs petitâ licentiâ. Deinde dicendum peracta absolutione sigillari confessionem, & finiri tempus locutionis, quia finitur licentia, & voluntaria pœnitentis subjectio ad Confessarium.

479 Limita, nisi in continenti post absolutionem necessarium sit aliquid superaddere, v. g. monere restitutionem, vel pœnitentiam injungere omissam ex oblivione; tunc enim non est necessaria licentia, neque ejus petitio: nam ea, quæ in continenti fiunt, inesse videntur, *Cap. Præterea, de testibus cogendis.* Et ita docent *Lugo citatus num. 12. Henriquez l. 3. de pœnit. cap. 2. num. 2. Præpositus in 3. p. q. 11. de sigillo dub. 5. num. 41. Tannerus tomo 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. num. 132.* Quamvis *Diana 5. p. tr. 11. resol. 19. cum Fagundez pr. 2. l. 6. cap. 4. num. 33.* contrarium sequatur, sed minùs bene, ut patet ex dictis.

Cap. Præterea. P Lugo. P. Henriq. P. Præpos. P Tanner. Diana. P. Fagũd.

480 *Secunda difficultas:* An Confessarius de licentia pœnitentis possit loqui cum alio? Negant *Alexander 4. p. 19. membro 2. art. 2. §. 1. Scotus d. 21. quæst. 2. Durandus quæst. 4. Maior q. 3. Gabriel art. 3. dub. 4. Angelus verbo Confessio 8. n. 5.* asserentes non sufficere licentiam, sed debere pœnitentem manifestare peccatum extra confessionem. Probatur *primò*, quia pœnitens non potest dispensare in præcepto divino, quale est præceptum Sigilli. *Secundò*, quia Confessarius mentiretur dicens ut homo, quæ nescit ut homo, solumque novit ut Deus. *Tertiò*; quia, licèt pœnitenti nulla fiat injuria, fit injuria Sacramento. Et declaratur, quia qui percutit Clericum volentem, & consentientem, adhuc incurrit excommunicationem *Capitis Contingit, de sententia excommunicationis.* Item, qui Clericum volentem, & consentientem defert ad judicem Sæcularem, *Cap. 2. & Cap. Si diligenti, de foro competenti.* Et ratio est, quia tunc licèt non fiat injuria personæ, fit injuria statui Clericali: ergo, &c.

Alexand. Sotus. Durand. Maior. Gabriel. Angelus

Cap. Contingit. Cap. 2. Cap. Si diligenti.

481 Nihilominus communis, & vera est resolutio affirmativa, quam cum *D. Thoma d. 21. q. 3. art. 2. D. Antonino 3. p. tit. 22. §. 1.* tenet *Medina quæst. de licentia pœnitentis ad revelationem confes. Covar. in 4. decret. p. 2. cap. 8. §. 12. Navar. Cap. Sacerdos num. 127. & in summa c. 8. n. 2. & cap. 18. num. 12. Sylvester verbo Confessor. 3. q. 3. & 5. Torreblanca cit. l. 4. de crim. punit. cap. 7. Sanchez t. 2. Decal. l. 6. cap. 18. Layman cit. c. 19. num. 14. Vivald. in candelab. aureo tit. de sigillo. num. 13. Salzedo in practica cap. 109. v. Unde tamen casus, Henriquez l. 6. cap. 23. Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 2. art. 15. Cenedus ad Decretum collectan. 60. n. 2. Reginaldus l. 33. num. 55. Barbosa in collectaneis Cap. Omnis utriusque, num. 21.* Quibus accedunt *Suar. disp. 33. sect. 5. n. 6. Lugo disp. 23. num. 133. Hurtado disp. 12. diffic. 6. Vasquez q. 93. art. 4. dub. 5. Coninck. disp. 9. num. 22. Mascard. de probat. concl. 377. num. 9. & 10. Tannerus disp. 6. q. 9. num. 125. Diana 5. p. tr. 11. resol. 10. Ochagavia de Sacr. tr. de sigillo q. 5. num. 3. Præpositus in 3. p. 11. de sigillo dub. 6. num. 43. Fagund. præc. 2. l. 6. cap. 1. num. 14. Bonac. disp. 5. de Sacr. q. 6. sect. 5. punct. 4. num. 8. §. Dixi, &* alii communiter. Probatur, quia Sigilum solùm obligat in favorem pœnitentis, & ejus revelatio tandiu est contra Sacramentum, quandiu est contra pœnitentem; unde, si hic cedat jure suo, nulla fit injuria Sacramento.

D. Thom. D. Anton. Medina Covar. Navar. Sylvest. Torrebl. P. Sãchez P. Layman Vivaldus Salzedo P. Henriq. Coriolan. Cenedus P. Regin. Barbosa. P. Suar. P. Lugo. P. Hurt. P. Vasq. P. Coninc Mascar. P. Tanner Diana Ochagavia P. Præpos. P. Fagund Bonac.

482 *Ad primum* respondetur pœnitentem non dispensare in præcepto Sigilli, sed tollere ejus materiam, quæ non datur, quando pœnitens licentiam concedit. *Ad secundum* respondetur Confessarium non mentiri, non enim dicit se illa noscere ut hominem, sed ut vices gerentem Dei. *Ad tertium* respondetur immunitatem Ecclesiasticam non esse solùm in favorem hujus, vel illius personæ particularis; sed potiùs in favorem Ecclesiæ, ejusque status: unde, licèt hæc, vel illa persona particularis cedat jure suo, adhuc fit injuria statui: at Sigillum solùm est in favorem pœnitentis.

483 *Tertia difficultas:* An Confessarius possit alteri Sacerdoti in confessione subjicere peccatum manifestativum peccati pœnitentis, quando id necessarium est ad integritatem? Affirmant *Gabriel in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. dub. 1. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. ar. 5. Sa, verbo Confessor.* Probatur *primò*, quia præceptum integritatis est fortiùs quàm præceptum Sigilli, nam hoc primariò respicit pœnitentem, in cujus favorem est: illud primariò respicit Sacramentum, & ejus integritatem. *Secundò*, quia Confessarius tenetur potiùs consulere saluti suæ, quàm famæ pœnitentis.

Gabriel Sotus P. Sa

484 Nihilominus tenenda contraria resolutio negativa cum communi Doctorum

P. Suarez. P. Vasq. P. Coninck P. Hurtado P. Lugo P. Turrian. P. Henriq. Malderus P. Reginal. P. Praepos. Ochagavia Diana.

ctorum apud *Suar. citatum sect. 1. num. 18. Vasq. citatum art. 4. dub. 4. Coninck. dub. num. 21. Hurtado disp. 12. diffic. 5. Lugo num. 144.* Quibus accedunt *Turrianus de poenit. disp. 33. dub. 3. Henriquez l. 6. cap. 20. num. 5. Malderus tr. de sigillo c. 17. Reginald. t. 3. l. 3. cap. 2. num. 20. Praepositus q. 11. de sigillo dub. 3. num. 38. Ochagavia tr. 3. de sigillo q. 4. num. 2. & Diana 5. p. tr. 11. resol. 9.* Probatur, quia praeceptum sigilli est fortiùs, quàm praeceptum integritatis: ut enim suo loco vidimus, ab integritate excusant plures causae; at nulla excusat à Sigillo. Deinde, quia violatio Sigilli reddit odiosum Sacramentum; non ita defectus integritatis materialis, cùm sufficiat integritas formalis.

485 Ex quo patet solutio *ad primum fundamentum* opinionis contrariae. *Ad secundum* respondetur Sacerdotem omittentem circunstantiam manifestativam peccati poenitentis non facere contra salutem suae animae. imò pro illa.

486 *Quarta difficultas:* Quomodo Confessarius respondere debeat, cùm interrogatur sub juramento? *Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. & Paludan. dist. 21. q. 3.* asserunt non posse tunc rem negare, quia mendacium ob nullum finem licet, & in nullo casu.

Sotus Palud.

Nihilominus dicendum est negare debere, utendo aliquâ amphibologiâ. Ita *Navar. C. Sacerdos num. 141. Guttier. l. 1. c. 11. num. 74. Cenedus cit. collectan. 60. n. 3. Reginaldus l. 3. num. 22. Layman. cit. c. 14. num. 12. Graffis p. 1. decis. aur. l. 1. cap. 23. num. 1. Coninck disp. 9. dub. 1. num. 15. Onuphrius de sigillo sect. 2. q. 2. dub. 1. versu Respondeo Gomez t. 3. variar. c. 13. n. 9. Martha de jurisdict. p. 2. c. 14. n. 18. Mascard. de probat. in praefatione q. 5. num. 51. Barbosa in collectaneis Cap. Omnis utriusque num. 18.* Quibus accedunt *Lugo. n. 63. Hurt. disp. 12. diffic. 13. Tannerus t. 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. num. 123. Vasquez l. 6. cap. 19. num. 7. Ochagavia tr. 3. de sigillo confess. q. 9. num. 5. Diana 5. p. t. 11. resol. 43. & Bauny in poenit. q. 13. de Sigillo.* Probatur, quia quando qui interrogat, etiam sub juramento, non interogat juridicè, interrogatus potest uti aliquâ amphibologiâ, & negare.

Navar. Guttier. Cenedus P. Regin. P. Layman Graffis P. Coninck Onuphrius Gomez Martha. Mascard. Barbosa P. Lugo. P. Hurt. P. Tanner. P. Vasq. Ochagavia Diana. Bauny

487 *Quinta difficultas:* Quomodo Confessarius loqui debeat de poenitente, quem non absolvit? Et quaeri potest primò: An possit dicere se illum non absolvisse? Affirmant *Caietanus verbo Confessori necessaria versic. Quintum, Henriquez l. 6. cap. 2. num. 5. Armilla apud Suar. disp. 33. sect. 6. num. 1.* quia inde non sequitur revelatio alicujus peccati; potest enim omitti vel differri absolutio ob varias causas. *Oppositum* tamen amplectendum cum *Vasq. citato dub. 10. Suar. sect. 6. num. 1. Lugo citato num. 84. Hurtado disp. 12. diffic. 12. Navar. c. 8. num. 10. Onuphrio sect. 4. q. 7. dub. 1. Coninck citato dub. 1. n. 14. Bonac. q. 6. sect. 5. puncto 4. num. 6.* Quibus accedunt *Granad. contr. 7. tr. 11. disp. 6. num. 2. Fagundez pr. 2. l. 6. c. 4. n. 9. Praepositus in 3. p. q. 11. de sigillo, dubio 3. num. 27. & Diana 5. p. tr. 11. resolutione 42.* Probatur, quia absolutio non nisi gravi de causa negari solet, & ferè semper ob defectum dispositionis: unde ex ejus negatione ingeri solet iniqua suspicio. *Dices:* Confessarius non potest dicere, quòd eum absolverit; sic enim mentiretur: ergo, &c. Respondetur debere respondere: *Ego functus sum meo munere: Ego debitum feci meum.*

Caiet. P. Henriq. Armilla. P. Vasq. P. Suarez. P. Lugo. P. Hurtad Navarr. Onuphr. P. Coninck Bonac. P. Granad. P. Figul. P. Praepos. Diana.

488 Quaeri potest secundò: An Confessarius teneatur dare schedulam poenitenti, quem non absolvit? Respondeo imprimis posse eam dare absque mendacio; quia in ea Confessarius non dicit se absolvisse, sed audivisse, quòd verum est: Ita *Coninck disp. 9 num. 14. Lugo cit. num. 87. Henriquez l. 6. cap. 22. num. 4.*

P. Coninc. P. Lugo. P. Henriq.

489 Utrùm verò teneatur illam dare? Negant *Henriquez cit. litera M, Lugo proximè, & Bonacina q. 6. sect. 5. p. 4. n. 7.* quia, licèt Confessarius teneatur defendere poenitentem testimonio negativo, hoc est, negando hoc, vel illud peccatum sibi esse confessum, non tenetur illum defendere testimonio positivo, dicendo: *Absolvi, Audivi, &c,* imò hoc aliquando esset scandalum; ut, si schedula daretur illi, qui eâ viâ, ac modo vellet palliare malitiam suam; cui Confessarius cooperaretur dando schedulam. Neque poenitens jure queritur de Confessario, sed sibi imputet, quòd ab illo non defendatur positivè.

P. Henriq. P. Lugo. Bonac.

490 Probabiliùs tamen dicendum existimo teneri, quia non potest hujusmodi poenitenti negare Eucharistiam, neque suffragium, ut ostendam *sectione sequenti:* ergo neque schedulam. & sicut administrando Eucharistiam non censetur cooperari peccato, ita neque conferendo schedulam. Et ratio est, quia utraque

P. Laym. P. Coninck. Fagundes. Moscosius. Diana. Bauny.

administratio est necessaria propter Sigillum. Et ita sentiunt *Layman tr. 6. c. 14. num. 8. Coninck de Sacram. disp. 9. dub. 1. num. 14. Fagundez pr. 2. l. 6. cap. 4. num. 4. Moscosus tr. 7. cap. 15. num. 3. Diana 5. p. tr. 11. resol. 22.* & *Bauny in pœnit. q. 9. de Sigillo.*

SECTIO V.

Utrùm Confessarius in aliquo casu possit uti notitiâ confessionis?

491 *An Prælatus possit uti notitiâ confessionis ad externam Subditorum gubernationem? Proponitur opinio existimantium posse uti notitiâ confessionis quoad dispositionem de rebus gratuitis.*
492 *Hujus opinionis Authores.*
493 *Illius fundamenta.*
494 *Proponitur sententia absolutè negans.*
495 *Decretum R. P. Claudii Aquaviva pro Religiosis nostræ Societatis.*
496 *Decretum Clementis VIII.*
497 *Momenta rationum nostræ sententiæ.*
498 *Diriumuntur fundamenta contraria.*

491 PRima difficultas: An Prælatus possit uti notitiâ cõfessionis ad externam Subditorum gubernationem? Affirmant, sed cum aliqua moderatione, plures Doctores; distinguunt enim inter res gratuitas, de quibus scilicèt Prælatus potest disponere liberè; & inter illas, quæ debentur ex justitia, ad quas nimirum habet jus hic, vel ille Subditus. Asserunt ergo posse Prælatũ disponere de rebus gratuitis juvando se notitiâ confessionis: non ita de rebus, quæ debentur ex justitia. Et hujus diversa ratio est, quia ad dispositionem sic vel sic rerum gratuitarum nulla alia requiritur causa, quàm voluntas Prælati; unde nulli tribuitur rationabile fundamentum suspicandi de peccato pœnitentis: in dispositione aliarum rerum maximè, quia ad illas habet Subditus *jus*, & non potest illo spoliari, nisi propter peccatum.

D. Thom. Alensis.

492 Ita *D. Thomas in 4. dist. 21. q. 3. art. 3. quæstiuncula 1. ad 3. Alensis 4. p. q. 78. art. 1. membro 2. ad 8. D. Bonav. in 4. dist. 21. art. 2. q. 1. num. 62. Scotus eâdem distinctione, q. 2. ad 3.* & *4. Altisiodorensis l. 4. summæ tract. 6. casu 3. q. 4. versu Quæritur postea, Paludan. in 4. dist. 21. q. 3. art. 3 num. 60. Gabriel. ibi q. unica art. 3. dub. 1. ad 2. Capreolus q. 2. art. 3. ad 8. Adrianus 4. de confessione q. 5. post. dubium 9. D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 12. §. 2.* & *tit. 17. cap. 22. §. 1. Medina tr. 2. de confessione q. de his. quæ à confessario celanda sunt, §. Corollariè sequitur, Victoria in summa de Euchar. num. 80. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. ad. finem, Corduba in additionibus ad Sotum de secreto, membro 3. q. 4. post. 5. conclus. Ledesma 2. parte 4. q. 10. art. 5. dub. 4. Lopez 2. p. instructor. de confess. c. 96. dub 1. fine, Vivaldus in candelabro 1. p. de Sigillo numero 29. Rodriguez to. 1. summæ cap. 58. concl. 6. numero 6. Rebuffus cap. Omnis utriusque sexûs, super §. Suscipiens reverenter, versu Octavò non debet, folio 582. Rosella verbo Celatio confessionis numero 2. Angelus verbo Confessio ultimo num. 12. Sylvester verbo Confessio 3. q. 14. Tabiena verbo Confessionis celatio num. 5. Turrecremata cap. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. art. 1. numero 10. ad 1.* & *2. Navarr. ibi num. 146.* & *cap. Humanæ aures 22. q. 5. num. 6. Henriquez lib. 6. capite 23. num. 16. Barbosa in collectaneis in Caput Omnis utriusque numero 17. Sayrus de pœnit. cap. 32. num. 2. Zerola de pœnit. cap. 29. quæs. 9. Tannerus 6. disp. quæs. 9. numero 140. Ochagavia tract. 3 q. 7. numero 2. Kellisonius t. 2. in 3. partem q. 11. art. 1. dub. 4. Mercerus ibi art. 5. dub. 2. Castellinus de electione cap. 5. num. 113. Portel in dubiis Regular. num. 9.* Et pro hâc parte allegat ultra centum Doctores *Ioannes Sanchez in selectis disp. 8. num. 11.*

D. Bonav. Scotus. Altisiod. Paludan. Gabriel. Capreol. Adrian. D. Anton. Medina Victoria Scotus Cordub. Ledesma Lopez Vivaldus. Rodrig. Rebuffus Rosella. Angelus Sylvester. Tabiena. Turrec. Navar. P. Henriq. Barbosa. Sayrus Zerola P. Tãner. Obcagau. Kellison. Mercerus. Castellin. Portel. Ioã. Sanch

493 Posse prælatum uti notitiâ confessionis q̃uò ad res gratuitas, Probatur *primò* ex textu in *Cap. finali 6. q. 2.* ubi reprehenditur Episcopus, quòd publicè vitaverit pœnitentem ob peccatum in sola confessione auditum: & particula *publicè* est taxativa, ac proinde concedit potuisse eum vitare secretò; quod fieri non posset absque aliquo usu notitiæ Confessionis. *Secundò*, quia Sigillum solùm obligat ad non manifestandam Confessionem, & Confessarius

farius liberè disponens de iis, quæ liberè dispositurus erat, non manifestat confessionem. *Tertiò*, quia in Ecclesia ideo reservantur casus, ut Superiores ex eorum notitia fiant prudentiores quoad gubernationem Subditorum. *Quartò*, quia non omnis usus notitiæ confessionis est contra Sigillum, aliàs si Sacerdos ex confessione sciat se peccatis suis esse scandalo Communitati, non posset se corrigere: & si Prælatus noverit detractiones, quæ contra ejus rigorem fiunt, non posset illum moderari, &c. quæ sunt absurda: ergo.

494 Nihilominus neque quoad res gratuitas, (si inde aliqua confusio, & pudor pœnitenti oriri posset, quia ejus honori, aut personæ in aliquo præjudicatur, aut non ita bene consulitur) licitum est Confessario uti notitiâ confessionis: sed dicendum est quoad omnia in confessione cognita perinde se habere oportere, ac si nihil sciret. Ita *Sanchez l. 3. de matr. disp. 16. num. 4. Suar. de religione t. 4. l. 8. cap. 5. num. 12. & de pœnit. disp. 33. sect. 1. & 7. Layman. cit. cap. 14. num. 22. Cardinal. Tuschus t. 2. lit. C. conc. 686. & 687. Menochius lib. 6. præsumpt. 95. & de arbitrar. l. 2. centuria 5. casu 414. Coninck disp. 9. dub. 1. num. 22. Vasquez q. 93. art. 4. dub. 5. Reginald. l. 6. num. 4. & 51. & 55. Omniphrius de Sigillo sect. 2. q. 2. dub. 2. versu Sequitur ultimò, Filliuc. tr. 7. cap. 11. q. 7. num. 333. Bonacina q. 6. sect. 5. p. 4. num.* 8. Quibus accedunt *Lugo d. 23. sect. 5. Valentia t. 4. disp. 7. quæst. 13. puncto 3. Banhes 2. 2. q. 33. art. 8. Faustus de pœnit. l. 7. q. 45. Granad. 3. p. contr. 7. tr. 11. disp. 7. num. 5. Fagund. pr. 2. l. 6. c. 2. num. Malderus tr. de Sigillo cap. 14. Rodriguez t. 2. qq. reg. q. 54. art. 4. Hurtado disp. 12. diffic. 9. Diana 5. p. tr. 11. resol. 3. & 4. Bauny t. 1. tr. 4. q. 11. de Sigillo, Caspensis t. 2. tr. 24. disp. 7. numero* 28.

P. Sanch.
P. Suarez
P. Layman
Tuschus.
Menoch.
P. Coninck
P. Vasq.
P. Regin.
Omphr.
P. Filliuc.
Bonac.
P. Lugo.
P. Valent.
Banhes
Faustus.
P. Granad.
P. Fagund.
Malder.
Rodriguez
P. Hurtad.
Diana.
Bauny
Caspens.

495 Et certè hanc sententiam observari in nostra Societate, præcepit N. R. P. Claudius, & contrariam prohibuit suo illo decreto edito anno 1590. quod habet sic: *Tametsi non desint Doctores, qui sentiant, salvo Sacramentalis confessionis Sigillo, justis de causis licere nonnunquam Confessario (cùm id fieri potest sine ulla revelatæ confessionis suspicione) uti extra confessionem notitiâ per confessionem habitâ: tamen, quoniam hæc doctrina & eam exigit in tanta re circumspectionem, quam servare perdifficile sit, & interim posset aliquando retardare Subditorum libertatem, quam hujus fori sanctitas, & nostræ Societatis institutum requirit in se ipsis, rebus suis Confessario aperiendis; idcirco visum nobis est in Domino statuere, sicut & severè statuimus pro reverentia, qua semper Societas nostra coluit hujus Sacramenti inviolabile Sigillum, & libertatem, ut omnes Superiores diligenter caveant, ne vel ipsi, vel nostrorum aliquis supradictam doctrinam usquam introducant, nec illam publicè, aut privatim, doceant, nec eâ utantur ullo modo, nisi fortè de pœnitentis licentia: sed ita prorsus in omnibus casibus nostri se gerant Confessarii, ac si in confessione nihil penitus audivissent, sibique persuadeant, ut sicut humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento longissimè distat, ita debere ab eo nullatenus pendere.*

496 Deinde probatur hæc sententia primo ex motu proprio *Clementis III.* de casuum reservatione pro Regularibus edito anno 1593. die 26. Maii, quod refertur t. 4. *Bullarii in Bulla 26. sub Urbano VIII.* ibi: *Tam Superiores pro tempore, existentes, quàm Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti caveant diligentissimè, ne eâ notitiâ, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.*

497 Secundò probatur, quia Confessarius non potest ut homo uti notitiâ, quam solùm habet ut Deus juxta textum in *Cap. Si Sacerdos, de officio judicis Ordinarii*, ubi dicitur Sacerdotem, qui novit ex confessione delictum Subditi non emendati, non posse eum nominatim arguere, sed indeterminatè, sicut dixit Christus: Unus vestrûm me traditurus est, &c. *quia licet* (subjungit textus) *sciat Subditum esse reum, non ut judex scit, sed ut Deus, &c.* Cap. Si Sacerdos.

Tertiò probatur, quia Confessarius non potest verbo, signo, aut facto exprobrare pœnitenti suum peccatum extra confessionem, juxta textum in *Cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus*, Cap. Omnis At si eum removeat ab officio, vel illi neget suffragium, Ordines, &c. illi aliquo modo exprobrat, & objicit suum peccatum: ergo.

Quartò, quia aliàs redderetur confessio valde odiosa, & averterentur Subditi ab hoc Sacramento, & confitebantur non secundùm veritatem, quod cederet in gravissimum damnum ipsius Communitatis, quod optimè notat *Richardus in 4. d. 21.* Richar.

d. 21. a. 2. q. 1. ad 4. ibi: *Prælatus removendo ab officio suum Subditum, quem per suam confessionem scit male uti officio suo, etsi faciat utilitatem illius, tamen facit contra utilitatem Communitatis, quia alii per relationem remoti ab officio, scientes quòd per suam confessionem remotus est, proniores redduntur ut non confiteantur secundum veritatem, &c.*

498 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur textum in *d. Cap. finali* intelligi non de confessione Sacramentali, ut ibi notat *Glossa* verbo *Sibi soli.* Ad secundum respondetur Confessarium disponentem de rebus gratuitis in damnum pœnitentis propter notitiam confessionis, eam aliquo modo manifestare.

Cap. fin. Glossa

Ad tertiam negandum est casus reservari Superioribus eo fine, ut prudentiores fiant; sed vel quia præsummuntur prudentiores; vel, ut Subditi ea difficultate retardati cautiùs se gerant, & contineant. *Ad quartum* patet solutio ex dictis: nos enim non dicimus Confessarium nullâ notitiâ uti posse, sed solùm non posse eâ uti, ex qua oriatur pœnitenti pudor, & confusio; seu (ut uno verbo dicam) non potest eâ uti, cujus usus si à pœnitente sciretur, illi esset ingratus, & eum aliqualiter averteret à Sacramento.

§. 1.

An Confessarius possit uti notitiâ confessionis ad vitandam propriam mortem?

499 *Declaratur status quæstionis.*
Quid, si Confessarius potest fugere absque ulla significatione confessionis sibi factæ? Ibidem.
500 *An possit fugere, quando ex fuga timetur suspicio sociorum, qua suspicabuntur Petrum v. g. esse confessum?*
501 *Quid, si ex fuga Confessarii aliquod aliud magnum incommodum pœnitenti timeatur?*
502 *Probabilius est non posse fugere, etiamsi nullum aliud pœnitenti timeatur incommodum, nisi sola revelatio peccati.*
503 *Solvuntur rationes in contrarium.*
504 *An Sacerdos celebrans ne Sigillum frangat, possit sua manu bibere venenum?*

499 S*ecunda difficultas.* An Confessarius possit uti notitiâ confessionis ad fugiendam mortem? Et casus proponi potest hoc modo: Novit Confessarius ex pœnitente sibi insidias parari ab aliis sociis in hac urbe nocte sequenti; aut vinum, quo celebraturus est, esse ab illis veneno infectum, &c. Et quidem, si Confessarius potest fugere, & Missam omittere absque ulla significatione sibi factæ, nō est dubium posse fugere, vel Missam omittere.

500 Tota dubitatio est quando non potest fugere, neq; Missam omittere absque eo, quòd socii suspicentur hunc esse confessum. Et tunc, si inde pœnitenti nullum aliud incommodum timeatur, nisi sola suspicio, in quam socii incident, & qua suspicabuntur hunc confessum esse, existimat *Coninck disp. 9. à num. 54. cum Scoto d. 21. q. 2. ad 3. Gabriele art. 3. dub. 1. Sylvestro verbo Confessor 3. q. 2. Soto relectione de secreto, Maiore q. 3. ad secundum.* Item *Henriquez l. 6. cap. 24. n. 5. Molfessius tr. 7. cap. 23. num. 55. Layman cit. num. 28. & Bonac. q. 6. sect. 5. puncto 4. num. 28. Nuguus q. 11. art. 1. versu Ad 15. argum. Palatius dist. 21. q. 2. Paludanus q. 3. Ledesma art. 1. dub. 8. & art. 5. dub. 4. Angelus verbo Confessio ultimo §. 7. casu 5. & §. 12.* posse Confessarium fugere, vel Missam omittere.

P. Coninck Scotus Gabriel Sylvester Sotus Maior P. Henriq Molfes. P. Layman Bonac. Nuguus Palatius Ledesma Palud. Angelus

Fundamentum est, quia sic non manifestat peccatum pœnitentis; &, licèt inde socii occasionem arripiant suspicandi illum suam conjurationem esse confessum, id non est contra Sigillum: nam quando Sacerdos non manifestat crimen, sed solum actum confessionis, licèt inde aliqui per accidens ex scientia, quam aliunde habent, occasionem arripiant suspicandi illum tale, & tale peccatum confessum esse, Sacerdos non facit contra Sigillum: ut contingit, quando Confessarius dicit de latrone publicè suspenso, quem ad patibulum comitatus est, sibi confessum esse magna cum contritione, & salutis signis; nam, licèt inde, qui audiunt, colligant eum confessum esse sua latrocinia, id est per accidens, ex scientia, quam aliunde habent; nam Confessarius non manifestat nisi solum actum Confessionis, qui non cadit sub Sigillum.

501 Quòd si ex fuga Confessarii aliquod magnum incommodum pœnitenti timeatur, quia socii suspicando illum

lum suam conjurationem detegisse, fortè eum occident. Adhuc posse Confessarium confugere contendit *Coninck loco citato num.* 16. quem approbat *Layman citatus*; quia (ut dictum est) fugiendo non detegit peccatum, sed solum actum confessionis; & Confessarius, salvo Sigillo, non tenetur morte sua impedire mortem pœnitentis: faciet quidem laudabiliter, si impediat, & pro pœnitente mortem fortiter sustineat; non tamen ad id tenetur. Explicari hoc potest exemplo hæretici, qui si sciat aliquem ex sua familia confessum esse, & Sacerdoti minetur necem, nisi manifestet quis fuerit; poterit Sacerdos illum manifestare, licèt inde sciat famulum esse occidendum: nam Sacerdos hoc facto non revelat aliquod peccatum pœnitentis, sed solum actum confessionis, qui quando hic, & nunc non est manifestativus alicujus peccati reservati, &c. non cadit sub Sigillum, & salvo hoc non tenetur Sacerdos cum morte sua impedire mortem pœnitentis.

P. Coninck *P. Laymã.*

502 Nihilominus dicendum omnino videtur Sacerdotem in præsenti casu, etiam quando inde nullum aliud pœnitenti timeatur incommodum, nisi sola revelatio peccati, seu conjurationis confessæ, non posse fugere, neque Missam omittere. Ita *Richardus art.* 4. *q.* 2. *Sotus dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 5. *Navar. in Cap. Sacerdos num.* 135. *Medina codice de confess. q. debis, quæ à Confessario celanda sunt, Vasquez cit. dub.* 10. *num.* 4. *Suar. de pœnit. d.* 33. *sect.* 7. *num.* 6. Quibus accedunt *Lugo d.* 23. *num.* 100. *Diana* 5. *p. tr.* 11. *re. sol* 46. *& Turrianus de pœnit. disp.* 33. *dub.* 5. *Hurtado disp.* 12. *diffic.* 10. Probatur, quia in nullo casu, etiam cum vitæ periculo licet Confessario ullo modo significare peccata pœnitentis, etiam coram illo, qui ea aliunde certò novit. Constat ex *Cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus*, ibi: *Caveat autem omnino, ne verbo, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem, &c.* At Confessarius in illis circunstãtiis fugiẽdo, vel Missã omittendo indicat peccatum pœnitentis, nimirum conjurationem sibi detectam.

Richard. *Sotus* *Navar.* *Medina* *P. Vasq.* *P. Suar.* *P. Lugo* *Diana* *P. Turrian* *P. Hurtado* *Cap. Omnis utriusq.*

503 Ex quo patet solutio ad exemplum Confessarii, qui dicit de latrone publicè suspenso sibi esse magna cum contritione cõfessum; nã hic non prodit peccata, sed solum actum confessionis: at verò Sacerdos fugiendo prodit peccatum conjurationis confessæ sibi. Ex quo etiam patet solutio ad exemplum hæretici, cui Sacerdos manifestat, quis ex ejus familia fuerit confessus; nam Sacerdos tunc nullo modo prodit peccata pœnitentis, sed solum actum confessionis: at in nostro casu proditur peccatum, nimirum conjuratio confessa.

504 Objicies: Si Sacerdos in casu proposito non potest fugere, nec Missam omittere, sequitur posse calici injectum propria manu bibere venenum: at nemo potest propria manu bibere venenum, hoc enim est se occidere. Respondetur hoc non esse directè se occidere, sed facere aliquid honestum, nimirum Missæ sacrificium, ex quo indirectè mors subsequitur. Explicatur exemplo illius, qui ob maius bonum Reipublicæ aplicat ignem turri, vel navi, cum qua simul subvertitur: hic enim non se occidit directè, sed facit aliquid honestum, ex quo mors sequitur indirectè.

§. I.

An Confessarius uti possit notitiâ confessionis ad vitandam mortem spiritualem?

505 *An Sacerdos, qui novit pœnitentem solitum turpia confiteri, sibi esse periculo peccandi, vocatus ad confessionem possit non ire, si non potest non ire, quin pœnitens suspicetur, illum non ire, quia refugit audire solita obscœna?*

506 *An Sacerdos, qui ex confessione sui Confessarii novit ipsum non esse Sacerdotem, & non potest non continuare cum illo sine hominis rubore, possit illum relinquere?*

505 Tertia difficultas: An Confessarius uti queat notitiâ confessionis ad vitandum peccatum? Et sub hoc titulo duo casus proponi possunt. Primus hoc modo: Novit Sacerdos pœnitentem solitum turpia confiteri, sibi esse periculo morali peccandi, & vocatus ad confessionem non potest non ire, quin pœnitens suspicetur illum non ire, quia refugit audire solita obscœna. Quæritur: An possit non ire? Respondetur negativè cum *Suar. disp.* 33. *sect.* 7. *num.* 8. *& Lugo d.* 23. *num.* 116. qui dicunt hujusmodi Sacerdotem teneri ire, ut servet Sigillum indemne: & quantum ad peri-

P. Suarez *P. Lugo.*

periculum, commendet se Deo, & speret ejus auxilium; obstat enim Sigilli præceptum, quod est fortius. Dices: Fortius est præceptum vitandi periculum animæ, est enim naturale. Respondetur cessare præceptum naturale, quando periculum est necessarium, tunc enim non amatur, sed solùm permittitur, ut constat ex dictis *disp. præcedenti.*

506 Secundus casus habet sic. Novit Sacerdos ex confessione sui Confessarii, cui confiteri solet, ipsum non esse Sacerdotem, & non potest non continuare cum illo sine hominis rubore, & infamia. Quæritur: An possit illum relinquere, vel teneatur illi, ut antea, confiteri? *Sanchez de matrim. l. 3. disp. 16. num. 5.* videtur sentire posse relinquere Confessarium. Sed cohærentiùs dicendum est non posse, imò teneri continuare cum illo, faciendo confessionem externam, cum intentione conditionata obtinendi absolutionem, si esset Sacerdos: facienda autem tunc temporis simul est cōfessio alteri Sacerdoti, quia hoc modo consulitur & Sigillo, & saluti propriæ. Ita *Lugo citatus numero 105.* P.Sanch. P. Lugo

§. 3.

An Confessarius possit celebrare in Ecclesia, quam ex sola confessione novit pollutam?

507 *An Sacerdos, qui ex confessione novit Ecclesiam pollutam, possit in ea celebrare, si prævideat omissionem Missæ fore ingratam pœnitenti?*

508 *Utrùm sic celebrans aliquas pœnas incurrat?*
Utrùm ferens suffragium pro illo, quem in confessione novit indignum, incurrat pœnas à jure impositas illis, qui scienter eligunt indignum? Ibid

509 *An, si omissio Missæ non esset ingrata pœnitenti, possit nihilominus prædictus Sacerdos in Ecclesia polluta celebrare?*

507 Quarta difficultas est de Confessario, qui in confessione novit Ecclesiam esse pollutam; & quæritur: An possit in ea celebrare? Respondetur cum distinctione, nam aut omissio Missæ, si prævideretur à pœnitente, foret illi ingrata, & eum aliqualiter averteret à Sacramento; & tunc Sacerdos non potest uti tali notitia, sed debet celebrare, ac si nihil sciret.

508 Neque ideo talis Confessarius incurrit pœnas impositas Sacerdoti celebranti in Ecclesia polluta, sicut nec ferens suffragium pro illo, quem in confessione novit indignum, incurrit pœnas à jure impositas illis, qui scienter eligunt indignum, *Cap. Cùm in cunctis, §. finali, & Cap. Cùm Vinioniensis Ecclesia, de electione, & electi potestate*: quia scientia, quæ habetur ex confessione, perinde est, ac si non esset, quò ad ea, quæ pœnitenti sunt ingrata, ut constat ex dictis. Cap. Cùm in cunctis Cap Cùm Vinioniensis

509 Aut omissio Missæ non esset ingrata pœnitenti, nec eum aliqualiter averteret à Sacramento. Et tunc non video, cur non debeat omitti.

§. 4.

An possit negare Sacramentum illi, quem in confessione novit indignum?

510 *An possit Parochus nolle assistere matrimonio, cujus impedimentum dirimens in confessione novit? Proponuntur tres sententiæ.*

511 *Sed probabilius est non posse non assistere prædicto matrimonio.*

512 *An possit Parochus negare Eucharistiam peccatori occulto publicè petenti? Non potest.*

513 *Quid, si occultè petat? Plures affirmant.*

514 *Oppositum tamen tenendum.*

510 Quinta difficultas duos casus comprehendit. *Primus est*: An possit Parochus nolle assistere matrimonio, cujus impedimentum dirimens in confessione novit? Et plures in hac materia circunferuntur sententiæ. Prima asserit teneri Parochum monere celebraturos, si tamen persistant, debere eis assistere. Ita *Alensis 4. p. q. 78. membro 2. art. 1. ad 5. D. Bonav. in 4. dist. 21. art. 2. q. 1. num. 61. Altisiodorensis l. 4. summæ tr. 6. cap. 3. q. 4. vers. Ad hoc. est solutio, Driedo l. 2. de libert. christiana cap. 7. ferè initio §. Alind est scire, Rodriguez t. 1. summæ in 2. editione cap. 217. concl. 6. n. 7. Palacios in 4. dist. 21. disp. 2. folio 459. Tabiena verbo Confessionis celatio q. 4. num. 5. Sylvester verbo Confessio 3. q. 12. Philiarcus de officio Sacerdotis t. 1. p. 2. l. 2. cap. 30.* Se- Alensis. D. Bonav. Altisiod. Driedo Rodrig. Palac. Tabiena Sylvester Philiarc.

510. Secunda sententia tenet non posse non assistere, si contrahentes publicè petant: aliter, si petant in occulto. Ita *Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. versu Hinc fit, Navarr. Cap. Sacerdos num. 144. Medina l. 2. summæ cap. 4. folio 267.* Tertia sententia docet non posse non assistere, si sit Ordinarius, & teneatur ex officio, secus si delegatus sit, & ex officio non teneatur. Ita *D. Antoninus 3. p. titulo 14. cap. 12. §. 2. Lopez 2. p. instructorii cap. 76. de Euchar. §. Porrò illa, Paludanus in 4. dist. 9. q. 4. art. 1. concl. 3. num. 6.* Omnes hi Doctores procedunt in opinione, quam sequuntur, asserentium licitum esse uti notitiâ confessionis ad ovium regimen externum, & ideo ita loquuntur.

Sotus. Navar. Medina. D. Anton. Lopez. Palud.

511 Dicendum ergo nobis est non posse Sacerdotem in casu proposito non assistere prædicto matrimonio; imò perinde se habere oportere; ac si de impedimento nihil sciret. Ita *Sanchez l. 3. de matr. disp. 16. num. 14. Covar. de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 12. à num. 9. Salzedo in practicam Bernardi Diaz cap. 109. l. A Mascardus de probat. concl. 377. num. 4. Barbosa in collectaneis Cap. Omnis utriusque, de pœnit. & remiss. num. 19. Bonac. q. 6. sect. 5. puncto 2. num. 8. Coninck disp. 9. num. 67. Reginald. l. 3. num. 23. Guttier. de matr. cap. 61. num. 11. Henriquez l. 6. cap. 19. §. 1. l. V. Cenedus collectan. 60. num. 60. Bauny t. 1. tr. 4. in pœnit. q. 16. de Sigillo confessionis, Candidus disquisitione 24. art. 48. dub. 8.* Probatur; quia, ut ostendimus, non est licitus usus notitiæ confessionis. Et confirmatur, quia non licet Sacerdoti propter notitiam confessionis ostendere pœnitenti vultum severum, aut minùs facilèm; neque negare suffragium, &c. ergo à fortiori non licebit negare Sacramentum.

P. Sanch. Covar. Salzedo Mascar. Barbosa Bonac. P. Coninc P. Reginal Guttier. P. Henr. Cenedus Bauny Candidus

512 *Secundus casus est*: An possit negare Eucharistiam illi, quem in confessione novit indignum? Et quidem, si pœnitens publicè petat, omnes Doctores conveniunt, illi administrandam esse Eucharistiam, nam propter crimen occultum non est quis publicè infamandus.

513 Sin autem petat occultè, plures existimant Eucharistiam negari oportere. Ita *D. Thomas in 4. dist. 9. q. unica art. 5. quæstiuncula 1. Alensis 4. p. q. 49. membro 1. Bartholomeus Ledesma de Eucharistia d. 23. concl. 3. alter Ledesma 1. par. 4. q. 21. art. 6. dub. 3. Victoria in summa de Eucharistia num. 80. Suarez de Eucharistia quæst. 80. art. 6. disp. 67. sect. 3.*

D. Thom. Alensis Bart. Led. Ledesma Victoria P. Suar.

514 Oppositum tamen nobis tenendum est cum *Thoma Sanchez loco suprà citato, Ioanne Sanchez in selectis disp. 8. n. 10.* quibus accedunt *Basilius Pontius l. 5. de matr. cap. 35. num. 2. & 3. Orbellis in 4. disp. 21. q. 2. §. 4. Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 1. art. 13. folio 68. Armilla verbo Confessor num. 7. Villalobos in summa tr. 9. diffic. 75. Onuphrius de Sigillo sect. 4. q. 7. dub. 4. Coninck de Sacram. q. 80. art. 6. num. 38. Henriquez l. 8. cap. 39. num. 3. Sylvester verbo Eucharistia 3. §. 1. Nugnus in 3. p. q. 80. art. 6. difficult. 2. Lugo disp. 23. num. 126. Raguza in lucerna Parochorum de Eucharistia quæsito 17. folio 286. Gabriel in 4. dist. 9. quæst. 2. art. 3. dub. 1. Hurtado disp. 12. diffic. 9. Beja p. 3. casu 13. §. Nos inter, Sa verbo Confessor in fine in nova editione, Delrius de Magia l. 6. cap. 1. sect. 2.* & plures alii. Et ratio est manifesta; quia, ut constat ex dictis, illicitus est omnis usus notitiæ confessionis.

Thom. Sāc. Ioā Sāch Pontius Orbellis Coriolan. Armilla Villal. Onuphrius P. Coninc P. Henriq Sylvester Nugnus P. Lugo. Raguza Gabriel P. Hurt. Beja. P. Sa P. Delrius

§. 5.

An debeat vitare eum, quem in confessione novit excommunicatum?

515 *Non potest prædictum excommunicatum in publico vitare. An autem possit in occulto? Affirmant aliqui.*

516 *Probabilius tamen negandum.*

517 *Explicatur textus in* Cap. Cùm non ab homine, *de sententia excommunicationis.*

515 SExta difficultas est, quando Sacerdos ex confessione novit pœnitentem esse excommunicatum vitandum. Et imprimis certum est non posse illum ex hac notitia in publico vitare. Solùm quæritur: An possit eum vitare in occulto? Affirmant *Navarrus in Cap. Sacerdos, de pœnitentia d. 6. num. 145. Adrian. q. 2. de Sigillo, Scotus dist. 21. q. 2. ad ultimum, & novissimè Bauny t. 1. tract. 4. q. 5. de sigillo §. 4.*

Navar. Adrianus. Scotus Bauny.

516 Negandum tamen cum *Richardo dist. 21. art. 4. q. 2. D. Antonio 3. p. tit. 15. §. 5. Covar. in Cap. Alma mater p. 1. §. 2. num. 3. Henriquez l. 8. de Eucharistia cap. 59. §. 3. & l. 13. de excommunicatione cap. 6. num. 1. Suar. cit. sect. 6. num. 4. Lugo disp. 23. num. 119. Me-*

Richard. D. Anton. Covar. P. Henriq P. Suar. P. Lugo Medina.

Ledesma *dinæ codice de confes. q. 51. & Ledesma q. 10. art. 5. dub. 6.* Probatur, quia is notitiæ usus est pœnitenti ingratus, & reddit Sacramentum odiosum.

Cap. Cùm non ab homine 517 Neque obstat textus in *Cap. Cum non ab homine, de sententia excommunicationis,* quatenus videtur dicere posse eum vitare in occulto, &c. quia ibi non est sermo de confessione Sacramentali.

SECTIO VI.

De pœnis impositis illis, qui violant Sigillum.

518 *Quæ pœnæ sint imposita violantibus Sigillum?*
519 *An hæ pœnæ incurrantur ipso facto?*
520 *Utrùm Confessarius frangens Sigillum incurrat irregularitatem?*
Proponitur sententia affirmativa.
521 *Proponitur negativa.*
522 *Quinam has pœnas incurrant?*
523 *Ad quem judicem pertineat cognitio hujus delicti, si secum defert alium admixtum errorem Confessarii?*
Quid si non deferat alium admixtum errorem? Ibidem.
524 *Cui incumbit onus probandi in casu, quòd constet de revelatione confessionis? Refertur communis sententia asserentium incumbere Confessario.*
525 *Refertur alia sententia docentium incũbere pœnitenti.*
526 *Authoris judicium.*

518  Rima difficultas: Quæ pœnæ sint impositæ? Respondetur in *Cap. Sacerdos, de pœnitentia d. 6.* imponi Confessario frangenti Sigillum pœnam depositionis, & ignominiosæ peregrinationis in perpetuum: & in *Cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus,* confirmatur eadem pœna depositionis; at illa peregrinationis commutatur in pœnam perpetuæ reclusionis in aliquo Monasterio. (Cap. Sacer dos; Cap Omnis utriusque)

519 Utrùm verò hæ pœnæ incurrantur ipso facto, an sint ferendæ per sententiam Judicis? Hoc ultimum verum est, neque enim aliud ex textibus citatis sufficienter colligitur; & hæc est Ecclesiæ praxis, ut fert communis Doctorum apud *Suar. disp. 33. sect. 8. Fagundez l. 6. cap. 7. Barbosa in collectaneis. Cap. Omnis utriusque num. 15. Lugo d. 23. num. 147. Diana 4. p. tr. 8. resol. 95. Et 5. p. tr. 11. resol. 51.* qui citat *Præpositum in 3. p. q. 11. de Sigillo dub. 4. num. 19. Granadum in 3. p. controv. 7. tr. 11. disp. 8. num. 3. Gobagav. tr. 3. de Sigillo q. 9. num. 11. Hurtad. disp. 12. diffic. 14. Coninck disp. 9. num. 70. & alios;* & ibi etiam notat nomine depositionis intelligi non solam depositionem ab officio Confessarii, sed etiam alterius cujuscunque dignitatis. (P. Suar; P. Fagund; Barbosa; P. Lugo; Diana; P. Præpos.; P. Granad; Gobagav.; P. Hurt.; P. Coninc)

520 Quæres: Utrùm Confessarius frangens Sigillum incurrat irregularitatem? Affirmat *Speculator*, quem refert, & sequitur *Maiolus l. 5. de irregularitate cap. 19. num. 16.* existimantes irregularitatem includi in pœna depositionis, per illamque significari in *C. Sacerdos*, & in *Cap. Omnis.* Imò addit *Maiolus*, etiam laicum, qui sine necessitate confessionem secretam audiret, & eam revelaret, fieri irregularem. (Speculat.; Maiolus.)

521 Tenenda tamen resolutio negativa, quia in textibus citatis non exprimitur talis irregularitas, & hæc non incurritur quando in jure non exprimitur, *Cap. Is qui, de sententia excommunicationis in 6.* non enim fertur à Judice, sed imponitur à jure. Ita cum pluribus *Barbosa citatus suo num. 28. Suar. disp. 33. sect. 8. num. 2. Filliuc. tr. 7. cap. 9. quæst. 8. Granad. citatus disp. 8. num. 2. Hurtad. disp. 12. diffic. 14. Turrianus disp. 33. dub. 9. Onuphrius de Sigillo sect. 5. quæst. ult. Aldrete de religiosa disciplina l. 2. cap. 19. §. 1. n. 3. Diana 5. p. tr. 11. resol. 53.* (Cap Is qui; Barbosa; P. Suar.; P. Filliuc; P. Granad; P. Hurt.; P. Turriã.; Onuphr.; P. Aldrete; Diana.)

522 *Secunda difficultas*: Qui has pœnas incurrant? Respondetur solum Confessarium eas incurrere, quia illi soli sunt impositæ, ut patet ex textibus citatis. Unde neque interpres, neque consiliarius, neque Prælatus, neque laicus, qui se Sacerdotem finxit, neque qui chartam invenit, &c. incurrunt prædictas pœnas: debent tamen aliis puniri pro delicti gravitate, ut notant *Suar. cit. num. 2. Lugo num. 147.* & alii Doctores proximè. (P. Suar.; P. Lugo)

523 *Tertia difficultas*: Ad quem Judicem pertineat cognitio hujus delicti? Respondetur cum distinctione: aut enim illud secum defert alium admixtum errorem Confessarii, quia dicit licitam esse revelationem Sigilli, aut aliter ostendit se malè sentire de Sacramentis Ecclesiæ; & tunc horum cognitio spectat ad Inquisitores. Et ita intelligendi videntur *Molfesius in summa t. 1. tr. 7. cap. 23. num. 68. Alphonsus de Leon de officio Confessarii t. 1.* (Molfes.; Leon.)


recol-

Diana recollectione 22. num. 12. casu 3. quos sequitur *Diana 4. p. tr. 8. resol. 95.* Aut non defert alium admixtum errorem, & tunc non ad Inquisitores pertinet, sed ad Ordinarium Ecclesiasticum. Ita *Diana cit. &*
P. Lugo *Lugo num. 148.*

524 Sed hic occurrit dubium. In casu, quòd constet de revelatione confessionis: Sacerdos dicit id fecisse de licentia pœnitentis: pœnitens è contra asserit se talem licentiam non dedisse. Quæritur, cui incumbat onus probandi? Responderi solet incumbere Confessario, quia constat de delicto, licentia verò non præsu-
Navarr. mitur, nisi probetur. Ita *Navar. in Cap.*
Cephalus *Sacerdos num. 164. Cephalus consilio 47. n.*
D. Thom. 2. quibus accedunt *D. Thomas d. 21. q. 3.*
Richard. *art. 2. ad 2. Richardus ibi art. 4. q. 1. ad 1. &*
Sylvest. *Sylvester verbo Confessio 3. n. 9.*

525 Verùm hæc doctrina licèt in aliis materiis sit vera; in hac confessionis severa, & valde difficilis videtur; nam Sacerdos non potest probare licentiam, cùm hæc regulariter loquendo detur in occulto. Quare probationem incumbere pœ-
nitenti cum *Graffis p. 1. decis. aur. l. 1. cap.* Graffis
33. num. 16. & Henriquez l. 6. cap. 19. P. Henriq
num. 10. existimat *Diana 5. p. tr. 11. re-* Diana
sol. 41.

526 Ego verò existimo totum hoc negotium pendere ex indiciis, conjecturis, & circumstantiis. Et ita sentiunt *Su-* P. Suar.
ar. citatus, Sanchez l. 3. de matrim. disp. 37. P. Sãchez
num. 5. Lugo num. 151. Reginaldus l. 3. num. P. Lugo.
68. Riccius in decis. Curiæ Neapol. p. 1. de- P. Regin.
cis. 190. Menoch. de arbitr. casu 414. Mas- Riccius
card. de probat. concl. 1286. Delrius l. 6. Menoch.
de Magia cap. 1. sect. 1. Farinac. q. 51. à Mascard.
numero 112. Rodriguez qq. reg. to. 2. P. Delrius
q. 35. art. 1. Aldrete de religiosa dis- Farin.
ciplina lib. 2. capite 19. num. 6. & Bar- Rodriguez
bosa in Cap. Omnis utriusque sexus, nume- P. Aldrete
ro 24. Barbosa



TRACTATUS SEPTIMUS.


De Casibus Reservatis.



Omplectens disputationes tres. In prima agitur de Reservatione casuum. In secunda de eorum absolutione. In tertia explicantur nonnulli casus reservati in particulari.

DISPUTATIO PRIMA.

De Reservatione casuum.



Omprehendit sectiones tres. Inquirit prima: Qui possint reservare, & quæ peccata? Secunda: Qui casus de facto sint reservati? Tertia: Quas personas reservatio comprehendat?

SECTIO PRIMA.

Qui possint reservare, & quæ peccata?

1 *An sit in Ecclesia potestas reservandi?*
2 *Pertineatne reservatio ad solum forum externum, an etiam ad internum?*
3 *Quinam possint reservare?*
4 *An Parochi possint reservare?*
5 *Quid de Prælatis immediatis Monasteriorum?*
6 *Utrùm, & quare Episcopi possint reservare, ita ut Parochi nequeant absolvere?*
7 *An peccata venialia, & mortalia jam confessa possint reservari?*
Quid in opinione dicentium, venialium absolutionem competere Sacerdotibus jure divino? Ibidem.
8 *Quid in opinione asserentium esse de jure humano?*
9 *Sententia Authoris.*
10 *An possint reservari peccata merè interna? Negat Tamburinus.*
11 *Sed probabilius est posse.*
12 *An expediat hujusmodi reservatio?*
13 *An reservato actu externo censeatur reservari in quantitate etiam de se levi?*
14 *Authoris sententia.*

1 

Omine Reservationis intelligitur ablatio jurisdictionis circa aliqua peccata. Et certum in primis est esse in Ecclesia penes Prælatos potestatem reservandi aliqua peccata, à quibus Sacerdotes inferiores nec licitè, nec validè possint absolvere. Ita definitur in *Trident. sess. 14. cap. 7. &* *can. 11.* & habetur in *Concilio Vvormatiensi cap. 30. & in Concilio Carthaginensi 3. c. 32. & in Concilio Africano cap. 10.* prout refertur in *Cap. finali 26. q. 6.* Ratio autem est manifesta, quia Superiores sicut possunt non concedere jurisdictionem inferioribus, ita possunt eam cõcedere limitatã, reservãdo sibi aliquos casus speciales. *Cõc. Trid. Vvormatiēs Carthag. African. Cap fin.*

2 Certum deinde est hujusmodi reservationem non tantùm spectare ad censuras, & forum externum, sed etiam ad ipsa peccata, & forum internum. Habetur expressè in *Concilio Trident. sess. 14. c. 7.* ibi: *Hanc delictorum reservationem consonum est divinæ authoritati non solùm coram externa politia, sed etiam coram Deo vim habere, &c.* Et id certè convincit ratio proximè facta, quia Superiores sicut possunt nõ concedere jurisdictionem ad peccata & forum internum, ita possunt eam concedere limitatam. His positis. *Trident.*

3 *Prima difficultas est*: Qui possint reservare? Respondeo regulariter loquendo reser-

reservare posse omnem Prælatum, qui potest concedere jurisdictionem ad absolvendum; nam sicut potest eam concedere, ita potest non concedere, & sicut potest eam non concedere, ita potest concedere limitatam. Ita communiter Doctores apud *Bonacinam q. 7. p. 5. §. 1.* Unde patet Summum Pontificem posse reservare pro tota Ecclesia; quemlibet Episcopum pro sua Diœcesi, & quemlibet Parochum pro sua Parochia.

Bonac.

Notandum tamen est quòd, reservante Summo Pontifice, nemo potest absolvere nisi de licentia ipsius Summi Pontificis; reservante autem Episcopo, possunt absolvere alii de licentia Summi Pontificis; & reservante Parocho, possunt absolvere alii non solùm de licentia Summi Pontificis, sed etiam de licentia Episcopi.

4 Et hinc est quòd Parochi non soleant reservare, quia eorum reservatio esset pene inutilis: quæ doctrina licèt sit contra *Tannerum q. 9. num. 78.* asserentem Parochos non posse reservare, & contra *Ochagaviam*, & alios apud *Hurt. disp. 11. diffic. 1.* traditur tamen expresè ab ipso *Hurtado, & Vasq. q. 91. art. 3. dub. 3.* item à *Maiore in 4. dist. 17. q. 5. Soto in 4. d. 18. q. 1. Suar. d. 29. sect. 1. num. 4. Lug. d. 20. num. 2.* & aliis.

P. Tāner. Ochagav. P. Hurtad P. Vasq. Maior. Sotus P. Suarez P. Lugo

5 Ex eodem principio sequitur posse Prælatos Regularium, etiam immediatos Monasteriorum, ut Rectores, Guardiani, & alii Præpositi locales, sibi aliquos casus reservare. Quod licèt quoad hujusmodi Præpositos locales sit contra *Coriolanum de casibus reservatis p. 1. sect. 1. art. 4.* asserentem nullibi reperiri talem potestatem eis factam: traditur tamen à *Suar. t. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 18. num. 14. Hurt. proximè, & Tambur. de jure Abbatum t. 2. disp. 15. quæsito 1. num. 7.* Et probatur, quia præterquam quòd id hujusmodi Guardianis expresè indultum sit ab *Alexandro VI.* prout refertur in *Monumentis Ordinis concess. 66.* quoad illos, & quoad omnes convincitur, quia Prælati Regulares exempti, etiam locales, habent erga suos Subditos jurisdictionem Episcopalem, seu quasi Episcopalem, juxta glossam singularem in *Clement. 1. verbo Proprii, de rebus Ecclesiasticis non alienandis*, & ibi *Cardinalis q. 34.* Accedunt *Abbas in cap. 1. eodem titulo, Rodriguez in summa t. 1. cap. 29. num. 3. Navarr. l. 5. titulo de Regularibus cons. 23.* & alii. At

Coriolan. P. Suar. P. Hurt. Tambur. Glossa Clemēt. 1. Cardin. Abbas. Rodriguez Navarr.

Episcopi possunt reservare, ut constat ex *Trident.* loco citato: ergo, &c. Hanc tamen Regularium potestatem moderatus est *Clemens VIII.* speciali constitutione de hac re edita anno 1593 ubi præscribit aliquas limitationes, de quibus infrà.

6 Unum tamen hoc loco superest dubium contra reservationem Episcoporum: videntur enim Episcopi non posse reservare, ita ut Parochi nequeant absolvere. Et ratio dubitandi est, quia Parochi licèt aliquo modò dependeant ab Episcopo in fieri, non dependent in conservari; nam Episcopus non potest auferre Beneficium semel collatum, nisi concurrente gravissima causâ in pœnam delicti: sicut ergo non potest Parochis auferre jurisdictionem, ita neque limitare. Respondetur in primis Episcopos habere ejusmodi potestatem expressam in *Concilio Tridentino citato cap. 7.* Deinde ex eo quòd non possint auferre totam jurisdictionem, non sequitur non posse auferre partem, nam in primis id ita expressum est in *Concilio Tridentino loco citato*: deinde conveniens fuit Ecclesiæ, & ejus bono regimini, ut non possint auferre totam, & possint auferre partem. Neque id novum videri debet; nam etiam Episcopus non potest eximere omnes Parochianos à suo Parocho, at potest aliquem. Item Generalis Regularium nō potest auferre totam jurisdictionem Prælatorum inferiorum; potest tamen aliquem casum sibi reservare.

Cōc. Trid.

7 Secunda difficultas: Quæ peccata possint reservari? Et quæri potest primò: An possint reservari venialia? Et eadem quæstio est de mortalibus jam confessis. Et quidem in opinione *Vasq. Reginaldi*, & aliorum, quos retulimus *tract. 6. disp. 1. sect. 2.* asserentes potestatem absolvendi à venialibus, & à mortalibus jam confessis accipi immediatè à Deo, & esse de jure divino, dicendum est non posse hujusmodi peccata reservari, ut est manifestum.

P. Vasq. P. Regin.

8 In opinione autem contraria, quam cum *Suar.* & aliis pluribus secuti sumus loco citato, asserentibus prædictam potestatem accipi immediatè ab Ecclesia, & esse de jure Ecclesiastico, adhuc *Vasq. q. 91. art. 3. dub. 2. num. 2. Filliuc. tomo 1. tr. 7. cap. 10. num. 271. Graffis de casibus reserv. l. 1. cap. 4. num. 17. Reginald. in praxi l. 1. num. 126. Comitolus in respons. moral. l. 1. q. 34. num. 2. Finellus de casibus reservat. cap. 5. num. 6. & Tambur. d. 1. 2.* disp.

P. Suar. P. Vasq. P. Filliuc Graffis P. Reginal Comitol. Finellus P. Tābur.

disp. 3. q. 2. num. 1. contendunt non posse hujusmodi peccata reservari, quia qui sibi reservat aliquod peccatum, obligat ad sibi comparendum in judicio pro tali casu: at Ecclesia non potest obligare ad comparendum pro venialibus.

9 Nihilominus probabilior est contraria resolutio, quam tenent *Fagundez l. 8. cap. 1. num. 18. Suar. cit. sect. 3. num. 2. Lugo num. 12. Nugnus in addit. q. 8. art. 5. dubio 10. Miranda t. 2. manual. Prælat. q. 34. art. 4. conclus. 4. Homobonus de casibus reservatis 1. p. cap. 3. assert. 2. & Bonacina de Pœnitent. d. 5. q. 7. puncto 5. §. 2. num.* 3. Et hoc probari potest duplici via: prima, quia reservatio non necessariò inducit obligationem comparendi, sed restrictionem potestatis apud se, auferendo illam ab omnibus aliis. Secunda, quia posse dari obligationem confitendi venialia, idque non solùm sub veniali, sed etiam sub mortali, ostendimus *tract. 5. num.* 63. Notandum tamen est, solum Summum Pontificem, & non alios Prælatos inferiores, posse hujusmodi peccata reservare, quia jurisdictio ad illa accipitur ab ipso Summo Pontifice, & communicatur cuilibet Simplici Sacerdoti: at verò jurisdictio, quæ promanat à Superiore, non potest restringi ab Inferiore.

P. Fagund. P. Suar. P. Lugo Nugnus Miranda Homob. Bonac.

10 Quæri potest secundò: An reservari possint peccata merè interna? Et aliud est quærere, an id possit fieri? Aliud, an fieri expediat? Quod attinet ad primum, negat id posse fieri *Tamburinus citatus quæst.* 4. quia reservatio est pœna; & Ecclesia non punit actus internos, *C. Cogitationis, de Pœnit. dist.* 1. Item Ecclesia non judicat de interioribus, *Cap. A nobis 1. de sentent. excommunicationis. Cap. Sicut tuis. Cap. Tua nos, de simonia. Cap. Erubescant. 32. dist.*

Tambur. C. Cogitat. C. A nob. C. Sicut tuis C. Tua nos C. Erubesc.

11 Sed probabilior est resolutio affirmativa, quam tenent *Suar. cit. num. 3. Lugo proximè num. 13. Castro de justa Hæreticorum punitione l. 2. cap. 18. Navarr. de simonia num. 20. Fagundez l. 8. cap. 1. num. 25. Sanchez 2. Decalog. cap. 8. num. 4. Coriolanus proximè num. 6. Graffis in Appendice ad decis. l. 1. cap. 7. num. 24. Filliucius tract. 7. cap. 10. quæsito 2. num. 271. Medina 1. 2. quæs. 91. art. 4. Nugnus in addit. q. 8. art. 5. dub. 10. Homobonus de casibus reservatis 1. p. cap. 3. assert. 2. Reginaldus l. 1. num. 128. Bonacina loco citato num. 3. Sotus in 4. d. 18. q. 2. art. 5. Vasquez de Pœnitent. q. 91. art. 3. dub. 3. n. 2. Leand. disp. 12. q. 7. & Dicastillo disp. 11. num. 29.* Probatur, quia sicut Superior potest non concedere jurisdictionem ad hujusmodi peccata, ita potest concedere limitatam. Neque obstat quòd reservatio sit pœna, nam aliquando est medicina; imò quando est pœna, solũ id habet indirectè, nam directè solùm est ablatio jurisdictionis à Sacerdote subdito: Superior autem potest auferre jurisdictionem à Sacerdote subdito.

P. Suar. P. Lugo Castro Navar. P. Fagund. P. Sãchez Coriolan. Graffis P. Filliuc. Medina. Nugnus Homob. P. Regin. Bonacina Sotus P. Vasq. Leander P. Dicast.

12 Quod attinet ad secundum: An expediat reservare peccata merè interna? Negat *Suar. sect. 3. num. 3. Coninck num. 79. Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 8. num. 4. post medium*, ubi approbat doctrinam *Soti in 4. dist. 18. q. 2. art. 2. colum. 11. versu Utrùm verò*, dicentis absurdum esse reservare peccata interna. Item doctrinã *Bartol. de Ledesma in summa Sacram. de confessione dub. 16. in fundamento 2. ad finem*, asserentis peccare eum, qui reservaret peccata interna. Et (quidquid sit, an hoc liceat, de quo infrà) saltem verum est id non expedire; quia peccata merè interna non sunt infectiva Communitatis; cujus saluti Superior præcipuè consulere intendit, cùm peccata reservat. Subscribit *Fragoso p. 2. lib. 1. d. 3. §. 1. num. 11. & Leand. disp. 12. q. 8.*

P. Suar. P. Coninc. P. Sãchez P. Fragoso Leander

Ex dictis colliges, reservato aliquo peccato, solùm intelligi reservari peccatum externum, & non merè internum. Et id tenendum est in omni dubio, an reservatio comprehendat peccata merè interna, semper enim, quoad fieri possit, præsumendum est ea non reservari; quia præsumendũ est Prælatũ nõ facere id, quod fieri nõ expedit, ut docet *Sanchez loco cit.* An autẽ aliquando expediat reservari saltẽ hæresim merè internã, & quid de ea reservatione sentiendũ sit? dicemus inferiùs.

P. Sãchez

13 Sed hîc dubium esse potest, an reservato actu externo, censeatur actus reservari in quacumque quantitate externa, etiam de se levi, licèt alioquin imperetur ab actu interno gravi? v. g. An in nostra Societate, ubi reservatur quidquid in actum externum prodit contra votum castitatis, censeatur reservatum verbum de se leve, vel actio de se levis, licèt imperata ab actu interno gravi? Affirmat *Turrianus in selectis 2. p. d. 31. dub. 52. & 61.* quia Superior id potuit reservare, & non est fundamentum ad limitandam ejus intentionem. Addit, contrariam sententiã neque esse tutam, neque probabilẽ.

P. Turriã.

14 Sed

14 Sed negari non potest esse probabilem. Eam tenent *Granado 2. 2. tr. 15. d. 13. num. 14. Henriq. l. 6. cap. 14. num. 6. Suar. t. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 18. num. 12. Sanchez l. 2. Decal. cap. 8. num. 7.* ubi dicit nec hæresim reservari, nisi quando actus externus est [de se mortalis non per solam relationem ad actum internum, sed etiam secundùm operis externi quantitatem. Accedunt *Lugo d. 20. num. 15. Diana 4. p. tr. 4. resol. 163. Bonac. proximè num. 4. Graffis l. 4. decis. cap. 18. num. 62. Homobonus de casibus reservatis 1. p. cap. 3. assert. 2. versu Insuper, Miranda in Manuali Prælat. t. 2. q. 34. art. 4. Dicastillo disp. 11. num. 33. & 41.* & alii; quia reservatio non imponitur nisi ob peccatum mortale externum: at actus externus levis, præciso interno, non est mortalis. Et, quod dicimus de reservatione delicti, dicunt etiam communiter Doctores de excommunicatione. Unde quando externa Clerici percussio est levis, & venialis, licèt imperetur ab actu interno mortali, nō incurrit excommunicationem. Ita tenent *Henriq. l. 13. de excom. cap. 17. num. 2. Guttier. Canon. l. 1. cap. 5. num. 13. Sa verbo Excommunicatio in expositione Bullæ Cœnæ n. 3. Sanchez cit.* & alii.

P. Granad. P. Henriq. P. Suar. P. Sāchez. P. Lugo. Diana. Bonac. Graffis. Homob. Miranda. P. Dicast. P. Henriq. Guttier. P. Sa. P. Sāchez.

§. 1.

An Reservatio extendatur ad peccata dubia?

15 *An possint reservari peccata dubia?*
16 *Quid, si dubium sit positivum? Quid, si sit negativum? Et proponitur opinio asserentium habendum esse pro reservato.* Ibidem.
17 *Explicatur resolutio probabilior.*
18 *Enodantur rationes contrariæ.*
19 *Utrùm quando constat de delicto, & dubitatur de animo, habendum sit pro reservato? Proponitur opinio affirmativa.*
20 *Statuitur sententia negativa.*
21 *Solvuntur fundamenta contraria.*
22 *Utrùm, si quis bona fide absolutus per Inferiorem à reservato dubio, reperiat fuisse certum, teneatur se pro illo præsentare Superiori?*

15 QUæri potest tertiò]: An reservari possint peccata dubia? Et quidem quæstio non tam procedit de possibili, quam de facto; nam de possibili non est dubium cadere sub reservationem peccata dubia; quod licèt sit contra *Comitolum cit. num. 3. & Tambur. num. 2.* traditur tamen à *Suar. Leand. disp. 12. q. 10. Dicastillo disp. 11. num. 88.* & aliis Doctoribus citatis. Solùm ergo procedit quæstio de facto, & inquirit: An reservato aliquo peccato, etiam dubium censeatur reservatum?

Comitol. Tambur. P. Suar. Leander. P. Dicast.

16 Et in primis, si dubium sit positivum, certum est posse Confessarium sequi opinionem probabilem. Sin autem dium sit negativum, haberi oportere peccatum pro reservato opinantur *Armil. verbo Casus num. 13. Friaz tr. de modo audiendi confess. p. 2. cap. 8. casu 2. & Corduba in Regulam D. Francisci cap. 7. q. 4. puncto 1. casu 5.* Et probatur primò, quia peccatum mortale dubium habetur pro mortali, & subjiciendum est Sacerdoti ordinario: ergo reservatum dubium habebitur pro reservato, & subjiciendum erit Superiori. *Secundò*, quia in dubio tutior pars est eligenda. *Tertiò*, quia per homicidium incurritur irregularitas. *Quartò*, quia in dubio, an percussio Clerici sit levis, aut gravis, pro gravi habenda est.

Armilla. Friaz. Corduba.

17 Nihilominus distinctione opus est: possumus enim loqui aut quando dubitatur de delicto, aut quando constat de delicto, & dubitatur de animo: v. g. constat de propositione hæretica, sed dubitatur, an animo hæretico, vel potiùs jocandi gratiâ sit prolata. Quod attinet ad primum, quando nimirum dubitatur de actu, dicendum est illum non esse reservatum. Ita communis Doctorum, quos citant, & sequuntur *Sanchez proximè num. 74. & lib. 1. Decalogi c. 10. num. 55. Laym. lib. 1. tr. 1. cap. 5. num. 38. Tannerus to. 4. d. 6. q. 10. dub. 4. num. 50. Cornejo par. 2. tr. 8. q. 19. d. 4. dub. 2. Diana 5. p. tr. 9. de excom. res. 44. & p. 4. tr. 3. resol. 35. & 66. Angelus Maria quæst. moral. tr. 8. q. 16. num. 7. Dicastillo disp. 11. num. 91. & seq.* Et probatur, quia reservatio est odiosa; ergo non debet extendi ad casus dubios, in quibus melior est conditio possidentis.

P. Sanch. P. Laym. P. Tanner. Cornejo. Diana. Ang. Mar. P. Dicast.

18 Neque obstat primò, quòd peccatum dubium sit confitendum; nam confessio est favorabilis: reservatio est odiosa, utpote restrictiva jurisdictionis Confessorum. Non obstat *secundò* regula *In dubio tutior pars, &c.* quia hæc solùm habet locum in dubio practico, aut quando agitur de periculo animæ extremo; aut quan-

Reg. In dub.

quando nõ opponitur rei certæ, qualis est juris fictio Ordinariorum. Non obstat tertiò, quòd in dubio homicidii incurratur irregularitas, nam hoc est de speciali juris dispositione; & quia tale dubium opponitur præcepto religionis, & decentiæ cultûs divini. Non obstat quartò, quòd in dubio, an percussio Clerici sit gravis, an levis, habenda est pro gravi; nam hoc præterquam quòd sit specialis juris dispositio, est in favorem statûs Clericalis, ac proinde extendenda.

P. Sãchez 19. Quod attinet ad secundum, quando constat de delicto, v. g. de hæresi, opinatur *Sanchez citatus* habendam esse pro reservata. Probatur *primò*, quia præsũptio semper est pro possidente, & in præsenti possessio est pro actu, seu delicto, de quo constat. *Secundò*, quia ex hoc titulo, quando constat de voto, & dubitatur de intentione, standum est pro voto. *Tertiò*, quia iste homo in foro externo judicandus est hæreticus: ergo etiam in interno; nam fori interni, & externi idem est judicium, nisi externum nitatur præsũptione falsa, ut cum communi Doctorum tenet *Barbosa in locis communibus loco* 50. Huic sententiæ subscribunt *Alphonsus de Leon de potest. confess. p.* 1. *recollect.* 15. *num.* 25. & *Bonacina q.* 7. *puncto* 5. §. 4. *num.* 1.

Barbosa Leon. Bonac.

20 His non obstantibus, dicendum videtur neque in hoc casu, in quo constat de delicto, & dubitatur de animo, habendum esse pro reservato. Ita *Suar. de censuris d.* 40. *sect.* 6. *num.* 5. & *t.* 2. *de Relig. l.* 4. *cap.* 5. *num.* 15. *Henriq. l.* 6. *cap.* 26. *num.* 7. *Lugo cit. num.* 18. *Hurt. disp.* 11. *diff.* 6. *Ochagavia de Sacr. Pœnit. tr.* 2. *q.* 13. *num.* 8. *Sa, verbo Casus reservati num.* 5. *Homobonus in consult. casuum consc. vol.* 2. *p.* 5. *respons.* 87. *Filliuc. t.* 2. *tr.* 21. *cap.* 4. *num.* 127. *Portel in dubiis reg. versu Casus reservati num.* 7. *Merolla in d. theol. t.* 1. *d.* 3. *cap.* 3. *dub.* 2. *corollar.* 2. *num.* 370. *Diana* 4. *p. tr.* 3. *resol.* 4. *Barbosa de potest. Episcopi allegat.* 51. *n.* 3. *fine, Leand. q.* 11. & *Dicastillo proximè citatus*, & alii. Probatur, quia jurisdictio inferiorum est certa; reservatio autẽ in hoc eventu dubia: at verò jurisdictio certa non tollitur per reservationem dubiam, quia in dubio melior est conditio possidentis. Item in dubio non spoliatur quis possessione sua.

P. Suar. P. Henriq P. Lugo P. Hurt. Ochapav. P. Sa. Homob. P. Filliuc. Portel Merola. Diana Barbosa Leander P. Dicast.

21 *Ad primum* respondetur præsumptionem semper stare pro possidente, quando non est aliquid, quod ipsam præsumptionem infirmet: at in hoc eventu dubium infirmat præsumptionem. *Ad secundum* de voto respondetur illud valere, quia in eo casu controversia est inter animum, & actum, quæ ambo sunt dubia; & in pari dubio possessio est pro actu: at verò in nostro eventu controversia est inter jurisdictionem inferiorum, quæ est certa, & reservationem, quæ est dubia; & jurisdictio certa non tollitur per reservationem dubiam. Imò exemplo ejusdem voti possumus argumentari contra *Sanch.* P. Sanch. nam ille 4. *Decal. cap.* 44. *num.* 3. & *cap.* 40. *num.* 26. dicit tale votum obligare, non tamen esse reservatum: obligat, inquam, quia in pari dubio animi & ipsius voti, possessio est pro voto; non tamen est reservatum, quia jurisdictio inferiorum certa non tollitur per reservationem dubiam.

Ad tertium respondetur talem hominem in hoc casu habendum esse pro hæretico in foro externo, non tamen in interno: diversa ratio est, quia in foro externo constat de actu, & non creditur animo; in interno maximè. Illud autem axioma, *Fori interni, & externi idem est judicium, quando externum non nititur præsumptione falsa*, verum habet: at in præsenti casu in foro externo præsumitur animus certus; & in interno non est certus, sed dubius.

22 Majus dubium est in casu, quo pœnitens bona fide absolutus per Inferiorẽ à reservato dubio, reperit fuisse certũ; & quæritur, an teneatur se pro illo præsentare Superiori? Pro parte affirmativa facit quòd Inferior videtur non absolvisse validè, non enim habebat jurisdictionem ad absolvendum à reservatis.

Hæc quæstio non habet locum in nostra Societate, ubi expressum est talem absolutionem fuisse bonam & validam, ac proinde non esse repetendam. Ita habetur in *Ordinat. General. cap.* 6. *num.* 7. Quo Ordin. Gen Societ. ad alios etiã videtur probabilius manere absolutos, nec teneri se Superiori præsentare, nam Inferior habebat jurisdictionem ad absolvendum à tali casu, hic enim, in quantum dubius, non erat reservatus, & Inferior habebat jurisdictionem ad casus, non reservatos. Ita *Lugo citatus num.* 22. *Leand. disp.* 12. *q.* 12. *Dicastillo disp.* 11. *num.* 99. Et confirmatur, quia dispensatus ab Inferiori in voto reservato dubio licèt postea constet de certitudine, non tenetur adire Superiorem, sed est validè, dispen-

P. Lugo Leander P. Dicastil

dispensatus, quia votum dubium non est reservatum; & Inferior, ut suppono, habebat jurisdictionem ad dispensandum in votis non reservatis. Ita cum communi Doctorum tenet *Sanchez l. 4. Decal. cap. 44. num. 10.*

P. Sanch

§. 2.

An possit reservari peccatum etiam quò ad absolutionem indirectam?

23 *Quid in opinione asserentium jurisdictionem ad absolvendum à venialibus esse de jure divino?*

24 *Utrùm, si jurisdictio ad absolvendum à venialibus sit de jure ecclesiastico, possit Summus Pontifex reservare peccatum etiam quò ad absolutionem indirectam?*

25 *Quid de aliis Prælatis Summo Pontifice inferioribus?*

23 Quæri potest quartò: An possit reservari peccatum omnino, ita ut Inferior non solùm non possit ab illo absolvere directè, sed etiam neque indirectè? Hujus resolutio dependet ab illa quæstione, de qua egimus *tr. 6. disp. 1. sect. 2.* an scilicet jurisdictio ad absolvendum à venialibus sit de jure ecclesiastico, an potiùs de jure divino? nam, si sit de jure divino, dicendum est non posse peccatum reservari quò ad absolutionem indirectam; non enim potest tolli quominùs Sacerdotes directè absolvant à venialibus, & consequenter indirectè à mortalibus, nam illa absolutio directa stare non potest absque ista indirecta.

24 Sin autem jurisdictio ad absolvendum à venialibus sit de jure ecclesiastico, ut loco citato approbavimus; tunc dicendum est primò, posse Summum Pontificem reservare peccatum etiam quò ad absolutionem indirectam; potest enim tollere omnem prorsus jurisdictionē respectu habentium talia, vel talia peccata, & tunc hi neque directè, neque indirectè poterunt ab illis per alium, quàm per Sūmum Pontificem absolvi.

25 Dicendum est secundò, alios Prælatos Summo Pontifice inferiores non posse hoc modo reservare peccata quò ad absolutionem indirectam. Ita *Lugo citatus num. 28. Leand. disp. 12. q. 17.* Et probatur, quia non possunt auferre jurisdictionem ad absolvendum directè a venialibus: ergo neque ad absolvendum indirectè à mortalibus, nam illa sine hac stare non potest.

P. Lugo
Leander

§. 3.

An reservatio sine causa pro libito Superioris sit valida?

26 *Quæ reservatio sit justa, & quæ injusta?*

27 *An reservatio injusta in ordine ad inferiores delegatos sit invalida?*

28 *Quid de reservatione injusta in ordine ad inferiores, qui ordinarii sunt?*

Proponitur opinio asserens hujusmodi reservationem esse invalidam. Ibid.

29 *Summi Pontificis reservatio etiam injusta, est valida.*

30 *Quid in praxi tenendum de reservatione Episcoporum injusta?*

31 *Quid quò ad speculationem?*

32 *Refelluntur argumenta Adversariorum proposita num. 28.*

26 Tertiis difficultas: An reservatio injusta sit valida? Suppono enim non omnem reservationem esse justam, sed illam duntaxat, quæ fit in bonum Subditorum, quorum saluti tenetur Superior consulere non solùm ex caritate, sed etiam ex officio: illa autem reservatio nō esset in bonum, sed in damnum Subditorum, quæ ob difficultatem absolutionis pluribus esset in causa diù jacendi in statu peccati, & non utendi remediis Sacramentorum.

27 Quæritur ergo, an hujusmodi reservatio sic injusta sit invalida? Et quidem, si consideretur in ordine ad inferiores delegatos, quibus ipse Superior suas vices & jurisdictionem liberè indulget, videtur indubitatum talem reservationē esse validam, nam Superior liberè eis concedit jurisdictionem: sicut ergo poterat illam eis non concedere, ita potest concedere limitatam.

28 Tota dubitatio est de reservatione in ordine ad inferiores, qui ordinarii sunt, & Parochi, seu quasi Parochi, habentes ratione officii jurisdictionem annexam. Et respectu horum non valere reservationem injustam opinantur *Sotus*, & *Ruardus*, quos citat & sequitur *Vasq. q. 91. art. 3. dub. 4.* quibus accedunt *Lugo disp. 20. num. 35. Tambur. cit. disp. 13. q. 2. num.*

Sotus. Ruardus P. Vasq. P. Lugo Tāburin.

P. Henriq. Finellus Peirin 2. num. 165. *Henriquez cum pluribus l. 6. cap. 14. num. 3. litera. P. Finellus de casibus reservatis cap. 4. num. 4. & Peirin. t. 2. de Prelato Regular. q. 3. cap. 2. num. 7.*

Probatur primò, quia Superior, v. g. Episcopus respectu Parochorum, aut Generalis Regularium respectu Provincialium, vel Provincialis respectu Prælatorum localium, non potest sine causa illis auferre totam jurisdictionem; ergo neque partem. Secundò ex *Concilio Tridentino sess. 14. cap. 7.* ubi loquendo de potestate reservandi Episcopis concessa, eam limitat ad reservationem justam: ibi, *Episcopis omnibus, in sua cuique Diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem reservatio licet.*

29 Nihilominus probabilior videtur contraria resolutio, ad cujus intelligentiam distinctione utendum est: nam aut possumus loqui de Summo Pontifice, & sic videtur negari non posse ejus reservationem, etiam injustam, validam esse. In hac conveniunt Doctores citati, quibus accedit *Suar. disp. 29. sect. 4. num. 6. Leander q. 18. Dicastillo disp. 11. à num. 13.* P. Suar. Leander P. Dicast. Et probatur, quia omnis jurisdictio Ecclesiastica pendet à Summo Pontifice in fieri, & conservari: unde fit, quòd Summus Pontifex validè possit auferre totam jurisdictionem cuilibet Sacerdoti; & sicut potest auferre totam, ita potest auferre & partem. Et confirmatur primò, quia potuit à principio conferre jurisdictioné cum ista subordinatione, & dependentia expressa; & credendum est illam de facto cum ea tacita contulisse; idque, quia ita suadet usus, & praxis Ecclesiæ, & quia ita conveniens est bono communi, & subordinationi, ac dependentiæ Ecclesiæ à suo Capite. Confirmatur secundò à foro externo Ecclesiastico, in quo si Summus Pontifex sibi reservet aliquam causam judicialem, etiamsi id faciat injustè, & irrationabiliter, semper talis reservatio est valida, ut decidit textus in *Cap. Ad nostram, de Appellat.* Cap. Ad nostram semper enim Summus Pontifex manet supremus Pastor, & id spectat ad ejus dignitatem, & Sedem supremam.

30 Possumus deinde loqui de Episcopis, seu quasi Episcopis; idque aut de eo, quod tenendum est in praxi, aut de eo, quod in speculatione videtur probabilius. Et in primis quòad praxim rarò constabit reservationem esse injustam, & in dubio pro Superiore, ac pro illius gestis standum est; nam in Superiore nunquam præsumitur delictum, *L. Merito ff. Pro socio,* ut notat *Sanchez l. 2. Decal. cap. 8. num. 4.* L. Merito P. Sãchez

31 Quò ad speculationem adhuc probabilius existimo inferiores Pastores ex institutione sua subjacere Superioribus quò ad reservationem. Ita tenet *Sylvester verbo Confessor 1. q. 11. Suar. disp. 29. sect. 4. num. 8. Coninck disp. 8. num. 78. Fillincius cap. 10. num. 280. Bonac. q. 7. p. 5. §. 1. num. 2. Hurt. disp. 11. diff. 2. & Fagundez l. 8. cap. 1. num. 25.* Sylvest. P. Suarez P. Coninc P. Fillinc Bonac. P. Hurtad P. Fagũd. Probatur ex *Tridentino* loco citato, ubi loquendo de reservatione injusta solùm dicit esse illicitam: videtur ergo concedere esse validam; & quod illud non limitat, nec nos limitare debemus.

32 Neque obstat, quòd Superiores non possint sine causa auferre totam jurisdictionem Inferiorum; ergo neque partem. Non inquam, hoc obstat, quia primum illis in *Tridentino* non est concessum, secundum maximè; idque sine ulla limitatione quò ad valorem, solùm cum limitatione quò ad licitum.

§. 4.

An reservatio expiret morte reservantis, aut per ejus amotionem ab officio?

33 *Reservatio imposita per modum statuti non expirat per mortem imponentis.*

34 *Quid de reservatione imposita per modum præcepti?*

35 *Quid, si reservatio consideretur ex parte illius, qui eam contraxit?*

36 *An dicta reservatio possit tolli ab Episcopo successore?*

37 *An à Vicario relicto?*

33 Q*uarta difficultas*: An reservatio cesset per mortẽ reservantis? Pro cujus resolutione distinguendum est: nam reservatio potest considerari aut ex parte legis, seu præcepti, aut ex parte illius, qui eam contraxit, postquam eam contraxit. Si consideretur primo modo, dicendum est reservationem, quæ est imposita per modum statuti seu legis, non expirare per mortem imponentis; quia statuta, & leges non expirant per mortem legislatoris, sed perseverant post illam.

34 Sin

34 Sin autem reservatio imposita sit per modum præcepti, expirat morte imponentis; quia præcepta expirant morte præcipientis, *Cap. finali, de offic. legati;* *L. finali ff. de pœnis, & Glossa ab omnibus recepta in Cap. A nobis* 1. *de sententia excommunicationis.* Et ita *Granado in 2. D. Thom. controv. 7. tr. 1. disp. 7. num. 6. Præposit in 3. p. q. 9. de reservatione casuum dub. 1. num. 6. Gavantus in Enchirid. Episc. verbo Casus reservati num. 16. Rubeus in aphor. Episc. verbo Casus reserv. num. 4. & Piasecius in praxi noviss. Episcop. p. 2. cap. 1. art. 3. num. 21. Dianа 3. p. tr. 2. resol. 23. & 4. p. tract. 4. resolut.* 108.

Cap. fin. L. finalis Glossa P. Granad. P. Præpos. Gavant. Rubeus Piasec. Diana

35 Si verò reservatio consideretur secundo modo ex parte illius, qui eâ contraxit, postquam eam contraxit, dicendum est non expirare morte illius, qui eam præcepto imposuit. Ita *Sayrus de censuris l. 1. cap. 4. num. 22. Henriquez in summa l. 13. de excom. cap. 2. §. 2. Ugolinus de censuris tab. 1. casu 9. §. 4. & Tambur. de jure Abbatum t. 2. q. 11.* Et probatur, quia reservatio est effectus relictus, non à præcepto, quod est, sed à præcepto, quod fuit; illud autem, ut suppono, verum, ac legitimum fuit, & dum existeret, operatum est.

Sayrus P. Henriq. Ugolinus Tambur.

36 Potest tamen dicta reservatio tolli à Superiore successore; quia hic gerit eandem personam emortui, vel amoti ab officio. Ita *Paludanus in 4. d. 18. q. 5. art. 2. D. Antoninus 3. p. tit. 24. cap. 77. Sylvester verbo Absolutio in principio, Ugolinus tab. 1. cap. 4. §. 3. num. 1. Innocentius in Cap. Querenti, in fine de offic. Ordinarii, Panormitanus in Cap. Pastoralis §. Præterea num. 1. de offic. Ordinarii, Durandus in 4. d. 15. q. 4. num. 8. Tamburinus ubi suprà,* & alii.

Palud. D. Anton. Sylvester Ugolinus Innocent. Panorm. Durand. Tambur.

37 An autem possit tolli etiam à Vicario relicto? Respondetur affirmativè, quia Vicarius succedit in potestate Prælati emortui, vel amoti ab officio, *Cap. 1. Ne sede Vacante, in fine:* & cùm Prælatus suspenditur, devolvitur ejus potestas ad Vicarium, *Clement. Ne in agro §. Abbate, de statu Monachorum.*

Cap. 1. Clem. Ne in agro.

§. 5.

An uni delicto plures reservationes inesse queant?

38 *Reservatio delicti sine censura potest repeti supra idem delictum à Superiore, & ejus Successore.*

Utrùm, & quare in hoc eventu una tantùm sit reservatio? Ibidem.

39 *Quid, si reservatio fiat à diversis Superioribus?*

40 *Quid, si reservatio sit de eadem censura?*

41 *Quid, si repetatur supra diversas?*

38 Quinta difficultas: An in uno peccato possint esse plures reservationes? Et aliud est loqui de reservatione delicti sine censura; aliud de ipsius censuræ reservatione. Quod attinet ad reservationem delicti sine censura, non est dubium posse supra idem delictum repeti reservationem ab uno Superiore, & ab ejus Successore. Quo tamen in eventu reservatio non erit duplex, sed una, & per unam Successoris absolutionem auferetur; nam repetitio voti, aut juramenti non illud multiplicat, sicut nec repetitio chirographi debitum duplicat, sed confirmat: ergo neque repetitio reservationis eam multiplicabit. Et ita cum communi Doctorum *Suarez disput. 21. sect. 4. numero 25. & Dicastill. disput. 11. numero 155.* P. Suar. P. Dicast.

39 Quid tamen, si reservatio fiat à diversis Superioribus, v. g. ab Episcopo, & à Papa? Respondetur solùm subsistere reservationem Prælati maioris, nam hic reservando privat omnes alios sibi inferiores potestate absolvendi à tali casu: ergo ille non manet eis reservatus, sed soli Prælato maiori. Ita *Lugo disp. 20. num. 151.* P. Lugo

40 Sin autem reservatio sit de censura; aut repetitur supra eandem, aut supra diversas: si supra eandem, dicendum de ea est idem, quod de repetitione reservationis supra delictum, nimirum factam ab uno Superiore, & ab ejus Successore non multiplicari, sed esse eandem; & tolli per unam Successoris absolutionem: factam verò à diversis Superioribus, nimirum ab Episcopo, & à Papa, solùm subsistere prout est à Prælato maiori, quia hic privat inferiores potestate absolvendi à tali censura: ergo hæc soli ipsi Prælato, & non aliis manet reservata.

41 Quòd si reservatio repetatur supra diversas excommunicationes, tunc & ipsæ reservationes erunt diversæ; & in hoc eventu poterit tolli unius excommunicationis reservatio, relicta reservatione alteri-

alterius excommunicationis: nam Superior solùm tollit potestatē absolvendi ab excōmunicatione sua, non alterius, potest ergo ipse absolvere à sua, relicta excōmunicatione alterius, & ejus reservatione. Quod intelligendum est extra forum Sacramentale, nam Superior absolvens in Sacramento, tollit omnes reservationes, ut inferiùs plenè ostendemus. Notandum ultimò est sacram Congregationem Cardinalium de mandato *Clementis VIII. in suo decreto anno* 1602. circa casus reservatos prohibuisse ne Episcopi de cætero sibi reservent casus contentos in Bulla Cœnæ, & Sedi Apostolicæ specialiter reservatos.

SECTIO II.

Quæ peccata de facto sint reservata?

41 *Utrùm peccata reservata incurrant reservationem antequam consummentur?*

41  Ntequam ad particularia descendamus, illud in genere præmonendum est, peccata reservata non incurrere reservationem quando attentantur, nisi id in eorum reservatione exprimatur; sed tunc solùm, quando complentur, & consummantur. Ita colligitur ex *Cap. Hæc autem, de pœnitent. dist.* 1. Deinde, quia in jure, ubi imponitur pœna pro aliquo delicto, non incurritur, nisi cùm delictum consummatur, ut cum *Abbate in Cap. Cùm in cunctis §. Clerici num.* 2. *Finell. de casibus reservatis cap.* 5. *num.* 4. *Graffis loco citato l.* 1. *cap.* 13. *num.* 71. *Coriolano de casibus reserv. p.* 1. *sect.* 1. *a.* 5. *num.* 7. & aliis tenet *Tamburin. cit. q.* 2. *num.* 4. *&* 9. *Bonac. de censuris disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 5. *num.* 3. Deinde descendēdo ad particularia, tres se se offerunt difficultates. Prima, quæ peccata de facto sint reservata Summo Pontifici? Secunda, quæ sint reservata Episcopis? Tertia, quæ sint reservata Prælatis Regularium?

Cap. Hæc autem

Abbas
Finell.
Graffis
Coriolan.
Tāburin.
Bonac.

(*)

§. I.

Quæ peccata sint de facto Summò Pontifici reservata?

43 *Referuntur casus Summo Pontifici reservati.*

44 *An in jure antiquo sint aliqui casus reservati Summo Pontifici absque censura?*

45 *Quid modernis temporibus?*

46 *An in his casibus Pontificiis reservatio cadat immediatè solùm supra censuras? Refertur opinio affirmantium.*

47 *Præfertur opinio asserens reservationem etiam cadere immediatè supra ipsas culpas.*

48 *An, si quis excusetur à censura ob ignorantiam, excusetur etiam à reservatione Papæ?*

49 *Respondetur fundamentis contrariæ opinionis.*

43 PRima difficultas est de peccatis Sūmo Pontifici reservatis? Non est animus omnia numero complecti, ac sigillatim referre. Plura continentur in Bulla Cœnæ Domini, de quibus *Sanchez l.* 2. *Decal. cap.* 10. *Sayrus de censuris l.* 3. *cap.* 5. *Bonac. de Bulla Cœnæ, per integros libros;* & cum pluribus *Barbosa de potest. Episcopi allegat.* 50. *à num.* 56. Plura etiam passim continentur in *Decreto*, plura in *Decretalibus*; plura in *Sexto*, in *Clement.* & *Extravagantibus*; plura in *Motibus propriis*, quæ omnia congerunt, ac sigillatim referunt *Barbosa cit. à num.* 83. *Suar. de censuris à disp.* 21. *&* *Reginaldus l.* 1. *à cap.* 11. De quibus omnibus ex professo agemus *tomo de Censuris.*

P. Sāchez
Sayrus
Bonac
Barbosa.

P. Suar.
P. Regin.

44 Hìc solùm dubitari, & quæri potest primò: An omnia peccata Summo Pontifici reservata habeant excommunicationem annexam? Et responderi potest primò, in jure antiquo aliqua reservari sine censura, ut patet ex textu in *Cap. Latorem* 33. *q.* 2. ubi reservatur matricidium absque ulla censura. Item ex textu in *Extravaganti Inter cunctas; de privilegiis inter communes*, ubi absque censura reservatur Summo Pontifici mendacium Parochi asserentis, aliquem suum parochianum esse excommunicatum; eo dolo ac fraude ne à Mendicantibus in pœnitentiam suscipiatur.

C. Latore

Extrav. Inter cunct.

45 Res-

45 Respondetur secundò cum *Suar. de censuris disputatione 21. sectione 2. numero 2. Sanchez lib. 2. Decalog. cap. 8. num. 4.* modernis temporibus regulariter loquendo non reservare Summos Pontifices absque censura: congruentiùs enim Ecclesiæ gubernationi judicavere gravissima tantùm peccata sibi reservare, & eis censuras imponunt; nam ea gravitas, quæ Summos Pontifices movet ad reservandum, impellit etiam ut censuras injungant. Dixi (regulariter loquendo) quia celebris est *Motus proprius Sixti V.* editus anno 1589. contra Clericos malè promotos, quorum crimen sibi, ac suis successoribus in perpetuum reservat; & tamen excommunicationem illi nō annectit.

46 Quæri potest secundò: An in his casibus Pontificiis reservatio cadat immediatè solùm supra censuras, an etiam immediatè suprà ipsas culpas? Cadere solùm supra censuras, existimat *Durandus, & Caiet.* apud *Suar. de Pænit. d. 29. sect. 2. num. 7.* Probatur *primò* ex verbis, quæ in decretis Pontificiis apponi consuevere; cùm enim fertur excommunicatio, statim additur, *à qua absolvi non possint, nisi à Romano Pontifice*; aut, *in ea permaneant, donec Apostolico conspectui se præsentent*; vel quid simile, nulla facta mentione culpæ, sed solius censuræ. *Secundò*, quia ablatâ censurâ statim manet peccatum non reservatum, ut est stylus, & praxis Ecclesiæ, & ut *Suar. citatus*, & alii Doctores communiter testantur. *Tertiò*, quia ita sufficienter possunt intelligi decreta Pontificia, quæ cùm sint in materia odiosa, sunt restringenda.

47 Nihilominus dicendum est reservationem etiam immediatè cadere supra ipsas culpas. Ita *D. Thom. in 4. d. 17. q. 3. art. 4. q. 2. ad 4. Navar. in summa cap. 27. num. 271. Sotus d. 18. q. 1. art. 5. Gabr. q. 1. art. 3. dub. 2. Maior q. 5. Palud. q. 5. art. 1. Suarez disp. 29. sect. 2. num. 8. Sanchez 2. Decalog. cap. 8. num. 5. Vasquez q. 91. art. 3. dub. 1. Lugo cit. numero 26. Henriq. lib. 6. cap. 14. Coninck d. 8. num. 83. Hurt. d. 11. diff. 3. & Filliuc. cap. 10. num. 270.* Fundamentum est, quia Summus Pontifex potest reservare non solùm censuras, sed etiam culpas, ut constat ex *Tridentino sess. 14. cap. 7.* Et quòd de facto etiam culpas reservet, probatur communi sensu Fidelium, & praxi Ecclesiæ, quæ in casibus Papæ reservatis non intelligit reservatas solas censuras, sed etiam culpas. Et confirmatur; quia aliàs, si Sacerdos inferior absolveret à talibus culpis, validè absolveret, quod est contra communem sensum, & praxim Ecclesiæ, ut notant Doctores citati: ergo non sola censura, sed etiam culpa est reservata, quanvis hæc non reservetur à summo Pontifice, nisi illâ reservatâ.

48 Utrùm autem, si quis excusetur à censura ratione ignorantiæ, etiam excusetur à reservatione Papæ? Respondendum videtur affirmativè cum *Sanch. cit. num. 5. fine*, quia reservatio Pontificia, ut diximus, est connexa cum censura; unde qui ab hac excusatur, etiam excusatur ab illa, Sed de hoc pleniùs infrà.

49 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur in primis textus non semper, quando imponunt reservationem, facere mentionem solius excommunicationis, sed etiam delicti, ut videre est in *Motu proprio Sixti V.* suprà relato, & constat ex *Cap. Nuper, de sent. excommun.* ibi: *Ab eo, vel ejus Superiore erit tunc absolutio delicti requirenda.* Deinde parum refert quòd aliquando non fiat mentio delicti, semper enim reservatio intelligitur cadere secundùm jus commune, & praxim Ecclesiæ, quæ habet, ut quando reservatur casus, cui annexa est censura, reservetur etiam delictum.

Ad secundum patet solutio ex dictis; cùm enim stylus & praxis Ecclesiæ sit non reservare unam sine alia, ubi primùm tollit reservationem censuræ; etiam tollit reservationem culpæ. *Ad tertium* dicendum est decreta Pontificia intelligi oportere juxta praxim Ecclesiæ.

§. 2.

Quæ peccata sint Episcopis reservata?

50 *Explicatur status quæstionis.*
51 *Referuntur casus jure particulari Episcopis communiter reservati.*
52 *An aliqui casus propriè loquendo Episcopis jure communi reserventur?*
53 *Qui casus Summo Pontifici reservati Episcoporum absolutioni committuntur?*

50 SEcunda difficultas est de casibus Episcopo reservatis. Et possumus loqui aut de illis, qui ex jure particulari in constitutionibus Synodalibus

Mm

bus uniuscujusque Diœcesis reservantur, aut de illis, qui reservantur jure communi.

51 Quòd attinet ad primos, ii sunt valde diversi pro diversitate constitutionum, & consuetudinum ipsarum Diœcesium, quælibet enim suas speciales observat. Ex quo sequitur non posse nos eas omnes hic complecti, sed videndæ erunt particulares uniuscujusque Diœcesis. Undecim casus, paucis mutatis, solent in illis contineri. Primus Homicidium voluntarium, secundus Falsum testimonium in judicio, tertius Falsificatio stateræ, mensuræ, aut monetæ, quartus Violatio immunitatis Ecclesiæ, quintus Incendiarii, sextus Blasphemia publica, septimus Percussio parentis, octavus Sortilegia, & Veneficia, nonus Procuratio abortus, decimus Expositio infantis, undecimus Matrimonium clandestinum. Horum casuum explicatio videri potest apud *Barbosam cit. allegat. 51. à num. 3.* Barbosa

52 Quòd attinet ad casus jure communi Episcopis reservatos, assero nullum propriè loquendo Episcopis jure communi reservari. Ita sentiunt *Hurtad. disp. 11. diff. 7. Fagundez l. 8. cap. 2. Filliuc. tract. 15. num. 238. Barbosa proximè num 3.* Probatur, quia nullus est textus, in quo aliquis casus illis reservetur; tres enim sunt, qui afferri possunt. Primus in *Cap. Si Episcopus, de pœnit. & remiss. in 6.* ubi dicitur dari casus, qui Episcopo specialiter reserventur, &c. Verùm hic textus non dicit reservari in jure communi; & nos non negamus reservari jure particulari suarum constitutionum. Secundus textus est in *Extravaganti Super cathedram, de sepult.* ubi *Glossa* verbo *à jure* dicit esse quædam peccata Episcopis à jure reservata, &c. Verùm id dicit *Glossa*, & nõ textus: deinde hic textus revocatur per *Clement. Dudum, de sepulturis*, ibi: *Nos eam omnino cassantes, &c.* Tertius tèxtus est in *Extravaganti Inter cunctas §. Observent, de privilegiis*, ubi referuntur aliqui casus. Verùm textus non asserit jure reservari, sed consuetudine, quam ibi approbat *Benedictus XI.*

P. Hurt. P. Fagund. P. Filliuc. Barbosa

Cap. Si Episcopus

Extrav. Super cathed. Glossa

Clem. Dudum Extrav. Inter cũct.

53 Dixi (propriè loquendo) quia aliqui sunt casus, qui Episcopis committuntur, non quòd illis sint reservati, soli enim Summo Pontifici reservantur, sed tantùm Episcopis per commissionem à Papa demandantur. Hujusmodi sunt primò Percussio violenta Clerici, quando non est enormis, *Cap. Pervenit 17. de sent. excom.* & etiam enormis, quando percutiens est legitimè impeditus adire Pontificem, *Cap. Ex noscitur 13. & Cap. Quamvis 58. de sent. excom.* sub onere tamen, & juramento comparendi, & præsentandi se Pontifici, cessante impedimento, nisi hoc sit impubertatis, quia impuberes neque postea, cùm ad annos perveniunt pubertatis, tenentur comparere, ut cum communi docet *Hurtad. citatus; & colligitur ex Cap. Eos qui 22. de sent. excom. in 6.*

Cap. Pervenit Cap. Ex noscitur Cap. Quamvis C. Eos qui

Secundò Episcopis committuntur omnes casus occulti, licèt Sedi Apostolicæ reservati, ut constat ex Decreto *Concilii Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat.* ibi: *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare. Et in quibuscunque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ absolvere. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum.* Côc. Trid.

§. 3.

An Episcopi ex vi Tridentini loco citato possint absolvere ab omnibus delictis occultis, prout occultum non opponitur noto, sed notorio?

54 *Quid sit occultum, quid notorium?*

55 *Proponitur opinio asserens non posse Episcopus absolvere à delictis, quæ sunt nota.*

56 *Proponitur resolutio affirmans posse etiam absolvere à notis.*

57 *An gratia Tridentini extendatur ad delictum, quod in alia civitate est notorium? Refertur opinio negativa.*

58 *Resolutio affirmativa est sufficienter probabilis.*

59 *Solvitur fundamentum contrarium.*

60 *Quid, quando delictum jam prolatâ sententiâ in illa alia civitate est punitum, & judicium finitum?*

Refertur communis sententia asserens non extendi ad illud gratiã Tridentini.

61 Pro-

61 *Praefertur ut probabilis resolutio affirmativa, & solvuntur fundamenta in contrarium.*

54 Quaeri potest primò: An possint Episcopi ex vi *Tridentini* absolvere etiam à delictis, quae aliquibus nota sunt, non tamen notoria? Et ratio dubitandi est; quia, ut communiter distinguunt Doctores, *Bauny de absolutione à reservatis q. 31. Bossius de Iubilaeo sect. 1. casu 10. num. 147. Henriquez l. 13. cap. 5. num. 2. Sayrus de censuris l. 2. cap. 12. num. 19. Sanch. l. 2. Decal. cap. 11. num. 19. & Trullenck t. 1. Decal. l. 1. cap. 3. dub. 4. num. 8.* tribus modis dicitur aliquid occultum. Primò, quia per se, & naturâ suâ non est probabile, quo pacto se habent actus merè interni. Secundò, quia licet per se, & naturâ suâ sit probabile, per accidens probabile non est, quia non sunt testes requisiti. Tertiò, quia licèt absolutè probari queat, est enim tribus, vel quatuor notum, non tamen est notorium notoreitate Juris, aut notoreitate facti. Illud dicitur notorium notoreitate Juris, de quo constat per sententiam judicis, & confessionem ipsius rei: illud notorium notoreitate facti, quod est notum in maiori parte viciniae, vel collegii, &c. His positis,

Bauny Bossius. P. Henriq Sayrus P. Sāchez Trullenck

55 Nonnulli opinantur Episcopis loco citato solùm committi potestatem absolvendi à delictis occultis primo, & secundo modo, prout occultum opponitur noto. Fundamentum est, quia *Tridentinum* intelligendum est juxta terminos juris; & in terminis juris occultum dicitur illud, quod probari non potest aut per se, aut saltem per accidens; quod enim probari potest, non est occultum, sed notum. Et ita tenent *Gutterrez canon. l. 1. cap. 15. num. 27. Angles in florib. p. 1. de confes. q. 4. ar. 5. diff. 6. Rodriguez in Bullam Cruciatae §. 9. num. 69. Graffis t. 2. cons. tit. de homicid. cons. 5. Garcia de beneficiis p. 7. cap. 11. num. 46. Armendariz in addit. ad recopilat. legum Navarrae l. 1. titulo 18. de irregularit. in declarat. num. 25. & Souza in aphorismis l. 3. cap. 4. num. 6. & 8.*

Gutter. Angles Rodriguez Graffis Garcia Armēdar. Souza

56 Probabilius tamen dicendum existimo posse Episcopos ex vi *Tridentini* loco citato absolvere à delictis occultis, prout occultum opponitur publico, seu notorio tertio modo explicato. Ita *Bauny & Trullenck locis citatis, Thomas Sanchez loco similiter citato, & l. 8. de matrimonio disp. 34. num. 55. Navar. in summa cap. 27. num. 255. Suar. de Paenit. disp. 30. sect. 2. num. 2. & de censuris disp. 41. sect. 1. num. 6. Fagundez in Quinqualogum praecepto 2. l. 8. cap. 8. num. 23. & Azor 1. p. l. 8. cap. 10. quaesito 9. Petrus Ledesma 2. t. summae tr. 1. cap. 6. Duardus in Bullam Coenae l. 3. §. 2. q. 11. num. 4. & sequent. Alterius t. 1. de cens. d. 8. de suspensione c. 3. concl. 4. versu Postulabit aliquis, Bossius citatus num. 26. Caspensis to. 2. Cursus Theol. tr. 25. disp. 5. sect. 17. num. 115. Vulpe in praxi cap. 44. num. 10. Stephanus Dalvinus de potest. Episc. cap. 26. num. 3. Marchinus de Sacram. ordinis p. 9. diff. 2. Vecchis in praxi novi. d. 9. dub. 16. num. 3. Machado de perfecto confes. t. 2. l. 4. p. 6. tr. 12. docum. 4. num. 1. Diana 7. p. tr. 2. resol. 15. Sigismundus de elect. Praelat. p. 2. dub. 71. num. 7. Alzedus in praxi p. 2. cap. 6. num. 10. Floronus de casibus reserv. 1. p. cap. 4. §. 21. num. 2. Bonac. de cens. disp. 1. q. 3. puncto 2. num. 1. Versu Quarto delicta, Avila 2. p. c. 2. d. 1. d. 11. concl. 1.* & alii. Fundamentum est, quia occultum non semper strictè, sed plerumque amplè accipitur in jure, prout solùm opponitur publico, & notorio, ut tenet *Abbas in Cap. finali, de temp. ordinat; & in Cap. Quaesitum, de poenit. & remiss.* Gratia autem, quae in *Tridentino* conceditur Episcopis, accipienda est in sensu ampliori.

Bauny Trullenck Tho. Sāch. Navar. P. Suar. P. Fagund P. Azor Ledesma Duard. Alterius Bossius Caspensis Vulpe Dalvinus Marchin. Vecchis Machado Diana. Sigismūd. Alzedus Floronus Bonac. Avila Abbas

57 Quid tamen dicendum de delicto, quod in alia civitate est notorium, non tamen in qua petitur absolutio? Non extendi ad illud gratiam Tridentini in praesenti factam, opinantur *Castro Palao t. 1. tr. 4. disp. 4. puncto 3. §. 1. num. 14. Suar. d. 30. sect. 2. num. 2. Bonacina citatus num. 3. & Sanctarellus tract. de Haeresi cap. 5. d. 6. num. 26.* quia illud delictum simpliciter est publicum. Neque obstat quòd tale non sit in hac civitate, sed tantùm in illa; nam sufficit quòd in illa sit deductum ad forum contentiosum, ut ex vi Tridentini non possit absolvi in hac: ergo etiam sufficiet quòd in illa sit publicum.

P. Castr. Palao P. Suar. Bonac. P. Sāch.

58 Nihilominus affirmativa sententia est sufficienter probabilis, traditur enim à *Sanchez l. 2. summae cap. 11. num. 20. Fagundez l. 8. cap. 8. num. 28. Avila de cens. p. 2. cap. 7. disp. 11. concl. 3. Duardo in Bullam Coenae l. 3. §. 2. quaest. 11. num. 10. & Diana citato. resol. 16.*

P. Sāchez P. Fagund Avila Duardus Diana

Quod intelligendum est cum Doctoribus citatis, quando non timetur fore, ut brevi etiam publicetur in hac civitate; nam, si ita prudenter timetur, moraliter non est occultum in illa; sin autem non timetur, maximè nec Episcopus tenetur respicere aliam, sed suam civitatem duntaxat.

59 Quod dicitur de deducto ad foru contentiosum in alia civitate, est valde diversum; quia tunc acquisitum est jus illi alii tribunali, ac proinde non potest absolutio impendi in hoc fine injuria illius.

60 Maius dubium est, quando jam sententia in illa alia civitate, vel etiam in hac prolata est, & jam punitum delictum, ac finitum judicium; licèt enim etiam tunc communis sententia doceat non posse Episcopum à tali casu absolvere, tum quia est deductus ad forum contentiosum, tum quia non est occultus; & ita *Suar. de censuris d. 41. sectione 2. num. 5. Bonac. de censuris d. 7. q. 5. puncto 1. num. 6. Barbosa de potest. Episcopi alleg. 39. num. 35. Sayrus de censuris l. 4. cap. 17. num. 23. Garcia de beneficiis tomo 2. parte 7. cap. 11. num. 50. Vecchis in praxi Novitiorum d. 9. dub. 16. fine, Sanctarellus tr. de haresi cap. 5. dub. 6. num. 29. Castro Palao to. 1. tr. 4. d. 4. puncto. 3. §. 2. num. 17.*

P. Suar. Bonac. Barbosa Sayrus Garcia Vecchis Sanctarel P. Cast. P.

61 Probabile tamen est posse Episcopum ab eo absolvere, quia hoc privilegium debet accipi in sensu amplissimo, & Episcopis favorabili. Neque obstat primò, quòd sit deductus ad forum contentiosum, nam ille non est, sed fuit deductus, & Tridentinum solùm excipit eos, qui sunt deducti de præsenti, ne fiat injuria Tribunali. Non obstat secundò, quòd non sit occultus, licèt enim talis non sit formaliter, est occultus æquipollenter; æquipollet enim occulto, quatenus per punitionem humiliter à delinquente toleratam cessavit scandalum publicum. Et ita sentiunt *Gaspar Hurt de irregularitate d. 2. diff. 20. num. 68. Sanchez l. 2. Decalog. cap. 11. num. 21. Avila de censur. p. 7. d. 10. dub. 7. Henrriq. l. 14. cap. 7. num. 5. Reginal. tom. 2. l. 30. tr. 2. num. 29. versu 6. Sebastianus Bononia in tract. de electione p. 2. cap. 4. dub. 71. num. 13. Diana. 4. p. tr. 2. resol. 97. & 7. p. tr. resol. 19. Caspensis to. 2. tr. 25. d. 5. sect. 17. num. 116. Bossius de Iubilaeo sect. 1. casu 10. num. 46. Marchinus de Sacram. Ordinis tr. 1. par. 9. diff. 4. num. 11. Trullenc. tom. 1. Decalogi l. 1. cap. 3. dub. 4. num. 9. Machado de perfecto confessor. to. 2. l. 4. parte 6. tr. 12. decum. 4. num. 4.*

P. Hurtad P. Sãchez Avila P. Henriq P. Regin. Bonon. Diana Casp. Bossius March. Trullenc. Machado

§. 4.

Quæ peccata sint reservata Prælatis Religionum?

62 Prælati Religionum non possunt reservare nisi certos casus: & quinam illi sint?

63 Non tamen omnes hi casus de facto sunt reservati.

64 An Superiores Regularium possint aliquid præcipere sub excommunicatione reservata absque consensu Capituli? Refertur sententia affirmativa.

65 Astruitur resolutio negativa.

66 Solvitur fundamentum sententiæ affirmativæ.

62 Tertia difficultas de reservatis ad Prælatos Religionum; & in hac non est nobis liberum discurrere, nam *Clemens VIII*, suo illo Decreto edito 26. Maii anno 1593. quod refertur *tomo. 4. Bullarii num. 26.* sub *Urbano VIII.* sancivit ne in Religionibus absque consensu Capituli, vel Congregationis Generalis pro tota Religione, vel Provincialis pro provincia, possint reservari nisi tantùm undecim casus.

Primus, Veneficia, Incantationes, Sortilegia. Secundus, Apostasia à Religione sive habitu dimisso, sive retento, quando eò pervenerit, ut extra septa Monasterii, seu Conventûs fiat egressio. Tertius, nocturna, ac furtiva è Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta. Quartus, Proprietas contra votum Paupertatis, quæ sit peccatum mortale. Quintus, Juramentum falsum in judicio Regulari, seu legitimo. Sextus, Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto. Septimus, Falsificatio manûs, aut sigilli officialium Monasterii, seu Conventûs. Octavus, Furtum de rebus Monasterii seu Conventûs in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. Nonus, Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. Decimus, Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujusque personæ. Undecimus, malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus

ibus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

63 *Quæres primò*, An omnes hi undecim casus à Clemente designati, sint in Religionibus de facto reservati, & an præter illos sint nonnulli alii? Quod attinet ad primũ, respõdetur Clementẽ *VIII.* illos de facto nõ reservare, sed solùm permittere ut possint reservari. Quod attinet ad secundum, respondetur statuta Religionum esse valde diversa; ac proinde quamlibet habere suos casus reservatos speciales, qui cùm sint adeò diversi, non possunt hoc loco comprehendi.

64 *Quæres secundò*, An non obstante Decreto Clementis possint Superiores Regularium absque consensu Capituli præcipere aliquid sub excommunicatione, eam sibi reservando? Affirmant *Villalobos in sum. t. 1. tr. 9. diffic. 58. num. 5. Tambur. t. 2. disp. 13. quæsito 3. num. 1. Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 1. ar. 6. num. 1. Suar. t. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 18. fine. & de prænit. disp. 29. sect. 3. num. 13.* Fundamentum est, quia in Decreto Clementis non auffertur Superioribus potestas reservandi censuras, sed peccata duntaxat, ibi: *Neve ex Regularium Superioribus peccatorum absolutionem sibi reservet exceptis, &c.* Et aliequi hæc potestas est intrinseca officio Prælati: ergo, &c.

Villal.
Tambur.
Coriolan.
P. Suarez

65 Nihilominus tenenda contraria resolutio cum *Sanchez l. 6. Decal. cap. 1. num. 15. Lugo disp. 20. num. 47. Hurtad. disp. 11. diffic. 7. Sigismund. tr. de electione p. 3. cap. 4. dub. 113. num. 9. Peirinus de privileg. Minim. t. 2. const. 10. Urbani VIII. §. 61. num. 10. Megala 1. p. l. 1. cap. 12. num. 8. Alphonso de Leon tract. de offic. & potestate confess. t. 2. recollect. t. 11. num. 5. Molfesio in sum. t. 1. tr. 7. cap. 20. num. 17. Diana 1. p. tr. 2. de dubiis Reg. resol. 49. & aliis.* Probatur, quia aliàs frustraretur Decretum Clementis; nã cùm excommunicatio reservatur, etiam reservatur ipsum peccatum: si ergo Superiores possunt ferre excommunicationem pro quolibet peccato, possent quodlibet reservare, quod suo illo Decreto non vult Clemens.

P. Sanch.
P. Lugo
P. Hurtad
Sigismũd
Peirin.
Megala
Leon.
Molfes.
Diana

Adde (& hoc caput est) extare de hoc declarationem authenticam Sacræ Congregationis, his verbis: *Cùm à nonnullis Regularibus dubitaretur, an in decreto felicis recordationis Clementis Papæ VIII. anno 1593. 16. Maii super qualitate casuum ab eorundem Regularium Superioribus reservandorum edito, censuræ etiam comprehenderentur, ita ut eisdem Superioribus absque Capituli Generalis, aut Provincialis consensu aliquibus peccatis in decreto huiusmodi non contentis excommunicationem annectere, eiusdemque absolutionem sibi reservare liceat? Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præpositorum, illustrissimo Bandino referente, censuras in supradicto decreto comprehendi censuit Romæ. 7. Iulii 1617. Antonius Maria Episcopus Astiensis Cardinalis Gallus. V. Theat. Secret.*

66 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur, licèt in Decreto Clementis nõ tollatur directè potestas ad reservandas censuras, tolli indirectè, quatenus tollitur potestas ad reservanda peccata, quæ non possunt manere non reservata, reservatis censuris; maximè quia clarè colligitur hanc esse mentem Clementis, & id sacra Congregatio declaravit.

SECTIO III.

Quas personas reservatio comprehendat?

67 *An reservatio comprehendat illos, qui eam ignorant? Proponitur duplex sententia.*

68 *Verior astruitur, & explicatur.*

69 *Quid dicendum de illis, qui laborant ignorantia mortaliter culpabili?*

70 *Explicatur textus in Cap.* Cùm illorum.

71 *An quando casus est Pontificius, ignorantia excusans à censura, etiam excuset à reservatione delicti?*

72 *An reservatio imposita criminosis comprehendat etiam consulentes, auxiliantes, &c?*

73 *An reservatio, quæ imponitur delicto, non nisi effectu sequuto, comprehendat illum, quem, cùm postea sequitur effectus, iam pænituit, & verè confessus est? Et refertur sententia affirmativa.*

74 *Statuitur resolutio negativa.*

75 *Dirimuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

76 *An reservatio imposita Regularibus comprehendat etiam Novitios? Proponitur opinio negantium.*

77 *Asseritur pars affirmativa.*

78 *An Magister Novitiorum, si sit Superior*

rior Monasterii, possit audire confessiones Novitiorum?
79 *Satisfit fundamento opinionis, quæ Novitios liberat à reservatione imposita Regularibus.*
80 *An reservatio comprehendat impuberes? Refertur pars negativa.*
81 *Præfertur, & explicatur resolutio affirmativa.*
82 *Destruuntur fundamenta partis negativæ.*
83 *An reservatio comprehendat delinquentes per metum gravem?*
84 *Præfertur opinio affirmativa.*
85 *Solvuntur fundamenta contraria.*

67 Rima difficultas, An reservatio comprehendat illos, qui eam ignorant? Aliqui absolute affirmant ex eo principio, quòd reservatio sit ablatio jurisdictionis; & ignorantia nō facit quòd absolutio sine jurisdictione collata sit valida. Ita *Ledesma, Graffis, Suar. Azor,* & alii communiter, quos citat, & sequitur *Fagundez in 3. Precept. Eccles. l. 8. cap. 1. num. 28. & Avila de cens. p. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 7. vers. Petis.* Alii negant absolutè, quia reservatio est pœna; at ignorantia pœnæ excusat ab illa, ut plenè dicimus *tract. 1. de cens. in genere.* Ita nonnulli apud *Dianam 6. parte tract. 6. miscellan. resolutione 42.*

Ledesma
Graffis
P. Suar.
P. Fagund
P. Avila
Diana

68 Sed in hac re distinguendum videtur cum *Sanchez lib. 9. de matr. d. 32. num. 18.* ubi distinguit inter reservationem, quæ est pœna, & reservationem, quæ est medicina. Illa reservatio est pœna, quæ quasi consequitur aliquam pœnam, nempe excommunicationem, depositionem, aut privationem; tunc enim reservatio aut est quasi pœnæ accessorium, quod naturam sequi congruit sui princippalis, *Reg. Accessorium, de reg. juris in 6.* Aut est pars pœnæ, ut per aliam compartem significatur. Illa reservatio est medicina, quæ neque ponitur, ut pars pœnæ, neque ut ejus accessorium, sed in bonum animarum; sunt enim aliquot delicta, quæ quia communitati nociva sunt, aut difficilis emendationis, indigent maiori cura, & efficaciori remedio, quod Prælati per se adhibeant, & ad eum finem talia delicta sibi reservant.

P. Sāches

Dicendum itaque est ignorantiam non excusare à reservatione, quæ est medicina: excusare tamen ab ea, quæ est pœna. Ita *Sanchez cit. cum Molina tom. 1. de justit. tr. 2. d. 92. vers. Pœna, fol. 541. Cardinalis de Lugo de pœnit. d. 20. sect. 2. num. 11. Hurtad. de Fide d. 84. sect. 1. §. 8. Diana 7. parte tr. 4. de Datis, & promiss. resol. 14.* Et probatur, quia quando reservatio non est pœna, sed solùm medicina, est mera jurisdictionis subtractio ob bonum vel ipsarum animarum, vel communitatis. Quando autem est pœna, hæc non incurritur ab ignorante, juxta textum in *Cap. Proposuisti, dist. 82.* ubi deciditur Clericos incontinentes non deponendos esse juxta constitutionem Syriaci Papæ, quia eam ignorabant, ibi: *His ignorantibus venia non negabitur, &c.* Et juxta textum in *Cap. Cognoscentes, de constitutionibus.* Et juxta textum *in Cap. 2. de constit. in 6.* ut cum Doctoribus pene infinitis tenet *Sanchez citatus num. 17.* quibus accedunt *Basilius Pontius de matrim. l. 10. cap. 6. num. 10. Rodriguez in Sum. t. 1. cap. 241. num. 11. Suar. in 3. part. t. 3. q. 67. art. 8. §. Maius verò dubium, Portel in addit. ad dubia reg. verbo Ignorantia num. 29. Diana 3. p. tract. 5. resolut. 21. & 6. par. tr. 6. resolut. 42. & Petrus Hurtado de Fide disp. 84. sect. 1. §. 8.* & plures alii.

P. Sāchez
P. Molina
P. Lugo.
P. Hurt.
Diana

P. Sāchez
Bas. Pont.
Rodriguez
P. Suar.
Portel
Diana
Pet. Hurt.

69 Utrùm verò tradita doctrina amplianda sit etiam ad laborantes ignorantia mortaliter culpabili? Probabilis est resolutio affirmativa, dummodo ignorantia non sit crassa, aut supina. Ita *Sanchez citatus num. 31.* cui subscribunt *Portel ubi proximè num. 25. Bonacina de censuris disp. 1. quæst. 2. puncto 1. num. 10. Barbosa t. 3. collect. juris can. lib. 1. sexti Decretal. tit. 2. cap. 2. num. 8. Diana 3. p. tract. 5. resol. 13. & alii.* Probatur ex textu in *Cap. 2. de constitutionibus in 6.* ubi sermo est de omni ignorantia, quæ non sit crassa, & supina.

P. Sāchez
Portel
Bonac.
Barbosa
Diana

70 Neque obstat primò textus in *Cap. Cùm illorum, de sententia excommunicationis,* ubi deciditur percussorem Clerici ignoranter accedentem ad sacros ordines incurrere pœnas, &c. nam hic textus loquitur de ignorantia crassa, qualis præsumitur illa, qua notorius Clerici percussor accedit ad sacros Ordines. Non obstat 2. quòd reservatio sit subtractio jurisdictionis, &c. talis enim non est, quando habet rationem pœnæ respectu illorū, qui eam ignorant.

71 Utrùm autem quando casus est Ponti-

Pontificiis, ignorantia, quæ excusat à censura, etiam excusat à reservatione delicti? Suprà *n.* 48. respondimus affirmativè cum *P. Sanchez li. 2. Decalog. cap. 8. num. 5. fine*, quia in casibus Pontificiis, ubi non est censura, non est reservatio, neque enim Summus Pontifex reservat sine censura, ut constat ex dictis *n.* 45. Ignorantia ergo, quæ excusat à censura, etiam excusat à reservatione, ut notavimus ibidem. Et sanè ita sentiunt præter *Sanchez cit. Henriquez in sum. lib. 6. cap. 13. num. 2. Coninck de cens. disp. 8. dub. 11. Gaspar Hurtado de Pœnitentia disput. 1. difficult. 9. in fine Trul. in Bullam lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 1. num. 3. Præpositus de censuris quæstione 1. dub. 8. num. 59. Quintaduennas tomo 1. tract. 9. singul. 6. num. 4. Diana part. 9. tract. 6. Miscell. resolut. 15. cum Magistro Serra, Bardi, & aliis.* An autem omnis ignorantia, etiam vincibilis, excuset à censura? Dicemus commodiùs alibi.

P. Sanch. P. Henriq. P. Coninc. P. Hurt. Trullenck. P. Præpos. P. Quint. Diana. Serra. Bard.

72 *Secunda difficultas*, An reservatio imposita criminosis comprehendat etiam consulentes, auxiliantes, mandantes, &c? Sententia affirmativa videtur esse de mente Doctorum, qui existimant pœnas, & censuras latas in facientem aliquod delictum, etiam extendi ad consulentes, & mandantes. Et id probant *primò* ex *Cap. Mulieres, de sententia excommunicationis*, ibi: *Cùm is committat verè, cujus auctoritate, vel mandato, delictum committi probatur.* Et ex *Cap. Nuper*, eodem titulo, vers. *In primo quidem*, ibi: *Cùm facientem, & consentientem pari pœna constringat.* Et ex Regula *Is damnum, ff. de regulis juris*, ibi: *Is damnum dat, qui jubet damnum dari.* Et ex *L. Nihil interest, ff. ad legem Corneliam de sicariis*, ubi dicitur, nihil interesse, an occidat quis, an causam mortis præbeat. *Secundo* ex Capite *Ita quorundam, de Iudæis*, ubi excommunicantur deferentes prohibita ad Sarracenos: quæ excommunicatio etiam extenditur ad mittentes, ut deciditur in Capite *Significavit. eodem titulo.* Quare pœnas impositas facienti, etiam extendi ad mandantes, & consulentes, ex his fundamentis existimant *Abbas in dict. Cap. Mulieres num. 10. Rosella verbo Excommunicatio 1. casu 43. num. ultimo, Angelus verbo Mandatum num. 1. Sylvester ibi q. 4.*

Abbas Rosella Angelus Sylvester

His non obstantibus tenenda videtur resolutio negativa. Et probatur, quia reservatio, cùm sit odiosa, est strictè interpretanda; odia enim sunt restringenda, *L. Cùm quidam, ff. de liberis, & posthumis; Cap. renovantes 12. distinctione; Cap. odia de regulis juris in sexto.* Itaque reservatio imposita facienti, solùm comprehendit strictè, & propriè facientem: at verò mãdans, vel consulens non est propriè, ac strictè faciens, ut ex Capite *Ut famæ, de sententia excommunicationis, & ex glossa L. Nemo 5. ff. de restitutione in integrum*, verbo *Pollicetur*; & ibi *Bartholus numero unico.* Item ex Capite *2. de Clericis pugnant. in duello*; & ex Capite *Siquis viduam distinctione 50.* Ubi mandare, & facere ponuntur ut diversa. Et quia mandatum, & consilium præcedunt factum; præcedere autem non possent, si verè essent ipsum factum. Ita cum pluribus docet *Sanchez lib. 7. de matrim. d. 48. num. 3.* & pleniùs *lib. 3. d. 49. num. 2. cum Bart. Iason. Plazi, Iulio Claro, Bossio, Daciano, & aliis.*

Bartholus P. Sãches Bartholus Iason Plaza Iul. Claro Bossius Dacianus

Neque obstant quæ allegantur in contrarium. *Ad primum* ex Cap. *Mulieres*, respondeo ibi solùm dici mandantem verè committere, hoc est, verè peccare, non tamen verè percutere. Ad textum in *Cap. Nuper* respondeo cum *P. Sanchez prox. n. 4.* non dicere quòd eadem pœna constringat, sed par, hoc est, aliqua similis arbitraria. Ad reg. *Is damnum* respondeo cum *Daciano, & Bartholo apud P. Sanch. ibid.* mandantem ex fictione juris reputari eandem personam cum mandatario, non tamen verè esse eandem. Ad *L. Nihil interest* respondeo cum *Daciano* ibi non esse sermonem de puro mandante, hoc est, solo dicto; sed de præbente causam mortis aliquo facto, ut si furioso gladium tradat. *Ad secundum* ex Cap. *Ita quorundam*, adjuncto Cap. *Significavit*, respondet *P. Sanchez cit.* cum *Navar. Gloss. Barbatio, Burgensi, & Covar.* legem pœnalem extendi de uno casu in alium, quando aliàs esset frustratoria, vel quasi: talis autem esset ea lex, nisi comprehenderet mittentes per nũtios Sarracenos, de quo nos sequenti *tract.* Dici etiam potest, quòd lex id exprimit.

P. Sãchez Navar. Glossa Barbatius Burgens. Covarr.

73 *Tertia difficultas*, An reservatio, quæ delicto, v. g. homicidio, imponitur nõ nisi sequuto effectu, comprehendat illum, quem, cùm postea sequitur effectus, jam pœnituit, & verè confessus est. V. g. vulneravit quis lethaliter inimicum, & confessus est antequam ille moreretur;

postea sequuta est mors: & suppono homicidium esse reservatum. Quæritur, an teneatur homicida iterum se præsentare Superiori, & illi confiteri? Affirmant *Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 7. vers. Hinc fit, & Lopez 1. p. instr. cap. 31. §. Preterea, & 2. p. cap. 76. de Euchar. §. Sequitur etiam, Sanchez de matr. l. 9. disp. 45. num. 29.* Quibus subscribit *P. Castro Palao to. 1. tr. 2. de Peccatis d. 1. puncto 3.* robatur *primò*, quia cum isto onere fuit absolutus. *Secundò*, quia illa mors nondum fuit Clavibus subjecta. *Tertiò*, quia est digna maiori pœnitentia. *Quartò*, quia licèt homicida sit confessus, postea cùm sequitur mors incurrit irregularitatem: ergo etiam reservationem.

Sotus. Lopez P. Sãchez P. Cast. P.

74 Nihilominus probabiliorem existimo resolutionem negativam, quam tenent *Azor 1. p. l. .. cap. 7. fine* & alii, quos citat, & sequitur *Fagundez citatus n. 18.* quibus adhæret *Diana 8. p. tr. 7. miscellan. resol. 85* cum *P. Henr. Aversa, & aliis.* Probatur primò, quia quando postea illa mors subsequitur, cùm jam voluntas sit retractata, non est peccatum, juxta dicta *tr. 3. disp. 3. sect. 5. diffic. 4.* Ergo non est confitenda; nam sola peccata confitenda sunt. Secundò, quia quidquid in eo actu fuit peccaminosum, confessum est, idque tempore, quo non erat reservatum: ergo non est postea repetendum. Quod sic declaro, nam de loco ad tempus bene valet argumentatio, *L. Unum, ff. si certum petatur.* Atqui peccatum confessum in uno loco, ubi non est reservatum, non est iterum repetendum in loco, ubi reservatum est, ut statim ostendam: ergo etiam peccatum confessum in tempore, quo non est reservatum, non erit iterum repetendum in tempore, quo reservatum est.

P. Azor P. Fagũd. Diana P. Henriq Aversa L. Unum

75 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* nego prædictum homicidam fuisse absolutum cum tali onere; quomodo enim poterat imponi, si nondum peccatum erat reservatum? Deinde peccatum confessum in loco, ubi non est reservatum, non absolvitur cum onere, ut repetatur in loco, ubi reservatum est: ergo neque peccatum confessum in tempore, quo non erat reservatum, absolvitur cum onere ut repetatur in tempore, quo reservatum erit.

Ad secundum respondetur illam mortem, cùm postea subsequitur, non esse peccatum, & quidquid in ea peccatum fuit, jam (ut diximus) confessum est. *Ad tertium* nego eam mortem in foro interno Sacramentali esse dignam maiori pœnitentia; sicut enim non addit culpam, ità neque pœnam. *Ad quartum* respondetur negando consequentiam: diversa ratio est, quia reservatio sequitur obligationem confitendi, & ubi hæc non datur, illa etiam non est: irregularitas verò est pœna alterius generis non sequens obligationem confitendi, sed consummationem delicti.

76 *Quinta difficultas*, An reservatio imposita Regularibus comprehendat etiam Novitios? Negant *Molfes. in sum. t. 1. tract. 7. cap. 14. num. 81. Ortiz in sum. cap. 5. num. 11. Homobon. in examine Eccles. p. 1. tract. 5. cap. 2. q. 13. Rodrig. quæst. reg. t. 1. q. 27. art. 11. Portel in dubiis reg. verbo Novitii absolutio num. 35. Petrus Fay in 3. p. D. Thom. q. 8. art. 5. dist. 6. Villalobos in sum. t. 1. tract. 9. diffic. 56. num. 6. Miranda in Manuali Prælator. t. 2. q. 34. art. 16. Riccius in praxi t. 4. resol. 241. num. 3. Azor. t. 1. l. 12. cap. 2. q. 10. Vega in sum. t. 2. capite 5c. cas. 6. Bellochius de casibus reserv. p. 1. q. 2. num. 109. Ugolinus de potestate Episcopi p. 2. cap. 35. §. 1. num. 4. Henriquez l. 6. cap. 16. num. 3. in com. l. x. & lib. 7. de indulgentiis cap. 22. num. 7. in com. l. z. & V. Alphonsus de Leon de offic. & potestate confess. t. 2. recollect. 11. num. 151. & 152. Coriolanus de casibus reserv. p. 1. sect. 3. art. 18. num. 3. & 4. Floronus de casibus reserv. p. 1. cap. 3. num. 7. Naldus in sum. verbo Novitius num. 7. S 1 verbo Casus num. 8. Graffis in append. l. 1. cap. 7. num. 69. Ioannes de la Cruz de statu Relig. l. 1. cap. 6. dub. 10. Novarius de elect. fori sect. 2. q. 53. num. 13. Faustus in Theol. moral. p. 2. l. 8. quæst. 53. Tambur. t. 2. de jure Abb. d. 13. q. 5. Bauny de ministro q. 21. & Diana 1. p. tr. 6. resol. 27. & 3. p. tr. 2. de dubiis Reg. resol. 4. & 4. p. tract. 4. resol. 5.* Fundamentum est, quia Novitii in odiosis non veniunt nomine Regularium; solùm tenentur ad regulas, & cætera Religionis onera ex quadam decentia. Et in hac opinione dicunt ejus Authores posse Novitios absolvi à quolibet Confessario etiam seculari; quod intelligendum est quò ad valorem confessionis, nam de cætero, inquit *Diana citatus*, non est dubium talem Novitium debere expelli à Religione.

Molfes. Ortiz Homobo. Rodriguez Portel Petr. Fay. Villal. Miranda Riccius P. Azor. Vega Bellochius P. Henriq Leon. Coriolan. Floronus Naldus Graffis Ioã. Cruz Navar. Faustus Tambur. Bauny Diana

77 Nihilominus tenendam existimo

partem

partem affirmativam, quam cum pluribus defendit *Layman. l. 4. tract. 5. cap. 6. num. 4. Suar. t. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 17. num. 13. Corduba l. 1. q. 3. fol. 242. Vecchius in praxi novitior. disp. 10. dub. 3. num. 3. Peregrin. const. p. 2. cap. 5. lit. K. Megala 1. p. l. 1. cap. 8. num. 20. Turrian. disp. 31. dub. 9. Umbertus in explicat. Regulæ Sancti Benedicti, Vasq. & Ochag.* quos citat, & sequitur *Hurt. disp. 11. diffic. 7.* Fundamentum est primò, quia subditi unius Diœcesis, quamdiu in ea vivunt, incurrunt ejus reservationes, ut patet, & statim ostendam: at verò Novitiorum Diœcesis est Religio: & hoc est clarum, quia non habent aliam, sed hanc: igitur quamdiu in ea vivunt, incurrunt ejus reservationes. Et hæc ratio est mihi valde efficax; non est enim Novitius per ingressum Religionis minùs subditus ipsius Religionis, quam esset alicujus Diœcesis, si in eam se transferret: atqui, si transferret se in aliquam aliam Diœcesim valde reformatam, incurreret ejus reservationes: ergo etiam transferendo se in Religionem, incurret reservationes illius. Et sanè ita practicatur in nostra Societate, ut notant Doctores citati apud *Hurtad.* & constat ex *regula 7.* Magistri Novitiorum, consilio doctissimorum hominum instituta, ibi: *Habeat hic idem Magister novitiorum potestatem ordinariam absolvendi à casibus reservatis novitios, qui sub illius cura degunt: nisi ejus Superiori aliqua de causa restringenda videretur.*

P. Laym. P. Suarez Corduba Vecchius Peregr. Megala P. Turri. Umbertus P. Vasq. Ochagav. P. Hurtad.

Secundò probatur, quia jurisdictio ad absolvendos Novitios nulli alii, quàm eorum Magistro committitur. Ita habetur in quadam constitutione *Clementis VIII.* de reformat. Novitiorum, ibi: *Ipsi autem soli Magistro novitiorum confessiones audiendi cura committatur.* Quo ergo fundamento dicunt Adversarii posse Novitios absolvi à quolibet Confessario seculari?

78 An autem Magister Novitiorum, si simul sit Superior, & Rector Monasterii, possit nihilominus audire confessiones Novitiorum, non obstante Decreto *Clementis VIII.* quo cavetur ne Superiores Regularium audiant confessiones Subditorum? Respondetur id, non obstante tali decreto Clementis, nostræ Societati indulsisse *Urbanum VIII.* in Bulla die ultima Aug. anno 1635. edita, incipit: *Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Mutius*, quam ego habeo in mea manu.

79 Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur verum quidem esse in odiosis nomine Regularium non venire Novitios, si sermo sit de odiosis, quibus subsunt quà Regulares, sic enim strictè Regulares non sunt: non autem, si sermo sit de odiosis, quibus subsunt quà diœcesani, habentes domicilium, seu quasi domicilium in Religione. Adde quòd solus Magister Novitiorum habet jurisdictionem Sacramentalem in illos, juxta decretum Clementis proximè relatum.

80 *Quinta difficultas*, An reservatio comprehendat impuberes, hoc est, pueros ante decimum quartum annum, & puellas ante duodecim? Negant *Paludanus in 4. dist. 34. q. 2. art. 1. Graffis t. 1. consiliorum l. 5. de adult. consil. 3. num. 13. & seq. Bellochius de casibus reserv. p. 2. q. 1. num. 202. & q. 17. num. 65. Diana 2. p. tr. 15. res. 1.* Probatur *primò*, quia pueri non incurrunt pœnas ordinarias *Cap. 1. & 2. de delictis puerorum*, ut cum communi Doctorum tenet *Sanchez 1. Decal. cap. 12.* *Secundò*, quia non incurrunt censuras latas ab homine; ut ex iisdem textibus docet *Sanchez citatus, & Ioannes Sanchez in selectis disp. 46. num. 18.* cum pluribus. *Tertiò*, quia non incurrunt censuras latas à Jure, una excepta, excommunicatione lata ob percussionem Clerici propter ejus specialem deformitatem, ut tenet *Castro Pal. tom. 1. tract. 3. disp. 1. puncto 24. §. 2. num. 9.* cui subscribit *Diana 2. p. tract. 6. resolut. 88.* Ergo neque incurrent reservationem, nam hæc etiam induit rationem pœnæ.

P. Palud. Graffis Bellochius Diana Cap. 1. & 2 P. Sanch. & Ioã. Sãch. P. Cast. P. Diana

81 Nihilominus distinctione opus est; possumus enim loqui aut de reservatione, quæ non est pœna, sed tantùm respicit bonum regimen, quod (ut diximus) postulat ut graviora crimina reserventur; & non video cur hanc impuberes non incurrant. Et sanè illam incurrere tenent *Homobonus de casibus reservatis p. 1. cap. 3. fol. 60. Lazarius tr. de blasphemia q. 9. num. 42. Lugo d. 10. num. 10. & Floron. de casibus reservatis p. 1. cap. 3. num. 3.*

Homob. Lazarius P. Lugo Florenus

Aut possumus loqui de reservatione, quæ est pœna; & licèt probabile sit juxta ea, quæ pro opinione contraria afferuntur, hanc à pueris non incurri: probabiliùs existimo etiam hanc ab illis incurri; nam, ut tract. 5. ostendimus, pœnæ etiam

am à pueris contrahuntur, quando aliquod Jus illos non eximit; quod præcipuè habet locum in pœnis latis à Jure, quibus reservatio æquipollet: nam illæ, quæ ab homine feruntur, non debent exequi in pueris; quod tantùm vult textus *in Cap. 1. & 2. de delictis puerorum*, de quo videndus locus citatus *tract. 5.*

82 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ patet solutio ex dictis; dicendum enim est pœnas incurri à pueris; illas tamen, quæ ab homine feruntur, non oportere in eis exequi propter ætatis fragilitatem. Ex quo etiam patet solutio *ad Secundum. Ad Tertium* respondetur etiam excõmunicationes latas à Jure à pueris incurri, ut præter excommunicationem propter Clerici percussionem, de qua constat ex *Cap. 1. & finali de sententia excommunicationis*, videre est in excommunicatione lata à Tridentino contra ingredientes septa Monialium, & in aliis, quas retulimus dicto *tract. 5. disp. 2. sect. 5.*

83 *Sexta difficultas*, An reservatio etiam comprehendat delinquentes per metum gravem? Quod idem est, ac quærere, utrùm metus gravis mortis, infamiæ, &c. excuset à reservatione. Et loquendum cum distinctione: nam aut reservatio est imposita delinquenti solùm contra legem humanam, v. g. non audienti Missam, vel non confitenti in Quadragesima: & ab hac videtur quis excusari per metum mortis, quia lex humana non obligat cum tanto vitæ dispendio, ut dicam *tract. 5. de censuris*. Et confirmatur, quia reservatio supponit peccatum: & metus gravis cùm in his præceptis humanis excuset à peccato, ita & à reservatione. Aut reservatio est imposita delinquenti contra legem naturalem, vel divinam, v. g. committenti incestum, vel adulterium, & etiam in his terminis excusari quem à reservatione per metũ gravem, opinantur *Tamburinus tom. 2. de jure Abbatum d. 13. q. 2. num. 53. & P. Arriaga de legib. d. 40. num. 24.* Idque *primò*, quia talis reservatio inducitur à lege humana; & hæc non censetur velle obligare in casu adeò difficili cum metu mortis, & vitæ dispendio. *Secundò*, quia ex hoc titulo docent *Navar.* & alii plures, quos latè retulimus *tract. in Bullam Cœnæ sect. 3.* Christianos captivos remigantes in triremibus Turcarum contra naves Christianas (licèt secundùm horum Doctorum sententiam committant peccatum mortale contra 5. & 7. præceptum Decalogi) excusari ab excommunicatione Bullæ Cœnæ lata can. 3. *Tertiò*, quia etiam ex hoc titulo percutiens Clericum turpiter repertum cum matre, uxore, filia, aut sorore, excusatur ab excommunicatione *Cap. Si verò 1. de sent. excom.* quia lex Ecclesiastica non videtur velle extendere excommunicationem ad casum adeò difficilem. *Quartò*, quia ex hoc titulo docet *P. Sanchez lib. 4. Decalog. cap. 3. num. 19.* metum mortis excusare habentem votum castitatis à circunstantia contra votum, licèt non à peccato contra 6. præceptum Decalogi.

Tambur. P. Arriag. Navar.

84 His tamen non obstantibus, probabiliùs dicendum reor hunc non excusari à reservatione, quia dato quod talis reservatio sit pœna (in multis enim casibus non erit inducta in pœnam, sed ob bonum regimen communitatis, ut patet ex dictis *n. 68.*) metus mortis in iis, quæ sunt adversa juri naturali, aut divino, sicut non excusat à culpa, ita non excusat à pœna, ut docet *P. Sanchez de Matr. l. 9. d. 31. num. 4.* Et probatur efficaciter ex textu in *Cap. Siquis coactus 22. q. 5.* ibi: *Siquis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa, vel necessitate perjurat, quia plus corpus, quàm animam diligit, tres Quadragesimas pœniteat.* Idem probari potest ex textu in *Cap. Discret. 6. de eo, qui cogn. consang. uxoris suæ*, ubi uxor per metum cognoscens consanguineum viri, postea non potest accedere ad suum virum. Et sanè hanc nostram resolutionem tenet *Coriolanus de casibus reservat. 2. p. cas. 9. num. 8.* Coriolan.

85 Neque obstant ea, quæ pro parte contraria objiciuntur. *Ad primum* respondeo contrarium constare ex nostro fũdamento. *Ad 2.* in excommunicatione esse specialem rationem, quia ad hanc requiritur contumacia, ut constat ex dictis *tr. 1. de censur.* & qui peccat ex metu, non censetur peccare ex contumacia, sed ex infirmitate. *Ad tertium* eadem applicanda est solutio, quia interficiens Clericum repertum cum uxore, &c. non censetur illum interficere ex contumacia, sed ex vehementi dolore. *Ad quartum* videtur minùs vera illa doctrina tradita à *P. Sanch.*

DISPU-

DISPUTATIO SECUNDA.

De absolutione à Casibus Reservatis.



Ontinet sectiones quinque. Prima inquirit: Quis possit absolvere à Reservatis? Secunda agit de Superiore, qui potestate ordinaria absolvit à Reservatis. Tertia de Inferiore, qui absolvit ex potestate delegata. Quarta de absolutione per Bullam Cruciatæ. Quinta de absolutione per Iubilæum.

SECTIO PRIMA.

Quis possit absolvere à Reservatis?




Ub hoc titulo quatuor difficultates discuti possunt. Prima, Quis possit absolvere à casibus reservatis Summo Pontifici? Secunda, Quis possit absolvere Regulares à Reservatis? Tertia, Quis possit absolvere ipsos Prælatos, quando incidunt in aliquod reservatum? Quarta, Quis possit à Reservatis absolvere peregrinos?

§. 1.

Quis possit absolvere à casibus Summo Pontifici Reservatis?

86 *Possunt ab illis, si occulti sint, absolvere Episcopi.*
87 *Quid, si non sint occulti?*
88 *An concessis alicui casibus Papalibus, censuræ etiam intelligantur concessæ? Pars negativa.*
89 *Traditur resolutio affirmativa, & solvitur fundamentum contrarium.*
90 *An concessis omnibus casibus Papalibus, censeantur etiam concessi casus Bullæ Cœnæ? Opinio affirmativa.*
91 *Stabilitur resolutio negativa.*
92 *An casus Bullæ Cœnæ censeantur concedi, facta eorum expressione in specie? Refertur opinio affirmativa.*
93 *Astruitur resolutio negativa.*
94 *Quibus modis poterit concedi facultas absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ?*
95 *An debeant omnes casus Bullæ Cœnæ exprimi in individuo?*
96 *An concessis casibus Bullæ Cœnæ, censeatur cõcessus casus hæresis? Proponitur opinio affirmativa.*
97 *Eius fundamenta.*
98 *Astruitur resolutio negativa.*
99 *Illius fundamenta.*
100 *An tradita resolutio extendatur ad fautores hæreticorum?*
101 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*
102 *Regulares non possunt absolvere virtute suorum privilegiorum à casibus contentis in Bulla Cœnæ, & decreto Clementis VIII.*
103 *An possint ab omnibus aliis casibus Papalibus?*
104 *Qui casus contineantur in decreto Clementis VIII?*
105 *An hoc decretum extenditur ad Regulares degentes extra Italiam?*

86 

RIMA dicultas, Quis possit absolvere à casibus Papalibus? Et *quæri potest primò*: An ab eis possint Episcopi absolvere? Et quidem, si casus sint occulti, non est dubium posse Episcopos ab illis absolvere in foro conscientiæ, ut constat ex *Tridentino sess. 24. cap. 6.* juxta ea, quæ diximus præcedenti disputatione *sect. 2. diffic. 2.*

87 Sin autem occulti non sint, dicendum est non posse ab eis absolvere, quia inferior nihil contra Superioris voluntatem debet attentare, *Cap. Qui inferior, de maioritate, & obedientia.* Et confirmatur, quia Summus Pontifex potest minuere, & restringere Episcoporum potestatem, ut patet ex dictis *tract. 2. disp. 3. sect. 3.* Ergo restricta per reservationẽ nõ potest extendi ad casus soli Pontifici reservatos. Limita, nisi detur impedimentum C. Qui inf.

tum adeundi ipsum Summum Pontificem, de quo infrà.

88 *Secundò quæri potest*: An facta alicui potestate absolvendi ab omnibus casibus Papæ Reservatis, intelligantur etiam censuræ Pontificiæ? Et pro parte negativa facit quòd, quando conceduntur casus Episcopales, non veniunt censuræ, ut tenent *Navarr. in sum. cap. 27. num. 261. Rodrig. in Bullam Cruc. §. 9. num. 44. Zerola in praxi pænitent. cap. 24. quæsito 19. & in praxi Episc. verbo Casus reservati §. 3. Vega 2. p. sum. cap. 7. casu 41. Duar. in Bullam Cœnæ l. 3. §. 2. q. 12. num. 12.* Quibus accedunt *Marullus in suis disp. tom. 1. d. 1. cap. 2. dist. 4. num. 575. & Megala in 1. p. l. 1. cap. 3. num. 10.* Et ratio est, quia censuræ casuum non sunt casus, sed eorum censuræ: à diversis autem non fit illatio, *L. Papin. ff. de minoribus*: ergo idē dicendum, quando conceduntur casus Papales.

Navarr. Rodriguez Zerola Vega Duardus Marullus Megala L. Papin.

89 Nihilominus dicendum, concessis casibus Papalibus, etiam venire censuras. Ita *Caiet. in summa verbo Casus, Graffis l. 4. decis. aur. cap. 15. num. 3. Barbosa de potest. Episc. alleg. 50. num. 276. Suar. de cens. d. 7. sect. 4. num. 11. Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. puncto 3. fine, Conradus p. 2. resp. tract. ult. cap. 6. Lavorius de jubilæo p. 2. cap. 28. num. 24. Duardus in Bullam Cœnæ l. 3. §. 2. q. 1. num. 56. Pharaonius in suo promptuario tract. 1. sess. 18. casu 12. & Bossius de jubil. sect. 1. casu 2. num. 2.* Et probatur, quia regulariter loquendo nullus est casus Pontificius, cui non sit censura annexa, ut patet ex dictis præcedenti disputatione. Quando ergo Papa concedit suos casus, etiam intendit concedere censuras, aliter frustranea foret ejus concessio. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ; nam casus Episcopales non ita habent censuras annexas.

Caietan. Graffis Barbosa. P. Suar. Bonac. Conradus Lavorius Duardus Pharaon. Bossius

90 *Tertiò quæri potest*: An concessis omnibus casibus Papæ reservatis, intelligantur etiam contenti in Bulla Cœnæ? Affirmat *Bossius citatus casu 7. num. 2. Henriquez l. 13. cap. 27.* & id probabile dicit *Suar. de censur. disp. 7. sect. 5. num. 12.* Et probatur, quia particula universalis *Omnibus* nullum excludit, sed omnes comprehendit, præsertim in materia favorabili.

Bossius P. Henriq

91 Nihilominus tenenda contraria resolutio negativa. Ita *Sanchez l. 2. in Decal. cap. 12. num. 3. Suar. cit. num. 11. Sotus in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. concl. 5. Graffis l. 4. cap. 18. num. 2. Ugolinus de cens. tabula. 1. cap. 10. §. 4. num. 8. Farinacius de hæresi q. 192. §. 4. num. 63. Lavorius de jubilæo p. 2. cap. 28. num. 24. Alterius t. 1. de cens. l. 4. f. 2. pag. 413. col. 1. & l. 5. d. 22. cap. 2. dub. 3. pag. 770. Duardus in Bullam Cœnæ l. 3. §. 2. q. 1. num. 14. Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. p. 1. num. 12. Riccius in praxi aurea resol. 233. Leon de jubilæo p. 2. num. 40. & 41. Præpositus de censur. disp. 14. num. 101. Barbosa de potest. Episc. alleg. 50. num. 274. Bauny de censur. t. 2. de absolvente ab excommunic. q. 27. §. 2. assertio, Coninck disp. 14. dub. 16. Candidus disquisit. 22. art. 51. dub. 4. dicto 11. Bardus in Bullam 2. p. tr. 6. cap. 2. f. 3. num. 33. Leander de censur. tr. 2. d. 17. q. 38. Hurtado d. 15. de excom. d. 3. num. 13. & alii.* Probatur, quia casus Bullæ Cœnæ habent specialem difficultatem: ergo non intelliguntur committi generali concessione, *Regula In generali, de regulis juris in 6.* Et confirmatur, quia hæc est communis praxis, prout testantur Doctores locis citatis. Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur particulam *Omnibus* intelligi oportere juxta stylum Curiæ, ejusque praxim.

P. Sãchez P. Suar. Sotus Graffis Ugolinus Farinac. Lavorius Alterius Duardus Bonac. Riccius Leon. P. Præpos Barbosa P. Bauny P. Coninc Candidus Bardus Leander P. Hurtad

92 *Quartò quæri potest*: An sufficiat expressio casuum Bullæ Cœnæ in specie, non facta eorum mentione in individuo? Affirmant *Sotus, Graffis, Suares, & Alterius locis suprà citatis, Bossius de jubilæo sect. 1. casu 7. num. 9. & alii.* Et probatur, quia hoc modo satis indicatur Pontificis intentio, & speciali modo conceduntur prædicti casus, sicut speciali modo sunt reservati.

Sotus Graffis P. Suar. Alterius Bossius

93 Nihilominus tenenda resolutio negativa, quam defendunt *Sigismundus de elect. Prælat. dub. n. 69. 12. Duardus in Bullam Cœnæ l. 3. §. 2. q. 1. num. 35. Novarius in lucerna, verbo Absolutio num. 6. Barbosa in collectaneis Bullarum verbo Absolutio, Lezana t. 3. verbo Bulla Cœnæ num. 34.* Probatur in primis ex declaratione sacræ Cōgregationis sub Urbano VIII. 17. Novēbris anno 1628. edita, ibi: *Quemadmodum nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, &c.* Deinde ratione, quia Bulla Cœnæ derogat privilegiis, & indultis concedentibus faculta-

Sigismund. Duardus Novarius Barbosa Lezana

tem

tem absolvendi à prædictis casibus sumptis in genere, vel specie: at dictum privilegium non esset ad absolvendum à dictis casibus in individuo, sed solùm in specie. Unde non obstat fundamentum opinionis contrariæ, dicendum enim est privilegio ad casus Bullæ Cœnæ derogari per proximam sequentem publicationem.

94 Duobus tamen modis poterit concedi facultas ad absolvendum à casibus Bullæ Cœnæ, quin illi derogetur per sequentem publicationem. Primo, si Pontifex dicat in privilegiis, se prædictos casus habere pro expressis, nam sic sufficienter conceditur facultas ad casus in individuo. Secundo, si dicat se id concedere, non obstantibus quibuscumque contrariis, etiam iis, quorum mentio de verbo ad verbum facienda foret, quorum tenores habet pro expressis, &c. nam sic sufficienter derogatur clausulæ Bullæ Cœnæ.

95 An autem etiam sufficiat; quòd, facta expressione in specie, aliqui casus concedantur in individuo, quin exprimantur omnes? Respondetur sufficere, quòd exprimatur casus gravior, v. g. casus hæresis: sin autem solùm exprimatur minùs gravis, inde non fit illatio ad graviores; nam sicut de toto ad partem bene valet argumentatio, ita de parte ad totum est infirma, *L. Quæ de tota ff. de rei vendicatione* prout cum *Everardo de Topicis legalibus l. 8. Menochio de præsumptionibus l. 4. præsumpt. 35. num. 27. Vega cons. 46. num. 131.* & aliis tenet *Surdus cons. 436. num. 21. Flaminius Paris de confident q. 28. n. 106. Cardinalis Thuscus practic. concl. t. 1. l. A. concl. 499. num. 1. Barbosa in locis communibus loco 114. Hipolitus Rimin. cons. 277. num. 25. vol. 3. Rebuffus ad L. Appellatione rei 72. vers. Negativè cum seq. ff. de verborum significatione pag. 350. & alii.*

L. Quæ de toto
Everard.
Menoch.
P. Vega
Surdus
Flam. Par
Thuscus
Barbosa
Hipol Rim
Rebuffus

96 *Quintò quæri potest*: An, concessis casibus Bullæ Cœnæ cùm clausula illius sufficienter derogatoria, &c. intelligatur etiam concessus casus hæresis? Affirmant *Sotus in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. concl. 5. casu 1. Vivaldus in candelabro aureo in explicatione Bullæ Cœnæ, casu 20. §. Quòd si fortè num. 141. & de absolutione num. 13. & 16. Corduba in sum. q. 8. in fine, Zerola in praxi Episc. p. 2. verbo Absolutio q. 8. vers. Dico 4. & Dico 5. & in praxi pœnit. cap. 15. quæsito 20. & cap. 22. q. 4. vers. Dico 4. Penna 2. p. directorii in q. com. 25. Franchilla de excommunic. art. 1. p. 4. & num. 7. dub. 1. Filliuc. 1. p. tr. 8. cap. 10. num. 265. Polachius in Bullam Urbani VIII. sect. 42. num 61. Sanctarellus de jubilæo cap. 7. dub. 3. Antonius Albertinus in summa Sacramentorum p. 3. cap. 11. num. 9. fine, Leon de jubilæo p. 2. num. 41. limitat. 1. Bossius de jubilæo sect. 1. casu 8. num. 2.* quibus accedunt *Lorca in 2. 2. q. 11. art. 4. disp. 45. num. 3. Farinacius de hæresi q. 192. num. 63. Reginaldus tom. 1. l. 9. cap. 14. num. 224. Fagundez in Quinqualegum tract. 2. l. 8. cap. 8. num. 38. Sousa in Bullam Cœnæ 1. 2. & disp. 5. Becanus in summa p. 5. q. 2. Pinellus de casibus reservatis casu 2. num. 20. Leander de censur. tract. 2. d. 17. q. 39. cum pluribus.* Et in hanc sententiam propendit *Cherubinus in compendio Bullarium tom. 3. constitutione 24. Pauli V.* Ex parte consentit *Bauny de censur. tom. 2. de absolvente ab excommunicatione q. 29.*

Sotus
Vivaldus
Corduba
Zerola
Penna
Franchil.
P. Filliuc
Polachius
Sanctarel
Ant. Alb.
Leon
Bossius
Lorca
Farinac.
P. Reginal
P. Fagund
Souza
P. Becan.
Pinellus
Leander
Cherubin.
Bauny

97 Probatur *primò*, quia clausula generalis (*Ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, & in Bulla Cœnæ Domini contentis*) præterquam quòd nullum excludat, est in materia favorabili. *Secundò*, quia quando Pontifices nolunt comprehendi hæresim, eam excipiunt, ut videre est in jubilæis concessis à Xisto V. mense Decembri anno 1589. & à Clemente VIII. mense Decembri anno 1594. ab Urbano VIII. mense Novembri anno 1629. & ab Innocentio X. mense Decembri anno 1644. Ergo quando illam non excipiunt, etiam concedunt.

98 Sed probabilior est contraria resolutio negativa, quam tenent *Navarrus in summa cap. 27. numero 275. Graffis l. 1. decis. aurearum cap. 13. num. 33. & l. 4. c. 15. num. 25. Gutterrez l. 1. canon. quæst. cap. 13. num. 26. Simanchas de Catholic. instit. tit. 3. num. 2. Henriquez l. 6. cap. 16. §. 2. & l. 7. cap. 15. §. 1. & l. 13. cap. 27. §. 5. Rodriguez in Bullam Cruc. §. 9. num. 67. Vega 1. p. summæ cap. 125. casu 12. & 2. p. cap. 7. casu 1. Ugolinus de censur. tabula 1. cap. 10. §. 4. num. 13. Philiarchus de offic. Sacerdotis 1. p. l. 3. cap. 27. & 2. p. l. 2. cap. 25. Azor. 1. p. l. 8. cap. 10. q. 12. Sanchez l. 2. in Decal. cap. 12. num. 10. Suar. t. 5. disp. 7. sect. 9. num. 12. Garcia de beneficiis p. 11. cap. 10. num. 109. Campanillis in diversorio juris canon. rubr. 11. cap. 26. num. 54. Alterius t. 1. de censur. l. 4. disp. 4. cap. 2.*

Navar.
Graffis
Gutter.
Simanchas
P. Henriq
Rodriguez
P. Vega
Ugolinus
Philiarch
P. Azor.
P. Sanchez
P. Suar.
Garcia
Campanil.
Alterius

Bonac. Ricciál. Florones Lavorius Fernandes Duardus Homob. Ledesma Rojas Costa Rutil Bēz. Angles Aragoniu P. Avila Sorbus P. Vasq. P. Sa Mādosius Cevallos Miranda Ludov. à Crucè Navar. Covar. P. Praepos. Barbosa P. Trullēc P. Cast. P. Ceredus P. Fagund Ragusa Sylvius. Victorelus Portel Diana Torreblāc

pag. 413. col. 2. Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. punct. 1. num 13. Riccialus tract. de jure personarum l. 5. cap. 14. num. 17. Florones de casibus reservatis p. 1. cap. 4. §. 21. num. 6. Lavorius de jubilaeo p. 2. cap. 28. num. 24. Fernandez in medulla p. 3. cap. 7. §. 11. num. 1. Duardus in Bullam Coenae l. 3. §. 2. q. 8. num. 5. Homobonus 1. p. exam. tract. 5. cap. 6 q. 35. Ledesma 2. p. tract. 1. cap. 6. concl. 19. & 20. difficul. ult. Rojas de Haeretic. assertione 39. num. 121. & de privilegiis Inquisitorum num. 416. Costa in Bullam Coenae. q. 59. & seq. Rutilius Benzonius de fuga l. 1. disp. 1. q. 6. Angles in Floribus q. de confess. art. de casibus reservat. diffic. 6. Aragonius in 2. 2. q. 11. art. 3. Avila de censur. 2. p. cap. 7. disp. 1. dub. 7. Sorbus in compendio Mendicantium verbo Absolutio ordinaria quò ad fratres pag. 20. Vasq. tract. de excommunic. dub. 19. num. 5. Sá verbo Absolutio num. 25. Mandosius in practica signaturae gratiae verbo Absolutio ab haeresi, & l. 8. cap. 19. rubr. de absolutione ab haeresi q. 2. Cevallos com. q. 802. num. 67. Miranda in manuali Praelat. t. 2. q. 7. art. 4. Ludovic. à Cruce in expos. Cruc. d. 1. cap. 3. dub. 6. Navar. in sing. juris canon. concl. 3. Covar. in cap. Alma mater. 1. p. §. 11. num. 15. Praepositus de censur. d. 14. num. 102. Barbosa de potest. Episc. alleg. 40. num. 31. & alleg. 50. num. 275. Trullenc. l. 1. in Decal. cap. 3. dub. 5. num. 2. Castro Palao de fide tract. 4. d. 4. p. 2. §. 4. num. 2. Ceredus collect. ad jus Canon. collect. 103. Fagundez in Quinqualegum l. 8. cap. 8. num. 18. Ragusa in lucerna Parochorum q. 125. num. 5. Sylvius in 2. 2. q. 11. art. 3. Victorelius in notis ad Manualia Navarri cap. 7. num. 74. Portel in additionibus ad dubia Regul. verbo Haeresis num. 26. Diana 1. p. tract. 5. de absolutione ab haeresi resol. 1. Torreblanca de Magia l. 4. cap. 6. num. 3. & alii.

99 Probatur primò ex quadam declaratione Urbani IV prout refert Henriquez citatus *l. 6. cap. 16.* Item ex alia declaratione Pauli IV. quam testatur Bauny loco citato; & ex motu proprio Pii V. anno 1572. apud Rojas citatum; & ex declaratione Gregorii XIII. anno 1576. prout cum aliis refert Aragonius citatus. Secundò, quia hic est stylus Romanae Curiae, prout testantur *Mandosius*, & *Azor citati*: at verò stylus Curiae facit jus, *Cap. Quàm gravi, de crimine falsi*, & *Cap. Ex litteris, de Constitutionibus*. Tertiò, quia casus haeresis habet specialem deformitatem, & in generali concessione non veniunt ea, quae specialem deformitatem habent, *Regula In generali 81. de reg. juris in 6.* & *Cap. Si Episc. de poenit. & remis. in 6.* Item casus haeresis sunt particulari notâ digni; & quae sunt particulari notâ digna, nisi specialiter exprimantur, censentur lege neglecta, *L. Item apud Labeonem §. Hoc edictum ff. de injuriis.* Tandem casus haeresis sunt causae maiores, & graviores: at mandatis causis generalibus, non censentur commissae causae maiores; nisi exprimantur, *Cap. Sedes, de rescriptis, & Glossa ibi.* Facit textus in *Cap. Quòad translationem, de officio legati*, ubi habetur, quòd per generalem concessionem jurisdictionis non transeunt requirentia specialissimam notam: & *Glossa* ad *Cap. Frater 16. q. 2.* ubi habetur, quod causa fidei non committitur legato Apostolico per generalem delegationem, nisi exprimatur.

Cap. Quā gravis Cap. Ex literis

Regula in generali. Cap. Si Episcopus L. Item

100 An verò tradita doctrina extendenda sit ad receptores, fautores, & defensores haereticorum; item ad legentes, tenentes, & imprimentes eorum libros, necnon ad schismaticos, seu recedentes ab obedientia Romani Pontificis? Affirmant *Rodrig. proximè num. 67. Vega cap. 12. & Petrus Ledesma tom. 2. summae tract. 1. cap. 6. fine.* Sed probabiliùs negandum cum *Sanchez citato cap. 12. num. 12. Leon. num. 44. Duardo num. 8.* quia istorum casus non est haeresis.

Rodriguez P. Vega. Ledesma P. Sanchez Leon. Duard.

101 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariae respondetur clausulam generalem, *Ab omnibus casibus*, intelligendam esse juxta praxim, & stylum Romanae Curiae. *Ad secundum* respondetur Summos Pontifices aliquando expressè excipere haeresim maioris claritatis gratiâ; semper tamen eam implicitè excipere, quando contrarium non exprimunt.

102 *Sextò quaeri potest*, An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere à casibus Papae reservatis? Et in primis non videtur dubium posse absolvere ab omnibus aliis, exceptis iis, qui continentur in Bulla Coenae, & qui continentur in Decreto Clementis VIII. incipit: *Sacra Congregatio*, edito 9. Januarii anno 1601. cum limitatione facta 26. Novembris anno 1602. prout de verbo ad verbum referunt *Barbosa de potest. Episcop. allegat. 50. num. 286. & Tam-*

burin.

burin.tom. 2. *de jure Abbatum d.* 13. *q.* 13. *num.* 2. de quo statim.

103 Non, inquam, videtur dubium posse absolvere ab omnibus aliis, ut constat ex privilegio Pauli III. indulto nostræ Societati, ibi: *Ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam sedi Apostolicæ reservatis; & à quibusvis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi, &c.* Idem constat ex aliis privilegiis relatis proxima difficultate quæsito secundo.

Qui autem sint casus Papæ reservati præter contentos in Bulla Cœnæ, & præter contentos in Decreto Clementis VIII? Respondetur eos omnes; ac singulos diligentissimè referri à *Tamburino citato à num.* 6. ubi præter assignatos recenset casus 93. Summo Pontifici reservatos. Alios plures adnumerat *Barbosa citatus allegat.* 50. *à num.* 83. Tambur. Barbosa

Dixi primò (exceptis iis, qui continentur in Bulla Cœnæ) quia privilegia expresè eos excipiunt, & licèt non exciperent, Bulla Cœnæ affert clausulas omnium privilegiorum derogatorias. Facit declaratio sacræ Congregationis sub Urbano VIII. 17. Novembr. anno 1628: ubi dicitur non posse Regulares virtute suorum privilegiorum absolvere à casibus Bullæ Cœnæ: & si secùs egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore.

104 Dixi secundò (exceptis iis, qui continentur in Decreto Clementis VIII. incipit *Sacra congregatio*, &c.) quia in eo quinque casus specialiter excipiuntur: Primus est violatio immunitatis Ecclesiasticæ in terminis constitutionis Gregorii XIV. Incipit *Cùm aliàs nonnulli*. Secundus violatio clausuræ Monialiũ ad malùm finem. Tertius provocantium, & pugnantium in duello, juxta decretum sacri Concilii Tridentini, & constitutionem Gregorii XIII. Incipit *Ad tollendum*. Quartus injicientium manus violentas in Clericum, juxta terminos *Cap. Siquis suadente* 23. *quæst.* 4. Quintus simonia realis scienter contracta, atque etiam confidentia in beneficialis. A quibus casibus, prout in dicto Decreto districtè præcipit Clemens VIII. non possunt Regulares virtute suorum privilegiorum absolvere; & si absolvant, absolutio erit nulla, prout notatur in dicto Decreto.

105 Sed hic notandum est, hoc Decretum Clementis VIII. solùm esse editũ pro Confessariis tam secularibus, quàm Regularibus degentibus in Italia, idque extra Urbem, ib: *Sacerdotibus omnibus tam secularibus, quàm Regularibus per universam Italiam extra Urbem degentibus.* Unde patet Regulares degentes in nostra Lusitania, in Hispania, in Gallia, & in reliquis Orbis partibus, ac Provinciis, posse virtute suorum privilegiorũ absolvere etiam ab his casibus. Ita cum pluribus tenet expresè *Lezana verbo Duellum num.* 13. Lezana

§. 2.

Quis possit absolvere Regulares à suis Reservatis?

106 *Præmittitur Decretum Clementis VIII.*

106 Tertia difficultas spectat ad Reservatos Regularium; &, ut pleniùs explicetur, præmittenda sunt quatuor, quæ Clemens VIII. sancivit suo illo decreto edito 26. Maii annò 1593. quod, ut suprà monuimus, refertur tomo 4. Bullarii Bulla 26. sub Urbano VIII. & habent sic.

Primum: Non liceat Superioribus Regularium confessiones Subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint aut ipsimet Subditi sponte, aut proprio motu id ab eis petierint. *Secundum*: Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios pro Subditorum numero maiori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse imprimis Confessarius judicaverit.

Tertium: Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graves, quibusdam peccatis, etiam non reservatis, à Confessariis imponendas; quæ Subditos ab hujusmodi perpetrandis cohibere possint.

Quartum: Sanctitas sua deinceps declaravit, & declarat; ut, si hujusmodi Regularium Confessariis casûs alicujus reservati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii

fessarii illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absolvere, ut refertur eâdem Bulla ibidem.

§. 3.

An Regulares possint absolvi quò ad reservata à solis suis Prælatis, vel de eorum licentia?

107 *Regulares per se loquendo à solis suis Prælatis, vel de eorum licentia, quò ad reservata, possunt absolvi.*
Quid de Novitiis? Ibidem.
108 *Quid de Regularibus iter facientibus?*
109 *Quomodo intelligatur privilegium concessum Monachis Cisterciensibus?*
110 *Refertur privilegium concessum Minoribus de Observantia.*
111 *An Regulares possint uti his, & similibus privilegiis absque licentia sui Prælati? Astruitur resolutio negativa.* Ibidem.
112 *Quam pœnam incurrat absolvens Regulares à reservatis absque licentia sui Prælati?*

107 P*Rimò ergo quæritur*, An Regulares per se loquendo à solis suis Prælatis, vel de eorum licentia quò ad reservata possint absolvi? Respondetur affirmative cum *Suar. t. 4. de Religione tract.* 8. *l.* 2. *cap.* 19. *Tamburin. t.* 2. *d.* 13. *q.* 2. *Coriolano de casibus reservatis* 1. *p. sect.* 1. *art.* 25. Et probatur, quia (ut *tract.* 6. *num.* 310. ostendimus) etiam quò ad non reservata non possunt per se loquendo absolvi Regulares exępti nisi à suis Prælatis, aut de eorum licentia; idque patet tum ex jure communi, prout in eodem loco retulimus: tum ex privilegiis Religionum particularibus, quæ ibidem citavimus: ergo à fortiori non poterunt per alium absolvi à reservatis. Et hæc doctrina, etiam ad Novitios extendenda est juxta ea, quæ diximus præcedenti disputatione *num.* 77. P. Suar. Tambur. Coriolan.

108 An autem iter facientes possint absolvi quò ad reservata à socio, si illum habeant, vel si non habeant, à quolibet Confessario seculari, à quo possunt absolvi à non reservatis juxta ea, quæ diximus *tract.* 6. *à num.* 312? Negant nonnulli apud *Suar. proximè cap.* 19. *num.* 2. Respondetur tamen attendi oportere regulā, & consuetudinem uniuscujusque Religionis in particulari. Ita *Tamburin citatus q.* 10. Sanè in nostra Societate observatur, ut possint iterfacientes absolvi à socio, si illum habeant; vel si non habeant, à quolibet Confessario seculari cum onere præsentandi se Superiori, cùm redierint. Et id observatur etiam cum hospite commorante in Collegio non suo, potest enim hic ibi absolvi à Confessario ordinario cum onere præsentandi se postea Superiori suæ domûs. Limita, nisi in eo Collegio non suo diu moraturus sit (putà spatio unius, aut alterius circiter mensis) quia tunc debet absolvi à Superiore illius Collegii absque onere præsentandi se Superiori suo. Hæc omnia habentur in ordinationibus Generalium nostræ Societatis *cap.* 6. *num.* 6. Hoc idem dicitur observari in Religione Carthusianorum, & Divi Hieronymi, ut testatur *Suar. citatus c.* 19. *num.* 4. *fine.* P Suar. Tambur.

109 Illud notandum est ex privilegio Innocentii. VIII. concesso Monachis prædicatoribus Cisterciensibus indulgeri, ut cùm extra Monasterium Ordinis existunt de licentia Superioris, possint cuicunque Regulari, vel seculari Sacerdoti confiteri, & à quocunque casu quomodocunque reservato absolvi, sicut à Confessariis Ordinis, &c. prout habetur in compendio Cisterciensi verbo *Confessor.* §. 15. Quod intelligendum est cum onere postea comparendi proprio Superiori; nam privilegium dicit prædictos Monachos posse absolvi à quovis Confessario, sicut à Confessariis sui Ordinis, hi verò si ibi adessent, non possent absolvere nisi sub onere comparendi. Adde, quod ita fert communis consuetudo, & praxis, ut notat *Suar. citatus num.* 5. Duo tamen casus excipi solent, quos hic inserere operæ pretium duxi. P. Suar.

110 Primus est semel in vita ex privilegio Sixti IV. quo Minoribus de Observantia indulsit, ut semel in vita possint eligere Confessarium sui Ordinis, qui eos absolvat à quibuscunque casibus, quomodolibet reservatis, & censuris, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria, prout referunt *Tambur. citat. disp.* 9. *q.* 5. *& Suar. proximè cap.* 19. *num.* 7. Tambur. P. Suar.

Secundus casus est in articulo mortis,

ex

ex privilegio ejusdem Sixti. IV. quo cuilibet Religioso Mendicantium, vel eorum, qui gaudent illorum privilegiis, indulsit, ut in articulo mortis possint eligere quemvis Confessarium; qui eum ab omnibus casibus possit absolvere, ac si esset Papa, & ei indulgentiam plenariam concedere, prout etiam referunt *Tamburinus & Suar. locis citatis.* Et hoc intelligendum est etiam in praesentia Praelati: nam in ejus absentia non est dubium posse in periculo mortis constitutum eligere quemlibet Confessarium, &c. Item intelligendum est ita ut postea, si periculum evadat, non teneatur moribundus pro censuris reservatis comparere suo Praelato; nam dictum privilegium licentiam indulget, & potestatem facit Confessario electo absolvendi, ac si esset Papa: si autem esset Papa, non teneretur moribundus postea comparere: ergo, &c.

Diana. P. Tābur.

111 An autem Regulares possint uti his, & similibus privilegiis absque licentia sui Praelati? Affirmat *Diana 3. p. tract. 2. de dubiis regularium resol. 126. §. Nota etiam. Et Tamburin citatus disp. 13. q. 8. num. 9.* qui pro se allegant Suarium ubi proximè *num. 7.* Verùm *Suar.* loco citato solùm dicit Regulares debere observare modum praescriptum in suis Religionibus, & à Summis Pontificibus approbatum: imò non debere Regulares uti his privilegiis nisi de licentia Praelati, habetur expressè in libro *Monumenta Ordinis* primâ editione, folio mihi 18. & secundâ folio 148. concessione 360. Et sanè in nostra Societate videtur indubitatum; non enim possumus uti communicatione privilegiorum aliarum Religionum, quae aut instituto nostro, aut voluntati, & beneplacito Superiorum refragatur, juxta constitutionem Pii V. anno 1571. incipit: *Dum indefessè,* prout habetur in compendio nostrorum privilegiorum verbo *Communicatio gratiarum §. 4.*

Adde quòd omnia privilegia Regularibus indulta quò ad effectum eligendi Confessarium, qui eos possit absolvere à peccatis, moderata ac restricta sunt per Clementem VIII. sua illa constitutione edita 21. Novembris anno 1599. Incipit *Romani*, ita ut Regulares quo ad hunc effectum non possint eis uti absque licentia, & dispositione suorum Praelatorum, quibus praecipiuntur esse subjecti: quam Clementis constitutionem novissimè Urbanus VIII. motu proprio, & ex certa scientia in Bulla, quae incipit, *In specula,* innovavit, & quatenus opus sit, ampliavit. Dixi (his & similibus privilegiis) ut comprehendam nonnulla similia, quae pro aliquibus anni Festis; ac temporibus reperiuntur Regularibus concessa, prout refertur ab *Emmanuele Rodrig. to. 1. q. q. Regular. q. 6. art. 10.* Quibus similiter non possunt Regulares uti absque licentia suorum Praelatorum, quorum dispositioni debent esse subjecti, ut patet ex dictis.

Rodrigues

112 Quam autem poenam incurrat absolvens Regulares à reservatis absque licentia sui Praelati? Respondetur incurrere excommunicationem ipso facto latam ab Alexandro VI. in *Clement. Religiosi, de privilegiis*, prout refert *Tamburinus citatus disp. 13. q. 13. num. 112. & q. 8. num. 5.* Et ita declarasse Sacram Congregationem de mandato Clemētis VIII. anno 1601. die 9. Januarii, referunt *Finellius de casibus reservatis cap. 6. num. 6. Quaranta in summa Bullarii verbo Casus reservati, Ugolinus de potestate Episcopi alleg. 37. §. 2. Chapeavilla p. 1. cap. 10. q. 8. Conradus 1. p. casuum conscientiae q. 18. & Fagundez praec. 2. l. 8. cap. 1. num. 29. Tamburinus tom. 2. disp. 13. q. 13. num. 112. qui q. 7. num. 2.* addit absolutionem esse nullam, & bene, utpote quae collata à non habente jurisdictionem, ut advertunt Doctores locis citatis.

Finellius Ugolinus Chapeavil. Conradus P. Fagūd. P. Tāburi.

§. 4.

An Regulares possint absolvi à suis Praelatis quò ad omnes casus, etiam contentos in Bulla Coenae?

113 *Praelati Regularium virtute suorum privilegiorum possunt absolvere Subditos suos ab omnibus casibus, ac censuris & Papae, & Ordinario loci reservatis.*
114 *An possint eos absolvere virtute privilegii Pii V. à casibus Bullae Coenae occultis?*
115 *Refertur dictum privilegium.*
116 *Proponitur ratio dubitandi.*
117 *Asseritur resolutio affirmativa.*
118 *An hujusmodi Praelati possint absolvere Subditos ab haeresi occulta?*
119 *An à casibus Bullae Coenae publicis?*

Refertur opinio negativa.
120 *Authoris sententia.*
121 *Refelluntur argumenta opinionis negativa.*

113 SEcundò quæritur, An Prælati virtute suorum privilegiorum possint absolvere Subditos suos ab omnibus casibus & censuris, etiam Papæ & Ordinario loci reservatis? Respondetur affirmativè; & ita habetur amplissimè in Bulla Pauli III. anno 1549. Incipit: *Licèt debitum*, & aliis pluribus indultis, quæ referuntur in compendio privilegiorum nostræ Societatis *verbo Absolutio §. 6. 8. 9 & 10.* quæ ab eodem Paulo III. extenduntur etiam ad ingredi volentes Societatem: ad reincidentiam tamen, si non fuerint ingressi. Neque obstat decretum Urbani VIII. contra Regulares absolventes à casibus Ordinario loci reservatis, nam decretum Urbani præterquam quòd non loquatur de nostris privilegiis hujusmodi, quæ sunt certa, sed de aliis, quæ dubia sunt, ut est illud *Rosarii* & *Maris magni*, sanè solùm est in ordine ad absolventes Seculares; at verò proximè ingredi volentes Religionem jam non veniunt nomine Secularium, sed Regularium, ut cum *Crousers*, & *Vecchio* tenet *Tambur. citatus disp. 13. q. 13. num. 115.*

Crousers. Vecchius P. Tābur.

114. Solùm dubitari potest de casibus contentis in Bulla Cœnæ. Et quæstio potest procedere in primis de occultis, deinde etiam de publicis. Quod attinet ad occultos, non disputo hoc loco, an ab eis possint Prælati absolvere ex vi Tridentini *sess. 24. cap. 6.* nam de hoc disserendi non est locus. Solùm quæro: An possint ab illis absolvere virtute privilegii Pii V. quod refertur à *Coriolano de casibus reservatis p. 1. art. 26. num. 6.* & à *Tamburino citato disp. 14. q. 15. num. 8.* & habet sic.

Coriolan. P. Tābur.

115 *Quia sacrum œcumenicum Concilium generale Tridentinum concessit Episcopis, ut absolvere possint in foro animæ, seu conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess. 24. cap. 6. habetur, re Prior, Provincialis, & superiores Prælati dicti Ordinis tam in dicta Provincia, quàm extra eam ubilibet in hac parte deterioris conditionis, quàm Clerici, aut Seculares existant, iisdem Priori conventuali, & superioribus Prælatis, ut ipsi per se ipsos idem omnino possint in fratres, & Moniales dicti Ordinis sibi subditas, quò ad absolvendi, & dispensandi hujusmodi, quàm alias quascunque facultates, iisdem authoritate, tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgemus; atque etiam declaramus præsentes literas perpetuò durare, ac valere, &c.*

116 Ratio autem dubitandi pro parte negativa est, quia Sacra Congregatio 17. Novembris anno 1628. declaravit Regulares non posse virtute alicujus privilegii absolvere à casibus contentis in Bulla Cœnæ, & omnia eorum privilegia, quò ad hoc, eis tolli ac revocari per annuam publicationem ipsius Bullæ.

* 117 Nihilominus hac declaratione non obstante, asserendum existimo posse Prælatos virtute dicti privilegii Pii V. absolvere Subditos à casibus contentis in Bulla Cœnæ. Ita *Coriolanus citatus num. 4. Bauny de absolutione reservatorum q. 32. Tamburin. cit. num. 8. Rodriguez in quæst. regul. tom. 1. q. 61. art. 9. Marchinus de sacram. Ordinis tract. 1. p. 9. diffic. 1. num. 9. Sanchez de matr. l. 8. disp. 2. num. 13. Henriquez l. 7. cap. 25. num. 3. in glossa lit. Q. Beja p. 4. casu 37. Diana 1. p. tract. 5. resol. 6. & 7. p. tract. 2. resol. 5. Trullenck tom. 1. in Decal. l. 1. cap. 3. dub. 4. num. 5. & alii.* Probatur, quia Prælati Regulares circa suos Subditos quò ad casus occultos possunt ex vi privilegii Pii V. quidquid Episcopi possunt ex vi Tridentini circa suos Subditos; sed Episcopi, non obstante Bulla Cœnæ, possunt ex vi Tridentini absolvere suos Subditos à casibus Bullæ Cœnæ occultis, ut constat ex præcedenti *disput. sect. 2. diffic. 2.* ergo etiam Regulares possunt ab iisdem absolvere Subditos suos. Neque obstat declaratio sacræ Congregationis, quia hæc solùm loquitur de privilegiis concessis ad casus Bullæ Cœnæ in genere, vel in specie: at Regulares, sicut & Episcopi, habent potestatem ad casus Bullæ Cœnæ in individuo circa suos Subditos, ut diximus.

Coriolan. P. Bau. P. Tābur. Rodriguez Marchin. P. Sāchez P. Henriq. Beja Diana Trullenck

* Doctrina Authoris tradita à n. 117. usque ad 121. videtur offendere Decretū Alexandri VII. editū postquā ipse scripsit, anno 1665. die 24. Septemb. & ideo debet legi attente.

118 Ex dictis colliges posse Prælatos Regularium absolvere Subditos suos etiam ab hæresi occulta, quod licet sit contra *Lezanam in sum. cap. 18. num. 38. Tamburin. t. 2. de jure Abbatum disp. 142 q. 17. num. 3. Megalam conf. 21. num. 6. Sanchez in Decal. tom. 1. l. 2. cap. 17. num. 7. Avilam de censur. p. 7. disp. 10. dub. 6. not. 3. Novarium in sing. juris canon. concl. 3. num. 10. Peyrin. in sum. tom. 2. cap.*

cap. 125. *casu* 12. *& Dianam* 1. *p. tract.* 5. *resol.* 6. *&* 3. *p. tract.* 2. *resol.* 122. *&* 6. *p. tract.* 7. *resol.* 63. Traditur tamen à *Souza in Bullam Cœnæ cap.* 23. *disp.* 100. *concl.* 7. *num.* 3. *Petrino de privilegiis Minimorum t.* 1. *constitutione* 4. *Sixti IV.* §. 5. *num.* 6. *& seq. & Villalobos in summa p.* 1. *tract.* 9. *disp.* 41. *num.* 5. Quibus accedunt *Bauny proximè, & Peregrinus p.* 2. *tit. Absolutio quò ad fratres* §. 2. Et sequitur ex dictis, quia Regulares possunt absolvere Subditos suos ex vi privilegii Pii V. ab omnibus casibus, à quibus Subditos suos possunt absolvere Episcopi ex vi Concilii Tridentini: at Episcopi possunt absolvere Subditos suos ex vi Tridentini ab hæresi occulta, ut constat ex dictis *num.* 53. ergo etiam Regulares Subditos suos.

Souza. Peirinus. Villal. P. Bauny. Peregrin.

119 Quod attinet ad casus publicos, est maior controversia. Plures existimant, Prælatos Regulares non posse ab illis absolvere Subditos suos, quia quò ad hos Bulla Cœnæ derogat omnibus privilegiis contrariis, ut liquet ex ejus tenore, & sic sacra Congregatio proximè relata declaravit. Ita *Confectus in summa privilegiorum tit. de Regularium confessione cap.* 3. *Collector compendii privilegiorum Mendicantium titulo Absolutio ordinaria quò ad fratres, Sorbus in annot. ad idem compendium ibidem folio* 29. *& in resol. mater. absolut. folio* 54. *&* 55. *in* 2. *editione, Tambur. in tom.* 2. *de jure Abbatum d.* 14. *q.* 15. *num.* 3. *Sayrus de censur. l.* 3. *cap.* 25. *num.* 5. *Graffis in appendice l.* 1. *de casibus reserv. cap.* 7. *num.* 21. *Ioannes de la Cruz de statu Relig. l.* 1. *cap.* 6. *dub.* 15. *concl.* 1. *Zenardus in direct. Theol. p.* 2. *cap.* 17. *vers. octavo; Naldus in summa titulo Novitius num.* 7. *Vecchius in praxi Novitiorum disp.* 9. *d.* 6. *num.* 3. *Sanchez l.* 2. *in Decal. cap.* 11. *à num.* 26. *Coriolanus de casibus reservatis in calce libri, Alterius de censuris t.* 1. *l.* 3. §. *Respondeo, Duardus in Bullam Cœnæ l.* 3. §. 2. *q.* 1. *num.* 8. *Sigismundus de elect. Prælat. dub.* 69. *numero* 13. *& alii.*

Confectus. Sorbus. P. Tambur. Sayrus. Graffis. Ioan. à Cruce. Zenard. Naldus. Vecchius. P. Sanchez. Coriolan. Alterius. Duardus. Sigismund.

120 Ego tamen resolutionem affirmativam existimo satis probabilem cum *Suario tom.* 4. *de religione tract.* 8. *l.* 2. *cap.* 21. *& tract.* 10. *l.* 9. *cap.* 20. *Rodriguez t.* 1. *quæst. Regularium q.* 120. *art.* 9. *Laurentio de Peirinis tom.* 1. *privilegiorum Ordinis Minorum in annotatione ad constitutionem quartam Sixti IV.* 40. *num.* 10. Probatur primò ex Bulla Sixti IV. pro Carmelitanis, quæ est 37. *num.* 62. inter Bullas Sixti IV. in Bullario Regularium apud *Emmanuelem Rodriguez*, in qua Carmelitanis conceduntur omnes casus, etiam sedi Apostolicæ reservati, exceptis quatuor duntaxat. *Primus*, Relapsus in hæresim. *Secundus*, Schisma. *Tertius*, Falsificatio literarum Apostolicarum. *Quartus*, Delatio prohibitorum ad infideles: Qui quatuor casus cùm in Bulla Cœnæ contineantur, eo ipso quòd in individuo excipiuntur, cæteri omnes in individuo censentur concedi; nam exceptio firmat regulam, & exclusio unius est inclusio alterius. Idem confirmatur ex Bulla Pauli III. proximè relata pro Religiosis nostræ Societatis, in qua eis similiter omnes casus, etiam sedi Apostolicæ reservati, conceduntur, exceptis tantùm illis quatuor Sixti IV. Item ex Bulla 33. pro Prædicatoribus, ejusdem Sixti IV. in Bullario Regularium contenta apud eundem *Emmanuelem Rodriguez num.* 13. in qua Fratribus Prædicatoribus iidem casus conceduntur, facta similiter illa exceptione quatuor casuum.

P. Suar. Rodrig. Peirinis

Secundò probatur efficaciter ex Julio II. Bulla 18. in Bullario Regularium apud eundem Emmanuelem Rodriguez, ubi præter quatuor casus Sixti IV. etiam excipitur quintus conspirationis in Romanum Pontificem; & quò ad reliquos casus, præter hos quinque, declarat idem Julius non obstare publicationem Bullæ Cœnæ singulis annis factam, & derogationes in eâ contentas, prout etiam habetur in Additionibus ad privilegia nostræ Societatis ab *Eminentissimo Cardinali Lugo* manuscriptis.

121 Neque obstat quòd in contrarium adducitur ex Bulla Cœnæ, & ejus publicatione; necnon ex declaratione Sacræ Congregationis ibi adductæ; nam præterquam quòd Julius declaraverit, Bullam Cœnæ dictis privilegiis non officere, sanè Bulla Cœnæ, & ejus publicatio, ac declaratio solùm derogant privilegiis concessis ad hos casus in genere, vel in specie, non in individuo, ut habetur in eadem Bulla; prout notavimus hac ipsa disputatione *sect.* 1. *diffic.* 1. *quæsito* 4.

(*)

§. 5.

An Prælatus teneatur deputare alium Confessarium justè petenti, & quid, si eum neget?

122 *Prælatus tenetur concedere alium Confessarium Subdito justè petenti.*
123 *Si Prælatus injustè neget talem licentiam, potest Confessarius pro illa vice pœnitentem absolvere.*
124 *Qualis debeat esse hujusmodi Confessarius?*
125 *Clausula* pro hac vice *decreti Clementis VIII. non potest extendi ad alias absolutiones.*
126 *Quid si pœnitens reincidat, & iterum Confessario injustè negetur licentia?*
127 *Authoris judicium.*

122 TErtiò *quæritur*, An quando Subditus ex justa causa renuit subjicere Prælato reservata, ac sibi petit alium Confessarium, teneatur Prælatus illum ei concedere? Respondetur affirmativè cum communi Doctorum apud *Suarium disp. 30. sect. 4.* & apud *Tamburinum citatum disp. 13. q. 8.* Quod ex professo ostendemus infrà *sect. 3.* ubi videndum, quæ petendi causa sit justa; & an Superior peccet mortaliter licentiam negando?

123 Quid tamen, si Prælatus injustè neget talem licentiam? Respondetur posse tunc Confessarium pro illa vice pœnitentem absolvere, ut constat ex Decreto Clementis VIII. relato initio difficultatis, ibi: *Sanctitas sua deinceps declaravit*, &c. Hoc idem Decretum promulgavit postea Paulus V. in decretis generalibus pro Regularium reformatione editis, ut referunt *Naldus in summa verbo Religiosus num. 44. Tamburinus de jure Abbatum t. 2. disp. 13. q. 8. num. 6. Diana 3. p. tract. 2. resol. 126. & 6. p. tract. 6. resol. 56. Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 1. art. 17. in fine.* Naldus Tambur. Diana Coriolan.

124 Notandum tamen est primò cum *Alphonso de Leon l. 1. de officio Confessarii recollect. 6. num. 168.* hoc solùm intelligi, quando aliquis ex Confessariis deputatis in Monasterio juxta decretum Clementis VIII. licentiam petit, & ei injustè negatur: solùm, inquam, de iis intelligitur, ut constat ex verbis ipsius decreti, ibi: *Si hujusmodi Regularium Confessariis*, &c. Unde colliges, non rectè *Fagundez in 2. prec. Ecclesiæ l. 3. cap. 9.* potestatem absolvendi in hoc casu extendisse ad quoslibet Confessarios Regulares justè petentes; nam decretum, ut constat, solùm loquitur de illis tribus, vel quatuor pro confessionibus Regularium designatis. Item non rectè etiam *eundem Fagundez*, cùm postea se retractavit *tom. 1. Decalogi l. 1. cap. 45.* potestatem absolvendi in hoc casu negasse Confessariis deputatis à Clemente VIII. dicendo non cōstare de decreto proximè relato, neque esse insertum in Bullario. Non, inquam, rectè; quia constat de decreto, & est insertum in Bullario loco citato. An autem licentia ab aliis Confessariis justè petita, & injustè negata habeatur pro concessa, dicemus infrà *sect. 3. diffic. 1.* ubi partem negantem cum communi doctrina sustinebimus. Leon. P. Fagund.

125 Notandum secundò, perperàm ab aliquibus apud *Dianam 3. p. tract. 2. de dubiis regularium resol. 126.* explicari clausuam *pro hac vice* ita ut non intelligant pro una tantùm; & afferunt exemplum jubilæi, quod, non obstante clausula *hac vice*, potest quis lucrari in prima hebdomada, & iterum in secunda. Perperàm, inquam, quia licentia negata non est amplior, quàm concessa: si autem concederetur pro illa vice, non extenderetur ad alias. Deinde, quæso, clausula *pro hac vice* ad quot vices extenditur? Neque obstat sententia illa de jubilæo semel in prima hebdomada, & iterum in secunda lucrando, nam quidquid sit de ejus probabilitate, de qua *sect. 5.* est longè diversa ratio; nam jubilæum conceditur pro hac vice habente latitudinem duarū hebdomadarum; licentia non ita, sed pro illa tantùm vice, pro qua petitur.

126 Alii nimis strictè intelligunt *hanc vicem*, & dicunt Confessarium pro illa vice tantùm pœnitentem posse absolvere, ita ut, si post absolutionem reincidat pœnitens, & iterum Confessarius petat licentiam, & ei injustè negetur, non possit absolvere. Ita *Novarius in lucerna Regularium verbo Absolutio num. 9.*

127 Ego verò intelligendam arbitror *hanc vicem* respectivè ad illam, pro qua petitur; & dico non solùm posse absolvere prima vice, pro qua ei licentia injustè negatur, sed etiam singulis quibus-

que, pro quibus injustè negatur; de omnibus enim est eadem ratio.

§. 6.

Quis possit absolvere Prælatos, quando incidunt in aliquod reservatum.

128 *Episcopi possunt se facere absolvere ab omnibus casibus, à quibus possunt Subditos absolvere.*

129 *Quid dicendum de Vicario Episcopi? Refertur opinio negativa.*

130 *Statuitur resolutio affirmativa.*

131 *Respondetur argumentis opinionis negativæ.*

132 *Quid dicendum de Prælatis Regularibus? & proponitur ratio dubitandi.*

133 *Regulariter loquendo possunt se facere absolvere ab omnibus casibus, à quibus possunt Subditos absolvere.*

134 *Per accidens tamen in iis Religionibus, in quibus eorum casus reservatur Prelato superiori, non possunt.*

135 *An Capitula generalia Religiosorum, & eorum constitutiones approbatæ à Summo Pontifice possint derogare juri Canonico?*

136 *Explicatur textus in* Cap. Finali.

128 QUarta difficultas, Quis possit absolvere Prælatos à reservatis? Et quidem, si Prælati sint Episcopi, dicendum est (quidquid in contrarium opinetur *Alterius de censuris tom. 2. disp. 8. cap. 3. concl. 4. versic. Tertiò quæri potest*) posse se facere absolvere ab omnibus reservatis, à quibus ipsi possunt Subditos absolvere; quia aliàs essent deterioris conditionis, quàm Subditi, nam ii habent præ manibus à quo absolvantur, & illo Episcopi carerent. Et confirmatur, quia Episcopi habent jurisdictionem in hujusmodi casus, & non repugnat illam in ordine ad se ipsos posse committere suis Confessariis, ut videre est in Summo Pontifice, qui suo Confessario dat jurisdictionem in ipsum, ut constat ex dictis *tractat. 1. disp. 3. sect. 3.*

Et sanè hanc doctrinam ex *Cap. finali, de pœnitentiis & remissionibus* colligunt, ac sequuntur *Sylvester verbo Confessor. 1. q. 9. Henriquez l. 6. de pœnit. cap. 4. num. 3. in com. lit. I. & cap. 7. num. 5. & l. 7. de indulgentiis cap. 28. num. 1. Antonius Gomez in exposit. Cruciatæ clausula 10. n. 85. Sayrus in Thesauro casuum t. 1. l. 7. c. 14. num. 5. Angelus verbo Confessio 3. n. 7. Tabiena verbo Absolutio 1. num. 17. q. 17. Sa in summa verbo Confessio num. 17. verbo Confessor Episcopi, & verbo Religio num. 47. D. Antoninus 3. p. tit. 17. cap. 2. §. 2.* & alii plures, quos sequitur *Sanchez de matr. l. 8. disp. 3. n. 3. & l. 2. Decal. c. 11. num. 11.* Quibus accedunt *Suar. de censur. disp. 41. sect. 2. num. 10. & 12. & de pœnit. d. 30. sect. 2. num. 15. Lugo disp. 20. num. 57. Barbosa in collectaneis Bullarii verbo Absolutio,* ubi dicit, ita Sacram Congregationem declarasse. *Amicus t. 5. de justitia d. 5. num. 50. Riccius in praxi p. 1. resol. 445. num. 2. Gavantus in Manuali Episcoporum Verbo Absolutio num. 7. Floronus de casibus reservatis p. 1. cap. 4. §. 7. num. 14. Thesaurus in praxi de pœnis p. 1. cap. 24. vers. Respondeo 3. Filliuc. t. 1. tract. 20. cap. 10. num. 272. Ludovicus à Cruce in Bullam Cruc. disp. 1. cap. 6. dub. 18. Duardus in Bullam Cœnæ l. 3. §. 2. q. 11. num. 29. Sanctarellus tract. de hæres. cap. 5. dubio 3. num. 16. Diana 3. p. tract. 4. resol. 142. & 7. p. tract. 2. resol. 14. & alii.* Amplianda est tradita doctrina etiam ad casus Papæ reservatos, si sint occulti, ut ex eodem principio notant Doctores citati; nam Episcopi ab illis possunt Subditos absolvere ex vi *Tridentini sess. 24. cap. 6.* ergo etiam poterunt communicare suis Confessariis hanc jurisdictionem in ipsos, & se ab illis facere absolvere.

Sylvester. P. Henriq. Gomez Sayrus Angelus Tabiena P. Sa D. Anton. P. Sanchez P. Suar. P. Lugo. Barbosa P. Amicus Riccius Gavantus Floronus Thesaurus P. Filliuc. Ludov. à Cruce Duardus Sanctarell. Diana.

129 Sed quid dicendum de Vicario Episcopi, poteritne etiam se facere absolvere à reservatis, à quibus ipse ex speciali commissione possit alios absolvere? Negat *Graffis in appendice decis. aureæ. tr. 1. 3. cap. 8. num. 22.* Probatur *primò*, quia Episcopus non intendit delegare jurisdictionem Vicario cum potestate subdelegandi in ordine ad se ipsum; sed solùm in ordine ad alios. *Secundò*, quia verba generalia semper arctantur ad solita concedi, *L. Si finita, ff. de damno infect.* & delegatio cum potestate subdelegandi non solet concedi nisi in personas aliorum. *Tertiò*, quia verba generalia arctantur ad id, quod est de jure, ut notat *Glossa in Cap. Finali, verbo Negotiis, de officio delegati:* at verò in jure nemo potest se ipsum authorizare, *Cap. Qualiter, de electione.* Quod dicitur de Vicario Episcopi, à fortiori id

Graffis

hæ

hac opinione dicendum est de quolibet alio Vicario, seu Delegato, cui non sit expressa mentio potestatis subdelegandi etiam in ordine ad se ipsum.

130 Nihilominus probabilior est resolutio affirmativa, quam tenent *Vgolinus de potest. Episcopi cap. 39. num. 2. Floronus de casibus reserv. p. 1. cap. 3. §. 1. num. 3. Diana 3. p. tract. 4. resol. 142.* & alii, quibus consentit *Lugo citatus num. 58.* Probatur primò ex communi doctrina apud *Sanchez l. 8. de matr disp. 3. num. 10.* quatenus asserit delegatum, qui habet potestatem dispensandi pro aliqua communitate, posse circa se ipsum, quod potest circa alios, ex eò quòd ipse sit pars ejusdé communitatis: & eadem videtur ratio de potestate ad absolvendum Sacramentaliter. Secundò probatur, quia Vicarius, qui potest approbare Confessarium pro aliis, etiam potest illum approbare pro se ipso, ut patet ex dictis *tract. 6. disp. 2. sect. 2.* Ergo, &c

Vgolin. *Floronus* *Diana* *P. Lugo.* *P. Sāchez*

131 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur Episcopum habere intentionem communicandi Vicario jurisdictionem in omnes suas oves, & Vicarius est una earum. *Ad secundum* respondetur hujusmodi concessionem in omnes oves ipsius Episcopi esse consuevisse; & Vicarius, ut dixi, etiam est illius ovis. *Ad tertium* respondetur textum in *Cap. Qualiter* loqui de Episcopo, qui electus non potest se ipsum confirmare, sed confirmari debet à Papa.

132 Sin autem Prælati Regulares sint, est maius dubium; nam ex altera parte eadem ratio, quæ ostendit posse Episcopos committere suis Confessariis jurisdictionem ad ipsos absolvendos ab omnibus rebus reservatis, à quibus ipsi possunt Subditos absolvere, videtur convincere posse id quoslibet alios Prælatos, etiam Regulares. Ex altera tamen parte est usus, & praxis contraria aliquorum Ordinum, in quibus observatur ne id possint Prælati, ut de suo Ordine testatur *Peregrinus in additionibus ad comment. constitut. p. 3. q. 1.* Et certè in nostra Societate præcipitur, ut Superiores locales pro reservatis recurrant ad Provincialem, & huic pro reservatis deputatur Confessarius à Generali, ut constat ex Ordinationibus Generalium *cap. 6. num. 6.* Licèt novissimè ex decreto nostræ congregationis VIII. etiam Rectoribus deputetur Confessarius, qui eos possit absolvere.

133 Dicendum in hac difficultate est, regulariter loquendo etiam Prælatos Religionum posse committere suis Confessariis jurisdictionem, ut eos absolvant ab omnibus reservatis, à quibus ipsi possunt Subditos absolvere; idque ex illo principio, quia Prælati possunt circa se ipsos, quidquid possunt circa Subditos suos. Ita *Vgolinus de potest Episc. cap. 36. §. 7. Riccius in praxi p. 1. decis. 621. num. 3. Sorbus in comp. privileg. verbo Absolutio quò ad fratres, Portel in dubiis Regul. verbo Casus reservati num. 13. Miranda in manuali Prælatorum t. 2. q. 34. art. 14. num. 14. Peirinus tom. 2. de Prælato q. 3. cap. 2. num. 28. Tambur. t. 2. disp. 13. q. 6. num. 2.* ubi dicit, id Sacram Congregationem Cardinalium declarasse.

Vgolinus *Riccius* *Sorbus* *Portel* *Miranda.* *Peirinus* *P. Tāburi.*

134 Dixi (regulariter loquendo) ut excipiantur ii Ordines, in quibus eorum Capitula, & Congregationes generales reservant etiam casus ipsorum Prælatorum, nimirum Localium Provinciali, & Provincialium Generali, ut se habet nostra Societas. Neque videtur negandum posse id fieri in dictis Ordinibus; sicut enim possunt reservari peccata Subditorum Prælato locali, ita possunt reservari peccata Prælatorum localium Provinciali; & peccata Provincialium Generali.

135 Objicies: Capitula, & Congregationes non possunt derogare juri cōmuni Canonico; nam par in parem non habet imperium *L. Ille, à quò §. tempestivum, ff. ad Trebellionem;* & minùs in Superiorem: at verò Prælati, etiam Regulares, possunt sibi eligere Confessarium, qui eos absolvat à reservatis juxta textum in *Cap. Finali, de pœnitentiis, & remissionibus;* nam hunc textum debere intelligi etiam quò ad reservata, sentiunt *Sylvester Henriquez, Antonius Gomez, Saytus,* & alii, quos initio hujus difficultatis retulimus: ergo, &c.

Respondet *Suar. disp. 27. sect. 2. num. 10.* constitutiones approbatas à Summo Pontifice posse derogare juri communi. Verùm hoc in præsenti non satisfacit; quia, licèt constitutiones nostræ Societatis sint à Pontifice approbatæ, nullam invenio, in qua explicitè, vel implicitè derogetur juri communi quò ad hanc partem; id solùm habetur in Ordinationibus Generalium illo *cap. 6. num. 6.* verùm hæ ordinationes non sunt constitutiones à Summo Pontifice approbatæ.

136 Qua-

Rodriguez. Coriolan. P. Lugo Bessius

... c respondendum existimo cum *Rodriguez q. 21. art. 8. Coriolano de casibus reservatis p. 1. sect. 1. art. 22. Lugo citato num. 64. & Bessio de nobilico sect. 3. casu 2. num.* ... in dicto *Cap. Finali* non fieri licentiam Prælatis ad eligendum Confessarium, qui eos possit absolvere à Reservatis: nam ibi nulla fit mentio de Reservatis, sed tantùm generalis quædam concessio continetur; & in generali concessione non veniunt Reservata, *Cap. Si Episcopus, de pœnitentiis, & remissionibus in 6.* Non nego posse Episcopos se facere absolvere à casibus Papalibus occultis, verùm id habent aliunde ex vi Tridentini loco citato.

§. 7.

Quis possit absolvere peregrinos à Reservatis?

137 *Qui hoc loco veniant nomine peregrinorum? & explicatur status quæstionis.*

138 *An Confessarius possit absolvere peregrinos à Reservatis, quæ talia sunt, ubi fuerunt commissa, non verò ubi fit confessio? Refertur opinio negativa.*

139 *Astruitur resolutio affirmativa.*

140 *Destruuntur fundamenta opinionis negativæ.*

141 *An tradita resolutio extendatur ad peregrinos qui iter arripiunt animo se exonerandi à Reservatis?*

142 *An Confessarius possit absolvere peregrinos à Reservatis, quæ talia non erant, ubi fuerunt commissa, sed ibi reservata sunt, ubi fit confessio? Proponitur opinio, quæ affirmat.*

143 *Stabilitur resolutio negativa.*

144 *Refellitur fundamentum contrariæ opinionis.*

137 QUinta difficultas de peregrinis, & eorum nomine hoc loco intelligo pœnitentes alterius diœcesis, qui veniunt in alienam non animo mutandi domicilium, sed brevi revertendi; & suppono habere Reservata, ac verè confiteri. Potest autem casus contingere duobus modis. Primò, si Reservata solùm sint reservata, ubi fuerunt commissa, non autem ubi fit confessio. Secundo, si solùm sint reservata, ubi fit confessio, non verò ubi fuerunt commissa.

138 Quod attinet ad primum, quæritur: An Confessarius possit absolvere peregrinos à Reservatis, quæ talia sunt, ubi fuerunt commissa, non verò ubi fit confessio? Negat *Fagundez l. 8. cap. 8. num. 20. Comitolus in respons. moral. l. 1. q. 28. num. 2. Nugnus in addition. ad 3. partem t. 2. q. 8. art. 5. dub. 10. folio 269. Sotus in 4. dist. 8. q. 2. art. 4. Megala in 1. p. l. 1. cap. 10. num. 14. Graffis p. 1. l. 1. cap. 13. num. 46.* Quibus accedunt *Bellochius in praxi Theol. moralis p. 1. q. 2. num. 24. Floronus de casibus reservat. p. 1. cap. 4. §. 11. num. 4. Chapeaville tract. de casibus reserv. p. 1. cap. 4. diffic. 9. Ugolinus de potest. Episc. cap. 36. num. 3. Medina l. 1. cap. 10. Zerola in praxi pœnit. cap. 15. quæsito 8.* Probatur *primò*, quia peregrinus in aliena diœcesi solùm potest confiteri ex generali licentia præsumpta proprii Pastoris: at in generali licentia non veniunt Reservata, *Cap. Si Episcopus, de pœnitentiis, & remissionibus in 6.* Probatur *secundò*, quia aliàs multi perigrinarentur animo confitendi Reservata.

P. Fagund. Comitolus Nugnus Sotus. Megala Graffis Bellochius Floronus Chapeav. Ugolinus Medina. Zerola

139 Nihilominus probabilior est resolutio affirmativa, quam cum *Caietano in sum. verbo Absolut. num. 2. Paludano d. 17. q. 3. D. Anton. n. 3. p. tit. 17. cap. 4.* tenet *Suar. de pœnit. disp. 30. sect. 1. n. 4. Vasq. q. 93. art. 1. dub. 4. Navar. cap. 27. num. 275. Coninck disp. 8. num. 61. Lugo disp. 20. num. 71. Tamburinus citat. disp. 13. q. 10. num. 3. Præpositus q. 9. de reservat. casuum dub. 3. num. 22. Bonac. q. 7. puncto 5. §. 2. num. 9.* Quibus accedunt *Reginald in praxi t. 1. l. 8. cap. 5. sect. 3. num. 69. Henriquez l. 6. cap. 14. num. 8. lit. Q. Villalobos in sum. t. 1. tract. 9. diff. 59. num. 4. Homoburus de casibus reserv. 1. p. cap. 2. folio 46. Diana 2. p. tr. misc. 3. resol. 56. & 3. p. tr. 4. resol. 103.* Probatur, quia peregrini quò ad confessionem perinde se habent, ac incolæ loci, ubi fit confessio, & hoc ex legitima consuetudine approbata ab Eugenio IV. ut testantur Doctores citati: Confessarius verò potest absolvere incolas à non reservatis ibi, ubi fit confessio, licèt in aliis diœcesibus sint reservata: ergo similiter poterit absolvi peregrinus. Fuit autem ea consuetudo meritò introducta, primò, quia Confessarius non potest interrogare pœnitentes, an sint peregrini, necne? Secundò, non potest scire casus reservatos omnium aliarum diœcesium.

Caiet. in. Palud. D. Anton. P. Suar. P. Vasq. P. Coninc P. Lugo P. Tambur P. Præpos. Bonac. P. Regin. P. Henriq Villal. Homob. Diana

Tertiò,

Tertiò, quia aliàs peregrinus habens Reservata neque posset absolvi de licentia Episcopi loci, ubi fit confessio, quod vel ipsi Adversarii nolunt concedere.

140 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ patet solutio ex dictis; dicendum enim est peregrinos non ex licentia generali Episcopi sui domicilii, sed ex licentia Episcopi loci, ubi fit confessio, cui quò ad confessionem ex legitima consuetudine subjiciuntur, posse confiteri, & perinde se habere ibi, ubi fit confessio, ac ejus loci incolæ.

141 *Ad secundum* responderi solet communiter nostram opinionem solùm habere locum, quando peregrini non suscipiunt peregrinationes in fraudem legis eo primario fine, & animo confitendi. An autem probabile sit etiam extendi posse ad illos, qui iter arripiunt animo confitendi, & exonerandi se à Reservatis? Affirmant *Basilius Ponce de Leon de matr. lib. 5. cap. 9. num. 6. Castro Palao de Legibus d. 1. puncto 24. §. 5. num. 4. fine, Stephanus Bauny de absolutione à reservatis q. 8. dub. 5.* Negant è contra *Zambellus in reportorio morali verbo Casus reserv. num. 26. Lupus de casibus reservatis p. 1. dist. 8. art. 2. diffic. 1. num. 3. & Diana 6. p. tr. 7. resol. 57.* ubi refert declarationem Sacræ Cōgregationis 19. Novembris anno 1616. editam, sed non authenticè. Vide, quæ diximus *tract. 6. disp. 1. sect. 3.*

Bas. Pon.
P. Cast. P.
P. Bauny

Zambell.
Lupus
Diana.

142 Quod attinet ad secundum, quæritur: An Confessarius possit absolvere peregrinos à Reservatis, quæ talia non erant ubi fuerunt commissa, sed reservata sunt ibi, ubi fit confessio? Affirmat *Fagundez citatus num. 21. Vega l. 2. casu 326. Sotus in 4. dist. 189. art. 2. columna 9. fine, & Graffis l. 1. decis. aurear. capite 13. num. 46.* Fundamentum est, quia reservatio Episcopi loci non extenditur ad subditos non suos, quales sunt incolæ diœcesis alienæ.

P. Fagūd.
P. Vega
Sotus
Graffis

143 Nihilominus probabilior est resolutio negativa, quam amplectitur *Suar. cit. num. 6.* allegans *Caiet. & alios,* quibus accedunt *Tamburin. proximè num. 4. Lugo cit. num. 72. & Villalobos in summa t. 1. tract. 9. d. 59. num. 4.* Probatur ex eodem principio proximè adducto, quia peregrini perinde se habent, ac incolæ loci, ubi fit confessio: Confessarius autem non potest absolvere incolas à casibus ibi reservatis, ubi fit confessio.

P. Suar.
P. Tābur.
P. Lugo
Villal.

144 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ; dicendum enim est reservationem Episcopi loci, ubi fit confessio, etiam ex consuetudine extendi ad peregrinos. Neque verum est hos non esse subditos Episcopi loci, imò ei, quandiu ibi morantur, quò ad confessionem ex consuetudine subjiciuntur, ut patet ex dictis.

SECTIO II.

De Superiore, qui ex potestate ordinaria absolvit à Reservatis.



Quinque sub hoc titulo occurrunt difficultates. Prima: An Superior possit absolvere à solis Reservatis, remittendo subditum pro reliquis ad Confessarium ordinarium? Secunda: An, cum adiri nequit Superior, & urget necessitas confessionis, teneatur pœnitens confiteri inferiori non sola peccata ordinaria, sed etiam reservata? Tertia: An qui, urgente necessitate confessionis, inferiori confessus est reservata, & postea comparuit, teneatur iterum confiteri eadem Reservata? Quarta: An quando Superior absolvit, tollat reservationem, etiam quò ad oblita, aut justo silentio suppressa? Quinta: An etiam tollatur reservatio, quando absolutio fuit invalida?

§. 1.

An Superior possit absolvere à solis Reservatis, remittendo Subditū pro reliquis ad Confessarium Ordinarium?

145 *Proponitur opinio affirmativa.*
146 *Proponitur resolutio negativa.*
147 *Limitatio præcedentis resolutionis.*
148 *Utrùm quando, urgente speciali necessitate, subditus pro solis Reservatis absolutus est à Superiore, debeat postea Confessario ordinario iterum subjicere Reservata? Refertur placitum affirmantium.*
149 *Asseritur resolutio negativa, & solvuntur rationes in contrarium.*
150 *Solvuntur fundamenta opinionis affirmativæ proposita* num. 145.

145 Pri-

Caietan. D. Anton. Paludan. Navar. Sotus Petr. Sot.

145 **P**Rima difficultas, An Superior possit audire Sacramentaliter sola reservata, remittendo Subditum pro peccatis ordinariis, &c? Affirmant *Caietan. verbo Confessio* : dicens hanc esse Romæ consuetudinem, quam non licet reprobare, *D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 6. Paludanus in 4. dist. 17. q. 5. Navar. in Cap. consideret §. caut. num. 12. & 18. & de pænit. d. 5. Sotus disp. 18. q. 2. art. 5. Petrus Sotus lect. 10. de confessione.* Et hoc probabile dicunt *Ledesma in sum. de sacr. pænit. cap. 10. conclus. 3. dub. 4. Diana 3. p. tract. 4. resol. 74. Toletus l. 3. cap. 8. Henriquez l. 3. cap. 12. num. 4. Homobonus in examine p. 1. tract. 5. cap. 4. q. 25. Sà verbo Absolutio, Molfesius tract. 7. cap. 21. num. 30.* Fundamentum hujus sententiæ præter consuetudinem Romæ, quam testatur Caiet. illud adduci solet, quòd multa occupatio Prælati videtur sufficiens causa dimidiandi confessionem.

Adrian. Sylvest. Victoria Canus Vignerius P. Suar. P. Tãner. P. Præpos. P. Vasq. P. Lugo P. Coninc. P. Fagund. Ioan. à Cruc. Maior Gerson. Caspens. P. Bauny. P. Hurt. Graffis Rodriguez P. Valent. Nugnus P. Regin. Zerola. Pesant. Sayrus P. Filliuc. Bonac.

146 Nihilominus probabiliùs dicẽdum, nisi urgeat alia specialis necessitas, non posse Superiorem absolvere à solis reservatis, remittendo Subditum pro reliquis, sed integram cõfessionem audiri oportere. Ita *Adrianus q. 5. de confessione, Sylvester verbo Confessio 1. q. 19. Victoria in sum. num. 149. & 162. Canus relectione de pænit. p. 5. Vignerius in sum. cap. 16. §. 4. vers. 77. Suar. de pænit. d. 31. sect. 1. num. 2. Tanner. q. 7. num. 81. Præpositus q. 9. d. 6.* Subscribunt *Vasq. q. 91. dub. 10. num. 2. Lugo d. 20. num. 76. Coninck disp. 7. num. 81. Fagundez l. 8. cap. 3. n. 11. Joannes de la Cruz cum Maiore, & Gersone in directorio p. 2. de pænit. q. 3. dub. 5. concl. 3. Caspensis disp. 6. num. 17. Bauny de absolut. reservator. q. 37. Hurt. disp. 11. diffic. 15. Graffis l. 1. appendicis cap. 7. Rodrig. cap. 55. num. 13. concl. 12. Valent. t. 4. disp. 7. q. 11. puncto 1. Nugnus in 3. p. q. 9. art. 2. dub. 4. Reginaldus l. 8. num. 77. Zerola in praxi cap. 13. quæs. 23. Pesantius in 3. p. q. 16. d. 9. Sayrus de pænit. cap. 16. num. 7. Filliuc. tract. 7. cap. 10. quæs. 9. Bonac. de pænit. d. 5. q. 7. p. 5. §. 3. num. 1.* Fundamentum est, quia confessio nõ potest dimidiari absque gravi necessitate, est enim ejus integritas de jure divino, à quo non quælibet causa excusat, sed sola gravis; hæc autem non reperitur in omnibus Prælatis, possunt enim aut per se audire totam confessionẽ, aut totam committere alicui Sacerdoti.

147 Dixi (nisi urgeat specialis necessitas) quia hæc aliquando evenire potest, ut si pœnitens nolit, nisi soli Superiori, manifestare suum reservatum, & vel Superior non possit diu detineri, vel Subditus non valeat expectare propter necessitatem communicandi : quo in eventu debet Superior illum absolvere à reservato, dimissis peccatis ordinariis, ut inferiori subjiciantur. Scio, *Hurtad. citatum* docere neque tunc impendendam esse absolutionem sacramentalem, sed auferendam reservationem: verùm minùs bene, quia absolutio sacramentalis debet præmitti ad Eucharistiam; juxta Tridentinum; & hic datur sufficiens causa, ut confessio dimidietur.

Caiet. Homobon. Diana. Bauny P. Henr. Palud. Navar. P. Regin. Sotus

148 Utrùm verò tunc Sacerdoti inferiori subjicienda sint sola peccata ordinaria, an etiam reservatum illud jam confessum? *Caiet. Homobonus, Diana, Bauny: Henriquez, Paludanus, Navarrus, Reginaldus, & uterque Sotus locis suprà citatis* contendunt etiam subjiciendum esse reservatum. Eorum fundamentum est, quia uni, & non duobus Sacerdotibus facienda est integra confessio, *Cap. Omnis utriusque, de pænitent; & remission.*

P. Coninc. Ioan. de la Cruz P. Suar. P. Lugo P. Vasq. Nugnus Zerola Bnac.

149 Dicendum tamen subjicienda esse sola ordinaria, & non reservatum, quia hoc jam est confessum Superiori legitimo, & ab eo rite absolutum absolutione, ac sententia finali. Ita *Coninck, & Joannes de la Cruz proximè, Suar. num. 6. Lugo num. 82. Vasq. q. 91. art. 3. dub. 10. num. 3. Nugnus cit. in 2 p. ad finem vers. Ex dictis, folio 327. Zerola in praxi pænit. cap. 13. q. 15. Bonac. citatus num. 4.*

Neque obstat, quòd uni, & non duobus Sacerdotibus facienda sit integra cõfessio; nam prima, quæ Superiori facta est, fuit integra integritate formali; & secunda, quæ fit Sacerdoti inferiori, etiam est integra.

150 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ, desumptum ex consuetudine, & praxi curiæ Romanæ, respondetur in primis, qui Pœnitentiarius fuit in Basilica Divi Petri, docere oppositum esse in praxi: idem testatur *Cardinalis Lugo num. 86.* Deinde Caietanus fortassis loquitur de absolutione à censuris, quia pro hac sola itur ad Romanam Curiam, & hæc auferri consuevit à Pœnitentiario in foro non sacramentali, dimisso pœnitente ad Confessarium inferiorem,

Oo

orem; cui tunc subjicienda sunt omnia peccata tam reservata, quàm non reservata; quia absolutio à Pœnitentiario obtenta, non fuit Sacramentalis, ut suppono, sed solùm à censuris, & non à culpis. Ad secundum asserendum est non omnes Prælatos habere occupationem tantam, quæ sit sufficiens causa dimidiandi confessionem.

§. 2.

An, cùm adiri nequit Superior, & urget necessitas, teneatur pœnitens confiteri Inferiori non sola peccata ordinaria, sed etiam reservata?

151 *Refertur prima opinio tenens debere pœnitentem in hoc eventu subjicere Inferiori omnia peccata tam ordinaria, quàm reservata.*

152 *Refertur secunda opinio contendens pœnitentem in hoc casu non posse ulla peccata Inferiori subjicere.*

153 *Præfertur tertia opinio asserens pœnitentem debere Inferiori subjicere, non quiden peccata reservata, sed ordinaria; & ostenditur, quòd debeat confiteri peccata ordinaria.*

154 *Ostenditur, quòd non teneatur confiteri reservata.*

155 *Quid dicendum, si pœnitens sola habeat peccata reservata?*

156 *Quid, si pœnitens innodatus sit casu aliquo, cui est annexa excommunicatio reservata? Resolvitur quæstio in opinione existimantium excommunicationē pœnitentis annullare Sacramentum confessionis.*

157 *Resolvitur eadem quæstio in altera opinione asserentium excommunicationem non reddere invalidam susceptionem Sacramenti Pœnitentiæ.*

158 *Refelluntur argumenta primæ opinionis relata num. 151.*

159 *Solvitur fundamentum secundæ opinionis propositum num. 152.*

S*Ecunda difficultas*: An, quando non datur copia Superioris, & urget necessitas confitendi, teneatur pœnitens subjicere Inferiori non solùm peccata ordinaria, sed etiam reservata? Et in hac materia tres circumferuntur opiniones.

151 Prima asserit teneri pœnitentem in hoc eventu subjicere Inferiori omnia peccata tam ordinaria, quàm reservata. Ita *D. Thom. d 17. q. 3. art. 4. q. 2. ad 4. Palud. q. 5. art. 5. Gabr. q. 1. art. 3. dub. 2. Maior. q. 5. Almainus q. 5. dub. 2. Gandavens quodlibeto 1. q. 29. Gerson. 2. p. tract. de absolut. potest. & serm. de pœnit. D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 18. Viguer. cap. 16. §. 4. num. 17. Angelus verbo Confessio. 5. num. 8. & 9. Sylvester verbo Confessio 1. q. 19. Caiet. in summa verbo Confessio Sacramentalis condit. 10. Petrus Sotus lect. 10. de pœnit. Domin. Sotus dist. 18. q. 2. art. 9. Canus relect. de pœnit. p. 5. Medina codice de confessione quæst. de integritate, Navarrus in manuali cap. 9. num. 7. Valent. q. 11. punct. 1. Tannerus q. 7. num. 74. Henriquez l. 4. c. 9. num. 6. & l. 5. cap. 11. Sá verbo Absolutio num. 24. & 25. Suar. disp. 31. sect. 3. num. 2. & 8. Vega in speculo curator. tract. 1. cap. 11. num. 273. Chapeaville tract. de casibus reserv. cap. 8. Covar. in cap. Alma mater. p. 1. §. 2. num. 5. Bauny in pœnit. q. 37. Homobonus in examine tract. 5. cap. 4. q. 25. Bonac. q. 7. puncto 5. §. 3. num. 9. Fagundez l. 1. Decal. cap. 45. num. 10.* Probatur primò, quia integritas est de jure divino, & debet servari eo, quo potest, modo; & in casu præsenti non datur causa excusans ab illa: nam reservatio solùm facit, quòd absolutio non cadat directè supra peccata reservata, non tollit, quominus super illa cadat indirectè. *Secundò* probari potest, quia peccata reservata, saltem quò ad actum internum, non videntur reservata: ergo saltem quò ad illum debent subjici Inferiori. *Tertiò*, quia, quando Superior adiri nequit, præsumitur in Inferiore ex ratihabitione de præsenti jurisdictio ad reservata cum onere comparendi. Et hoc probatur, quia ita se res habet in censuris reservatis, *Cap. Quod de his, de sententia excommunicationis.*

D. Thom. Paludan. Gabriel Maior Almain Gandav. Gerson D. Anton. Viguer. Angelus Sylvester Caiet. Petr. Sot. Dom. Sot. Canus Medina Navar. P. Valent. P. Tāner. P. Henr. P. Sá P. Suar. Vega Chapeav. Covar. P. Bauny Homobon. Bonac. P. Fagūd.

152 Secunda sententia contendit pœnitentem in hoc casu non posse confiteri Inferiori, nec illi subjicere ulla peccata, vel ordinaria, vel reservata; sed elicere oportere actum contritionis, & sic ad Eucharistiam accedere. Ita *Vasq. q. 91. art. 3. dub. 9. num. 11. & 26. secutus Richardum in 4. dist. 17. art. 2. q. 8. ad 1. Durandum ibidem q. 19. & Adrianum q. 4. de confessione.* Quibus accedunt *Hurt. d. 11. diffic. 14. Turrian. disp. 31. dub. 6. Ioannes Sanchez in Selectis d. 32. num. 10.*

P. Vasq. Richard. Durand. Adrian. P. Hurt. P. Turr. Ioan Sāc.

Prapo-

P. Præpos. Diana. Sylvius Megala Ledesma Nugnus P. Granad P. Tanner P. Suar.

Præpositus q. 9. num. 40. Diana 3. p. tr. 4. resol. 104. Sylvius in addit. ad 3. p. q. 20. art. 1. quæs. 3. Megala 1. p. l. 5. cap. 19. num. 7. Ledesma in sum. tit. 1. cap. 20. diffic. 1. Nugnus in 3. p. q. 9. additionum art. 2. in 2. p. articuli dub. 3. Granado tract. 10. d. 7. num. 11. Et hanc opinionem dicunt probabilem *Tannerus citatus. num. 79. & Suar. de Eucharistia d. 66. sect. 4.* Fundamentum est, quia inferior non potest absolvere à peccatis ordinariis, quin etiam saltem indirectè absolvat à reservatis: ut enim suo loco ostendimus, unum peccatum non potest remitti, remanente alio: at inferior neque indirectè absolvere potest à reservatis; sin minùs aliquid posset circa illa, quod est contra Tridentinum *sess. 14. cap. 7.* ubi dicit Inferiorem extra articulum mortis nihil posse in casibus reservatis: & ponderanda est particula *nihil*, quia cùm sit malignantis naturæ, removet potestatem omnibus modis; ac proinde non solùm directè, sed etiam indirectè.

153 Nihilominus tertia, & mihi probabilior, sententia tenet in hoc eventu debere pœnitentem confiteri Inferiori, & illi subjicere non quidem peccata reservata, sed ordinaria. Prima pars, quòd debeat confiteri peccata ordinaria, probatur; quia nulla est causa excusans à præcepto confessionis, saltem quò ad hæc peccata: neque aliorum casuum, quos silentio supprimit, reservatio tollit Inferioris jurisdictionem quò ad casus ordinarios, sed solùm quò ad ipsos reservatos, ita ut non possit ab illis absolvere directè; nam indirectè adhuc potest. Et hoc ostenditur primò exemplo simplicis Sacerdotis, hic enim non habet maiorem jurisdictionem circa mortalia nondum confessa, quàm Inferior circa reservata: & tamen omnes concedunt posse Simplicem Sacerdotem absolvere indirectè à mortalibus. Secundò, quia communiter dicitur Sacerdotem inferiorem, qui directè absolvit à peccatis ordinariis, absolvere indirectè à reservato inculpabiliter oblito; aut ignorato.

154 Secunda pars, quòd nimirum non teneatur confiteri reservata, sed ordinaria, probatur primò, quia solùm legitimo judici sunt subjicienda: & Sacerdos inferior non est legitimus judex quò ad reservata. Secundò, quia aliàs teneretur pœnitens bis subjicere Clavibus eadē reservata, nimirum modò Sacerdoti inferiori, & postea Superiori. Tertiò, quia (ut diximus) Sacerdos inferior non absolvit directè, sed solùm indirectè à reservatis; & ad absolutionem indirectam non est necessaria directa confessio. Quartò, quia aliàs, qui solùm habet simplicem Sacerdotem, & quia communicatus est, vult illi confiteri venialia, teneretur etiam ei subjicere omnia mortalia, quod est contra praxim Ecclesiæ, & communem sensum Fidelium. Hanc opinionem tenent *Filliuc. tract. 4. cap. 8. q. 5. num. 213. Coninck q. 8. art. 4. dub. 2. num. 21. Reginaldus l. 29. num. 103. Bauny de absolutione reservator. q. 37. Castro Palao t. 1. tract. 4. d. 4. p. 5. §. 6. n. 2.* omnes secuti *Alex. p. 4. q. 18. membro. 4. art. 5. §. 1.* Illam dicunt probabilem *Maior, Petr. Sotus, Henriq. & Diana locis citatis, Salas in sua pœnit. manuscripta, Lug. de Eucharistia disp. 14. n. 86. Bonac. q. 7. puncto. 5. §. 3. n. 9. & Suar. ubi proximè.*

P. Filliuc. P. Coninc. P. Regin. P. Bauny. P. Cast. P. Alexand. Maior Petr. Sot. P. Henr. Diana. P. Salas P. Lugo Bonac. P. Suar.

155 Ex dictis sequitur, quando pœnitens habet sola peccata reservata; non posse confiteri Sacerdoti inferiori, nisi fortè subjiciendo aliquando aliqua venialia, vel mortalia jam confessa, super quæ cadat absolutio directè. Non tamen tenetur talia venialia subjicere, vel mortalia jam confessa; quia de his nullum datur præceptum, sed neque de reservatis, supposito, quòd non adsit eorum legitimus Sacerdos: sufficit in eo eventu conatus ad contritionem. Et ita Doctores proxime allegati, quibus adde *Suarium de Eucharistia d. 66. sect. 4. & Coninck q. 8. art. 4. dub. 2. num. 20.*

P. Suar. P. Coninc.

156 An autem doctrina hactenus tradita etiam habeat locum, quando pœnitens est innodatus casu aliquo, cui est annexa excommunicatio reservata? Distinguendum est: possumus enim procedere aut in opinione existimantium excommunicationem reddere invalidam susceptionem Sacramenti Pœnitentiæ, quam tenet *Vasq. de excommun. dub. 4. Sylvester verbo Confessio 1. quæsito 3. Hurtad. disp. 8. diffic. 7. & d. 11. diffic. 14. fine, Adrianus q. 3. de Clavibus, Paludanus in 4. dist. 17. q. 6. art. 1. concl. 2. & dist. 18. q. 6. art. 2. num. 9. Maior in 4. q. 9. Ledesma 2. p. 4. q. 23. art. 1. D. Antonin. 3. p. titulo 14. cap. 19. §. 4. Chapeaville de casib. reservat. in examine Confessariorum folio 395. Joannes Sanchez in selectis d. 32. num. 11.* convicti textu in *Cap. finali, de Clerico excommunicato.* Et in hac opinione adhuc *Henriquez l. 3. cap. 15. n.*

P. Vasq. Sylvester. P. Hurt. Adrianus Paluda Maior Ledesma D. Anton. Chapeav. Ioan. Sanc. P. Henriq

14. num. 7. quem probabiliter locutum dicit *Tannerus cit. num.* 77. & sequitur *Grando proximè*, opinatur debere subjici hujusmodi casum, & excommunicationem Sacerdoti inferiori; quia (ut ajunt) quando instat periculum infamiæ, aut scandali, potest Inferior absolvere simul à censuris reservatis, & à peccatis ex ratihabitione Papæ, juxta textum in *Cap. Quod de his, de sententia excommunicationis.* Verùm hæc opinio mihi non placet, quia ratihabitio solùm habet locum in casu necessitatis, & præsenti non datur necessitas absolutionis; nam ad Eucharistiam, quando deest copia legitimi Sacerdotis, sufficit conatum fuisse ad contritionem. In hac ergo opinione dicendum est non teneri pœnitenté, nec posse confiteri, ne sequatur Sacramentum irritum. Et ita tenet *Vasq. proximè, Tanner. Sylvester, Hurtad. & Ioannes Sanches citati.*

157 Aut possumus procedere in opinione asserentium excommunicationem pœnitentis non annullare Sacramentum confessionis, quam tenet *Navarr. in manuali cap. 9. num. 3. Covar. in Cap. Alma mater. p. 1. §. 2. num. 5. Caiet. in sum. verbo Absolutionis impedimenta, & verbo Excommunicatio minor, Villalobos in sum. t. 1. tract. 9. diffic. 40. num. 7. Suar. de censur. d. 10. sect. 3. num. 10. Bonac. de censur. disp. 2. q. 2. p. 2. §. 1. num. 1. Laymau l. 5. tract. 6. cap. 12. num. 12. Coninck disp. 8. num.* 104. *Diana* 3. *p. tract.* 4. *resol.* 78. *& tr.* 5. *resol.* 68. ubi allegat plures; quibus adde *Lugo disp.* 16. *num.* 613. *Sanchez l. 2. Decal. cap.* 8. *num.* 5. *& Tanner. q. 7. num.* 128. Et in hac opinione, quam nos ut probabiliorem amplexi fuimus *tract. 3. num.* 271. dicendum est, etsi probabile sit debere subjici omnia peccata tam ordinaria, quàm reservata, ut tenent Doctores allegati pro prima sententia; item probabile sit non debere præmitti confessionem, sed tantùm actum contritionis, si fortè urgeat communicandi necessitas, ut contendunt Doctores secundæ sententiæ; tamen probabilius esse, debere subjici peccata ordinaria duntaxat, suppressis reservatis. Et ita tenent Doctores tertiæ sententiæ, & suadent ejus fundamenta.

Navarrus Covar. Caiet. Villal. P. Suar. Bonacina P. Laym. P. Coninc P. Henriq Pessevin. Costa P. Marat. P. Prapos. Ochagav. Diana Chapeav. Ioan. Sāc. P. Hurt.

158 Neque obstant fundamenta primæ sententiæ asserentis omnia peccata subjici oportere. *Ad primum* respondetur integritatem confessionis esse de jure divino, sed hic intervenire causam excusantem, nimirum defectum legitimi Confessarii quò ad reservata; insuper onus gravissimum subjiciendi bis Clavibus eadem peccata.

Ad secundum respondetur non solum actum externum, sed etiam internum reservari propter externum, nam, licèt actus merè internus non possit reservari de lege ordinaria, non est dubium posse, quando prodit in actionem externam. *Ad tertium* respondetur, tunc solùm in absentia legitimi Superioris intervenire ratihabitionem, quando datur necessitas absolutionis: at in præsenti casu non datur necessitas absolutionis directæ, sufficit enim absolutio indirecta, ut patet ex dictis.

159 Non etiam obstat fundamentū secundæ opinionis: negandum enim est Inferiorem non posse absolvere indirectè à reservatis; & dicendum solùm non posse absolvere directè. Concilium Trident. loco citato solùm vult, Sacerdotem inferiorem nihil posse directè circa casus reservatos, quod non tollit quominus ab eis possit absolvere indirectè, ut constat ex dictis.

§. 3.

An qui, urgente necessitate confessionis, confessus est reservata Inferiori, & postea cōparuit, teneatur iterum confiteri eadem reservata?

160 *Aperitur status quæstionis.*
Proponuntur rationes partis negativæ.
Ibidem.
161 *Authoris sententia.*
162 *Dirimuntur rationes partis negativæ.*

160 Tertia difficultas procedit in casu, quo quis simul cum peccatis ordinariis subjicit Inferiori peccata reservata, & postea, datâ copiâ Superioris, illi comparuit. Quæritur, an ei, vel alteri Sacerdoti teneatur iterum confiteri eadem reservata? Non inveni tractatum istum casum, sed à me quæsitus fuit: pro parte negativa illud in primis se se offert, quòd quando aliquid accidentale defecit Sacramento, ipsum non est iterandum, sed tantùm illud, quod desideratum est, *Cap. Pastoralis, & Cap. Præsul,*

Præsul, de Sacramentis non iterandis: Et in nostro casu nihil essentiale Sacramento desideratum est, siquidem illud fuit validum: sola defuit authoritas Superioris quò ad reservata, quæ respectu Sacramenti in illis circunstantiis fuit quid accidentale. *Secundò* facit; quòd si quis Prælato confessus est invalidè, postea debet repetere confessionem, & non authoritatem: ergo si quis sine authoritate, urgente necessitate, confessus est validè, debet repetere authoritatem, & non confessionem. *Tertiò*, quia aliàs cogeretur pœnitens bis subjicere Clavibus eadem peccata, quod fieri non posse probat cum communi Doctorum *Ioannes Sanchez in selectis disp. 32. num.* 10. quod, & nos inferiùs ostendemus.

161 Nihilominus asserendum existimavi, & adhuc existimo, teneri pœnitentem in dicto eventu post ablatam reservationem iterum alicui Sacramentaliter subjicere eadem reservata, nec contrarium duco probabile. Constat ex Concil. Lateranensi in *Cap. Omnis utriusque, de pœnitentiis, & remissionibus*, ubi dicitur teneri pœnitentem confiteri omnia sua peccata proprio Sacerdoti habenti jurisdictionem ordinariam, aut delegatam: quod etiam constat ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 7.* At pœnitens in casu proposito nunquam confessus est sua peccata reservata proprio Sacerdoti; hoc est, habẽti jurisdictionẽ ordinariam, aut delegatã; nam Inferior eam non habebat, & Superiori, ut supponitur, nunquam pœnitens confessus est Sacramentaliter, sed solùm comparuit.

Confirmatur, quia pœnitens debet semel absolvi directè ab omnibus suis peccatis; ut constat ex textibus citatis: at in casu proposito nunquam directè absolutus est à reservatis; nam inferior solùm absolvit indirectè, nihil enim potest directè circa casus reservatos, ut constat ex Trident. loco citato. Deinde Superior, ut supponitur, non absolvit Sacramentaliter: ergo, &c.

162 Neque obstat *primò*, quod Sacramentum, in quo defuit aliquid accidentale, non sit iterandum; nam præterquam quòd in Sacramento confessionis detur speciale præceptum subjiciendi semel directè omnia peccata, sanè in casu proposito non aliquid accidentale, sed ipsum Sacramentum defuit quò ad reservata, non enim fuere absoluta directè, sed solùm indirectè.

Non abstat *secundò*, quòd, qui Prælato confessus est invalidè, solùm teneatur repetere confessionem, & non authoritatem; hic enim non tenetur repetere authoritatem, quia reservatio jam illi sublata est: tenetur tamen repetere confessionem, quia nondum illa peccata legitimè Clavibus subjecit. Et hinc etiam est, quòd, qui à reservatis solùm indirectè est absolutus, teneatur illa iterum post obtentam authoritatem subjicere; quia tenetur illa semel subjicere directè, & nondum ea semel directè subjecit. Non obstat *tertiò*, sequi pœnitentem cogi bis subjicere eadem peccata; nam hoc solùm probat non fuisse obligatum subjicere inferiori peccata reservata, prout ostendimus præcedenti difficultate: si tamen ea voluit subjicere, sibi imputet, & id manet per accidens:

§. 4.

Utrùm quando Superior absolvit, tollat reservationem, etiam quò ad oblita, vel justo silentio suppressa?

163 *Utrùm quando Superior absolvit, tollat reservationem, etiam quò ad oblita? Refertur sententia negativa.*

164 *Illius fundamenta.*

165 *Asseritur resolutio affirmativa.*

166 *Quid, si pœnitens obliviscatur censuram reservatam?*

167 *Quid, quando Subditus confitetur aliqua reservata, & aliquod obliviscitur?*

168 *Quid, quando Subditus reservatum memoriæ præsens ob aliquam justam causam silentio suppressit?*

169 *Solvuntur fundamenta opinionis negativæ proposita num. 164.*

170 *Utrùm quando Subditus absolvitur à Superiore de una censura, & habet alias, quarum obliviscitur, maneat absolutus ab omnibus?*

171 *An qui virtute Bullæ, vel Iubilæi absolutus est indirectè ab aliquo reservato, quod ex oblivione omisit; maneat liber ab ejus reservatione? An etiam maneat liber à censuris, si quæ sunt oblitæ?* Ibidem.

172 *Quid de censuris oblitis, non satisfacta parte?*

173 *Utrùm qui absolutus est ab habente privilegium non pœnitenti, sed absolventi concessum, maneat liber à reservatione quò ad oblita? Proponitur ratio dubitandi.*

174 *Asseritur resolutio affirmativa, & occurritur rationi dubitandi.*

163 Quarta difficultas. Utrùm quando Superior absolvit, tollat reservationem etiam quò ad oblita? Negat *Suar. disp. 31. sect. 4. n. 12. Vasq. q. 92. art. 3. dub. 5. num. 5. Sanchez l. 8. de Matr. d. 15. num. 17. Hurtad. disp. 11. diffic. 8. Bonac. q. 7. puncto 5. §. 5. num. 8. Coriolanus de casibus reservat. p. 1. sect. 1. art. 9. num. 4. versu Si verò, Alterius t. 1. de censuris l. 4. disp. 4. cap. 3. dub 2. versu Dico secundò, Floronus de casibus reservatis p. 1. cap. 4. §. 10. versu Aut confitetur.* (P. Suar. P. Vasq. P. Sanch. P. Hurtad. Bonac. Coriol. Alterius Floronus.)

164 Et probatur *primò*, quia aliter non satisfit intentioni, & fini reservationis, quæ fit, ut Subditus Superiori compareat in ordine ad congruam medicinam, & debitam satisfactionem. *Secundò*, quia quando pœnitens absolvitur indirectè à non reservato oblito, adhuc retinet obligationem comparendi pro illo coram Inferiore: ergo quando indirectè absolvitur à reservato oblito, adhuc retinebit obligationem comparendi pro illo coram Superiore; nam absolutio indirecta non tollit obligationem comparendi coram illo, ad quem casus directè pertinebat. *Tertiò*, quia aliter habens reservata, & confitens Superiori de solis verbis otiosis, manebit liber à reservatione. *Quartò*, quia sicut in generali concessione ad absolvendum à censuris, vel peccatis non veniunt reservata, *Regula In generali 81. de regul. Iuris in 6. & Cap. Si Episcopus, de pœnitentiis, & remissionibus in 6.* Ita in generali absolutione à censuris, & peccatis non videntur venire reservata.

175 Nihilominus valde probabilis est resolutio affirmativa, quam tenent *Adrianus q. 4. de confess. §. Si pietas circa dicta, Gabriel in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. dub. 2. sub. fin. Sylvester verbo Confessio 1. q. 4. Angelus verbo Confessio 1. num. 11. Rosella verbo Confessio 2. num. 9. Navar. cap. 26. num. 13. Covar. in cap. Alma mater. p. 1. §. 11. num. 12. Canus relect. de pœnit. p. 5. Ledesma 2. p. 4. q. art. 2. dub. 2. Diana 1. p. tract. 11. resol. 19.* Quibus accedunt *Coninck disp. 8. num. 98. Lugo disp. 20. num. 89.* Et probatur, quia Superior absolvit quantum potest: *Quantum ego possum, &c.* Et potest absolvere à reservatis tollendo eorum reservationem. (Adrianus Gabriel. Sylvest. Angelus Rosella Navar. Canus Ledesma. Diana P. Coninck. P. Lugo)

166 Confirmatur primò; quia, si pœnitens habeat censuram reservatam, quam aut ignorat, aut obliviscitur, Superior absolutione generali eam tollit, ejusque comparendi onus, ut cum *Vasquez*, & aliis diximus *tract. 3. disp. 2. sect. 3.* Ergo idem dicendum, quando habet reservationem sine censura.

Occurrunt adversarii dicendo in censura esse diversam rationem, ac in peccato reservato: nam censuræ ablatio est omnino necessaria ad effectum absolutionis à peccatis etiam ordinariis: Superior autem intendendo absolvere à peccatis ordinarriis, etiam vult necessaria ad talem finem. At verò ablatio reservationis à peccatis non est necessaria ad eum finem absolutionis; sed sufficit, quòd absolutio cadat indirectè supra ipsa peccata reservata.

Non tamen satisfaciunt, primò; quia etiam ablatio oneris comparendi pro censura reservata, cùm postea memoriæ occurrit, non erat necessaria ad effectum absolutionis. Secundò quia etiam necessaria non erat ablatio reservationis ipsius peccati, cui censura annectebatur; poterat enim ipsum peccatum reservatum absolvi indirectè, & tamen sublata est ex illo principio receptissimo, quia Quoties tollitur reservatio censuræ, etiam tollitur reservatio peccati.

167 Secundò eadem resolutio confirmatur; quia, quando subditus confitetur aliqua reservata, & aliquod obliviscitur, *Sanchez l. 2. Decal. cap. 12. num. 9. Suar. de censur. d. 7. sect. 5. num. 16. Laym. l. 1. tract. 5. p. 2. cap. 6. num. 10. Toletus l. 6. cap. 27. Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. p. 6. num. 3.* & omnes alii Doctores concedunt, tunc reservationem tolli quò ad oblitum; aliàs, qui Romam iret pro absolutione à reservatis, & à Sũmo Pontifice, vel à Pœnitentiario obtineret absolutionem, cogeretur ire Romam toties, quoties aliqua circumstantia, vel aliquod peccatũ memoriæ recurreret. Si ergo iste, qui alia reservata confessus est, manet liber à reservatione quò ad oblita, cur ille, qui nullum aliud reservatum habebat, nisi hoc unum, quod ex oblivione inculpabili omisit, non manebit liber à reservatione quò ad illud? (P. Sanchez P. Suar. P. Laym. P. Tolet. Bonac.)

Tertiò

Tertiò confirmatur, quia, si pœnitens, postquam Superiori omnes latebras suæ conscientiæ aperuit, bona fide, & sincera simplicitate dicat: Pater ego non sum mihi conscius alicujus casus reservati; si tamen illud fortè incurri, ad cautelam absolve me ab omni reservatione. Non est dubium Superiorem proferendo tunc talem absolutionem, *Quantum ego possum, &c.* eum ab omni reservatione absolvere. Quando autem pœnitens id explicitè non postulat, saltem postulat implicitè: cur ergo Superior non censebitur id implicitè velle, ac proinde absolvere, quantum potest.

168 Quæ diximus de ablatione reservationis quò ad oblita, etiam habent locum, quando aliquod reservatum memoriæ quidem præsens est, sed ob aliquam justam causam ex annumeratis *tract. 3. disp. 3. sect. 9.* silentio supprimitur: eadem enim videtur ratio de illo, ac de oblito. Et ita tenent *Homobonus in examine p. 1. tract. 5. cap. 6. q. 38. Lugo citatus num. 116. Leon. de Iubilæo 2. p. n. 199. & Bossius de triplici Iubilæi privil. sect. 1. casu 32. num. 5.* *Homoboni. P. Lugo. Leon. Bossius*

169 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ proposita *num.* 164. *Ad primum* respondetur parum referre, quòd finis reservationis frustretur in aliquo casu, ut frustratur, quando pœnitens confitetur aliqua reservata, & alia ex oblivione inculpabili omittit: tunc enim, ut ipse *Suar. & Sanchez* concedunt, tollitur reservatio quò ad oblita; & talis reservationis finis frustratur. Sic fines legis frustrantur in nonnullis casibus particularibus, & id leges minimè curant, non enim respiciunt casus particulares, sed cōmuniter accidentia, *L. Nam ad ea, ff. de legibus.*

Ad secundum concedo pœnitentem absolutum indirectè ab Inferiore de peccato ordinario oblito, adhuc teneri comparere pro illo coram Inferiore; non tamen teneri comparere pro reservato oblito coram Superiore, si ab illo fuit absolutus indirectè. Et diversa ratio est, quia Inferior, cùm absolvit indirectè à peccato oblito, non potest tollere obligationem, quam pœnitens habet subjiciendi sua peccata directè; nam hæc obligatio est de jure divino: at Superior absolvendo indirectè, potest tollere reservationem, & tollit, quantum potest, ut patet ex dictis.

Ad tertium respondetur nullum esse inconveniens, quòd, qui inculpabiliter obliviscitur aliquod reservatum, & accedit bona fide ad Superiorem pro absolutione suorum peccatorum, ab illo absolvatur, quantum potest. Dixi (bona fide, & inculpabiliter) quia in his terminis procedit quæstio; nam, si pœnitens fraudem, aut dolum annectat, Superior non censetur velle, quantum potest, siquidem non potest licitè patrocinari dolo, ac fraudi sui Subditi, & ei patrocinaretur, si hominem absolveret, quantum potest.

Ad quartum respondetur esse diversam rationem in Superiore concedente generalem licentiam ad absolvendum, ac in absolvente; nam in primo casu Superior non concedit licentiam, quantum potest, non enim est, unde id colligatur: at quando absolvit, intendit absolvere, quantum potest, *Quantum ego possum, & tu indiges.*

170 Quæres primò: An quando subditus absolvitur à Superiore de una censura, & habet alias, quarum obliviscitur, maneat absolutus ab omnibus, vel saltem liber ab eadem reservatione? Respondetur cum distinctione, nimirum manere absolutum ab omnibus, si Superior absolvat verbis generalibus, *Absolvo te ab omni censura, &c.* Sin autem Superior absolvat verbis particularibus, quæ determinent ad aliquam censuram duntaxat, dicendum est ab illa tantùm absolvere; quia, ut suppono, verba illam tantùm respiciant, & non alias. Ita *Lugo citatus. num. 98.* *P. Lugo*

171 Quæres secundò: An qui virtute Bullæ, vel Jubilæi absolutus est indirectè ab aliquo reservato, quod ex oblivione omisit, maneat liber ab ejus reservatione, ita ut cùm postea memoriæ occurrerit, possit illud subjicere cuilibet Confessario inferiori? Negat *Præpositus q. 9. de reservatione dub. 4. num. 30.* Respondetur tamen affirmativè, & ita præter Doctores, quos pro nostra resolutione proximè allegavimus, tenent etiam *Suar. citatus sect. 4. num. 5. Vasq. dub. 6. num. 6. Sanchez l. 4. Decal. cap. 54. num. 41. & Bonac. loco citato.* Accedit *Lavorius de jubilæo p. 2. cap. 28. num. 65. Floronus de casibus reserv. p. 1. cap. 4. §. 10. Coriolanus de casibus reserv. p. 1. sect. 1. art. 9. num. 4. & sect. 3. art. 17. num. 2. Pollachius in Bullam Urbani VIII. Iubilæi 1625. Duardus f. 42. num. 60. Duardus in Bullam cœnæ l. 3. §. 4. q. 2. num. 29. Pharaonius in promptu-* *P. Præpos. P. Suar. P. Vasq. P. Sanchez Bonacina Lavorius Floronus Coriolan. Pollachius Duardus Pharaoni.*

Alterius Bossius P. Lugo Lezana P. Toletus Navar.

promptuario tract. 1. sect. 18. casu 11. & 15. Alterius de censur. tract. 1. l. 4. disp. 4. cap. 2. Bossius de Iubilæo sect. 1. casu 29. Lugo de pœnitentia d. 20. s. 7. num. 99. Lezana tom. 3. verbo Iubilæus num. 17. Toletus in sum. l. 6. cap. 27. in fine Navar. in cap. Cum consideret, §. casus, de pænit. dist. 5. & in Manual. cap. 26. num. 13. & alii plures. Probatur, quia Confessor electus vi Bullæ, vel Jubilæi, ad hoc ipsum eligitur, ut communicet omnes gratias, & absolvat, quantum potest ex vi talis *Bullæ*, vel Jubilæi. Unde etiam sequitur absolvere ab omnibus censuris, siquæ sunt oblitæ.

Bossius. P. Avila P. Coninck P. Lugo Bonac. Leon

172 Utrùm verò etiam absolvat à censura oblita, cujus parti non est satisfactum? Affirmant plures Doctores, quos citat, & sequitur *Bossius citatus sect. 1. casu 25. num. 27.* Respondetur tamen negativè cum *Avila de censuris p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 9. concl. 2. fine, Coninck de pœnit. disp. 8. num. 97. & disp. 14. num. 226. Lugo citato num. 114. Bonac. de censuris disp 1. q. . puncto 6. num. 4. & Leone de jubilæo p. 2. n. 20.* Probatur, quia Sacerdos solùm habet intentionem absolvendi, quantum potest licitè, & non potest licitè absolvere, non satisfacta parte. An id possit validè? Dicemus infrà.

173 Quæres tertiò: An etiam, qui absolutus est ab habente privilegium non pœnitenti, sed absolventi concessum, maneat liber à reservatione quò ad oblita? Et ratio dubitandi est, quia in habente privilegium non militat eadem ratio, quæ in electo vi Bullæ, aut Jubilæi, nam hic tenetur absolvere, quantum potest ex vi talis Bullæ, vel Jubilæi, quod concessum est eligenti, & eligens ad id eligit hunc Sacerdotem, ut illi communicet omnes gratias ei concessas: at verò habens privilegium non pœnitenti, sed sibi concessum, potest liberè, & prout voluerit, eo uti. Non item in eo militat eadem ratio, quæ in Superiore; nam tollere reservationem videtur esse dare licentiam aliis Sacerdotibus inferioribus, ut ab illis peccatis absolvat; & hoc potest facere Superior, non tamen habens privilegium: nam solus Superior potest delegare, non ita habens privilegium. Quare his rationibus *Megala p. 1. l. 1. cap. 14. num. 7.* opinatur habentem privilegium non tollere reservationem peccati obliti:

Megala

174 Probabiliùs tamen dicendum cum Doctoribus citatis, etiam hunc illam tollere, quia potest, & tollit, seu absolvit, quantum potest. Neque obstat, quòd tollere reservationem sit delegare jurisdictionem aliis Sacerdotibus ordinariis; dicendum enim est hanc delegationem in hoc casu non fieri ab habente privilegium, sed ab eo, qui privilegium concessit, impleta conditione comparendi coram habente privilegium.

§. 5.

An etiam tollatur reservatio, quando absolutio fuit invalida?

175 *Declaratur status quæstionis.*

176 *Si absolutio fuit nulla defectu dispositionis, hac non obstante, tollitur reservatio?*

177 *Si absolutio fuit nulla defectu integritatis, tollitur reservatio quò ad peccata confessa.*

178 *Non tollitur reservatio quò ad peccatum sacrilego silentio suppressum:*

179 *Neque etiam quò ad oblita.*

180 *Quare tollatur reservatio quò ad oblita, quando absolutio fuit nulla defectu dispositionis, non ita, quando absolutio fuit nulla defectu integritatis?*

181 *An Subditus, qui invalidè à Superiore absolutus est, teneatur implere pœnitentiam ab eo injunctam?*

182 *An postea teneatur pœnitens, quando illa peccata Confessario inferiori subjicit, illum monere pœnitentiæ sibi à Superiore impositæ, ut ipse illam injungat Sacramentaliter?*

183 *Utrùm, quando absolutio invalida collata est tempore Jubilæi, tollatur reservatio? Proponitur opinio negativa.*

184 *Explicatur probabilior resolutio.*

185 *Solvitur fundamentum opinionis negativæ.*

175 Quinta *difficultas*: An non obstante, quòd absolutio fuerit nulla tollatur reservatio? Et quæstio potest procedere, aut quando absolutio collata est tempore Jubilæi, & ex vi illius; aut quando collata est extra Jubilæum, vel Bullam à legitimo Superiore, ejus-ve delegato. Et incipiendo ab hoc ultimo,

176 Ab-

P. Suar. P. Vasq. P. Lugo Nugnus Floronus P. Reginal. Homobon. P. Coninc. P. Henriq. Possevin. Costa P. Marat. P. Praepos. Ochagav. Diana. Chapeav. Ioan. Sanc. P. Hurt.

176 Absolutio potest esse nulla duplici de capite. Primò, defectu dispositionis; & hac non obstante, dicendum est tolli reservationem. *Ita Suar. cit. n. 9. Vasq. proximè num. 33. Lugo num. 106. Nugnus in additionibus ad 3. p. t. 2. q. 9. art. 2. p. 2. dub. 4. Floronus de casibus reservatis. p. 1. cap. 4. §. 9. num. 3. Reginal. in praxi t. 1. l. 8. cap. 6. sect. 2. num. 61. Homobonus tract. de casibus reserv. p. 1. Coninck de Sacram. disp. 8. dub. 11. num. 91. Henriquez l. 6. cap. 16. §. 5. in commento lit. B. & C. Possevinus de officio curati c. 27. n. 29. Costa in explicatione Bullae q. 45. Maratius t. 3. tract. de poenit. disp. 30. sect. 3. num. 1. Praepositus in 3. p. D. Thomae q. 9. de reservatione casuum dub. 4. num. 24. Ochagavia de Sacram. tract. 12. q. 22. n. 8. Diana 1. p. tract. 11. resol. 18. & 4. p. tract. 4. resol. 124.* Accedunt *Chapeaville de casibus reservatis cap. 8. fol. 66. Ioannes Sanchez in selectis d. 12. num. 8. & Hurtad. d. 11. diffic* 8. Et probatur; quia, ut reservatio tollatur, non requiritur Sacramentum, sed sufficit, quòd Superior remittat onus, & obligationem comparendi; quod potest fieri, etiamsi Sacramentum sit invalidum.

177 Secundò potest absolutio esse nulla defectu integritatis, quia poenitens culpabiliter subticuit aliquod reservatum: & tunc reservatio potest considerari aut quò ad reservata confessa, aut quò ad illud silentio involutum, aut quò ad alia oblita. *Dico primò*: Tollitur reservatio quò ad peccata confessa. Ita Doctores citati: & sanè ex dictis sequitur, nam poenitens quò ad illa peccata comparuit, & Superior remisit onus quò ad illa, quod potuit fieri extra Sacramentum.

178 *Dico secundò*. Non tollitur reservatio quò ad peccatum sacrilego silentio suppressum. Ita Doctores citati: & probatur, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur, *cap. Sedes, & Cap. Ex tenore, de rescriptis.*

179 *Dico tertiò*: Neque quò ad oblita videtur tolli reservatio, quia Superior non censetur velle absolvere, quantum potest, nisi quando Subditus coram illo procedit in simplicitate, & bona fide.

180 Objicies: quando absolutio fuit nulla defectu dispositionis, tollitur reservatio quò ad oblita, cùm tamen Subditus non procedat syncerè, siquidem facit confessionem nullam: ergo idem etiam dicendum, quando confessio fuit nulla defectu integritatis. Respondeo negando consequentiam: diversa ratio est; quia Subditus in primo casu habet se bona fide, & syncere quò ad manifestationem, siquidem omnia manifestat: dispositio autem & dolor solùm requiruntur ad valorem Sacramenti, non ad ablationem reservationis. At verò in secundo casu Subditus non procedit syncere quò ad manifestationem, sed aliquod reservatum dolo supprimit, & fraudi involvit.

181 Quæres primò: An Subditus, qui invalidè à Superiore absolutus est, teneatur implere poenitentiam ab eo injunctam? Pro parte negativa facit, quòd poenitentia Sacramentalis non obligat, quando absolutio fuit nulla. Respondetur tamen affirmativè cum *Vasq. cit. num. 36. Suar. num. 2. Lugo. num. 107.* quia licèt Superioris absolutio fuerit nulla in ratione Sacramenti, seu quò ad liberationem à culpis, non fuit nulla quò ad liberationem à reservatione, & hanc indulsit Superior sub illo poenitentiae onere.

P. Vasq. P. Suar. P. Lugo.

182 Quæres secundò: An postea teneatur poenitens, quando illa peccata Confessario inferiori subjicit, illum monere poenitentiae sibi à Superiore impositae, ut ipse illam injungat Sacramentaliter? Affirmant *Vasq. & Lugo locis citatis.* quia nisi hoc faciat, satisfactio illa non manebit Sacramentalis, siquidem non fuit imposita à Confessario, ut à judice in legitimo Sacramento. Sed meliùs dicendum puto id non requiri, ut docet *Suar. cit. num. 2.* nam, ut reservatio tollatur, non requiritur, quòd poenitentia injuncta sit Sacramentalis, sed totum hoc negotium potest fieri extra Sacramentum, ut patet ex dictis.

P. Vasq. P. Lugo. P. Suar.

183 Quod attinet ad secundum, quando absolutio invalida collata est tempore Jubilaei, & ex vi illius, est maius dubium. Plures existimant nullo modo tunc tolli reservationem, idque non solùm quò ad peccata oblita, sed neque quò ad peccata confessa, quia Summus Pontifex non concedit facultatem absolvendi à reservatis, nisi in ordine ad lucrandum Jubilaeum, & suscipiendas indulgentias, quo pacto non se habet ille, qui facit confessionem nullam. Ita *Rodrigues in sum. p. 1. cap. 184. num. 13. & in Bullam Cruc. §. 9. num. 95. Suar. disp. 31. n. 22. & 24. Filliuc. t. 1. tract. 8. cap. 6. n.*

Rodrig. P. Suar. P. Filliuc.

Floronus
Homobon.
P. Laym.
Lavorius
Pollachus
Bossius
P. Vega
Bonacina
Leon.
P. San. chez
Ochagav.
Ledesma.
Villal.

149. *Floron. de casibus reserv. p. 1. cap. 4. §. 5. num. 3. & cap. 6. §. 6. num. 2. Homobonus 2. p. examinis tract. 8. cap. 7. q. 22. & de casibus reservat. 1. p. cap. 5. observat. 5. Layman l. 5. tract. 7. cap. 8. n. 9. Lavorius de Iubilaeo p. 1. cap. 14. num. 93. Pollachius in Bullam Urbani VIII. sect. 42. num. 69. Bossius de Iubilaeo sect. 1. casu 34. num. 21. Vega 1. p. sum. cap. 44. casu 5. Bonac. de sacr. d. 5. q. 7. puncto 5. §. 5. num. 9. Leon. de Iubil. p. 2. num. 205.* Accedunt *Sanchez l. 4. Decal. cap. 54. n. 45. & l. 8. de matr. d. 15. num. 2. Ochagavia q. 22. num. 8. Ledesma in sum. t. 1. tract. de poenit. cap. 13. concl. 2. dub. 7. Villalobos in sum. t. 1. tract. 17. concl. 9. §. 2. num. 16.*

184 Sed probabiliùs respondendum videtur cum distinctione: nam aut poenitens confessus est cum intentione lucrandi Jubilæum, fuit tamen confessio nulla defectu veri propositi: aut certè confessus est sine intentione lucrandi Jubilæum. Si hoc secundum, reservatio non est ablata, quia solùm tollitur in ordine ad lucrandum Jubilæum, quo pacto se poenitens non habuit. Si primum, dicendum est ablatam esse reservationem, etiam quò ad oblita; quia reservatio tollitur in ordine ad finem Jubilæi, quem poenitens certè intendit.

185 Neque obstat, quòd reservatio solùm tollatur per absolutionem sacramentalem, qualis illa non fuit ratione nullitatis. Nam ad amotionem solius reservationis non est de necesse absolutio sacramentalis, sed potest reservatio tolli per absolutionem non sacramentalem. Et ita hanc sententiam defendunt *Comitolus in respons. moral. l. 1. q. 30. num. 2. Caiet. in summa verbo Casus reservatio in fine, Armilla eodem verbo num. 4. Sylvester. verbo Confessio 1. q. 19. num. 20. & 21. Diana 1. p. tract. 11. resol. 18. §. Non reticebo*; & alii plures.

SECTIO III.

De Inferiore, qui absolvit ex potestate delegata.

Sub hoc titulo occurrunt octo difficultates. Prima: An Superior teneatur dare licentiam Inferiori eam pro ejus Subdito petenti? Secunda: An justè petita & injustè negata habeatur pro concessa? Tertia: An Inferior petens à Superiore licentiam pro uno Subdito suo, possit ea uti quò ad se ipsum? Quarta: Quid, si Superior committat Subditum Confessario petito, existimando tamen esse alium Confessarium ejusdem nominis? Quinta: An, si licentia concessa sit sub onere comparendi, id oneris obliget, an potiùs habeatur pro non adjecto? Sexta. An licentia data pro hac vice extendatur etiam ad peccata commissa post illam? Septima: Quid possit Inferior in articulo mortis quò ad reservata? Octava: An extra articulum mortis in aliquo casu, defectu recursûs ad Superiorem, possit Inferior absolvere à reservatis?

§. 1.

An Superior teneatur dare licentiam Inferiori eam pro ejus Subdito petenti?

186 *An quando Subditus habet justam causam non comparendi, teneatur Prælatus dictam licentiam concedere?*

187 *Quid, quando Subditus non habeat aliam causam, nisi verecundiam comparendi; & Prælatus timet, eum modum licentiæ Subdito fore occasionem reincidendi, & alios perdendi?*

188 *Quid, quando non timet ullum inconveniens tale, verùm timet Subditum obstinatum iri, & diu mansurum in statu peccati?*

189 *Occurritur cuidam objectioni.*

190 *Quid, quando non timet Prælatus Subditi pertinaciam, nec est alia causa concedendi licentiam, nisi Subditi verecundia? Et proponitur opinio asserentium non teneri Prælatum dare licentiam.*

191 *Authoris judicium.*

192 *Utrùm Prælatus negando facultatem in hoc casu peccet contra justitiam?*

186 Prima difficultas: An, quando Inferior petit à Prælato licentiam ad absolvendum unum ejus Subditum à reservatis, teneatur Prælatus eam concedere? Quæstio potest procedere in duplici eventu. Primò, quando Subditus habet justam causam nō comparendi, eo quòd prudenter timet fore, ut inde Prælatus eum inspiciat torvo oculo;

oculo, aut vultum minùs facili; utaturve aliquo modo notitiâ confessionis ad ejus regimen; & gubernationem externam. Et in hoc casu non est dubium teneri Prælatum licentiam concedere; quoties enim Subditus justè petit, Prælatus negat injustè. Et ita communis Doctorum cum *D. Thom. opusc. 9. contra impugnantes Religionem, & in 4. d. 17. q. 3. art. 3. quæstiunc. 4. ad 6. Graffis de casibus reservatis cap. 10. num. 28. Tambur. t. 2. de jure Abbatum. d. 13. q. 8. num. 1. Coriolan. de casibus reservat. p. 1. sect. 1. art. 17. num. 11.*

D Thom. Graffis Tambur. Coriolan.

187. Secundò potest quæstio procedere, quando Subditus non habet aliam causam, nisi ruborem, & verecundiam comparendi: & sic distinguendum est; nam aut Prælatus, perspectis diligenter circunstantiis, timet eum modum licentiæ Subdito nō fore in remedium, sed potiùs in occasionem reincidendi, & se, ac alios perdendi: & tunc non potest talem licentiam concedere, sed persistere debet, ut compareat, vel saltem eum remittere oportet alicui Confessario, cujus consilii, & prudentiæ certus sit. Quod si non faciat, peccabit Prælatus in primis contra justitiam, quia tenetur ex officio consulere remedio suorum Subditorum, & eorum saluti invigilare. Deinde, contrà charitatem, quia tenetur præcavere damnum proximi, cùm potest, & ejus scandalum amovere.

188. Aut non timet ullum inconveniens tale: & adhuc distinguendum est; nam aut, si neget licentiam, timet Subditum obstinatum iri, communicaturum sacrilegè, & diu mansurum in statu peccati. Et in his circunstantiis non est dubium teneri licentiam concedere. Ita *D. Thom.* ubi proximè.

D. Thom.

189. Dices: Subditus, quandiu ea in obstinatione est, non videtur dispositus ad Sacramentum, nec capax absolutionis: ergo Prælatus non potest ei indulgere licentiam, ut absolvatur. Respondetur in primis Subditum nondum esse obstinatum, sed in obstinationis periculo, cui Prælatus tenetur manum porrigere, & opem ferre, tum ex justitia ratione officii, tum ex charitate. Et ita *Coriolanus proximè, Fagundez cit. num. 8. Lugo d. 20. num. 237. Coninck disp. 8. numero 109. & Rodrig. in summa cap. 184. num. 16.* Deinde dato, quòd Subditus sit in obstinationis peccato, factâ ei faciliori pœnitendi licentiâ fortè disponetur, ac resipiscet.

Coriolan. P. Fagūd. P. Lugo P. Coninc. Rodrig.

190. Aut sanè non timet Prælatus Subditi pertinaciam, nec alia causa est concedendi licentiam, nisi Subditi difficultas ex verecundia, ex qua instat, & petendo persistit. Et, quidquid in contrarium opinetur *Hurtad. d. 11. diffic. 16.* dicens id esse commune Doctorum, quibus accedunt *Suar. disp. 30. sect. 4. num. 5. Reginald. l. 8. num. 43. Filliuc. tract. 7. cap. 10. quæst. 7. num. 291. & Bonac. q. 7. puncto 5. §. 2. num. 19.* qui omnes asserunt congruere dare licentiam, non tamē ad id teneri Prælatum.

P. Hurt. P. Suar. P. Regin. P. Filliuc. Bonac.

191. Ego existimo teneri licentiam concedere. Probo ex constitutione Pii V. incipit: *Romani Pontificis*, die 21. Julii anno 1571. edita, ubi Summus Pontifex utitur hac voce *Præcipimus*; & illâ præcipit Prælatis, ut in licentia absolvendi à reservatis cum sibi Subditis benignos, & faciles se exhibeant. Idem præcipit Clemens VIII. in Decreto 21. Novembris anno 1599. edito, ibi: *Se cum Subditis benignos, & faciles exhibeant, præcipimus, & mandamus, &c.* Et ponderanda est particula *præcipimus, & mandamus*, quæ inducit præceptum, quod cùm sit in materia gravi, obligat sub mortali, ut cum communi Doctorum notat *Fagundez. l. 1. Decal. cap. 45. num. 13.* Si autem in præsenti casu, prout eum ponderamus, neget licentiam Prælatus, non erit facilis, neque benignus: ergo peccavit mortaliter.

P. Fagūd.

192. Utrùm verò hoc peccatum sit contra justitiam? Negant. *Suar. disp. 30. sect. 4. num. 7. & 8.* quia favor, & benignitas non debetur ex justitia, aliàs non esset favor, sed debitum. Affirmandum tamen videtur, quia supposito præcepto Pii V. & Clementis VIII. iste favor debetur ex justia, cui talis favoris præceptum est annexum. Neque repugnat, quòd favor talis sit absolutè, & respectivè ad aliquod præceptum sit debitus; sic respectivè ad aliquod votū potest esse debitus: ergo etiā respectivè ad aliquod præceptum.

P. Suar.

(✻)

§. 2.

An licentia justè petita, & injustè negata, habeatur pro concessa?

193 *Explicatur sensus, in quo procedit quæstio.*
194 *Proponitur opinio affirmativa.*
195 *Eius fundamenta.*
196 *Proponitur resolutio negativa.*
197 *Traduntur illius fundamenta.*
198 *Respondetur argumentis opinionis contrariæ, & explicatur textus in* Cap. Placuit.

193 SEcunda difficultas procedit de licentia justè petita, & injustè negata. Et quæritur: utrùm habeatur pro concessa? Quæstio non procedit de Regularibus, quando licentia justè petitur per Confessarium aliquem ex deputatis per Clementem VIII. & injustè negatur à Prælato; tunc enim haberi illa vice pro concessa indulsit ipse Clemens VIII. prout retulimus *sect.* 1. *diffic.* 3. Quæstio absolutè procedit extra hunc casum, idque non solùm quò ad Regulares, sed etiam quò ad Sæculares.

194 Et haberi pro concessa licentiã justè petitam, & injustè negatam, opinantur *Gandavensis quodlibet.* 9. *q.* 24. *Richardus in* 4. *dist.* 17. *art.* 3. *Paludan. eâdem dist. q.* 3. *art.* 3. *casu* 1. *Adrian. in* 4. *de confess. q.* 5. *dub.* 3. *Maior in* 4. *dist.* 17. *q.* 2. *col.* 6. *num* 2. Hanc sententiam, licèt oppositam sequatur ut veram, & probabiliorem, probabilem dicit *Laynan* loco infrà citando: illam sequuntur *Toletus l.* 3. *cap.* 13. *Navar. Cap. Placuit. num.* 144. *dist.* 6. *de pænitentia. Henriquez l.* 6. *cap.* 13. *num.* 4. *Emmanuel Rodrig. in summa tit.* 1. *cap.* 55. §. 8. *conclusio. Fagundez l.* 3. *cap.* 9. *num.* 17. *Crousers in regulam Sancti Francisci folio* 644. *Coriolanus citatus num.* 11. & 44.

Gandav. Richardus Palud. Maior P. Tolet. Navar. P. Henr. Rodriguez P. Fagũd. Crousers Caietan.

195 Probatur *primo* ex Cap. *Placuit, de pænit. dist.* 6. ubi permittitur pœnitenti, quando ejus Sacerdos est ignorans, eligere alium Confessarium: quando autem Superior est injustus, est ignorans, nam improbitas venit nomine ignorantiæ, juxta illud: *Omnis peccans est ignorans,* ut *tract.* 6. *disp.* 3. *sect.* 1. *difficult.* 13. adnotavimus. Secundò probatur, quia quando Superior negat injustè cẽsetur ad illũ præclusus aditus; & quoties non datur aditus ad Superiorẽ, adiri potest inferior, ut patet, quando Summus Pontifex non potest adiri pro absolutione à censuris, tunc enim Episcopus ab illis potest absolvere, *Cap. Quod de his, de sententia excommunicationis.* Item quando Summus Pontifex adiri nequit pro dispensatione matrimonii, dispensare potest Episcopus, ut cum communi Doctorum tenet *Sanchez l.* 2. *de matrim. disp.* 4. *num.* 7. Ergo, &c.

196 Nihilominus tenenda contraria resolutio cum *Alensi p.* 4. *q.* 78. *n.* 1. *art.* 2. *Soto dist.* 18. *q.* 4. *art.* 2. *Medina q.* 30. *Flamma* 1. *p. cap.* 6. §. 1. *Philiarc. t.* 1. *p.* 2. *l.* 2. *cap.* 24. *Toletano l.* 2. *de rest. cap.* 4. *num.* 259. *Laynan l.* 5. *tract.* 6. *c.* 13. *num.* 3. Quibus accedunt *Suar. tom.* 4. *de Religione tract.* 8. *l.* 2. *cap.* 19. *num.* 21. & *de pænit. disp.* 27. *sect.* 4. *conclusione* 2. *Lugo disp.* 20. *num.* 148. *Fagundez t.* 1. *Decalogi l.* 1. *cap.* 45. retractans contrariam opinionem, quam sequutus fuerat secundo præcepto Ecclesiæ loco citato, ac dicens illam esse valde periculosam, & omnino improbabilem.

Alensis Sotus Medin. Flamma P. Philiarc. Toletan. P. Laym. P. Suar. P. Lugo P. Fagũd.

197 Probatur primò ex textu in *Cap. Omnis utriusque de pænitentiis, & remissionibus.* Ibi: *Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam priùs postulet, & obtineat: cùm aliter ipse illum non possit absolvere.* Ecce textus, ex quo non sufficit, quòd licentia sit justè petita, sed requiritur obtenta.

Secundò ex Concilio Tridentino *sess.* 14. *cap.* 7. ubi dicit, Sacerdotes inferiores extra articulum mortis nihil posse in casibus reservatis, ac proinde id unum pœnitentibus persuaderi jubet, quò ad Superiores, & legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant: at verò noster casus est extra articulum mortis. Dices, in eo dari Superioris licentiam. Cur ergo Tridentinum illum non excipit, sicut excipit articulum mortis; nam etiam in articulo mortis datur licentia?

Tertiò, quia quando Prælatus licentiam negat injustè, non magis præsumitur ratihabitio in Inferiore, quàm quando Prælatus moritur, aut est absens: at quando moritur, vel absens est, non præsumitur licentia, aut ratihabitio in Inferiore: ergo neque, quando licentiam negat.

Quarto, & à priori, quia licentia non præsumitur, nisi in casu necessitatis: at verò in præsenti non datur necessitas absolutionis;

lutionis; nam, ut pœnitens accedat ad Eucharistiam, satis est, quòd confiteatur saltem peccata venialia, vel mortalia jam confessa, à quibus directè absolvatur, & à reservatis indirectè: quòd si nolit venialia, aut mortalia jam confessa confiteri, conetur ad contritionem, & sic ad Eucharistiam accedat.

198 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* desumptum ex Cap. *Placuit*, respondetur in primis plures Doctores, quos citavi *tract. 6.* proximè allegato, opinari in eo solùm agi de commutatione pœnitentiæ publicæ, quando à proprio Sacerdote ignorante fuit imposita: deinde dato, quod loquatur de pœnitentia Sacramentali, ut aliqui Doctores ibi citati affirmant, dicendum est in eo solùm dari licentiam generalem eligendi alium Confessarium, quæ licentia, cùm sit generalis, nulla enim ibi fit mentio de reservatis, ad reservata extendenda non est; nam in generali concessione non veniunt casus reservati, *Cap. Si Episcopus de pœnitentiis, & remissionibus in 6. & Regula In generali 81. de regulis juris in 6.* *Ad secundum* patet solutio ex dictis; nam licentia non præsumitur nisi in casu necessitatis: at in præsenti nulla est necessitas absolutionis directæ à reservatis, cùm sufficiat aut indirecta, aut actus contritionis.

§. 3.

An Inferior petens à Superiore licentiam pro uno Subdito suo, possit eâ uti quò ad se ipsum?

199 *Proponitur sententia negativa.*
200 *Si Prælatus concedit Inferiori licentiam, ut ipse eum Subditum absolvat; non potest Inferior eâ licentiâ uti quò ad se ipsum.*
201 *Si non illi, sed alii Sacerdoti committit potestatem absolvendi, potest Inferior eâ uti quò ad se ipsum.*
202 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

199 TErtia difficultas: An Inferior in casu proposito possit uti prædictâ licentiâ quò ad se ipsũ? Negat *Graffis in appendice ad decisiones aureas l. 3. cap. 8. num. 22.* Probatur *primò*, quia in ea petitione est dolus, & fraus: dolus autem, & fraus nemini patrocinantur, *Cap. Sedes, & Cap. Ex tenore, de rescriptis. Secundò*, quia verba generalia semper arctantur ad solita concedi, *L. Si finita ff. de damno infecto*: at prædictis verbis non solet concedi Inferiori licentia pro se ipso. *Tertiò*; quia hic modus concedendi esset Inferiori perniciosus, utpote qui illi occasionem faceret illudendi reservationi, & reincidendi: esset igitur etiam perniciosus concedenti; siquidem ad illum concurreret. At vero verba generalia semper arctantur ut non comprehendant perniciosum concedenti, *L. Si cui, ff. de servitiis*: Ergo, &c. Hæc *Graffis*, cujus sententiæ subscribit *Lugo d. 20. num. 119.* saltem quò ad nostram Societatem, quia Superiores in illa, quando Sacerdos inferior hoc modo petit licentiam, non intendunt illam concedere pro ipso, sed pro aliis: intentio autem concedentis magis attendenda est, quàm verba *L. De quibus ff. de legibus.*

Graffis
P. Lugo.

200 Nihilominus distinctione opus est: nam aut Prælatus concedit Inferiori licentiam, ut ipse eum subditum absolvat; & tũc indubitatum videtur non posse Inferiorem eâ licentiâ uti quò ad se ipsũ, nam ipse non potest se absolvere Sacramentaliter.

201 Aut non illi, sed alii Sacerdoti committit potestatem absolvendi, & tunc probabile existimo posse Inferiorem eâ uti quò ad se ipsum. Ita *Floronus de casibus reservatis p. 1. cap. 3. §. 1. num. 3. Villalobus in summa t. 1. tract. 9. diffic. 64. num. 4. Alphonsus de Leon de offic. & potest Confess. t. 2. recollect. 6. num. 131. Diana 3. p. tract. 4. resol. 142. §. Sed ponam hic pulchrum dubium.* Probatur, quia Prælatus intendit licentiam concedere juxta petitionem, prout ejus verba sonant secundùm jus: at in jure etiam ipse loquens comprehenditur nomine tertiæ personæ indeterminatæ, *L. Paulus respondit. §. finali ff. de pignoribus.*

Floronus
Villal.
Leon
Diana.

202 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* negandum est in ea petitione intervenire dolũ, aut fraudem; hæc enim non datur quando quis utitur jure suo, & inferior habet jus petendi licentiam pro se ipso sub nomine tertiæ personæ indeterminatæ. *Ad secundum* assero illis verbis solere concedi licentiam inferiori pro se ipso, quando ipse intendit se illis comprehendere. *Ad tertium* nego hunc modum concedendi

Pp esse

esse de se Inferiori perniciosum.non enim video, quo modo illi sic magis facilitetur reservatio, quàm si per Confessarium, quem postulat, comparet; deinde dato, quòd per accidens in aliquo casu maior inde facilitas fiat, id, ut dixi, non est ex modo concedendi active, sed passive. *Ad quartum ex Lugo* respondetur nihil in hac materia, cum tamen diligentiam adhibuerim, invenire me speciale nostræ Societati.

§. 4.

Quid, si Superior committat Subdituum Confessario petito, putando esse alium Confessarium ejusdem nominis?

203 *Quid dicendum, si Superior nosceret hūc, & non alium esse petitum, non hunc æquè bene concederet?*

204 *Quid, si æquè bene hunc Confessarium concederet? Et proponuntur rationes, quæ videntur probare non fuisse validam talem licentiam, & absolutionem.*

205 *Authoris sententia.*

206 *Refelluntur rationes in contrarium.*

207 *Qualis error circa personam vitiet contractum?*

208 *Quare error concomitans circa personam annullet Sacramentum matrimonii, & non Sacramentum pœnitentiæ?*

209 *Explicatur textus in* Cap. Significante.

210 *Utrùm, & quare rescriptum non extendatur ad casum in illo non expressum?*

211 *Exponitur textus* in Cap. Rodulphus.

203 QUarta *difficultas* procedit in casu, quo Superior cōcedit subdito Confessarium, quem ipse petivit, putando tamen esse alium Confessarium ejusdem nominis; & quæritur, an absolutio ab illo collata sit valida? Respondeo cum distinctione, nā aut Superior, si nosset hunc, & non alium esse petitum, æque bene hunc concederet: aut non. Si hoc secundum, absolutio non fuit valida, quia Superior non intendit concedere talem licentiam.

204 Si primum, est maius dubium. Et videtur non fuisse validam talem licentiam, & absolutionem. *Primò*, quia erratum est in persona; subditus enim petivit unam, & Superior putavit aliam; error autem circa personam vitiat gratiam. *Secundò* ex *Cap. Significante de rescriptis*, ubi rescriptum impetratum contra hominem unius diœcesis non extenditur ad hominem ejusdem nominis alterius diœcesis. *Tertiò*, quia error, tametsi culpa vacans, non efficit, ut rescriptum extendatur ad casum, qui sub illius verbis non comprehenditur: ut cum *Abbate in Cap. Super literis de rescriptis num. 5. Innocentio ibidem num. 3. vers. Et nota, & Decio in nova editione num. 13. tenet Sanchez l. 8. de matr. d. 21. num. 39. Quartò* ex *Cap. Rodulphus de rescriptis*, ubi deciditur, quòd per rescriptum impetratum contra homines diœcesis non possunt conveniri homines civitatis. Abbas. Innocent. Decius. P. Sāchez.

205 Nihilominus existimo validam fuisse prædictam licentiam, & absolutionem: Probatur, quia, ut cum communi Doctorum tenet *Sanchez citatus num. 38.* in gratiis, quæ fiunt à Prælato, ejus mens est dirigere intentionem ad eam personam, cui vere petitur; cum autem constat de persona, & Superioris intentione, error causatus ex nomine habet se per accidens ad illam.

Confirmatur hæc doctrina primò à simili ex *L. Si quis in fundi 4. ff. de legatis 1.* Ibi: *Si quis in fundi vocabulo erraverit, & Cornelianum pro Simphroniano nominaverit, debebitur Simphronianus.* Item *Instit. De legatis § Si quis in nomine.* Ibi: *Si quis in nomine, cognomine, pronomine, agnomine legatarii testator erraverit, si de persona constat, nihilominus valet legatum: nomina enim significandorum hominum gratiâ reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest &c.* Ex quo colligitur nullius momenti esse errorem genitum ex nomine, quando constat de intentione, & persona; at in præsenti constat de intentione, & de persona, nam Prælatus intendit concedere illam, quæ verè petebatur, licèt putaverit aliam.

Secundò confirmatur, quia, quando Pontifex concedit dispensationem, & in literis committitur executio Ordinario Ulyssiponensi, cum tamen impetrans sit diœcesis Conimbricensis, potest Ordinarius Conimbricensis, non obstante errore

rore literarum, diſpenſare; nam intentio Pontificis eſt, quod diſpenſet Ordinarius impetrantis, ut tenent *Baſilius Pontius de matr. l. 8. cap. 17. num. 43. Layman l. 1. tract. 4. cap. 22. num. 27. Salas de legib. d. 20. ſect. 16. num. 123. Moneta de commut. ult. volunt. cap. 12. concluſione 9. num. 205. Sanctarellus variarum reſolut. p. 1. q. 63. per totam, Diana 1. p. tract. 10. de legibus reſolut. 36.* dicens hanc opinionem, bis ſe conſulente contra *Sanchez*, poſitam eſſe in praxi. Ex quo colligitur parum referre hunc, vel illum errorem, quando cōſtat de intentione concedentis; ut in noſtro caſu conſtat, nam Prælatus, ut dixi, intendit concedere Confeſſarium, qui verè petitur.

Baſilius. P. Laym. P. Salas. Moneta. Santarel. Diana.

Tertiò confirmatur, quia licentia non vitiatur per errorem relatoris in Curia, qui v.g. in diſpenſatione matrimonii loco tertii gradus affinitatis poſuit tertiū gradum conſanguinitatis; ut optimè cum *P. Sanc.* probat *Laymān cit. lib. 1. tr. 4. cap. 22. num. 27.* ex textu *in Cap. Suſceptum de reſcriptis in 6.* cui ſubſcribit *Diana proxime verſ. Rota:* ergo neque per errorem, quo concedens legit, vel intellexit unum Titium, cum peteretur alius æque dignus in iis circunſtantiis, in quibus ejus intentio eſt conformare ſe cum petente.

P. Laym. Diana.

206 Neque obſtant adducta in contrarium. *Ad primum* reſpondetur aliud eſſe loqui de exiſtimatione, aliud de intentione Prælati: Prælatus erravit in exiſtimatione, exiſtimavit enim petitum eſſe unum, cum peteretur alius; non erravit in intentione, nam ejus intentio fuit concedere Sacerdotem petitum. Explicatur exemplo abſolutionis, quæ confertur ſuper unum pœnitentem putatum alium; valet enim talis abſolutio, quia licèt Confeſſarius erret in exiſtimatione, non errat in intentione; intendit enim abſolvere illum, quem habet præſentem, licèt putet alium; ſic Superior intendit dare illum Confeſſarium petitum, licèt exiſtimet peti alium.

207 *Dices*: Error circa perſonam vitiat contractum. Reſpondetur id ſolum verum eſſe de errore antecedente, qui nimirum dat cauſam contractui aliter non futuro: at in noſtro caſu error non eſt antecedens, ſed concomitans, nam ſi Prælatus ſciret illum alium Confeſſarium eſſe petitum, cum concederet æque bene.

208 *Inſtabis*: Error concomitans circa perſonam annullat Sacramentum matrimonii: ergo etiam Sacramentum pœnitentiæ, cæteroſquè contractus; antecedens traditur communiter à Theologis, quos citat, & ſequitur *Sanchez l. 7. matr. d. 18. num. 4.* Reſpondetur id eſſe ſpeciale in matrimonio, in quo propter ſummam libertatem, quam requirit, reſpiciuntur omnes conditiones individuales perſonarum.

209 *Ad ſecundum* ex *Cap. Significante*, reſpondetur cum *Sanchez l. 8. matr. d. 21. num. 37.* reſcriptum, de quo ibi, eſſe impetratum contra hunc hominem, & non contra alium; ac proinde non poſſe extendi ad illum, maximè cum ſit odioſum: at in noſtro caſu licentia impetrata eſt pro Confeſſario petito.

210 *Ad tertium* reſpondetur, quando caſus non exprimitur, non poſſe reſcriptum extendi ad illum, tum defectu ſignificationis externæ, tum quia, cum ſit odioſum, eſt ſtricti juris: at in noſtro caſu datur ſufficiens ſignificatio externa, & eſt in materia favorabili.

211 *Ad quartum* reſpondetur textum *in Cap. Rodulphus* procedere in terminis, in quibus per homines diœceſis non intelligebantur homines civitatis. Ibi: *Rector propoſuit, quòd, cum eſſet de civitate Sagienſi, & ſub eadem clauſula nullus de civitate ipſa intelligitur incluſus &c.* Et in his terminis cum conceditur juriſdictio cōtra homines diœceſis, non debet prorogari contra homines civitatis, maxime in materia odioſa; at in noſtro caſu ſub eodem nomine veniebat uterque Confeſſarius, & Superior voluit concedere petitum.

§. 5.

An Superior poſſit concedere licentiam cum onere ſibi comparendi?

212 *Refertur ſententia negativa.*
213 *Si onus comparendi acceptatur à Subdito, tenetur Subditus ad comparendum.*
214 *Utrùm poſſit imponi hoc onus ad comparendum extra Sacramentum?*
215 *Quid ſi pœnitens onus non acceptavit, quia noluit?*
216 *Quid, ſi illud non acceptavit, quia ignoravit? & refertur opinio aſſerens nō teneri eo onere.*

Pp 2 217 *Au-*

217 *Authoris sententia.*
218 *Explicatur textus* in L. Et si per errorem.
219 *Explicatur textus* in L. Quidquid astringendæ.
220 *An, dante Superiore licentiam sub onere comparendi, tale onus sit per modum conditionis, sine qua non?*

212 **Q**Uinta difficultas: An Superior possit concedere licentiam obligando ad sibi comparendũ? Negat *Vasq. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 6. *& à num.* 11. retractans opinionem contrariam, quam secutus fuerat *q.*9.1. *art.* 3. *dub.* 6. *fine.* Negant etiam *Dionysius Cisterciensis in* 4. *dist.* 23. *q.* 2. *Navar. in summa cap.* 26. *Paludanus in* 4. *dist.* 20. *q.* 1. *art.* 2. *conclu.* 3. *Ioannes Sanch. in selectis disp.* 12. *num.* 3.

P. Vasq *Cistercien* *Paludan.* *Ioã. Sãch.*

Fundamentum est, quia absolutio Sacerdotis de jure divino est sententia finalis; poterit ergo Superior sibi reservare aliquam materiam, non potest tamen, sublata ejus reservatione, facere, quòd sentẽtia Sacerdotis super eam cadens non sit finalis, & adhuc teneatur pœnitens ulteriùs apparere in suo tribunali; quòd si objicias exemplum absolutionis à censuris, quæ potest dari cum onere comparendi, seu, ut ajunt, ad reincidentiam *Cap. Eos, qui de sententia excom. in* 6. Respondetur absolutionem à censuris non esse finalem de jure divino, absolutionem verò à peccatis maximè.

213 Nihilominus distinctione opus est, nam aut illud onus acceptatur à Subdito, aut non. Si primum dicendum est obligare. Ita *Graffis* 1. *p. sum. l.* 1. *cap.* 13. *num.* 76. *Henriquez l.* 6. *cap.* 5. *num.* 2. *&* 3. *Ochagavia de Sacram. tract.* 2. *q.* 26. *num.* 10. *Maior in* 4. *dist.* 17. *q.* 6. *Torrez de justitia disp.* 64. *num.* 4. *Adrian. in* 4. *de confessione q.* 5. *§. Ideo pro solutione, Ledesma* 2. *p.* 4. *q.* 8. *art.* 2. *dub.* 19. *Caiet. verbo Absolutio cap.* 1. *Medina codice de pœnit. quæst. de confessione fratribus privilegiatis facta, Soar. de pœnit. d.* 30. *sect.* 5. *num.* 8. *&* 21. *&* 27. *Chapeaville de casibus reservatis cap.* 8. *fol.* 66. *Coriolanus de casibus reserv. p.* 1. *sect.* 1. *art.* 8. *fol.* 49. *Bej* 2. *p. casu* 31. quibus accedunt *Hurt. d.* 11. *diffic.* 11. *& Coninck disp.* 8. *dub.* 15.

Graffis *P. Henriq* *Ochagav.* *Maior.* *Torrez* *Adrianus* *Ledesma* *Caietan.* *Miranda* *P. Suar.* *Chapeav.* *Coriol.* *Bea* *P. Hurtad* *P. Coninc.*

Et probatur *primò*, quia licet absolutio sit de se, & absolute sententia finalis, id non tollit, quo minus pœnitens possit cedere jure suo à Deo collato, & obligari ad iterum comparendum ex pacto: probo hoc, quia potest se ita obligare ex voto, vel juramento: ergo etiam pacto, quod cum sit in materia gravi, ut notant *Hurt. cit. §. ita tamen, & Coninck* ubi proxime, obligatur sub mortali. *Secundò* probatur ex praxi, & usu Ecclesiæ, nam in multis Religionibus, præsertim in nostra Societate, conceditur iter agentibus, ut possint in via absolvi à reservatis cum onere postea comparendi, & de hoc extant plura privilegia à Summis Pontificibus indulta, prout retulimus alibi. Præterea Cistercienses habent quandam constitutionem approbatam à duobus Pontificibus Sixto IV. & Pio II. prout refert *Henriquez l.* 5. *c.* 17. qua obligantur in fine anni confiteri Superiori omnia peccata mortalia, quæ decursu illius Confessariis ordinariis à Superiore deputatis fuerunt confessi.

P. Hurt. *P. Coninc.* *P. Henriq*

214 Utrùm verò hoc onus possit imponi non solùm ad comparendum Sacramentaliter, sed etiam ad comparendum extra Sacramentum. *Hurtad.* citatus opinatur solùm posse imponi ad comparendum Sacramentaliter, quia jus reservationis, de quo *Trident. sess.* 14. *cap.* 7. non est aliter Superioribus concessum, quàm intra limites Sacramenti: unde, inquit *Hurtadus*, solus Summus Pontifex poterit obligare ad comparendum extra Sacramentum. Verùm *Tridentinum* non limitat onus comparendi intra, vel extra, Sacramentum, sed loquitur absolute. Ibi: *Ad Superiores, & legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant.* Imo eodem modo loquitur de reservatis sine censura, ac de reservatis cum censura; certum autem videtur onus comparendi pro reservatis cum censura posse esse extra Sacramentum.

215 Sin autem pœnitens onus non acceptavit: adhuc distinguendum est, nam aut illud non acceptavit, quia noluit, & sic absolutio fuit nulla, quia licentia conceditur sub eo pacto obligante sub mortali, & pœnitens habens animum illud non implendi non est dispositus, ut absolvatur.

216 Aut onus nõ acceptavit, quia ignoravit. Et sic existimat *Hurt. proxime diffic.* 12. *& Diana* 4. *p. tract.* 4. *resolut.* 129. *§. notandum*, si pœnitens est absolutus, non teneri eo onere; neque enim illo tenetur ex pacto, nam hoc non subsistit, ubi ignorantia intervenit; neque ex voto, aut juramento, quia ibi nullum reperitur,

petitur; neque ex præcepto, quia hoc, dato quòd sit possibile, de quo statim, in materia tam gravi non præsumitur, nisi exprimatur.

217 Probabilius tamen existimo adhuc eo onere obligari: idque ex vi pacti: Probatur, quia ad valorem pacti, quando illud est implicitum, & imbibitum in aliquo actu, sufficit intentio virtualis, & implicita, quæ tunc datur, quando efficaciter volumus aliquem actum, in quo ipsum pactum est implicitum. Et hoc ostenditur multis exemplis, nam si quis ignoret obligationem castitatis, vel recitandi officium sacris Ordinibus annexam, & illos suscipiat, tenetur ad castitatem, & ad officium divinum, ut cum communi Doctorum tenet *Sanchez l. 7. de matr. disp. 27. num. 11.* & si quis ignoret Matrimonium esse indissolubile, aut statum religionis esse perpetuum, tali indissolubilitate, & perpetuitate tenetur, idque ex vi pacti tali actui annexi: ergo & idem dicendum in nostro casu. P. Sãchez

218 Neque obstat *primò*, quod ignorantia, seu error invalidat pactum *L. Et si per errorem ff. de jurisdictione omnium judicum*, nam id solùm verum habet in actibus, qui per se intenduntur explicite; non in actibus, qui per accidens ratione alterius, in quo sunt imbibiti; solùm intenduntur implicite; nam ad hos sufficit intentio virtualis implicita, quæ consistit in actu, quo efficaciter intenditur actus, in quo ipsi virtualiter, & implicitè sunt imbibiti.

219 Non obstat *secundò*, quod nulla obligatio censeatur imposita, nisi exprimatur; *L. Quidquid astringendæ ff. de verborum obligat.* Ibi: *Quidquid astringendæ obligationis causa dictum est, id, nisi palam exprimatur, omissum esse censendum est:* Non, inquam, hoc obstat, quia Superior est, qui imposuit obligationem comparendi, & eam, cum dedit licentiam, expressit.

220 Non obstat *tertiò*, quod Superior dedit licentiam sub illo onere per modum conditionis, sine qua non, nam licet eam ita posset concedere, non expressit se concedere talem licentiam per modum conditionis, sine qua non, & non præsumitur eam ita concessisse. Primo, quia in dubio semper præsumendum est pro valore Sacramenti. Secundò, quia cum ille modus conditionis sit strictior, non præsumitur, nisi exprimatur, dicta *L. Quidquid astringendæ.*

Maius dubium est: An hæc obligatio comparendi possit imponi solum per modum pacti, prout eam hactenus explicavi; an etiam per præceptum, quod idem est, ac quærere.

§. 6.

An possit imponi præceptum confitendi bis eadem peccata?

221 *Proponitur prima sententia negativa.*
222 *Proponitur secunda sententia affirmativa.*
223 *Explicatur Extravagans Inter cunctas, & respondetur argumentis primæ sententiæ.*
224 *Authoris judicium.*

221 Duæ sunt opiniones. Prima negativa, & hæc est communior, eam tenent *Paludan. in 4. dist. 17. q. 5. art. 1. num. 6. Medina Codice de confessione quæst. de Confess. fratribus privilegiatis facta. D. Thom. quodlib. 1. art. 12. Durand. in 4. dist. 17. quæst. 15. num. 10. Ledesma 2. p. 4. q. 8. art. 2. dub. 19. Navar. in summa cap. 9. num. 1. & in cap. Placuit de pœnit. dist. 6. à num. 106. & in cap. contrarium dist. 5. num. 20. Almain in 4. d. 17. q. 1. in fine Suar. dist. 30. sect. 5. num. 6. & disp. 22. sect. 8. num. 8. Vasq. q. 93. art. 1. dub. 6. num. 11. Lugo disp. 15. num. 90. Iohannes Sanchez in selectis disp. 13. num. 1.* Et probatur *primo Extravaganti Inter cunctas de privilegiis*, ubi dicitur absurdum esse teneri aliquem confiteri peccata, quæ confessus est, & quòd semel liberatus debitor, maneat obligatus ad iterum solvendum; *Secundò*, quia Ecclesia non potest mutare Sacramentorum materias faciendo necessarias, quæ ex institutione Christi Domini necessariæ non sunt: at peccata confessa non sunt materia necessaria ex institutione Christi: *Tertiò*, quia iterata confessio est materia valde difficilis, & multi ex verecundia potiùs mori vellent, quam tali Sacerdoti sua peccata iterum confiteri: *Quarto*, quia Ecclesia non posset præcipere primam confessionem, nisi à Christo Domino foret præcepta: ergo neque potest præcipere secundam. Palud. Medina D. Thom. Durandus Ledesma Navar. Almain. P. Vasq. P. Lugo Ioã. Sãch.

222 Secunda sententia est affirmativa, quam tuentur *Alexander, Adrianus, Maior, & Angelus*, quos citat; & sequitur Alexander Adrian. Maior Angelus

P. Hurt. tur *Hurtad. disp.* 11. *diffic.* 10. Probatur *primo* ex statuto Cisterciensium proximè relato à Sixto IV. & Pio II. approbato, quo, ut dixi, præcipitur, ut monachi in fine anni iterum Superiori confiteantur omnia sua peccata mortalia, quæ decursu anni confessi sunt Confessariis ordinariis à Superiore designatis, *Secundò*, quia hæc confessionis repetitio est actio exterior, honesta, & non parum utilis profectui spirituali, & paci conscientiæ; deinde non est res adeo intolerabilis, si consideremus ex una parte institutionem, & usum hujus Sacramenti; nec non obligationem primæ confessionis, & ex altera fructum, ac utilitatem talis repetitionis. *Tertiò*, quia, supposita obligatione primæ confessionis, minor difficultas reperitur in secunda, & tamen prima est materia præcepti Ecclesiastici, posset enim Ecclesia illud de ea ferre, si à Christo Domino non præciperetur, ut ex *Medina* Medina P. Vasq. P. Suarez P. Filliuc. P. Hurt. *Vasq. Suar. Filliuc. & Hurtad.* retulimus *tract.* 5. *de præcepto d.* 1. *sect.* 1. ergo etiam poterit Ecclesia præcipere secundam. *Quartò*, quia non repugnat injungi à Confessario in pœnitentiam repetitio ejusdem confessionis iidem, vel alteri Ioã. Sãch. Confessario facienda, ut probat *Ioanne*, *Sanches citatus num.* 11.

223 Neque obstat *primo* *Extravagans Inter cunctas.* Nam Pontifex in ea loquitur de facto absolute, non respective ad aliquod votum, pactum, aut præceptum iterandi confessionem. Non obstat *secundo* Ecclesiam non posse mutare materias Sacramentorũ; id enim verũ est: at obligare ad materiã liberã nõ est cõdere novã materiã; sed novã obligationem: quod fieri non repugnat; sin minus non posset quis se ad eam obligare ex voto, aut ex pacto, quòd plenius diximus *tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 2. ubi resolvimus posse Ecclesiam præcipere confessionem venialium. Non obstat *tertiò* hanc materiam esse valde difficilem, nam ex dictis constat ejus difficultatem non excedere potestatem legislativam Ecclesiæ. *Ad quartum* patet solutio ex dictis. Hæ duæ opiniones sunt valde probabiles.

224 Nihilominus ego cohærenter iis, quæ resolvimus, *tract.* 5. *disp.* 1. *sect.* 1. distinguendum puto inter confessionem quò ad omnia peccata, aut quò ad aliqua explicatu minus difficilia, & minus verecunda, asseroque Ecclesiam non posse præcipere repetitionem confessionis quò ad omnia peccata, id enim oneris arbitror valde difficile, plures enim eligerent mori potiùs, quã iterũ tale, vel tale peccatũ repetere secundo Confessario. Et confirmatur: quia ex hoc capite cum *Coninck* resolvimus loco citato Ecclesiam non potuisse ferre præceptum primæ confessionis quò ad omnia peccata, si à Christo Domino non institueretur; neque contrarium suadet Constitutio Cisterciensium, ea enim libere suscipitur per modum pacti; neque facit, quod repetitio ejusdem confessionis possit in pœnitentiam injungi, nam id etiam non fit sine consensu pœnitentis eam acceptantis: at nostra quæstio procedit de præcepto coactivo, cui subditus nõ potest resistere, & non obedire.

Quò ad aliqua tamen peccata non video, cur Ecclesia non possit præcipere eorum confessionis repetitionem. Et probatur, quia, ut loco citato ostendimus, posset præcipere primam illorum confessionem, si à Christo Domino non essent præcepta: ergo etiam illius repetitionem, nam, supposita obligatione primæ confessionis, minor difficultas reperitur in secunda.

§. 7.

An licentia concessa pro hac vice extendatur etiam ad peccata commissa post illam obtentam?

225 *Refertur placitum affirmantium.*
226 *Tribus modis potest hæc licentia concedi.*
227 *Quando absolute conceditur Confessario licentia ad casus reservatos non limitando materiam, potest Confessarius absolvere à commissis post licentiam obtentam.*
228 *Solvitur argumentum in contrarium.*
229 *Quid, si hæc licentia concedatur pœnitenti? Et proponitur opinio existimantium non extendi ad commissa post illam.*
230 *Proponitur resolutio affirmativa.*
231 *An licentia etiam extendatur ad peccata commissa in fiducia talis licentiæ? Remissive.*
232 *Quid dicendum in casu quo pœnitens differt licentiæ usum multo tempore?*
233 *Quando licentia conceditur respective ad certam materiam, pro qua petitur, extenditur ad casus similes commissos post*

post licentiam.

234 *Ponitur, & refutatur limitatio Lugi.*

235 *Quando licentia conceditur respective ad certum numerum in individuo, non potest extendi ad peccata commissa post licentiam.*

225 SExta difficultas: An licentia extendatur etiam ad peccata commissa post illam? Affirmant *Bonac. de legibus disp. 1. q. 3. puncto 7. §. 1. num. 1. Præpositus q. 9. de reservatione casuum dubio 3. num. 22. Salas de legibus d. 175. num. 51. & Diana 4. p. tract. 4. resol. 109.* Et probatur; quia ubi licentia est absoluta, & illimitata, non debet à nobis limitari sine causa. *Bonac. P. Præpos. P. Salas. Diana.*

226 Nihilominus distinctione opus est, nam tribus modis potest licentia concedi. Primo absolute ad casus reservatos, non limitando materiam. Secundo respective ad certam materiam, pro qua licentia petitur. Tertiò ad certum numerum in individuo v. g. ad tria furta, &c.

227 Quod attinet ad primum, quando licentia conceditur absolute ad casus reservationis, nulla facta limitatione materiæ, aliqui distinguunt; nam aut conceditur Confessario, ut possit absolvere, & sic fere omnes Doctores conveniunt posse absolvere etiam à commissis post licentiam obtentam. Probant, quia licentia fuit absoluta, & illimitata, ac proinde non debet à nobis limitari.

228 Dices: licentia ad reservata commissa derogat juri cõmuni reservationis, & est inchoata dispensatio in hac lege reservationis, sed privilegium derogans juri communi, & dispensatio sunt stricte interpretanda: ergo licentia debet restringi ad commissa ante illam. Respondetur in hoc casu sufficienter deprehendi intentionem concedentis, qui cum non limitet, sed gratiam concedat absolute ad omnes casus reservatos, extenditur ad commissos ante absolutionem.

229 Aut licentia conceditur non Sacerdoti, sed pœnitenti, ut absolvatur, & sic *Vgolinus de potest. Episc. cap. 36. §. 5. Graffis l. 4. decis. cap. 15. num. 17. Barbosa de potestate Episc. allegat. 52. num. 9. & Azor 1. p. l. 3. cap. 23. q. 1.* dicunt non posse absolvi à commissis post licentiam, quia hæc extensio esset occasio peccandi, ac proinde illicita; licentia vero debet ad licitum restringi, juxta textum in *L. Si unus §. Illud, nulla ff. de pactis.* *Vgolin. Graffis Barbosa P. Azor.*

230 Probabilior tamen videtur resolutio affirmativa, quam præter *Bonac. Præpos. Salas, & Dianam locis citatis* defendunt *Bossius de triplici Iubilæi privilegio sect. 1. casu 3. num. 11. & casu 14. num. 6. Lugo d. 20. num. 124.* Fundamentum est, quia licentia nullam talem affert limitationem, nec ea extensio est de se occasio, aut scandalum activum: & parum refert, quod alicui per accidens sit passivum, unde negandum est esse illicitam; alias concessio Bullæ Cruciatæ ad eligendum Confessarium, qui possit absolvere à reservatis committendis per totum annum, esset illicita, & concessio Jubilæi ad absolvendum in secunda hebdomadá à reservatis commissis in prima erit similiter illicita; item illicita foret licentia cõcessa Confessario, quia in harum omnium fiducia possunt homines committere reservata. Quis autem ausus sit dicere licentiam à Pontifice concessam in Bulla, vel Jubilæo esse illicitam, & scandalosam? *Bonac. P. Præpos. P. Salas Diana Bossius P. Lugo*

231 *Quæres primo*: An licentia etiam extendatur ad peccata commissa in fiducia talis licentiæ? Quæstio hæc coincidit cum illa, in qua quæritur: An virtute Bullæ, vel Jubilæi, vel alterius privilegii possint absolvi peccata commissa in ejus confidentia, cujus probabilior est resolutio affirmativa, de qua commodius sectione ultima.

232 *Quæres secundo*: Quid dicendum in casu, quo pœnitens differt licentiæ usum multos dies, vel multos annos? Poteritne ex vi illius absolvi ab omnibus reservatis toto illo tempore commissis? Respondeo negativè. *Primò*, quia particula, *pro hac vice*, non habet tantam latitudinem, sed aliqualem duntaxat, minus amplam pro circunstantiis judicio hominum prudentum determinandam. *Secundò*, quia pœnitens per licentiæ non usum moraliter visus est ea cedere, unde non approbo *Lugum n. 127.* asserentem: si pœnitens toto illo tempore intermedio non commisit nova reservata, posse longo post tempore uti sua licentia. Quod si esset verum, non video cur non posset ea uti, etiam si nova reservata committeret tempore illo intermedio.

233 Quod attinet ad secundum, quando licentia conceditur secundo modo, respective ad certam materiam, pro qua petitur, *Conink. Bonac. Præpositus, Salas, & Diana locis citatis* existimant posse *P. Conine. Bonac. P. Præpos. P. Salas Diana*

posse extendi ad casus similes commissos post licentiam. Et meritò, quia neque petitio, neque concessio limitatur ad numerum, sed ad solam materiam.

234 Scio Lugum citatum *num.* 122. non admittere hanc doctrinam absolute; & distinguere inter licentiam petitam ad casus commissos cum ea limitatione, quod sint commissi, & inter licentiam petitam ad casus in illa materia absque limitatione, quod sint commissi; & in hoc secundo casu admittit *Lugo* posse licentiam extendi ad casus similes commissos post licentiam; non tamen in primo, quia concessio conformatur petitioni: at verò petitio solùm fuit pro casibus commissis, non pro committendis. Imò *num.* 128. addit hanc licentiam limitari ad casus commissos usque ad tempus petitionis; ac proinde non extendi ad commissos post petitionem tempore intermedio ante concessionem, quia petitio, & consequenter concessio solùm fuit pro illis, non verò pro his. Verùm hæc limitatio minus placet, quia re vera intentio petentis respicit licentiam ad casus in illa materia commissos ante absolutionem: & intentio concedentis conformatur cum petitione, & ita sentire videntur Doctores citati.

P. Lugo

235 Quod attinet ad tertium de licentia respectivè ad certum numerum in individuo, dicendum est ad illum limitari, ac proinde non posse extendi ad peccata commissa post licentiam, quia licentia petitioni conformatur; petitio verò fuit pro hoc certo, ac determinato numero. Et confirmatur, quia Superior potest taxare pœnitentiam talibus peccatis, quòd licèt sit contra *Iamn. Sanchez in selectis d.* 12. *num.* 6. est manifestum, ut patet ex decreto Clementis VIII. superius relato: respicit ergo illa peccata numero; ac in individuo; nam si pœnitentiam taxaret pro uno peccato, & post illam committerentur viginti, esset ejus taxatio valde improportionata; solum ergo respicit illud, vel illa numero peccata; & non nova committenda post licentiam.

§. 8.

Quid possit inferior in articulo mortis quò ad reservata?

236 *Quo jure possint Sacerdotes absolvere à reservatis in articulo mortis? Remissive.*

237 *An absolutus ab inferiore in articulo mortis de censuris reservatis teneatur, si periculum evadat, comparere coram Superiore?*

238 *Quotuplex cautio debeat exigi à constituto in articulo mortis innodato censuris reservatis?*

239 *An cautio obediendi præceptis Ecclesiæ debeat exigi juramento?*

240 *Qualis debeat esse cautio satisfaciendi?*

241 *A quibus censuris potest Sacerdos virtute Tridentini absolvere in articulo mortis?*

242 *Utrùm moribundus reincidat in eamdem censuram, si postquam periculum evasit, non se præsentet suo legitimo Superiori?*

243 *Utrùm, si antequàm absolveretur, esset vitandus, maneat similiter per reincidentiam vitandus?*

244 *Occurritur cuidam objectioni.*

245 *An absolutus in articulo mortis ab inferiore de peccatis reservatis, quibus nulla censura est annexa, teneatur, si periculum evadat, coram Superiore comparere?*

Proponitur sententia affirmativa: Ibidem.

246 *Astruitur resolutio negativa.*

247 *Solvitur fundamentum sententiæ affirmativæ.*

236 Septima difficultas est de absolutione collata ab inferiore in articulo mortis pro reservatis; & quò ad hanc diximus plura *tract.* 6. *d.* 1. *sect.* 2. ubi disputavimus, quo jure, divino ne, an ecclesiastico possint omnes Sacerdotes absolvere in articulo mortis quoslibet pœnitentes, à quibusvis censuris, & peccatis; deinde quid veniat nomine mortis articuli, & an in eo id possit quilibet Sacerdos inferior, etiam præsente Superiore, & alia plura. Aliqua tamen remisimus in hunc locum, in quo possumus loqui, aut de absolutione à censuris: aut de absolutione à peccatis.

237 Quòd attinet ad primum de absolutione à censuris, *Dico primo* teneri pœnitentem, si periculum mortis evadat, comparere quàmprimum coram legitimo Superiore, ad quem pertinebat absolutio talis censuræ. Ita habetur in *Cap. Eos, qui de sent. excommun. in* 6. Limita nisi Sacerdos obsolverit ex vi Bullæ Cruciatæ, aut alterius privilegii cōcedentis potestatem

tem absolvendi à reservatis, excepta hæresi, semel in vita, & semel in morte; nam Bulla, aut privilegium non id concedit cum onere comparendi, sed absolute, ad absolutionem enim cum onere non erat necessaria Bulla, aut privilegium, ut bene notat *Medina l. 2. summæ cap. 12.* *Henriquez l. 6. de pœnit. cap. 9. num. 2.* *Suar. de pœnit. disp. 30. sect. 1. num. 6.* *Rodriguez in additionibus ad Bullam §. 9. num. 44.* *Vivaldus de absolutione num. 68.* *Ioannes Sanchez in selectis disp. 12. num. 5. fine, Hurt. disp. 11. diffic. 3.* *Thom. Sanchez l. 2. Decal. cap. 13. num. 31.* *Castro Palao de cens. d. 1. puncto 11. §. 2. num. 8.* *Alterius de cens. lib. 4. d. 1. cap. 5.* *Diana 5. p. tract. 4. resol. 66.* *Leander tract. 1. de censur. d. 11. q. 19.*

Medina
P. Henriq
P. Suar.
Rodriguez
Vivaldus
Ioã. Sãch.
P. Hurt.
P. Sanch.
P. Cast. P.
Alterius
Diana
Leander.

238 *Dico secundo* teneri Sacerdotem exigere à constituto in mortis articulo duplicem cautionem, alteram obediendi mandatis Ecclesiæ, alteram satisfaciendi.

239 Prima oportet exigi juramento *Cap. de Cætero, & Cap. Ex tenore de sententia excommunic.* quòd intelligendum est in excommunicatione ob magna crimina, juxta *textum in Cap. Quamvis de sententia excommunicationis*, ut cum *Caiet. in sum. verbo Absolutio cap. penult.* *Sylvester verbo Absolutio 3. §. 3.* *D. Antonino 3. p. tit. 24. cap. ultimo §. 1.* *Suar. t. 5. in 3. p. disp. 19. sect. 2. num. 10.* & aliis notat *Sanchez citatus num. 17.* Item debet juramentum exigi in casibus Bullæ Cœnæ, prout in ea continetur. Limita, nisi absolvendus sit impubes, quia tunc non debet ab eo exigi juramentum.

Caiet.
Sylvest.
D. Anton.
P. Suar.

240 Secunda cautio debet esse pignoratitia, vel si hæc haberi non possit, sit saltē fideijussoria, aut si neque hæc, oportet esse juratoria; quòd si moribundus sit sensibus destitutus, ita ut nulla cautio extorqueri queat, absolvendus est tamen. Ita *Sanchez* loco citato.

241 *Dico tertiò*, Quando Tridentinum loco citato dicit posse Sacerdotem in articulo mortis absolvere à quibusvis censuris, &c. solùm velle posse absolvere à quibusvis censuris, quæ possunt impedire sacramenta necessaria pro illo articulo. Unde non potest tunc Sacerdos absolvere à suspensione beneficii, Ordinis, aut officii, quod totum constat ex ratione, quam Tridentinum assignat ibi: *Ne hac ipsa occasione aliquis pereat, &c.*

242 *Dico quartò*: Nisi moribundus, qui periculum evadit, præsentet se quam primum suo legitimo Superiori, reincidit in eamdem censuram. Ita habetur in *dicto Cap. Eos, qui de sent. excommunicat. in 6.* absolvitur enim sub illa obligatione, & præcepto comparendi; quòd si non observet, propter talem inobedientiam imponitur ei eadem excommunicatio; eadem, inquam, non physice, quia hæc imponitur ob diversum delictum, nam prima fuit imposita v. g. ob percussionem Clerici, & secunda ob inobedientiam in non comparendo; est tamen eadem fictione juris, ac moraliter, & hæc identitas consistit in eo, quod quò ad absolutionem perinde se habet, ac si foret prima; omnis enim, ac solus, qui poterat absolvere à prima, potest ab hac secunda. Ita *Sanchez citatus num. 25.* *Bonac. de censuris d. 1. q. 3. p. 3. num. 26.* *Lugo disp. 20. num. 211.* *Suar. de censur. d. 22. sect. 1. num. 62.* *Beja p. 2. responsionum morali. casu 3.* *Bauny de reserv. q. 35.*

P. Sãchez
Bonac.
P. Lugo
P. Suar.
Beja
P. Bauny.

243 An autem, si antequam absolveretur, esset vitandus, maneat similiter per reincidentiam vitandus? Respondetur affirmative, dummodò constet de reincidentia. Probatur tum ex verbis ipsius textus, qui asserit reincidere in eamdem censuram: tum ex ratione, quam ibi assignat; dicit enim non comparentem reincidere in eamdem censuram, ne illudat Ecclesiæ censuris. Si autem reincidens non esset vitandus, sicut antea: jam ex parte illuderet censuris. Ita *Bonac. citatus num. 18. & Lugo num. 216.*

Bonacina
P. Lugo

244 Dices: post Concilium Constantiense non est quis vitandus, nisi aut sit notorius Clerici percussor, qui nulla tergiversatione cælari potest; aut, si aliud est delictum, nisi sit nominatim denuntiatus ob illud; at reincidens, qui excommunicatur ob inobedientiam non comparendi, non est ob eam nominatim denuntiatus. Respondetur reincidentem jam esse nominatim denuntiatum ob primum crimen, & hoc sufficere, adjūcta inobedientia, prout vult textus citatus in *Cap. Eos, qui.*

245 Quod attinet ad secundum de absolutione à peccatis, quæri potest: An etiam evadens mortis periculum teneatur cōparere pro reservatis, quibus nulla cēsura est annexa? Affirmat *Vasquez q. 91. art. 3. dub. 8. num. 7. & Hurtad. d. 11. diffic. 13.* Probatur, quia nullum est jus

P. Vasq.
P. Hurt.

jus concedens potestatem absolvendi in articulo mortis à reservatis, quibus non est annexa excommunicatio, nisi illud tantum, quod concedit potestatem absolvendi à reservatis, cui excommunicatio annexa est; itaque ad reservata sine censuris non datur *jus* distinctum, sed extenditur ad illa jus, quòd est ad reservata cum censuris: ergo debet extendi cum eodem onere comparendi. Dixi (nullum pro absolutione à reservatis sine censuris reperiri *jus* distinctum) quia Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 7. non condit novum jus, sed refert, & laudat antiquum, ibi: *Piè admodum in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, &c.* Antiquum autem nullum reperitur jus distinctum ad reservata sine censuris, sed quod datur ad reservata cum censuris, extenditur ad reservata sine censuris: ergo cum eodem onere comparendi.

P. Suarez. P. Sáches. P. Vasq. P. Bauny. Ioã. Sách. Navar. Palud. Flamma. Ledesma. P. Henriq. Ragusa. Medina. Angles. Rodrig. Vivaldus. Chapeavil. Barbosa. Sylvester. Coriolan. Mercer. Sanctorius. Diana. P. Granad. P. Prepos. P. Pet. Hurt. Finel. P. Lugo. P. Regin. P. Coninc. Corduba. Zambran. Leand.

146 Nihilominus probabilior est resolutio negativa, quam tenent *Suar. d.* 30. *sect.* 3. *num.* 6. *Thom. Sanchez cit. num.* 24. *Vasq. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 6. *num.* 15. discedens à contraria sententia quam tenuit *q.* 91. *art.* 3. *dub.* 8. *num.* 7. *Bauny cit. q.* 35. *Ioann. Sanchez in selectis disp.* 12. *n.* 5. *Navarrus in summ. cap.* 26. *num.* 26. *Palud. in* 4. *dist.* 20. *q.* 1. *art.* 2. *conclus.* 3. *Flamma* 1. *p. sum. cap.* 7. §. 11. *fol. mihi* 80. *Ledesma in sum.* 1. *p. de Sacram. pœnit. cap.* 14. *fine, Henriquez l.* 6. *cap.* 9. *num.* 3. *Ragusa in lucerna de absol. q.* 131. *Medina in sum. l.* 2. *cap. ult. reg.* 2. *Angles q. de confess. art.* 4. *diffic.* 5. *Rodrig. in Bullam* §. 9. *num.* 56. *Vivaldus de confessione num.* 65. *Chapeavil. de casibus reserv. cap.* 7. *Barbosa in Trident. sess.* 14. *cap.* 7. *num.* 7. *Sylvester verbo Confessio* 1. *q.* 19. *Coriolanus de casibus reservat. p.* 1. *sect.* 2. *art.* 16. *Morcerus in* 3. *p. D. Thom. q.* 9. *art.* 6. *Sanctorius de casibus Papalibus cap.* 13. *num.* 147. *Diana* 4. *p. tract.* 4. *resol.* 199. & 5. *p. tract.* 3. *resol.* 66. *Granado in* 3. *p. controversia* 7. *tract.* 10. *disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 12. *Præpositus q.* 7. *de ministro pœnit. dub.* 5. *num.* 41. *Ludovicus de S. Ioanne q.* 5 *art.* 17. *diffic.* 12. *concl.* 1. & 2. *Petrus Hurtado de Fide disp.* 84. *sect.* 8. §. 130. *Finellus de casibus reserva. cap.* 8. *num.* 10. Subscribunt *Lugo citat. num.* 208. *Reginald. l.* 1. *num.* 62. & *l.* 8. *num.* 14. *Coninck disp.* 8. *dub.* 2. *Corduba in summa q.* 18. *puncto* 2. *dicto* 2. & *Zambranus de casibus articuli mortis cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 21. *Leander de Sacram. tract.* 5. *de Sacram. pœnit. d.* 12. *q.* 71. *cum pluribus.*

Fundamentum est, quia ex Concilio Tridentino loco citato constat de consuetudine absolvendi in articulo mortis à reservatis, & neque ibi, neque alibi fit mentio oneris comparendi pro illis, quando sunt sine censura. Dixi, quando sunt sine censura, quia quando sunt cum censura, tunc constat de onere comparendi in *Cap. Eos, qui de Sententia excommunicationis in* 6. nullibi reperimus tale onus quò ad reservata sine censuris.

147 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ; dicendum enim est ex Tridentino nobis constare de consuetudine absolvendi à reservatis sine censura, non tamen inde, aut aliunde constare de onere comparendi pro illis.

§. 9.

An extra articulum mortis in aliquo casu defectu recursus ad Superiorem, possit inferior directè absolvere à reservatis?

248 *Exponitur status quæstionis.*

249 *Habentes legitimum impedimentum adeundi Summum Pontificem possunt absolvi ab Episcopo de censuris reservatis.*

250 *Quinam censeantur habere legitimum impedimentum?*

251 *An possit absolvi ab Episcopo ille, qui tametsi adire nequeat Summum Pontificem, potest adire Legatum?*

252 *Quid, si non possit adire, nisi solùm habentem privilegium?*

253 *Quid, si habens privilegium solum sit ad absolvendum in foro interno?*

254 *An, cum nec Episcopus adiri potest, valeat parochus, vel quilibet alius proprius Sacerdos absolvere?*

255 *Opinio Authoris.*

256 *Explicatur textus in* Cap. Quod de his, Cap. Mulieres, Cap. Ea noscitur, *& alii.*

257 *An Parochus, vel alius inferior possit in casu necessitatis absolvere à censuris Episcopo reservatis?*

258 *Statuitur sententia affirmativa.*

259 *An, cum neque Summus Pontifex, neque Legatus, neque habens privilegium adiri possunt, valeat Episcopus*

pus absolvere à peccatis Papæ reservatis?

260 *An etiam Inferior, cum Superior adiri nequit, possit absolvere à peccatis aliis Prælatis reservatis?*

261 *Authoris resolutio.*

248 OCtava difficultas, quæ sub hoc titulo proponitur, potest similiter procedere aut quò ad reservata cum censuris, aut quò ad reservata sine censuris.

249 Quod attinet ad primum de reservatis cum censuris, non est dubium, quòd, qui ob legitimum impedimentum perpetuum, vel temporale nequit adire Summum Pontificem, possit ab Episcopo, petita prius, & obtenta illa duplici cautione, de qua supra, absolvi eum onere præsentandi se, cessante impedimento, quod si non faciat, nisi fuerit impubes (hic enim non tenetur postea comparere) reincidit in eamdem censuram; quæ omnia constant ex textu in *Cap. Mulieres,* textu in *Cap. Ea noscitur,* textu in *Cap. Quamvis,* textu in *Cap. De cætero de sententia excommunicationis;* textu in *Cap. Eos qui, eodem titulo in 6.*

250 Unde patet mulieres, impuberos, senes, servos, filios familias, valetudinarios, & pauperes, qui ob paupertatẽ nequeunt iter suscipere, nec non habentes curam animarum, vel temporale dominium, quando timetur, quod per eorum absentiam vassalli detrimentum patiantur, & alios similes prudentis viri arbitrio taxandos, de quibus late *Caspensis in suo cursu Theologico t. 2. tract. 25. disp. 2. sect. 12. num. 134. Hurtado disp. 15. de excom. dist. 3. num. 10. Diana 5. p. tract. 9. de excom. resol. 6. Cornejo tract. 5. de excom. d. 11. dub. 2. cum Sayro, Suarez & Avila,* posse ab Episcopo absolvi.

Caspens. P. Hurt. Diana Cornejo Sayro P. Suar. P. Avila

251 *Quæres primò:* An etiam possit ab Episcopo absolvi ille, qui tametsi adire nequeat Summum Pontificem, potest adire Legatum? Affirmat *Henriq. l. 6. cap. 9. num. 7. & alii apud Avilam de censur. 2. p. cap. 7. d. 1. dub. 6.* Quibus accedit *Caspensis ubi proxime, Diana 5. p. tract. 9. de excom. resol. 6. ver. Notandum.* Negandum tamen cum *Navarro in summa cap. 27. num. 89. Coninck d. 14. num. 242. Bonac. de censur. d. 1. q. 3. p. 2. num. 4. Lugo disp. 20. num. 220. & Corduba q. 18.* Probatur quia in *Cap. Quamvis de sententia excommunicationis* aperte requiritur, quòd, si adiri potest Legatus, adeatur.

P Henriq Caspensis Diana. Navar. P. Coninc. Bonac. P. Lugo

252 *Quæres secundò:* An possit absolvi ab Episcopo ille, qui licèt non possit adire Summum Pontificem, neque Legatum, potest tamen adire habentem privilegium? Affirmant *Coninck* citatus, quia jus disponit, quòd, quando adiri nequit Summus Pontifex, & ejus Legatus, adiri queat Episcopus, & ibi non fit mentio de privilegiato. Probabilior tamen videtur resolutio negativa, quam tenent *Navarrus, & Lugo* locis citatis. Probatur primò, quia habens privilegium etiam est legatus, & ejus nomine venit quantum ad punctum, ad quod habet privilegium, in quo se gerit, ut legatus. Secundo, quia Episcopus solum potest absolvere in casu necessitatis, & in præsenti non est necessitas, cum adiri queat privilegiatus. P. Conine. Navar. P. Lugo

253 Notandum tamen loqui nos de habente privilegium ad absolvendum in foro externo, nam si solùm habeat privilegium ad absolvendam in foro interno, ut plerumque habent Regulares, adiri debet Episcopus pro absolutione in foro externo, in quo non datur alius privilegiatus.

254 *Quæres tertiò:* An cum nec Episcopus adiri potest, valeat Parochus, vel quilibet alius proprius Sacerdos absolvere? Negant *Navarrus cap. 27. num 89. & 111. & Lugo citatus num. 228.* quia non est talis juris dispositio. Navar. P. Lugo

255 Ego tamen resolutionem affirmativam existimo non improbabilem, & moveor *primò,* quia ratihabitio semper præsumitur in casu necessitatis. *Secundò* ex Cap. *Quod de his de sentent. excommunicationis,* ubi Clemens III. decidit hominem, qui inciderat in excommunicationem ipsi reservatam, non posse absolvi, nisi à Papa, aut ab ejus Legato, *nisi forte,* subdit textus *in mortis periculo, aut paupertate, aut infirmitate, vel senectute tanta gravaretur, quòd ad Ecclesiam Romanam laborem non valeat subire veniendi, vel ab alio impedimento canonico retrahatur &c.* Quo in textu conceditur impeditis posse absolvi, & non limitatur licentia ad Episcopũ. Tunc sic argumentor ex textu *in Capite Nuper de sentent. ex communicat.* ubi Innocentius III. decidit, quoties Pontifex sibi non appropriat absolutionem, eam remittere aliis absque limitatione ad Episcopum; atqui in dicto capite *Quod de his* Sum-

Summus Pontifex sibi non appropriat absolutionem à censura in casu necessitatis: ergo eam concedit aliis absque limitatione ad Episcopum.

256 Objicies: si textus in *Cap. Quod de his*, procedit in terminis hujus sensus, ac intellectus, sequitur, quòd, quando Papa nequit adiri, possit pœnitens indiscriminatim adire Episcopum, vel Parochum: hoc autem est contra textus in *Cap. Mulieres, Cap. Ex noscitur, Cap. Quamvis,* & *Cap. De cætero de sententia excommunicationis*, qui dicunt solum posse adiri Episcopum. Respondetur negando sequelam; quia per textus assignatos limitatur recursus ad Episcopum, quando adiri potest; textus in *Cap. Quod de his*, solùm habet locum, quando nec Episcopus adiri potest. Et sic hanc sententiam defendunt *Sylvester verbo Absolutio 3. fine, Henriq. cap. 27. num. 3. Sá verbo Excommunicatio, Granado de pœnit. tract. 10. d. 7. num. 12. Tannerus ibidem q. 10. num. 122. Sotus disp. 22. q. 2. art. 3. Suar. t. 4. de Religione tract. 8. l. 2. cap. 23. num. 5. & de pœnit. d. 30. sect. 3. num. 8. Cœlestinus in compendio Theol. moralis tract. 1. c. 23. num. 5. Gamachæus in 3. p. D. Thom. cap. 20. §. 1. vers. Cæterum si per inadvertentiam, Diana 5. p. tract. 9. resol. 6. & tract. miscellan. 2. resol. 58. Bauny de censuris t. 2. de absolvente ab excommunicatione q. 32. in fine, Castro Palao de censur. d. 1. puncto 11. §. 5. num. 6.*

Sylvester. P. Henriq. P. Sa. P. Granad. P. Tanner. Sotus. P. Suar. Cælestin. Gamachæ. Diana. P. Bauny. P. Palaus.

257 *Quæres quartò*: An hactenus tradita doctrina solùm habeat locum in censuris Papæ reservatis, an etiam in aliis: ita ut cum similiter subditus Episcopum, aut alium Superiorem adire nequit, possit absolvi à Parocho, vel alio inferiore cum onere postea comparendi Superiori, cum primum possit? Solum habere locum in censuris Papæ reservatis, & nòn in aliis opinantur *Adrianus, & Durandus* apud *Suar. d. 30. sect. 3. num. 11.* Quibus subscribit *Lugo citatus num. 225.* Probatur, quia in solis censuris Papæ reservatis, & non in aliis reperitur dicta juris dispositio.

Adrian. Durandus. P. Lugo.

258 Probabilius tamen videtur etiam habere locum in aliis, ac proinde etiam posse absolvi ab inferiore ad reincidentiam in casu necessitatis. Huic resolutioni favere videtur *Suar.* loco citato. Eam tenet *Hurt. disp. 11. diffic. 13.* dicens esse communem inter Doctores. Probatur *primò*, quia semper ratihabitio quò ad absolutionem à censuris habet locum in casu necessitatis. *Secundò* ex *Cap. Eos, qui de sentent. excom. in 6.* ubi generaliter dicitur: *Eos, qui à sententia canonis, vel hominis (cum ad illum à quo alias de jure fuerant absolvendi, nequeunt propter eminentis mortis periculum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absolvuntur, reincidere in eandem sententiam, si postea non compareant, &c.* Ecce textus, in quo supponitur posse pœnitentem in casu necessitatis, quando non datur recursus non solùm ad Summum Pontificem, sed etiam ad alios Prælatos, absolvi ab Inferiore.

P. Suar. P. Hurt.

259 Quod attinet ad secundam partem præsentis difficultatis, quæ est de peccatis reservatis sine censura, dubium est; An cum neque Sũmus Pontifex, neq; Legatus, neque habens privilegium adiri possunt, valeat Episcopus absolvere à peccatis Papæ reservatis, siquæ forte talia sint sine censuris? Affirmant *Suar. cit. sect. 3. num. 11. & Lugo disp. 20. num. 223.* Probatur, quia eadem videtur ratio in reservatis sine censura, ac in reservatis cum censura, & non est credibile, quando non datur recursus ad Summum Pontificem, negasse jus Episcopis quò ad minora delicta, qualia sunt reservata sine censuris, quod eis indulget quo ad maiora, qualia sunt reservata cum censuris. Addit præterea *Lugo* non dari in his casibus onus postea comparendi, quia hoc onus solum est impositum ad censuras, ne eis eludatur, ut videre est in dicto *Cap. Eos, qui de sententia excommunicationis in 6.*

P. Suar. P. Lugo.

260 Quò ad alios vero casus non Papæ, sed aliis Prælatis reservatos negat *Suar. & Lugo locis citatis* posse Inferiorem, quando adiri nequit Superior, ab illis absolvere, quia non est jus sic disponens, nec eadem ratio, seu necessitas, nam Episcopi, & alii Prælati non adeo frequenter adiri nequeunt.

261 Ego hanc *Suar. & Lugi* sententiam quò ad hanc posteriorem partem amplector. Quò ad priorem vero assero cum *Vasq. q. 93. art. 1. d. 6. num. 14.* neque in casibus Papæ sine censura reservatis, cum ipse, aut ejus Legatus, vel habens privilegium adiri nequeunt posse Episcopum ab eis absolvere. Et probatur, quia non est jus ita disponens; nam textus in *Capite Quod de his*, & in *Cap. Eos, qui* solum loquuntur de reservatis cum censura, nec ratio

P. Vasq.

tio id in aliis exigit, nam tota ratio, cur jus Episcopis committit absolutionem à censuris, quando Papa non potest adiri, est necessitas, quæ occurrere valet absolutionis à censuris, nam censuræ non possunt tolli, nisi per absolutionem: at nulla est, nec esse potest necessitas obtinendi absolutionem à reservatis sine censura; iis enim impliciti possunt confiteri non reservata, & indirectè absolvi à reservatis: item possunt præmittere actum contritionis, & sic accedere ad Eucharistiam, prout diximus *sect. 2. diffic. 2.* Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

SECTIO IV.

De absolutione à Reservatis per Bullam Sanctæ Cruciatæ.

Quatuor occurrunt difficultates. Prima: An Regulares sine licentia suorum Prælatorum possint uti Bulla Cruciatæ quò ad effectum eligendi Confessarium, qui eos possit absolvere à reservatis? Secunda: qui casus possint absolvi virtute sanctæ Cruciatæ? Tertia: quæ censuræ? Quarta: an virtute Bullæ possit absolvi pœnitens, qui non potest parti satisfacere?

§. I.

An Regulares sine licentia suorum Prælatorum possint uti Bulla Cruciatæ quò ad effectũ eligẽdi Confessarium, qui eos possit absolvere à Reservatis?

262 *Proponuntur argumenta partis affirmativæ.*

263 *Recensentur Authores, qui illam sequi videntur.*

262 PRima difficultas procedit de Regularibus. An scilicet possint sine licentia suorum Prælatorum uti Bulla Cruciaæ quò ad effectũ sibi eligendi Confessarium in ordine ad reservata? Pro parte affirmativa referuntur nonnulli Doctores, quos statim subjiciam: & adduci possunt hæc argumenta, quorum vires fideliter repetam: *Primum* habet sic, quia Summus Pontifex in Bulla concedit hanc potestatem omnibus fidelibus, nemine excepto, Regulares autẽ sunt fideles, & eorum nomine veniunt, maxime in materia favorabili.

Secundum, quia Bulla derogat omnibus privilegiis contrariis. Ibi: *Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus habendi foret præsentibus literis specialis mentio, tenore hujusmodi pro expressis habentes specialiter, & specifice derogamus, &c.*

Et confirmatur, quia ex hoc capite possunt Regulares uti Jubilæo solẽni quò ad effectum sibi eligendi Confessarium, quia, scilicet conceditur omnibus fidelibus, & derogat privilegiis contrariis: sed etiam Bulla sanctæ Cruciatæ conceditur omnibus fidelibus, & derogat privilegiis contrariis: ergo Regulares possunt illa uti quò ad effectum sibi eligendi Confessarium.

Neque dicas privilegia Regularium esse posteriora ipsa Bulla, ac proinde ei derogare; nam Bulla Cruciatæ publicatur singulis annis; unde ultima publicatio manet posterior privilegiis Regularium; quod explicari potest exemplo Bullæ Cœnæ, quæ ex eo, quod publicetur singulis annis, derogat omnibus privilegiis contrariis; ita ut nulla subsistere, & in suo vigore, ac robore esse sinat, ut de mandato Urbani VIII. 17. Novembris anno 1628. Sacra Congregatio declaravit in forma authentica, prout supra retulimus *disp. 2. sect. 1. diffic. 2.* Ibi: *Nequaquam privilegia, & indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, ut pote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, ac robur acquisivisse*, &c. Atqui Bulla Cruciatæ etiam publicatur singulis annis: ergo ejus ultima publicatio manet omnibus privilegiis posterior, & consequenter eis derogat.

Tertium argumentum est, quia si quæ sunt alia quovis tenore privilegia, Bullæ, aut literæ Apostolicæ eximentes Regulares à Bulla Cruciatæ, debent existimari subreptitia, & nullius roboris: idque ex triplici capite. Primo, quia Bulla Cruciatæ est concessa Regibus Portugalliæ, & Hispaniæ per modum contractus onerosi; in quo ex altera parte Summus Pontifex gratias, & indulgentias impertit, ex altera vero Rex Portugalliæ obligatur ad duodecim millia aureorum quingentos supra;

pra, & Rex Hispaniæ ad aliam magnam argenti summam pro fabrica Sancti Petri: est ergo Bulla concessa per modum contractus onerosi, & nullum privilegium censetur revocatorium alicujus contractus onerosi, nisi faciat mentionem illius, saltem per clausulam generalem, non obstante aliquo privilegio in contrarium concesso per modum contractus onerosi, ut tenent *Ferretus consilio* 319. *num.* 1. *Roland. consil.* 13. *num.* 69. *volum.* 3. *Bossius decis.* 73. *num.* 3. *volum.* 1 *Gonsalez regula* 8. *gloss.* 36. *& Sanchez cum communi l.* 8. *de matr. d.* 33. *num.* 8. *& Suar. l.* 8. *de legibus cap.* 38. *num.* 3. Et confirmatur ex doctrina *Sanchez* loco citato *num.* 10. qui cum *Henriquez l.* 7. *de indulgent. cap.* 21. *num.* 3. *& Rodriguez in Bullam Cruciatæ* §. 12. *num.* 13. docet Bullam Cruciatæ non revocari per Jubilæum solemnem, quia nimirum Jubilæus non facit mentionem Bullæ concessæ per modum contractus onerosi: at vero privilegia Regularium revocatoria Bullæ non faciunt mentionem illius concessæ per modum cōtractus onerosi.

Ferret. Roland. Bossius Gonsalez P. Sāchez P. Suar.

Secundo debent privilegia Regularium censeri subreptitia, quia Bulla Cruciatæ est privilegium concessum ad instantiam regis, imo concessum ipsi regi pro suis regnis: at vero privilegia concessa regi non intelliguntur revocari per privilegium contrarium, nisi de eo fiat expressa, specifica, & individualis mentio. Quod probari potest argumento textus *in Cap. Finali de officio delegati in* 6. Ibi: *Regibus, & Reginis, qui sicut dignitate altius eminent, sic prærogativa gratiæ ipsos convenit anteferri, dumtaxat exceptis.* Nec non argumento *Capitis Ne aliqui de privil. in* 6. & argumento *Trident. sess.* 25. *cap.* 9. Ibi: Exceptis iis, quæ ad imperatores, & reges, &c. pertinent. Et hanc doctrinam tenent *Cassaneus in Cathalogo gloriæ mundi p.* 5. *considerat.* 24. *num.* 202. *Cabedo l.* 4. *diversarum cap. finali num.* 2. *Gonsalez reg.* 8. *glossa* 9. §. 2. *à num.* 35. *& glossa* 24. *à num.* 135. Ergo cum privilegia Regularium non faciant mentionem Bullæ concessæ regibus, non censeri debent sufficienter revocatoria illius.

Tertio, & hoc non medioeris momenti in hac materia esse debet, quia Reges Portugalliæ, & Hispaniæ habere dicuntur à Summis Pontificibus privilegia, ne ullæ literæ Apostolicæ in suis regnis executioni mandentur, quin prius recognoscantur in suis Chancellariis, si forte cedant in damnum regni, & nisi manu regia habeant præfixum *Exequatur*: at vero Bullæ Apostolicæ eximentes Regulares à sancta Cruciata non sunt recognitæ in regia Chancellaria, nec illis impositum est regium *Exequatur*, & alioqui vergunt in damnum regni, minuitur enim ob illas magna ex parte summa eleemosynarum, quibus aluntur milites, qui regnis Portugalliæ, & Hispaniæ sunt præsidio contra infideles.

Quartum argumentum desumitur ex eo, quòd, quando privilegia sibi invicem contrariantur, prævalet, quod est concessum in favorem boni communis, ut tenet *Decius cons.* 10. *num.* 8. *fundam.* 3. *Paulus Castrensis cons.* 278. *in fine lib.* 8. *Selva de beneficiis* 3. *p. q.* 14. *num.* 39. *Celsus de clausulis num.* 44. *Gambara num.* 41. *fine, & Gonsales proxime glossa* 36. *num.* 71. *de locis*: at vero privilegium Bullæ Cruciatæ est in favorem boni communis, ut nimirum eleemosynis fidelium conducantur milites, quibus Ecclesia ab infidelibus defendatur; privilegia Regularium sunt in favorem boni particularis, videlicet ipsorum Regularium, qui respectu Ecclesiæ sunt particulares, Ecclesia est quid commune.

Quintum argumentum deducitur ex praxi, & consuetudine, nam in tribunali sanctæ Cruciatæ practicatur eam quò ad prædictum articulum eligendi Confessarium etiam extendi ad Regulares, eosque omnis utriusque sexus tam Mendicantes, quam non Mendicantes, ut testantur *Seraphinus de Freitas, Ioannes de la Cruz*, & alii Doctores, quos subjicio: at vero praxis, & consuetudo habet vim legis, *L. Minime, & L. De quibus* Ibi: *Id custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine inductum est*, & *L. Nam Imperator ff. de legibus*, & ita docet *D. Thomas* 1. 2. *q.* 97. *art.* 3. *Gonsalez reg.* 8. *glossa* 5. *in principio num.* 87. *Seraphin. decis.* 1410. *num.* 16.

Sextum, & hic est Achilles hujus sententiæ, quia possumus uti opinione probabili, idque, etiam relicta probabiliori, ut est communis Doctorum apud *Sanch. l.* 1. *Decal. cap.* 9. at opinio asserens Regulares posse uti Bulla Cruciatæ quò ad effectum sibi eligendi Confessarium est probabilis. Et hoc ostenditur, quia in primis habet

habet probabilitatem intrinsecam, nimirum tot rationum pondera, ac momenta, quæ hactenus retulimus.

263 Deinde etiam habet probabilitatem extrinsecam, videlicet plures patronos, ac Doctores, nam, ut docet *D. Thom. quodlib.* 3. *art.* 10. *Angelus verbo Opinio num.* 2. *& ibi Sylvester q.* 1. *Sà in sum. verbo Dubium num.* 3. *Navar. in sum. latina cap.* 27. *num.* 88. *Valent.* 1. 2. *disp.* 2. *q.* 12. *p.* 4. *q.* 4. *Sanchez citatus num.* 7. sufficit authoritas unius viri probi, ac docti ad faciendam unam opinionem probabilem: at vero pro hac opinione referuntur plures viri probi, ac docti, nimirum *Ioannes de la Cruz de statu religionis* l. 1. *cap.* 6. *dub.* 12. *Antonius Gomez in explicatione Bullæ Cruciatæ ad clausulam* 10. *Ledesma t. de comit. cap.* 13. *dub.* 12. *Medina de confessione cap.* 26. *Collector. privilegiorum verbo Absolutio ordinaria quò ad fratres* §. 10. *Emmanuel Rodrig. in explicatione Bullæ* §. 9. *num.* 29. *Ioannes Sanchez in selectis disp.* 44. *num.* 10. *Basilius Pontius de matr. l.* 5. *cap.* 10. *num.* 7. *&* 18. *cap.* 19. §. 2. *num.* 13. *&* 14. *Ioannes Valerus diffic.* 1. *concl.* 5. *& verbo Nullitas diffic.* 5. *num.* 2. *in fine Antonius de indulgentiis, Antonius Fernandes in examine p.* 3. *cap.* 9. §. 8. *Trullench. in explicatione Bullæ Cruciatæ l.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 9. *Seraphinus de Freitas in quodam tractatu de hac re edito anno* 1630.

Io. de la Cruz. Anton. Gomez. Ledesma. Medina. Rodriguez. Io. Sanch. Basil. Valerus. Anton. Fernand. P. Trullenc. Seraphin.

Citari etiam potest *P. Sanchez l.* 3. *de matrim. d.* 22. *num.* 65. quatenus asserit confessiones factas virtute Bullæ potuisse esse validas, dum veritas lateat, & hæc opinio probabili Sapientum opinione reputetur probabilis. Illam multos Religiosos viros doctos & timoratos sine scrupulo sequi in praxi, videntibus suis Prælatis, & tacentibus, refert *Suar. t.* 4. *de religione tract.* 8. *l.* 2. *cap.* 16. *num.* 2. *fine.* Est & pro illa quidam tractatus Lusitano idiomate editus, cujus titulus est: *Parecer sobre o privilegio, que à Bulla da Cruzada concede a todos os religiosos mendicantes, & não mendicantes,* cui subscripsere nonnulli Doctores hujus Academiæ Conimbricensis, *Ioannes de Carvalho* juris Cæsarei interpres, & alius *Ioannes Carvalho* sacrorum Canonum professor; Didacus *Mendez Godinho, Franciscus Gomez, & Gondisalvus Alvo.*

Accedit authoritas Domini *Antonii Mascarenhas*, qui dum in hoc regno esset Commissarius Bullæ anno 1621. & postea anno 1629. & tandem anno 1630. die 7. Martii declaravit Religiosos posse uti Bulla Cruciatæ quò ad effectum sibi eligendi Confessarium, &, ne quò ad illum impedirentur à suis Prælatis, pœna excõmunicationis ipso facto sancivit.

§. 21

Asseritur, & probatur resolutio negativa.

264 *Censuræ, quibus Authores contrariam opinionem carpunt, & nostræ resolutionis authoritas.*
265 *Probatur resolutio ex Summorum Pontificum declarationibus.*
266 *Declaratio Alexandri VI. & Innocentii VIII.*
267 *Declarationes Iulii III. Leonis X. & Sixti IV.*
268 *Declaratio Clementis VIII.*
269 *Declaratio Gregorii XIII.*
270 *Alia ejusdem Pontificis declaratio pro Religiosis nostræ Societatis.*
271 *Declaratio Clementis VIII. pro iisdem nostræ Societatis Religiosis.*
272 *Declaratio Gregorii XV. pro iisdem Religiosis nostræ Societatis.*
273 *Declaratio Urbani VIII. pro iisdem nostræ Societatis Religiosis.*
274 *Decretum nostræ sextæ Congregationis generalis.*

264 Nihilominus post tot declarationes Summorum Pontificum, quas statim subjiciam, præsertim post declarationem Urbani VIII. novissimam, non video, quomodo jam defendi possit prædicta opinio affirmativa. Eam post dictam declarationem gravi censura dignam judicat *Eminentissimus Cardinalis Lugo disp. num.* 168. *Antonius Diana*, vir alioqui minime severus, & qui benignas resolutiones, ut suorum operum fronte inscribit, profitetur 1. *p. tract.* 11. *de Bulla Cruciatæ resol.* 14. §. *Quid ego sentiam*, dicit se illam non approbare, & si esset probabilis corruere disciplinam religiosam, & 3. *p. in additionibus resol.* 9. dicit eam opinionem post declarationem Urbani VIII. neque esse tutam; neque probabilem. Idem re petit 4. *p. tract.* 4. *miscellaneo resol.* 48. Idem asserit *Lezana t.* 3. *Verbo Bulla Cruciatæ num.* 29. *& t.* 1. *cap.* 19. *num.* 29. *Idem tenet Escobar in Theolog. morali tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 131.

P. Lugo. Diana.

Castropal. de pœnit. disp. 7. sect. 6. asserit eam opinionem post declarationem Urbani VIII. omnino carere probabilitate, nec sustineri posse, *Tambur. t. 2. de jure Abbat. disp. 6. q. 7.* dicit ex ea sequi proximam occasionem dissolutionis, & relaxationis vitæ religiosæ, & disciplinæ regularis eximerentur enim, inquit, monachi ab obedientia suorum Prælatorũ cõfitendo peccata sua cui vellent. *Barbosa in Trident. sess. 14. cap. 7. num. 22. refert. Selvam* asserentem falsitatem ejus opinionis esse decisam in causa Portugalliæ, & Castellæ 4. Decembris 1627.

Tambur.
Barbosa.

Eam opinionem acriter etiam ante declarationem Urbani VIII. impugnant *Suar. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 16. à num. 2. Garcia de beneficiis p. 2. cap. 5. à num. 61. Martinus Ledesma p. 4. q. 29. art. 2. Cordubs in annotationibus super regulam Sancti Francisci cap. 7. q. 8. puncto 2. Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 7. litera q. Flamma in summa p. 1. cap. 5. §. 8. Vecchius in praxi novitiorum disp. 9. dub. 3. num. 7. Herrera decis. 9. §. 1. & 2. fine, Navarrus in lucerna Regularium, verbo Iubilæus, Ugolinus de potestate Episcopi cap. 7. §. 2. Homobonus in exam. eccles. tract. 5. cap. 2. q. 13. Molfesius tom. 1. summæ tract. 7. cap. 16. num. 26. Portel in dubiis Regularium, verbo Bulla Cruciatæ num. 1. & tom. 2. responsionum moralium casu 3. Hieronymus Rodriguez in compendio qq. regul. resol. 3. tit. de absolutione Fratrum quò ad reservata num. 35. Reginaldus in praxi l. 8. cap. 3. sect. 37. Costa in explicatione Bullæ f. 107. Miranda tom. 2. Directorii q. 34. art. 15. concl. 2. Coriolanus de casibus reservat. q. 1. sect. 3. art. 14. Passerellus de privilegiis Minorum cap. 10. & Beja in sum. q. 3. casu 16.*

P. Suar.
Garcia
Ledesma
Flamma
Vecchius
Herrera
Navar.
Ugolin.
Homobon.
Molfesi
Portel
Hieron.
Rodriguez
P. Reginal
Costa
Miranda
Coriolan.
Passarel.
Beja

265 Plura hujus resolutionis fundamenta afferre possemus, unum præter cætera eligo, quod eminentissimus Cardinalis *Lugo* vocat irrefragabile, & certe irrefragabile est. Desumitur ex pluribus declarationibus Summorum Pontificum, qui sæpe interrogati: An Regulares in Bulla Sanctæ Cruciatæ concessa omnibus Fidelibus, quò ad effectum sibi eligendi Confessarium comprehenderentur sub illa clausula, *omnibus Fidelibus*; nam id videbatur cedere in magnum detrimentum disciplinæ religiosæ? semper responderunt nullatenus Regulares sub ea clausula comprehendi ob specialem deformitatem, quam talis concessio habet quò ad illos; in generali enim concessione non veniunt ea, quæ habent specialem deformitatem, *Regul. In generali 81. de regulis jur. in 6.*

266 Certe ita declaravit Alexander VI, requisitus à Cistercienſibus anno 1492. prout refertur in compendio privilegiorum ejusdem Ordinis *verbo Bulla Cruciatæ §. 1.* Ita etiam Innocent. VIII. interrogatus ab Augustinianis, prout refertur in compendio privilegiorum Mendicantium *verbo Confessiones, & confessores §. 6.* & iterum requisitus à Minoribus, prout habetur in eodem compendio *verbo Absolutio quò ad Fratres §. 12.*

267 Ita etiam declaravit Julius III. ad instantiam Dominicanorum anno 1509. prout refert Miranda loco citato. Pius V. anno 1575. 21. Julii, prout refert *Emmanuel Rodriguez in fine explicationis Bullæ.* Leo X. requisitus à Minoribus, prout habetur in supplemento *folio 60. concessione* 18. & in compendio *Verbo Absolutio ordinaria quò ad Fratres §. 21.* qui Leo prohibuit omnibus Fratribus, & Monialibus ejusdem Religionis sub pœna excommunicationis ipso facto, Bulla ne uterentur quò ad istam partem absque licentia suorum Superiorum, prout habetur in supplemento *concess.* 144. & refertur in compendio citato §. 12. Adde Sixtum IV. interrogatum à Fratribus Divi Hieronymi, prout refert *Hieronymus Rodriguez loco citato.*

268 Ita similiter declaravit Clemens VIII. sua illa Bulla die 23. Novembris anno 1599. edita; incipit: *Romani Pontificis*, & refertur *tom. 3. Bullarii num. 64.* Ibi: *Concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis cum Fratribus, ac Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, ac Congregationum cujuscumque instituti Mendicantium, tam provinciæ Hispaniæ, quam extra eam ubilibet, locum minime habere, neque censeri, sed suæ intentionis fuisse, quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subjecti essent.* Hanc declarationem Clementis confirmavit Paulus V. prout refert *Garcia in additionibus ad 2. p. de beneficiis cap. 5. num. 64.*

269 Idem declaravit Gregor. XIII. anno 1571. quodam motu proprio ad

perpe-

perpetuam rei memoriam pro Fratribus, & Monialibus Ordinis Prædicatorũ prout refert *Costa loco citato.*

270 Quod postea idemmet Gregorius pro Religiosis nostræ Societatis etiam declaravit in Bulla, quæ incipit: *Decet Romanum* die 3. Maii anno 1575. prout refertur in compendio privilegiorum nostræ Societatis *verbo Absolutio* §. 11. Ibi: *Non esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut Sedis Apostolicæ, ut personæ Societatis absque expressa Superioris ejusdem Societatis licentia utantur privilegiis, quæ in Iubilæis, Bullis Cruciatæ, confessionalibus, aut aliis quibusvis Apostolicis indultis, sive communitatibus, sive privatis personis, sive piis locis quomodocumque aliter hucusque concessa, aut in posterum concedenda, etiamsi in illis expresse indulgeatur, ut omnes Regulares etiam Mendicantes ejusmodi facultatibus uti possint.*

271 Idem pro iisdem Religiosis nostræ Societatis declaravit Clemens VIII. motu proprio edito 14. Junii anno 1595. Ibi: *Nulli Religiosorum Societatis licere facultatibus Cruciatæ in quacumque mundi parte publicatæ, vel publicandæ quò ad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem à casibus reservatis uti; nec eis quò ad hanc eligendi Confessarium, & obtinendi absolutionem prædictam facultatem Cruciatæ hujusmodi suffragari: sublata omnibus Ordinariis, & Delegatis aliter judicandi, & interpretandi facultate.*

272 Idem etiam pro Religiosis nostræ Societatis declaravit Gregorius XV. 26. Februarii anno 1622. in Bulla, quæ incipit: *Romanus Pontifex.* Ibi: *Motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus nulli Religiosorum ejusdem Societatis licere facultatibus Cruciatæ hujusmodi in quacumque mundi parte publicatæ, vel publicandæ quò ad eligendum Confessarium, & obtinendi absolutionem à casibus reservatis uti, nec ei, quò ad hanc eligendi Confessarium, & obtinendi absolutionem prædictam facultatem Cruciatæ hujusmodi suffragari, minusque præsentes literas sub quibuscumque ejusdem Cruciatæ concessionibus, extensionibus, prorogationibus, & confirmationibus factis, & pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi; sicque per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, sublata eis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam scienter, vel ignoranter quavis authoritate contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque, &c.*

273 Hoc iterum iisdem verbis confirmavit Urbanus VIII. 31. Maii anno 1629. in Bulla, quæ incipit *Romanus Pontifex*, quam perlegens *Seraphinus de Freitas* suo illo tractatu supra relato, certè Ecclesiæ Dei sparum utili, dixit solum obligare professos Societatis. Miror hominis sententiam, unde enim colligit, quod solum obliget professos, & non alios Religiosos Societatis, cum Bulla dicat nulli Religiosorum Societatis id licere? Credidit forsan homo solos professos nostræ Societatis esse religiosos; cum tamen etiam alios, qui, peracto biennio novitiatus, tria vota simplicia emittunt, esse vere religiosos definitũ sit à Gregorio XIII. in Bulla *Ascendente Domino*, quæ refertur in literis Apostolicis nostræ Societatis. Quid doctori isti cum Bullis nostræ Societatis, & cur literas nostras nobis explicare vult, cum non didicerit?

274 Unde merito nostra sexta Congregatio Generalis decreto 5. gravissime edixit, *Nemo ut nostrorum audeat, vel docere, vel in praxi contrariam tenere sententiam, quare nec Sacerdotes absolvere quemquam ad se cum reservatis casibus accedentem præsumant, nec qui accedunt tutos se ullo modo in conscientia, quasi rite absolutos, arbitrentur; siquem vero constaret illam doctrinam docere, vel aliis persuadere tamquam probabilem, eum Provinciales tamquam Societati maxime noxium debitis pœnis coerceant.*

§ 8.

Ex novissima declaratione Urbani VIII. res concluditur.

275 *Bulla Urbani VIII. novissima.*

276 *Deceperunt hactenus Regulares illi, qui affirmabant posse eos uti Bulla Cruciatæ quoad effectum eligendi Confessarium.*

277 *In generali concessione Cruciatæ nunquam comprehensi fuerunt Regulares.*

278 *Regulares non indigent privilegiis, quibus eximuntur à Bulla.*
279 *Solemnitates, quæ requiruntur, ut quis eximatur ab aliquo contractu oneroso, non habent locum in Regularibus respectu Bullæ Cruciatæ, & quare?*
280 *Post declarationem Urbani VIII. est falsa, & erronea opinio contraria.*
281 *Præcluditur prima responsio adversariorum, quatenus dicebant Bullas Summorum Pontificum esse subreptitias.*
282 *Præcluditur secunda responsio, quatenus dicebant per sequentem publicationem Bullæ omnia Regularium privilegia quassari, ac tolli.*
283 *Præcluditur tertia responsio, quatenus dicebant illas Bullas nō esse publicatas, nec forte acceptatas.*
284 *Quare decreta, & leges Pontificiæ indigeant promulgatione, non ita declarationes?*
285 *Præcluditur quarta responsio, quatenus dicebant quemlibet Summorum Pontificum suam tantum, & non successoris intentionem declarare.*

ETsi declarationes hactenus relatæ, quibus Summi Pontifices decursu temporum interrogati ab unaquaque Religione de sui comprehensione in Bulla Cruciatæ semper responderunt in illa quò ad effectum eligendi Confessarium non comprehendi, viderentur satis: occasione tamen aliquorum Tractatuum, quorum vires supra retulimus, & eorum Authorum, qui adhuc pro contraria sententia contendebant, Urbanus VIII. ut omnem finiret controversiam, & locum omnino præcluderet opinioni contrariæ, declarationem edidit novissimam, eamque, ut una vice rem cōcluderet, ad omnes Regulares tam Mendicantes, quam non Mendicantes ampliavit Bullā, quæ incipit: *In specula militantis,* 19. Junii anno 1630. Hisce verbis.

275 *Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine concessionem Sanctæ Cruciatæ, quantum ad articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis cum Fratribus, & Monialibus Fratrum prædicatorum, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatisque, & Instituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium, tam provinciæ Hispaniæ, quam extra eam ubilibet constitutorum, locum minime habuisse, nec habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse; sed nostræ intentionis fuisse & esse, quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, seu confessionis administrationem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ, quò ad sibi reservata, subjecti sint: earundem tenore præsentium perpetuo declaramus, decernentes præsentes nostras literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis intentionis vitio, seu nostro, aut alio quocumque defectu à quoquam impugnari non posse; sicque, & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscunque judices ordinarios, & legatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, ac sedis Apostolicæ nuncios, ac Cruciatæ Commissarios, & quosvis alios quavis authoritate fungentes, sublata eis, & eorumcuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, interpretari, ac judicari debere irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, &c.* Sequuntur aliæ clausulæ notabiles, quæ videri possunt in ipsa Bulla, prout refertur 4. tomo Bullarii sub Urbano VIII. *num.* 105.

Ego inter alias hujus Bullæ Urbani VIII. clausulas, illam potissimum ponderatam velim, nimirum Bullam Cruciatæ quò ad effectum eligendi Confessarium in Regularibus *locum minime habuisse, nec habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse.* Ex quo.

276 Infero primo evidenter, hactenus decepisse Regulares eos, qui dicebant posse illos sine licentia suorum Prælatorum uti Bulla Cruciatæ, quò ad effectum eligendi Confessarium, nam illi dicebant etiam ipsos comprehendi in generali concessione Bullæ facta omnibus Fidelibus, ac proinde Bullam Cruciatæ etiam in ipsis locum habere, eisque suffragari. Urbanus vero VIII. contrarium declarat, & dicit nunquam in illis *locum habuisse, neque habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse;* itaque illi dicebant Bullam in Regularibus tunc locum habere: & Urbanus declarat non habuisse: illi dicebant Bullam in Regularibus tunc suffragari posse; & Urbanus declarat non potuisse.

277 Infero secundo etiam eviden-

ter, in concessione generali Cruciatæ facta omnibus Fidelibus, nunquam sub illa clausula, *Omnibus Fidelibus*, comprehensos fuisse Regulares, nam si aliquando fuere comprehensi, aliquando Bulla in illis locum habuit, eisque suffragari potuit; at Urbanus VIII. declarat Bullam in illis nunquam locum habuisse, nec eis ullo modo suffragari potuisse: ergo nunquam in ea, sub clausula, *Omnibus Fidelibus*, fuere comprehensi.

278 Infero tertio cum eadem evidentia, Regulares nō indigere privilegiis, quibus eximantur à Bulla, nam non eximuntur à Bulla, nisi qui in ea sunt, aut fuerunt comprehensi, at Regulares nunquā in Bulla fuere comprehensi, ut Urbanus declarat loco citato.

279 Infero quarto similiter evidenter solemnitates, quæ requiruntur, ut quis eximatur ab aliquo contractu oneroso, non habere locum in regularibus respectu Bullæ Cruciatæ, quantum ad articulum eligendi Confessarium; nam, qui in contractu non comprehenduntur, non indigent aliqua solemnitate, ut ab eo eximantur; at Regulares in contractu Bullæ (si quis est, de quo infra) quantum ad articulum eligendi Confessarium non comprehenduntur, neque quò ad illum unquam comprehensi fuere, ut Urbanus declarat: ergo nullâ indigent solemnitate, ut ab eâ eximantur.

280 Infero quinto similiter evidenter, post hanc declarationem Urbani VIII. non solum esse falsam, sed etiam plusquā falsam opinionem contrariam. Est, inquam, falsa, quia post declarationem Urbani non habet maiorem veritatem, quā ante habebat, & hoc est clarum; nam declaratio Urbani non ei addidit probabilitatem: sed ante illam erat omnino falsa, dicebat enim Bullam habere locum in Regularibus, & illis suffragari posse; Urbanus vero declarat non habere, neque habuisse locum in Regularibus, nec illis suffragari posse, nec potuisse: ergo talis opinio est falsa. Deinde est plusquam falsa, quia est contraria, imo pugnat contradictorie cum declaratione Urbani. nam illa dicit Bullam Cruciatæ locum habere, & habuisse; Urbanus vero dicit locum non habere, nec habuisse; illa dicit Bullam Regularibus suffragari posse, & potuisse; Urbanus dicit, nec illis suffragari posse, nec potuisse.

Nec ego video, quid huic tā manifestæ Urbani declarationi, quam (ut statim ostendam) adversariorum non legit ullus, possit pro eorum opinione responderi. Nam quatuor sunt viæ, & modi dicendi, quibus ante hanc declarationem adversarii ad alias Bullas occurrere solebant.

281 Respondebant enim *primò* esse subreptitias, quia non faciebant mentionem contractûs, & privilegiorum regalium, quibus, nisi eorum fiat expressa mentio, minime derogatur. Verùm huic effugio nullus jam relictus est locus, nam declaratio Urbani non derogat Bullæ, quam Adversarii dicunt esse contractum, & privilegium regale, sed declarat in illo contractu, & privilegio regali, quò ad articulum sibi eligendi Confessarium nunquam comprehensos fuisse Regulares. Et hinc est; quòd Urbanus ibidem decernat suam hanc declarationem non posse argui subreptionis, aut nullitatis vitio. Ibi: *Decernimus præsentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis intentionis vitio, seu nostro, aut alio quocunque defectu à quoquam impugnari non posse.* Quomodò ergo sine erroris, & temeritatis nota potest dici hæc declaratio subreptitia, quam Urbanus decernit non esse subreptitiam:

282 Respondebant *secundò* per sequentem publicationem Bullæ, quæ fit singulis annis, ea omnia privilegia quassari, ac tolli; verum huic solutioni omnis etiam locus præclusus est, quod sic ostendo; nā cum declaratum sit Regulares, quò ad articulum eligendi Confessarium, nunquam in Bulla comprehensos fuisse, manifestum est, neque per ultimam publicationem comprehendi, nam in ultima publicatione non plura comprehenduntur, quam in antecedentibus, sed solum publicatur id, quod comprehensum est in antecedentibus: ergo cum ex declaratione Urbani constet Regulares in antecedentibus publicationibus nunquam fuisse comprehensos, etiam manet evidens in ultima non comprehendi. Et confirmatur evidenter, quia si post publicationem Bullæ factam post privilegia Regulariū, Bulla contra ipsos vigorem obtinuit, ita ut eos comprehenderit, sequitur Bullam in eis aliquando habuisse locum, & eis suffragari potuisse, nimirum statim post publicationem factam consequenter ad ipsa privilegia: at hoc est contra Urbanum, qui dicit Bullam Cruciatæ nunquā in Regularibus habuisse locum, nec eis

suffragari potuisse.

283 Respondebant *tertiò* illas Bullas non esse publicatas, nec forte acceptatas: decreta vero, & leges Pontificias in probabili opinione, de qua nos supra *sect.* 1. donec promulgentur, vel acceptentur non obligare. Huic etiam obviam itum est malo nam, quidquid sit de legibus, ac decretis ecclesiasticis: declarationes alicujus veritatis non indigent promulgatione, aut acceptatione, ut res fuerit vera, aut non. Quod si tu negas, sta rationibus; &, O quisquis es, mecum contende. Age quæso, si declaratio Urbani publicetur, vel acceptetur; fatebere ne tunc Bullam Cruciatæ in Regularibus nũquam locum habuisse? Dicis: fatebor. Infero: ergo locum in illis non habuit, quod sic probo, quia tua modo acceptatio non facit, quòd Bulla locum in Regularibus non habuerit, si enim illum habuit, nec Deus omnipotens potest modo facere, quod illum non habuerit, nam sicut non potest facere fuisse, quod non fuit: ita non potest facere non fuisse, quod fuit: ergo si, te modo acceptante, Bulla locum non habuit in Regularibus, acceptes modo, vel non acceptes, locum in Regularibus non habuit. Non habuit, dicis, quia ego Bullam non accepto; Accepta ergo, quæso; & dices, *habuit*; & quod inde sequitur, tu modo non acceptando, & statim acceptando potes facere illam locum habuisse, & non habuisse, quod neque Deus potest facere.

Demus præterea, quod aliqui hanc Urbani declarationem non acceptaverint, alii vero acceptaverint; certe ratione eorum, qui acceptavere, Bulla nunquam locum habuit in Regularibus: quomodo ergo ratione tui, & aliorum, qui non acceptavêre locum habuit in Regularibus? Non vides evidenter sequi locum habuisse, & non habuisse, & sicut implicat esse, & non esse, non minus implicat fuisse, & non fuisse: habuisse, & non habuisse: suffragari potuisse, & non potuisse: vides quantum sibi implicet impossibile, & quas in chymæras abeat contraria opinio.

284 Dices: Decreta, & leges Pontificiæ non obligant donec promulgentur, vel acceptentur: ergo idem dicendum de declarationibus. Respondeo aliud esse declarationes obligare ad credendum: & sic non obligant, antequam promulgentur; aliud veritatem, quæ in illis declaratur, non esse, nec fuisse antequam ipsæ declarationes promulgentur; veritas est, & fuit ante declarationes; neque dependet ab illis: sed potius à veritate declarationes: non enim veritas est, vel fuit, quia declaratur: sed potius, quia est, & fuit, declaratur.

Instabis: obligatio, quam decreta, & leges continent non est, nec fuit, antequam leges promulgentur, vel acceptentur: ergo neque veritas, quam dèclarationes continent, est, aut fuit antequam declarationes promulgentur; vel acceptentur. Frigida consequentia. Eam nego, & diversa ratio est, quia decreta, & leges causant, & imponunt obligationem: eam autem non imponunt, nisi media promulgatione, vel acceptatione: at declarationes non causant veritatem, imo hæc est, & fuit ante illas, ab eis independenter: nam, ut dixi, veritas non est, vel fuit, quia declaratur, sed potius, quia est; & fuit, declaratur.

285 Respondebant *quartò* quemlibet Summorum Pontificum literis anteactis solùm declarare suæ intentionis non esse comprehendere in *Bulla* Regulares; non tamen intromittere sese in sui successoris futuram intentionem; ac proinde, vivente eo Pontifice, qui declaravit suæ intentionis non esse cõprehendere Regulares, eos non comprehendi; ubi tamen alius Pontifex succedebat, & Bullam publicabat absque declaratione restrictionis mentis suæ, in ea contineri Regulares: Unde fatebantur, dum viveret Clemens VIII, qui declaravit restrictionem suæ mentis in Bulla nõ comprehendi Regulares: at emortuo Clemente, ubi primum successit Paulus V. per proximam sequentem Bullæ publicationem, in ea comprehendi Regulares. Itaque dicebant solùm excludi, vivente Pontifice, qui eos exclusit: at, novo succedente, iterum comprehendi.

Verum huic quoque fugiendi modo nullus etiam locus relictus est, nam, si ille subsisteret, sequeretur Bullam aliquando habuisse locũ in Regularibus, & illis suffragari potuisse, nimirum post mortem Pontificis, qui declaravit restrictionem mentis suæ, saltem dum successor suam quoque restrictionem non declaravit; quo in intermedio potuisset Bulla habere locum in Regularibus, & illis suffragari; at Urbanus dicit nunquam habuisse locum in Regularibus, nec illis ullo modo suffragari potuisse.

Sed

Sed dices Pontificem antecessorem non posse restringere intentionem successoris futuri: & multo minus intentionem suorum antecessorum. Respondeo in nostro casu antecessorem non restringere intentionem successoris, aut prædecessoris, sed declarare, quid per clausulam generalem Bullæ concessæ omnibus Fidelibus nomine *omnium Fidelium* significetur, & decidere non intelligi Regulares ob specialem difficultatem, quæ in eis visitur, si Bulla quò ad articulum eligendi Confessarium in illis locum haberet; relaxaretur enim disciplina regularis: in concessione autē, & clausula generali non veniunt ea, quæ habent specialem difficultatem. Et cur non poterit quilibet Summorum Pontificum declarare significationem hujus clausulæ; & an Regulares in ea comprehensi sint, vel fuerint, necne? Ita ut palam fiat, quod dum hæc clausula fuit, semper retinuerit eamdem significationem: & dum erit, semper eamdem retinebit: nam eadē verba in iisdem terminis semper retinent eamdem significationem.

§. 4.

Diluuntur opinionis contrariæ argumenta.

286 *Quare in generali concessione Cruciatæ non veniant Regulares?*

287 *Quibus privilegiis deroget Bulla Cruciatæ?*

288 *Quare Regulares possint uti Iubilæo solemni quò ad articulum sibi eligendi Confessarium, non vero Bulla Cruciatæ?*

289 *Quare unius Bullæ publicatio non deroget privilegiis Regularium?*

290 *Non potest sine temeritatis nota dici Bullam Urbani VIII. esse subreptitiam.*

291 *Quare id non dici possit de aliis literis Apostolicis ex eo quod non faciant mentionem Cruciatæ concessæ per modum contractus?*

292 *Quare eædem Apostolicæ literæ non possint argui subreptionis ex eo, quod non faciunt mentionem Bullæ concessæ per modum privilegii regalis?*

293 *Occurritur vettio subreptionis titulo, quia scilicet, literæ Apostolicæ non sunt cognitæ in regia Cancellaria.*

294 *An Reges Portugalliæ, & Hispaniæ habeant privilegia, ne ullæ literæ Apostolicæ in suis regnis executioni mandētur, donec solemni ceremonia obtineant regium:* Exequatur?

295 *Qualiter regius senatus in aliquo casu soleat retinere literas Apostolicas.*

296 *Quare Bulla Cruciatæ ex eo, quod sit concessa in favorem boni communis, non prævaleat privilegiis Regularium?*

297 *An sit aliqua legitima consuetudo in Tribunali Sanctæ Cruciatæ, secundum quā articulus eligendi Confessarium extendatur ad Regulares?*

298 *An opinio contraria habeat aliquam probabilitatem intrinsecam?*

299 *An habeat aliquam probabilitatem extrinsecam?*

300 *An, si aliqui Doctores post novissimam Urbani VIII. declarationem opinionem contrariam inculcarent, illam facerent probabilem?*

301 *Quare Summus Pontifex in Bulla Cruciatæ non excludit expresse Regulares?*

286 SUperest, ut argumentis opinionis cōtrariæ satisfaciamus, quod nō erit admodum difficile, supposito fundamēto nostræ resolutionis: *Ad primum* ergo (quatenus dicit Bullam Cruciatæ concedi omnibus Fidelibus; & Regulares esse fideles, atque eorum nomine venire, maxime in materia favorabili) respondetur in primis: Summos Pontifices declarasse in illa clausula generali quò ad articulum eligendi Confessarium in terminis Bullæ non intelligi, nec unquam intellectos fuisse Regulares; & ratio hujus exclusionis, tametsi id Summi Pontifices non declarassent, est manifesta, quia in generali concessione non veniunt ea, quæ habent specialem deformitatem. *Regula In generali* 81. *de regulis juris in* 6. & *Cap. Si Episcopus de pœnit.* & *remissionib. in* 6. at concessio Bullæ Cruciatæ facta omnibus Fidelibus quò ad articulum eligendi Confessarium habet specialem deformitatem in Regularibus. nam si (ut ex *Diana, Tambur.* & aliis supra retulimus) haberet locū in Regularibus corrueret disciplina religiosa; & hoc Gregorius XV. in Bulla, quæ incipit: *Romanus Pontifex* 26. Februarii anno 1622. declaravit. Ibi: *Sane cum ratio doceat, & experientia compertum sit Religionibus valde perniciosum existere, si*

eorum

eorum Religiosis licitum sit Confessarium sibi eligere, &c. Idem habetur in Bulla Clementis VIII. ad instantiam Carmelitarum edita. Idem in Bulla Gregorii XIII. Idem in Bulla Pii V. & in Bulla Urbani VIII.

287 *Ad secundum*, quatenus asserit Bullam Cruciatæ derogare omnibus privilegiis contrariis, respondeo derogare omnibus privilegiis, quæ sunt contraria gratiis, quæ in Bulla conceduntur: at gratia eligendi Confessarium sine licentia Prælati non conceditur in Bulla, neque unquam concessa est Regularibus, ut ipsi Pontifices declararunt. Itaque hæc privilegia Regularium non sunt contraria Bullæ quò ad articulum eligendi Confessarium, quia quò ad illum Bulla non conceditur, neque unquam concessa est Regularibus.

288 Et hinc manifesta fit maior ratio, cur Regulares possint uti Jubilæo solemni quò ad articulum sibi eligendi Confessarium, non verò Bulla Cruciatæ: nam Jubilæus etiam quò ad hunc articulum conceditur Regularibus, idque tum, quia ita in eo exprimitur, (ut videre est in tenore plumbeo hujus ultimi Jubilæi concessi ab Innocentio X. anno 1645) tum quia, licet non exprimatur, ita declararunt Summi Pontifices, dicendo suæ intentionis esse, ut Regulares utantur Jubilæo solemni etiam quò ad articulum eligendi Confessarium, ut cum communi tenet *Cunha tract. de Jubilæo cap. 10. num. 2.* & de hoc extat quædam Sacræ Congregationis declaratio his verbis: *Sanctissimus Dominus noster declaravit tempore Jubilæi posse omnes Regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus ab Ordinario ad audiendas confessiones approbatis &c.* Itaque voluerunt Romani Pontifices comprehendere in Jubilæo Regulares, & noluerunt illos comprehendere in Bulla, & utrumque expresse declararunt.

289 Hinc etiam magna cum evidentia desumitur maior ratio, cur annua publicatio Bullæ Cruciatæ non deroget privilegiis Regularium; annua vero publicatio Bullæ Cœnæ maxime, & est hæc, quia ultima publicatio constituit Bullam in suo primo vigore derogando omnibus contrariis: at vero Bulla Cruciatæ in suo primo vigore non comprehendit Regulares quò ad articulum eligendi Confessarium sine licentia Superiorum, neque bullæ privilegia Regularium sunt contraria: at Bulla Cœnæ in suo primo vigore reservat soli Summo Pontifici casus in ea contentos, auferendo jurisdictionem ab omnibus aliis etiam Regularibus, & derogando omnibus privilegiis contrariis concessis in genere, vel specie: ultima ergo publicatio constituit Bullâ Cœnæ in hoc primo vigore, & derogat privilegiis Regularium concessis in genere, vel specie.

290 *Ad tertium*, quo Adversarii contendebant Bullas, & literas Apostolicas eximentes Regulares à Sancta Cruciata debere censeri subreptitias, & nullius roboris, respondetur id in primis non posse sine temeritatis nota dici de novissima Bulla Urbani VIII. Ibi: *Decernentes præsentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis intentionis vitio, seu nostro, aut alio quocumque defectu à quoquã impugnari non posse, &c.*

291 Sed neque id dici potest de aliis literis Apostolicis ex primo titulo, quòd non faciant mentionem Bullæ Cruciatæ concessæ per modum contractus, cui aliter Adversarii dicunt non posse derogari. Omitto hic quæstionem, quam Moderni putant esse magni momenti, an Sancta Bulla Cruciatæ concedatur regi per modũ contractus: an non? In hoc ego puncto vidi sæpe maximum pulverem, & clamorem excitari, nam, qui pro Bulla pugnant contra privilegia Regularium, putant, rem conficere, si ostendant Bullam esse concessam Regi per modum contractus; dicũt enim cõcessioni factæ per modũ cõtractus nullo modo per privilegia cõtraria derogari, nisi in eis fiat specialis mentio talis cõcessionis factæ per modũ cõtractus; & cum in privilegiis Regulariũ non fiat mentio Bullæ concessæ per modum cõtractus, concludunt per nulla Regularium privilegia Bullæ derogari. E contra vero, quia adversus Bullam pro privilegiis pugnant Regularium, totis nervis, ac viribus resistunt, renuuntque admittere Bullam esse Regi concessam per modum contractus, quia sic facilius putant sese defendere, & monstrare per privilegia Regularium Bullæ derogari.

Ego nolo immorari in hoc puncto; sit bonis avibus tua Bulla meo Regi concessa per modum contractus, non quòd ad nittam inter Reges, & Summos Pontifices pacisci de pecuniis pro indulgentiis inito contractu: hic enim esset Simoniacus, & cùm ad gustum hæreticorum, tum à Regibus, & à Summis Pontificibus maxime

xime alienus: sed quia Summi Pontifices concedunt regibus Bullam Cruciatæ, nec non ejus eleemosynas pro stipendiis militum contra infideles, earum tamen determinatam partem reservant pro fabrica Sancti Petri: ad eum modum, quo similiter beneficia conferre consuevere, huic tamen, vel illi, prout volunt, determinatam pensionem reservant. Qui modus cōcedendi an sit per modum contractus, an non? Ego tibi libenter concedo esse per modum contractus. Age dum habes Bullam concessam per modum cōtractus, quid deinde?

Infers: ergo privilegia Regularium non derogant Bullæ, siquidem non faciunt mentionem illius concessæ per modum contractus. Respondeo supponere te falsum; supponis enim Bullam Cruciatæ concessam regi per modum contractus comprehendere, aut unquam comprehendisse Regulares quò ad articulum sibi eligendi Confessarium sine licentia suorum Prælatorum. Bulla Cruciatæ cōprehendens quò ad hunc articulum Regulares nullo modo unquam concessa est regi, neque per modum contractus, neque per modum non contractus. Quomodo ergo declarationes Apostolicæ debuerunt facere mentionem Bullæ Cruciatæ regi concessæ quò ad istud punctum per modum contractus, si quò ad illud nunquam regi fuit concessa, neque per modum contractus, neque per modum non contractus? Instas: aliter non revocatur Bulla concessa per modum contractus. Hæc instantia non jam instantia, sed pertinacia est; instare meus adversarius definit, & incipit esse obstinatus. Non vides, ò homo, Bullam comprehendentem quò ad hoc punctum Regulares nunquam esse regi cōcessam per modū cōtractus, aut per modū non contractus? Audi Urbanum VIII. *Concessionem Bullæ, quò ad articulum eligendi Confessarium in Regularibus locū minime habuisse, neque habere; nec illis ullomodo suffragari potuisse, neq; posse perpetuo declaramus.* Si non vides hanc declarationem adeo claram, i, pete à Deo oculos, ut videas.

292 Jam vero ad secundum titulum subreptionis gradum faciamus, quo Adversarii contendebant privilegia Regularium esse subreptitia, nec Bullæ Cruciatæ derogare, quia non faciunt mentionem Bullæ concessæ per modum privilegii regalis; privilegia enim regalia non censentur revocari, nisi eorum fiat expressa, specifica, & individualis mentio. En alius nodus, moraque meorum, quibus cum disputo. Respondeo uno verbo, & responsio patet ex dictis, assero enim sanctam Cruciatam prout est privilegium regale non comprehendere Religiosos quò ad articulum sibi eligendi Confessarium absque licentia Prælati. Itaque Bulla comprehendens quò ad hoc punctum Regulares non conceditur regi, nec est, aut unquam fuit privilegium regale. ad quid ergo oportuit fecisse Summos Pontifices in suis declarationibus quò ad hoc punctum mentionem de Bulla, prout est privilegium regale, si quò ad hoc punctū illa non est privilegium regale?

293 Quod vero attinet ad tertium titulum subreptionis, dicendum est continere falsum: at dato, quod contineret verum; inferre falsissimum; continet, inquam, falsum, quia dicit Reges Portugalliæ, & Hispaniæ habere privilegia, ne ullæ literæ Apostolicæ in suis regnis executioni mandentur, donec recognoscantur in suis Chancellariis, si forte cedant in damnum regni, & donec solemni cæremonia obtineant regium *Exequatur*.

294 Hoc omnino falsum est: nam dicti Reges non habent tale privilegium. Vide *Cenedo in collectaneis ad Decretales collect. 5. num. 4.* ubi hoc tractat ex professo. Et licet asserat convenientissimum fore, ut Reges Hispaniæ haberent dictum privilegium, concludit tamen de facto illud non habere. Idem asserunt *Guerrer. de consiliis cap. 12. versiculo ...as esto, & Bobadilla in Politica l. 2. cap. 18. num. 208. litera D.* citans *Vvivaldum, Rojas, & alios.* Idem cum pluribus docet *D. Franciscus Salgado de retentione Bullarum 1. p. cap. 2. à num. 31.*

295 Addunt tamen hi Doctores solere regium senatum in Hispania avocare ad se literas Apostolicas in aliquibus casibus spectantibus ad regiam protectionem; easque retinere, donec Summus Pōtifex melius informetur. Verùm hic notanda sunt tria. Primum, hoc solum esse in aliquibus casibus regiæ protectionis, qualis non est casus absolutionis Regularium à suis peccatis absque licentia Prælati. Secundum, etiam in illis casibus regiæ protectionis, nisi per aliquod speciale decretum literæ ad senatum evocentur, posse executioni mandari, & in nostro casu literæ non sunt, neque fuere avoca-

avocatæ ad senatum, in eo ve retentæ. Tertium retentionem literarum in senatu solum impedire promulgationem: non tamen facere, quod literæ Apostolicæ declaratoriæ alicujus veritatis non sint veræ; quamvis ergo in senatu retinerentur literæ Apostolicæ declarantes Regulares nunquam comprehensos fuisse in Bulla Cruciatæ quò ad articulum eligendi Confessarium, adhuc ipsæ literæ essent veræ, & adhuc verum, quod nunquam Regulares quò ad articulum eligendi Confessarium in Bulla fuerint comprehensi.

Ex quo patet illud, quod assumitur in argumento, non solum esse falsum, sed, dato quod esset verum, inferre falsissimum, nam licet reges habuerint privilegia ad retinendas in suis Chancellariis literas Apostolicas donec eas recognoscerent, & dato, quod de facto ibi retentæ essent literæ Urbani VIII. declarantes in Bulla quò ad articulum eligendi Confessarium nunquam comprehensos fuisse Regulares, adhuc hoc punctum declaratum esset verum, hoc est adhuc verum esset Regulares quò ad articulum eligendi Cõfessarium nunquam in Bulla fuisse comprehensos.

296 *Ad quartum* (quatenus dicit, quando duo privilegia sibi mutuo contrariantur, prævalere, quod est concessum in favorem boni communis; sanctam vero Cruciatam esse in favorem boni communis, nimirum in defensionem Ecclesiæ ab infidelibus; & non ita exceptionẽ, & privilegium indultum Regularibus) respondeo quando duo privilegia contrariantur, prævalere illud, quod est concessum in favorem boni communis, in ea tamen amplitudine, in qua concessum est, & non in maiori; Bulla vero Cruciatæ nunquam sub his terminis concessa est in ea amplitudine, quæ Regulares quò ad articulum eligendi Confessarium comprehenderet: ergo in sua hac amplitudine manebit Bulla, non obstantibus privilegiis contrariis, & non in maiori, quæ Regulares comprehendat. Itaque quando conceditur privilegium particulare alicui, non ampliatur commune contrarium, sed manet in sua amplitudine, quam habebat: cum ergo Bulla quò ad articulum eligendi Confessarium, non comprehẽderit Regulares ante declarationes, & privilegia Regularium, neque eos post illa comprehendet.

297 *Ad quintum* deductum ex praxi, & consuetudine, quæ in tribunali sanctæ Cruciatæ observatur, secundum quam articulus eligendi Confessarium etiam dicitur extendi ad Regulares, respondetur illam consuetudinem non esse, neque fuisse legitimam, tum quia fundabatur in ignorantia, qua aliqui putabant Summos Pontifices extendere Cruciatam etiam quò ad hunc articulum ad Regulares: at Summi Pontifices jam declararunt id intentionis, & mentis suæ nunquam extitisse; tum quia Summi Pontifices nunquam talem consuetudinem approbarunt, sed ubi de ea notitiam habuere abrogarunt: ut patet ex tenore Bullarum, quas supra retulimus. Et sane Urbanus VIII. ea non obstante, declarat Cruciatam in Regularibus locum minime habuisse, nec habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, nec posse.

298 *Ad sextum* quo tandem suus pro Adversariis in campum descendit Achilles, & asserit negari non posse opinionem contrariam esse probabilem, in primis: quia habet probabilitatem intrinsecam, nimirum optimas rationes: sed has tua bona cum venia, ò Achilles, ostendi non esse optimas: imo nullam probabilitatem continere post tot declarationes Sũmorum Pontificum, maxime post declarationem Urbani VIII.

299 Deinde asserit negari non posse habere probabilitatem saltem extrinsecã, videlicet tot patronos viros sapientes, quorum vel unus, quia doctus, ac probus, satis erat ad constituendam opinionem probabilem: respondeo in primis nonnullos è Doctoribus, qui referuntur pro parte contraria minus bene allegari, nam *Emmanuel Rodriguez* expresse est pro nostra sententia in *explicatione Cruciatæ §. 9. num. 24. & in qq. Regularium to. 1. q. 21. art. 10. §. Dico 4. & t. 3. summæ cap. 27. concl. 2. Ioannes Sanchez* etiam non bene pro opinione contraria allegatur *in selectis disp. 44. à num. 10.* ubi nostram sententiam acriter propugnat. Basilius Ponce etiam falso allegatur, aperte enim stat pro nostra sententia *l. 5. de matr. cap. 2c. num. 7.* similiter falso allegatur *Ioannes Valer. in differentiis utriusque fori: verbo Bulla Cruciatæ, differentia 1. fol. 42. conclus. 5.* ibi enim dicit Regulares quò ad Sacramentum pœnitentiæ, non obstante Bulla, debere stare ordinatione suorũ Prælatorum.

Dein-

Deinde, quidquid sit de veritate taliũ allegationum: assero nullum ex citatis Doctoribus vidisse novissimam declarationem Urbani VIII. nam eorum junior *Joannes de la Cruz* tomum suum typis mãdavit anno 1626. & Bulla Urbani VIII. fuit edita anno 1630 *Seraphinus de Freitas* suum Tractatum scripsit anno 1630. sed 15. Junii, & Bulla Urbani ad Valvas Sancti Petri affixa est eodem anno, sed 19. Junii, dies quatuor post. Ille alius Tractatus Lusitanus, cui subscripsere Doctores Conimbricenses, traditus Prælato est eodem anno die 30. Decembris sex menses post expeditionem Bullæ Urbani, quo tempore illi Doctores eam poterant vidisse, sed sane non videre, ut nobis ipsi testati sunt, fortè quia non dum Bulla Urbani nostram Lusitaniam pervenerat; certe nullam illius mentionem faciunt, sed solùm alterius Bullæ ejusdem Urbani concessæ nostræ Societati anno 1629. 31. Maii, quam supra retulimus. Credo ego homines doctos, ac timoratos, (quos optime novi) si Bullam Urbani vidissent, eam veneraturos, nec tali tractatui subscripturos.

Idem assero ad declarationes D. Antonii Mascarenhas Commissarii sanctæ Cruciatæ; omnes enim prodiere ante dictam Bullam Urbani VIII. nam prima edita est anno 1621. secunda anno 1629. tertia, & novissima anno 1630. 7. Martii: at vero Bulla Urbani VIII. lucem vidit, ut diximus, anno 1630. 19. Junii. Adde, quòd Urbanus loco citato aufert omnibus, etiam Commissariis potestatem aliter explicandi, & interpretandi Cruciatam. Ibi. *Cruciatæ Commissarios, & quosvis alios, quavis authoritate fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate.*

300 Præterea dato, quod omnes hi Authores scripsissent post dictam Bullam Urbani VIII. adhuc non facerent opinionem probabilem contra illam, non solum, quia non ponderant ejus vires, nec faciunt mentionem illius, sed quia authoritas Doctorum, & si plurium, ac sapientissimorum, non facit opinionem probabilem, quando obstat textus in contrarium, ut est communis sententia apud *Castro Palao tom. 1. tract. 1. disp. 2. p. 1. num. 4.* ubi asserit ad probabilitatem opinionis non sufficere authoritatem Doctorum, si à Sede Apostolica improbabilis judicetur. *Arriaga tom. 1. in 1. 2. disp. 24. num: 13.* non opinionem, sed errorem appellat Doctorum sententiam, quæ alicui textui, vel canoni contrariatur *Baldellus l. 4. de consc. d. 11. num. 4.* asserit Doctorum opiniones dupliciter fieri absoletas, & improbabiles: primo, quia alicui contra illas occurrit de novo aliqua ratio efficax. Secundo, quia contra illas conditus est de novo aliquis textus, aut constitutio.

Omnia, dicis, recte habent, sed adhuc unus scrupulus animum mordet. Si Summus Pontifex, inquis, non vult concedere Bullam Regularibus quò ad articulum eligendi Confessarium, cur non dicit expresse in ipsa Bulla se illam quò ad hunc articulum non concedere Regularibus? Antequam hunc scrupulum amoveam tuum, amove tu, quæso, & istum meum. Si Summi Pontifices volunt Bullam Cruciatæ habere locum in Regularibus, cur tot declarationibus dicunt illam in eis locum non habere? Interim respondeo ad tuum, asseroque eam expressionem nõ requiri, nec forte expedire. In primis non requiritur, quia in Bulla sufficienter dicitur Regulares non posse ea uti quò ad articulum eligendi Confessarium sine licentia suorum Prælatorum; nam in fine Bullæ plumbeæ, cum concluditur omnes gratias in ea contentas valere, non obstãtibus quibuscumque privilegiis contrariis, statim subjungitur, Exceptis iis, quæ conceduntur Prælatis, ac Superioribus Mendicantium, & talia sunt omnia quæ declarant ipsos non posse uti Bulla Cruciatæ, quò ad effectum eligendi Confessarium.

Deinde non fuit expediens, quia Summus Pontifex, etiamsi in Bulla non includat Regulares quò ad articulum eligẽdi Confessarium sine licentia suorum Prælatorum, absolute eos non excludit cum subordinatione, & subjectione ad suos Prælatos, quam subjectionem; & subordinationem nolunt Summi Pontifices eis præcipere in Bulla, quia in Bulla solum ponuntur ea, quæ faciunt ad ejus gratias, & indulgentias, & ad has solum spectat non exclusisse Regulares. Declarare autem, quod illi nequeunt uti Bulla, sicut neque aliis indultis, quò ad articulum eligendi Confessarium absque subjectione, & suborbinatione ad suos Prælatos, non spectat ad Bullam, quia hoc non est ejus gratia; sed spectat ad specialia privilegia Religionum, quarum hæc declaratio

ratio gratia est. Itaque Bulla non est locus aptus, nisi ad gratias ipsius Bullæ, nõ vero ad Religionum gratias, has non in Bulla referri congruit, sed in aliis specialibus Religionum indultis, & hic fuit semper stylus Curiæ, praxisque magis expediens.

§. 5.

An Regulares vi Cruciatæ possint absolvi, saltem à Confessariis ordinariis à Prælato deputatis pro eorum confessionibus? Et an saltem possint ab aliis absolvi, quò ad non Reservata?

301 *Ratio dubitandi quò ad absolutionem à Reservatis ferendam per Confessarios ordinarios.*

302 *Ratio dubitandi quò ad absolutionem à non Reservatis.*

303 *Traditur, & firmatur vera resolutio.*

301 QUæres: An Regulares absque licentia suorum Prælatorum vi Cruciatæ possint absolvi à reservatis per Confessarios ordinarios à Prælato deputatos pro eorum confessionibus? Et an possint per alios absolvi à non reservatis? Disputo has duas quæstiones, quia non videntur resolutæ ex hactenus dictis, nam in proxima difficultate solum resolvimus non posse Regulares vi Bullæ libere eligere quemcumque Confessariũ, qui eos possit absolvere à reservatis. Et sane Clemens VIII. suo illo decreto supra relato, solum videtur tollere hanc liberam electionem cujuscumque Confessarii. Ibi: *Et illorum prætextu eligunt Confessorem aliquem præter eos, qui à suis Prælatis eorum confessionibus deputati sunt, quod in eorum vergit detrimentum, &* Gregorius XV. loco citato ait: *Sane cum ratio doceat, & experientia compertum sit Religionibus valde perniciosum existere, ut earum Religiosis licitum sit Confessarium sibi eligere, &c.*

Unde posse Regulares vi Cruciatæ absolvi à reservatis per suos Cõfessarios ordinarios absque ulla licentia Prælati opinatur *Villalobos 1. p. sum. tract. 27. clausula 9. §. 2. num. 13.* ubi ita sentire ait viros doctissimos, *Ioannem Alphonsum Curielem, Augustinum Antollinez, Petrum Cornejum, Ferdinandum de Campo* omnes lectores primarios Sacræ Theologiæ in Academia Salmanticensi. Et idem affirmasse asserit *Patres Magistros sacræ Theologiæ collegii Societatis IESU Salmanticensis.* Hanc etiam opinionem probabilem existimat *Diana 1. p. tract. 11. de Bulla Cruciata resol. 14.* Villal. Diana

302 Alii Doctores, quos citat, & sequitur *Emmanuel Rodriguez in summa tom. 3. cap. 7. num. 2.* fine, quos etiam probabiliter locutos dicit *Diana cit.* & sequitur *Escobar in Theolog. morali tract. 1. examin. 17. cap. 5. num. 131.* contendunt Summos Pontifices suis illis Brevibus, ac Bullis supra relatis solum tollere electionem Confessariorum quò ad reservata, non quò ad non reservata; unde opinantur posse Regulares ex vi sanctæ Cruciatæ eligere Confessorem, qui eos absolvere possit non quidem à reservatis, sed à non reservatis: hoc probant ex citatis Bullis Clementis VIII. Gregor. XIII. & Pii V. quatenus dicunt non posse Regulares uti Bulla Cruciatæ, quò ad articulum eligendi Confessarium, qui eos possit absolvere à reservatis; non ergo illis tollitur usus Bullæ, quò ad non reseruata, sed solum quò ad reservata: nam inclusio unius est exclusio alterius. Rodrig. Diana. Escobar.

303 Nihilominus quidquid sit de Clementis, & aliorum Summorum Pontificum declarationibus; sane Urbanus VIII. omnem præclusit locum Regularibus, quò ad Sacramentum pœnitentiæ absque licentia suorum Prælatorum sua illa Bulla 19. Junii anno 1630. supra relata. Ibi: *Quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, seu confessionis administrationem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ quò ad sibi reservata, subjecti sint.*

Et ratio est clara, quia si Regulares absque licentia Prælati possint ex deputatis pro monasterio sibi eligere Confessarium quò ad reservata; item si possint eligere quemcumque quò ad non reservata; aliqua sequeretur relaxatio disciplinæ Religiosæ, non quidem tam magna, ac si possint eligere quemlibet etiam quò ad reservata: sed re vera sequeretur aliqualis: nullo ergo modo quò ad articulum eligendi Confessarium, veniunt Regulares in terminis Bullæ sub illa clausula generali con-

li concessa omnibus fidelibus; nam in generali concessione non veniunt ea, quæ habent specialem difficultatem *Regul. In generali* 81. *de reg. juris in* 6.

Dixi, quidquid sit de Clemente, & aliis Pontificibus, non, quod existimem per illorum declarationes sufficienter non declarari Regulares nullo modo posse uti Bulla, quantum ad Sacramentum confessionis; imo puto id sufficienter declarari, quia tollunt eisdem verbis specialiter quò ad Regulares id, quod Bulla concedit generaliter omnibus fidelibus: nam Bulla Cruciatæ dicit Christi fideles posse eligere Confessarium, qui eos possit absolvere à reservatis; Clemens vero, & alii Pontifices declarant Regulares non posse eligere talem Confessarium, qui nimirum eos possit absolvere à reservatis: totum ergo, quòd Bulla Cruciatæ quantum ad Sacramentum confessionis concedit omnibus Christi fidelibus, declarant Clemens, & alii Pontifices non habere locum in Regularibus; quidquid tamen sit de istis declarationibus, id expressius declarat Urbanus VIII.

§. 6.

Qui casus possint absolvi virtute Bullæ.

304 *An virtute Bullæ Cruciatæ possint toties quoties absolvi casus Sedi Apostolicæ reservati occulti? Refertur pars negativa.*
305 *Præfertur resolutio affirmativa.*
306 *Convellitur fundamentum partis negativæ.*

304 Secunda difficultas: qui casus possint absolvi virtute Cruciatæ? Et quæri potest primò. An non solum semel in vita, & semel in morte, sed toties quoties possint absolvi casus Sedi Apostolicæ reservati occulti? Negant *Henriq. lib.* 6. *de pœnit. cap.* 14. *num.* 7. & *Bañes* 2. 2. *q.* 54. *art. ult. ad finem*, quia Bulla loquens de casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolute dicit solum posse absolvi semel in vita, & semel in morte. P. Henriq. Bañes

305 Nihilominus probabilius dicendum posse absolvi toties quoties. Ita *Sánchez l.* 4. *Decal. cap.* 54. *num.* 27. cui subscribit *Bassæus in suis floribus verbo Casus reservatus n.* 39. Probatur, quia hi casus occulti facti sunt Episcopales; hoc est dignitati Episcopali perpetuo annexi, ut constat ex Concilio Trident. *sess.* 24. *c.* 6. de reformatione; at Bulla Cruciatæ indulget potestatem ad absolvendum à casibus Episcopalibus absque ulla limitatione toties quoties. Quid autem veniat nomine casuum occultorum, diximus *à numero* 54. P. Sáchez. Bassæus

306 Neque obstat fundamentum opinionis contrariæ, dicendum enim est, cum Bulla limitat absolutionem à casibus Sedi Apostolicæ reservatis, ut solum possint absolvi semel in vita, & semel in morte, loqui de casibus notoriis, quia solum hi sunt Papales, non de occultis; quia sūt Episcopales.

§. 7.

Quæ censuræ possint absolvi virtute Bullæ?

307 *An possint absolvi nominatim excommunicati, vel publici percussores Clericorum, vel ille, cujus excommunicatio sit deducta ad forum contentiosum, lite pendente?*
308 *Proponitur opinio negantium.* Ibidem. *Proponitur resolutio affirmativa.*
309 *Enodantur fundamenta opinionis contrariæ.*
310 *An hujusmodi absolutio possit fieri extra confessionem? Proponitur pars negativa.*
311 *Asseritur resolutio affirmativa, & solvuntur rationes partis oppositæ.*

307 Tertia difficultas: Quæ censuræ possint absolvi virtute Cruciatæ? Et quia de aliis constat ex tenore ipsius Bullæ, solum dubitari, & quæri potest primo: An possint absolvi nominatim excommunicati, vel publici percussores Clericorum, vel quivis alius, cujus excommunicatio deducta sit ad forum contentiosum, lite pendente? Negant *Avila cum pluribus de cens. p.* 2. *cap.* 7. *disp.* 3. *dub.* 10. *concl.* 4. *Coninck de Sacram. disp.* 14. *dub.* 16. *n.* 207. *Vasq. de excōmunic. dub.* 20. *num.* 8. *Vega in sum. tom.* 1. *cap.* 6. *casu* 52. Probatur quia talis absolutio esset scandalosa, ut pote quæ jurisdictionis alterius perturbativa. Et confirmatur? Quia Episcopi, quibus à Tridentino *sess.* 24. *cap.* 6. de reformatione permissum est dispensare in omnibus irregu- P. Avila P. Coninck P. Vasq. P. Vega.

 laritatibus,

laritatibus, & suspensionibus occultis, non possunt in deductis ad forum contentiosum. Secundo, quia in generali concessione non veniunt specialiter reservata *Reg. In generali 72. de reg. juris in 6. & Cap. Si Episcopus de pœnitent. & remiss. in 6.*

308 Nihilominus satis probabilis videtur resolutio affirmativa, quam tenet *Sanchez l. 6. Decal. cap. 17. num. 49. Costa q. 50. Sayrus de censur. l. 2. cap. 10. num. 29. Henriq. lib. 8. cap. 60. num. 4. Diana 1. p. tract. 11. resol. 26. Bossius de Iubil. sect. 1. casu 5. num. 1. Navar. in manuali cap. 27. num. 278. Alterius tom. 1. de cens. l. 4. d. 4. cap. 4. dub. 1. in fine, Filliuc. 1. p. tract. 8. cap. 10. num. 264. Pollachius in Bullam Vrbani sect. 42. num. 59. Homob. 1. p. exam. tract. 5. cap. 6. q. 38.* Et probatur, quia in Bulla Cruciatæ nulla apponitur limitatio, & intentio Summi Pontificis est, quòd omnes gaudeant ejus Iubilæo, & ponantur in gratia per susceptionem Sacramenti. Quod dicitur de Bulla Cruciatæ dicendum videtur de privilegiis Mendicantium, ac proinde eos virtute illorum posse à prædictis casibus absolvere, ut notat *Diana citatus §. Sed probabiliorem*, & cum aliis tenet expresse *Bassæus in suis Floribus verbo Casus reservatus num. 39. Layman l. 5. tract. 6. cap. 10. num. 21.*

P. Sãchez, Costa, Sayrus, P. Henriq, Diana, Bossius, Navar., Alterius, P. Filliuc., Pollach., Homobon., Diana, Bassæus, P. Laymã.

309 Neque fundamentum opinionis contrariæ oppositum convincit: nam absolutio Bullæ non prodest in foro externo, ut tenent *Avila cit. d. 12. Costa proxime, Villal. in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 2. num. 24.* citans, *Henriq. Lopez, Gutierr. Covar.* & alios. Unde ita absolutus, licet in secreto possit accedere ad Eucharistiam, & alia Sacramenta, non potest in publico, ratione scandali. *Neque obstat*, quòd Episcopi non possint dispensare in irregularitatibus, & suspensionibus deductis ad forum contentiosum, quia id ita exprimitur in Trident. loco citato: at in Cruciata nulla apponitur limitatio. *Neque obstat secundò*, quòd in generali concessione non veniunt reservata, nam id verum est in generali concessione simplici, non verò, quando concessio est ad reservata, concessio autem facta in Bulla est ad reservata, nam ad non reservata non est necessaria Bulla; Deinde verisimile est Papam hæc in specie concessurum pro foro interno.

P. Avila, Costa, Villalob., P. Henriq, Lopez, Gutterrez, Covar.

310 *Quæri potest secundò*: An hujusmodi absolutio possit fieri extra confessionem. Negat *Filliuc. tract. 11. cap. 9. num. 294. Vasq. cit. dub. 20. num. 9. Sanctarell. de Iubil. tract. 8. dub. 8. Costa cit. q. 50. fine. Fernandez in exam. p. 3. cap. 9. §. 12. num. 4. citans Covar. Navar. & Cordubam*: quibus accedunt *Suar. de censur d. 7. sect. 5. num. 35. Rodrig. in Bullam §. 9. num. 54. distinctione 5.* Probatur primò, quia ita declaravit Pius V. in Bulla Jubilæi anno 1568. Secundo, quia in Cruciata apponitur clausula, *auditis confessionibus.*

P. Filliuc, P. Vasq., Sanctarel., Costa, Fernand., Covar., Navar., Cordub., P. Suar., Rodriguez

311 Sed probabilior est resolutio affirmativa, quam tenent *Avila proxime disp. 3. dub. 13. Villal. cit. tract. 17. claus. 9. §. 2. num. 23. Diana proxime res. 25. Sanchez de matrim. l. 8. d. 34. num. 30. Vega cit. cap. 6. casu 3. Ledesm. in sum. to. 1. tract. de exam. cap. 8. dub. 3. Coninck de Sacram. d. 11. dub. 16. num. 153. Victoria, Penna, Melina, Guerrero Archiepiscopus Granatensis*, & alii, quos citat, & sequitur *Henriquez l. 8. cap. 13. num. 2. lit. O Ioannes de la Cruz in directorio p. 2. tract. de excommunicat. dub. 5. concl. 3. &* probatur, quia absolutio à censuris potest absolute & per se fieri extra confessionē; & loquendo respective ad Bullam, non est in ea clausula, quæ limitet absolutionem, ut fiat intra Sacramentum confessionis: nam particula, *auditis confessionibus*, præterquam quod jam hodie in Bulla non apponatur, intelligenda est collective de absolutione à censuris, & à peccatis; non vero de sola absolutione à censuris, & ita declarasse Commissarium Cruciatæ testatur *Avila loco citato.* Neque obstat declaratio Pii V. nam illa fuit specialis pro Iubilæo illius anni 1568. ut notant Authores proxime allegati.

P. Avila, Villalob., Diana, P. Sãchez, P. Vega, Ledesma, P. Coninc, Victoria, Penna, Melina, Guerrero, P. Henr., De la Cruz

§. 8.

An virtute Cruciatæ possit absolvi pœnitens, qui non vult parti satisfacere?

312 *Refertur opinio, quæ negat.*

313 *Astruitur resolutio affirmativa.*

314 *An pro foro conscientiæ debeat exigi aliqua cautio ab absolvendo?*

315 *Respondetur argumentis negativæ opinionis.*

316 *An nomine partis, cui facienda est satisfactio, intelligatur solus Clericus, vel Monachus percussus?*

317 *Opinio dicentium etiam intelligi ecclesiam,*

siam, vel monasterium. Ibidem.
318 *Authoris resolutio.*
319 *Respondetur rationi contrariæ.*
320. *An absolutio collata virtute Cruciatæ, non satisfacta parte, sit invalida? & proponitur placitum affirmantiũ.*
321 *Asseritur, & firmatur esse validam..*

312 **Q***Uarta difficultas est*: An Confessarius possit absolvere pœnitentem, qui non valet parti satisfacere? Negant *Navarr. in Manuali cap. 27. num. 48. & consil. 75. de Regularibus dub. 11. num. 36. & 37. Corduba tract. de indulgentiis q. 43. Ledesma proxime tract. de excom. cap. 8. dub. 3. Guttier. quest. canonic. lib. 1. cap. 5. num. 29. Sotus in 4. dict. 22. q. 2. post 1. conclus.* Probatur primò, quia Summus Pontifex hãc formam præscribit, & non aliter beneficium absolutionis impertit: forma autem ita præscripta est de essentia, & valore actus, *Cap. Cum dilecta de rescriptis.* Et *Cap. Pissana de restitut. spoliator.* Secundo; quia privilegium non debet impertiri cum præjudicio tertii.

Navar. Corduba Ledesma Guttier. Sotus

313 Nihilominus probabilior est resolutio affirmativa, quam tenent *Sanchez l. 2. Decal. cap. 20. num. 19. Diana proxime tract. 11. num. 24. Barbosa in collectaneis tom. 2. tit. 40. cap. 24. num. 3. Bossius de Iubilæo sect. 1. casu 21. num. 59. Coninck tit. d. 14. num. 206. Ioannes de la Cruz proxime dub. 5. conclus. 5. Fernandez citatus p. 3. cap. 9. §. 12. num. 10. Vasq. cit. dub. 10. num. 2. Villalobos proximè tract. 27. clausula 9. §. 1. num. 22. Avila supra cap. 7. d. 7. dub. 8. Vega cap. 6. casu 28. Alterius citat. lib. 4. d. 4. cap. 4. dub. 4. vers. Hæc autem conclusio, Valerus verbo Absolutio differentia 2. num. 1. versu Et intelligitur, & differ. 5. num. 6. vers. Sed certe. Homobonus 1. p. examinis tr. 5. q. 38. vers. Illud in super, Suar. de censur disp. 7. sect. 5. num. 41. Sayrus l. 2. Thesauri cap. 18. num. 16. fine, Rodrig. in Bulla §. 9. num. 55. Graffis l. 4. decis. aurear. cap. 15. num. 5.*

P. Sanch. Diana Barbosa Bossius P. Coninc Ioan. de la Cruz Fernand. P. Vasq. Villal. P. Avila P. Vega Alterius Valer. Homobon. P. Suar. Sayrus. Rodrig. Graffis

Et probatur, quia clausula, *satisfacta parte*, solùm intelligitur, quando satisfactio est moraliter possibilis: & sic pro absolutione in foro interno declarasse Pium V. die 10. Octobris anno 1568. refert *Rodrig. citatus num. 55.* Confirmatur ex motu proprio Clementis VIII. quo munerum largitio interdicitur Religiosis, ibi: *Restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ absolvi possint, &c.* & tamen, ut cũ *Soto* notat *Sanchez citatus*, hæc clausula solum intelligitur, quando restitutio est possibilis. Item ex motu proprio Gregorii XIII. de datis, & acceptis pro justitia, & gratia. Ibi, *Nec quisquam admittatur ad absolutionis gratiam, nisi prius erogatum esset pauperibus, quantum ille dedisset, vel recipisset*, & tamen, ut cum *Navar.* docet *Sanches* citatus, id intelligendum est, quando erogatio est moraliter possibilis. Tandem ex Trident. *sess.* 25. de reformatione *cap.* 12. Ibi: *Detrahentes decimas excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvantur*; & tamen, ut cum *Navar. Molina, Henriquez*, & aliis notat ibidem *Sanchez*, Tridentinum intelligitur, quando restitutio est possibilis. Idem probari potest ex *Clement. Multorum*, & ex *Clement. Nolentes de Hereticis*, ut videre est apud *Sanchez*.

314 An autem pro foro conscientiæ exigenda sit aliqua cautio, vel sufficiat propositum satisfaciendi efficax? Respondetur sufficere propositum; ita cum pluribus *Bossius* citatus, quia cautio videtur solum necessaria pro foro externo.

315 Ex dictis patet solutio ad *primum* fundamentum opinionis contrariæ: Dicendum enim est in Bulla solũ præcipi satisfactionem partis possibilem. *Ad secundum* respondetur ex eo, quod in foro interno absolvatur pœnitens impotens satisfacere cum onere satisfaciendi, cum primum possit, nullum generari præjudicium alicui tertio.

316 *Queri hic potest primo*: An nomine partis, cui facienda est satisfactio, intelligatur solus clericus, vel monachus percussus, an etiam ejus ecclesia, vel monasterium? *Riccius in decis. Curiæ Archiep. Neap. p. 1. decis. 86. num. 4. & p. 3. decis. 34. num. 3. Bonac. tract. de censur. d. 2. q. 4. puncto 3. num. 5.* Opinantur etiam intelligi ecclesiam, vel monasterium, quia injuria clerici, vel monachi etiam censetur facta ipsi ecclesiæ, vel monasterio ex *L. In personam ff. de pactis*, ut ibi notant *Gomez tom. 3. variar. cap. 6. num. 5.* & alii: ergo etiam ad hæc debet extendi satisfactio. Unde resolvunt hi Doctores eũ, qui, cùm possit, non satisfacit monasterio, sed soli monacho, non posse validè absolvi virtute Cruciatæ.

Riccius Alchiepi Neap. Bonac.

317 His non obstantibus, probabile videtur satis esse clerico, vel monacho

Diana P. Avila Bossius percusso satisfecisse. Ita *Avila de cens. p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 11. conclus. 2. Diana cit. resol. 23. Bossius proxime casu 21. num. 4.* Et probatur; quia licet in hoc casu etiam fiat injuria Ecclesiæ, vel monasterio, tamen id fit minus principaliter, & quando injuria principalius fit alicui privato, bono vero communi minus principaliter, si privato satisfiat, aut ipse condonet, censetur etiã bono cõmuni satisfactũ, ut tenet *Navar. in Manuali cap. 18. num. 46.* Et probatur ex *Cap. Quamvis pactum de pactis in 6.* adjuncta *Glossa* ibidem; & hujus ratio est, quia sicut læsio facta alicui particulari redundat in bonum cõmune, ita & satisfactio.

318 Neque obstat, quod, quando Clericus percutitur, injuria primario fiat Ecclesiæ, & statui Clericali: nam etiam primario fit ipsi Clerico, imò magis principaliter: unde sicut injuria ex Clerico redundat in Ecclesiam, ita & satisfactio.

319 *Quæri potest secundo:* An absolutio collata virtute Cruciatæ, non satisfacta parte, sit solum illicita, an etiam invalida? Esse etiam invalidam opinantur *Coninck d. 14. num. 211. Suar. de censur. disp. 7. sect. 5. num. 41. Filliuc. tract. 11. cap. 9. num. 295. Sayrus l. 2. cap. 14. num. 10. Henriq. l. 7. de indulgentiis cap. 13. num. 2. Sylvest. verbo Excommunicatio 7. casu 20. num. 65. Sotus in 4. d. 22. q. 2. art. 3. concl. 2. Navar. proxime cap. 27. num. 37. consil. 75. de Regularibus dub. 11. num. 36. Covar. in cap. Alma mater. p. 1. §. 9. num. 8. Medina in summa l. 2. cap. 12. Rodriguez in Bullam Crucia. cap. 9. num. 52. Corduba l. 5. q. 43. dub. 3. sive, & casu 18. puncto 1. Bossius proxime casu 21. num. 78. Graffis l. 4. decis. aurear. cap. 15. num. 6.* Probatur, quia jurisdictio non confertur Confessario, nisi sub illa conditione.

P. Coninc. P. Suar. P. Filliuc. Sayrus P. Henriq. Sylvest. Sotus. Navar. Covar. Medina Rodrig. Corduba Bossius Graffis

320 Probabile tamen est talem absolutionem esse validam. Ita cum pluribus tenet *Sanchez de matr. l. 3. d. 23. num. 3.* quibus accedunt *Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. puncto 9. num. 3. Layman. l. 1. tract. 5. p. 2. cap. 6. num. 7. vers. Quod si vero, Valerus verbo Absolutio differ. 5. num. 6. Diana citat resol. 22. Avila de censur p. 1. cap. 7. disp. 3. dub. 9. concl. 2. citans Penna Castam, & alios, Barbosa in collect. ad Cap. Ex parte 23. num. 3. de verbor. significat.* Et probatur; quia quoties in commissionibus exprimitur aliquid aliunde à jure requisitum, id non tam inductio novæ formæ est, quam juris monitio, ejusque obligationis; hæc est receptissima regula inter Doctores, quos late adducit *Sanchez loco citato.* Et probatur exemplis, nam si judici commissio demandetur, ut condemnet Titium, si Petrus probaverit debitum, sententia valebit, etiam Petro non probante. Et si alicui delegetur collatio beneficii facienda Petro, si repertus fuerit idoneus, valebit collatio facta, & si Petrus idoneus non sit repertus, ut docent Doctores citati apud *Sanchez proxime*, idque ex illo principio, quia juris expressio non censetur novæ formæ inductio, sed monitio, ut servetur; & hujus ratio est, quia expressio ejus, quod tacite inest, nihil prorsus operatur, *Cap. Significasti de electione L. 3. ff. de legatis 1. L. Conditiones, quæ extrinsecus ff. de conditionibus, & de monstrat.* Limita, nisi in jure ponatur clausula irritans, quod nimirum aliter factum sit irritum, & nullius roboris. At verò satisfactio partis aliunde à jure requirebatur: ergo ejus expressio in Bulla est potiùs censenda monitio, quam formæ inductio; ac proinde, si sacerdos absolvat, non satisfacta parte, peccabit quidem, absolutio tamen erit valida. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, dicendum enim est jurisdictionem conferri sub illa conditione sumpta per modum monitionis, non per modum formæ.

P. Sãchez Bonac. P. Laymã. Valer. Diana P. Avila Penna Costa Barbosa

SECTIO V.

De absolutione à Reservatis per Jubilæum.

321 *An Regulares absolvi queant à Reservatis virtute Iubilæi? Remissive.*

322 *Quis Confessarius sit eligibilis virtute Iubilæi tam à secularibus, quam à Regularibus? Remissive.*

323 *Qui casus, & quæ censuræ possint absolvi virtute Iubilæi? Remissive.*

321 
SUB hoc titulo quæri posset primo: An Regulares absolvi queant à reservatis virtute Iubilæi? Sed de hoc diximus *tract. 6. de Ministro à num. 325.*

322 Quæri posset secundo: quis Confessarius sit eligibilis virtute Iubilæi tam secularibus, quàm à Regularibus? Sed de hoc diximus eodem *tractat. 6. à num.*

num. 290.

323 Quæri potest tertio. Qui casus & quæ censuræ possint absolvi virtute Iubilæi, & an possit absolvi ille, qui parti non valet satisfacere? At de his præcedenti sectione dictum est.

§. 1.

An virtute Iubilæi possint absolvi Reservata commissa illius spe, & confidentia venturi?

324 *Refertur opinio negativa.*
325 *Stabilitur resolutio affirmativa.*
326 *Dirimuntur fundamenta opinionis negativæ.*

324 PRima difficultas: An virtute Iubilæi possint absolvi reservata commissa illius venturi fiducia, ac spe? Negant *Ioannes Lupinus in Cap. Per vestras de donat. inter virum, & uxorem num. 14. Covar. l. 2. vari. r. cap. 20. num. 1.* & plures alii apud *Henriq. l. 7. cap. 9. num. 4. lit. N.* Probatur primò ex *Cap. Quando de consecrat. dist. 4.* ubi dicitur non suscipere Baptismum, qui peccat in confidentia suscipiendi illud in articulo mortis. Secundò ex *Cap. Illud de cleric. excom. ministrante.* Ubi indignus, qui absolvatur ab excommunicatione, censetur ille, qui absolutionis spe communioni fidelium se immiscet. Tertiò: quia, qui peccat immunitatis, & privilegii spe, ipsum privilegium meretur ammittere, ut latè probat *Covar. loco citato.* Quartò quia virtute Cruciatæ non potest uti Bulla Compositionis in ordine ad debita incerta ille, qui ejus spe contraxit talia debita, ut in ipsa Bulla Cruciatæ expressum est. Quinto; quia qui eligit indignum, privatur illa vice potestate eligendi *Cap. 2. De postul. prælatorum Cap. Cum in cunctis 7. & Cap. Cum Vitoniensis 25. de electione:* ergo similiter, qui male utitur Iubilæo, ejus gratia privabitur; male autem eo utitur, qui reservata in illius fiducia commisit.

Lupinus
Covar.

325 Nihilominus probabilior videtur resolutio affirmativa, quam tenent *Suar. tom. 2. de Religione l. 6. de voto cap. 13. in principio, Sanchez l. 4. Decal. cap. 54. num. 18. Lugo disp. 20. num. 130. Sylvest. verbo Indulgentia num. 28. Corduba de Indulgent. q. 37. proposit. 3. Navar. de Iubilæo not. 34. num. 6. Graffis l. 1. decis. aurear. cap. 15. num. 59. & cap. 21. num. 1. & l. 4. cap. 15. num. 16. Bossius cit. casu. 13. num. 3. Rodriguez in Bullam Cruciatæ §. 9. num. 97. Henriquez proxime, & lib. 6. cap. 16. §. 3. lit. O, Zerola l. 2. de Iubilæo cap. 13. q. 3. & cap. 17 q. 5. Pollachius in Bullam Urbani sect. 42. num. 47. Bonac. disp. 4 q. 2. punct. 7. §. 3. num. 12. Lavorius de Iubilæo p. 1. cap. 21. n. 63. Floronus de casibus reser. p. 1. cap. 4. §. 5. num. 22. & 23. Filliuc. 1. p. tract. 8. cap. 11. num. 262. Homobonus 1. p. exam. tract. 5. q. 39. & 2. p. tract. 11. q. 26. supposito 2. requisito 6. Benzonius l. 5. dubit. 24. Diana 1. p. tract. 11. de Bulla resol. 16. Costa in explic. Bullæ q. 33. Leo tract. de Iubilæo p. 2. q. 8. num. 14. Molfesius in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 19. num. 47. Sanctarellus de Iubilæo cap. 8. num. 10. Ledesma in sum. tract. de pœnit. cap. 13. dub. 10. Villal. in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 2. num. 19. Bassæus in suis Florib. verbo Iubilæus num. 5. Lezana tom. 1. verbo Iubilæus num. 17.* Probatur, quia Bulla loquitur absolute & nullam talem affert distinctionem, & quando jus non distinguit, nec nos distinguere debemus, *L. De pretio ff. de Publiciana in rem actione,* quod maxime verum est in materia favorabili. Quod diximus de Iubilæo dicendum est de Bulla Cruciatæ, & quovis alio privilegio absolvendi à peccatis respectu illius, qui peccat in ejus confidentia.

P. Suar.
P. Sãchez
P. Lugo.
Sylvest.
Cordub.
Navar.
Graffis
Bossius
Rodriguez
P. Henr.
Zerola.
Pollach.
Bonac.
Lavor.
Floronus
P. Filliuc
Homobon.
Benzon.
Diana.
Ledesma
Costa
Molfes.
Sanctarel.

326 *Ad primum fundamentum* desumptum ex textu *in Cap. Quando,* respondetur ibi sermonem esse de aliquibus, qui differebant Baptismum ad horam mortis, & interim in fiducia illius liberius, ac licentius peccabant, hos igitur dicit textus, aliquando Baptismum non suscipere, illud Deo impediente in scelerum pœnam.

Ad secundum deductum ex *Cap. Illud* respondetur in eo solum decidi non mereri absolutionem ab excommunicatione illum, qui, ut eam obtineat, se ingerit cõmunioni fidelium; neque enim meretur veniam per id, in quo graviter peccat; si tamen facti pœniteat, & absolutio ei conferatur, cur non valebit?

Ad tertium respondetur illum, qui peccat privilegii spe, mereri quidem privilegium amittere, sed de facto non amittere, nisi id exprimatur. *Ad quartum* dico id ita expressum esse in Bulla Cruci-

atæ: at in terminis nostræ quæstionis nulla est limitatio. *Ad quintum* dicendum est id ita similiter expressum esse in illis textibus locis citatis; Iubilæus vero, cum sit gratia amplissima, indulgentiùs nobiscum agere consuevit.

§. 2.

An possint absolvi Reservata commissa post jam publicatum Iubilæum?

327 *Refertur sententia negativa.*
328 *Præfertur resolutio affirmativa.*
329 *Diluuntur objectiones partis negativæ.*

327 S*Ecunda difficultas* de reservatis commissis post publicatum Iubilæum; & non posse hæc absolvi virtute illius opinatur *Glossa Ioannis Monachi in Extravag. Antiquorum de pœnitentiis, & remissionibus, verbo Confitebuntur, columna 6. versu Item quæritur.* Ejus fundamentum est; quia privilegium condonans delictum restringitur ad commissa usque ad tempus concessionis: non extenditur ad committenda post illam, alias esset occasio iniquitatis. Confirmatur primo ex *L. Cum lex ff. de legibus.* Ibi: *Cum lex præteritum indulget, futurum vetat.* Ex quibus colligitur indulgentiam legis restringi ad sola delicta præterita, non ad futura post ipsius concessionem. Confirmatur secundò ex *L. Castitati Cod. ad legem Iuliam de adulteriis*: ubi dicitur rescriptum Principis concedentis remissionem delicti non prodesse quò ad peccata committenda in confidentia ipsius rescripti.

328 Nihilominus probabilius est posse reservata commissa post Iubilæum absolvi virtute illius. Ita *Navar. lib. 5. concilio 10. de privilegiis num. 2. & de Iubileo not. 34. num. 4. versu Sed contra facit. Corduba l. 5. de indulgentiis q. 37. proposit. 2. Rodrig. in Bullam Cruciatæ §. 9. num. 93. & num. 109. Henriq. l. 3. summæ cap. 15. §. 6. lit. T. Bossius citatus casu 14. Vgolinus de potestate Episcop. cap. 36. §. 5. Zerola de Iubileo l. 1. cap. 16. q. 21. Vega 2. p. sum. cap. 7. casu 19. Ledesm. in sum. q. 27. art. 2. concl. 2. Suar. disp. 52. sect. 3. num. 7. Sanchez l. 4. Decal. cap. 53. num. 27. & cap. 54. num. 9. Sayrus l. 6. de clavi. cap. 12. num. 16. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 187. Barbosa de potest. Episc. allegat. 52. num. 9. Florenus de casibus reservatis p. 1. cap. 4. §. 3. num. 22. Basilius Pontius l. 8. de matr. cap. 10. n. 8. & Graffis l. 4. cap. 15. num. 44. & l. 2. cap. 30. num. 9. Bassæus in suis Floribus verbo Iubilæus num. 5.* Probatur eodem fundamento proxime relato, quia Iubilæus loquitur absque ulla limitatione, aut distinctione, & ubi lex non distinguit, neque nòs distinguere debemus, maxime in materia favorabili, dicta *L. De pretio ff. de Publiciana in rem actione.*

(Margin: Navar. Corduba Rodrig. P. Henriq. Bossius. Vgolin. P. Vega Ledesma P. Suar. Sayrus P. Filliuc. Barbosa Florenus Basil. Graffis.)

329 Ad fundamentum *Glossæ* respondetur, quando privilegium loquitur generaliter, & procedit absque ulla limitatione, non esse à nobis restringendum, maxime si sit favorabile. *Neque obstat primò*, quòd aliàs tale privilegium erit occasio peccandi, nam, quidquid sit de aliis, quæ liberant à pœnis, hoc non liberat peccata à pœnitentia, sed potius ea illi subjicit. *Non obstat secundò L. Cum lex*, nam germanus sensus illorum verborum, *Cum lex præteritum indulget, futurum vetat*, non est, quod indulgentia legis restringatur ad sola peccata præterita; sed est, quod, dum veniam indulget, declarat fuisse mala, & dum declarat fuisse mala, quodammodo vetat, ne in posterum fiant.

Non obstat tertio L. Castitati: nam hæc solum loquitur pro foro exteriori, quò privilegium Principis est restringendum ad peccata præterita; at nostra quæstio procedit in foro interiori; maior autem ratio, cur privilegium condonans delictum in foro exteriori sit restringẽdum ad sola peccata præterita, & non ita privilegium condonans in foro interiori, hæc est: quia si in foro exteriori extenderetur ad peccata futura, hæc manerent impunita, unde maior fieret peccandi licentia: at in foro interiori, non manent impunita: subjiciuntur enim clavibus, & earum pœnitentiis. Deinde quidquid sit de aliis privilegiis, quæ sunt restringenda, hoc est favorabile, & extendẽdum ut pote pium, ac in favorem animæ, *L. Sunt personæ. ff. de religiosis sumptibus funerũ.*

(*)

§. 3.

§. 3.

An possint absolvi commissa post absolutionem, durante adhuc tempore Iubilæi?

330 *Explicatur status quæstionis.*
331 *Si pœnitens nondum lucratus est Iubilæum, potest iterum, atque iterum absolvi.*
332 *Occurritur objectionibus in contrarium.*
333 *Quid, si pœnitens jam lucratus sit Iubilæum, nec velit illum iterum lucrari.*

330 TErtia difficultas: An semel absolutus possit iterum absolvi à novis reservatis commissis post absolutionem? Et quæstio potest procedere aut in casu, quo pœnitens nondum lucratus est Jubilæum, quia licet Confessus sit, non dum ultimum opus explevit: aut in casu, quo jam lucratus est Jubilæum, quia jam ultimum opus absolvit.

331 Si nondum lucratus est Iubilæum, dicendum est posse iterum, atque iterum absolvi. Ita *Henriq. l. 6. cap. 16. §. 1. Bossius citatus casu 15. Sanchez l. 4. Decal. cap. 54. Lavor. de Iubilæo p. 1. cap. 21. num. 66.* Et probatur, quia, ut ex proximè dictis constat, Iubilæus concedit potestatem absolutè pro toto illo tempore absque ulla limitatione: non est ergo à nobis restringenda. P Henriq. Bossius P. Sāchez. Lavor.

332 *Neque obstat primò L. Boves §. Hoc sermone ff. de verborum signification.* ubi dicitur, quod sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice; nam hoc procedit tantùm in odiosis, non in favorabilibus; item non est admittendum, quando contrarium constat de mente concedentis. *Non obstat secundò*, quod in Bulla Iubilæi dicatur, *hac una vice tantum*, nam clausula, *hac una vice*, habet latitudinem totius hebdomadæ, ut præter *Bossium citatum num.* 4. notat *Suar. tom. 2. de Relig. l. 6. de voto cap. 16. num. 17.*

333 Sin autem pœnitens jam lucratus sit Iubilæum, adhuc distinctione uti oportet; nam aut vult illud iterum lucrari repetendo omnia opera in eo præscripta, vel in se ipsis formaliter, vel per commutationem à Confessario, ob defectum temporis; utrùm autem, & quomodo id fieri possit, paulo infra examinabimus *diffic.* 8. Aut nō vult repetere opera, nec iterum lucrari Iubilæum, & adhuc sic posse absolvi à novis reservatis commissis post lucratum Iubilæum, si tamen duret illius tempus, tenent non improbabiliter *Bassæus in suis Floribus verbo Iubilæus num. 3. & Alphonsus de Leon de Iubilæo p. 2. num.* 170. quia, inquit, Iubilæus indulget illo gaudentibus privilegium, ut absolvantur intra præscriptum tempus duarū hebdomadarum, & hoc adhuc non est expletum. Bassæus L.

Probabilius tamen est nō posse iterum absolvi, quia privilegium eligendi Confessarium conceditur à Papa solum ad finem consequendi Iubilæum; unde, eo obtento, cessat. Et ita *Sanchez citatus cap. 54. num. 28. & Sanctarellus cap. 8. dub. 6.* quibus accedunt *Bossius citatus num. 4. Bonacina tom. 1. d. 5. q. 7. p. 5. §. 2. num. 17. Suar. de Religione tom. 2. l. 6. cap. 16. num. 17.* P. Sāchez Sanctarel. Bossius Bonac. P. Suar.

§. 4.

An, qui tempore Iubilæi non est confessus, quia non habuit conscientiam peccati mortalis, possit post tempus Iubilæi absolvi à reservato oblito?

334 *Proponitur opinio negativa.*
335 *Proponitur resolutio affirmativa, & solvitur fundamentum contrariorum.*

334 QUarta difficultas: An post tempus Iubilæi possit absolvi ab oblitis, qui tempore Iubilæi non est confessus, eò quòd non habuit conscientiam peccati mortalis? Negant *Suar. d. 31. sect. 4. num. 20. fine, Henriq. l. 6. c. 16. num. 6. Floronus de casibus reservatis cap. 4. §. 10. versu Aut confessus est.* Probatur quia reservatio non fuit ablata, nam Iubilæus per se non illam aufert, sed solum per absolutionem, &, ut suppono, iste non fuit absolutus: sed neque modò potest tolli per Confessarium, qui eligatur, nam privilegium eligendi jam non extat, sed, finito tempore Iubilæi, expirat. P. Suar. P. Henriq. Floronus.

335 Nihilominus probabilior videtur

tur contraria resolutio affirmativa, quam tenent *Sanchez l. 8. de matr. d. 15. num. 17. & 19. & l. 4. Decal. cap. 54. num. 39. & 41. Bossius cit. casu 30. num. 2. Sanctarellus de Jubilaeo cap. 13. dub. 2. Portel in dubiis Regularium verbo Circa indulgentiam, & Iubilaeum num. 7. & 19.* Fundamentum est, quia hic homo acquisivit jus eligendi Confessarium, qui eum possit absolvere ab omnibus peccatis commissis usque ad tempus Jubilaei; quod jus licèt non possit acquiri, nisi intra praescriptum tempus duarum hebdomadarum ab eo, qui adimplet omnes conditiones requisitas; tamen postquam acquisitum est, nulli tempori alligatur. Quod explicari potest exemplo illius, cui Summus Pontifex concederet aliquod privilegium, si praescripta die eleemosynam erogaverit, nam licèt non acquiratur privilegium, nisi illa praescripta die, tamen semel acquisitum nulli tempori alligatur; sic ergo privilegium eligendi Confessarium non acquiritur, nisi praescripto tempore duarum hebdomadarum, ubi tamen semel acquisitum est, nulli tempori alligatur. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariae: dicendum enim est in eo eventu privilegium eligendi Confessarium non expirasse. An vero tunc possint absolvi etiam reservata commissa post tempus Jubilaei? Patebit resolutio ex dicendis *difficult. 7.*

P. Sanchez. P. Bossius. Sanctarel. Portel

§. 5.

An post tempus Iubilaei possit absolvi à Reservatis oblitis ille, qui tempore Iubilaei confessus est, sed culpa sua illum non fuit lucratus?

336 *Refertur pars negativa.*
337 *Praefertur resolutio affirmativa.*
338 *Quid, si poenitens tempore Iubilaei non sit confessus?*

336 Quinta difficultas procedit in casu, quo quis animo lucrandi Jubilaeum confessus est, sed re ipsa non fuit illum lucratus, quia v. g. noluit jejunare ultima die, & quaeritur, an post transactum tempus Jubilaei possit absolvi à reservatis oblitis? Negat *Suar. cit. sect. 4. num. 23. Alterius lib. 4. disp. 4. q. 3. versu Tertiò objicies.* Fundamentum est, quia neque eorum peccatorum reservatio ablata est, siquidem poenitens pro illis non comparuit; neque poenitens jam habet jus eligendi Confessarium, illo enim cessit, cum noluit lucrari Jubilaeum, nam jus eligendi solùm datur in ordine ad illum.

P. Suar. Alterius

337 Nihilominus probabilior videtur contraria resolutio affirmativa, quam tenent *Palud. in 4. disp. 18. q. 1. art. ult. concl. 4. Zerola l. 1. de Iubilaeo cap. 16. q. 8. & l. 2. cap. 12. dub. 10. Henriq. l. 7. cap. 11. num. 3. & 4. Leo de Iubilaeo p. 2. num. 198. & 202. Bossius proxime casu 32. Pharaonius in prompt. tract. 1. s. 18. casu 6. Lavorius de Iubilaeo p. 2. cap. 28. num. 66. Fillincius* cum pluribus *tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 279. Sanchez l. 4. Decalog. cap. 54. num. 45. Portel in addition. ad dub. Regular. verbo Iubilaeus num. 19. Diana 3. p. tract. 4. resol. 145. Lezana tom. 3. verbo Iubilaeus num. 17. Candidus tom. 2. disquis. moral. disp. 24. art. 69. dub. 48.* Et probatur, quia Confessarius, qui virtute Jubilaei absolvit, amovit omnem reservationem: potuit enim omnem amovere, & absolvit quantum potuit; nam poenitens ad eum finem illum elegit, ut omnes gratias Jubilaei illi impertiret, ut pleniùs constat ex dictis *sect. 2.*

Palud. Zerola P. Henr. Leo. Bossius Pharaon. Lavorius P. Fillinc. P. Sanch. Portel Diana Lezana Candid.

338 Secus dicendum, si praedictus poenitens, qui lucrari noluit Jubilaeum, neque est confessus, tunc enim non potest post transactum tempus à reservatis oblitis absolvi: nam neque tempore Jubilaei ablata est reservatio, haec enim non nisi per absolutionem tollitur; &, ut suppono, poenitens non est confessus; sed neque habet privilegium eligendi Confessarium, illo enim cessit, ubi intentione lucrandi Jubilaeum cessit. Ita *Sanchez, & Bossius locis citatis.*

§. 6.

An post tempus Iubilaei possit absolvi à Reservatis, qui reperit confessionem factam tempore Iubilaei fuisse nullam?

339 *Si confessio fuit nulla ex parte poenitentis habentis nihilominus intentionem lucrandi Iubilaeum, probabile est*

est sublatam esse omnem reservationem.
340 Quid dicendum, si fuit nulla ex parte Confessarii?
341 Authoris judicium.
342 Assignatur aliud remedium hujusmodi pœnitenti.

339 SExta difficultas est de illo, qui reperit confessionem factam tempore Iubilæi fuisse nullam. Et quidem si fuit nulla ex parte ipsius pœnitentis defectu veri propositi, ita tamen ut habuerit intétionem lucrandi Iubilæum, est valde probabile sublatam esse omnem reservationem, ut constat ex dictis *sect.* 2.

340 Si tamen fuit nulla ex parte Confessarii, aut quia non erat approbatus approbatione requisita à Tridentino, aut quia ex iniquitate sua non habuit intentionem, vel quid simile: plures existimant non posse pœnitentem post tempus Iubilæi absolvi. Ita *Benzonius*, quem citat, & sequitur *Coriolanus de casibus reservatis p. 1. sect. 2. art. 18. num. 2.* & alii apud *Bossium proxime casu 35. num. 1.* Probatur, quia reservatio non est ablata tempore Iubilæi, & pœnitens modò non habet privilegium eligendi, jam enim tempus Iubilæi est transactum. *Benzon. Coriol.*

341 Nihilominus probabilior videtur resolutio affirmativa. Eam tenent *Bossius proxime num. 3. Sanchez lib. 8. de matrim. d. 15. num. 21. fine; & l. 4. Decal. cap. 54. num. 45. Leo de Iubilæo p. 1. num. 82. & p. 2. num. 205. Cæsar. Bottonus in observat. circa Bullam Sixti V. versu Et hac vice tantum, pag. 242.* Probatur, quia iste pœnitens, cùm tempore Iubilæi fecerit, quantum in se erat ad illum lucrandum, acquisivit jus eligendi Confessarium, & hoc, licet illo tempore dumtaxat potuerit acquiri, semel acquisitum valet postea exequi post transactum tempus Iubilæi, ut cõstat ex dictis *diffic.* 4. *Bossius. P. Sanchez. Leo. Cæsar Bott.*

342 Quod si hæc opinio alicui minùs secura videatur, poterit uti alio remedio, & reputare se impeditum; ac proinde primis duabus sequentibus hebdomadis à tempore detecti erroris iteret jejunia, & alia opera præscripta, rursum valide confiteatur, perinde enim se habet, ac impeditus; impediti verò tempore Iubilæi possunt post expeditionem primis duabus sequentibus hebdomadis illum lucrari.

§. 7.

An ille, qui justa de causa distulit absolutionem, possit absolvi à Reservatis commissis post tempus Iubilæi?

343 Status quæstionis, & opinio negativa.
344 Resolutio affirmativa.
345 Solvitur fundamentum contrarium.

343 SEptima difficultas procedit in casu, quo quis justa de causa distulit absolutionem, quia v. g. ultimo sabbato inchoavit confessionem, & quia erat longissima, & intricata propter casus valde difficiles, pro quibus Doctores consulendi erant, & evoluendi libri: nec non quia parti priùs satisfaciendum visum fuit, aut quid simile, Confessarius distulit absolutionem in sequentem hebdomadam, & deinde in illa eam administraturus, reperit pœnitentem post peractum tempus Jubilæi incidisse in nova reservata, quæritur an ab illis possit eum absolvere? Negant *Alphonsus de Leon proxime p. 2. q. 26. num. 189. Sanctarellus cit. cap. 8. dub. 7. Lugo disp. 20. num. 134.* citans per se *Sanches l. 4. Decal. cap. 54. num. 17.* dum dicit posse pœnitentem absolvi ab omnibus reservatis commissis usque ad tempus Jubilæi; quæ limitatio videtur excludere cõmissa post transactum tempus illius. *Leon. Sanctarel. P. Lugo.*

Fundamentum est, quia licèt in casu proposito propter causam jam inceptam prorogetur jurisdictio, non datur alia diversa, sed perseverat illa, quæ erat: at verò illa, quæ erat, non extendebatur ad peccata commissa post tempus Jubilæi, sed solum ad commissa usque ad illud, aliàs non esse eadem, sed nova jurisdictio habens novum objectum.

344 Nihilominus satis tuta videtur resolutio affirmativa; quam probabilem dicunt *Leo, & Sanctarellus locis citatis*, & ut probabiliorem sequuntur *Faustus de Iubilæo l. 4. q. 133. Diana 3. p. tract. 4. resol. 147. Bossius proxime casu 39.* Probatur, quia in hoc casu non solùm prorogatur jurisdictio illa materialis, sed formalis, habens scilicet pro objecto omnia reservata commissa usque ad consecutionem ipsius Jubilæi: at peccata etiam commissa post tempus Jubilæi respectu hujus pœni- *Leo. Sanctarel. Faustus. Diana. Bossius.*

pœnitentis habent se antecedenter ad illius consecutionem.

345 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, dicendum enim est in casu præsenti perseverare eamdem potestatem, quæ erat formaliter, habentem videlicet pro objecto omnia reservata commissa usque ad consecutionem Jubilæi.

§. 8.

An, qui in prima hebdomada lucratus est Iubilæum, & absolutus est à Reservatis, possit, repetitis operibus, illum iterum lucrari, & absolvi in secunda hebdomada?

346 *Quando quis dubitat, an in prima hebdomada lucratus fuerit Iubilæum, potest illum lucrari, & absolvi in secunda.*

347 *Quid, si certus sit se lucratum fuisse Iubilæum? Et proponitur opinio negativa.*

348 *Astruitur resolutio affirmativa. Illius Authores.* Ibidem.

349 *Fundamenta.*

350 *Enodantur rationes opinionis contrariæ.*

346 OCtava difficultas: An, qui in prima hebdomada lucratus est Jubilæum, possit illum iterum lucrari, & absolvi à novis reservatis in secunda hebdomada? Et in primis videtur certum, quando quis dubitat, an in prima hebdomada lucratus fuerit Jubilæum, posse illum lucrari, & absolvi in secunda, quia habet jus, ut lucretur, & absolvatur, & propter dubium non est illo spoliandus.

347 Quæstio solum procedit; quando est certus lucratum fuisse Jubilæum in prima hebdomada, & quæritur; an possit illum iterum lucrari in secunda, & consequenter à novis reservatis absolvi? Negant *Suar. disp. 54. sect. 1. num. 7. de Relig. l. 6. de voto cap. 16. num. ult. Sanch. l. 4. Decal. cap. 54. num. 3. Bonacin. de Sacramentis disp. 5. q. 7. puncto 5. §. 2. num. 17. Faustus l. 4. thesauri q. 61. Portel in sum. verbo Circa indulgentias num. 16. Layman l. 1. tract. 7. cap. 8. num. 8.* citans *D. Thom. in 4. d. 20. q. unica art. 3. Paludanum* Ibidem *q. 4. art. 1. §. Quantum ad tertium, & Angelum verbo Indulgentia.* Probatur *primò* quia sermo simpliciter prolatus verificatur in primo actu *L. Dotis promissio ff. de jure dotium: L. Boves §. Hoc sermone ff. de verborum significat. Secundò:* quia forma Jubilæi id videtur sufficienter exprimere non enim concedit duas hebdomadas copulative, sed disjunctive. Ibi: *Qui in prima, vel immediate in sequenti hebdomada*; & clarius per particulam *hac vice tantùm*, quæ non duas vices significat, sed unam dumtaxat. *Tertiò*, quia hæc videtur communis praxis, & sensus Fidelium. *Quartò*; quia alias poterit quis singulis diebus toto anni sancti decursu lucrari Jubilæum. *Quintò*: quia in hoc eventu semel tantùm lucrari posse Jubilæum sacra Congregatio Concilii anno 1620. declaravit.

P. Suar. P. Sanch. Bonacina Faustus Portel P. Laym. D. Thom. Paludan. Angelus

348 Nihilominus probabilis est resolutio affirmativa, quam tenent *Navar. de indulgentiis notabili 31. num. 46. vers. Pars vero affirmans, & notab. 34. num. 7. vers. Tertio esse, Benzonius de Iubil. l. 5. cap. 15. dub. 23. Zerola l. 1. de Iubilæo cap. 16. q. 2c. & l. 2. cap. 13. quæsito 1. & 2. & in praxi Episcop. 2. p. verbo Annus sanctus ad sextum, Henriq. l. 6. cap. 16. num. 3. ubi in glossa lit. M.* dicit ita tenere in praxi plures Doctores, & *l. 7. cap. 11. n. 1. Bossius citat. casu 40. num. 13. Rodrig. 1. p. sum. cap. 184. num. 17. Vega 2. p. cap. 7. casu 19. Graffis l. 2. appendicis cap. 5. num. 23. Pharaon. citatus sess. 18. casu 8. Naldus verbo Indulgentia num. 4. & 5. Floronus de casibus reservatis 1. p. cap. 6. §. 5. num. 2. Leo proxime p. 2. num. 183. Vadinus de Iubil. pag. 59. Lavorius de Iubilæo p. 1. cap. 21. num. 65. Sanctarellus de Iubil. cap. 5. dub. 4. & cap. 8. dub. 5. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 1. numero 10.*

Navarr. Benzon. Zerola P. Henriq. Bossius Rodriguez P. Vega Graffis Pharaon. Naldus Floronus Leo Vadin. Lavor. Sanctarel. P. Filliuc.

349 Probatur *primò*, quia beneficium Principis debet amplissime interpretari, quandò id fit sine præjudicio tertii, & ejus verba patiuntur. *L. Beneficium ff. de constitutionibus Principis, & Cap. Quamvis in fine de prebendis in 6.* at verba Jubilæi hanc interpretationem patiuntur, non enim dicunt in una tantum hebdomada posse quempiam lucrari Jubilæum, sed in una, aut altera. Neque obstat, quòd concedatur pro hac vice tantum, conceditur enim pro hac vice habente latitudinem

nem duarum hebdomadarum.

Secundò probatur, quia quando Summus Pontifex concedit indulgentias visitanti aliquam Ecclesiam absolute, non determinando diem, potest quis eâdem hebdomada, mense, vel anno illas pluries lucrari, si ea hebdomada, mēse, vel anno talem Ecclesiam pluries visitet, ut tradunt *Navar. proxime notabili 31. num. 36. & 37. D. Antoninus 1. p. tit. 20. cap. 3. §. 3. Sylvester verbo Indulgentia 8. Tabiena verbo Indulgentia 13. Henriq. locis supra citatis, Corduba l. 5. quæstionarii q. 33. citans D. Thom. Paludan. & Felinum*: imò licèt determinet diem alicujus Sancti, poterit quis in illo, si pluries Ecclesiam visitet, pluries lucrari Iubilæum, ut contra *Paludan. in 4. d. 20. q. 4. art. 1. Durandum q. 4. Cordubam proximè, Zerolam in praxi p. 2. verbo Indulgentia §. 7.* tenent *Angelus verbo Indulgentia §. 4. Rosella §. 12. Navar. notabili 31. verbo Devote num. 46. Curiel de indulgentiis pag. 92. Rodriguez in Bullam Cruciatæ §. 8. num. 15. Vega 2. p. summæ cap. 7. casu 30. Bossius de Iubilæo sect. 1. casu 40. num. 10.* & hoc ex eodem principio, quia gratia, quando id fit sine præjudicio tertii, debet amplissime interpretari: ergo.

350 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* desumptū ex illa regula: quòd scilicet sermo simpliciter prolatus verificatur in primo actu, respondetur id verum esse in odiosis, non in favorabilibus; in his enim beneficium Principis oportet latissime ampliari. *Ad secundum* respondetur particulam, *in prima, vel secunda hebdomada*, debere accipi amplissime; ita ut in utraque Iubilæum faciat lucrabilem; item particulam, *hac vice tantùm*, ita ad unam vicem restringi, ut hæc sit amplissima, & habeat latitudinem duarum hebdomadarum, & sanè ita accipi oportere prædictas particulas convincūt textus in *L. Beneficium*, & textus in *Cap. Quamvis allegati*. *Ad tertium* respondetur, etsi plures contrarium opinentur, plures etiam stare pro hac parte. *Ad quartum* concedendum est in anno sancto posse quempiam pluries lucrari Iubilæum, imo tunc maxime, quia nulla fit limitatio.

Ad quintum respondetur illam declarationem non referri in forma authentica, imo plures Doctores de illa dubitant, declarationibus autem non authenticis nulla fides adhibenda est, ut de mandato Urbani VIII. 2. Augusti anno 1631. ipsa sacra Congregatio declaravit.

§. 9.

An qui in uno loco lucratus est Iubilæum, & absolutus est a Reservatis, possit in alio illum iterum lucrari, & absolvi à novis Reservatis?

351 *Proponitur pars negativa.*
352 *Proponitur resolutio affirmativa.*
353 *Quid dicendum, si quis solo animo iterum lucrandi Iubilæum perigrinationem suscipiat? Remissive.*

351 Non difficultas procedit in casu, quo quis, v. g. Ulyssipone lucratus est Jubilæum, & veniens Conimbricam adest ipsius Jubilæi publicationi; quæritur, an possit illum ibi iterum lucrari? Negant *Suar. Sanchez*, & alii proxime relati, quia Iubilæus, ut in ejus forma exprimitur, solùm conceditur pro hac vice: ergo non potest quis illum pro alia lucrari. *P. Suar. P. Sanchez*

352 Nihilominus probabilis est contraria resolutio affirmativa, quam tenent *Bossius citatus casu 41. Lavorius proxime p. 1. cap. 21. num. 66. Leo citatus p. 2. num. 195.* Probatur *primò*; quia hæc gratia debet amplissime interpretari, ut constat ex proxime dictis præcedenti difficultate. Et quidem potest in hoc sensu, retenta propria verborum significatione, nam in forma Iubilæi non dicitur concedi pro una tantum vice, sed pro hac vice; pro qua videlicet publicatur. *Secundò* probatur, quia mutans domicilium in alium locum, imò & peregrinus, qui ibi invenitur, potest lucrari indulgentias ipsius loci: ergo & ejus Iubilæum, ac proindè virtute illius absolvi à reservatis. *Bossius Lavori. Leo*

353 Quid autem dicendum sit, si solo animo iterum lucrandi illum Iubilæum, vel confitendi nova reservata peregrinationem quis suscipiat in eum locum? Resolvimus *sect. 1. diffic. 5. ad secundum numero 192.*

(✠)

§. 9.

An privilegia Regularium ad absolvendum à reservatis suspendantur per Iubilæum, durante ejus tempore, aut per Bullam Cruciatæ?

354 *An Iubilæus deroget privilegiis Regularium toto tempore, quo durat? Ponitur pars affirmativa*

355 *Astruitur resolutio negativa.*

356 *An Bulla Cruciatæ deroget privilegiis Regularium? & refertur opinio affirmativa.*

357 *Præfertur resolutio negativa.*

354 DEcima difficultas procedit in primis quò ad Jubilæum, & hoc derogare privilegiis Regularium toto, quo durat, tempore opinantur *Navar. & Rodrig. apud Sanchez l.4. Decal.cap. 54.num. 62.* quia verba revocatoria, quæ in Iubilæo continentur, sunt generalia.

Navarr. *Rodriguez*

355 Nihilominus probabilior est contraria resolutio, quam tenet *Salas in expositione Bullæ manuscripta, Lessius l. 2. de just. cap. 42: dub. 12. num. 60. versu Responderi potest, Henriq. l.7. de Indulgent. cap.28. num. 7. & cap. 21. num. 3. in commento lit. R. Sanchez, proxime Lug. disp. 20. num. 145. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. clausula 12. num. 21. Fausti, & alii,* quos citat, & sequitur *Diana 1. p. tract. 11. de Bulla Cruc. resol. 100.* Accedit *Granad. de pœnit. tract.6. d. ultima num. 2.* Probatur *primò*: quia Gregor. XIII.& Clemens VIII. & Urbanus VIII. consulti de hoc dubio responderunt suæ intentionis non esse, neque fuisse suspendere Regularium privilegia quò ad absolutionem à reservatis, sed solùm quò ad indulgentias, ita ut Fideles solum possint lucrari illas, quas affert Jubilæus maioris concursus ad illum, & solemnitatis gratia, prout refert Cardinalis *Lugo* loco citato. *Secundò*; quia in fine Bullæ Iubilæi solùm imponitur præceptum, & excommunicatio contra publicantes alias indulgentias, non contra absolventes alio titulo à reservatis; ex quo clare colligitur verba revocatoria privilegiorum Regularium solùm intendere revocare privilegia Regularium quò ad indulgentias non quò ad absolutionem à reservatis.

P. Salas *P.Lessius* *P Henriq.* *P. Sanchez* *P. Lugo* *Villalob.* *Faustus* *Diana* *P.Granad* *P.Lugo*

356 Secundò procedit difficultas, quò ad Bullam Cruciatæ, & per eam suspendi Regularium privilegia contendunt *Lopez 2. p. instructorii conscientiæ ubi de clavibus cap. 2. columna 10. paulo ante versiculum Quæritur deinde, Rodriguez in Bullam Cruciat §. 12. num. 4. Costa in Bullam q. 105.* Fundamentum est; quia in Bulla suspenduntur omnes gratiæ, & facultates concessæ quibusvis monasteriis, pijs locis, universitatibus, exceptis concessis ordinum Mendicantium Superioribus, quò ad eorum Fratres tantum, & hæc exceptio firmat regulam quò ad omnes alios: unde poterũt Regulares absolvere à reservatis suos subditos, non verò seculares.

Lopez *Rodrig.*

357 Probabilior tamen est contraria resolutio, quam tuentur *Ledesma de pœnit. cap. 15? Ioannes de la Cruz de statu relig. l. 2. cap. 3. dub. 7. concl. 3. Diana cit. resol. 100. Graffis in appendice ad decis. l. 1. cap. 7. §. 9. num. 65. Henriq. l.6. de pœnit. cap. 16. num. 7. & l. 7. de indulgentiis cap. 18. num. 7. Sanchez proxime num. 62. Lugo, & Salas locis citatis.* Et probatur; quia generalitas hujus clausulæ revocatoriæ in tota sua amplitudine solùm extenditur ad privilegia concessa monasteriis, piis locis, universitatibus, ut liquet ex ejus tenore: ergo non comprehendit concessa Religionibus; aliud enim est privilegium concedi alicui monasterio, aliud toti Religioni. Primum revocatur per Bullam, non secundum. Et confirmatur primo, quia Bulla quò ad dictam clausulam revocatoriam est stricti juris, ac proinde non ampliari opportet, sed potius restringi. Confirmatur secundo, quia ita fert communis praxis. Neque dubium ingerat, quòd Bulla excipit gratias concessas Superioribus Mendicantiũ quò ad eorũ Fratres tantum, solum enim eas cassat quò ad indulgentias, non quò ad absolutionem à reservatis.

Ledesma *Ioan. de la Cruz* *Graffis* *P.Henriq.* *P.Sanchez* *P. Lugo* *P. Salas*

(✱)

DISPU-

DISPUTATIO TERTIA

Explicantur nonnulli casus Reservati in particulari.



Artita in sectiones duas. In prima explicantur undecim casus Clementis VIII. pro Regularibus. In secunda declarantur in particulari casus, quos in suis diœcesibus Episcopi solent sibi reservare.

SECTIO PRIMA.

Explicantur undecim Casus Clementis VIII. pro Regularibus.

321  Uperius *disp. 1. sect. 2. diffic. 3.* retulimus undecim casus, qui ex Decreto Clemẽtis VIII. possũt in Religionibus reservari; huc loci eorum explicationem reservavimus: sicut & explicationem casuum, quos in suis diœcesibus Ordinarii loci sibi reservare consuevere. Quod igitur attinet ad undecim casus Clementis VIII. de quibus in præsenti sectione, eos suo ordine per præsentes titulos, ac difficultates, quâ potero brevitate, sic declaro.

PRIMUS.

Veneficia, incantationes, sortilegia.

359 *Quomodo hic casus intelligendus sit?*
360 *An comprehendantur consulentes?*
361 *Qui comprehendantur nomine facientium?*
362 *Qui dicantur incantatores?*
363 *Quomodo committatur divinatio?*
364 *Comprehenduntur etiam Astrologi prædicentes futura intrinsecè contingentia: ubi an comprehendantur consulentes?*

359 PRima difficultas; quo pacto primus casus sit intelligendus? Et quod attinet ad veneficia, illi hoc casu comprehenduntur, & dicuntur venefici, qui committunt maleficium, sive ad tollendum morbum, sive ad illum inferendum, aut alia damna; non solùm in hominibus, sed etiam in rebus ipsorũ; hoc pacto expressè, vel tacitè inito cum ipso Dæmone: *Coles me hac, vel illa faciendo, vel degestando, & ego favebo tibi. vel ad tollendum, vel ad inferendum morbum.*

360 An autem solum facientes veneficia, an etiã potiùs consulentes veneficos incurrãt reservationẽ hujus casus? Respondetur solos facientes illam incurrere, quia, ut *disp. 1.* diximus, quando reservatio imponitur criminosis, solùm comprehendit propriè facientes, non verò consulentes, mandantes, &c. Est enim reservatio odiosa, ac proinde restringenda.

361 Nomine tamen facientium comprehenduntur illi, qui veneficiis utuntur factis à magistris hujus artis, non tamen, qui ossa, vel herbas, aut alia id generis colligunt ad ipsorum veneficiorum massam attemperandam; & hujus diversa ratio est; quia priores utuntur his maleficiis, & filtris in actu jam perfecto, & consumato, ac proinde illi propriè dicuntur facientes, & veneficia exercentes; non ita posteriores, qui solùm præparant, & inchoant materiam ad veneficia ab aliis perficienda, & exercenda, quando autem reservatio imponitur alicui actui, non incurritur, nisi ab illo, qui eum consumat, ac perficit. Ita *Tamborin. tom. 2. de jure Abbatum disp. 12. quæst. 2. num. 12. Fagund. de Pænit. lib. 8. cap. 4. num. 49.* P. Tãbur. P. Fagũdi.

362 Quod attinet ad incantationes; ibi comprehenduntur hoc primo casu, & dicuntur incantatores, qui Dæmonem invocant, hoc pacto cũ ipso inito tacitè, vel expressè: *Invocabis me, & facies mihi cultum, ac reverentiam, & ego tibi ero auxilio, vel indicabo tibi rem, quam desideras, aut vi lere concupiscis.* Quot autem modis incantationes committantur, quando habeant admixtam hæresim, & quibus signis id possit deprehendi, habes latè, fusèque apud *Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 37.*

363 Quod attinet ad sortilegia, seu divinationes, dicendum est divinationem tùm committi, cùm prænuntiantur futuri eventus ex pacto cum Dæmone celebrato tacitè, vel expressè, hoc modo: *Invocabis me, & ego tibi futura prænuntiabo.* De his latè, & optimè *Sanchez proxime cap.* 38.

364 Comprehenduntur hoc etiam casu Astrologi judiciarii prædicentes ex motu syderum futura intrinsecè contingentia, contra quos extat constitutio Urbani VIII. die prima Aprilis anno 1631. edita, incipit: *Inscrutabilis.* An etiam comprehendantur ii, qui ipsos consulunt, vel mulierculas Ægyptianas animo prænoscendi bonam, vel malam fortunam eventuram? Respondetur negative, quia, ut diximus, soli facientes, & non consulentes reservationem incurrunt. Adde, quòd consulentes prædictas mulierculas plerumquè jocandi gratiâ, & earum mendaciis illudendi animo id faciunt; unde in eo non cōmittunt peccatum mortale, sed veniale, ut docet *Sanch. citatus c.* 38.*n.*48. *Fagund. proxime num.* 15. *Navar. in summa latina cap.* 11. *Tamborin. citatus num.* 13. *Ludovicus Lopez* 1. *parte Instructorii cap.* 41.

Secundus casus.

Apostasia à Religione.

365 *Non incurrit hunc casum Regularis, qui fugit ad tempus animo revertendi.*

366 *Neque, qui fugit animo ingrediendi aliam Religionem, stando jure communi.*

367 *Aliter dicendum, stando jure speciali.*

368 *Hic casus etiam comprehendit Moniales, quæ fugiunt animo non revertendi.*

369 *Quid dicendum do Regulari, qui fugit ad Prælatum superiorem?*

370 *Quid, de Episcopo regulari, qui renunciians Episcopatum, non revertitur ad Religionem?*

371 *Quid de Regulari, qui fugit animo non revertendi, sed retento habitu?*

372 *Quid faciendum de bonis Apostatarum?*

365 Secunda *difficultas* est circa explicationem hujus secundi casus. Et quæri potest primò: An ejus reservationem incurrat Regularis, qui è Religione fugit ad tempus, non animo eam deserendi, sed revertendi? Respondeo negativè, quia ista reservatio comprehendit solos apostatas, at vero ille dumtaxat dicitur apostata, qui è Religione egreditur animo non revertendi, sed laicaliter, ac clericaliter vivendi in seculo Tabien. Ita *Tabien. verbo Apostata n.* 9. *Fag. cit. c.* 5. P. Fagund. *num.* 3. *Tamborin. proxime cit. Caietan.* 2. Tambor. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. qui omnes dicunt Religiosum fugientem cum animo revertendi esse fugitivum, & vagum, non vero apostatam. Caietan.

366 *Quæri potest secundò,* An prædictam reservationem incurrat, qui fugit animo ingrediendi aliam Religionem etiam laxiorem? Respondetur negativè, stando jure communi, & fundamentum est clarum, quia hic non fugit animo vivendi in seculo laicaliter, aut clericaliter, nec absolutè deserit Religionem, sed commutat; ille autem solum dicitur apostata, qui statum Religionis deserit animo vivendi in seculo aut laicaliter, aut clericaliter. Ita *Angelus verbo Religiosus* Angelus *num.* 37. *Ioannes Andreas in cap.* 2. *Ne cle-* Ioā. Andr. *rici, vel monachi in* 6. *Panormitan. in Cap.* Panormit. *Sane de Regularibus Fagund. cit. num.* 3. P. Fagund *Lessius tom.* 1. *de justitia cap.* 41. *de statu* P. Lessius *Religionis num.* 102. §. *Vtrùm verò sine, Sà* P. Sa *verbo Religio num.* 51. Licet contrarium plures teneant cū *Deciano,* & *Menochio,* Decian. quos citat. & sequitur *Franciscus Ensaldius* Menoch. *de jurisdict. fol.* 270. *num.* 23. Franc. Ensal.

367 Dixi, *stando jure communi,* nam ex speciali, excommunicationem hodie reservatam incurrunt, qui sine expressa licentia Superioris ad alias Religiones, Carthusianâ exceptâ, transeunt, prout habetur in compendio privilegiorum nostræ Societatis verbo *Apostata* §. 9. Imò nec jam ad Carthusianos transfugere possunt, et si ad illos transeant, non priùs petita, & obtenta Superioris facultate, ipso facto excommunicantur à Paulo V. 3. Aprilis 1610. & ab Urbano VIII. 9. Augusti anno 1628. apud *Cherubin. tom.* 4. *Bulla* 91. *Urbani;* quod privilegium etiam concessum fuerat pro ordine S. Hieronymi in Hispania à Martino V. Eugenio IV. Pio II. Innocentio VIII. & Gregorio XIII. prout refertur in Compendio privilegiorum dicti Ordinis verbo *Transeuntes.*

368 *Quæri potest tertiò:* An Moniales

ales professæ, quæ similiter è monasterio egrediuntur animo non revertendi, sint verè Apostatæ, & ut tales præsenti casu comprehendantur? Respondeo affirmativè, quia eadem de illis est ratio: & id ex textu in *Cap. pervenit ad nos 27. q. 1.* sufficienter colligunt *Farinacius tract. de hæresi, q. 183. num. 68. Tamburin. de jure Abbatissar. d. 21. q. 5. Lezana verbo Apostata num. 5.* Quod etiam extendendum est ad Conversas, quæ sunt veræ Religiosæ: non ad Novitias, nec ad alias, quæ in aliquo conventu sub regula, & clausurâ vivunt, si non sint veræ Religiosæ, ut benè notat *Lezana loco citato.* Farinac. Tambur. Lezana

369 *Quæri potest quartò:* An comprehendatur isto casu Regularis, qui è monasterio, & Prælato immediato fugit ad Superiorem? Et quidem si fugiat titulo naturalis defensionis; quia aliter injustè nimis gravatur, & non datur recursus ad Superiorem per literas, & injuria non patitur moram, talis Religiosus non solum non est apostata, sed licitè fugit. Sin autem fugit absque hoc moderamine inculpatæ tutelæ, licèt non sit apostata, non enim fugit animo deserendi statum religiosum, idque quamvis fugiat sine habitu, ut cum pluribus notat *Lezana tom. 1. cap. 16. n. 7.* incurrit tamen pœnas Concilii Trident. *sess. 25. cap. 4.* ut bene notat *Portel in dub. Regular. verbo Apostata num. 3.* qui *in addit. num. 6.* addit declarationem sacræ Congregationis factam Generali sui Ordinis, ubi dicit talem Religiosum esse apostatam, verùm id intelligitur solum quò ad pœnas externas, ut advertit *Lezana verbo Apostata num. 6.* ubi addit eos, qui sine licentia sui Generalis, vel Protectoris veniunt Romam, Etiamsi sint Provinciales, & causa tractanda fuerit communis totius provinciæ, privari voce activâ, & passivâ per biennium à solo Papa relaxanda ex Decretis Clementis VIII. & Urbani VIII. Lezana Portel

370 *Quæri potest quintò:* An sit apostata Episcopus regularis, qui renuntians Episcopatui, non reversus est ad religionem, sed mansit in seculo? Respondeo negativè, quia iste non manet in seculo animo vivendi laicaliter, aut clericaliter, sed episcopaliter, qui status est perfectior statu religioso: & licèt iste renuntiaverit Episcopatui, non renuntiavit dignitati, & statui, adhuc enim manet Episcopus. Ita *P. Sanchez lib. 6. Decalogi num. 29. Rodriguez tom. 3. quæst. Regular. q. 52. art. 26. Laurentius de Franchis in controvers. Episcopor. & Regular. circa decreta Sacræ Congreg. de apost. & ejectis dub. 13: Lezana verbo Apostata num. 7.* Quid, si propter culpam deponatur ab Episcopatu? *Lezana cit.* dicit, nisi regrediatur ad religionem, esse apostatam, quia per depositionem redditus est indignus privilegiis suæ dignitatis; sed melius *P. Sanchez* talem excusat, quia iste non depositus est à dignitate, sed à solo Episcopatu. Sin autem degradaretur, maximè; quia tunc privatur dignitate. *P. Sanchez citat. num. 30. Sylvester verbo Religio 4. fine.* P. Sanchez Rodrigues Lauren.

371 *Quæri potest sextò:* An comprehendatur isto casu regularis, qui quidem fugit animo non revertendi, sed retento habitu? Respondeo affirmativè cum *Coriolano de casib. reservatis* super hunc casum, ubi refert decretum Clementis VIII. approbatum à Sacra Congregatione sub Urbano VIII. his verbis: *Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenerit, ut extra septa monasterii, seu conventus fiat egressio.* Subscribit *Lezana cit. num. 9.* Et est communis sententia Theologorum, & Juristarum, qui dicunt non solum esse apostatam, qui fugit, dimisso habitu, *Cap. Primo, & Secundo 20. q. 3.* sed etiam cum illo retento. *Abbas in Cap. 1. de apostat. num. 2. vers. Et adde hic, quod not. Innocent. Socin.* ibidem *num. 2. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 5. cap. 73. num. 21. Menochius de arbitrar. judic. cas. 546. num. 34. Navar. lib. 5. tit. de apostat. cons. unico num. 8. Franciscus Ensaldius de jurisdict. folio. 270. numero 22.* Coriol. Lezana Abbas Socin. Decia. Menochi. Navar. Ensaldius

372 Quid autem faciendum sit de bonis apostatarum? Vide *Lezanam verbo Apostata num. 8.* ubi cum communi Doctorum dicit spectare ad Cameram Apostolicam, si apostata moriatur extra Religionem: ad Religionem verò, si in illa moriatur: nisi forte sint injustè acquisita; nam tunc spectabunt ad proprios dominos viâ restitutionis, quod latiùs expendit *Lezana tom. 1. cap. 16. num. 20. 21. & 31.* cum pluribus.

(✠)

Tertius casus.

Nocturna, & furtiva egressio.

373 *Incurrit hunc casum, qui noctu egreditur cum licentia metu obtenta.*

374 *Quid, si egrediatur cum licentia illicite concessa?*

375 *Quid dicendum de Prælato noctu egredi-ente?*

376 *Quid, de egrediente noctu ad hortum monasterii.*

377 *Sententia Authoris.*

373 TErtia difficultas est circa explicationem tertii casus, & quæri potest primò: An hujusmodi reservatio incurratur ab illo, qui cum licentia dolo obtenta, aut metu extorta ex monasterio noctu egreditur? Respondeo affirmativè, quia adhuc ista egressio est furtiva, fit enim, invito Prælato. Ita
Tambur. *Tamburin. cit. disp. 3. q. 2. num. 18.*

374 *Secundò quæri potest*, An etiam hæc reservatio incurratur ab illo, cui Prælatus iniquè, & abutens officio suo
P. Suar. licentiam fecit? Affirmat *Suar. tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 18. num. 5.* quia hæc licentia, cum sit injusta, nulla est, ac proinde nihil operatur. Probabilior tamen videtur resolutio negativa,
Tambur. quam tenet *Tamburin. proxime num. 19.* & probatur, quia tunc ista subditi egressio non dicitur furtiva, non enim fit invito Prælato, sed ipsô volente, licèt per voluntatem iniquam.

375 *Tertiò quæri potest*: An si ipse Prælatus noctu egrediatur, incurrat re-
P. Suar. servationem? Affirmat *Suar. proxime, &*
Peirin. *Peirines tom. 1. de Prælato Regularium q. 3. cap. 2. num. 40.* Fundamentum est, quia talis Prælatus egreditur, invito ejus Superiori maiori, respectu cujus egressio inferioris est furtiva. Sed probabilior videtur resolutio negativa, quia iste Prælatus non egreditur sine licentia; potest enim ipse per se, quod potest pro subditis: sed poterat pro subditis licentiam indulgere talem, quæ excusaret eorum egressionem à ratione furtivæ: ergo etiam ipsius egressio non est rigorose furtiva, maximè, quia loquimur de reservatione, quæ est materia odiosa, ac proinde stricti juris.

376 *Quartò quæri potest*: An reservatio incurratur ab illo, nocturna, ac furtiva egressione monasterio egreditur, & transit in hortum, poma, ac fructus furandi gratia? Et pro parte negativa facit, quod reservatio apostasiæ non incurritur per egressionem in hortum apostatandi animo factam, sed necesse est, quod murus horti extra septa transiliatur, ut communiter tradunt Doctores citati, & patet ex ipso Decreto Clementis.

377 Tenenda tamen resolutio affir- Peirin.
mativa cum *Peirines, & Tamburino locis* Tambur.
citat. Probatur ex distinctione, quam facit Clemens inter secundum, & tertium casum, nam ad secundum requirit egressionem non solum ex monasterio, sed etiam extra septa monasterii: ad tertium solum requirit egressionem ex monasterito. Et confirmatur, quia ille, qui furtiva, ac nocturna egressione perfractis monasterii foribus trãsilit in hortum, proprie dicitur egredi à monasterio: si ergo talis egressio sit nocturna, & furtiva, habet omnia requisita, ut tertio casu comprehendatur.

Quartus casus.

Proprietas contra votum paupertatis.

378 *Quomodo sit intelligendus hic casus?*

379 *Ea quantitas requiritur ad incurrendum hunc casum, quæ requiritur ad peccatum mortale in materia furti.*

380 *Quæ quantitas requiratur in materia furti de rebus monasterii? Referuntur variæ sententiæ.*

381 *Alia sententia.*

382 *Quid dicendum de licentia præsumpta?*

383 *Plures asserunt licentiam præsumptam excusare à mortali.*

384 *An peccet mortaliter contra votum, qui non acceptat, sed rogat, ut donetur amico?*

385 *Resolvitur probabilius negativè.*

386 *Solvuntur fundamenta contraria.*

387 *An, qui petenti sibi missas dicat: faciam tot sacra, si eleemosynas amico meo eroges: comprehendatur in hoc casu?*

388 *Præfertur resolutio affirmativa; & satisfit fundamento opinionis contrariæ.*

378 QUarta difficultas procedit circa Intelligentiam quare

quarti casus, scilicet proprietatis contra votum paupertatis. Nomine autem proprietatis intelligitur illa, qua Religiosus sine licentia sui Prælati accipit aliquid, vel à monasterio, vel ab externis, & id sibi appropriat, vel alteri, qui non est ejusdem monasterii, dono dat.

379 *Quæritur primò*, qualis debeat esse quantitas, ut reservatio istius casus incurratur? Responderi solet eam quantitatem requiri, & sufficere, quæ sufficit ad peccatum mortale contra votum paupertatis; quæ verò quantitas sufficiat, & requiratur, ut sit peccatum mortale contra votum paupertatis? Responderi solet illam sufficere, & requiri, quæ in materia furti de rebus monasterii requiritur, & sufficit, ut sit peccatum mortale. Ita *Rebell. Bonacina, Graffis*, & *Molina* apud *Dianam* 1. p. *tract.* 6. *resol.* 36. Et quo ad nostram Societatem ita expressè determinatum est *cap* 4. Ordinationum Generalium *num.* 1c.

380 Quæ autem proprietas in materia furti de rebus monasterii constituat peccatum mortale, non est uniformiter statutum inter Doctores. *Sanchez lib.* 7. *Decal. cap.* 20. *num.* 3. constituit valorem quatuor argenteorum. At sane id taxandum videtur respectivè ad majores, vel minores redditus monasterii. In copiosissimis asserit *Cenedo, & Ledesma* apud *Dianam proxime* videri summam octo, aut novem regalium Castellæ: in minus copiosis taxant sex regales: in mediocribus dicunt *Rebel.* 1. p. *lib.* 3. *q.* 15. *sect.* 13. *num.* 22. *Hieronym. Flamma* 2. p. *methodi cap.* 9. §. 12. *num.* 6. & 7. esse regales quatuor, vel quinque. In monasteriis *D.* Francisci constituit *Valerus in differentiis utriusque fori, verbo Munera num.* 65. duo regalia cum dimidio. Et quod hæc summa ita respectivè considerata ad majores, vel minores redditus attendenda sit sufficienter probatur ex eo, quod Religiosi computantur, ut filii familias sui monasterii, prout ex *Cap. Licet de sepulturis in* 6. *L. Qui in potestate ff. de testamentis, Anthentica Ingressi Cod. de sacrosanctis Ecclesiis*, docent *Navar. in Capit. Non dicatis* 12. *q.* 1. *num.* 62. & *Rebel. proxime sect.* 15. *num.* 22. At verò peccatum filiorum familias in materia furti de bonis, ac fortunis parentum non est mortale, nisi in taxata quantitate respectivè ad ipsorum parentum redditus summos, medios, ac mediocres, ut docent *Rebel. citatus sect.* 15. *num.* 106. *Navar. de restitut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 66. *Fagund. cit. cap.* 6. *num.* 7. neque enim in minori quantitate volunt parentes obligare ad mortale filios suos, neque, si id vellent, rationabiliter vellent.

P. Sãchez

Cened. Ledesma

P. Rebel. Bonac. Graffis P. Molin. Diana

381 Imò propter hanc rationem per comparationem ad filiosfamilias *Rodriguez in summ. tom.* 4. *cap.* 118. *num.* 27. & 29. extendit quantitem requisitam, ut Religiosus in materia furti peccet mortaliter contra votum paupertatis ad summam duorum aureorum, quam opinionem probabilem dicit *Aragon.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 6. *concl.* 3. *folio* 286. Illam docuerat *Sotus de justitia lib.* 5. *q.* 3. *art.* 3. *ad* 3. Verùm hanc opinionem communiter reprehendunt alii Doctores, & vel ipse *Diana* 1. p. *tract.* 6. *resol.* 36. dicit sibi videri valde laxam, & quod alii judicent, an sit probabilis, nec ne.

Rodrig. Aragon. Sotus.

382 *Secundò quæri potest*: An licentia præsumpta in materia aliàs sufficienti ad peccatum mortale contra votum paupertatis excuset ab illo, & consequenter ab ejus reservatione? Ea dicitur licentia præsumpta, quam subditus putat Prælatum hic, & nunc sibi concessurum, si illum adiret, distinguitur ab epichea, quia licentia præsumpta datur, quando Prælatus non aditur, cum adiri queat; epichea verò datur, cum Prælatus non potest adiri, ut cum v. g. subditus iter faciens amittit Breviarium, aut galerum, tunc enim dicitur posse per epicheam alium emere de pecuniis monasterii.

383 Plures Doctores asserunt licentiam præsumptam excusare à mortali, nã tunc Prælatus non est invitus quò ad substantiam rei; sed solum quò ad modum, eo quod subditus debuit petere licentiam, & non petiit, unde asserunt peccare, quidem venialiter propter malum modum, non tamen mortaliter, quia Prælatus quò ad substantiam rei non est invitus. Ita *Rebel. proxime num.* 14. *Navar. cit. cap.* 17. *num.* 138. *Caietan. verbo Furtum notabili* 2. *Fagund. cit. num.* 3. *Lessius tom.* 1. *de justitia lib.* 2. *cap.* 41. *de statu religioso dub.* 9. *num.* 80. quibus accedunt *Flamma proxime, D. Thomas, Tolet. Rosel. Mendonsa Roiz, Ledesma & Graffis*, quos pro hac opinione retuli *in tract.* 6. *disp.* 1. *sect.* 4. *diffic.* 3. quibus cum *Cenedo, Suar. Tanner. Molin. Azor, Sà, Aragon.* & aliis pluribus subscribit *Diana* 1. p. *tract.* 6. *resol.* 31. Hæc sententia non minus probabilis, quam

P. Rebel. Navar. Caietan. P. Fagũd. P. Lessius Flamma D. Thom. Rosel. Medon. P. Ruiz Ledesma Graffis Cenedo P. Suar. P. Tãner. P. Molin. P. Azor. P. Sa Aragon. Diana

quam communis est.

384 *Tertiò quæri potest*: An comprehendatur isto casu proprietatis contra votum paupertatis, qui non vult rem acceptare, sed rogat, ut donetur amico, vel consanguineo? Affirmat *Sorbo in Compendio privileg. in expositione Bullæ Clementis VIII. de largitione munerum fol.* 194. Probatur primò ex dicta Bulla Clementis VIII. Ibi: *Prohibemus Religiosis, ne largiantur munera, non solùm per se, verumetiam per alios, tam directè, quam indirectè, &c.* At Regularis in casu proposito donat indirectè; & notandum est Clementem VIII. in hac Bulla non condere novum jus, sed explicare, quando in terminis juris communis peccetur mortaliter contra votum paupertatis, ut optime notat *Sousa in explicatione hujus Bullæ fundam.* 1. *num.* 8. & §. 3. *num.* 72. *Ortiz in sum. cap.* 5. *num.* 10. *Ioan. Valer. in differentiis utriusque fori verbo Munera, num.* 1. *Paulinus Berti in explicatione ejusdem Bullæ p.* 2. *conf.* 3. *fine fol.* 418. & *Ioan. de la Cruz de statu religioso lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 1. *conclus.* 3. Probatur secundò, quòd enim mei causa fit, meum quodammodo fit, *L. Prætor ait ff. de edendo.* Tertiò ex *L.* 2. *ff. de calumniatoribus.* Ibi: *Nec refert, an ipse pecuniam acceperit, an alteri jusserit dari.*

Sorbus
Ortiz
Valerus
Berti
De la Cruz

385 Nihilominus probabilius est in hoc eventu non peccari mortaliter contra votum paupertatis. Ita *Sanchez de Matrimonio lib.* 6. *disp.* 4. *num.* 7. & *lib.* 7. *Decal. cap.* 19. *num.* 74. *Sousa citatus num.* 73. *Fagund. proxime num.* 18. *Turrian.* 2.2. *disp.* 81. *dub.* 3. *Bonacina de contractibus disp.* 3. *q.* 12. *p.* 1. *num.* 6. *Layman lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 16. *Filliuc. tom.* 2. *tract.* 34. *cap.* 3. *q.* 8. *num.* 62. *Villalob. in summa tom.* 2. *tract.* 31. *dub.* 32. *num.* 6. *Diana* cum pluribus 1. *p. tract.* 6. *resol.* 8. Fundamentum est, quia Religiosus in hoc casu nullum exercet actum dominii circa rem, quam petit donari amico, vel consanguineo, non enim illam tacitè, vel expressè accepat, neque donat, sed solum donari rogat.

P. Sanch.
Sousa
P. Fagũd.
P. Turriã.
Bonac.
P. Laym.
P. Filliuc.
Villalob.
Diana

386 *Ad primum* fundamentum opinionis contrariæ respondetur Regularem in hoc eventu nullo modo donare, neque directè, neque indirectè, sed solùm rogare, ut donetur; Bulla Clementis VIII. loquitur de casu, in quo Regularis non rogat, sed jubet donari, tunc enim ipse donat indirectè, quòd ipse prius saltem tacitè acceptavit. Ex quo patet solutio ad *secundũ, & tertiũ*: nã Leges illæ procedũt in casu, quo quis munus sibi oblatũ non rogat, sed jubet alteri donari: quod fieri non potest absque aliqua prævia acceptatione, saltem tacita, quæ inducit dominium, ac proprietatem contra votum paupertatis.

387 *Quartò quæri potest*: An prædicto casu proprietatis contra votum paupertatis comprehendatur ille, qui expressè, vel tacite dicit petenti sibi Missas: *Faciam tibi tot sacra, dummodo eleemosynas illis correspondentes eroges tali meo amico, vel consanguineo?* Negant *Sousa proxime* §. 3. *num.* 74. *fine*, & *Diana cit. resol.* 9. quia Regularis in eo eventu solùm donat Missas, quæ cum sint quid mere spirituale, non offendit religiosam paupertatem, & manet extra ejus materiam, & sphæram.

Sousa
Diana

388 Tenenda tamen resolutio affirmativa cum *Navar. de restitutione lib.* 3. *c.* 1. *num.* 185. §. *Secunda dubitatio*, & *Fagund. cit. num.* 20. Probatur, quia iste contractus involuit quoddam tacitum, & virtuale dominium eleemosynarum, quas re vera ipse amico, vel consanguineo indirectè donat, idque strictius ex vi contractus, quàm si juberet; at si juberet, peccaret mortaliter, & incurreret casum proprietatis, ex *L. Prætor ait ff. de edendo*: & ex *L.* 2. *ff. de calũ*: ergo à fortiori contractum paciscendo. Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur nihil in eo casu, nisi merè spirituale donari directe, indirectè tamen donari pecunias illis eleemosynis Missarum correspondentes.

Navar.
P. Fagũd.

§. I.

An comprehendatur in hoc casu, qui pecunias accipit distribuendas nomine donantis?

389 *Proponitur sententia affirmativa.*
390 *Primum hujus sententiæ fundamentum.*
391 *Proponitur secundum fundamentum.*
392 *Tertium, & quartum fundamentum.*
393 *Quintum fundamentum, & sextum.*

389 QUintò quæri potest: An dicto proprietatis casu com-

comprehendatur, qui pecunias accipit distribuendas in pauperes. & similia nomine ipsius donantis? Affirmat *Turrian.* 2. 2. *disp.* 84. *dub.* 1. citans *Vasq.* quem de hoc dubio dicit fuisse interrogatum, & affirmative respondisse. Accedunt *P. Alphonsus Rodriguez in exercitiis perfectionis spiritualis p.* 3. *tract.* 3. *cap.* 15. *Cened. de paupert. relig. dub.* 24. *num.* 11. *Laym. lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 16.

P. Turrian. P. Alphon. Rodrig. Cenedo P. Laym.

390 Probatur primò, quia Religiosus in hoc casu acquirit, & sibi appropriat aliquod jus pretio æstimabile, tale enim est jus disponendi prædictas pecunias. Et hoc ostenditur, quia si quis per vim tali jure aliquem spoliaret, cogeretque in se transferri, faceret illi injuriam. Item si quis alicui mutuum daret cum obligatione transferendi in se tale jus, foret usurarius; ut communiter concedi solet, quia scilicet ex vi mutui onus extorqueret pretio æstimabile. Deinde Religiosus hoc jus sibi appropriat, illud sibi usurpando, cum ei non competat, sed monasterio, nam quidquid monachus acquirit monasterio acquirit *Cap. Abbatis de statu monachorum.*

391 Probatur secundò ex *Cap. Exiit §. Cæterum cum in eâdem, versu Ita tamen de verborum significatione in* 6. Ibi: *Ita tamen, quod penes ipsum dantem dominio, & proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ cum libera potestate revocandi sibi pecuniam ipsam semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam plene, libere, ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nihil omnino juris Fratres habeant, nec administrationem, seu dispositionem, &c.* Itaque administratio, & dispositio hujusmodi pecuniæ acceptæ est proprietas contra votum paupertatis; & in præsenti casu Religiosus videtur habere talem administrationem, seu dispositionem.

392 Probatur tertiò, quia Religiosus habens peculium sine licentia solum habet ejus administrationem; & tamen est proprietarius, *Cap. Monachi, versu Qui vero de statu monachorum.* Ibi: *Qui verò peculium habuerit, nisi ab abbate fuerit ei pro injuncta administratione permissum, à communione removeatur altaris.* Quarto probatur ex Clementina *Exivi §. Denique de verborum significatione.* Ibi: *Quapropter præcipere, quòd, & qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expensa, eam quomodocumque repetere, sive deponere, aut deponi facere capsulam pecuniæ, vel ejus clavem deferre, eos, & similes actus sibi Fratres illicitos esse sciant, &c.* Si verò hujusmodi actus sunt contra votum paupertatis, à fortiori contra illud erit prædictæ pecuniæ administratio. Idem fere habetur in motu proprio Pii V. incipit: *Ad extirpandas.* Et in Concilio Trident. *sess.* 25. *cap.* 2. *de Regularibus.*

393 Probatur quintò, quia Religiosus nō potest testari de talibus pecuniis, sicut nec de ulla alia re, ut docent *Navar. Lopez, Cordub.* & alii apud *Sanc. ubi infra*: ergo neque tales pecunias accipere absque licentia sui Prælati. Sextò probatur, quia Religiosus non potest tales pecunias distribuere, ut testamentarius *Cap.* 2. *de testamentis in* 6. ergo neque extra testamentum.

§. 2.

Probabilius est posse Religiosum accipere pecunias distribuendas nomine donantis.

394 *Resolvitur quæstio, & probatur.*
395 *Proponitur tertia, & quarta pars probationis.*
396 *Solvitur primum argumentum.*
397 *Solvuntur duæ instantiæ.*
398 *Solvitur secundum argumentum.*
399 *Solvitur tertium argumentum.*
400 *Quartum argumentum diluitur.*
401 *Solvitur quintum argumentum.*
402 *Solvitur sextum argumentum.*

394 HIS non obstantibus, probabilius videtur, non esse cōtra votum paupertatis accipere pecunias distribuendas in pauperes nomine donantis. Ita *Sanchez lib.* 7. *Decalogi cap.* 30. *num.* 4. dicens ita sentire viros doctissimos nostræ Societatis de hāc re cōsulos, quibus accedunt *Lezana tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 39. *Diana* 1. *p. tract.* 6. *resol.* 29. *Faustus in thesauro lib.* 8. *q.* 109. *num.* 2. Et probatur, quia in hac dispensatione hæc sola quatuor inveniuntur. Primum receptio pecuniæ. Secundum jus eligendi pauperes, in quos ipsa pecunia distribuenda est. Tertium pauperum electio. Quartum distributio inter illos. At neutrum horum est contra votum paupertatis. Non primum, nimirum receptio pecuniæ, nam Religiosus non sibi, suosve in usus, sed eam pauperibus recipit; nec distribuendam nomine proprio, sed nomine donantis;

P. Sanchez Lezana Diana Faustus

nantis. Non secundum, videlicet *jus* eligendi pauperes, quia licet hoc sit pretio æstimabile, non ut tale à Religioso accipitur, aut administratur, & quamvis aliquod *jus* sit pretio æstimabile, si non ut tale accipitur, vel administratur, non est contra votum paupertatis. Ut patet in intercessione Religiosi coram judice, vel magistratu seculari, quæ quidem est pretio æstimabilis, sed quia ut talis à Religioso non exercetur, licet fiat, seu detur sine licentia Prælati, non est contra votum paupertatis. Item idem patet in casu, quo quis relinqueret mille aureos distribuendos in pauperes, quos Religiosus eligeret, nemo enim, inquit *Sanchez citatus*, diceret hunc Religiosum eligentem tales pauperes absque licentia sui Superioris peccare contra votum paupertatis, quia nimirum, licet tale *jus* eligendi foret pretio æstimabile, non ut tale accipitur, & exercetur à Religioso, ut est clarum.

395 Tertium est ipsorum pauperum electio, sed neque hæc est contra votum paupertatis, si enim ipsum eligendi jus non est contra votum paupertatis, ut ostendimus, à fortiori non erit contra illud ipsa electio. Quartum nempe distributio in pauperes, non est contra votum paupertatis, quia Religiosus non distribuit eleemosynas nomine suo, sed nomine donantis, nec ipse censetur aliquid conferre, sed donans, ut constat ex *L. Verum ex familia §. Si de falcidia ff. de legatis 2.*

396 Neque fundamentum opinionis contrariæ oppositum suadent. *Ad primum* dicendum est Religiosum acquirere illud jus distributionis, & illud esse pretio æstimabile, sed non ut tale accipi, & exerceri à Religioso, sed solum ad eum modum, quo exercet intercessionem, quando sine licentia sui Prælati intercedit pro aliquo apud principem, vel magistratum, licet talis intercessio æstimabilis sit.

397 Neque obstat, quod, si quis donantem tali *jure* distributionis spoliaret, faceret ei injuriam. Item si quis ex mutuo imponeret obligationem transferendi in se tale *jus*, esset usurarius, &c. Non, inquam, id obstat, quia in his casibus extorquetur *jus* distributionis, ut aliquid pretio æstimabile; nõ ita in nostro eventu; & hujus diversa ratio est, quia illud accipitur ut aliquid pretio æstimabile, quod accipitur ut aliquid vendibile alii, vel convertendum in proprios usus: at Religiosus non accipit tale jus, ut vendibile, nec ut convertibile in proprios usus; secularis verò donantem spolians tali jure, vel de eo ex mutuo paciscens, illud accipit ut vendibile, vel quasi ut vendibile, & ut cõvertibile in proprios usus.

398 *Ad secundum* respondetur pecuniæ administrationem posse fieri, aut nomine proprio, & sic dicitur administratio juris; aut nomine non proprio, sed alieno, & sic dicitur administratio facti. Prima est contra votum paupertatis, & cavetur in *Cap. Exiit.* Non secunda.

399 *Ad tertium* respondetur habentem peculium non solum habere administrationem, sed etiam jus illud convertendi in proprios usus, quod est contra votũ paupertatis; aliter se habet in nostro casu distributio eleemosynarum, non enim potest converti in proprios usus.

400 *Ad quartum* respondetur Clementinam *Exivi*, & motum proprium Pii V. & Concil. Tridentinum locis citatis, solum prohibere prædictos actus circa pecuniam datam in proprios usus, at verò administratio, de qua loquimur, est mera administratio eleemosynæ distribuendæ in pauperes nomine alterius, & convertendæ in proprios usus.

401 *Ad quintum* respondetur cum *Sanchez citato* verum esse Religiosum non posse testari, quia testamentum fit nomine proprio, & propria voluntate, quam Religiosus non habet. Unde ex hac ratione dicunt Doctores citati, neque cum licentia Prælati posse Religiosum testari: at verò donatio, vel acceptio, vel administratio possunt fieri nomine alieno, nimirum ipsius donantis.

402 *Ad sextum* respondetur Religiosum non posse esse testamentarium sine licentia sui Prælati, quia ad executionem testamenti requiritur testamentarii voluntas quodammodo publica, qua Religiosus caret; & ex hoc titulo, non verò ex eo, quod id sit contra votum paupertatis, dicitur in textu allegato Religiosum non posse esse testamentarium. Ibi: *Cum velle, & nolle non habeat*; at verò ad eleemosynas administrandas sufficit voluntas donantis, in cujus nomine, & authoritate fit administratio.

(✠)

§. 3.

§. 3.

Utrùm sit contra votum paupertatis accipere comestibilia sine licentia.

403 Proponitur opinio Ludovici Lopez.
404 Opinio Flammæ.
405 Sententia P. Suarii.
406 Sententia P. Sanchez.
407 Approbatur sententia P. Suar. & limitatur.
408 Rejicitur fundamentum P. Sanch.

403 SExto quæri potest: An peccet mortaliter, & reservationem incurrat, qui accipit comestibilia à seculari, vel à rebus conventus? Ludovicus Lopez 1. p. Instructorii cap. 156. Lopez folum. 3. versu Sed jam de receptione, dicit integrum esse Religioso à seculari accipere duas gallinas, & aliqua saccaro condita, quæ Hispani vocant Conservas.

Flamma 404 Hieronymus Flamma 3. p. methodi cap. 9. §. 11. vers. Ecclesiastici ad finem; asserit non condemnandum esse Religiosum ad mortale, si de communitate accipiat gallinam, aut perdicem cum pane & vino pro uno jentaculo, vel prandio peculiari cum amico; vel etiam, si furtim capiat de penu caseum, vel capsulam dulciariam, secus, si plures gallinas, quæ pro infirmis servabantur, ita ut defectus sentiatur. Huic doctrinæ videtur subscribere Fagundez 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. P. Fagūd. cap. 6. num. 8. remittens se ad numerum antecedentem.

P. Suar. 405 Suarius tom. 3. de Religione lib. 8. cap. 11. num. 41. docet furtum de rebus monasterii quò ad comestibilia; si sint quò ad proprium usum ipsius Religiosi actualem, & transitorium, raró accedere ad mortale, comparantur enim Religiosi ut filii respectu sui monasterii; filii autem propter comestibilia, quæ parentibus subripiunt, non condemnantur ad mortale, nisi furtum fit in magna quantitate. Et quamvis Prælati hoc severè puniant pro maiore, vel minore monasterii reformatione, non id faciunt, quia reputent esse materiam gravem contra votum paupertatis, sed quia est contra decentiam, reformationem, & perfectionem, religiosam; quod si aliquis Prælatus id reputet peccatum mortale, P. Suar. in eo erit irrationalibus. Hæc Suarius, cui subscribunt Tanner. 2.2. disp. 7. q. 3. dub. 4. P. Tāner. num. 106. Diana 1. p. tract. 6. resol. 30. & 41. Diana Joann. de la Cruz de statu relig. lib. 1. cap. 3. De la Cruz dub. 3. conclus. 3.

406 Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 19. P. Sanch. nullam agnoscit differentiam inter comestibilia, & alia non comestibilia. Unde resolvit eam quantitatem sufficere in comestibilibus ad peccatum contra votum paupertatis, quæ in aliis rebus non comestibilibus. Et sane ita sentire videntur Lessius lib. 2. de justitia cap. 41. dub. 9. n. P. Lessius 79. vers. 7. Sayrus in clavi regia lib. 9. Sayrus. cap. 16. num. 10. Azor. 1. p. lib. 12. cap. P. Azor. 12. q. 2.

407 Ego adhærendum existimo opinioni Suarii, quia re vera, ut suprà notavimus, Religiosi comparantur ad monasterium ut filii; & filii pro istis comestionibus, & jentaculis, licèt vapulent à parentibus, non condemnantur ad mortale. Limita primò, nisi furtum fiat in re pretiosa, cujus defectus est pecunia compensandus. Secundò, si excessus rei, quæ servatur, & superat quantitatē comestionis actualis transitoriæ, pretio æstimetur sufficienti ad peccatū mortale, quia tunc, ut bene docet Sanchez, parum refert quod hoc pretium sit in materia comestibili, aut non comestibili. Tertiò, si furtum fiat de rebus non deputatis ad communem victum, sed vel ut vendantur, vel ut satisfaciendis obligationibus monasterii serventur. Quarto, si occurrant aliæ circunstantiæ, quæ sane omnes respiciendæ sunt, & in illis prudentum judicio standum.

408 Quod autem docet Sanchez se P. Sāchez non videre differentiam in comestibilibus præ aliis rebus, non habet locum, supposito, quòd Religiosi ut filii considerentur, nam filii cum furtim subripiunt comestibilia pro actuali, & transitoria comestione de rebus deputatis ad usum familiæ, parentes non sunt adeò inviti, ut illos damnent ad mortale, quò ad hoc licentiam tacitam indulgent, licèt damnent ad verbera. Utrùm autem comestiones sint unibiles ad eum modum, quo minima furta in aliis rebus uniuntur? Dicemus infra in octavo casu, cum de furto de rebus monasterii agendum erit.

(✠)

§. 4.

§. 4.

An, & quo sensu sit contra votum paupertatis habere depositum apud secularem?

409 *Resolvitur quæstio negativè, & probatur, si dominium maneat apud secularem.*

410 *Extenditur resolutio ad casum, quo secularis habeat animum transferendi dominium.*

411 *Secundò extenditur ad casum, quo Religiosus apud se habeat tale depositum.*

409 SEptimò quæri potest: An peccet mortaliter, reservationemve incurrat Religiosus, qui seculari volenti illi dare pecunias dicit, quòd eas ponat in deposito apud alium, ut illis utatur de licentia sui Superioris, cum necessitas occurrerit, & interim dominium illarum maneat apud secularem? Respondeo hoc non esse contra votum paupertatis. Ita *Sanchez lib. 7. Decal. cap. 19. num. 15. D. Bonavent. in expositione regulæ Minor. cap. 4. & in quæstionibus q. 25. Lezana tom. 1. cap. 6. num. 32. & 48. Thomas à IESU in Cap. Non dicatis p. 3. cap. 5.* Probatur ex *Cap. Exiit ante medi. vers. Cæterum cum,* & *vers. Ad maiorem de verborum significatione in 6.* ubi Nicolaus III. referens præsentem casum concludit his verbis: Patet ex præmissis in tali commendatione pecuniæ ipsos Fratres non solum à receptione pecuniæ, proprietate, dominio, usu, & contrectatione qualibet ipsius, & ab ea pecunia penitus esse alienos. Idem habetur in *Clement. Exivi vers. Deinde cum de verborum significatione*, & res est manifesta, ut patet ex textu, quia in tali casu Religiosus nec acquirit jus, nec usum talium pecuniarum, imò habet animum non utendi illis absque licentia sui Prælati. P.Sanch. P. Bonav. Lezana Thom. à IESU

410 Quæ doctrina extendenda est cum iisdem Doctoribus ad casum, quo secularis, cum deponit pecunias, habeat animum transferendi dominium earum in ipsum Religiosum, quia parum refert, quod secularis habeat animum donandi, si Religiosus non habeat animum acceptandi.

411 Item extendenda est cum *Sanchez*, & aliis Doctoribus etiam ad casum, quo Religiosus apud se servet tale depositum eodem animo, quo esset apud alium, manante scilicet dominio penes secularem, & ipso Religioso intendente non uti talibus pecuniis sine licentia. Et probatur, quia in hoc casu nec Religiosus acquirit dominium, nec usum talium pecuniarum, sed ipsas retinet, ut depositum alterius.

§. 5.

An sit contra votum paupertatis commodare, aut dare sine licentia ea, quæ Religiosus habet cum licentia?

412 *Proponuntur fundamenta partis affirmantis.*

413 *Probabile est non esse mortale, si commodans sit securus de restitutione.*

414 *Quid dicendum, si Religiosus absque licentia donet alii ejusdem monasterii?*

415 *Probabile est non esse mortale.*

416 *Explicatur constitutio Clementis VIII.*

412 OCtavò quæri potest: An peccet mortaliter, reservationemve incurrat, qui sine licentia commodat, & mutuò dat ea, quæ habet cum licentia? Affirmat *Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 79.* Et probatur primò, quia, qui commodat, videtur uti re, tanquam ejus dominus; at verò Religiosus non potest uti re tanquam dominus illius. Secundò, quia ex hoc capite non potest Religiosus donare sine licentia ea, quæ illi à Prælato permissa sunt ad proprios usus. P. Lessius

413 Nihilominus si Religiosus commodans sit securus de restitutione, probabile est posse rem commodare absque peccato mortali. Ita *Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 19. num. 65. Ledesma in additionibus ad summam tom. 2. cap. 4. dub. 2. fol. 97.* Et ratio est, quia licet per commodatum transferatur dominium, tamen si id fit cum securitate restitutionis ejusdem, vel æquivalentis, est materia exigui momenti, ac proinde incapax peccati mortalis. Itaque non nego hoc esse contra votũ paupertatis, ut probant rationes adductæ per *Lessium*, sed dico id esse in materia levi, ac proinde non incurri reservationem. P. Sanchez Ledesma

414 Quid autem, si absque licentia Reli-

Lezana *Gratian.*

Religiosus donet alteri Religioso ejusdem monasterii ea, quæ habet? Peccare mortaliter affirmat *Lezana tom. 1. cap. 6. num. 54. & Hieronymus Gratianus disciplina regulari 2. p. cap. 8. §. 3.* Et id probant ex constitutione Clementis VIII. *Religiosa Congregationes* anno 1594. in qua Regularibus prohibetur largitio munerum etiã inter ipsos Fratres. Ibi: *Inter ipsos quoque Religiosos, ne pravi ambitione impulsi pro consequendis in sua religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut benevolentiam aucupetur, quæcumque largitio, aut donatio munerum, nisi rerum minimarum, de licentia expressa, & in scriptis Superiorum, est penitus interdicta.* Itaque hæc largitio munerum inter ipsos Religiosos est peccatum proprietatis, si fiat sine licentia Superioris, quia sine illa est usus rei temporalis contra voluntatem Superioris, præsertim Papæ, qui est supremus Prælatus Religionum.

P. Fagũd. *Flamma* *Diana.*

415 His non obstantibus, probabile est hoc non esse peccatum mortale. Ita *Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. cap. 6. num. 4.* & *6. Flamma in methodo part. 3. cap. 9. §. 12. Diana tract. de paupert. religiosa resol. 37. vers. Non gravabor.* Et probatur, quia tunc non fit furtum monasterio, nam hoc manet cum eodem dominio circa talem rem, sive ejus usum habeat hic monachus, sive ille; deinde nulli alii fit furtum, transmutatio autem usus ab uno Religioso in alium ejusdem monasterii, manente dominio in eodem monasterio, non videtur materia gravis, sed levis.

416 Neque obstat constitutio Clementis, nam in primis talis constitutio saltem in partibus Hispaniarum recepta non est, ut testatur *Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 19. num. 42. 100. & 105.* Et in Italia abiit in desuetudinem, ut docet *Peyrinus tom. 1. de subdito q. 3. de paupertate cap. 2. §. 6.* Scio talem constitutionem esse invocatam à sacra Congregatione Concilii, quæ refertur à *Lezana verbo Donare num. 10.* & quà standum esse docet *Diana p. 8. tract. 6. resol. 12. cum P. Lessio, Fuiggers.* Præterea etiam locis, ubi constitutio Clementis fuerit recepta, assero in ea solum prohiberi donationes factas titulo, & animo ambitionis, non autem titulo gratitudinis, aut benevolentiæ, alterius ve virtutis. Unde, quæ non fuerint factæ titulo ambitionis, non subjacent pœnis prædictæ constitutionis Clementis, ut docent *Tamburin. de jure Abbatissæ, disp. 9. q. 9. Iom. Valerus in differentiis utriusque fori verbo Munera n. 82. Diana* cum pluribus *1. p. tract. 6. de paupertate relig. resol. 18.* imò & ipse *Lezana verbo Donare num. 5.* & copiose *n. 8.* cum *Sorbo, Fausto, Bonacina,* & aliis.

Tãborin. *Valerus* *Diana* *Sorbus* *Faustus* *Bonac.*

§. 6.

An sit peccatum reservatum contra votum paupertatis expendere in illicitis pecunias, quæ cũ licentia habentur ad licita?

417 *Qui habens licentiam ad expendendas pecunias in una re licita, si eas in alia similiter licita expendat, non peccet.*

418 *Quid dicendum, si eas expendat in illicitis?*

419 *Probatur sententia asserens peccare mortaliter.*

420 *Accipiens à sic expendente tenetur ad restitutionem.*

421 *Cui facienda sit hæc restitutio?*

422 *Proponitur sententia asserens non peccare mortaliter contra votum paupertatis.*

423 *Sic expendens non incurrit reservationem.*

417 NOno quæri potest: An peccet contra votum paupertatis Religiosus, qui obtinens facultatem ad expendendas pecunias in licitis, & honestis, illas expendit in illicitis? Et in primis videtur certum non peccare, si obtinens licentiam ad eas expendendas in una re licita, expendit in alia similiter licita, quia tum Superior non præsumitur invitus quò ad substantiam, sed solum quò ad modum, ut cum communi tenet *Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. cap. 6. num. 14.* *P. Fagũd.*

418 Quæstio solum est, cum tales pecunias expendit in illicitis. Et duæ circumferuntur opiniones. Prima probabilior docet Religiosum in eo eventu peccare mortaliter contra votum paupertatis, & sanè hæc sententia est communis Doctorum, quos latè citant, & sequuntur *Fagund. proxime num. 15. Lessius tom. 1. de justitia lib. 2. cap. 18. de promissione, & donatione dub. 11. num. 83. Petrus Navar. lib.*

P. Fagũd. *P. Lessius* *Navar.*

Tt

S. Sătarel. Flamma — *lib. 3. de restitutione cap. 1. num. 182. Santarel. tract. de apostatis cap. 6. dub. 2. num. 12. Hieronym. Flamma 3. p. methodi cap. 13. §. 15.*

419 Et probatur, quia Superior non poterat dare licentiam ad expendendas pecunias in talibus usibus illicitis, etsi eam expressè daret, foret invalida, nam etsi monasterium habeat dominium super tales pecunias, hoc subest administrationi, & dispositioni Summi Pontificis, qui illud per canones, & decreta restrinxit ad solos pios usus.

420 Unde notandum est cum Doctoribus citatis juxta hanc opinionem, eū qui accepit tales pecunias à Religioso, teneri ad restitutionem, & ita etiam docent *Corduba in Summa Hispanica q. 109. & Sylvester verbo Religiosus art. 6. q. 7. dicto 2.* — Corduba, Sylvester

421 Utrùm verò talis restitutio possit fieri ipsi Religioso, an potiùs facienda sit monasterio? Respondetur posse fieri ipsi Religioso, quia satis est, quòd acceptor reponat rem in statu, quo illam accipit. Et ita *Villalobos in summa, Diana 3. p. tract. 2. resol. 108.* cum *Rebello, Roiz,* & aliis. — Villalob. Diana P. Rebel. P. Ruiz

422 Secunda opinio tenet Religiosum, qui habens licentiam ad expendendas pecunias in licitis, & honestis, eas expendit in illicitis, non peccare mortaliter contra votum paupertatis, quia superior in eo eventu solum est invitus quò ad modum, non verò quò ad substantiam. Itaquè expendere pecunias in hac, vel illa re, censetur modus rei: eas expendere dicitur substantia. At verò Religiosus in prædicto casu, cum habeat licentiam ad expendendas pecunias, habet licentiam quò ad substantiam: solum non habet, nec habere potest quò ad modum, id enim vetitum est à Summo Pontifice per sacros canones. Et hæc sententia videtur probabilis. Eam tenent *Bañes 2. 2. q. 62. art. 5. Lopez de contractibus lib. 2. cap. 40. vers. Non autem Religiosus, Rebel. p. 2. lib. 12. q. 4. sect. 2. num. 6. Salas tr. de ludo dub. 21. num. 4. Diana 3. p. tract. 2. resol. 65. vers. Nota tertiò, & res. 98.* In hac opinione non datur obligatio restitutionis. — Bañes, Lopez, P. Rebel. P. Salas, Diana.

423 Quod verò attinet ad reservationem, utrùm scilicet eam incurrerit prædictus Religiosus, qui hujusmodi pecunias expendit in illicitis; an potius absolvi queat à Confessario ordinario monasterii? Existimo posse absolvi, quia, quidquid sit de maiore probabilitate primæ sententiæ, negari non potest secunda esse probabilis; Sacerdos autem, qui habet opinionem probabilem pro sua jurisdictione, potest ea uti, ut ostendimus suo loco.

§. 7.

Quantum possint Superiores monasterii donare; aut dare licentiam ad donandum?

424 *Explicatur constitutionem Clement. VIII. non loqui de donatione, quæ eleemosyna.*

425 *In prædicta const. solùm agi de donatione facta ob duos fines dissipationis, & ambitionis.*

426 *Licita est donatio de superfluis monasterii.*

427 *Quæ quantitas donari possit absque periculo dissipationis?*

428 *Taxanda est viri prudentis arbitrio.*

429 *Quando donatio excedit, tenetur recipiens ad restitutionem, nec ante illam absolvi potest.*

424 DEnuò quæri potest; quid Superiores monasterii absquè peccato contra votum paupertatis possint donare de pecuniis monasterii, vel dare licentiā subditis ad donandum? Videtur enim cōstitutio Cementis VIII. de largitione munerū præcludere locū omni donationi Religiosorum. Et sane ita sentiunt *Faustus in thesauro lib. 8. q. 209. & Paulinus Berti in explicatione hujus constitutionis p. 1.* quod intelligendum est de donatione, quā donatio est, non de eleemosyna; hæc enim non est donatio, hoc est actus liberalitatis, sed actus misericordiæ. — Faustus, Berti

425 Verum etiam loquendo de donatione, qua donatio est, in prædicta constitutione Clementis solùm prohibentur donationes ob duos fines, nimirum dissipationis bonorum monasterii: & ambitionis in procurandis dignitatibus; quando autem leges feruntur propter aliquem finem, probabile est non obligare in casibus, in quibus ille non intervenit; ut cum pluribus docent *Sousa in dicta Bulla Clementis VIII. fundamento. 3. Henriq. lib. 11. cap. 17. num. 2. in commento litera O, Navar. tom. 4. commento in rubricam de judiciis num. 7. Abbas in Cap. Quia in insulis*

sulis de Regularibus, Angelus verbo Lex num. 4. casu 2. Sá verbo Lex num. 1. & verbo Ludus num. 1. Homobonus in examine p. 1. tract. 5. cap. 8. q. 53. Dian. 1. p. tract. 10. de legibus resol. 27. Ioan. Valer. in differentiis utriusque fori verbo Lex, differentia 12. num. 1. Layman tract. 4. cap. 21. num. 4. Fernand. in examine Theologiæ moralis p. 2. cap. 4. §. 3. num. 4.

426 Quare in casibus in quibus ex donationibus non sequitur ulla monasterii dissipatio, quia donatio fit de superfluis monasterii: neque intervenit donantis ambitio, tales donationes erunt licitæ, & ita docent *Granado 1. 2. controvers. 7. tract. 3. puncto 2. disp. 15. sect. 3. num. 18. Megala 2. 2. lib. 2. cap. 7. q. 2. conclus. 33. num. 6. Diana 1. p. tract. 6. resol. 33. & 8. p. tract. 6. de donationibus resolut. 12. cum VVadingo, Villalobos, & P. Layman.* P. Granad Megala Diana P. VVading Villal. P. Laym.

427 Quæ autem quantitas donari possit absque periculo dissipationis monasterii? Alii taxant summam decem aureorum singulis annis. Ita *Lopez, Cordubа, & Petrus Navarra* apud *Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. cap. 6. n. 12.* Alii summam 15. & 16. aureorum apud *Azor 1. p. lib. 12. cap. 12. q. 4.* Lopez Cordub. Navarr. P. Azor

428 Ego non invenio sufficiens principium hujus taxæ, nam monasterium potest esse magis, vel minus copiosum; & decem aurei, qui in copioso poterunt donari absque ulla dissipatione, quia facile adnumerantur in superfluis; in paupere, & parum copioso non poterunt. Quare hanc taxam relinquendam arbitror judicio viri prudentis, habita ratione fructuum monasterii, & ejus superfluitatis, ac status: item considerata causa donandi. Et sane ita sentiunt *Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 19. num. 41. Molin. tom. 2. de justitia disp. 266. columna 2. vers. Illud vero, Diana proxime 8. p. tract. 6. de donationibus resolut. 12. cum VVadingo,* & aliis. P. Sanchez P. Molina Diana P. VVading

429 Utrùm autem, quando prædictæ donationes excedunt debitam taxam, eas recipientes teneantur ad restitutionē? Respondeo affirmativè, imò tales donationes recipientes ante restitutionem non possunt absolvi, quia ita exprimitur in Bulla Clementis VIII. ut videre est apud *Lezanam verbo Donare num. 13.* debet autem fieri restitutio aut Religioso, qui donavit, ut supra notavi *num. 59.* cum *Villalobos, & Roiz. Rebell. & Dian.* aut ejus monasterio, ad quod pertinent talia bona dissipata; aut si id fieri non potest, saltem monasterio viciniori ejusdem Religionis. Ita enim declaravit Urbanus VIII. apud *Lezanam proxime.*

§. 8.

Quanti pretii debeat esse res, ut censeatur pretiosa, ne eam possit Prælatus alienare?

430 *Superiores non possunt rem pretiosam alienare.*

431 *Quanti pretii res esse debeat, ut censeatur pretiosa? Referuntur duæ opiniones.*

432 *Sententia Nealdi.*

433 *Standum judicio viri prudentis.*

430 IN Extravaganti Pauli II. quæ incipit: *Ambitiosæ*, & in Decreto sacræ Congregationis Concilii sub Urbano VIII. edito anno 1624. prohibetur, ne Superiores Religionū rem aliquam monasterii mobilem, aut immobilem pretiosam alienare possint, nisi de licentia ipsius sacræ Congregationis, ut videre est apud *Lezanam verbo Alienare.*

431 Quæritur hoc loco, quanti pretii debeat esse res, ut censeatur pretiosa? *Castrus Palaus tom. 2. disp. unica punct. 15. §. 1. num. 2.* existimat debere attingere centum aureos. *Gavantus in manuali Episcoporum verbo Alienatio num. 24. Homobonus in consultatione casuum conscientiæ tom. 2. p. 6. respons. 98. Peregrin. in compendio privilegiorum verbo Alienatio bonorum in scholio, Tamburinus de jure Abbatum tom. 3. disp. 13. q. 6. & 7. & Diana 4. p. tract. 4. resol. 223.* referunt declaratum esse à sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium debere attingere valorem viginti quinque scutorum aureorum, eam verò, quæ illum non attingit, non dici pretiosam. Verùm hæc declaratio non refertur in forma authentica. P. Palaus Gavantus Homobon. Peregrin. Tambur. Diana

432 *Nealdus in summa verbo Alienare num. 3.* dicit ex stylo curiæ illam rem pretiosam reputari, quæ excedit valorem viginti ducatorum. Hic modus dicendi approbatur à viris doctis, & videtur rationi conformis. Nealdus

433 Sed re vera in hoc puncto, sicut

& in præcedenti standum videtur judicio, & taxa prudentis viri, non enim aliud videtur firmum principium unde certum aliquid statuatur. Et ita docent *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 95. *num.* 51. *Lezana verbo Alienatio num.* 7. *Filliuc us tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 4. *tom.* 3. *Quaranta in summa Bullarii verbo Alienatio num.* 41. & *Peyrines tom.* 1. *de privileg. Minimor. in constitutione* 9. *Iulii II. num.* 15.

Barbosa
Lezana
P. Filliuc.
Quaranta
Peyrin.

Quintus casus.

Iuramentum falsum in judicio legitimo.

434 *Non incurrit reservationem, qui jurat falsum, credens esse verum.*
435 *Non incurrit reservationem, qui putans se falsum jurare, jurat tamen verum.*
436 *Ut incurratur reservatio, debet judicium esse legitimum.*
437 *Nonnulli putant incurri hanc reservationem, quando juramentum fit coram judice seculari.*
438 *Non est improbabile solùm incurri, si juramentum fiat coram judice regulari.*

434 QUinta difficultas est de explicatione hujus quinti casus. Et in primis notandum est illum minime incurri ab eo, qui putat se verum jurare, jurat tamen falsum; nam hic non peccat, & consequenter reservationem nō incurrit.

435 Quid autem, si putet falsum jurare, juret tamen verum? *Fagund.* 2. *Ecclesiæ præcepto lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 1. cum *Graffis de casibus reservatis lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 15. dicit incurrere reservationem. Non rectè, quia hic Religiosus re ipsa non falsum juravit, sed verum; reservatio autem, sicut & aliæ pœnæ, non imponitur falsæ existimationi, sed rei veritati; solum ergo hic peccat mortaliter ex conscientia erronea, non tamen incurrit reservationem. Ita *Suar. tom.* 1. *de Religione tract.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. *Peyrines tom.* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. *Lezana verbo Iuramentum quò ad Regulares num.* 13. *Tamborin. tom.* 2. *de jure Abbatum disp.* 13. *q.* 2. *num.* 25.

P. Fagūd.
Graffis

P. Suar.
Peyrin.
Lezana
Taborin.

436 Notandum secundò, judicium oportere esse legitimum; unde si judex legitimè non procedat, quod tunc contingit, quando non est competens, aut juridicè non interrogat, servato nimirum ordine juris, non incurritur reservatio. Ita *Fagund. citatus num.* 12. *Lezana proxime num.* 13.

437 *Queri potest primò*: An hujusmodi reservatio solùm incurratur, quando Regularis emittit juramentum falsum apud suum Superiorem regularem, localem, Provincialem, aut Generalem; vel potiùs etiam, quando de licentia sui Prælati jurat in judicio apud judicē secularem, vel apud Episcopum, Inquisitores, &c? Plures affirmant cum *Peyrine tom.* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 2. *num.* 42. *Molfesio p.* 1. *summæ tract.* 7. *cap.* 20. *num.* 60. *Tamborin. tom.* 2. *de jure Abbatum disp.* 13. *q.* 2. *num.* 24. qui contendunt incurri hanc reservationem, etiam quando juramentum fit coram judice non Regulari.

Peyrin.
Molfes.
Tambur.

438 Sed contrarium non est improbabile cum *Lezana citato, verbo Iuramentum quò ad Regulares num.* 13. nam reservatio est odiosa, ac proinde restringenda; at verò iste casus videtur solum procedere de juramento falso in judicio regulari, nam in eo solum videtur intendi bonum regimen monasterii, & disciplinæ regularis, quæ servatur inter Fratres, & eorum Prælatum regularem.

Lezana

§. I.

An Regularis teneatur fateri delictum, quamdiu ei testium depositio non notificatur?

439 *Prima sententia affirmat.*
440 *Præfertur sententia negans.*

439 SEcundò quæri potest: An Regularis teneatur sub mortali reservato fateri delictum, de quo sub juramento interrogatur, quandiu illi depositio testium non notificatur? Affirmat *Iosephus à Sancta MARIA in Tribunali religioso tract.* 4. *cap.* 17. §. 3. Ubi dicit seculares posse negare delictum, quandiu eis non notificatur depositio testium, Regulares verò non ita.

Iosephus

440 Sed non video, cur Regulares sint deterioris conditionis. Dicendum ergo est reum absolutè, sive secularis, sive regularis sit, non teneri delictum fateri, ante-

antequam ei notificetur deposito testium, & hujus ratio est, quia reus possidet suam bonam famam, honorem, & vitam, nec ullo adstringitur jure illa dimittere, donec illi innotescat alienum jus, judex autem non habet jus ad interrogandum delictum, nisi in depositione testium habeat probationem semiplenam, & ita docent *Aldrete* cum pluribus *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 4. num. 7. Sanchez lib. 3. Decalogi cap. 7. num. 15. Lessius lib. 2. cap. 31. dub. 3. num. 10. Aragonius 2. 2. q. 69. art. 2. Ioan. de la Cruz in directorio p. 1. praecepto 8. art. 3. dub. 9. conclus. 1. Segura in directorio judiciali p. 2. cap. 24. num. 5. Miranda in ordine judiciario tom. 2. q. 19. art. 13. conclus. 1. Salzedo in practica criminali cap. 126. litera* C. qui loquuntur indiscriminatim de omni reo. De Religioso loquuntur expresse *Aldrete citatus, Gaspar Hurt. de judicio forensi disp. 4. diffic. 31. Diana 3. p. tract. 5. resol. 91.* Excipitur casus haeresis, *Cap. Finali de haereticis in 6.* Item casus proditionis civitatis, aut laesae majestatis, ut notant, Doctores citati.

[Aldrete. P. Sanch. P. Lessius. Aragon. De la Cruz. Segura. Miranda. Salzedo. P. Gasp. Hurt. Diana.]

§. 2.

Quid, si post notificationem depositionis Reus adhuc dubitet, an Praelatus juridicè interroget?

441 *Quid dicendum, si post notificationem depositionem testium reus adhuc dubitet, an juridicè interrogetur?*

442 *Non tenetur reus fateri delictum.*

443 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariae.*

441 **T**Ertiò quaeri potest, quid dicendum in casu, quo post notificatam depositionem testium reus adhuc dubitet, utrùm Praelatus juridicè illum interroget? Teneri delictum fateri contendit *Ioan. Sanchez in selectis disp. 43. num. 28.* cui cùm *Paludan in 4. dist. 19. q. 2.* & *Sylvestre verbo Inquisitio 1. q. 3.* subscribit *Bonac. de contractib. d. 3. q. 1. puncto 7. §. 3. num. 11.* Et probatur primò, quia Superior est in possessione praecipiendi, qua privari aequum non est ob dubium jus subditi. Secundò, quia ex eodem principio subditus dubitans, an sit licita res, quae ei praecipitur, tenetur obedire, ut docent *Glossa Cap. Dilecta in fine de majoritate, & obedi.* & *Cap. Ad aures verbo Obedi. de tempore ordinandorum.* Et *Cap. Ex tenore verbo Mandato, de sententia excommunicationis.* Et *Cap. Quo culpatur verbo Iniquitas 23. q. 1.* Et *Cap. Nervi verbo Formidat dist. 13. Innocentius Cap. Sicut 3. num. 1. de jejurando,* & Ibidem *Ioannes Andreas num. . Hostiensis num. 3. Baldus num. 8. Abbas num. 16. Alexander de Nevo num. 79.* & alii penè infiniti, quos citat, & sequitur *Sanchez in selectis disp. 33 num. 37.*

[Ioa. Sanch. Paludan. Sylvester. Bonac.]

442 Sed probabilior est resolutio negativa, quam tenent *Lessius proximè, Sanchez lib. 6. Decalogi cap. 3. num. 24. Sayrus in clavi regia lib. 12. cap. 16. num. 18. & 21. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. unica sect. 17. num. 155. Petigianus in praxi criminali cap. 3. fol. 241. Henriq. lib. 14. cap. 3. num. 3. in commento litera X. Lugo de justitia tom. 2. disp. 40. num. 2. Fragoso tom. 1. p. 1. lib. 5. disp. 12. num. 296. Diana 3. p. tract. . resol. 106.* cùm *Hurtad. Bañes, Soto, Medina,* & aliis. *P. Castro Palao tom. 1. tr. 1. d. 3. puncto 13. n. 16.* cum *Villalobos Rodriguez,* & aliis pluribus *P. Fragoso 2. p. regim. d. 25. §. 3. num. 7. cùm P. Reginald. P. Filliuc. & P. Azor.* Probatur, quia reus, ut dixi, possidet suam famam, & honorem, & habet jus defendendi illam; circunstantiae autem, quae constituunt judicem legitimum in hoc casu sunt dubiae; at verò propter dubium non est reus spoliandus jure suo.

[P. Lessius. P. Sáchez. Sayrus. P. Salas. Petig. P. Henriq. P. Lugo. Diana. P. Hurt. Bañes. Soto. Medina. P. Castro. P. Villal. Rodrig. P. Fragos. P. Regin. P. Filliuc. P. Azor.]

443 *Ad primum* respondeo Superiorem non esse in possessione praecipiendi in illis circunstantiis. *Ad secundum* dico esse diversam rationem, quia in primo casu, in quo dubitatur, an res, quae praecipitur, sit licita, subditus obediendo non spoliatur aliquo jure suo; at verò in secundo casu, in quo praecipitur fateri delictum cum detrimento sui honoris, & famae, spoliatur jure defendendi illam, quo non debet spoliari ob dubium jus Superioris.

§. 3.

An in casu, quo subditus injustè negaverit, teneatur se retractare?

444 *Proponitur sententia affirmativa.*

445 *Probabilior est sententia negativa.*

444 QUartò quæri potest: Utrũ in casu, quo Regularis injuste rem negavit, teneatur se retractare? Affirmant *Sayrus proxime cap. 17. num. 11. Angles in floribus 2. p. q. de correctione fraterna art. 3. diffic. 7. Malderus 2. 2. tract. 6. cap. 3. dub. 1. assert. 7.* Et ratio est, quia ea negatio est in mora: & ratione illius differtur sententia: & reo ob illam conceditur appellatio, ac defensio; & quod inde fit reus illa negatione injusta se tuetur, defendendo causam injustam.

Sayrus
Angelus
Malderus

445 Sed probabilius est resolutio negativa, quia reus non interrogatur de hoc secundo delicto, & injusta negatione, & non tenetur se prodere, sed satis est, quod sit paratus dicere verum, si iterum interrogetur. Et sane hanc sententiam tenet *Sanchez lib. 3. Decalogi cap. 7. num. 18. Lugo cit. num. 3. Gaspar Hurt. tract. de judicio forensi disp. 4. diffic. 3. Bonacina tract. de legibus disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 8. Azor, 3. p. lib. 13. cap. 25. q. 5. Diana 2. p. tract. 15. resol. 26.* Notandum tamen hanc resolutionem procedere dumtaxat in causis criminalibus; non verò in civilibus, quando inde suboritur damnum tertii, quod si hoc non sequatur, etiam procedit in illis. Et hinc patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

P. Sãchez
P. Lugo.
P. Hurt.
Bonat.
P. Azor
Diana

§. 4.

Utrùm Reus juridicè interrogatus teneatur fateri delictum, etiam in casu capitali, exilii, aut triremium?

446 *Teneri ad confessionem delicti affirmant Thomistæ communiter.*
447 *Fundamenta hujus sententiæ.*
448 *Proponuntur Authores, & fundamenta opinionis contrariæ.*
449 *Diluuntur argumenta primæ sententiæ.*

446 QUintò quæri potest: Utrũ Regularis juridicè interrogatus à suo Prælato propter semiplenã probationem, vel indicia æquipollentia, teneatur sub mortali reservato dicere verum; etiam in casu capitali, triremium, exilii, aut alterius infamiæ; quæ morti æquiparatur? Affirmant communiter *Thomistæ* cum *D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. Tabiena, Gabriel, Navarrus, Toletus, Henriq. Paludanus, Covarrubias, Gomez, Caietan. Sotus, Cordub. Bañes, Salon, Petigianus, Vega, Ledesma, Aragon,* & alii plures, quos citant, & sequuntur *Azor 3. p. lib. 13. cap. 25. q. 3. Sayrus in clavi regia lib. 12. cap. 16. num. 1. Valentia tom. 3. disp. 3. q. 13 punct. 1. Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 1. cap. 11. num. 5. & lib. 2. cap. 4. num. 8. & 24. Gaspar Hurt. tract. de judicio forensi disp. 4. dif. 3. Sylvius 2. 2. q. 69. art. 4. Homobonus tract. de statibus p. 2. cap. 4. Ioannes de la Cruz in directorio p. 1. præcepto 8. art. 3. dub. 8. conclus. 2. Miranda de ordine judiciario tom. 2. q. 19. art. 8. conclus. 1.*

D. Thom.
Tabiena
Gabriel
Navar.
P. Tolet.
P. Henr.
Palud.
Covar.
Gomez
Caietan.
Sotus
Cordubæ
Bañes
Salon
Petigian.
P. Vega
Ledesma
Aragon.
P. Azor.
P. Valet.
Aldrete
P. Hur.
Sylvi…
Hom…
De la C…
Miranda

447 Probatur primò, quia cùm Superior potest præcipere, subditus tenetur obedire: at verò in casu proposito Superior potest præcipere. Secundò, quia si Superiore juste interrogante, subditus justè negaret, daretur bellum justum ex utrâque parte.

448 His non obstantibus; pro parte contraria sua sunt momenta. Primò, quia nemo adversus se ipsum tenetur arma administrare. Secundò, quia in his circunstantiis lex non tacendi verum, est quoddam præceptum humanum; hoc autem non obligat cum periculo mortis, aut ei æquipollentis. Tertio, quia nemo potest cogi ad testimonium ferendum contra parentes, aut sanguine conjunctos, *L. 4. ff. de testibus*; at nemo est magis conjunctus, quàm quisquis sibi ipsi. Quarto, quia unicuique à natura insitum est jus fugiendi mortem, carcerem, & infamiam; nolle autem delictum aperire, est quædam fuga, & modus evadendi.

449 Quare hanc sententiam sequuntur *Ioannes Valerus in differentiis utriusque fori verbo Restitutio differentia 49. Tamborin. tom. 2. de jure Abbatum disp. 13. q. 2. num. 28. Villalobos in summa tom. 2. tract. 16. diff. 1. num. 10. Diana 2. p. tract. 15. resol. 27. Iosephus à Sancta MARIA in tribunali Religioso tract. 4. cap. 14. num. 5. Filliuc. tom. 2. tract. 40. num. 166.* Illam etiam, licet contrariam ut probabiliorem laudent, & commendent, probabilem fatentur *Lessius de justitia lib. 2. cap. 31. dub. 3. num. 18. Roiz tom. 2. q. 19. a. 4. Salzedo, Dias,* & alii, quibus subscribunt *Spatarius in praxi criminali tract. 9. cap. 7. 8. & 9. Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 24. cap. 3. sect. 3. num. 3. Malder. 2. 2.*

Valerus
Tamborin.
Villalob.
Diana
P. Filliuc.
P. Lessius
P. Ruiz
Salzedo
Dias
Spatarius
P. Regin.
Malderus

tract.6. cap. 3. dub. 1. Et pro hac sententia viriliter contendit *Joan. Sanchez in selectis disp. 43.num.29.* & sequentibus. Accedunt *Portel in dubiis Regularium titulo correctio Fratrum verbo Reus numero 43. Peyrines lib. de Religioso subdito tom. 1. q. 1. cap. 16.§.1. Pezantius disp. unica ad quæst. 70. Lugo de justitia tom. 2. disp. 40. num. 15. cum Vega, Sá, Fagund. Suar. Salas, Alcocer,* & aliis pluribus, *Fragoso 2. p. lib. 12. disp. 25. §. 3. num. 11.* & iterum etiam cum pluribus *tom. 1. p. 1. lib. 5. disp. 12. num. 291.* Ubi hanc doctrinam extendit ad omnes causas, in quibus gravia supplicia timentur. *L. Nimis grave 7. C. de testib.* Ubi dicitur neminem teneri contra se exhibere id, per quod sibi negotium fiat. Unde immerito *Turrian. citatus num. 7. & in selectis censur. 1. de censur. Theologicis dub. 25.* dicit hanc opinionem esse omnino improbabilem, & non habere pro se, nisi tres, aut quatuor Sumistas: immerito inquam, ut patet ex tot patronis, iisque gravissimis.

Jo. Sāch. Portel Peyrin. Pezantius P. Lugo P. Sa P. Suar. P. Fagũd. P. Salas Alcocer. P. Fragoso

449 Neque fundamenta contraria oppositum convincunt. *Ad primum* respondeo, quod Superior in eo eventu potest præcipere sub disiunctiva, quod aut dicat verum, aut torqueatur, quod non tollit, quominus subditus eligat torqueri. Ex quo patet solutio ad *secundum,* nam Superior justè præcipit sub illa disiunctiva, subditus verò justè eligit potius torqueri, quam revelare verum, ex quo maius damnum sibi timet. Sic reus, ut evadat mortem, potest fugere è carceribus, in quibus judex justè præcipit eum detineri. Nec inde sequitur bellum justum ex utrâque parte, sed judex præcipit eum in carcere detineri sub disiunctiva maioris mali, & reus justè eligit potius fugere cum periculo maioris.

§. 5.

Quid de Regulari, qui sibi crimen imponit ad vitandum grave tormentum; aut damnum?

450 *Non incurrit reservationem, si utatur æquivocatione,*

451 *Neque venialiter peccat.*

452 *Si non utatur æquivocatione, peccabit mortaliter, sed non incurret reservationem.*

453 *Solvitur objectio quædam.*

450 S*Extò quæri potest*: An Regularis reservationem incurrat, falsum crimen sibi sub juramento imponendo ob vitanda gravia tormenta? Respondeo negativè, si aliqua usus est æquivocatione, quia non est reservatio, ubi non est peccatum mortale, at in hoc casu communiter dicitur non committi peccatum mortale, ut cum *Navarra de restitutione lib. 2. cap. 4. num. 21.* & aliis docet. *Fragoso proxime disp. 12. num. 504. & Dian. 3. p. tract. 5. resol. 7.* Navar. Fragoso Diana.

451 Imò nec peccare venialiter, quidquid in contrarium opinetur *Lessius cit. lib. 2. cap. 11. dub. 7. num. 4.* & alii; melius sentiunt *Angelus verbo Detractio q. 3. Tolet. lib. 5. cap. 66. num. 7. Sotus lib. 5. de Iustitia q. 10. art. 2. Vega 2. p. cap. 8. casu 1. Sá verbo Infamare num. 1. Coriolanus de casibus reservatis p. 2. num. 21. fol. 494. Raguza in lucerna Parochorum de restit. quæsito 167. fol. 395. Sanchez in selectis disp. 46. num. 16. Diana proxime* cum pluribus. Et probatur quia in primis mendacium æquivocatione effugitur; & deinde status miserrimus, qui incurritur ob crimen sibi impositum, potest apparere minor, quam gravissima tormenta.

P. Lessius Angelus P. Tolet. Sotus. P. Vega. P. Sa Coriol. Raguz. P. Sãchez Diana

452 Quod si reus nulla æquivocatione usus est, non est dubium commisisse peccatum mortale ob juramentum falsum, quod commisit. Adhuc tamen existimo in eo eventu non incurri reservationem, quia defectus æquivocationis est internus; actus verò externus in illis circumstantiis de se non est reservatus, imò licitus, dummodo adsit æquivocatio, & amphibologia interna, cujus defectus, ut dixi, cum sit internus, effugit reservationem.

453 Sed contra hanc doctrinam, quod scilicet reus possit sibi imponere crimen ad vitandum aliquod grave tormentum, objici potest, quod metu mortis, aut tormentorum non potest reus falsum crimen imponere alii: ergo neque sibi. Et confirmatur, quia sicut non potest occidere proximum, ita non potest occidere se ipsum: ergo sicut non potest infamare proximum illis circunstantiis, ita non potest infamare se ipsum. Respondeo non posse infamare proximum, quia non est dominus famæ illius, potest tamen cum causa infamare se ipsum, quia in ordine

ad sui conservationem, & custodiam, quæ illi à Deo commissa est, existit dominus suæ famæ, juxta textum in *Cap. Si non licet* 23. q. 4. & ita docet *D. Thom.* 2. 2. q. 129. *art.* 1. Non autem potest quis se ipsum occidere, quia non est dominus propriæ vitæ, sed custos, est tamen, ut dixi, dominus propriæ famæ.

§. 6.

An teneatur revelare complices, qui nulla infamia laborant?

454 *Non tenetur reus revelare complices, qui nulla infamia laborant.*

454 Septimo quæri potest: An postquam reus regularis convictus est de suo crimine teneatur sub reservatione manifestare complices, de quibus sub juramento à Prælato interrogatur, qui tamen nulla infamia laborant? Respondeo negative, quia judex non potest de illis interrogare. Ita *Villalobos in summa tom.* 1. *tract.* 14. *diffic.* 10. *num.* 2. *Diana* 3. *p. tract.* 5. *resol.* 99. Imo licet infamia laborent, si tamen reus novit esse emendatos, aut speret correctione fraterna emendatum iri, non poterit eos revelare, quia in iis circunstantiis judex non potest de illis interrogare. Ita *Hurtad. de judicio forensi disp.* 1. *diffic.* 17. & *disp.* 3. *diffic.* 3. *Spatarius in praxi Regul. tract.* 9. *cap.* 12. & 13. *q.* 12. *num.* 1. *Tanner.* 2. 2. *disp.* 4. *q.* 4. *dub.* 5. *num.* 86. *Malderus* 2. 2. *tract.* 6. *cap.* 1. *dub.* 22. *Ioann. de la Cruz in directorio conscientiæ p.* 1. *precepto* 8. *art.* 3. *dub.* 9. *conclus.* 3. *Ioseph: de Sancta MARIA in tribunali religioso tract.* 4. *cap.* 16. *Aldrete de disciplina tuenda lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 14. *Miranda in ordine judiciario tom.* 2. *q.* 18. *art.* 11.

Villalob. Diana

P. Hurt. Spatarius P. Täner. Malderus De la Cruz Iof. de S. Maria Aldrete

§. 7.

An teneatur dicere verum, quando scit Prælatum procedere ex falsa præsumptione delicti?

455 *Non tenetur reus verum aperire, quando Prælatus procedit ex falsa præsumptione delicti.*

456 *Qui matrimonium fictè promisit, potest negare cum juramento se promisisse.*

457 *Idem dicendum de eo, qui mutuò pecunias accipit, quas tamen ex alio titulo jā non debet.*

458 *Idem de Clerico, quando aliquid fert, ex quo debet solvere gabellas.*

459 *Idem de veniente è loco, quem falsò putant peste infectum.*

455 Octavò quæri potest: An subditus teneatur dicere verum, quando novit Prælatum procedere ex falsa præsumptione delicti, quia v. g. putat subditum allocutum fuisse cum notorio excommunicato in re illicita, cum tamen solum locutus fuerit ex inadvertentia, aut in materia licita necessaria, tenebitur ne subditus interrogatus sub juramento, an cum tali excommunicato tali die, & hora fuerit locutus, fateri se cum illo fuisse allocutum: an poterit dicere se cum illo non fuisse allocutum? Respondeo posse, utendo aliqua amphibologia, aut æquivocatione; quia judex solùm potest interrogare de opere criminoso, & illud tale non fuit ob inadvertentiam, vel aliam causam. Ita *Toletus lib.* 4. *summæ cap.* 21. *num.* 5. *Fagund.* 2. *Ecclesiæ precepto lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 7. *Portel in additionibus ad dubia Regularium verbo Iuramentum num.* 16. *Sanchez lib.* 1. *de matrim. disp.* 10. *num.* 27. *Gaspar Hurt. in judicio forensi disp.* 4. *diffic.* 3. *Azor* 1. *p. lib.* 11. *cap.* 4. *quest* 5. *Diana* 3. *p. tract.* 4. *resol.* 66. *cum Bañes*, & aliis, *Lezana verbo Iuramentum quò ad Regulares, Peyrinet tom.* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 2. *numero* 42. *Lugo de justitia tom.* 2. *disp.* 40. *num.* 4. *Tamborin. tom.* 2. *de jure Abbatum disp.* 13. *q.* 2. *num.* 2. *Molfesius tom.* 1. *summæ tract.* 7. *cap.* 20. *num.* 62. qui omnes affirmant posse quemlibet reum jurare tuta conscientia, utendo æquivocatione, aut amphibologia, quando novit judicem interrogare ex falsa præsumptione delicti.

P. Toletus P. Fagüd. Portel P. Sächez P. Hurt. Diana. Bañes Lezana Peyrin. P. Lugo Tambor. Molfes.

456 Et ex hoc principio, quod quidem communissimum est ad plures casus: Deduces primò, eum, qui matrimonium fœminæ fictè promisit, posse interrogatum sub juramento ab Episcopo negare se promisisse. Ita *Navarrus cap. Humanæ aures* 22. *q.* 5. *in q.* 1. *num. finali.* Addit *Sanchez citatus num.* 28. licet verè promiserit matrimonium, si tamen est deobligatus, quia sponsa cum alio fornicata est, aut ipse aliam ob causam habet opinionē probabilem se non esse obligatum, posse licitè

licitè jurare se tale matrimonium nõ promisisse, intelligendo, ita ut teneatur, aut alia utendo æquivocatione.

457 Deduces secundò, interrogatum à judice, num mutuò receperit pecunias, quas re vera ex aliquo titulo jam non debet, posse jurare se non recepisse, intelligendo, ita ut teneatur solvere. Ita *Covarrubias 3. variar. cap. 2. num. 4.*

458 Deduces tertiò, Clericum à custodibus interrogatum, num aliqua portet, posse juramento negare, licèt in re aliqua portet; intelligendo se non afferre aliquid, ex quo teneatur solvere gabellas, est enim Clericus ipso jure ab illis immunis. Ita *Sylvester verbo Mendacium q. ultima.*

459 Deduces quartò, interrogatum à custodibus civitatis, num veniat ex loco, quem falsò putant peste infectum, posse jurare se inde non venire. *Sylvester verbo Iuramentum 3. q. 2. Philiarcus de officio sacerdotis tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 14. fine.*

§. 8.

An teneatur revelare delictum, quod sub secreto novit, aut ei ratione consilii patefactum est?

460 *Non tenetur subditus crimen manifestare, quod sub secreto, aut consilii causa ipsi nudatum est.*
461 *Limitatur prima pars conclusionis.*
462 *Secunda pars conclusionis probatur.*

460 NOnò quæri potest: An subditus interrogatus à Prælato sub juramento teneatur manifestare crimen, quod sub secreto novit, aut ei ad poscendum consilium, vel auxilium ad salutem animæ, vel corporis patefactum est? Respondeo negativè; imò assero interrogatum in his circunstantiis nõ posse sine peccato mortali tale delictum manifestare.

461 Et quod attinet ad primum, quando scilicet novit delictum sub secreto, est communis Doctorum sententia apud *Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. cap. 7. num. 13. Barbos. cum pluribus de officio, & potestate Episcopi allegat. 51. num. 33.* Limita, nisi tale secretum vergat in damnum publicum communitatis, aut in gravissimum incommodum alicujus tertii, tunc enim præceptum charitatis prævalet præcepto justitiæ: & quando concurrunt duo vincula, fortius præferendum est. Et ita hanc limitationem ponunt *Fagund. cit. Lessius tom. 1. de justitia lib. 2. cap. 30. de accusatore, & teste dub. 6. num. 45. Sayrus in clavi lib. 12. cap. 20. de obligatione testium ad veritatem n. 16. Barbosa proxime.*

P. Fagũd. Barbosa P. Fagũd. P. Lessius Sayrus.

462 Quod attinet ad secundum est etiam communis sententia inter Doctores, quos latè citant, & sequuntur *Fagũd. proxime, Lessius ubi suprà, Corduba lib. 1. quæst. 43. dub. 2. Navar. in manuali latino cap. 15. num. 46. Petrus Navarra lib. 2. de restitut. cap. 4. num. 222. Barbosa proximè*, qui omnes dicunt medicum, chirurgum, obstetricem, & advocatum non posse interrogatos de crimine, quod aliunde est semiplene probatum, & ipsi ratione officii noverunt, illud revelare; sed jurare teneri, se nihil scire, subintelligendo ut tibi dicam) Idque primò, quia aliàs præcluderetur in communitatibus remedium consilii, aut medicinæ, ex quo plura, eaque maiora incommoda nascerentur. Secundò, quia non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum; id autem est contra bonos mores, nimirum contra remedium consilii.

P. Fagũd. P. Lessius Corduba Navarrus Navarra Barbosa

Sextus casus.

Procuratio, auxilium, seu consilium abortus post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto.

463 *Quid sit abortus?*
464 *Quo tempore animetur fœtus?*
465 *An Regularis in hoc crimen incidens incurrat pœnas à Gregorio XIV. impositas?*
466 *Non incurruntur hujusmodi pœnæ, effectu non sequuto.*

463 SExta difficultas procedit de abortu. Abortus definitur *Intempestivus, & immaturus humani fœtus ortus.* De illo plenius sectione sequenti, ubi de abortu, prout est, casus diœcesanus, hoc est, Episcopo reservatus.

464 *Quæritur primò* interim, quo puncto temporis fœtus animetur. Respondeo cum communi, & in praxi casuum conscientiæ recepta sententia, animam in masculis regulariter infundi post quadraginta

draginta dies, in fœminis verò post octoginta. Ita *Azor 3. p. lib. 2. cap. 4. Quaranta in summa Bullarii verbo Abortus num. 5. Barbosa de officio, & potestate Episcopi alleg. 5 1. num. 137. Lezana verbo Abortus num. 10.* ubi testatur id esse receptum in sacra Pœnitentiaria. *Tambor.* cum pluribus *tom. 2. de jure Abbatum disp. 13. q. 2. num. 34.*

465 *Secundò quæritur*: An præter id, quòd casus abortus sit reservabilis ex vi constitutionis Clementis VIII. Regularis in illum incidens incurrat etiam pœnas Gregorii XIV? Pro cujus declaratione sciendum est, quod Xistus V. in constitutione *Effrænatam* anno 1588. quæ refertur de verbo ad verbum à *Lezana verbo Abortus num. 2.* sub excommunicatione Sedi Apostolicæ reservata casum abortus interdixit, non solum post, sed etiam ante animationem fœtus, idque prò omnibus Christi fidelibus etiam Regularibus.

Hanc constitutionem Gregorius XIV. Xisti successor moderatus est in constitutione *Sede Apostolica* anno 1591. quam etiam refert *Lezana* de verbo ad verbum, ita ut pœnas abstulerit quò ad abortum ante animationem; post animationem verò easdem pœnas excommunicationis, & irregularitatis reliquit, excommunicationem tamen noluit Sedi Apostolicæ reservare, sed solùm Ordinario loci. Nomine autem Ordinarii loci, quò ad absolutionem Regularium, venit ipse eorum Prælatus, prout dixi suo in loco, & in præsenti notat *Lezana verbo Abortus numero 8.*

466 Notandum tamen est hanc excommunicationem Gregorii XIV. non incurri per solam procurationem abortus, effectu non sequutò. Clemens non imposuit illam excommunicationem, Gregorius verò, qui excommunicationem imposuit, non expressit clausulam, *effectu non sequuto*; quando autem ea non exprimitur, non censetur apposita, maximè in casu, in quo est adeò odiosa. Et ita expressè tenent *Naldius in summa verbo Abortus num. 5. Lezana ibidem num. 9. Portel in dub. Regular. verbo Abortus num. 5. & 7.*

Naldus Portel Lezana

(✠)

§. 1.

An Superiores Regularium possint dispensare cum suis subditis in irregularitate sequuta ex abortu?

467 *Proponitur prima ratio dubitandi.*
468 *Secunda ratio dubitandi.*
469 *Superiores possunt in hac irregularitate dispensare.*
470 *Probatur ex Bulla Pauli V.*
471 *Oracula, de quibus constat authenticè, probabile est non esse revocata.*

467 Quò ad irregularitatem dubitari potest, An Prælati regulares possint in ea cum suis subditis dispensare? Et ratio dubitandi est, quia hæc irregularitas coincidit cum irregularitate contracta ex homicidio voluntario, qui enim abortum voluntariè committit, homicidium voluntariè committit, nam ut ait *Tertullianus in Apologetico cap. 3. Homicidii festinatio est prohibere nasci, nec refert natam quis eripiat animam, an disturbet nascentem: homo est, qui futurus.* Irrigularitas autem sequuta ex homicidio voluntariò, tametsi occulta sit, soli Summo Pontifici immediatè reservatur, ut constat ex Concilio Trident. *sess. 24. cap. 6.*

467 Accedit, quod Xistus V. quò ad irregularitatem omnia Regularium privilegia revocavit, nec Xisti constitutionem quò ad irregularitatem Gregorius XIV. moderatus est. Unde *Lezana citatus num. 14.* non audet hanc potestatem Prælatis regularibus, quò ad suos subditos concedere, imò adductis privilegiis Martini V. & Pauli III. quæ fuerunt Regularibus indulta ante Xistum V. dicit esse per illum revocata, & concludit his verbis: *Ideo attendere debent Regulares, si habent aliquod privilegium quò ad hoc à posterioribus Pontificibus post Xistum V.* *Lezana*

467 Sed, his non obstantibus, dicendum videtur posse Superiores Regularium cum suis subditis in hac irregularitate dispensare in forma suorum privilegiorum, quæ subjicio. Ita *Villalobos in summa tom. 2. tract. 12. diffic. 14. num. 6. Diana 7. p. tract. 5. resol. 22. Bordonus in consiliis Regularium resol. 13. q. 5. num. 19. Novarius in summa Bullar. tom. 2. tit. de abortu num. 21. Portel in dubiis Regularium,*

Villalobos Diana Bordonus Novar. Portel Zambellus

rium verbo Abortus num. 10. Zambellus in repertorio morali verbo Abortus num. 3.

469 Probatur, quia Paulus V. in Bulla *Quantum religio* anno 1606. post Paulum III. & Xistum V. confirmavit privilegia nostræ Societatis per clausulam, *Motu proprio, & ex certa scientia*, quæ habet vim novæ concessionis, *Cap. Si Apostolicæ*, ubi *Glossa verbo Confirmamus de præbendis in 6.*

470 Dices: privilegium Martini V. esse vivæ vocis oraculum, ut se vidisse in forma authentica, & inde sibi transcripsisse testatur *Collector in compendio Minorum verbo Absolutio ordinaria quò ad Fratres §. 4.* Oracula autem sunt revocata per Gregorium XV. & Urbanum VIII. Respondeo in primis, alia esse privilegia bullata, ut est illud Pauli III. indultum Benedictinis, quod refert. *Rodriguez in bullario* inter Bullas Pauli III. *num. 12. & Lezana verbo Irregularitas num. 72.* Deinde, quidquid sit de aliis oraculis, saltem ea, de quibus constat authenticè, probabile est non esse revocata per Gregorium XV. & Urbanum VIII. nam hi Pontifices in suis cōstitutionibus dicunt se revocare oracula propter confusionem, quæ gignitur ex eo, quòd de illis non constet; unde quò ad illa, de quibus constat, videtur hæc lex revocatoria niti falsâ præsūptione; quando autem lex innititur in falsa præsumptione, non obligat; ut cum multis tenet *Diana 1. p. tract. 10. de legibus resol. 27.* Item in casu, quo finis adæquatus alicujus legis cessat, probabile est eam in illo non obligare, ut etiam cum multis tenet *Diana citatus resol. 28.* Præterea quia oracula Regularium fuerunt confirmata in Bulla per Pium V. & Gregorium XIII. cum clausula, *Ex certa scientia*, quæ, ut diximus, habet vim novæ concessionis; & cum hæc nova concessio sit facta per Bullam, ejus naturam sortiuntur ipsa oracula, ut dicemus infra ex professo.

§. 2.

Utrùm irregularitas incurratur in dubio, an fœtus fuerit animatus?

471 *Prima sententia affirmat; quia dubius in materia homicidii habetur pro homicida.*

473 *Probatur sententia negativa; & explicantur textus in contrarium adducti.*

473 *Explicantur ulterius citati textus.*

474 *Hæc resolutio quò ad alias pœnas certa est.*

471 Utrùm autem prædicta irregularitas incurratur etiam in dubio, an fœtus fuerit animatus? Duæ sunt oppositæ sententiæ. Prima affirmativa, quam cum pluribus tenent *Sanchez lib. 1. Decalog. cap. 10. num. 43. Barbosa de statu Episcopi allegat. 141. num. 141. & in collectaneis tom. 2. lib. 5. tit. 12. cap. 12. num. 5. Sayrus lib. 6. cap. 15. num. 9. Lezana verbo Abortus num. 13. Farinacius in fragmento criminalis p. 2. num. 444. Coriolanus de casibus reservatis p. 2. casu 5. num. 4. Tamborin. tom. 2. de jure Abbatum disp. 13. q. 2. num. 33. Brulius in resolutionibus de casibus reservatis dub. 11. sect. 3. num. 86. Caspensis tom. 2. tract. 25. disp. 5. sect. 8. num. 54. Avila de censuris p. 7. disp. 2. dub. 1. conclus. 1.* Et probatur, quia dubius in materia homicidii habetur pro irregulari, *Cap. Ad audientiam, Cap. Significasti 2. & Cap. Penultimo de homicidio.*

P. Sāchez
Cenedo
Sayrus
Lezana
Farinac.
Coriol.
Tambor.
Brulius
Caspens.
P. Avila

472 Secunda sententia est negativa, quam tenent *Præpositus 3. p. q. 5. de irregularitate dub. 8. num. 58. Emmanuel de Moura opusc. de ensalmis, & incantationibus sect. 3. cap. 1. num. 27. Machado de perfecto Confessario tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 17. documento 10. num. 3.* Et illam probabilem dicit *Diana 4. p. tract. 2. resolut. 16.* ubi citat *Gomez, & Baiardum.* Fundamentum hujus opinionis est, quia jura in textibus citatis videntur loqui de homicidio certo, cujus auctor est dubius; at verò in præsenti casu homicidium non est certum, sed dubitatur, an fuerit homicidium, hoc est, an fœtus fuerit animatus.

Moura
Machado
Diana
Gomez
Baiardus

473 Et sane hæc sententia, cùm versemur in materia odiosa, quæ est restringenda, mihi videtur satis probabilis. Et confirmatur, quia irregularitas non est inducenda, nisi in casu à jure expresso, *Cap. Is, qui de sentent. excom. in 6.* At verò jura solùm exprimunt casum, in quo homicidium est certum. Corroboratur ex iis, quæ docet *P. Sanchez cit. num. 44. vers. Quod attinet ad irregularitatem,* ubi dicit, quod dubius, an suo consilio patratum sit homicidium, solùm incurrit irregularitatem, quando constat de homicidio,

dio, & dubitatur, an consilium influxerit in illud, non autem, quando non constat de homicidio.

Dices. ratio, quæ à textibus assignatur, est, quòd in dubio tutior pars sit eligenda: at hæc ratio militat etiam, quando non constat, quòd homicidium sit patratum. Respondeo illam rationem semper quidem habere locum in dubiis practicis: in dubiis vero speculativis non sufficere se solâ, nisi simul accedat juris dispositio, maximè quando obstat illa alia regula, *In dubio melior est conditio possidentis.*

474 Hæc quantum ad irregularitatē dumtaxat, non quò ad alias pœnas, quarum effectus indigent lata sententia, cujusmodi se habent excommunicatio, privatio beneficiorum, & aliæ arbitrariæ; nam in dubiis favendum est reo; & interpretatio quó ad pœnas debet esse in mitiorem partem, *L. Interpretatione, ff. de pœnis.* Et ita cùm *Sanchez*, *Barbosa*, *Farinacio*, & aliis tenent *Diana 7. p. tract. 5. resol. 25.* & *Fagund. in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 15.* Alia plura quò ad hunc casum abortus dicemus sectione sequenti in nono casu Episcopali.

Septimus casus.

Falsificatio manus, vel sigilli officialis monasterii.

475 *Ut incurratur hæc reservatio, debet falsificatio esse seria, & graviter perniciosa.*

476 *Incurrere etiam hanc reservationem, qui utitur instrumento falsificato, communiter docent Doctores.*

477 *Non est improbabile hujusmodi utentes non incurrere hanc reservationem.*

478 *Occurritur objectioni ex utentibus veneficiis petitæ.*

479 *Non incurrunt hanc reservationem consulentes, mandantes, &c.*

480 *Explicatur, quid veniat nomine manus?*

481 *Quid veniat nomine sigilli?*

482 *Non incurrit reservationem, qui non utitur sigillo falsificato.*

483 *Probabile est solùm incurri reservationem, quando quis falsificat literas de rebus ad monasterium pertinentibus.*

484 *Qui veniant nomine officialium monasterii?*

485 *Nomine monasterii intelligitur illud, in quo falsificans, commoratur.*

475 **S**Eptima difficultas, circa intelligentiam hujusce septimi casus. Et *queritur primò*, quid veniat nomine falsificationis? Respondeo intelligi solam dolosam, quæ videlicet cum dolo fit, idque ad effectum serium, & non jocandi gratia. Deinde, ut incurratur reservatio, fieri oportet in præjudicium regiminis monasterii in sufficienti quantitate, ut peccatum mortale. Ita communis Doctorum apud *Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. cap. 7. num. 21.*

476 Utrùm verò solus, qui falsificat, non verò ille, qui utitur epistola, vel instrumento falsificato, incurrat casum reservatum: communiter dici solet eum incurrere etiam, qui utitur tali epistola, vel instrumento, quia, qui utitur instrumento falsificato, etiam incurrit pœnas falsarii. Ita *Fagund. cit. num. 21. & 22. Tambor. tom. 2. de jure Abbatum disp. 13. q. 2. num. 43. Molfesius tract. 7. cap. 20. à num. 71. Longus p. 2. casu 7. Quaranta in summa Bullar. verbo Casus reservati n. 8. Tuscus litera F. conclus. 41. Molin. de justitia tom. 3. tr. 2. disp. 70. Portel in additionibus ad dubia Regularium verbo Falsarius num. 4. Peyrinus tom. 2. de Prælato Regularium q. 3. cap. 2. num. 50. Coriolan. p. 2. de casib. reserv. casu 7. num. 3.* *P. Fagund. Tambur. Molfes. Longus Quaranta Tuscus P. Molin. Portel Peyrin. Coriolan.*

477 Sed meo judicio non videtur improbabile, quòd præsens casus solum comprehendat falsificantes, non verò utentes epistola, aut instrumento falsificato; procedimus enim in materia odiosa, & verbum *falsificatio* videtur restringi ad falsificantes. Itaquè existimo in hoc casu non comprehendi falsarios, qui extenduntur etiam ad utentes, sed soli falsificantes, qui restringuuntur ad solos conficientes epistolas falsas, aut alia instrumenta, & ita dicit *Bordonus in consiliis Regular. resol. 46. num. 4.* Pœnæ impositæ falsariis etiam incurruntur ab utentibus instrumento falso, quia verbum *falsarius*, ut dixi, amplius extenditur, quam verbum *falsificans*. Confirmatur, quia qui utuntur moneta falsa, eamque expendunt, non veniunt nomine falsificantium, ut cum pluribus Doctoribus infra ostendemus expendendo casus diæcesanos. *Bordonus*

478 Objicies, qui utuntur veneficiis ab

ab alio confectis, incurrunt reservationem veneficiis impositam: ergo etiam, qui utuntur instrumentis falsificatis incurrent reservationem impositam falsificationi. Respondeo veneficia reservari verbo minus restricto, & quod non limitatur potiùs ad facientem, quàm ad utentem; sive enim facias, sive utaris tali veneficio, illud est veneficium; reservatur autem sub verbo veneficium; at verò verbum Falsificatio restringitur ad facientē, & hoc optime explicat exemplum falsificantium monetas, ut proxime notavi.

479 *Secundò quæritur*, An etiam in præsenti casu comprehendantur consulentes, mandantes, & auxiliantes? Respondeo negativè, quia sumus in materia odiosa, quæ proinde est restringenda; verbum autem *Falsificatio* falsificantem duntaxat sonat. Ita *Lezana verbo Falsarius num. 3. Fagund. proxime, Peyrines cit. num. 60. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 49. num. 1. & 2. Iulius Clarus in praxi criminali q. 88. art. 1. Tamborin. cit. num. 44. Tolet. lib. 1. summæ cap. 8. n. 7.* Lezana P. Fagūd. Peyrin. P. Sanch. Clarus Tambur. P. Tolet.

480 *Tertiò quæritur*, quid veniat nomine *Manus*? Respondeo non venire solas literas ad instar aliarum confectas, nisi nominis subscriptione firmentur, quia licèt in rigore grammatico per imitationem manus etiam intelligantur literæ, quæ alias imitantur, præsens casus procedit in ordine ad fidem faciendam; & in ordine ad illam nihil valent, nisi subscriptione muniantur. Ita *Fagund. cit. num. 22.*

481 *Quartò quæritur*, quid veniat nomine *Sigilli*? Respondeo intelligi debere sigillum proprium officii; unde si officialis non utatur sigillo speciali, sed communi cum aliis subditorum ejusdem monasterii, ejus falsificatio non erit reservata, ut bene notant *Suar. tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 18. num. 9. Fagund. proximè num. 22.* P. Suar. P. Fagūd.

482 Utrùm autem sola confectio, & fabricatio sigilli adinstar sigilli officialis, animo literas falsificandi ante ipsum actualem falsificationem, & impressionem sit casus reservatus? Respondeo negativè, quia, antequam sigillus in ipsis literis imprimatur, actus non est consummatus, sed solùm attentatus; reservatio autem, quando contrarium non exprimitur, non incurritur, nisi per actum consummatum. Ita *Suar. citatus num. 9. Lezana proxime num. 3. Bordonus citatus resol. 46. num. 2. Tamborin. cit. num. 40. Peyrines num. 50.* P. Suar. Lezana Bordonus Tambor. Peyrin.

483 *Quintò quæritur*, An sola falsificatio manus, & sigilli in rebus pertinentibus ad monasterium, an etiam quævis alia epistola nomine officialis scripta, & falsificata cum ejus manu, ac sigillo sit casus reservatus? Plures eum extendunt ad quamlibet epistolam falsificatam. Ita *Suar. cit. num. 10. Tamborin. num. 41. Portel num. 8.* Sed non est improbabile reservationem solum incurri per falsificationem manus, vel sigilli in rebus pertinentibus ad monasterium, quia reservatio, cum sit odiosa, est restringenda; & prædictus reservationis tenor videtur contentus cum falsificatione manus, vel sigilli officialis monasterii formaliter, qua officialis illius; non est autem talis, nisi quò ad res pertinentes ad monasterium. Et sane id probabile sentiunt *Suar. proxime, & Lezana citatus num. 3.* P. Suar. Tambor. Portel

484 *Sextò quæritur*, qui veniant nomine officialis monasterii? Respondeo intelligi omnes Regulares, qui ex officio habent aliquam administrationem bonorum monasterii cum sigillo speciali. Unde intelliguntur Vicarius, Prior, Subprior, Procurator, &c. An etiam veniant Provincialis, & Generalis, & eorum Secretari, seu Socii? Videtur negare *Portel cit. num. 3.* quia hi propriè non dicuntur officiales monasterii, sed provinciæ. Cæterum intentio Pontificis manifestè colligitur extendi etiam ad Provincialem, & eorum Secretarios, quia intendit consulere bono regimini monasterii, & hoc non minus turbatur per falsificationem manus, & sigilli Provincialis, & Generalis. Ita *Tamborin. cit. num. 39. Lezana, & Suar. proxime.* Portel Tambor. Lezana P. Suar.

485 *Septimò quæritur*, quid intelligatur nomine monasterii? Respondeo intelligi illud, in quo commoratur, ipse falsificans; unde si falsificet manum, & sigillum officialis alterius monasterii, non videtur incurrere casum reservatum. Ita *Portel, & Lezana locis citatis.* Portel Lezana

Octavus casus.

Furtum de rebus monasterii, seu conventus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale?

486 *Quid sit furtum?*

487 *An reservationem incurrat, qui furatur rem Religiosi privati?*
488 *Resolvitur affirmativè.*
489 *An qui furatur res Religiosi privati incidat in reservationem quarti casus?*
490 *Religiosus, qui furatur de rebus Provinciæ quantitatem gravem, peccat mortaliter.*
491 *Sed non incurrit reservationem hujus casus.*
492 *Incurrit hanc reservationem, qui furatur reliquias, codices, & alia hujusmodi.*
493 *In reliquia ligni Crucis non datur parvitas materiæ: in aliis reliquiis dari potest: Prælatus non potest dare licentiam ad alienandas reliquias.*
494 *Religiosus, qui infringens portas, aut muros Ecclesiæ, aut sacristiæ furatur patenas, calices, &c. ultra reservationem præsentem, incurrit excommunicationem C.* Conquesti, *quæ ante declarationem non est reservata.*
495 *Prælatus tenetur illum declarare ex vi dicti Cap.*
496 *Quid veniat nomine Ecclesiæ?*
497 *Quid dicendum, quando non est commissa ulla violenta infractio?*
498 *Explicantur textus in C.* Conquestus, C.Canonica, C.Omnes Ecclesiæ.

486 Octava difficultas de furto. Furtum definitur à *D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 3. Occulta acceptio rei alienæ.* Quæ autem requiratur quantitas, ut furtum perveniat ad peccatum mortale, diximus supra in explicatione quarti casus.

487 Circa particulam, *de rebus monasterii*, quæri potest primò: Utrùm hac reservatione comprehendatur Religiosus, qui furatur aliquid ab alio privato Religioso? Item, qui furatur aliquid ex rebus provinciæ, quæ non sunt alicujus monasterii in particulari? Et quod attinet ad primum, negant *Petrus de Ledesma in additionib. ad sum.tom.2.cap.4. dub. 12. fol. 118. Cenedo tract. de paupertate religios. dub. 19.num.21. Diana 1.p. tract. 7. de paupertate religiosa resol.* 44. quia hujusmodi furtum non censetur esse de rebus monasterii, sed de rebus Religiosi privati: versamur autem in materia pœnali, quæ est restringenda.

Ledesma Cenedo Diana.

488 Sed oppositum videtur tenendum cum *Coriolano tract. de casibus reservatis part. 2. casu 8. num. 13. Peyrin. proxime num. 51. Lezana verbo Furtum num. 6. Tamborino num. 45. Graffis de casibus reservatis lib. 3. cap. 7. num. 26. P. Suar. tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 18. num. 11. Sorbus in compendio verbo Absolutio ordinaria quò ad Fratres. §. Hoc fuit*; quia res cujuslibet privati Religiosi etiam sunt monasterii. Et ita declarasse Clementem VIII. referunt *Sorbus, & Peyrinus cit.* Et confirmatur, quia licet ille casus sit veluti pœnalis quò ad delinquentes, est favorabilis quò ad res monasterii, quas veluti privilegio securitatis reddit privilegiatas, & sic est extendendus.

Coriol. Peyrin. Tamborin. Graffis. P. Suar. Sorbus

489 An etiam, qui prædictas res furatur incidat in reservationem quarti casus proprietatis cōtra votum paupertatis? Negat *Diana cit. resol. 45. cum. Ledesma*, quem ibi citat, existimans proprietatem solum incurri, quando res donatur sæcularibus sine licentia. Verum hujus resolutio pendet ex supra dictis, ubi ostendimus non solum usurpationem dominii, sed etiam usûs esse contra proprietatem.

490 Quod attinet ad secundum de furto ex rebus provinciæ, est maior dubitatio, quia licet ea bona etiam spectent ad monasterium, illi, sicut nec aliis monasteriis non infertur damnum grave. Unde dubitari potest primo, utrùm id sit peccatum mortale? Secundo, an sit peccatum reservatum. Prima quæstio coincidit cum illa, utrùm sit peccatum mortale furari quantitatem quidem in se gravem; at, qui spectat ad diversos dominos, cuilibet eorum solum infertur damnum leve? Adhuc tamen dicendum committi peccatum mortale. Primo, quia violatur septimum præceptum Decalogi, quod præcipit non usurpari rem alienam. Secundo, quia, & si nulli privato damnum notabile inferatur, infertur tamen toti communitati; idque tum quia si hic modus furandi non esset mortalis, plures illū exercerent cum notabili damno communitatis: tum quia liceret ex magno acervo communi magnam surripere quantitatem, quæ non nisi per modica ad quemlibet privatum spectaret, Ita *P. Sanchez cit. lib. 7. Decalog. cap. 21. num. 12. cum Maior Soto Mercad. Corduba, Lopez, Aragon. P. Tolet. Sayro, P. Valent. Ledesma, P. Vasq. P. Lessio, Rodriguez, Navar.* & aliis, quibus accedunt *Diana cit. tract. 6. resol. 34. §. Sed stando. P. Tanner. 2. 2. disp. 4. q. 6.*

num.

num. 289. Bonac. de contractibus d. 2. q. 8. puncto 2. num. 3.

491 Alia posterior quæstio, An scilicet tale furtum incurrat reservationem hujus octavi casus? Affirmant P. Suarez cit. & Tamborin. proxime num. 46. quia res provinciæ etiam spectant ad monasteria particularia. Sed cōtrarium opinor, quia ut suppono, tales res provinciæ solum spectant ad illud monasterium in parva quantitate: at vero in hoc octavo casu solum comprehenduntur furta, quæ Religiosus facit suo monasterio in quantitate gravi. Utrùm saltem incurratur reservatio quarti casus proprietatis contrà votum paupertatis? Constat ex dictis.

492 Secundò quæri potest, Utrùm hac reservatione comprehendatur, qui furatur reliquias, codices, conciones, tractatus, aut similia manuscripta? Respondeo affirmativè, & quod attinet ad reliquias, probatur; quia licet reliquiæ non sint pecuniis venales, sunt tamen res in magna æstimatione habitæ. Ita Tambor. tom. 2. de jure Abbatum disp. 13. q. 2. num. 49. Quaranta in summa verbo Casus reservati vers. Esset etiam. Sylvester verbo Reliquiæ q. 2. Graffis de casibus reservatis lib. 3. cap. 7. num. 21. Peyrines tom. 2. de Prælato q. 3. cap. 2. num. 52. Lezana verbo Furtum num. 3. Tambor. Quaranta Sylvest. Graffis Peyrin. Lezana

493 Utrùm autem in furto reliquiarum detur parvitas materiæ? Videtur non dari in reliquia ligni Crucis, & ita docet Diana 5. p. tract. 5. resol. 35. ubi dicit quamcumque minimam partem ligni Crucis esse materiam gravem. In aliis reliquiis potest dari parvitas materiæ pro maiori, vel minori æstimatione, qua solent haberi. Et ita docent Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 43. num. 23. & Castrus Palaus tom. 2. tr. 18. disp. 1. puncto 6. num. 19. Dicunt hi Authores licentiā Prælati, cui Ecclesia commissa est, non excusare à furto reliquiarum, quia hujusmodi Prælatus non est dominus reliquiarum, sed veluti custos; unde non potest dare licentiam, ut ab Ecclesia alienentur. Ita Diana proxime, & Tamborin. cit. num. 49. Diana

494 Tertiò quæri potest, quid dicendum de Religioso furante res Ecclesiæ, nimirum calices, patenas, vestes alterius, &c? Respondeo, quòd, si ad ea furanda violenter infringat muros, aut portas Ecclesiæ, vel sacristiæ, qui hæc continentur, ultra peccatum reservatum ex titulo præsente, incurrit ipso facto excommunicationem latam in Cap. Conquesti de sententia excommunicationis; hæc tamen excommunicatio ante declarationem à Prælato regulari non est reservata; & consequēter, satisfacto monasterio, potest absolvi; post declarationem verò manet Summo Pontifici reservata. Totum decidītur in textu Conquesti, prout bene expendit Suar. de censuris disp. 21. sect. 2. à num. 11. Tolet. in summa lib. 1. cap. 35. num. 6. Lezana verbo Furtum num. 4. Naldus in summa verbò Furtum num. 4. Caietan. verbo Excommunicatio cap. 27. Thesaurus in praxi p. 2. verbò Sacrilegium cap. 5. Laymtn lib. 4. tract. 10. cap. 7. numero 19. P. Suar. P. Toletus Lezana Naldus Caietan. Thesau. P. Laymā

495 Utrùm verò Prælatus ex vi dicti Capitis Conquesti teneatur hujusmodi Religiosum declarare? Respondeo affirmativè, juxta terminos textus. Ibi: Mandamus memoratos sacrilegos excommunicatos nūtiētis, &c.

496 Quid autem veniat nomine Ecclesiæ? Respondeo intelligi etiam monasteria, hospitalia, & reliqua pia ædificia; non tamen arcas, ubi pecuniæ asservantur; unde tametsi hæ infringantur, dummodo non infringantur portæ Ecclesiæ, monasterii, aut sacristiæ non incurritur excommunicatio lata Cap. Conquesti. Ita Lezana proxime cum Navar. in manuali cap. 27. num. 94. Naldus, & Laymān locis citatis. Lezanā Navar. Naldus P. Laymā.

497 Quod si in hujusmodi furto rerum Ecclesiæ, & vestium sacrarum non est commissa ulla violenta infractio, adhuc videtur incurri excommunicatio imposita furantibus res sacras in Cap. Conquestus de foro competenti. Cap. Canonica 11. q. 3. Cap. Omnes Ecclesiæ 17. q. 4. Et ita sentiunt Bordonus tom. 1. resol. 47. num. 13. Alii tamen, & quidem meliùs, sentiunt hujusmodi textus solum intelligi de furantibus cum aliqua Ecclesiæ effractione, quod videtur explicari per textum in Cap. Conquesti de sententia excommunicationis, ut cum Sylvestro, Navar. Roiz, Graffis, & aliis tenent Suar. de censuris cit. à num. 5. Lezana verbo Furtum num. 5. Bordonus Sylvest. Navar. P. Roiz Graffis P. Suar. Lezana

498 Alio modo possunt prædicti textus explicari, & dici in illis non excommunicari ipso facto furantes res Ecclesiæ absque effractione; ex vi tamen prædictorum textuum esse excommunicandos, & ita docet Tamborin. cit. num. 50. Itaquè differt decisio horum textuum à decisione

textus in *Cap. Conquesti*, quod in *Cap. Conquesti* excōmunicantur ipso facto infringentes Ecclesias ad furandas res sacras; in his verò textibus deciditur, quod eas furantes, licet non confringant Ecclesias, debeant excommunicari.

§. I.

An modica furta uniantur?

499 *Quando quis furatur modica cum animo continuandi modica illa furta, peccat mortaliter.*

500 *Proponitur sententia negans uniri modica illa furta.*

501 *Referuntur Authores hujus sententiæ.*

502 *Hæc sententia intelligenda est in ratione injustæ acceptionis; non vero injustæ retentionis.*

503 *Præfertur sententia affirmans dari hic peccatum mortale, etiam ratione injustæ acceptionis.*

504 *Probatur hæc sententia triplici fundamento.*

505 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

504 *Furta hujusmodi absolvi possunt à Confessario ordinario.*

499 Quartò quæri potest: An modica furta uniantur, ita ut, cùm pervenitur ad quantitatem gravem, & ad illud complementum, quo illa completur, reservatio incurratur? Quæstio non procedit, quando Religiosus habet animum furandi modica paulatim, intendens pervenire ad magnam quantitatem, tunc enim omnes Doctores conveniunt hæc furta uniri, & constituere peccatum reservatum, quia tunc intentio extenditur ad omnia illa modica; illa verò simul sumpta constituunt quantitatem gravem. Quæstio solum procedit, quando hæc minima procedunt à voluntate intercisa, quia scilicet Religiosus, dum furatur primum, non intendit furari secundum, & dum furatur secundum, non intendit furari tertium, & sic de cæteris, donec pervenit ad ultimum complementum, quo tunc advertit compleri, & perfici magnam quantitatem. In hoc puncto duæ sunt sententiæ oppositæ.

500 Prima sententia contendit in his terminis nō committi peccatum mortale, idquè primò, quia illud ultimum complementum, & ejus animus non habet pro objecto modica præterita, sed modicum præsens, hoc autem non est materia gravis. Secundò, quia ex aliis modicis cum hoc non potest coalescere peccatum mortale: sunt enim omnia singillatim sūpta solum peccata venialia; at verò ex peccatis venialibus, quātumvis multiplicatis, non consurgit peccatum mortale. Tertiò, quia in pœnalibus, & odiosis ex multis modicis non consurgit unum sufficiens ad pœnam: ut docent *Farinacius cons. 78. num. 3. volum. 1. Ias. L. Si idem cum eodem num. 3. & 4. ff. de jurisdictione omnium judicum*, & ibi *Decius num. 1. & 16. Claudius num. 1. & 2.* ergo neque ex multis modicis consurget unum sufficiens ad culpam.

501 Hanc sententiam tenent *Navar. in summa Latina cap. 17. num. 139. & in Hispana num. 140. & lib. 3. consil. in 1. editione tit. de Regularibus cons. 75. num. 27. in 2. tit. de statu monachor. cons. 3. num. 27. Vega lib. 14. in Triden. cap. 11. fine, Grassis 1. p. decision. aurear. lib. 3. cap. 5. num. 51. & lib. 2. cap. 93. num. 18. Carbon. de restitutione q. 2. fine, Lessius lib. 2. de justitia cap. 2. dub. 8. à num. 45.* Eam probabilem fatentur *Fillincius tom. 2. tract. 31. cap. 10. num. 243. Roiz in summa tom. 4. cap. 118. n. 29. Diana 1. p. tract. 6. resol. 34. Salas 1. 2. q. 88. tract. 13. disp. 16. sect. 27. num. 88.* Navar. P. Vega Grassis Carbon. P. Lessius P. Filliuc P. Roiz Diana P. Salas

502 Verùm hæc sententia intelligenda est in eo sensu, in quo illam intelligunt ejus Authores, solum enim loquuntur de hoc complemento in ratione injustæ acceptionis; & solum dicunt ratione injustæ acceptionis non committi peccatum mortale. Non loquuntur de illo in ratione injustæ retentionis, quo pacto de illo statim differemus.

503 Secunda sententia, eaque probabilior tenet in hoc complemento non solùm committi peccatum mortale ratione injustæ retentionis, de qua statim, sed etiam ratione injustæ acceptionis. Ita *Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 21. num. 30. Lezana tom. 1. cap. 6. num. 58. Aragon. 2. 2. q. 66. art. 6. columna 19. vers. Caeterum, Lopez 1. p. instructorii cap. 93. columna. 2. q. 2. Covarrub. lib. 1. variar. cap. 3. num. 12. Lugo de justitia tom. 1. disp. 16. num. 136. Fagund. lib. 7. Decalogi cap. 3. num. 4. Medina cap. 1. q. 88. art. 4. in soluti-* P. Sāchez Lezana Aragon. Lopez Covar. P. Lugo P. Fagūd. Medina

P. Vasq. P. Valent. Sayru. Mercad. P. Toletus P. Rebel.

solutione ad 3. Vasquez ibidem disp. 146. cap. 2. num. 4. Valent. 2. 2. q. 10. puncto 5. Sayrus in clavi regia lib. 9. cap. 15. num. 22. Mercadus [illegible] contractibus lib. 3. cap. 4. folio [illegible]. Toletus lib. 5. summæ cap. 16. num. [illegible]. Rebellus 1. p. lib. 3. q. 15. sect. 4. num. 30.

504 Et probatur primò exemplo illius, qui frangit jejunium, nam hic cum pervenit ad ultimam buccellam, quæ complet quantitatem gravem, committit peccatum mortale. Itaquè quodlibet minimum in materia furti habet se, sicut qualibet buccella in materia jejunii: ergo sicut ultima buccella per respectum ad præcedentes, cum quibus adimplet quantitatem gravem, constituit peccatũ mortale in materia *jejunii*; ita ultimum illud minimum in materia furti constituit peccatum mortale. Secundò probatur, quia ex ea ultima acceptione sequitur notabile damnum proximi, qui autem scit ex sua actione, alioqui levi, sequi notabile damnum proximi, tenetur sub mortali eam cohibere. Tertiò, quia ille, qui retinendo peccat, etiam peccat acceptando, nam retinere, & usurpare idem peccatum est; at verò Religiosus in hoc eventu peccat mortaliter ratione retentionis; ut statim videbimus: ergo etiam ratione acceptionis; acceptat enim illud, quod retinere peccatum mortale est.

505 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Non primum*, quia, & si voluntas furandi ultimum complementum, illud tantùm habeat pro objecto directè volito; indirectè etiam vult damnum notabile, quod prævidetur ex eo sequi. *Non secundum*, quia non dicimus ex aliis modicis venialibus conflari peccatum mortale, sed acceptionem illius ultimi complementi, ex quo prævidetur sequi damnum notabile, esse peccatum mortale. *Non tertium*, quia quando Doctores dicunt ex multis modicis non conflari unum sufficiens ad pœnam, loquuntur de sufficiente ad pœnam ordinariam, nam minorem pœnam meretur in foro externo ille, qui per modica paulatim, quàm, qui una vice magnam quantitatem furatus est.

506 Hæc secunda sententia, ut dixi, est longe probabilior, & ego illi subscribo, quò ad hoc, quod furatus illud ultimum complementum committat peccatum mortale.

Quò ad reservationem tamen negari non potest etiam primam opinionem esse probabilem. Unde quidquid sit de maiore probabilitate secundæ, dicendum videtur, quod furtum illius ultimi complementi, attenta solùm ratione injustæ acceptionis, possit absolvi à Confessario ordinario, cum hic habeat pro sua jurisdictione opinionem probabilem.

§. 2.

An illud modicum furti complementum sit reservatum, saltem ratione injustæ retentionis?

507 *Modicum furti complementum est mortale reservatum ratione injustæ retentionis.*

508 *Quid dicendum, quando Religiosus non potest restituere modica præterita?*

509 *Quid, si habeat animum restituendi quamprimùm illud ultimum complementum?*

510 *Satis est restituere illud ultimum complementum, ut quis se liberet à mortali.*

511 *Solvitur instantia.*

512 *Furans ultimum complementum cum animo statim restituendi non peccat mortaliter, per se loquendo.*

513 *Quid dicendum cum post completam quantitatem gravem adduntur furti minima? Referuntur duæ sententiæ.*

514 *Plures contendunt per novum minimum committi novum peccatum mortale.*

515 *Nova illa minima continuant idem peccatum mortale.*

516 *Explicatur proposita resolutio.*

517 *Solvitur argumentum desumptum ab interruptione esûs carnium.*

518 *An quantitas, quæ accepta simul constituit peccatum mortale, sufficiat ad illud, si accipiatur per minima?*

519 *Quæ interruptio, & circumstantiæ requirantur, ut quantitas per minima accepta constituat mortale?*

520 *Minima in comestibilibus non uniuntur?*

507 Maius dubium est: An saltem in eo eventu incurratur reservatio ratione injustæ retentionis? *Diana 1. p. tract. 6. resol. 34. vers. Sed*

Sed iis non obstantibus, allegat quemdam *Beraurcium in sum. coron. p. 1. cap. 1. num.* 28. *fine*, dicentem in eo eventu neque ratione injustæ retentionis committi peccatum mortale. Pro eadem sententia refert *Antonium Fernand. in examine Theologiæ moralis p. 1. cap. 6. §. 2. num. 12.* Alios pro eadem sententia refert *2. p. tract. 3. miscellaneo resol.* 45. nimirum *Lessium*; & *Salas*, sed re vera neque *Lessius*, neque *Salas* id admittunt locis citatis. *Beraurcium* non vidi, quidquid tamen de illo sit, dicendum est cum *Lugo tom. 1. de justitia disp. 16. num.* 43. & 44. in eo eventu ratione injustæ retentionis committi peccatum mortale. *Sanchez lib. 7. Decal. cap. 21. num.* 3. dicit hoc esse omnino certum, nec contrarium esse probabile, quia tunc perinde se habet iste fur, ac qui vult retinere quantitatem alienam gravem, nam objectum hujus voluntatis est materia gravis, ac proinde continet manifestum peccatum mortale. Quare merito se retractavit *Navarrus in summa cap. 17. Hispana num.* 140. *Latina num.* 139. Qui *lib. 3. consilior. prima editione tit. de Regularib. consil. 75. num. 27. in 2. tit. de statu monachorum consil. 3. num.* 27. docuerat furantem ultimum complementum non teneri ad restitutionem, ac proinde nec ratione retentionis peccare mortaliter. Item merito *Sanchez citatus* reprehendit *Emmanuelem de Sá* asserentem in *summa verbo Furtum num.* 8. aliquos probabiliter existimare in hoc casu nec ratione injustæ retentionis committi peccatū mortale, cùm nullus Doctor (inquit *Sanchez* loco citato) id asserat, aut asseruerit.

Beraur. *Fernand.* *P. Lugo.* *P. Sáchez* *Navar.*

508 Quid tamen dicendum, si, cum Religiosus furatur hoc ultimum complementum, non potest restituere modica præterita? Sunt duæ sententiæ. Prima docet tunc non committi peccatum mortale, quia nec committitur ratione retentionis, cum restitutio sit impossibilis: nec ratione acceptionis, quia hæc sententia dicit ratione acceptionis in ultimo complemento non committi peccatum mortale, sed solum veniale. Ita *Lessius lib. 2. de justitia cap. 2. dub. 8. num. 43. Granad. 1. 2. tract. de peccatis, disp. 2. num.* 51. Secunda sententia docet in eo eventu adhuc committi peccatum mortale. Hanc tenet *Lugo proxime disp. 16. num.* 39. & defendunt omnes alii supra citati, asserentes in ultimo complemento committi peccatum mortale ratione injustæ acceptionis. Probat *Lugo*, quia ex retentione illius ultimi complementi infertur damnum grave, quod ante illud non inferebatur. Ego hanc secundam sententiam tenendam existimo, sed quia contraria etiam est probabilis, dico in eo casu posse Religiosum absolvi à Confessario ordinario, siquidem hic habet pro sua jurisdictione opinionem probabilem.

P. Lessius *P. Granad*

509 Quid dicendum secundò, si cùm Religiosus advertit ad hoc ultimum complementum, habeat animum illud restituendi quamprimùm, & cum hoc animo illud accipiat? Hujus resolutio dependet ab illa alia, an scilicet sufficiat restituere illud ultimum complementum, ut liberetur quis à peccato mortali? Aliqui contendunt restitui oportere totam summam. Ita *Ioannes Medina cod. de restitutione q. 10. §. Occurrit hic casus, vers. Ad tertium casum, Corduba in summa q. 7. puncto secundo.*

Medin. *Cordub.*

510 Sed probabilius est sufficere, quòd restituatur illud ultimum complementum, quo dempto, non remanet quantitas gravis. Ita *Molina proxime num.* 3. *Granado num. 51. Lugo num. 41. Diana 3. p. tract. 6. resolutio 25. Navarrus, Rebellus, Alcocer, Aragon,* & alii, quos citat, & sequitur *Sanchez proxime num. 9. Filliuc. cit. cap. 10. num. 247. Megala 2. 2. lib. 1. cap. 1. q. 1. num.* 25. Et ratio est clara, quia quantitas, quæ remanet non est gravis; at verò nemo sub mortali tenetur ad restituendam quantitatem levem.

P. Molin. *P. Granad* *P. Lugo* *Diana* *Navar.* *P. Rebel.* *Alcocer.* *Aragon.* *P. Sáchez* *P. Filliuc.* *Megala*

511 Dices: ergo neque tenebitur ad restituendum illud ultimum complementum, quod est v.g. unius argentei, nam unus argenteus non est quantitas gravis, sed levis. Respondeo illud complementum, tametsi se solo non sit quantitas gravis, simul retentum cum aliis esse quantitatem gravem, & inferre damnum grave. His ita constitutis.

512 Respondendo ad principalem quæstionem, assero furantem illud ultimum complementum cum animo illud citò restituendi non committere peccatū mortale. Ita cum *Molin.* & aliis *Lugo proxime num. 40. Rebellus de justitia p. 1. lib. 3. q. 11. sect. 4. num. 33. Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 21. num. 6. Granad. proxime. Diana 2. p. tract. 6. miscellan. resol.* 25. Et probatur, quia furari cum animo citò restituendi, per se loquendo, non est peccatū mortale, ut docent Doctores citati, quia ex

P. Molin. *P. Lugo* *P. Rebel.* *P. Sách.* *P. Granad* *Diana*

ex illa brevi retentione non oritur damnū grave. Dixi per se loquendo) quia in casu, & circunstantiis, in quibus ex illa brevi retentione oriatur damnum grave, erit peccatum mortale.

513 Quid dicendum tertiò, cum post completam quantitatem gravem adhuc superadduntur alia furta minima? Committitur ne novum peccatum mortale reservatum, quoties superadditur novum minimum? Sunt variæ sententiæ

P. Molin. *Molina cit. disp. 688. n. 2.* cohærenter suis principiis existimat illud additamentum non esse peccatum mortale, sed solùm veniale, quia non infert damnum notabile: sed jam illatum leviter auget. Itaque in hac opinione novum minimum superadditum pertinet quidem ad peccatum consummatum, & illud extendit, sed leviter. Alii opinantur, post peccatum mortale consummatum per minima subsequentia, inchoari aliud peccatum, quod, cum pervenitur ad quantitatem gravem,

P. Lessius, P. Filliuc, P. Hurt., Diana — constituitur mortale. Ita *Lessius proxime cap. 12. dub. 8. num. 44. Filliucius citat. cap. 10. num. 246. Gaspar. Hurt. de justitia disp. 13. diffic. 5. Dian. p. 2. tract. 17. resol. 43.*

514 Plures contendunt, quoties additur novum minimum, committi novum peccatum mortale reservatum, quia quoties additur novum minimum, renovatur voluntas retinendi alienum in quantitate

P. Sanchez, Bonac., P. Rebel., Megala — notabili. Ita *Sanchez cit. cap. 21. num. 7. Bonacin. de contractibus disp. 2. q. 8. punct. 2. num. 4. Rebellus cit. num. 38. Megala proxime q. 3. num. 33.*

515 Ego existimo per illa nova minima superaddita continuari moraliter idem numero peccatum mortale, quia in hoc casu ita se habet iste, qui hæc minima furatur, ac ille, qui die prohibito vescitur carnes, & post ultimam buccellam, quæ complevit quantitatem gravem, alias buccellas superaddit; nam hic solum continuat idem peccatum. Item habet se, ac ille, qui furti actione continuata subripit argenteos singillatim, & post completam quantitatem gravem persistit superaddendo alium, & alium argenteum, nam iste non inchoat aliud peccatum mortale, sed idem continuat, ac extendit.

516 Itaquè dico duo. Primum, per ista minima committi peccatum mortale, quia illa cum præcedentibus constituunt quantitatem gravem. Secundum, non committi peccatum distinctum, sed idem continuari; & hujus ratio est, quia iste fur, quandiu non restituit, & est in omissione restituendi, censetur esse in peccato actuali, sicut, qui injustè retinet in vinculis inimicum, censetur esse in peccato actuali: at verò quando quis est in peccato actuali, per ejus additamentum non constituit novum, sed idem continuat, ac extendit; & hoc suadent exempla continuantis esum carnium in die prohibita; & subfurantis argenteos actione continuata, ac novos superaddentis super quātitatem gravem. Et sanè hanc sententiam tenet *Lugo tom. 1. de justitia disp. 16. num. 44.* P. Lugò

517 Dices, exemplum comedentis carnes die prohibita esse contra me, nam hic quoties interrumpit esum, & postea eâdem die redit ad illum, non continuat idem peccatum, sed inchoat aliud de novo: ergo etiam, qui interrumpit furtum, & postea redit ad illud, superaddendo alia minima, non continuat idem peccatum, sed continuat aliud de novo. Respondeo esse diversam rationem, quia ille, qui interrumpit esum, desistit à peccato actuali; at verò, qui interrumpit furtum quandiu est in omissione restitutionis, censetur esse in peccato actuali; peccatum verò actuale est continuabile, quando materia subsequens est continuabilis cum antecedente.

518 Utrùm verò eadem quantitas, quæ sufficit ad peccatum mortale, si una vice accipiatur tota simul, sufficiat etiam, si accipiatur per minima pluribus vicibus? Doctores communiter requirunt maiorē quantitatem. Ita *Sanchez lib. 7. Decalog. cap. 21. num. 17. Lessius cit. num. 46. Lugo proxime num. 47. Molin. disp. 688. num. 2. Megala num. 36. Rebell. num. 43. Diana 1. p. tract. 6. resol. 34.* quæ ergo quantitas requiratur ad mortale, quando furtum fit per minima? Requiri duplo maiorem, ita ut, si decem sufficiant simul accepta, requirantur viginti accepta pluribus vicibus intercisis, existimant *Lessius*, & *Diana proxime.* — P. Sanchez, P. Lessius, P. Lugo, P. Molin., Megala, P. Rebel., Diana.

519 Verùm hujus resolutio dependet ex pluribus circunstantiis; nam, si longum temporis intervallum ponatur inter unum, & aliud minimum furtum, si v. g. annus intermediet, unum furtum levè non continuatur cum alio. Ita *Sanchez citat. num. 10.* Imò sufficere unum mensem, vel dimidium existimant *Filliucius* — P. Sāchez, P. Filliuc.

 tom.

Diana

tom. 2. tract. 35. cap. 10. num. 244. Diana proxime resol. 32. vers. Dico secundò. Itaq; ponderandæ sunt circunstantiæ, quæ occurrunt, & desumi debent tum ex temporis intervallo, quod inter unum, & aliud furtum intercedit: tum ex materia, in qua furtum committitur: tum ex damno illato, quod moraliter integratur, aut nõ integratur. Et ita docet *Lugo proxime num. 47. Molin. citat. num. 2.*

P. Lugo
P. Molin.

520 *Nonò quæri potest*: An etiam uniantur minima, quæ subripiuntur in materiis comestibilibus? Respondeo negativè. Ita *Navarrus*, *Sayrus*, *Lessius*, *Graffis*, & *Rebellus*, quos citat, & sequitur *Sanchez proxime num. 31.* Accedunt *Lugo tom. 1. de justitia disp. 3. num. 181. Diana 1. p. tract. 6. resolut. 34. vers. Dico quarto*, cum *Bañes*, *Coriol*, & *Megala*; & iterum *resol. 35. cum Tannero, Fernand. Bonacina*, & aliis pluribus. Probatur primò, quia Prælati non puniunt ut proprietarios eos Regulares, quos in his modicis comestibilibus deprehendunt. Nec Confessarii de modicis præteritis interrogant in ordine ad ea unienda, nec qui se de illis accusant, reputãt ut proprietarios, nec pro eorum absolutione recurrunt ad Superiores. Secundò probatur, quia, ut supra dixi, Religiosi proinde se habent, ac filiifamilias, horum autem furta circa comestibilia non uniuntur; & hujus ultima ratio est, quia patresfamilias, & Prælati quò ad hæc non sunt adeò inviti, ut velint ea uniri in ordine ad peccatum mortale; imò licentiam tacitam indulgent quò ad substantiam, licet non quò ad modum, volunt enim, quòd licentia ab illis petatur; & cum hujusmodi facta puniunt, non propter substantiam puniunt, sed propter modum.

Navar. Sayrus P. Lessius Graffis P. Rebel. P. Sanch. P. Lugo Diana. Bañes Coriol. Megala Tanner. Fern. Bonac.

§. 3.

An etiam uniantur minima furta, quæ fiunt à diversis Monachis?

521 *Quando multi sunt veluti una causa illati damni; vel si unus sciat se ultimò complere quantitatem sufficientem ad mortale; datur juxta nonnullos peccatum mortale.*

522 *Proponuntur fundamenta hujus sententiæ.*

523 *Referuntur illius Authores.*

524 *In eventu, quo furans modicum non consentit damno ab aliis illato, non peccat mortaliter.*

525 *Probatur secundò hæc resolutio.*

526 *Probatur tertiò.*

527 *Referuntur Authores pro hac sententia.*

528 *Qui furatur modicum, quo aliorum furta complentur, non est causa damni gravis. Solvuntur alia fundamenta opinionis contrariæ.*

529 *Solvitur quintum fundamentum.*

521 DEcimò *quæri potest*: An etiam uniantur minima furta, quæ monasterio fiunt à diversis monachis? quæstio procedit, quando plures monachi furantur monasterio aliquam magnam quantitatem, at singuli modicam? Respondeo in iis militari eamdem doctrinam, quæ in secularibus, quando plures simul ab eodem domino notabilem quantitatem, at singuli modicam furantur; unde distinguendum est, nam aut omnes simul furtum committunt per modum unius causæ, & ut consortes: & sic dicendum est omnes, & singulos peccare mortaliter, quia omnes, & singuli sunt causa damni notabilis: aut non furantur ut una causa, neque ut consortes: & tunc aut unus nesciebat damnum ab altero illatum. & sic non peccat mortaliter, quia ejus furtum minimum non continuatur cum furto minimo alterius, quod ignorat; aut novit damnum ab altero illatum, quod videt suo minimo perfici, & compleri: & sic probabile est peccare mortaliter.

522 Probatur primò, quia ipse suo complemento est causa damni gravis, quod aliter non esset grave. Secundò, quia demus omnes scire sua minima ad invicem, suppono enim plures disjunctim, & quemlibet motu proprio diverso ingredi vineam, & videndo se adinvicem furari minima, tunc enim videtur indubitatum committi peccatum mortale, & non est maior ratio, cur illud potiùs committat unus, quam alius: ergo omnes, & singuli illud committunt. Tertiò, quia aliâs spoliaretur proximus omnibus fructibus suæ vineæ, quin aliquis in eo peccaret mortaliter, nec teneretur ad restituendum. Quarto, quia si Petrus plura vulnera levia ab aliis accepit; ita tamen, ut, si tu etiam illum leviter vulneres, mori debeat, aliâs non moriturus, si tu illum non vulnerares, sane illum leviter vulnerando peccares

res graviter: ergo idem dicendum de tuo levi furto, quo aliorum levia furta complentur, & constituuntur in ratione damni gravis. Quintò, quia propter hoc damnum potest ferri excommunicatio, & solum peccatum mortale est materia excommunicationis.

Maior. Medin. Covar. Ledesma. Cordub. Lopez. Sayrus. P. Roiz. Salon. P. Rebel. P. Molin. P. Turriā. Bonac. P. Filliuc. P. Sāchez

523 Quare hanc sententiam tenent *Maior, Medina, Covarrubias, Navar. Ledesma. Corduba, Lopez, Sayrus, Roiz, Salon. Suar.* & *Rebellus apud Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 21. num. 21.* quibus accedunt *Molin. cit. disp. 689. Turrian. disp. 35. dub. 2. Bonacin. de contractibus disp. 2. q. 8. puncto 2. num. 6. & 7. Fillincius tom. 2. tract. 32. cap. 1. num. 149.*

524 Sed probabilius dicendum existimo cum ipso *Sanchez num. 22.* ubi plures refert, tunc non committi peccatum mortale. Primò, quia furatus modicum in hoc eventu non consentit in damnis aliorum, imo ea illi displicent: deinde damnum, quod ipse infert, est modicum.

525 Secundò quia aliàs omnes, qui furarentur racemum ex vinea, aut pomum ex horto, peccarent mortaliter, quia moraliter sciunt etiam alios similia modica furari, & ex illis resultare damnum notabile; at nullus prudens Confessarius id judicat peccatum mortale, nec interrogat pœnitentem, an adverterit ad furta aliorum.

526 Tertiò, quia alioqui sciens alium furatum esse novem, si ipse furetur unum, quo complentur decem, peccaret mortaliter, quia compleret quantitatem gravem, absurdum autem videtur dicere, furantem novem solum peccare venialiter, & furantem unum peccare mortaliter.

P. Tanner. Malderus. P. Salas. P. Lugo. P. Lessius. Navar.

527 Quare huic sententiæ subscribunt *Tanner. 1. 2. disp. 4. q. 6. dub. 9. num. 285. Malderus de justitia tract. 4. cap. 1. dub. 5. casu 4. Salas 1. 2. tom. 2. tract. 3. disp. 16. sect. 24. num. 92. Lugo tom. 1. de justitia disp. 16. num. 55. Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 9. num. 52.* qui citant *Navarrum*, & alios plures.

528 Neque fundamenta opinionis contrariæ oppositum suadent. *Ad primum* respondeo furantem complementum, quo aliorum furta complentur, non esse causam damni gravis, ita ut influat in aliorum minima, cum potius ea illi displiceant; solum est causa sui damni, quod est modicum. *Ad secundum* dicendum est nullum in eo eventu peccare mortaliter, quia nullus est causa damni aliorum, ut suppono, sed quilibet tantùm causa sui, quod, ut dixi, est modicum. *Ad tertium* respondeo nullum esse inconveniens destrui vineam absque peccato mortali alicujus, vel obligatione restituendi, nam idem etiam contingit, ut adversarii fatentur, quando plures furantur minima ejusdem vineæ, & unus est alterius ignorans. *Ad quartum* dicendum esse diversam rationem, quia, qui vulnerat in illis circunstantiis oneratum pluribus vulneribus aliorum, ipse occidit, & talis occisio illi imputatur; at verò, qui furatur ultimum, hoc solum illi imputatur; non verò furta aliorum.

529 *Ad quintum* respondeo cum *Sanchez citato num. 28. & 29.* excommunicationem in eo casu posse ferri dupliciter. Primò, si imponatur præceptum contra devastantes vineas illo modo, & hoc præceptum sit in materia gravi propter aliquam causam, & finem specialem; & insuper contra violantes hoc præceptum excommunicatio feratur: & sic ligat, quia cadit supra peccatum mortale. Secundò, si excommunicatio feratur non prius imponendo dictum præceptum; & sic excommunicatio non ligat; quia non cadit supra peccatum mortale.

Nonus casus.

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

530 *Lapsus carnis per omnem, ac solam pollutionem consummatur.*

531 *An ex vi hujus reservationis possint Prælati Regularium reservare sibi tactus impudicos, litterulas amatorias, &c?*

532 *Resolvitur non posse.*

530 **N**ONa *difficultas* de lapsu voluntario. Ponitur *opere consummatus*; quia solus actus externus reservatur. Utrùm autem hujusmodi lapsus per quemcumque actum externum censeatur consummari? Respondendum videtur per omnem, ac solam pollutionem consummari. Per omnem, quia pollutio constituit quamdam speciem peccati carnis completam, & consummatam, ut docet *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1.* Et hoc satis est, ut sit peccatum reservatum, ut bene docet *Suar. tom. 4. de Religione tract. 8. lib.*

8. *lib. 2. cap. 18. num. 12.* Deinde per solam, quia nulla species Veneris, antequam perveniatur ad pollulionem, censetur cõpleta.

531 Hic solum potest inquiri: An ex vi hujus noni casus Clementis VIII. possint Prælati Regularium sibi reservare tactus impudicos, literulas amatorias, munuscula, & cætera hujusmodi? Affirmat *Tamborin de jure Abbatum tom. 2. disput. 13. num. 3. cum Sorbo in annotationibus ad compendium privilegiorum verbo absolutio*, qui affirmat hoc à Clemente VIII. sibi fuisse declaratum. *Tambor. Sorbus*

532 Tenenda tamen resolutio negativa, quia hujusmodi tactus, oscula, & alia id generis non sunt actus consūmati, ut diximus, & ita tenent *Alphonsus de Leon de officio Confessarii tom. 2. recollectione 11. num. 132. Diana 3. p. tract. 2. resol. 118.* Neque obstat declaratio Clementis, quæ non refertur in forma authentica. *Leon Diana.*

Secundò potest inquiri: An metus gravis mortis, infamiæ excuset à prædicta reservatione? Verum de hoc plene diximus hoc *tract. 7.*

Decimus casus.

Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujusque personæ.

533 *Quæ percussio gravis censenda sit?*
534 *Qui se ipsum graviter vulnerat, incurrit reservationem.*

533 **D**Ecima *difficultas* de occisione, vulneratione, aut gravi percussione. Et quæritur primò, quæ sit percussio gravis? Respondeo ex *Navarro in manuali cap. 27. num. 92.* illam percussionem dici gravem, quâ membrum scinditur, aut inutile relinquitur, seu quasi inutile ad suum officium. Item illa percussio dicitur gravis, ex quæ multum sanguinis effluxit, nisi fortè fiat in naso, nam ex hoc levi percussione potest multum sanguinis effluere. Facit etiam ad gravitatem dignitas personæ, unde percussio, quæ fit in proprium superiorem, dicitur gravis ab Innocentio III. in *Cap. Cum illorum de sententia excommunicationis.* Item percussio, quæ fit in loco publico, censetur gravis, ut bene notat *Tamborin. tom. 2. de jure Abbatum* *Tambor.* *disp. 23. q. 2. num. 58. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. cap. 8. num. 23.* In dubio autem, an percussio sit gravis, vel levis, ejus resolutio in foro externo pertinet ad Prælatum; in foro autem conscientiæ ad prudentem Confessarium, & id colligendum est ex circunstantiis. Ita *Navar. citat. Suar. de censuris disp. 22. sect. 1. n. 90. Fagund. proxime num. 23.* *P. Fagūd. Navar. P. Suar. P. Fagūd.*

534 *Secundò quæritur*, An siquis se ipsum vulneret, incidit in casum reservatum? Respondeo affirmative, quia reservatio comprehendit vulnerationem cujusque personæ; nec refert, quod vulnerans se ipsum cedat jure suo, nemo enim est dominus suæ vitæ, aut corporis, sed custos. Ita *D. Thomas 2. 2. q. 65. art. 1. Aragon. & Salon.* ibidem, *Sylvester verbo Homicidium 1. q. 1. Tolet. in summa cap. 6. Navarrus in manuali cap. 15. num. 11. Sotus lib. 5. de justit. q. 2. art. 1. concl. 3.* *D. Thom. Aragon. Salon. Sylvest. P. Tolet. Navar. Sotus.*

Undecimum casus.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiores.

535 *Quid veniat nomine impedimenti?*
536 *Non est impedimentum percursorem velociorem mittere præventionem suam.*
537 *Apertio literarum ex mera curiositate sine periculo secreti non est reservata.*
538 *Potest quis retardare licitè epistolas, ex quibus timet damnum injustum.*
539 *Imò si timeat damnum justum, ut interim superiorem informet.*
540 *Qui laceratæ epistolæ fragmenta colligit, & legit, non incurrit reservationem.*
541 *Qui literas Superioris aperit, non tamen legit, non incurrit reservationem. Incurret tamen, si apertas à se alteri legendas tradat.*
542 *Qui literas apertas in cubiculo, aut scrinio alterius servatas legit, peccat quidem mortaliter; sed reservationem non incurrit.*
543 *Qui ad candelæ lumen, transparentibus characteribus, legit, non incurrit reser-*

reservationem.

544 *Hic casus non comprehendit literas à Superiori missas ad secularem, aut à seculari ad Superiorem.*

535 Undecima difficultas de impedimento, retardatione, aut apertione literarum. Et quæritur primò, quid veniat nomine impedimenti, aut retardationis? Respondeo hujusmodi impedimentum, & retardationem multis modis posse contingere. Primò, faciendo, ne tabellarii, qui epistolas deferunt, inveniantur. Secundò, illos pecunia corrumpendo, ut epistolas seriùs tradant. Tertiò, epistolas subripiendo, comburendo, aut occultando.

536 Non erit tamen impedimentum, aut retardatio, si quis quærat cursorem magis velocem, & mittat suam præventionem, quæ citiùs perveniens præoccupet negotium; nam hoc non est retardare, aut impedire epistolas, sed uti jure suo, & hoc cum communi Doctorum tenet *Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 8. cap. 17. num. 25.* P. Fagũd.

537 Secundò circa apertionem literarum quæritur, an comprehendatur isto casu apertio facta, non quidem animo nocendi, sed ex mera curiositate sciendi nuntia, aut videndi stylum elegantem, vel barbarum? Respondeo generaliter loquendo, id fieri cum periculo secreti, & ratione illius esse peccatum reservatum; quòd si nullum detur periculum tale, sed sola curiositas; tunc solum erit peccatum veniale, ac proinde non reservatum. Ita *Navarrus in manuali Latino cap. 18. num. 53. Sylvester verbo Falsarius num. 2. Fagũd. proximè num. 26.* Navar. Sylvester. P. Fagũd.

538 Quid, si ex epistola timeas tibi aliquod malum injustum? Poteris in eo eventu aperire literas Superioris, & eas retardare, aut comburere? Affirmant *Sylvester, Archidiaconus, & D. Antoninus,* quos citat, & sequitur *Fagund. proximè num. 26.* Accedunt *Tamborin. de jure Abbatum disp. 13. q. 2. num. 61. Quaranta in summa Bullarii num. 12. Navarrus proximè,* ubi id probat ex *Cap. Non inferenda 23. q. 3. Peyrines de Religione tom. 1. q. 2. cap. 1. §. 13. Diana 3. p. tract. 6. resol. 55. Layman lib. 5. tract. 3. p. 1. cap. 4. num. 4.* Fundamentum est, quia id fit titulo justæ defensionis. Sylvest. Archidiac. D. Anton. P. Fagũd. Tambor. Quaranta Navar. Peyrin. Diana P. Laymã.

539 Addunt præterea nonnulli, etiam si timeas damnum justum, posse retardare epistolas, ut prius Superiorem informes; habes enim jus naturale defendendi tuum honorem; & qui hoc animo literas retardat, non id facit animo malitioso. Ita *Tamborin. citatus num. 64. Menochius de arbitris lib. 2. casu 538. Portel in additionibus ad dubia Regular. verbo Literæ Prælatorum, Graffis citatus de casibus reservatis lib. 3. cap. 10. Molfesius in summa tom. 1. tract. 7. cap. 20. num. 122.* quod ego limitarem, nisi inde sequatur damnum boni regiminis monasterii. Tambor. Menoch. Portel Graffis Molfes.

540 Quid, si Superior literas subditi, vel subditus literas Superioris ad se missas laceratas in publicum objiciat? Poteritne quis sine reservatione, collectis fragmentis, eas legere? Ego puto tunc non incurri reservationem. Quia iste neque eas literas aperit, neque impedit, neque retardat. Imò, qui eas ita in publicũ abjicit, videtur significare non esse in eis secretum alicujus momenti. Unde legentem non peccare mortaliter contra *Rebellum* tenet *Layman* cum *Sylvestre* apud *Dianam proximè.* Quod si nihilominus legens inveniat aliquod secretum vergens in damnum alicujus; tenebitur ex charitate illud servare. P. Laymã Sylvest.

541 Quid, si subditus literas Superioris solum aperiat, & non legat? Respondeo non incurrere reservationem, quia talis apertio non est consummata; & ita *Quaranta in summa Bullarii* in explicatione hujus undecimi casus. Argumento ex *L. Siquis in gravi. §. Siquis tabulas ff. de senatus consulto Siliano. & Claudixao. Tamborin. tom. 2. de jure Abbatum disp. 13. q. 2. num. 60.* ex doctrina *Bartoli* in *L. Qui testamentum ff. ad legem Corneliam de falsis. Graffis lib. 3. de casibus reservatis cap. 11.* Quid, si ipse aperiat, & alteri legendas tradat? Respondeo tunc incurrere reservationem, quia tunc ipsi ista consummatio imputatur. Ita *Tamborin. proxime num. 61.* Quaranta Tambor. Graffis Tambor.

542 Quid, si subditus non aperiat, sed apertas in cubiculo, vel scrinio alterius legat? Respondeo solum peccare mortaliter, non tamen incurrere reservationem, quia hæc solum est imposita impedienti, aut aperienti literas.

543 Quid, si clausas quidem, & obseratas ad lumen candelæ legat, cum caracteres transparent, vel per latera? Respondeo non incurrere reservationem, quia hic similiter neque aperit literas, neque

quæ impedit, neque retardat, qui modi duntaxat in dicta reservatione comprehenduntur, & ita Tamborin. proxime num. 63. Tāborin.

544 Quid, si aperiat, impediat, aut retardet literas Superioris ad seculares transmissas, vel à secularibus ad Superiores? Respondeo non incurrere reservationem, quia iste casus expressè loquitur de literis Superioris ad inferiores, aut inferioris ad Superiores: & reservatio, cum sit odiosa, non est amplianda, sed restringenda.

SECTIO II.

Explicantur casus diœcesani Episcopis reservati.

545 Iximus *disput.* 1. *sect.* 2. non eosdem apud omnes esse casus diœcesanos, cum enim adeo plures, & diversæ sint diœceses, & quilibet Episcopus in sua possit pro libito reservare casus diversos, non possumus certo tenere, quos quilibet in sua diœcesi defacto reservaverit. Loco citato cum *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegatione* 51. diximus undecim esse casus, qui plerumque in diœcesibus reservari consuevere. Hos in præsenti declarandos suscipimus.

CASUS PRIMUS.

Homicidium voluntarium.

546 *Quid sit homicidium voluntarium?*

547 *Hic casus non comprehendit homicidium casuale, licèt sit mortaliter culpabile.*

548 *Utrùm comprehendat eum, qui aggressorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ?*

549 *Resolvitur negativè.*

550 *Extenditur ad excessum moderaminis, etiam mortaliter peccaminosi.*

551 *Quid dicendum, quando injustus aggressor sit persona publica, ex cujus morte sequatur grave reipublicæ damnum? Præmittitur sententia asserens nullo modo peccare.*

552 *Sententia affirmans peccare contra charitatem.*

553 *In nulla ex his sententiis incurritur reservatio.*

554 *Non incurrit reservationem aggressus, etiamsi in culpa fuit, ut impeteretur.*

546 PRimo difficultas: quid veniat nomine homicidii voluntarii? Respondeo dici voluntarium ad distinctionem homicidii casualis. Homicidium voluntarium dicitur illud, quod est directè volitum aut in se, aut in causa, v. g. in veneno, aut inedia. Homicidium casuale constituitur per id, quòd non sit directè volitum. Adhuc tamen potest esse indirectè volitum: & sic licèt non dicatur homicidium voluntarium, sed casuale; est tamen peccatum mortale. Aut nullo modo est volitum, quia nullo modo est prævisum, & sic nullo modo est peccatum. Ita *P. Suarius de censuris d.* 45. *sect.* 6. *num.* 16. *& sequentibus, Barbosa citatus num.* 3. P. Suar. Barbosa

547 Et in primis quod attinet ad homicidium casuale, nullo modo videtur præsenti casu cōprehendi, licèt sit indirectè volitū, & mortaliter culpabile, quia hic solùm est sermo de homicidio voluntario. Quæ doctrina satis liquet ex communi apud *P. Suar. citat. disp.* 44. *sect.* 1. *num.* 5. ubi dicit irregularitatem ex homicidio voluntario nullo modo incurri per homicidium casuale, licet sit mortaliter culpabile.

548 *Quæritur primò:* Utrùm dicatur homicida voluntarius, qui aggressorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ? Affirmant *Accurtius, & Glossa in L. Ut vim vi ff. de justitia, & jure. Richardus de S. Victore opusc. de charitate Ioannes Ierson in tract. de charitate. Augustin. de Ancona lib. de potestate Ecclesiastica q.* 2. *art.* 3. *Hugo, & Abulensis apud Dian.* 5. *p. tr.* 4. *resolut.* 1. Accurtius Glossa Ierson Ancona Hugo Abulensis

549 Tenenda tamen resolutio negativa, quia hic solùm censetur volens se defendere. Unde nec peccat, nec tenetur ad restitutionem. Ita ex sacra Scriptura *Exod. cap.* 22. & ex jure canonico *Cap. Significasti* 2. *de homicidio, Cap. Si verò, & Cap. Ex tenore de sententia excommunicationis, & Cap. Dilecto eodem titulo in* 6. *Clement. Si furiosus de homicidio;* & ex jure civili in *L.* 1. *ff. de vi, & vi armata. L. Scientiam §. Qui cum aliter ff. ad legem Aquiliam;* & *L. Ut vim ff de justitia, & jure* tenent communiter Doctores *D. Antoninus, Angelus, Sylvester, Panormitanus,* D. Anton. Angelus Sylvester. Panormit.

Manilius Binsfeldius Mascard. Cenedo Farinac. Clarius Covarrub. Gomez Riccius Caballus Gambacur. Cardozo Barbosa P. Trullěk P. Molin. P. Rebel. Oliva P. Suar. Navar.

nus, *Manilius*, & alii, quos citat, & sequitur *Binsfeldius, de injuriis, & damno dato cap.* 1. *q.* 5. *conclus.* 3. *Mascardus, Cenedo, Farinacius, Iulius clarus, Covarrubias, Gomez, Riccius, Caballus, Gambacurta, Cardozo*, quos latè citat, & sequitur *Barbosa de officio. & potestate Episcopi. allegat.* 51. *num.* 4. quibus è nostris accedunt *Trullenck lib.* 5. *Decalogi cap.* 4. *dub.* 4. *Molina de justitia tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 11. *Rebellus de obligationibus justitiæ p.* 1. *lib.* 3. *q.* 12. *Oliva de foro Ecclesiæ part.* 2. *q.* 17. *num.* 62. *cum. P. Suar. Navar. & aliis pluribus.*

550 Quæ doctrina etiam extendenda est ad casum, quo moderamen tutelæ excedatur excessu mortaliter peccaminoso, quia talis excessus, ut suppono, non constituit homicidium voluntarium, hoc est directè volitum, sed solùm indirectè. Et ita *Glossa in cap. significasti* 2. *verbo Tutelæ de homicidio. Oliva proximè num.* 63. *cum Iulio claro, Abbate, Sylvestro, Angelo, Tabiena*, & aliis.

Glossa Oliva Clarius Abbas Sylvester. Angelo Tabiena

551 *Secundò, quæritur*: quid dicendum in casu, quo injustus aggressor sit persona publica, ex cujus morte magnum detrimentum reipublicæ sequatur? Duæ circunferuntur opiniones. Prima asserit occidentem hujusmodi aggressorem nullum committere peccatum, nec contra justitiam, nec contra charitatem, sed tantùm se defendere, habet enim unusquisque jus defendendi suam vitam, & hoc jus cuilibet est magis connaturale, quam quod libet aliud bonum temporale, etiam communitatis. Accedit quod contrarium est moraliter impossibile: quod proinde non cadit sub præcepto. Ita *Richardus in* 4. *dist.* 15. *art.* 2. *q.* 5. *Sylvester. verbo eleemosyna num.* 2. *Binsfeldius proximè cap.* 1. *q.* 5. *conclus.* 6. *Farinacius in proxime q.* 125. *num.* 34. cum pluribus *Placa de delictis lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 3. *vers. tertio Angelus, D. Antoninus, Armilla. Marsilius, Zavarela, & Vasquez apud Dianam p.* 5. *tract.* 4. *de homicid. resolut.* 2.

Richard. Sylvest. Binsfeld. Farinac. Placa Angel D. Anton. Armilla. Marsil. Zavarel. P. Vasq.

552 Secunda sententia contendit occidentem hujusmodi aggressorem, licet non peccet contra justitiam, peccare contra charitatem, idque ob bonum commune, cui particulare non debet se præferre. *Authent. Resque Cap. Cummunia de legatis.* Videmus enim quodam naturæ instinctu brachium se vulneri objectare, ut defendat caput; & elementa proprios motus oblivisci, ne in rerum natura detur vacuum. Ita cum *D. Thoma, Soto, lib.* 5. *de justitia, & jure q.* 1. *art.* 8. *Bañes de justitia q.* 64. *art.* 7. *conclus.* 2. *Molina proximè disp.* 14. *conclus.* 2. *Coninck de charitate disp.* 25. *dub.* 6. & 7. *Lessius proxime lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 8. *num.* 42. *Oliva proxime num.* 79. cum pluribus.

D. Thom. Sotus Bañes P. Molin. P. Coninck P. Lessius Oliva

553 Itaquè quantùm ad præsentem quæstionem de reservatione in prima opinione clarum est hanc non incurri, siquidem nullum committitur peccatum; in secunda autem etiam puto non incurri, quia, & si prædictum homicidium sit contra charitatem, non est contra justitiam, reservatio autem, cum sit odiosa, debet restringi ad homicidium, quando est peccatum contra justitiam.

554 *Tertiò quæritur* quid dicendum in casu, quo aggressus in culpa fuit, ut ab inimico invaderetur? Respondeo, adhuc tunc non dici homicidam voluntarium, sed sui defensorem. Non dubito commisisse peccatum mortale in occasione, quam fecit, ut ab alio impeteretur; sed dico non peccare peccatum homicidii defendendo se, quia habet jus se defendendi, & utitur jure suo. Sic dicitur, quòd adulter aggressus à marito possit pro sua defensione illum occidere. Ità *Villalobos in summa tom.* 2. *tract.* 12. *diffic.* 10. *num.* 7. *Vega in summa tom.* 1. *cap.* 127. *Bañes proxime conclus.* 3. *Molina citatus tract.* 3. *disp.* 15. *Salon.* 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. *controv.* 1. *conclus.* 2. *Rodrig. in summa tom.* 1. *cap.* 220. *num.* 2. *Diana proxime resolutio* 3.

Villalobos P. Vega Bañes P. Molina Salon. Rodrig. Diana.

§. I.

Utrùm liceat prævenire aggressorem, & illum occidere?

555 *Quid dicendum de præveniente aggressorem?*

556 *Præveniens injustum aggressorem, non committit homicidium voluntarium.*

557 *Non obstat, quòd adhuc inimicus non inferat vim physicè.*

558 *Quid dicendum, si aggressor sit justus? & fingitur casus; resolviturque non esse homicididam voluntarium, si prius aggressorem moneat.*

559 *Solvitur instantia, ostenditurque quomodo bellum non sit justum ex utraque parte.*

555 Quartò quæritur, quid dicendum de eo, qui prævenit aggressorem, & illum antequam invadat, occidit? Casus procedit, quando quis prudenter, ac rationabiliter putat inimicum decrevisse illum occidere, & videt propriam vitam versari in discrimine, nec habet aliud remedium, ut eam tuteatur, nisi statim hominem occidat; Et quæritur, Utrùm occidens dicatur homicida voluntarius? Affirmat *Sylvius 2.2. q. 64. art. 7. quæst. 6.* quia iste, qui adhuc vim non patitur, non dicitur se defendere, sed vim vi repellere; & in casu proposito adhuc non datur contraria vis.

Sylvius

556 Sed meliùs dicendum in terminis propositis dari naturalem defensionē, & non homicidium, quia sic occidens solùm consulit suæ vitæ, quam prudenter, & rationabiliter periclitari videt, nisi occidat, &, ut suppono, non potest aliter eam tueri, & defendere. Et est bonus textus in *L. 1. C. quando liceat unicuique sine judice se vendicare.* Ibi: *Ac mortem, quam minabatur, ipse recipiat.* Et ita docent *Molina de justitia tom. 4 tractat. 3. disp. 12. Diana proxime resolut 5. Bossius in practica criminabili tit. de homicidio q. 125, num. 74. Barbos. in Clem. si furiosus de homicidio* dicens, & quidem meritò in eo eventu non incurri irregularitatem. *Oliva de foro Eccles. 2. p. q. 17. num. 66.* cum *Baldo, Cepola, Fulgosio.* Et sanè idem sentiunt *P. Suar. de censur. d. 46. sect. 1. num. 7. fine, P. Avila de censur. p. 7. d. 5. sect. 3. dub. 2. conclus. 2. P. Lessius de justit. lib. 2. cap. 9. dub. 8. num. 45.* licet ibidem dicat hanc doctrinam non esse practicandam propter periculum abusûs. Nec nos eam approbamus nisi in vero casu, & citra abusum.

P. Molin. *Diana.* *Bossius* *Barbosa* *Oliva* *Baldus* *Cepola* *Fulgos.* *P. Suar.* *P. Avila* *P. Lessius*

557 Neque obstat, quòd adhuc non patiatur vim; nam licèt hæc adhuc non sit inchoata physicè: inimicus resolutione, & proposito suo eam inchoavit moraliter. Idem à fortiori dicendum, cùm inimicus inchoavit actionem physicam, & jam habet paratam sclopetam, vel venenum. Et it docent *Bañes 2. 2. q. 64. art. 7. conclus. 2. Marchancius in quæstionum pastoralium ad Decalogum capi 5. q. 2. casu 3. Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 21. cap. 5. num. 57. Diana cit. resolut. 6. Ioannes de la Cruz in directorio p. 1. præcepto 5. q. 1. dub. 4.*

Marchãc. *P Reginal.* *Diana* *De la Cruz*

558 Quid tamen dicendum, si aggressor sit justus? Quæstio procedit de milite, qui certò sciens bellum esse injustum, impetitur ab adversario justo, & quæritur an in sui defensione possit illum occidere? Respondeo non esse homicidam, si hostem prius monuit, ut desisteret, & ille noluit, quia habet jus defensionis, & aliter nequit se defendere. Ita *Soto de justitia lib. 5. q. 1. art. 7. Azor 3. p. lib. 2. cap. 1. q. 5.* & alii apud *Dianā p. 5. tract. 4. resolut. 11.*

Soto *P. Azor* *Diana*

559 Dices: Hostis justè interficit: ergo injustè interficitur, alioquin dabitur bellum justum ex utraque parte. Hoc argumentum est valde efficax; propter illud hac in re hæret *Molina tom. 4. de justitia tract. 3. disp. 15. n. 5.* Ego respondeo bellū justum ex utraque parte solùm non admitti, quando est super eādem re; at verò jus pro utraque parte in casu proposito non est super eadem re, sed miles aggressor habet jus invadendi, quo caret miles aggressus, cujus videlicet bellum est injustum, hic enim non potest alium invadere, solum habet jus defendendi vitam suam usque ad necem adversarii, si aliter non potest evadere.

Molina

§. II.

An liceat occicere pro defensione propriorum bonorum?

560 *Proponitur sententia affirmans esse homicidam voluntarium, qui occidit pro defensione propriorum bonorum.*

561 *Præfertur sententia negans.*

562 *Solvitur ratio, & textus adducti pro contraria sententiā.*

563 *Limitant hanc doctrinam jurisperiti, ut non procedat in Clericis.*

564 *Sed immeritò apponunt hanc limitationem Iurisperiti.*

565 *Solvitur 1. argumentum ex text. in C. Suscepimus.*

566 *Solvitur 2. argumentum ex text. in C. 1. 23. q. 8.*

567 *Solvitur 3. argumentum, & instantia ex text. in C. 2. de homicidio.*

568 *Solvitur 4. argumentum ex text. in C. de his Clericis.*

569 *An id liceat etiam religiosis?*

570 *Resolutio affirmativa præfertur.*

571 *Qui pro defendenda re exigui valoris alium occidit, est homicida voluntarius.*

572 *Quæ summa æstimanda sit quantitas justa, ut hæc doctrina teneat?*

573 *iste*

572 æstimanda relinquitur arbitrio prudentis viri.

560 Quintò quæritur: Utrum dicatur homicida voluntarius, qui occidit pro necessaria defensione suorum bonorum? Affirmant *Franciscus Cursius. Archidiaconus, Gerson, Tabiens, Augustin. de Anchona, & Abulens. apud Dianam 5. p. tract. 4. resolut. 17.* quibus accedunt *Felinius in cap. 2. de homicidio num. 4. Abbas. num. 2. Covar. in Clem. Si furiosus part. 3. §. Unico. num. 6.* cum pluribus. Et ratio est, quia ordine, & lege charitatis vita proximi est præferenda bonis propriis externis. Facit efficaciter textus in *cap. 3. de homicidio*: ubi dicitur solùm furem nocturnum posse occidi, non vero diurnum, quia debuit aggressus discernere *quòd ad furandum, non ad occidendum venisset*: non ergo potest occidi, qui solùm venit ad furandum. Facit etiam textus in *cap. 2. eodem titulo*. Ibi: *Te, tuaque liberando*, quæ verba faciunt sensum conjunctivum, & non disjunctivum.

Frãc. Cur. Archidiac. Gerson. Tabiens August. Abulens.

561 Tenenda tamen resolutio negativa, quia bona externa sunt media ad conservandam vitam, idcirco dicuntur nostra vita, & noster sanguis. *L. Advocati. C. de Advocatis diversorum judicum.* Unde sicut, qui occidit pro defendẽda vita, non dicitur homicida, sed sui defensor, ita qui occidit pro defendẽdis propriis bonis. communiter Doctores in *l. ut vim vi cum Gloss.* ibi *verbo* Jure; & in *L. Furem ff. ad legem Corneliam de sicariis, &* in *L. Quarta ff. ad legem falsidiam*; & in *Cap. Olim. primo de restitutione spoliatorum. Navarrus, Menochius, Cenedo, Cardoso.* Ex Theologis *Valentiã, Toletus, Beja; Sayrus, Molina, Lessius, Villalobos, Trullen. Rebello, & Zechius*, quos latè citat, & sequitur *Barbosa de potestate Episcopi allegat. 51. num. 6.* quibus accedunt *Tannerus tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 4. num. 81. Laymanlib. 3. tract. 3. cap. num. 4. Fillincius, Aragonius, Azor*, & alii plures; quos citat, & sequitur *Diana 2. p. tract. 4. resolut. 17. subscribit Oliva de foro Ecclesiæ p. 1. q. 25. num. 19.* & iterum *2. p. q. 17. num. 85.* cum *Bartolo, Bossio, Mascardo; Dueñas, Capola*, & aliis pluribus.

Navar. Menoch. Cenedo. Cardosus P. Valent. P. Tolet. P. Valent. Beja. Sayrus. P. Molin. P. Lessius Villalob. P. Trullẽk P. Rebellus Zechius Barbosa P. Tanner. Filliucius Aragon. P. Azor Diana Oliva Bartol. Bossius Mascard. Dueñas Capola

562 Neque obstat primò, quòd vita proximi est præferenda nostris bonis extrinsecis: Respondetur enim id solùm habere locum, quando proximus est in necessitate; non verò quando procedit ex malitia. Non obstat secundo textus in *cap. 2. de homicidio*, quia solùm vult oportere adhiberi moderamen inculpatæ tutelæ. Itaque solùm vult non posse occidi furem, quando aliter potest repelli. Non obstat tertiò textus in *cap. 2.* quia debet intelligi disjunctivè, sin minus satis esset dicere *te*, ad quid additur *tua*?

563 Traditam doctrinam limitant Jurisperiti, ita ut solùm habeat locum in laicis, non verò in Clericis; idque primò per textum in *Cap. Suscepimus de homicidio*; ubi irregularis efficitur Sacerdos, qui in sui defensione latronem occidit. Ibi: *Quoniam expediebat potiùs post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere jacturam, quàm pro conservandis vilibus rebus, & transitoriis tam acriter in alios exardescere.* Secundò per textum in *Cap. 1. 23. q. 8.* Ibi: *Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerit electus, materialem gladium exerceret, ut Magistrum à Judæorum injuria defensaret, audivit: converte gladium tuum in vaginam; omnis enim, qui gladium acceperit, gladio peribit.* Et infra Illud Apostoli: *Non vosmetipsos defendentes.* Tertiò per textum in *Cap. 2. de homicidio*; Ibi: *Si presbiter eadem fecerit* (hoc est latronem occiderit in sui defensione) *non deponitur, tamen quandiù vivit, pœnitentiam agit.* Pœnitentia supponit culpam. Quartò per textum in *Cap. De his Clericis dist. 50.* ubi Clericus, qui in sui defensione paganum occiderit, manet irregularis. Ita *Gloss. in cap. dilecto verbo Bonis, de sentent. excommunicat. in 6.* Geminianus in *Cap. Significasti de homicidio. Abbas, & Franciscus* ibidem. *num. 9. Iason in l. ut vim num. 21. vers. Tertio limita ff. de justit. & jur. Angelus in L. Quoniam multa C. Ad leg. Iuliam de vi. Iulius clarus in §. Homicidium num. 25. fine Farinacius in praxi tit. 14. de homicidio q. 125. num. 221. Covar. in Clement. Si furiosus part. 3. §. Unico num. 6. vers. octavo. p Apparet Bellet. disquis. cler. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 5. num. 121.* cum pluribus.

Abbas Francus Iason. Angelus Clarus Farinac. Covar. Bellet.

564 His tamen non obstantibus dicendum enim Clericum posse defendere propria bona usque ad occisionem furis cum moderamine inculpatæ tutelæ: Hæc est communis sententia Theologorum; quam cum *Sylvestr. Navar.* & aliis pluribus latè tenent *P. Molina de justit. tract. 3. d.*

Sylvest. Navar. P. Molina

P. Vasq. P. Avila P. Lessius Oliva P. Lugo. 3. d. 16. num. 2. & 8. & P. Vasquez in Opusc. de restit. dubio 8. num. 33. P. Avila de cens. p. 7. d. 5. sect. 3. dub. 4. P. Suar. de cens. disp. 46. sect. 2. num. 10. P. Lessius de justit. lib. 2. cap. 9. dub. 11. num. 72. Castro de legib. pœnal. lib. 2. cap. 14. Oliva de foro Eccles. 2. p. q. 17. num. 102. Cardinalis Lugo de justit. Estque textus in *Cap. Olim.* 1. *de rest. spoliat.* Est etiam textus optimus in *Cap. Dilecto, de sent. excommunic. in 6.*

565 Neque obstat primò textus in *Cap. Suscepimus*, quia ibi non est servatum moderamen inculpatæ tutelæ, ut notat *Glossa* ibidem. *verbo Ligaverunt.* Ibi: *In hoc excesserunt fines licitæ defensionis, cum possent aliter evadere.* Et infra *verbo Interimeretur.* ait: *Potiùs debuit fugere, dum se solvere nitebatur*, vel etiam dic illud, *Expediebat potiùs, &c.* loqui ex consilio, & ita respondet *Oliva cit.*

566 Non obstat secundò textus in *Cap. 1. 23. q. 8.* quia solùm vult, quòd Ecclesiasticus, cùm possit, teneat fugere, & non resistere: nostra verò doctrina procedit in casu inevitabilis necessitatis, quia aliter non potest rem defendere.

567 Non obstat tertiò textus in *cap. 2. de homicidio*, quia etiam non procedit in casu necessitatis inevitabilis, sed necessitatis evitabilis, in qua laicis est licitum se defendere, quin fugiant: non sic Clericis. *Instabis*: Ergo talis Clericus manet irregularis. Contrarium autem videtur decidi, ibi: *Non deponatur.* Responderi potest cum *Glossa* manere irregularem, sed dispensari cum illo in illis verbis, *Non deponatur.* Vel dic nunc textum procedere quidem in casu necessitatis inevitabilis, & pœnitentiam ibi assignari non ex præcepto, sed ex indulgentia, ibi: *Secundum indulgentiam dico.*

568 Non obstat quartò textus in *Cap. De his Clericis*, quia etiam solùm procedit in casu necessitatis evitabilis; & non in casu necessitatis inevitabilis, quo quidem potest se defendere; *Cap. Si verò de sentent. excom. C. ap. Significasti 2. de homicidio Cap. Ius naturale dist. 1.*

569 De Religiosis est maius dubium, quia non possunt habere bona propria, id enim est contra eorum votum paupertatis: ergo non habent jus defendendi illa usque ad occisionem; & ita sentit Binsfellius de injuriis, & damno dato cap. 1. q. 5. conclus. 2. Binsfel.

570 Tenenda tamen contraria resolutio, quia unusquisque habet jus defendendi non solum ea, quæ possidet propria, sed etiam ea, quæ possidet in communi, & quorum usus, & custodia ipsi est commissa, & ita sentiunt *Tanner. proximè n. 77. Malderus 2. 2. tom. 2. q. 7. de homicidio, conclus. 2. num. 5. Sylvius 2. 2. q. 64. art. 7. quæsito 8. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 11. num. 72.* P. Tanner. Malderus Sylvius P. Lessius

571 Quid dicendum, si occidat pro defendenda re exigui valoris? Respondeo cùm communi tunc esse homicidam voluntarium, quia non tanti debet haberi res minima, ut pro ejus defensione proximus occidatur. Excipitur in jure casus, quo fur subripuit rem parvam, & repetentem prior invadit *L. Si ex plagis. §. Tabernarius ff. ad leg. Aquiliam* Verum hæc lex videtur intelligenda quò ad pœnas, non verò quò ad culpam, nisi furem occidas cum moderamine inculpatæ tutelæ.

572 Dubium est, quanti valoris debeat esse res, ut censeatur justi momenti, & excuset ab homicidio? Plures existimant illam rem esse vilem ad præsens institutum, quæ non excedit duos, vel tres aureos, sive ducatos. Secus si pertingat ad quatuor, vel ad quinque. Ita *Iason. in L. Vt vim vi ff. de justit. & jure num. 25. Sotus de justitia, & jure lib. 5. q. 1. art. 8. Aragon. 2. 2. q. 64. art. 4. Binsfellius de injuriis, & damno dato cap. 4. q. 6. conclus. 1.* Iason. Sotus Aragon.

573 Ego non tam facile taxandam puto vitam proximi, sed id relinquendum arbitror judicio prudentis viri, qui ex circunstantiis rem æstimare debet. Et sanè ita sentiunt plures apud *Stroversdorf. de justitia, & jure q. 64. art. 7. conclus. 3.* quibus subscribit *Lessius citat. lib. 2. cap. 9. dub. 11. num. 68* Stroversf. P. Lessius

§. 3.

An liceat occidere pro defensione proprii honoris?

574 *Affirmant aliqui non licere pro defendendo proprio honore alium occidere.*

575 *Profertur sententia docens licere. Et solvuntur argumenta ex textibus in Clement. si furiosus in L. Scientiam, resolvuntur que varii casus.*

576 *Ii, quibus ex fuga nulla sequitur infamia, tenentur fugere, & non occidere*

dere aggressorem.

577 *Quid dicendum de eo, qui insecutus, apprehendensque occidit eum, qui injuriam sibi intulit?*

578 *Probabilius est sententia, quæ negat hunc esse homicidam voluntarium.*

579 *Proponuntur fundamenta hujus sententiæ.*

580 *Solvuntur fundamenta opinionis contrariæ.*

581 *Iacientem convitia non licet occidere; si verò aliter hæc injuria repelli non possit, licet.*

574 **S**Extò quæritur, An sit homicida voluntarius, qui occidit pro defendendo proprio honore: Affirmant *Boerius decis.* 168. *num.* 4. *Sylvius* 2. 2. *q.* 64. *art.* 7. *quæsito* 9. *conclus.* 2. *Binsfeldius proximè cap.* 11 *q.* 5. *conclus.* 9. *Baldelius lib.* 4. *conclus.* 312. quatenus contendunt non esse licitum proximum occidere pro honore proprio. Probatur ex *Clem. Si furiosus de homicidio.* Ibi: *Qui mortem aliter vitare non valens & ex L. Scientiam* 45. *ff. ad leg. Aquiliam.* Ibi. *Qui cum aliter tueri se non possit.* Boerius Sylvius Binsfeld. Baldel.

575 Dicendum tamen maioris æstimationis esse honorem, quam bona propria; unde si licet hæc defendere usque ad occasionem, etiam licebit defendere honorem. *Neque obstat* textus in *Clementina Si furiosus*; nam nomine mortis etiam venit infamia, est enim infamia quædam mors. Vel dic cum *P. Suar. de censur. disp* 46. *sect.* 2. *n.* 3. in illo textu agi de irregularitate, quæ ex illo solùm potest probari à contrario sensu: argumentum autem à contrario sensu non valet in materia irregularitatis; hæc enim non inducitur, nisi per expressionem juris, *Cap. Is, qui de sentent. excom. in* 6. Unde quanvis ex illo textu plures Doctores contendant ex homicidio commisso in defensione honoris, aut bonorum temporalium incurri in irregularitatem, cui sententiæ cum *Panormitano*, *Socino*, *Navarro*, & aliis adhærent *Villadiego tract. de irregularitate*, *P. Avila de pænit. p.* 7. *d.* 5. *sect.* 3. *dub.* 4. *cum P. Henriq. Perez*, & aliis pluribus. Melius tamen ipse *P. Suar cit. cum covar. Soto, Castro*, & aliis, quibus cum pluribus subscribunt *Bonacin. de irregular. d.* 7. *punct.* 6. *Diana* 4. *p. tract.* 2. *de irregular. resol.* 4. cum *P. Præposito*, *P. Tannero*, *P. Hurtado*, *P. Coninch*, & aliis pluribus, resolvit non incurri talem irregularitatem, quia non est expressa in eo. Ad textum in *L. Scientiam* occurrendum, cum quis dicitur defendere suum honorem, etiam dici tueri se. Quare si viro honorato intendas alapam impingere, vel fustem imponere, poterit ille pro non admitenda ista infamia te occidere. Ita *Oliva de foro Eccles.* 2. *p. q.* 17. *num.* 111. cum pluribus, *Sotus*, *Navar.* *Sylvester.* *Lopez*, *Lessius*, *Villalobos*, *Hurtad.* *Marcancius*, *Filliucius*, *Molfesius*, & alii plures apud *Dianam* 5. *p. tract.* 4. *resolut.* 4. Similiter ingenuus adolescens, qui ex fuga colliget infamiam, non tenetur fugere, sed potest invadentem occidere. Item puella, quæ aliter non potest defendere integritatem sui corporis, nec aliter repellere violentiam stupri, adulterii, aut sodomiæ, poterit lascivum adorii, aut sodomiæ, poterit lascivum adolescentem occidere. Ita *Trullenck lib.* 5. *Decalogi cap.* 4. *dub.* 1. *Azor*, & *Zechius*, quos citat, & sequitur *Barbosa de officio*, & *potestate Episcopi allegat.* 51. *num.* 7. quibus accedunt *Sotus*, *Navarrus*, *Valentia*, *Cañes*, *Salon*, *Aragonius*, *Tannerus*, *Turrianus*, *Escobar*, & *Mollina apud Dianam proximè resol.* 9. Item *Baldus*, *Ugolinus*, *Bossius*, & alii plures apud *Olivam de foro Eccles.* 2. *p. q.* 17. *num.* 111. quos etiam latè citat, & sequitur *Farinacius in praxi tit.* 14. *de homicidio q.* 125. *num.* 44. Subscribunt *P. Molin. de justit. tract.* 3. *disp.* 17. *num.* 20. *P. Vasquez in opusc. tit. de restit. cap.* 2. §. 1. *dub* 10. *P. Lessius de justit. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 43. *P. Lessius de justit. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 12. *in princip.*

Panormit. Socin. Navar. Villadieg. P. Avila P. Henriq. P. Perez P. Suar. Covar. Sotus Castrus Bonac. Dian. P. Præpos. P. Hurtad. P. Taner. P. Coninch

Oliva Soto Navar. Sylvest. Lopez P. Lessius Villalob. P. Hurtad. Marcanc. Diana Trullenck P. Azor. Zechius Barbosa Sotus Navar. P. Valent. Bañes Salon. Aragon. P. Tanner. P. Escobar. P. Turrian. P. Molin. Diana Baldus Ugolinus Bossius Oliva Farinac. Molin. P. Vasq. P. Lessius

576 Dixi (qui ex fuga colliget infamiam) quia Ecclesiasticus nullam colliget ex fuga. Item neque homo de plebe invasus à dinasta, aut viro illustri: unde hi tenentur fugere. Similiter filius à parente, & frater natu minor à fratre natu maiore, quia hæc fuga non illis vertitur infamiæ, sed pietati. Ita cum *Hippolyto*, *Iulio Claro*, *Menochio*, *Farinacio*, *Comitolo*, & *Zechio*, *Barbosa proximè n.* 5. Similiter ab ebrio, & à furioso tenetur quis fugere, quia ab his fugere nulli est probrosum, ut cum *Baiardo* rectè docent *Malderus* 2. 2. *tract.* 3. *cap.* 1. *dub.* 12. *P. Hurtad.* 2. 2. *disp.* 170. *sectione* 16. §. 136. Hippolyt. Clarus Menoch. Farinac. Comitol. Zechius Barbosa Baiardus P. Hurtad.

577 Qui dicendum de eo, qui invasorem, post impactam alapam, vel fustem, fugientem insecutus est; & apprehensum occidit? Plures existimant hunc esse homicidam. Ita *Joannes de la Cruz* in De la Cruz

 dire-

P. Tolet. Rodrig. P. Turrian. Malderus P. Lessius P. Reginal. P. Filiuc. Bonacina

directorio Confessarii p. 1. precepto 5. dub. 6. conclus. 1. Tolet. lib. 2. cap. 6. num. 16. Rodrig. in summa tom. 1. cap. 135. num. 11. Turrianus 2. 2. tom. 2. disp. 27. dub. 3. num. 9. Malder. 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 14. Lessius, Reginaldus, Filliucius, Bonacin. & alii apud *Dianam 2. p. tractat. 15. miscellaneo, resolut. 15.* Idque primò, quia jam injuria est illata, unde ejus reparatio est potiùs vindicta, quàm defensio; vindicta autem spectat ad judicem, & non ad personam privatam. Secundò, quia, qui injuriam intulit, eo ipso, quòd desistit, & fugit, jam non infert vim, & solùm possumus vim vi repellere, ut docent communiter Doctores in *L. Ut vim ff. de justit.* & *jure.*

Navar. Navarra P. Henriq. Corduba Mansius Penha Fernand. P. Hurt. Marcanc. Faber. Diana

578 His non obstantibus, probabilis est contraria resolutio, quam tenent *Navarrus in manuali cap. 14. num. 4. ad finem, Petrus Navarra de restitutione lib. 2. cap. 3. num. 383. Victoria de jure belli q. 2. num. 5. Henriq. in summa lib. 14. cap. 10. num. 2. in gloss. lit. T.* ubi citat *Cordubam, Mansium, Penham,* & alios, quibus accedunt *Fernandez in examine moralis p. 1. cap. 9. §. 1. num. 16. Hurtad. tractat. de justit. & jure disp. 11. difficult. 11. Marcancius in summa resolut. Pastoral. ad Decalogum cap. 5. q. 3. casu 3. Philippus Faber in 4. dist. 15. q. 3. disp. 52. cap. 1. num. 29. Diana cit. 2. p. tract. 11. miscellan resol. 15. & 5. p. tract. 4. resol. 11.*

579 Probatur primo, quia dum adversarius fugit, & percussus fugientem insequitur, adhuc moraliter durat idem numero congressus; dùm autem durat congressus censetur percussus conari ad occisionem pro sui honoris defensione. Secundò, quia si fugientem non persequeretur, semiperditum honorem omnino amitteret; censetur ergo hunc defendere illo uno congressu, si non quiescat, sed continuet.

580 *Ad primum* respondetur injuriam non esse completam, dùm adversarius fugit, & offensus illum insequitur; solùm completur, cùm adversarius domum recipitur; aut ad alia negotia divertit. *Ad secundum* dicò, qui injuriam intulit, eo ipso, quòd fugit, desistere physicè ab inferenda vi; at dum contendit fugere inpunè, non desistere moraliter.

581. Quid autem dicendum de eo, qui interfecit jacientem convitia, & maledicta, eo quod aliter ejus os non potuit compescere? Dici solet esse homicidam, quia hujusmodi convitia aliis similibus repelluntur. Ita *Hurtad. 2. 2. disp. 170. sect. 11. §. 123. Binsfeldius de injuriis, & damno dato cap. 1. q. 9. conclus. 4. Molfesius in summa tom. 1. tract. 11. cap. 19. num. 74. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 12. n. 78. Filliucius tom. 2. tract. 29. cap. 3. n. 49. Azor. 3. p. lib. 2. cap. 17.* Quod si nec aliis convitiis, nec aliter repelli queant, ita ut prudenter censeatur defensio necessaria proprii honoris, esse licitam interfectionem docent *Petrus Navarra de restitutione lib. 2. cap. 3. num. 376. Escobar p. 1. de puritate, & nobilitate probanda, q. 1. gloss. 4. num. 14. Stroversdorf. 2. 2. q. 64. art. 7. conclus. 5.*

P. Hurt. Binsfeld. Molfes. P. Lessius P. Filliuc. P. Azor. Navar. P. Escobar.

§. 4.

Quid de eo, qui occidit pro defendendo proximo?

582 *Proponitur sententia docens esse homicidam voluntarium, qui occidit pro defensione vitæ, honoris, aut bonorum proximi.*

583 *Præfertur sententia negans. Illius fundamenta.*

584 *Solvitur primum argumentum petitum ex reprehensione Christi D. adversus D. Petrum.*

585 *Solvitur secundum argumentum de irregularitate: ostenditur que nullam incurri, neque ex delicto; neque ex defectu.*

586 *Solvitur text. ex L.* Ut vim ff. de just. & jur.

582 OCtavò quæritur, quid sentiendum de eo, qui occidit pro justa defensione vitæ, honoris, vel fortunarum proximi? Videtur hic esse homicida. Primò, quia Christus Dominus *Matthæi 26.* reprehendit actionem Petri, quâ ipsum Dominum intendit defendere, & subjunxit: *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Secundò: sic occidens pro defensione proximi manet irregularis, ut docent *Glossa penultima in Clementina Si furiosus, Cardinalis* ibidem *q. 28. Abbas in Cap. Si vero primo de sentent. excom. num. 11. fine, Navarrus in manuali cap. 27. num. 213. Farinacius,* & alii plures cum *Barbosa de officio, & potest. Episcopi alleg. 41. num.* 10. Signum ergo est, quod hujusmodi homicidium sit culpabile, Tertiò probatur ex *L. Ut*

Cardinal. Abbas Navar. Farinac.

Vt vim ff. de justitia, & jure Ibi: *Ob tutelam corporis sui.* Quibus verbis videtur significari jus defendendi, & repellendi vim vi non competere pro corpore alieno, sed tantum pro suo.

583 Sed probabilius est hunc non esse homicidam, sed defensorem proximi, cujus justam defensionem solum censetur velle, & non homicidium. Et probatur, quia possumus facere pro proximo id, quod possumus facere pro propriis personis, juxta illud: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*; at vero pro vita propria, pro honore proprio, & propriis bonis possumus occidere, ut constat ex dictis: ergo etiam pro vita, honore, & bonis proximi. Ita *Trullenck lib. 5. Decalogi cap. 4. dub. 7. Suar. de censur. disp. 44. sect. 1. n. 39. Barbosa proxime num. 8.* cum *Hippolyto, Reminaldo, Gomez, Covarruvias, Iulio Claro, Farinacio, Molina, Lessio,* & alii, quibuscum *Filliucius, Malderus, Azor,* & aliis pluribus accedit *Diana 5. p. tract. 4. resol. 19. & 20. Oliva de foro Ecclesiae par. 2. q. 17. num. 64.* Imo teneri quempiam cum potest, defendere proximum, constat ex textibus in *Cap. Non inferenda 23. q. 3.* in *Cap. Quante de sentent. excom.* & in *Cap. Dilecto eodem titulo in 6.* quae doctrina extendenda est etiam ad casum, quo invasus in vasor sit Clericus, neque tunc incurritur excommunicatio, ut notat *Oliva cit. num. 64.* cum *Abbate, Covarruv. Fabor, Carrer. Navar.* & aliis pluribus. Et confirmatur, quia invasus potest in sui defensionem convocare amicos & vicinos, juxta *Glossam in L. 3. §. Cum igitur verbo In continenti ff. de vi & vi. & L. Regiam Lusitanam lib. 4. tit. 58. §. 2.* Ibi: *Possa chamar seus parentes & amigos, &c.*

P. Trullen. P. Suar. Barbosa. Hippolyt. Reminal. Gomez. Covar. Clarus. Farinac. P. Molina. P. Lessius. Malder. P. Azor. Diana. Oliva

584 *Ad primum* respondeo Christum Dominum loco citato non reprehendisse defensionem proximi, quam Spiritus Sanctus laudat. *Eccles. 17. & Proverb. 24.* sed aut animum vindictae, quem fortè in Petro deprehendit, ut docent *Molina, & Lessius*, aut solum defensionem injustam, qualis erat illa, utpote contra pactum, quod Christus Dominus cum Patre inierat de tradendo se voluntariè, ut docet *D. Augustin. tract. 112. in Joan.* Vel dic Christum Dominum, & Discipulos posse aliter evadere, poterant enim fugere, juxta terminos textus in *Cap. 1. 23. q. 8.*

585 *Ad secundum* occurrendum est ex homicidio in praedictis casibus in primis non incurri irregularitatem provenientem ex delicto, siquidem hoc non committitur. De irregularitate proveniente ex defectu potest esse maius dubium, quia ad hoc non requiritur praecedens culpa, ut constat ex *Cap. 1. dist. 51.* Ad huc tamen probabilius dicendum, nec istam incurri in praesenti casu, quia irregularitas homicidii proveniens ex defectu, non imponitur, nisi ministris justitiae, ut cum *P. Vasquez*, & aliis docet *P. Turrian. de censu. lib. 9. d. 66. dub. 3. Diana* cum pluribus *p. 3. tract. 5. miscellan. resol. 79.* Itaque occidens cum moderamine pro defensione proximi, neque incurrit irregularitatem provenientem ex delicto, quia nullum committit: neque irregularitatem provenientem ex defectu, quia non est minister justitiae. Et ita docent *P. Molin. cit. tract. 2. d. 109. num. 1. & 10. Barbosa in collect. in Clement. Si furiosus. num. 19. de homicidio* cum pluribus, *Covar.* & alii plures, quos citat, & sequitur *Barbosa proximè.* De his plenius alibi.

586 *Ad tertium* respondeo auxiliantem innocenti non reputari distinctum corpus, sed instrumentum ejusdem, per quod innocens defendit corpus suum: Dici etiam potest in textu citato solum esse sermonem de defendente proprium corpus; quod si esset sermo de defendēte proximum, etiam ad illum extenderetur: Dic melius, particulam *sui* non poni ad excludendum proximum, sed ad significandam praeferentiam propriae vitae respectu invasoris.

§. 5.

Quid de occidente bannitum?

586 *Non est homicida voluntarius, qui bannitum occidit, licet occidat ex odio.*

587 *Quid dicendum de occidente bannitum extra territorium proscribentis?*

588 *Ostenditur probabilitas sententiae affirmantis, hunc non esse homicidam voluntarium; & excusari proinde à reservatione.*

587 NOnò quaeritur, An censeatur homicida voluntarius, qui bannitum occidit? Respondeo negativè, quia talis occidit, non ut per-

sona privata, sed ut instrumentum Principis, seu communitatis publicæ. Procedit tradita doctrina, etiam si illũ occidat ex odio, & animo peccaminoso, quia in præsenti casu non reservatur peccatũ odii, sed peccatum homicidii. Idem tene, etiam si occisor sit ipsius banniti filius, nam licet tunc peccet contra pietatem, ut contra *Bartolum, & Gomez* docent *Julius Clarus in praxi criminali lib. 5. §. Homicidium num. 61. & Bonacina de contractibus disp. 5. q. ultima sect. 1. punct. 2. num.* 3. In præsenti tamen casu non reservatur impietas, sed homicidium.

Clarus
Bonacina

587 Quid, si bannitum occidat extra territorium proscribentis? Plures dicunt adhuc non committi homicidium. Ita *Lactantius, Finelius de casibus reservatis casu 4. num. 41. Graffis 1. p. lib. 2. cap. 62. num.* 57. Alii contendunt tunc committi homicidium, & consequenter incurri ejus reservationem, quia potestas judicis non extenditur ad territorium alienum. Ita *Filliuc. tom. 2. tract. 28. cap. 2. num. 24. Bonacina cit. num. 2. Sà verbo Homicidium num. 10. Layman lib. 3. parte 3. tract. 3. cap. 2. num.* 3. cum pluribus, *Homobonus in responsione casuum tom. 1. p. 2. respons.* 118. *Azor 3. p. lib. 2. cap. 2. q. 3. Reginaldus tom. 2. lib. 21. cap. 2. num.* 18. qui id probant ex *L. Ultima ff. de juris dict. omn. judic. &* ex *Cap. 2. de constitutionibus in 6.* ubi Doctores communiter ducunt nemini licere jus dicere, aut sententiam exequi extra proprium territorium.

Lactant.
Finel.
Graffis
P. Filliuc.
Bonacina
P. Sa
P. Laymā
Homobon.
P. Azor.
P. Reginal

588 Hæc sententia erit fortassis probabilior; quia tamen loquimur in ordine ad reservationem, & prima sententia videtur probabilis, juxta illam dicendum existimo non incurri reservationem. Videtur, inquam, prima sententia probabilis, quia & si judex non possit exercere suam jurisdictionem in territorio alieno, id solùm est, quia facit injuriam alieno judici, cujus illud est territorium; unde patet in præsenti eventu solùm committi peccatum contra jus alieni judicis, quod, & si peccatum injustitiæ sit, non est peccatum homicidii.

§. 6.

An in aliquo casu liceat occidi innocentem?

589 *Proponitur sententia docens salutem hominis privati debere postponi saluti publicæ.*

590 *Proponitur sententia, quæ docet innocentem non teneri se tradere morti certæ ob bonum commune.*

591 *Resolvitur non incurrere reservationem eum, qui jussu tyranni minantis excidium reipublicæ hujusmodi innocentem occidit.*

592 *Quid dicendum de occidente, ac proterente infantem jacentem in via? & occidente innocentem, quo tanquam scuto se tegit injustus aggressor?*

593 *In primo casu non est homicida voluntarius.*

594 *Limita ad casum, in quo infans sine baptismo sit: nam tunc non incurrit reservationem; peccat tamen gravissimè contra charitatem.*

595 *In secundo casu etiam non incurrit reservationem, qui occidit innocentem, quo se tegit aggressor.*

589 DEcimò quæritur, quid existimandum de eo, qui occidit innocentem ad postulationem tyranni, qui minatur urbi excidium, nisi talis interimatur? In hac materia sunt duæ opiniones. Prima existimantium salutem hominis privati oportere postponi saluti reipublicæ, & boni communis, & juxta hanc sententiam dicendum est rempublicam posse obligare sub præcepto hunc innocentem, ut tradat se pro salute communi, quod nisi faciat, erit perniciosus civis, & ut talis potest plecti, ac damnari. Ita *Tanner. tom. 3. disp. 4. q. 8. dub. 4. num. 54. & 55. Fillincius tom. 2. tract. 28. cap. 1. num. 11. Diana* cum pluribus *5. p. tract. 4. resol.* 23.

P. Tanner.
P. Filliuc.
Diana

590 Secunda sententia est aliorum, qui existimant neminem teneri tradere se neci certæ, etiam pro bono communi, quia unicuique insitum est à natura jus defendendi vitam suam, & nihil est sibi proximius se ipso. Ita plures Doctores, quos supra citavimus, & latè citat *Diana 5. p. tract. 4. resol.* 24.

591 Ego, quamvis hanc secundam sententiam existimem valde probabilem, assero posse communitatem, & rempublicam in præsenti eventu uti prima opinione, quæ etiam est valde probabilis, & juxta illam tradere eum civem, qui non perdendo se, est causa communis periculi, ac ruinæ, unde manifestum est juxta illam primam sententiam non incurri reservationem.

servationem.

592 Quid dicendum de eo, qui, ut mortem fugeret, quam non poterat aliter vitare, equo conculcavit, & occidit innocentem? Item de eo, qui invasus ab aggressore non potest se defendere, quin occidat innocentem, quo aggressor se protegit per modum scuti. Multi opinantur in his casibus committi homicidium, & quod attinet ad primum, id sentiunt *Samuel de Lublino in Summula casuum verbo Bellum num.* 3. & alii apud *Dianam 5. p. tract. 4. resolut.* 34. Idque ex eo fundamento, quia innocens, v. g. infantulus jacens in via communi, & in illa dormiens, est justus illius possessor: injuste à fugiente proteritur, & occiditur. Quod attinet ad secundum, id sentiunt *Sayrus in clavi lib. 7. cap. 12. num. 17. P. Navarrus de restitut. lib. 2. cap. 3. num. 135. Turrianus 2. 2. tom. 2. disp. 26. 2. num. 28.*

Sayrus *Navar.* *P. Turriā.*

593 Dicendum tamen quò ad primum, probabilius esse non committi homicidium, quia lethaliter aggressus habet jus fugiendi ab instante morte, & fugiendo utitur jure suo, quod si inde sequatur mors alicujus, id est præter ejus intensionem, solùm enim intendit fugere. Et ita sentiunt *Cordubā lib. 1. q. 38. dub. 2. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 9. num. 59. Diana proxime resolut.* 34.

Cordub. *P. Lessius* *Diana*

594 Limita in casu, quo infans moriturus esset sine Baptismo, tunc enim illius salus Spiritualis est præferenda propriæ vitæ stando ordine charitatis. Sed adhuc puto non committi peccatum reservatum; & si gravissimum committatur contra charitatem, nam in præsenti non reservatur casus contra charitatem, sed contra justitiam, id enim sonat verbum *homicidium* absolute prolatum.

595 Quo ad secundum etiam existimo in iis circunstantiis non committi homicidium, quia tunc ille innocens habet se per modum partis aggressoris, ejusque instrumentum; at vero invasus ab aggressore potest se defendere, non obstante quacumque parte, vel quocumque instrumento aggressoris. Ita *Ruiz in summa tom. 1. cap. 220. n. 7. Malder. 2. 2. tr. 3. c. 1. dub. 12.*

P. Roiz *Malder.*

§. 7.

Utrùm consulentes, & mandantes homicidium, etiam incurrant reservationem?

596 *Prima sententia tenet consulentes, & mandantes innodari reservationi hujus casus, & Proponuntur tria illius fundamenta petita ex variis textibus.*

597 *Proponitur quartum fundamentum ex D. Augustino.*

598 *Præfertur sententia affirmans mandantes, & consulentes reservationem non incurrere.*

599 *Solvuntur fundamenta contraria.*

596 VLtimò quæritur, An eodem casu, & reservatione innodentur mandantes, consulentes, & auxiliantes ad dictum homicidium. Communis est resolutio affirmativa, quam cum pluribus tenet *Barbosa citatus allegat. 51. num.* 13. Probatur primò, quia mandans, & mandatarius fictione juris censetur una, eademque persona *Cap. Qui facit per alium de regulis juris in 6. L. Prima §. Dejecisse ff. de vi, & vi armata.* Secundò quia mandantis, & mandatarii unum, idemque est delictum ex doctrina *Baldi, in L. non ideo minus C. de Accusatoribus.* Tertiò quia mandans, & mandatarius puniuntur eâdem pœna, ut docent *Gomez, Cardoso, Caballus, Cevallos, Menochius, Mascardus, Farinacius,* & alii apud *Barbosam* ibidem.

Barbosa

597 Quartò ex *D. Augustino in Cap. Periculosè de Pœnitentia dist.* 1. ibi: *Periculosè decipiuntur, qui existimant eos tantùm homicidas esse, qui manibus homines occiderunt & non potiùs eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur.* Idem D. Augustin. *in Psal. 63. vers.* 3. ponderans, quòd Judæi propriis manibus non occiderint Christum Dominum juxta illud. *Nobis non licet occidere quemquam,* ait. *Et vos ò Iudæi occidistis. Vnde occidistis? Gladio linguæ; acuistis enim linguas vestras, & quando percussistis, nisi quando clamastis: Crucifige, crucifige.*

598 Sed probabiliùs dicendum existimo mandantes, consulentes, & auxiliantes ad homicidium non incurrere reservationem; sed solos illud patrantes,

supra

supra enim cum pluribus Doctoribus ostendimus reservationem non extendi ad consulentes, nisi id exprimatur; cùm enim reservatio sit restrictiva jurisdictionis ordinariæ, non est ultra extendenda, quàm verba sonant, & hoc probabile fatetur *Barbosa citatus num. 12.*

599 Et hinc patet solutio ad fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* de mandante, & mandatario, qui censentur eadem persona, dicendum est id verum habere in favorabilibus, & aliquando etiam in pœnalibus, quando id exprimitur in jure. *Ad secundum* non nego mandantis homicidium, & mandatarii eandem esse culpam, & peccatum; nostra quæstio solum procedit de reservatione. *Ad tertium*, quidquid sit de aliis pœnis homicidii, quas non solum incurrit mandatarius, sed etiam mandans: in reservatione est ratio valde specialis; nam reservatio cum sit restrictiva jurisdictionis ordinariæ absque ulla culpa Ordinariorum, à quibus ipsa jurisdictio aufertur, est arctissimè interpretanda, & nullo modo extendenda ulterius, quàm verba sonant. *Ad quintum* ex D. Augustino respondetur me non negare mandantem homicidium, aut illud consulentem esse homicidam moralem, sed dico reservationem solùm comprehendere homicidam physicum.

Secundus casus.

Falsum testimonium in judicio.

600 *Quid veniat nomine falsi testimonii?*
601 *An etiam in hoc casu comprehendatur testimonium falsum in judicio nullo defectu alicujus solemnitatis;*
602 *Resolvitur non comprehendi.*
603 *Utrùm incurrat reservationem, qui non juratus profert testimonium falsum?*
604 *Resolvitur negativè.*
605 *Qui falsum testimonium protulit, quod tamen neque in gratiam, neque in damnum alicujus veniebat, non incurrit reservationem.*
606 *Idem dicendum, si effectus non sequatur, licet in gratiam, aut damnum alicujus proferatur.*

600 Secunda difficultas; Quid veniat nomine falsi testimonii in judicio? De hoc diximus plura præcedenti sectione in explicatione quinti casus pro Regularibus Clementis VIII. qui est juramentum falsum in judicio legitimo, ubi diximus de juramento, quo reus interrogatus judicè in casu capitali, vel triremium, aut infamiæ negat commissum delictum. Item de eo, qui cum juramento sibi imponit crimen ad vitanda gravia tormenta; & de eo, qui negat complices, qui nulla infamia laborant, & de illo, qui negat coram judice interrogante ex falsa præsumptione delicti; & de illo, qui negat crimen alterius, quod novit sub secreto, & alio hujusmodi.

601 Hic solum occurrit de novo inquirendum primò: Utrum præsens casus comprehendat solùm testimonium falsum prolatum in judicio legitimo; an etiam prolatum in judicio nullo defectu alicujus solemnitatis? Nam præcedenti *sectione* casu quinto solum comprehenditur juramentum prolatum in judicio legitimo; quia id ita exprimitur à Clemente VIII. loco citato; at verò in diœcesibus plerunquè id non exprimitur. Plures existimát cóprehendi hoc casu etiā testimonium in judicio nullo. Ita *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 51. num. 25.* citans *Felinum*, in *Cap. Nobis num. 2. de Simonia, Decianum tract. criminali lib. 6. cap. 11. num. 60. Gonsalez ad regulam 8. Cancellariæ Gloss. 57. num. 51.* Barbosa

602 Verùm hi Doctores, quos pro se allegat *Barbosa* in ordine ad reservationem solùm loquuntur de aliis pœnis, quæ falsariis imponuntur, non verò de reservatione; plus autem requiritur ad incurrendam hanc, quam ad illas: cum enim reservatio sit restrictiva jurisdictionis Ordinariorum, non intelligitur, nisi exprimatur, ut sæpe notavi. Adde quod illæ pœnæ imponuntur falsariis, & tales sunt, qui testimonium falsum proferunt etiam in judicio nullo defectu alicujus solemnitatis; at verò reservatio non imponitur omnibus falsariis, sed solis iis, qui testimonium falsum proferunt in judicio, nomine autem judicii debet intelligi legitimum; hoc enim solum est judicium simpliciter.

603 *Secundò quæritur*: Utrùm incurrat reservationem etiam, qui non juratus testimonium falsum profert? Affirmat *Barbosa cit. num. 26.* citans *Felinum in cap. 1. num. 5. de testib. Socinum regula 153. ad finem, Julium Clarum §. Falsum num. 11. Canedum ad Decretales collectant.* Barbosa

Salzedo lectan. 139. num. 3. Salzedo in practica cap. 96. vers. 5. & alios.

604 Sed ut dixi hi Doctores solum videntur loqui de pœnis impositis falsario, & talis est, qui etiam non juratus dicit testimonium falsum contra proximũ; at verò præsens reservatio, ut dixi, non est imposita cuicumque falsario, sed ei soli, qui profert falsum testimonium in judicio, quod proinde debet esse sub juramento prolatum.

605 *Tertiò quæritur*: Utrùm incurrat hujusmodi reservationem ille, qui falsum testimonium in judicio protulit, sed quod non veniebat in gratiam, aut damnum alicujus? Respondetur negativè, quia falsitas, quæ non est nociva, nec in alicujus damnum committitur, aut in gratiam profuit. non punitur pœna ordinaria falsarii, & hujus ratio est, quia pœna īponitur ad comprimendum damnum, vel commodum resultans ex testimonio falso; si ergo pœna falsarii in istis circunstantiis non incurritur, multo minus incurretur reservatio. Ita *Felinus in tractatu Quando conatus puniatur versu fallit secundo Covarruvias in Cap. Quamvis part. 1. §. 7. num. 6. in fine Iulius Clarus lib. 5. §. Falsum num. 35. & §. Perjurium num. 11. Menochius de arbitr. casu 306. num. 10. 23. & 30. Surdus decis. 282. Flores de Mena variar. lib. 2. q. 20. num. 81. Farinacius de falsitate, & simulatione q. 150. num. 291. Salzedo ad Bernard. cap. 96. versu Excusabitur, Barbosa de officio, & potestate Episcopi alleg. 51. num. 30.* Felinus Covar. Menoch. Surdus Flores Farinac. Salzedo Barbosa

606 Idem dicendum de eo, qui testimonium falsum protulit, quodquidem veniebat in gratiam, vel damnum, sed de facto non venit, quia fuit cassatum, aut alio titulo non valuit; quia reservatio, & pœna non incurritur nisi secuto effectu; unde nec pœnâ ordinariâ hujusmodi falsarius puniendus est; & ita docent *Hispolytus cons. 17. num. 17. & cons. 70. num. 12. & consil. 105. num. 21. Sylvanus consil. 7. num. 11. Barbosa cit. num. 31. Cavalcante in practica de testibus p. 3. num.* 68. ubi dicit, quod falsitas tria essentialiter requirit, dolum, mutationem veritatis, & quod alteri noceat, *Caldas, Pereira de emptione cap. 1. numero 19.* Hypol. Sylvan. Barbosa Cavalc. Caldas Pereira

(✠)

§ 1.

Quid de testimonio, & juramento falso præstito ab scholasticis coram Rectore Academiæ circa ea, quæ sunt de illius statutis.

607 *Quid dicendum de juramento falso ab scholasticis?*
608 *Scholastici non tenentur sub mortali, quando jubentur sub pœna præstiti invisere Ecclesiam, ibique interesse, aut concioni.*
609 *Probatur resolutio ratione.*
610 *Declaratur ex Clement. I. cum igitur.*

607 Quartò quæritur, An hujusmodi reservationem incurrant scholastici, qui coram Rectore Academiæ jurati proferunt testimonium falsum pro probandis cursibus amicorum, & similibus? In hac materia plura sunt dubia studio, & scitu digna.

608 Primum dubium est, Utrùm cum scholastici sub pœna præstiti juraméti jubentur aliquo solemni die concurrere, & per modum universitatis cum suo Rectore visere aliquam Ecclesiam, & ibi interesse sacro, aut concioni teneantur ad id sub mortali? Respondeo negativè cum *Rebufo de privilegiis Scholasticorum privilegio 23. Iacobacio tract. de consilio lib. 7. art. 5. num. 155. Gersone 3. p. tract. de vita spirituali alphabeto 63. lit. Q fine. Driedo tom. 4. lib. 2. de libertate christiani c. 1. pag. 41. Maiore in 3. dist. 39. q. 4. Covarruvias de pactis p. 1. §. 7. fine, Metina lib. 1. summæ cap. 16. §. 11. Roiz tom. 2. Decalogi cap. 14. num. 6. Vasq. 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. cap. 5. num. 51. Azor 3. p. lib. 11. cap. 8. quæst. 11.* Rebufus Iacobacio Gerson Driedo Maior. Covar. Metina P. Roiz P. Sanchez P. Vasq. P. Azor.

609 Et probatur quia juramentum præstitum de servandis statutis, solùm obligat ad res in eo contentas eo modo, quo in illis sunt contentæ, hoc est, si res sit gravis, ita ut obliget sub mortali, obligabit juramentum sub mortali; si res fuerit levis, ita ut solùm obliget sub veniali, juramentum solum obligabit sub veniali, si ad nullam culpam obligabit, sed solum ad aliquam pœnam.

610 To-

610 Tota hæc doctrina desumitur ex *Clement.* 1. §. *Cum igitur in primis verſ. declaramus de verbor. significatione*, ubi hoc ita definitur de voto servandæ regulæ Minorum, eadem autem est ratio de voto, ac de juramento, & hujus ultima ratio est, quia, qui jurant servare aliqua statuta, non jurant res contentas in statutis, sed prout continentur in statutis: solùm ergo tale juramentum obligat ad res, prout ipsæ in statutis continentur, & ita expresse docet *Gerson*, & *Medina locis citatis, Iom. Andreas, Hostiensis, Gomez*, quos citat, & sequitur *Padilla* in L. *cum personas num.* 2. C. *de transactionibus*, qui omnes concludunt jurantes aliqua præcepta, vel statuta obligantia ad aliquam pœnam non esse perjuros transgrediendo, nec peccare mortaliter, sed solùm sub eo juramento teneri ad pœnam. *Andreas Hostiens Gomez Padilla*

§. 2.

Utrùm, & quomodo juramentum præstitum in matricula obliget scholasticos sub mortali?

611 *Iuramentum de obediendo Rectori obligat sub mortali, si res de se obliget sub mortali. si sub veniali, juramentum obligat sub veniali.*

612 *Excusantur deinde à mortali, quia juramentum de re levi promissoriū non obligat sub mortali.*

613 *Solvitur argumentum à juramento assertorio ad promissorium.*

614 *Solvitur instantia: & explicatur text. in C. Querelam.*

615 *Idem dicendum de juramento servandi sub secreto ea, quæ tractanda erunt in aliquo claustro.*

616 *Illa materia censetur gravis, ut juramentum graviter obliget, quæ secluso juramento obligaret graviter.*

617 *Si Rector intendat obligare graviter in materia levi; adhuc obligatio est levis.*

618 *Ratio hujus resolutionis.*

619 *Quid tenendum de lege, juramento, & voto in materia levi?*

611 S*Ecundum dubium est*: Utrum juramentum, quod in matricula accipiunt scholastici de obediendo Rectori in licitis, & honestis, illos obliget & sub mortali? Respondeo illos similiter solùm obligare sub mortali, quando aliunde res, quæ mandatur, obligat sub mortali; & solùm obligare sub veniali, quando aliunde res, quæ mandatur, solùm obligat sub veniali; & solùm obligare ad pœnam, quando aliunde res solùm obligat ad pœnam. Ita *Driedo citatus cap.* 1 *post. secundam propositionem. Vasquez de legibus disp.* 158. *cap.* 5. *num.* 41. *Salas de legibus q.* 96. *tr.* 16. *disp.* 10. *sect.* 9. §. *de pœna Sanchez proximè* §. *Quidam autem*, idque Probatur eodem, quo proximè fundamento; nam hujusmodi jurantes non jurant res côtentas in præceptis, sed prout continentur in illis, possunt autem res contentæ esse graves, & tunc obligabunt sub mortali, & possunt esse leves, & tunc obligabunt sub veniali, aut possunt solùm subjacere alicui pœnæ, & tunc solùm obligabunt ad illam. *Driedo P. Vasq. P. Salas P. Sanch.*

612 Adde, quod licèt jurarentur ipsæ res præceptæ, non semper earum juramentum promissorium obligaret sub mortali, nam juramentum promissorium, sicut & votū de re levi solùm obligat sub veniali, ut bona, & probabilis fert sententia; quam cum pluribus tenent *Sanchez lib.* 3. *Decalogi cap.* 14. *num.* 5. *Suar. tom.* 1. *de Religione lib.* 3. *cap.* 16. *Coninck de sacram. disp.* 22. *dub.* 7. *num.* 53. *Laymann. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. *Tanner.* 2. 2. *disp.* 5. *q.* 5. *dub.* 1. *num.* 25. *Villalobos in sum. matom.* 2. *tract.* 36. *diffic.* 5. *num.* 9. *Malderus* 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 6. *dub.* 5. *Ioannes de la Cruz in Directorio conscient. tom.* 1. *precepto* 2. *art.* 1. *dub.* 3. *concl.* 1. & alii plures, quos citat, & sequitur *Diana* 4. *p. tract.* 4. *miscellan. resol.* 79. qui omnes id probant exemplo voti, nam eadem videtur ratio de voto, ac de juramento. at verò votum de re levi solùm obligat sub veniali, ut communiter docent Doctores. *P. Sanchez P. Suar. P. Coninck P. Baeny P. Tanner. Villalob. Malderus De la Cruz Diana*

613 Scio plures Doctores contrarium tenere de juramento cum *Armilla verbo Iurare num.* 12. *Medina in instructorio Sacerdotis lib.* 1. *cap.* 14. §. 34. *Lessius lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 5. *num.* 23. *Valentia tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 7. *num.* 3. *conclus.* 3. qui argumentantur ab juramento assertorio ad promissorium; & asserunt in juramento assertorio non dari parvitatem materiæ: ergo neque in promissorio. Sed re vera est valde diversa ratio in uno, ac in alio, quia jura- *Armilla Medina Lessius Valentia*

juramentum assertorium respicit veritatem, quæ consistit in indivisibili; juramentum verò promissorium imponit obligationem faciendi per modum legis, aut præcepti; lex autem, & præceptum non obligat graviter in re levi, neque enim res levis est capax obligationis gravis.

614 Dices: Si juramentum solùm obligat sub mortali, vel veniali, quandò res aliunde obligat sub mortali, vel veniali, juramentum nullam addit obligationem; hoc autem est falsum, nam, qui rem firmat juramento, aliquo novo vinculo se adstringit; &, qui statutum juratum violat, est perjurus, *Cap. Querelam de jureiurando.* Respondeo juramentum addere vinculum, &, qui illud violat, contrahere distinctam malitiam: gravem, si materia fuerit gravis; aut levem, si materia fuerit levis. Itaquè perjurus in materia contra justitiam, præter malitiam contra justitiam, contrahit malitiam perjurii contra religionem; solùm dico hanc malitiam esse gravem, aut levem pro quantitate rei juratæ. Text. in *Cap. Querelam* procedit de violante statuta in materiâ gravi.

615 Quod dixi de juramentò servandi statuta, & obediendi Rectori, dicendum etiam est de juramento servandi sub secreto ea, quæ tractanda erunt in aliquo claustro, capella, congregatione, aut concilio; nimirum tale juramentum solùm obligare pro quantitate materiæ rei revelandæ; hoc est, sub mortali si res, quæ revelabitur, obliget graviter ad secretum; sub veniali, si solùm obliget leviter, & sit parvi momenti *Ita Sanchez citatus lib. 3. Decal. cap. 14. n. 5. cum D. Antonino, Navarro,* & aliis,

P. Sanchez D. Anton. Navar.

616 Quæ autem materia censeatur gravis, aut levis, ut juramentum statuti, vel secreti, aut obedientiæ obliget sub mortali? Respondeo illam materiam statuti, obedientiæ, vel secreti jurati esse gravem, quæ tanti momenti est, ut secluso juramento obliget sub mortali. Itaque illa materia censenda est gravis, aut levis ratione cujus statutum, mandatum, aut secretum, secluso juramento, obligaret graviter, vel leviter. Ita *Sanchez cit. 3. cum Gerson. alphab. 24. litera R.* & aliis, quibus Subscribit *Diana 3. p. 6. resol. 39.*

P. Sanchez Gerson. Diana.

617 Quid tamen dicendum sit, si Rector Academiæ suo mandato sub pœna præstiti juramenti velit obligare graviter in materia, quæ alioqui, secluso juramento, solùm est levis? Respondeo non obstante intentione Rectoris, tale mandatum non obligare sub mortali. Ita *Driedo lib. 2. de libertate Christiana cap. 1. ante propositionem. 3. verbo Temerariè mandantium. Rodriguez tom. 2. Summæ cap. 9. num. ultimo, Medina 1. 2. q. 96. a 4. in 1. regula,* quam ibi impugnat *verbo Verum, & veritas, Sanchez lib. 1. Decal. cap. 4. num. 4. & lib. 3. cap. 14. num. 6. §. Nec ju invis Rector intendens, Castrò lib. de lege pœnali cap. 5. document. 2. Valent. 1. 2. disp. 7. q. 5. cap. 6. Corduba in summa q. 188. punct. 1. Verbo Ni tan poco, Azor lib. 5. cap. 6. q. 15. Salon 2. 2 q. 77. a 1. controver. 8. column. 2. vers. 3. Qui omnes contra Sayrum in Clavi Regia lib. 3. cap. 7. num. 14.* hanc doctrinam etiam extendunt ad Prælatum Regularem, & dicunt non posse obligare sub mortali in materia levi, etiamsi id præcipiat in virtute sanctæ obedientiæ. Illi subscribunt *Baldelus tom. 1. lib. 5. disp. 20. num. 8.* & alii, quos citat, & sequitur *Diana 5. p. tract. 5. resol. 47.*

Driedò Rodrig. Medina

P. Sanchez Castro Valent. Cordubà. P. Azor. Salon

Baldelus. Diana.

618 Hujus autem doctrinæ ratio est, quia, etsi in materia gravi possit Superior obligare leviter, & ex *L. Siquis nec causam* & ex *L. Non omnes ff. si certè petatur* docent *Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 96. & Salas de legibus disp. 10. sect. 7. n. 33.* Non tamen potest Superior in materia levi obligare graviter: quia materia gravis continet levem; at verò materia levis non continet gravem; unde intentio Superioris obligandi graviter in materia levi esset iniqua.

619 Quod dixi de præcepto in materia levi intelligunt communiter Doctores citati de lege; item de juramento, & voto, non posse scilicet obligare graviter in materia levi defectu capacitatis ad obligationem gravem ex parte materiæ. Utrùm verò præceptum, lex, & votum etiam in materia gravi possit obligare leviter ex intentione præcipientis, aut voventis? Respondent communiter affirmativè, quia obligatio, quâ quis se adstringit, dependet ab ejus voluntate, & intentione. Item obligatio legis dependet à voluntate, & intentione legislatoris. Solùm communiter excipiunt iurantem, & dicunt iurantem in materia gravi non posse se obligare leviter; maior autē ratio, cur vovens in gravi possit se obli-

gare leviter, non iurans, hæc est, quia iurans adducit Deum in testimonium rei gravis promissæ, hoc autem de se est grave independenter à jurante; at verò obligatio voti tota, ut dixi, dependet à vovente, qui proinde potest illam moderare. Ità *Suar. de pœnitentia disp. 58. sect. 7. n. 5.*

§. 3.

Quæ continuatio requiratur, ut absque perjurio probari possint cursus Scholasticorum in Academiis?

620 *Sine perjurio quis jurare potest scholasticum fuisse continuum in scholis, qui ad breve tantum tempus ab illis divertit.*

621 *Qui divertit ab scholis gerendi negotii causa animo statim revertendi, potest jurari continuus in scholis.*

622 *Probatur primo ex variis juribus, quibus id conceditur militi.*

623 *Probatur ex textibus quibus asseritur eũ, qui divertit animo statim revertendi, non censeri abesse.*

624 *Probatur tertio ex variis juribus.*

625 *Si causa divertendi non fuerit necessaria, scholasticus tamen scholis intersit maiore anni parte, continuum fuisse jurari potest.*

626 *Quomodo probetur ista maior pars anni.*

627 *Solvitur argumentum primo ex L. si cui.*

628 *Solvitur argumentum secundo ex L. 3. §. si ad diem.*

629 *Solvitur argumentum 3. ex L. Generaliter 2.*

630 *Idem dicendum, si absit morbi, belli, aut pestis causâ.*

631 *Privilegia scholasticorum etiam conveniunt Rhetoricis, & Grammaticis.*

632 *Qui primas literas docent, non gaudent privilegiis scholasticorum.*

633 *Illi qui damnatis scientiis student, non gaudent privilegiis.*

634 *Qui domi se continuit maioris studii, proventusque causa, jurari potest adfuisse.*

635 *Si quis scholasticus revera coram rectore circa hanc materiam dicat juramentum falsum, non incurrit reservationem.*

620 Tertium dubium est, quæ continuatio requiratur, ut absque testimonio falso, seu periurio possit scholasticus probare cursum amici in suis studiis? & in primis dubitatur, An possit probari cursus illius, qui per breve tempus ab Academia divertit animo statim revertendi? Potest ne iurari hunc scholasticum fuisse continuum? Respondeo affirmativè argumento. L. 3. ff. de divortio. Ibi: *si in brevi reversa est uxor, nec divertisse videtur*, & *Cap. Divortium de Pœnitentia dist.* 1. & L. *Quod calore ff. de regulis iuris*, & ita docent *Perusinus in ultimo notabili in cap. finale de verborum significatione in 6.* & in L. *Malum in fine ff. de verborum significatione. Rebuffus de privilegiis scholasticorum privilegio 23. Archidiaconus in Cap. de quibusdam column. 2. in fine dist. 23. ubi* asserit, quòd scolasticus dicitur esse in scholis, etiamsi aliquando divertat causâ eundi ad Curiàm Romanam, vel aliô statim reversurus, & id probat ex L. *Postliminii ius §. finali ff. de captivis, & postliminio reversis*, Idem docent *Romanus consil. 263. Ioan. de Platea* in L. 2. *C. de incolis lib. 10. post glossam.* Ibi: *Quia*, inquit, *non omne momentum exigendum est, ut sint in studio, sed ut propositum, & mentem manendi habeat*, L. *si quis ita ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* Unde modicum tempus, quo ab scholis divertit Scholasticus gratia spatiandi non censetur interruptio argumento *Medicus ff. de operis libertarum* L. *Penultima C. de Præpositis sacri cubiculi lib. 12.* Perusin. Rebuff. Archidiac. Roman. Platea.

621 Quid, si Scholasticus per tempus considerabile divertit in patriam causa quærendi pecunias necessarias ad suos sumptus faciendos in scholis, aut ad aliud negotium simile? Respondeo hujus cursum, & continuationem posse jurari, si divertit animo statim revertendi, finito negotio. Ita *Rebuf. cit. privileg. 23. Romanus cit. Archidiac*, & *Ioan. de Platea proximè* ubi dicunt non interrumpi studium continuum per absentiam trium mensium in patria pecunias quærendi gratia, aut alterius negotii necessarii: Rebuf. Roman. 2. Platea 1. Archid.

622 Et probatur primò, quia scholasticus gaudet eisdem privilegiis, quibus miles per *Glossam* in L. *Divus verbo militarem ff. de feriis*, & L. *Omnes Glossa 1. C. eodem titulo*, & L. *Quæ pater filio C. familiæ ercifcundæ*, & in L. *Nepos Proculo eodem titulo vers. 8.* at verò milites habent

bent privilegium ut eis computetur tempus absentiæ, quando è castris divertunt justa de causa animo revertendi L. ex *testamento C. de testamento militis*. & L. *Testamenta eorum*. & L. *Quod constitutum*, *ff. eodem titulo*.

623 Probatur secundò, quia, qui divertit animo citò revertendi, non censetur abesse per text. in L. *Nihil ff. de captivis, & postlim. reversis*, & per §. *Pavonum Institutis de rerum divisione* L. ex *facto* 2. §. *Rerum ff. de hæredibus instituendis*, & ita docent *Baldus in Margarita, verbo recedens*, *Benedictus in repetitionibus* Capit. *Raynuntius verbo Cotem num.* 65. *de testamenti*, *Bertachinus in tract. de gabellis* 7. p. q. 30. *Felinus in* Cap. *Quoniam in fine principii ut lite non contestata*. *Purpura in* L. 1. *num.* 574. *ff. de officio ejus cui mandata* est jurisdictio.

624 Probatur tertiò, quia in cursibus studiorum non attenditur ad continuationem physicam, sed moralem, ut bene notant *Archidiach in* Cap. *finali de Verborum significatione in* 6. sicut quotidiana aqua dicetur non sola illa, quæ quotidie domum portatur, sed ea, qua quis quotidie uti potest L. 1. §. 1. *ff. de Aqua quotidiana*. Item sic quis dicitur continuasse habitationem civitatis, licet aliquantulum metu Prætoris se absentaverit. L. *Si quis ita ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, & ibi id firmant *Bartolus*, & *Baldus* exemplo matris, quæ dicitur continuò stare cum filio, licèt non sit quolibet momento, si tamen ut plurimùm cum eo stat.

625 Quid, si causa divertendi ab scholis non fuit necessaria, in illis tamen scholasticus præsens fuit maiore parte anni? Respondeo posse jurari hujus continuationem. Ita *Baldus in tract. Statutor. verbo comitatenses*, *Rebusus de privilegiis Scholasticor. privileg.* 23. & id probatur ex L. *Mævia*, *ff. de manumissi testamento*. Et dicunt sufficere quod maiore parte temporis probetur fuisse in studiis. *Baldus Rebus.*

626 Quomodo autem probetur ista maior pars? respondent probatis extremitatibus, & aliquibus mediis censeri plenè probatum de continuo studio, tametsi, ut exprimit *Rebusus cit. num.* 88. talis scholasticus abfuerit spatio duorum, vel trium mensium:

627 Objicies primò L. *Si cui* §. *Tandiu ff. ex quibus causis maiores*. Ibi *Si quò deflexerit suæ rei causâ, non dubitamus id tempus ei non proficere*. Respondeo in hoc textu esse sermonem de privilegiis eorum, qui reipublicæ causa absunt, & decidi ea prædictis absentibus communicari durante officio, imò eo finito toto tempore necessario, ut revertantur, non verò ultra illud, si propriâ causâ recenti non revertantur, nostra verò quæstio non procedit in his terminis, sed an rectè probetur annus continuus in scholis, probata maiore parte illius, quæ quæstio est valde diversa.

628 Objicies secundò L. 3. §. *ad diem ff. de re militari*. Ibi: *Si ad diem commeatus quis non veniat, proinde in eum statuendum est, ac si emansisset, vel deservisset pro numero temporis: facta prius copiâ docendi, num forte casibus quibusdam detentus sit, propter quos venia dignus videatur*. Respondeo milites præsumi non adesse pro numero temporis, cui dies commeatus respondet, si illo die non adsunt; scholasticus verò præsumitur adesse toto anno, si probet extremitates, & aliqua intermedia.

629 Objicies tertiò L. *Generaliter* 2. C. *de Episcopis, & Clericis*. Ibi: *Eos tantum Clericos hujusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas Ecclesias, vel monasteria permanent, non divagantes, neque circa Divina ministeria desides*. Respondeo aliud esse loqui de continuatione, & residentia requisita in ordine ad beneficia Ecclesiastica; aliud de continuatione requisita in ordine ad probandum studium anni scholastici; ad hoc dicimus sufficere probari præsentiam in scholis quoad maiorem partem anni; quidquid sit de continuatione requisita ad residentiam Ecclesiarum, quæ est strictior; de illa alibi.

630 Quid, si scholasticus abfuit morbi causâ, aut belli, aut pestis? Respondeo posse jurari illius continuationẽ; quia scholastici, ut supra dixi, gaudent eisdem privilegiis, quibus milites; hi autem censentur adesse quando prædictis de causis, aut aliâ justâ absunt. L. *Qui mittuntur* §. *finali ff. ex quibus causis maiores*. L. *unica in fine ff. de bonorum possessione ex testamento militis*. *Rebusus* in L. *finalem C. de vestibus Oloséricis lib.* 11. & in L. 2. *C. de Præpositis sacri cubiculi*, & in L. 1. *C. de privilegiis scholarium*, & ibi *Lucas* & *Platea lib.* 12. *Lorianus in* L. 1. §. *Habitare ff.* de his, qui dejecerint. *Rebus. Lucas. Platea Lorianus*

 631 Et

631 Et notandum est privilegia scholasticorum non solùm competere scholasticis utriusque juris Cæsarei, & Canonici, Theologis, & Philosophis, sed etiam Rhetoricis, & Grammaticis, & aliis, qui cuilibet alii facultati indulgent, nimirum Mathematicæ, Arithmeticæ, Musicæ, & similibus. Ita *Rebuffus de privilegiis scholasticorum privilegio ultimo* cum pluribus textibus, *Archidiaconus in* Cap. *De quibusdam dist.* 37. *Modestinus in* L. *Si dicas §. finali de excusationibus tutorum*, *Philippus Francus in proœmio sexti Decretal. argumento* Capt. 2. *de privilegiis in* 6. Unde colliges scholasticos, qui Philosophiam, aut Grammaticam profitentur, censendos esse continuos in scholis, & illis esse præsentes, cum absunt valetudinis causâ belli, aut pestis.

Archidiac. Modestin. Francus

632 Non tamen competunt dicta privilegia illis, qui docent primas litteras, L. *Ut gradati §. finali ff. de muneribus, & honoribus.* Ibi: *Eos, qui primas litteras pueros inducunt non habere vacationem D. Antoninus rescripsit*, & *Ulpianus* ait, Qui pueros primas litteras docent immunitatem à civilibus muneribus non habere L. 2. §. *Qui pueros ff. de vacatione munerum Glossa* in L. *Archiatres C. de metatis lib.* 12. quia hi in Universitatibus generalibus non morantur. *C. Tue* De Clericis non residentibus. Quod si in Universitatibus, ut earum partes morentur, tum gaudebunt privilegiis scholasticorum. Ita *Rebuffus de privilegiis scholasticorum privileg. Ult.* Ubi id probat aliquibus textibus.

Rebuffus

633 Non item prosunt dicta privilegia iis, qui student Acromantiæ, aut aliis artibus damnatis. Ita *Rebufus proximè cum Baldo, Seneceto, Bolognino*, quia hæ scientiæ sunt prohibitæ: ergo non privilegiatæ, & melius est eas nescire, quam scire, Cap. *Quamvis dist.* 38. L. *Culpa C. de maleficis, & Mathis.*

Rebuf. Baldus Senecetus Bolognino

634 Quid, si scholasticus illo anno non frequentavit scholas, sed in patria domi se continuit ad meliùs, & utiliùs studendum? Adhuc *Albericus* in L. *Si cum dies §. Si arbiter in fine ff. de arbitris* existimat posse jurari hujus continuationem. Ita se fecisse scribunt *Ioannes Andreas in additionibus ad speculationem in Rubricam de filiis*, *Bartolus in proœmio Diggestorum in §. Hæc autem tria*, & *Rebusus de privilegiis scholasticor. privileg:* 34. Quod intelligendum est de scholasticis jam provectis, & in circumstantiis, in quibus ex tali studio major utilitas evidenter speretur, tunc enim postulat æquitas, & ratio boni communis, ut ii computentur, ac si essent præsentes in scholis.

635 Quid tandem, si nihilominus juramentum, aut testimonium coram Rectore in his materiis re ipsa fuit falsum? Incurriturne reservatio contenta in hoc secundo casu diœcæsano? Ego non possum mihi persuadere hujusmodi scholasticos in materia continuationis suorum studiorum incurrere prædictam reservationem, quia falsum testimonium, quod in præsenti reservatur est illud, quod profertur in judicio; judicium autem loquendo rigorosè est illud, in quo proceditur tela judiciaria, Et profertur sententia; cursus autem Scholasticorum non probantur tela judiciaria ejusmodi, neque per sententiam.

§. 4.

Quid de juramento in ordine ad Cathedrarum suffragia tempore oppositionis.

636 *Potest Scholasticus negare se, aut alium amicum cum oppositore fuisse allocutū; licet de aliis rebus cum illo re ipsâ allocutus fuerit.*

637 *Non tenetur Scholasticus inhabilitatem ad suffragium ferendum occultam tamen fateri etiam interrogatus sub juramento.*

638 *Proponitur argumentum contra hanc resolutionem, firmaturque multis ex juribus.*

639 *Referuntur A. A. qui videntur stare contra nostram resolutionem.*

640 *Defectus occulti in ordine ad culpam debent nudari; non verò in ordine ad pœnam.*

641 *Explicatur ulterius tradita solutio.*

642 *Quid dicendum, si delictum notum sit, sed adhuc non lata est judicis sententia? Affirmant aliqui.*

643 *Probant primo, & secundo ex C. cū singula de prebendis, &c.*

644 *Probant tertio etiam ex jure.*

645 *Si in statutis apponatur clausula* ipso facto, *ante ullam sententiam manet inhabilis.*

646 *Si addatur clausula* ipso facto, *non tamen*

tamen illa alia absque ulla declaratione *probabile est non incurri inhabilitatem ad vocem activam.*

647 *Solvitur, & explicatur text. ex C. cum singula.*

648 *Solvuntur, & explicantur duo alii textus.*

649 *Explicatur text. ex Clement. Ut is qui.*

636 **Q**Uartum dubium est de juramento in ordine ad suffragia tempore oppositionis. Et dubitatur in primis, An possit scholasticus sub juramento negare se, aut alium amicum cum oppositore fuisse alloquutum; aut ejus domum ingressum esse, si, licet re ipsa fuerit alloquutus, non de spectantibus ad subornationem, sed de aliis rebus alloquutus est? Respondeo affirmativè, quia ut suprà cum pluribus doctoribus tradidimus, quando superior interrogat ex falsa præsumptione delicti potest inferior rem negare; Superior enim solùm juridicè interrogat de delicto, & ut suppono tale delictum, nimirum subornatio, non fuit commissa. Ita *Navar. in summa cap. 12. num. 19. Sayrus in Clavi regia lib. 5. cap. 4. num. 22. Sanchez lib. 3. Decal. cap num. 34. Rodriguez in summa in 2. editione cap. 19. n. 4.*

Navar. Sayrus P. Suar. Rodrig.

637 Quid si Scholasticus interrogetur, An aliquid commiserit contra statuta, ex quo aliquam incurrerit inhabilitatem ad ferendum suffragium; cujus tamen inhabilitatis ipse nullam habet infamiam? Respondeo posse jurare nihil commisisse, ex quo sit inhabilis, quia Rector non potest interrogare de occultis, Cap. *Qualiter, & quando de accusationibus.* Et quando Superior non interrogat juridicè, subditus non tenetur respondere. Ita *Bonacina de legibus disp. 1. q. 1. puncto 7. num. 10. Sotus de justitia lib. 1. q. 6. art. 5. & lib. 4. q. 6. art. 3. fine, Ledesma p. 4. q. 18. art. 2. concl. 3. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 2. q. 2.* Et confirmatur primò quia nemo tenetur se prodere, Cap. *Quis aliquando 6. His authoritatibus de pœnitentia dist. 1.* Ibi: *ex D. Chrysostomo. Non tibi dico ut te prodas.* Secundò ex doctrina *Bartoli l. 2. num. 3. C. Si servus aut libert. l. 10.* Ubi docet, quod judex habens infamiam, interrogatus, an habeat aliquam inhabilitatem, non tenetur vitium occultum fateri.

Bonat. Sotus Ledesma P. Azor.

638 Objicies. Quilibet tenetur manifestare impedimentum proprium occultum, de quo interrogatur in ordine ad matrimonium, ut cum *Abbate, Alexand. de Nev.* & communi Doctorum tenet *Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 14. num. 2.* Item ordinandus tenetur pandere vitium occultum, quod illum reddit inhabilem, & irregularem Cap. *Nisi cùm pridem de renuntiat. Vers. Pro gravi.* Ibi: *Licet irregularitatem hujusmodi non potuerit reticere.* Ubi *Glossa verbo non potuerit; Idem est non debuerit de jure tempore suæ examinationis.* Et Cap. *Innotuit De Electione vers. Multa enim* Ibi: *Qui suum maluit fateri reatum, quam læsa conscientia thronum conscendere pastoralem.* Ubi *Glossa Verbo Reatum,* id est, *defectum, vel impedimentum.* Et ex Concilio Chartaginensi 4. prout habetur in Cap. *Ex pœnitentibus dist. 50.* Ibi. *Deponatur, quia Ordinationis tempore non prodidit.*

639 Et hæc est communis doctrina, quam tenent *Gotfredus in Summa titulo de temporibus Ordinandorum num 59. Hostiensis Cap. penultimo ad finem titulo de corpore vitiatis, Innocentius cap. Inquisitionis num. 4. initio tit. de accusatoribus, Abbas cap. Innotuit num. 6. de electione, & Cap. Si citatus num. 14. de Rescriptis. Sanchez proxime cum Felino, Decio, Turrecremata, D. Antonino, Angelo, Sylvestro, Tabiena, Maiolo, Henriquez, & aliis.*

Gotfred. 2. Innoc. 1. Hostiens. Abbas P. Sanchez Felin. Decius Turrecr. D. Anton. Angelus Sylvest. Tabiena Maiolo. P. Henriq.

640 Respondeo, defectus occultos posse considerari aut in ordine ad vitandam culpam, aut in ordine ad pœnam: Primo modo quilibet tenetur illos manifestare; non ita secundo modo. Et hinc patet solutio ad id, quod dicitur de manifestatione impedimenti occulti in ordine ad contrahendum matrimonium, nam, hoc nisi manifestetur, sequitur nullitas Sacramenti, & contrahentium delictum.

641 Eadem applicanda est solutio ad id, quod dicitur de manifestatione irregularitatis tempore examinationis ad ordines sacros, nam, nisi manifestetur, sequitur indecens, & indecorum altaris ministerium contra cultum Ecclesiæ, & Religionis. Tota hæc resolutio confirmatur ex doctrina *Innocentii Cap. 1. de Postulatione Prælati num. 5.* quam amplectuntur ibi *D. Antoninus num. 50.* & *Panormitanus num. 34.* Ubi, inquit, Quando fit inquisitio contra promotum, ut puniatur; tunc non licèt absque infamia

mia procedere; & in hoc casu loquitur Cap. *Qualiter, & quando de accusationibus.* Quando autem contra promovendum, ne promoveatur indignus, non requiritur infamia, sed debet superior ex officio inquirere Cap. *Cum nobis de Electione.* Itaque in ordine ad vitandam culpam debet crimen occultum manifestari; non in ordine ad exercendam pœnam, seu quasi pœnam; at verò quando scholasticus interrogatur de inhabilitate, & privatione Vocis activæ, per hanc examinationem solùm intenditur executio pœnæ, quæ in ipsa inhabilitate consistit.

642 Quid si delictum, unde oritur inhabilitas, notum quidem est, sed nondum est lata judicis sententia, poteritne accedens ad dandum suffragium jurare se non esse inhabilem? Hæc quæstio coincidit cum illa. An pœna privationis vocis activæ ipso jure ob crimen aliquod imposita, incurratur, & obliget in conscientia ante judicis sententiam? Affirmant *Suarez de legibus lib. 5. cap. 9. num. 5. Vasq. disp. 168. cap. 2. num. 12. Salas de legib. disp. 15. sect. 2. num 19.* cum *Azor,* & aliis *Beccanus in Summa p. 2. tr. 3. cap. 7. q. 3. concl. 1. num. 5. Villalobos in Summa tom. 1. tract. 2. dub. 25. num. 4.*

P. Suar. P. Vasq. P. Salas P. Azor. Beccan. Villalob.

643 Probatur primò ex Cap. *Cum Singula* de præbendis in 6. Ibi: *Tunc eo ipso efficiatur ineligibilis*; & in fine, *Reddantur ineligibiles ipso jure,* Ubi omnes cum *Glossa* intelligunt illam pœnam statim incurri, itaut electio de tali persona facta sit irrita. Secundò probatur ex motu Pii V. contra simoniacos, Ubi recipiens beneficium per simoniam redditur inhabilis ipso jure ad beneficia, quæ pœna etiam statim incurritur ante judicis sententiam, ut bene probat *Suarez cit. num. 3.*

644 Probatur tertiò ex Cap. 1. & Cap. *Super eo,* & ex Cap. *Significasti. De eo, qui ducit in matrimonium, quam polluit,* Ubi redduntur inhabiles ad contrahendũ matrimonium, qui committunt crimen uxoricidii. Quarto ex *Clementina Ut is, qui De statu, & qualitate,* Ubi præbendati in Ecclesiis Cathedralibus, qui sine justa causa non promoventur intra annum ad ordines suis præbendis annexos, ex tunc privantur voce activâ in Capitulo, quod intelligitur ante omnem sententiam, ut docent *Glossa, Cardinal. Bonifacius,* & communis Doctorum ibidem.

645 Ego in primis assero si in statutis apponatur clausula *ipso facto* absque ulla alia declaratione committentem tale delictum statim manere inhabilem, & privatum tali voce activa, nec posse in conscientia dare suffragium. Illud tamen moneo, quod si delictum fuerit occultum, & talis, scholasticus inhabilis fuerit, suffragium tamen ferat, committet quidem peccatum mortale, at ejus suffragium erit validum propter errorem communem L. *Barbarius* De officio Prætoris. Et ita docet *Suarez citatus.* Ratio autem cur talis scholasticus non possit in conscientia ferre suffragium, est quia in statutis non deficit potestas ad privandum talem scholasticum voce activa, & alioqui id sufficienter exprimitur. P. Suar.

646 Dico secundò, si solum addatur clausula, *ipso facto,* non tamen illa alia, *absque ulla alia declaratione,* probabile est non incurri inhabilitatem ad vocem activam ante sententiam. Ita *Sotus lib. 1. de justitia q. 6. art. 6. Granad. 1. 2. controvers. 7. tract. 3. disp. 13. sect. 2. num. 15. Ledesma in summa q. 19. art. 2. Sousa in explicatione Bullæ Clementis VIII. de largitione munerum §. 9. Molina de justitia tom. 1. tract. 2. disp. 96. num. 8. Malderus 1. 2. q. art. 5. dub. 4. Diana 1. part. tract. 10. de legibus resol. 24.* cum *Castilino,* & aliis, qui dicunt id esse de consuetudine Universitatum. Et ratio est, quia aliter omnes electiones Universitatum, in quibus concurrit tanta scholasticorum habentium vocem activam multitudo, redderentur incertæ, & annullationibus obnoxiæ.

Sotus P. Granad Ledesma Sousa P. Molin. Malder. Diana Castilino

647 Neque obstant fundamenta contraria. *Ad primum* respondeo illum textum procedere de privatione vocis passivæ, nostra verò quæstio est de privatione vocis activæ. Et diversa ratio jam est assignata, quia cum ad ferenda suffragia, maximè in Universitatibus tanta concurrat scholasticorum multitudo, electiones eorum suffragiis celebratæ redderentur valde infirmæ, & alienationibus subjectæ; quod non militat, quando privatio est vocis passivæ ex parte eligibilis; nam una persona, quæ eligitur, facilè potest esse immunis à delictis, ex quibus oritur inhabilitas: non ita tanta personarum multitudo suffragia ferentium.

648 *Ad secundum* dicendum illum

textum

textum etiam procedere de privatione vocis passivæ; dicit enim talem simoniacum cum posse eligi ad beneficia. *Ad tertium* respondeo, quidquid sit de aliis pœnis, in privatione vocis activæ, cum cathedræ suffragiis conferuntur, esse specialem rationem, nam aliter ut dixi, electiones redderentur valde incertæ, & annullationibus obnoxiæ.

649 *Ad quartum* ex Clementina *Ut is qui*, respondetur prædictis præbendatis non concedi vocem activam in Capitulis, nisi sub illa conditione, quod ad sacros ordines intra annum promoveantur. Itaque, aliud est privare Voce activa, aliud eam concedere sub hac, vel illa conditione. Præbendatis conceditur vox activa sub conditione quod intra annum ordinentur; Scholasticis verò non ita, sed qui tale, vel tale delictum committunt per statuta Universitatum privantur voce activa. Accedit, quòd in Universitatibus adhuc est specialis ratio ob multitudinem ferentium suffragia, prout patet ex dictis.

Tertius casus.

Corrumpentes, & adulterantes stateras, mensuras, & monetas.

650 *Quid continere debeat moneta, ut sit probata?*

651 *Tribus modis potest moneta falsificari.*

652 *Qui mutilat monetam excedentem justum pondus, incurrit reservationem.*

653 *Non incurrit hanc reservationem, qui falsificat monetam falsam.*

654 *Quid dicendum de utentibus monetis falsificatis?*

655 *Resolvitur eos non incurrere hanc reservationem.*

656 *Idem dicendum quoad reservationem de utentibus stateris, & mensuris falsificatis.*

650 TErtia difficultas, Qui veniant nomine hujusmodi corrumpentium, & adulterantium? Et quod attinet ad monetas, ut moneta sit probata, & legitima, tria continere debet, materiam publicam, formam, & legitimum pondus. Ita *Geronda de privilegiis, seu exemptionibus num. 1425. Menochius cons. 49. num. 1. Barbosa de potestate Episcopi allegat. 51. num. 36.* cum *Cabedo, Farinacio, Maschard.* & aliis. Gerond. Menoch. Barbosa Cabed. Farinac. Maschar.

651 Unde fit, quòd tribus modis potest moneta falsificari circa materiam, circa formam, & circa pondus. Circa materiam, si coloretur, ita ut appareat aurea vel argentea cum talis non sit L. *Quicumque ff. ad legem Cornel. de falsis*; aut si permisceatur unum metallum pro alio, tunc enim talis moneta manet falsificata L. *Paulus ff. de solutionibus*. Circa formam, si cudatur absque legitima potestate L. 2. & 3. *C. de falsa moneta*, aut cum charactere alieno absque consensu illius; cujus est. L. *Sine nomine*, & L. *Qui nomine ff. ad legem Cornel. de falsis*. Circa pondus, cum aliquid justo ponderi detrahitur, & moneta tondetur, aut raditur L. *Quicumque ff. ad legem Cornel. de falsis*, & L. 1. *ff. de contrahenda emptione*.

652 Utrùm verò reservationem incurrat qui privata authoritate monetam excedentem justum pondus mutilavit, & totondit, donec ad justum reduxerit? Negant *Marsilius* L. *Qui falsam num. 109. ff. de falsis. Alciatus cons. 461. Angelus verbo falsarius §. 8.* Sed re vera hi non sunt excusandi; quia sibi usurpant id, quod est publicæ authoritatis. Ita *Navarrus in Manuali cap. 17. num. 168. Laymann. lib. 3. tract. 3. p. 1. cap. 5. num. 5. Lezana verbo Falsarius num. 5. Barbosa cit. allegat. 51. num. 60. Menochius de arbitr. casu 316. num. 36. & 38.* imo hi tenentur restituere Principi, vel civitati materiam illam, quam sibi tondent, quia ad cudentes spectat, cum solum per errorem illum excessum apposuerint. Ita *Sylvest. cit. num. 10. Navar. Barbosa, & Lezana* proxime. Marsil. Alciatus Angelus Navar. P. Laymã. Lezana Barbosa Menoch.

653 *Quæres primò*, Utrùm hæc reservatio extendatur ad falsificantes falsã monetam? Respondeo negativè quia falsificatio propriè fit, cum vera moneta corrumpitur, & adulteratur; in casu autem proposito non corrumpitur vera moneta, sed jam adulterata. Unde hos falsificantes etiam excusari ab aliis pœnis tenent *Menochius de arbitr. casu 316. num. 19. Surdus decis. 372. num. 18. Decian. tract. criminali tom. 2. lib. 7. cap. 27. num. 14. Barbosa de officio, & potest. episcopi allegat. 51. num. 62. Lezana verbo monetarius, Farinac., Curtius de monetis tom. 11. num. 20.* Menoch. Surdus Decian. Barbosa Lezana Farinac. Curtius

654 *Quæres secundo*, Utrùm hæc reservatio extendatur ad expendentes tales monetas falsificatas? Et ratio dubitandi est, quia hi subjacent iisdem pœnis, quibus adulterantes, ut probat text. in *L. Cornelia §. eadem pœna, ff. de falsis*, & disponit nostra *regia Ordinatio Luzitana lib. 5. tit. 12. §. 3.*

655 Ego tamen strictius sentio de reservatione, ac de aliis pœnis, nam reservatio est restrictiva jurisdictionis ordinariæ inferiorum, qui absque culpa sua non debent spoliari sua jurisdictione absque expressa voluntate Superioris. Unde expendentes falsam monetam non æqui paro falsificantibus, sed utentibus moneta falsificata; reservatio autem, ut suo loco diximus, imposita contra facientes non extenditur ad utentes. Et ita in terminis propositis de expendente falsam monetam docent *Menoch. cit. casu 316. num. 51. & 52. Barbos. proxime num. 67. Gambacurta de casibus reservatis fol. 214. num. 9.* Menoch. Barbosa Gambac.

656 Hæc quoad reservationem falsificantium monetas, nam quoad alias pœnas, quibus subjacent ipsi falsificantes videri possunt *Barbos. cit. num. 68. Lezana verbo Falsarius*, ubi plura de pœnis hujusmodi falsificantium.

657 Quòd attinet ad stateras, & mensuras dicendum est juxta resolutionem superius factam, quòd licèt utentes scienter falsis ponderibus, & stateris dicantur falsum committere *L. 1. ff. ad l. Corneliam de falsis. L. Maiorem C. eodem titulo*, Ordinationes regiæ Lusitaniæ *lib. 5. tit. 58.* ac proinde pœnis falsi subjaceant, non tamen incurrunt reservationem, quia reservatio imposita facientibus, ut dixi, non ampliatur ad utentes. Zecchius Et sane ita docent *Zecchius de casibus reservatis casu 18 vers. His ita præmissis, Gambacurta cit. fol. 214. num. 4. Barbos. proxime num. 48.*

Quartus casus.

Violantes libertatem, seu immunitatem Ecclesiæ.

658 *Libertas Ecclesiastica latiùs patet libertate Ecclesiæ.*
659 *Immunitas Ecclesiæ quid sit?*
660 *Proponitur Constitutio Greg. XIV.*
661 *Utrùm privilegium immunitatis Ecclesiasticæ sit etiam de jure Divino.*

658 QUarta difficultas: quæ isto casu comprehendantur? libertas, seu immunitas Ecclesiastica latiùs patet libertate, seu immunitate Ecclesiæ. Libertas Ecclesiastica est jus exemptionis Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum bonorum, causarum, & personarum à jurisdictione Principis laici; Unde qui aut Ecclesiæ exemptionis jus violaverit, aut jus exemptionis ejus bonorum, aut ejus causarum, aut ejus personarum, dicitur violare libertatem, seu immunitatem Ecclesiasticam.

659 Libertas, seu immunitas Ecclesiæ est solùm pars immunitatis Ecclesiasticæ, & consistit in eo, quod Ecclesia, sit locus sacer tanquam asylum quoddam ad se confugientium, ita ut delinquentes, qui ad eum locum confugiunt non possint per vim ab illo extrahi; hoc enim privilegium competit Ecclesiis, seu locis Sacris, Cap. *Miror. 17. q. 4.* Cap. *Reum*, Cap. *frater*, Cap. *Ad Episcopos*, Cap. *Nullus*, Cap. *Si quis contumax*, Cap. *Metuentes*, Cap. *definivit*, Cap. *Id constituimus*, & Cap. *Inter alia*, de immunitate Ecclesiarum.

660 Accedit magna cum amplitudine constitutio Gregorii XIV. *Cum alias nonnulli*, anno 1591. nono Kalend. Iunii in partibus, in quibus est recepta. Dixi (in partibus, in quibus est recepta) quia nonnulli putant non esse receptâ in Hispania, neque in Lusitania. Ita *Portel in dubiis Regularium verbo Ecclesiæ immunitas, Diana 1. p. tract. 1. resol. 5. fine, Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4.* Alii fatentur receptam, ut videre est apud *Olivã de foro Eccles. 1. p. q. 27. num. 21. fine.*

661 Utrùm autem privilegium immunitatis Ecclesiasticæ sit de solo jure Ecclesiastico, an etiam de jure Divino? plures apud *Dianam 4. p. tract. 1. resol. 44.* existimant esse de jure Divino, prout colligitur ex *Exodi 21. & 3. Regum 1.* de quo nos in materia de legibus. Interim videri potest *Cenedus in quæstionibus canonicis q. 42. num. 6. Tuscus lit. I concl. 59. num. 1. Farinacius in appendice de immunitate Ecclesiastica cap. 1. num. 9.* In præsenti solùm videndum, quibus Ecclesiis, seu locis sacris competat hæc immunitas, seu jus asyli? secundo loco, qui delinquentes illo gaudeant? Tertio quibus casibus, nam inde manifeste constabit, quibus in eventibus incurratur hujus Diana Cenedus Tuscus Farinac.

jus

jus quarti casus reservatio.

§. 1.

Quibus locis sacris competat immunitas?

662 *Omnis locus deputatus ab Episcopo ad celebranda Divina officia gaudet immunitate, seu jure asyli.*

663 *Non requiritur ad id, quòd jam celebrata in loco illo fuerint Divina officia.*

664 *Incurretne reservationem hujus casus, qui reum extraheret ab Ecclesia, in qua nondum celebrata sunt D. officia?*

665 *In foro conscientiæ absolvi potest sine licentia Episcopi.*

666 *Idem tenendum, & servandum cum pœnitente, qui ignorans opinionem probabilem, quam pro se habet commisit mortale extrahendo reum ab Ecclesia.*

662 QUod attinet ad primum, quibus locis sacris competat jus asyli. Dico in primis illo gaudere Ecclesias *Cap. Miror 17. q. 4.* & aliis textibus proximè citatis toto titulo de immunitate Ecclesiarum; idque licet non sint consecratæ, neque benedictæ, neque retineant Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum; quidquid in contrarium sentiant *Angelus verbo Ecclesia num. 3. Sylvester. verbo Ecclesia 2.num. 1.* Et ratio est, quia in *Cap. Ecclesiæ de immunitate Ecclesiarum* id non exigitur, sed solùm, quòd talis locus sit deputatus ab Episcopo ad Divina officia celebranda, ut bene notant *Castro Palao tom. 2. tract. 11. punct. 6. num. 2. Fagund. 2. Ecclesiæ praecepto lib. 4. cap. 4. num. 62 Peregrinus de immunitate cap. 4. num. 2. Diana 6. p. tract. 1. resol. 1.* cum *Farinacio, & Bonacina Ledesma, verbo Immunitas Ecclesiarū num. 2.* cum *Baconio*, & aliis. *Suarez tom. 1. de Religione tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 2.* Omnis autem Ecclesia est deputata ab Episcopo ad celebranda Divina officia.

Angelus
Sylvester
P. Palaus
P. Fagūd.
Peregrin.
Diana
Farinac.
Bonac.
Ledesma
Baconi.
P. Suar.

663 Unde notandum est, ut Ecclesia gaudeat privilegio immunitas, seu jure asyli, non oportere, quod in ea jam sint, aut nondum sint celebrata Divina officia, sed satis esse, quod ad id sit deputata ab Episcopo. Ita *Sylvest. verbo Immunitas 1. num. 2. Sanchez tom. 2. consiliorum lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 1. Diana cit.* referens *Ludovicum Corream, Raphaelem de Turre, Bonacinam, & Farinacium.*

Sylvest.
P. Sāchez
Diana
Correa
Turre
Bonac.
Farinac.

664 Utrùm autem in casu, quo quis extraheret reum ab Ecclesia, in qua nondum Divina officia sunt celebrata, incurreret reservationem hujus quarti casus? Ego non dubito judicandum esse pro reo, si de ejus immunitate agitur, quia sententia illam ei concedens est longè probabilior, & favorabilior, favendum autem est Ecclesiæ, ac loco sacro. Ita *Sanchez proxime num. 2. Lezana verbo Immunitas num. 2.* cum *Sylvestro*, & aliis.

665 Si tamen agatur de reservatione illius, qui eum extraxit, & in foro conscientiæ, prout præsens quæstio procedit, existimo talem extrahentem non incurrisse reservationem, quia quidquid sit de maiore probabilitate opinionis contrariæ) probabile est Ecclesiam non gaudere immunitate, quandiu in ea Divina officia non sunt celebrata, ut tenent *Ambrosinus de Immunitate cap 10. num. 2. vers. Quod præcipue, Decianus lib. 6. cap. 24. num. 24. Glossa in Cap. Inter alia de immunitate Ecclesiarum verbo Celebrantur, Zabarela ibidem, Brutrius ibidem num. 2. & 3.* Qui fundantur in Cap. *Ecclesia de immunitate Ecclesiarum.* Ibi: *In qua Divina officia celebrantur*; nam temetsi *Ludovicus Correa, Raphael à Torre, Bonacina*, & alii interpretentur verbum *celebrantur* pro actu, vel potentia, Ambrosinus, & alii id intelligunt de solo actu. Itaque hæc opinio est probabilis; & non est reservatio, ubi peccatum mortale certum non est.

666 Et hoc puto tenendum cum pœnitente, etiam in eventu, quo ille peccatum commisit mortale, quia extraxit reum ignorans habere pro se probabilem opinionem, ductus animo temerario violandi immunitatem, quia ad reservationem parum refert, quod quis putet ex conscientia erronea se patrare delictū reservatum, si re vera ipsum factum reservatum non est, ut patet cum quis in Ecclesia occidit feram putando esse Clericum, & ductus est animo occidendi Clericum: at verò factum præsens non est reservatum cum, sit opinio probabilis illud factum externum non esse peccatum mortale, & Confessarius habens pro se

opini-

opinionem probabilem gaudet sufficiente jurisdictione, & eâ potest uti, ut suo loco expendimus.

§. 2.

Quid de extrahente reum ab Ecclesia incepta, vel destructa, interdicta, polluta, aut violata?

667 *Ecclesia cœpta ædificari gaudet jure Asyli.*

668 *Idem dicendum de Ecclesia polluta, interdicta, aut violata.*

669 *Idem de Ecclesia destructa authoritate Episcopi modo sit spes reædificationis.*

670 *Probabile est non incurrisse reservationem, qui reum extraxit ab Ecclesia nondum absoluta.*

671 *Si extractus sit de eorum numero, ob quorum delictum Ecclesia polluta, interdictave est, probabile est non incurrisse extrahentem reservationem.*

672 *Probabile est non incurrisse reservationem eum, qui ab Ecclesia jam destructa reum extraxit.*

667 Quæritur primò, Utrùm incurrat prædictam reservationem, qui reum extraxit ab Ecclesia nondum absoluta, sed solum inchoata, & cœpta ædificari? Non dubito, si quæratur, an reus confugiens ad talem Ecclesiam gaudeat jure asyli, & immunitate, standum esse pro resolutione affirmativa, quia probabilior opinio, & Ecclesiæ, ac ipsi reo favorabilior tenet Ecclesiam, tametsi nondum perfecta, & absoluta sit, sed solùm inchoata, & cœpta ædificari, gaudere jure asyli, & ejus immunitate, ut docent *Castro Palao cit. num. 4. Diana proxime, Farinac. de immunitate cap. 17. num. 261.* idque licet instructio sit intermissa, & pendeat interrupta, ut contra *Marium Italiam lib. 1. cap. 14. §. 3. num. 15.* tenet *Diana proxime* cum *Palao, & Farinacio.* Nam intermissio non tollit deputationem ad Divina officia.

P. Palao
Diana
Farin.

668 Idem dicendum de Ecclesia violata, polluta, & interdicta, quia pollutio, aut interdictio non tollunt Ecclesiæ privilegia, & solùm habent effectus, quos illis tribuunt sacri canones; hi verò non privant privilegio Immunitatis Ecclesias pollutas, aut interdictas. Sic Clericus interdictus non amittit privilegium fori, aut canonis, & qui illum percuteret, maneret excommunicatus. Ita *Tuscus verbo Ecclesia conclus. 9. num. 9. Peregrin. de immunit. cap. 4. num. 14. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4. num. 61. Lezana verbo Ecclesia num. 2. Suarez cit. num. 9. Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 2. Diana cit.* cum *Bonacin. Azor. Ludovico Correa, Panormit. Hostiensi, Marsil. Julio Claro,* & *Villalobos.* Et hoc intelligitur non solùm quoad peregrinos, qui confugiunt ad talem Ecclesiam, sed etiam quoad ipsum populum, & personas ob quarum delictum Ecclesia interdicta fuit, ut contra *Decianum tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 20.* tenet *Peregrinus, Tuscus,* & *Diana locis citatis.*

Tuscus
Peregrin.
P. Fagund.
Lezana
P. Salas
P. Laymā.
Diana.
Bonac.
P. Azor
Correa
Panormit.
Hostiens.
Marsilius
Clarus
Villalob.

669 Idem dicendum de Ecclesia destructa, dummodo destructa non sit auctoritate Episcopi, & adsit reædificationis spes, quia quamdiu hæc adest, censetur perseverare deputatio loci ad Divina officia, ut patet ex L. *Æde sacra ff. de contrahenda emptione,* & ex L. *In tantum §. sacra in fine ff. de rerum divisione.* Et ita tenent *Farinacius de immunitate cap. 17. n. 260. Sanchez cit. n. 2. Pal. proxime n. 7. Tuscus n. 10. Lezan. num. 7. Barbos. de jure Ecclesiastico lib. 2. cap. 3. num. 62. Diana cit.* cum *Maranta, Scortia, Gambacurta,* & aliis.

Farinac.
P. Sanchez
P. Palaus
Tuscus
Barbosa
Diana
Maranta
Scortia
Gambac.

670 Hæc tamen, ut dixi, solùm procedunt in quæstione, An Ecclesia in prædictis circunstantiis habeat jus asyli, & an confugiens ad illam gaudeat ejus immunitate, favendum enim est Ecclesiæ, & reo profugienti ad illam, maximè cum pro hac parte stet opinio probabilior. Si tamen quæstio procedat de reservatione pœnitentis, qui vult absolvi à peccato violationis Ecclesiæ in prædictis circunstantiis, dicendum arbitror in primis, si extraxit reum ab Ecclesia nondum absoluta, in qua scilicet Divina officia nondum celebrantur, nō incurrisse reservationem, ut patet ex proxime dictis, quia, ut diximus, probabile est Ecclesiam, in qua nondum celebrantur Divina officia non gaudere immunitate.

671 Quid, si eum extraxit ab Ecclesia violata, polluta, & interdicta? Respondeo, si fugiens ad Ecclesiam sit de eorum numero, ac populo, ob quorum delictum Ecclesia interdicta fuit, probabile esse non incurrisse reservationem,

nem, quia, quidquid sit de maiori probabilitate opinionis contrariæ, probabile est huiusmodi hominibus non prodesse Ecclesiam in pœnam eorum delicti, ob quod illa polluta est, aut interdicta, ut ex *Decimo proximè* retulimus, & ex inferiùs dicendis pleniùs fiet palam.

672 Si autem reum extraxit ab Ecclesia destructa, ac desoluta, etiam probabile est non incurrisse reservationem, quia quidquid sit de maiori probabilitate opinionis contrariæ, probabile etiam est Ecclesiam per destructionem amittere immunitatem, amittit enim propriam formam, quam privilegia sequuntur. Unde quoad hoc videtur bene comparari Ecclesia destructa cum vasis destructis, ac infractis; unde videtur amittere privilegia, sicut illa amittunt consecrationem L. *Si is qui* 80. §. *quædam*. Ibi *Qui ei propriam formam ff. ad legem Falcidiam*. Et sane ita docent plures apud *Dian. cit.* Scio assignari posse maiorem rationem pro Ecclesia, quia immunitas non sequitur ejus formam, sed locum sacrum, hoc est deputatum ad Divina officia, quæ deputatio non tollitur per parietum destructionem; consecratio autem patenæ, aut calicis, non sequitur locum, sed formam ipsius patenæ, aut calicis. Sed, quidquid sit de hac maiori ratione, & probabilitate, negari non potest probabilitas contraria, licet sit minor, maxime quia Authores citati contendunt non sufficere prædictam deputationem, sed requiri statum Ecclesiæ, in quo Divina officia celebrentur juxta text. in Cap. *Ecclesiæ de immunitate Ecclesiæ*.

§. 3.

Quid de extrahente reum, qui adhæsit parietibus extrinsecus, aut ostio Ecclesiæ?

673 *Qui adhæsit extrinsecùs parietibus Ecclesiæ gaudet immunitate.*
674 *Probatur tradita resolutio.*
675 *Qui extraxit reum à parietibus Ecclesiæ videtur non incurrisse reservationem.*
676 *Qui adhæsit ostio Ecclesiæ gaudet immunitate.*
677 *In ordine ad absolutionem Sacramentalem videtur extrahens, non incurrisse reservationem.*
678 *Solvitur prima quædam instantia.*
679 *Solvitur secunda.*

673 SEcundò quæritur: Utrùm incurrat reservationem, qui extraxerit reum à parietibus Ecclesiæ, quibus adhæsit extrinsecus? Similiter dicendum, si quæstio sit, an iste gaudeat immunitate judicandum esse pro illo, quia communis sententia, & quidem probabilior tenet nomine Ecclesiæ, quoad asylum confugientium, venire non solùm ejus corpus quoad superficiem concavam intrinsecùs, sed etiam ejus parietes extrinsecùs, si quis illos fors tangat. *Lezana verbo immunitas num. 2. cum Sanchez, Barbosa*, & aliis. *Riccius in praxi tom. 3. res. 560. num. 8. Bonacina de legibus disp. 3. q. 7. punct. 4. num. 5. Dian. 5. p. tract. 1. resol. 75. & 76. tract. 1. res. 3. vers. Ad argumentum & resol. 9. in fine, Fagund. cum pluribus 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4. num. 60. Novarius in summa Bullar. de immunitate num. 16. Trullenck lib. 1. Decalogi cap. 11. dub. 1. num. 4.* Lezana. P. Sanchez. Barbosa. Riccius. Bonac. Dian. P. Fagūdi. Novar. Trullenck

674 Et probatur primò, quia ut latè docet *Suar. de legibus lib. 8. cap. 27. num. 7.* Hoc privilegium immunitatis, cum sit concessum in favorem Ecclesiæ, est ampliandum L. *Sunt personæ ff. de religiosis sumptibus funerum.* Secundò, quia sicut, quæ Religiosis adhærent censentur religiosa L. *Quæ Religiosis ff.* de rei vendicatione; Ita quæ sacris adhærent censentur sacra. Tertiò, quia accessorium naturam sequi congruit sui principalis, *Regula Accessorium* de regulis juris in 6. & Cap. *Si super gratia de offic. Delegati in 6.*

675 Dixi (si quæstio procedat de reo, An scilicet gaudeat immunitate) quia si procedat de pœnitente, qui se accusat quod extraxerit reum à parietibus, & petit absolvi, videtur non incurrisse reservationem, quia probabile est (quamvis contrarium sit longe probabilius) parietes extrinsecùs non esse Ecclesiam, & qui iis adhæret extrinsecùs non esse intra, sed extra Ecclesiam, ut contendit *Archidiac. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum in 6.* Unde cum probabile sit hanc extractionem non esse peccatum mortale, & alioqui ad reservationem requiratur peccatum mortale certum, bene sequitur in hoc casu non esse reservationem.

676 Qui

676 Quid dicendum de eo, qui extraxit reum, qui adhæsit ostio clauso Ecclesiæ? respondeo non esse dubium judicandum esse pro illo, gaudere scilicet immunitate Ecclesiæ, & jure asyli, ut contra *Sarpum de jure asylorum cap. 4. fol. 41.* docent *Fagund. proximè. Sanchez in Consiliis lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2. Castr. Palaus cit. tract. 11. disp. unica, puncto 6. num. 9. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 8. Diana 6. p. tract. 1. resol. 3.* cum *Gambacurta, Covarrubias, Ludovico Correa, Bonacina, Megala, Navarro, Farinacio, Deciano, Bobadilla*, & aliis. Idque primo quia ostia veniunt nomine domûs, L. *Si aquæductum* C. *de contrahenda emptione*: ergo ostia Ecclesiæ etiam veniunt nomine Ecclesiæ. Secundò, quia idem videtur exprimi in Cap. *Si quis contumax* 17. q. 4. ubi dicitur spatium immunitatis ampliari usque ad extremas fores, & ponderanda est particula, *extremas*. Accedit, quòd ibi dicitur reum gaudere immunitate Ecclesiæ, si ejus ostio adhæreat aliquo modo.

P. Fagũd. P. Sanche. P. Palaus P. Suar. Diana Gambacur Covar. Correa Bonac. Megala Navar. Farinac. Decian. Bobadilha

677 Si autem quæstio procedat de pœnitente, qui se accusat de tali extractione, videtur non incidisse in reservationem, sed posse absolvi, quia non caret omnimoda probabilitate opinio asserentium talem reum non esse intra, sed extra Ecclesiam, cum videlicet illi clausa sit janua, ut tenet *Sarpus loco citato*.

678 Neque obstat primò, quòd ostia veniant nomine Ecclesiæ, sunt enim partes illius, at separativæ eorum, qui sunt intra, ab iis, qui sunt extra Ecclesiam. Itaque qui illis clausis adhæret, partibus quidem Ecclesiæ adhæret, at est extra illam, quomodo enim est intra, si ostium clausum est, Ecclesia non intratur, nisi per ostium apertum.

679 Non obstat secundò, quod immunitas extendatur usque ad extremas fores, nam particula *extremæ* solum significat ultimas fores, non est necesse, quod illas significet quoad superficiem extrinsecam separantem eos, qui sunt extra, ab iis, qui sunt intra Ecclesiam. Quod dicitur de adhærentibus ostio quomodolibet potest intelligi de adhærentibus aliquo modo ostio aperto, ita ut aliquomodo sint intra Ecclesiam; quo pacto se non habent, qui adhærent clauso ostio, hi enim non sunt intra, sed extra Ecclesiam.

§. 4.

Quid de extrahente reum à summo templi tecto, aut à portico, campanili, claustro, aut horto?

680 *Summum Ecclesiæ tectum gaudet jure asyli.*

681 *Solvitur 1. argumentum, ex violatione petitum.*

682 *Solvitur, 2. argumentum; & explicatur text. ex C. sanè, & ex C. Porrò.*

683 *Quod diximus de tecto, tenendum etiam est de porticu, atrio, ac reliquis partibus Ecclesiæ conjunctis.*

684 *Qui reum extraxit à tecto, porticu, atrio, campanili, claustro, aut horto incurrit reservationem hujus casus.*

680 Tertiò quæritur: Utrùm incurrat reservationem, qui reum extraxit à summo templi tecto? In primis non est dubium judicandum esse pro summi tecti immunitate, si de ea controvertatur, ut docent *Suarez cit. num. 8. Palaus proximè, Peregrinus cap. 4. num. 40. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4. num. 63. Cunha de jubilæo cap. 7. dub. 13. num. 20. fine. Dian. cit. resol. 3. cum Villalobos, Sperello, Bonacina, Farinacio, Persico, & Correa.* Et ratio est, quia tectum, cum sit intra situm Ecclesiæ, dicitur esse in Ecclesia; & qui supra aliquid pedibus stat, dicitur esse in illo, licet eo non circundetur. Accedit quod Ecclesia non ex solo pavimento, sed ex tecto constat, & hoc est pars Ecclesiæ, sicut pavimentum est illius pars L. *Eum, qui in principio,* & ibi *Glossa ff. de usu capione.*

P. Suar. P. Palaus Peregrin. P. Fagũd. Cunha Diana Villalob. Sperel. Bonac. Farinac. Persicus Correa

681 Neque obstat primò, quod supra agendo de sacrilegio commisso in loco sacro, dixerimus nomine Ecclesiæ non venire summum ejus tectum, ac proinde per sanguinis, aut seminis effusionem ibi operatam non pollui Ecclesiam, ut cum *Glossa* in *Cap. Unico, verbo Sanguis De consecratione Ecclesiæ*, docent communiter Doctores, quos latè citat, & sequitur *Persicus De officio Sacerdotis lib. 1. cap. 7. dub. 9. num. 86.* Non, inquam, hoc obstat, quia aliud est loqui de summo

mo tecto in ordine ad favorem Ecclesiæ; qualis est ejus immunitas, & sic dico venire nomine Ecclesiæ; aliud loqui de summo tecto in odiosis respectu ipsius Ecclesiæ, qualis est violatio, & sic dico non venire nomine Ecclesiæ. Argumento text. In *Cap. 1. de Decimis*, ubi ex *Abbate n. 4.* quod in Ecclesia prohibetur, in porticu admittitur, si sermo sit de odiosis. Et ita docent *Suar. tom. 1. de de Religione lib. 3. cap. 9. num. 8. Fagund. proximè num. 63.* *P. Suar. P. Fagund.*

682 Non obstat secundò, quod privilegia sint restringenda Cap. *Sanè*, & Cap. *Porro De privilegiis*; Immunitas autem Ecclesiæ est privilegium: ergo restringendum, & non ampliandum ad summum tectum Ecclesiæ. Non, inquam, id obstat, quia, quidquid sit de aliis privilegiis, sanè ea, quæ sunt indulta in favorem Ecclesiæ, aut Religionis, imò alterius cujusvis piæ causæ, aut boni communis, sunt amplianda L. *sunt personæ ff. de religiosis sumptibus funerum* Ibi: *Summa ratio est, quæ pro religione facit:* Et ita cum *Bartolo*, & communi Doctorum *Tiraquellus tract. de pia causa à num. 160. Sperellus decis. 63. num. 10. Decian. lib. 3. consil. 80. num. 19. & 22. Suar. de legib. lib. 8. cap. 27.* *Bartolus Tiraquel. Sperel. Decian. P. Suar.*

683 Quæ diximus de summo tecto quoad immunitatem, dicenda videntur de proticu, prodesse scilicet confugientibus. Et ita expresse deciditur in Cap. *Si quis contumax 14. q. 4.* Idem dicendum de confugientibus ad atrium, si fortè Ecclesia illud habeat, ad schalas, & fabricam totius Ecclesiæ illi conjunctam, ut sunt turres cymbalorum, claustrum, hortus, &c.

684 Quoad reservationem potest esse dubium, maxime, quia supra diximus extrahentem reum ab ostio clauso Ecclesiæ non incurrere reservationem. Dicendum tamen in prædictis casibus illam incurrere, qui extrahit reum ab atrio, & portico Ecclesiæ, quia in Cap. *Si quis contumax* deciditur hujusmodi talem in pœnas violationis Ecclesiæ incurrisse, & eadem videtur ratio de reservatione. Quod diximus de ostio clauso, intelligitur de ostio clauso illius ultimi, quod venit nomine Ecclesiæ, sive id sit hortus, sive claustrum, sive atrium, sive proticus.



§. 5

Quid de extrahente reum ab ambitu Ecclesiæ?

685 *Quid spatii, & ambitûs conceditur Ecclesiæ?*
686 *Aliqui contendunt esse usu abrogatum privilegium, quod ambitum Ecclesiæ concedebat.*
687 *Alii contrarium tenent.*
688 *Immunitas Ecclesiæ ad certum spatium non est de jure Divino.*
689 *Privilegium immunitatis ad 30. vel 40. passus in Ecclesiis civitatum est abolitum usu.*
690 *In Ecclesiis extra civitates tenent dictum privilegium.*
691 *Qui extraxit reum ab ambitu Ecclesiæ sive urbana, sive campestri non incurrit reservationem.*

685 Quartò quæritur, quid dicendū de illo, qui extrahit reum ab ambitu Ecclesiæ; suppono enim stando jure communi Ecclesiam gaudere prædicta immunitate quoad extremum ambitum, si Matrix sit, intra spatium 40. passuum, si Matrix non sit, intra spatium 30. Cap. *Sicut antiquitus* Cap. *Definiuit*, & Cap. *Quisquis 17. q. 4.* Et hoc intelligendum est non solùm de Ecclesiis, quæ sunt extra, sed etiam de iis, quæ sunt intra civitatem; quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. L. *De pretio ff.* de Publiciana in rem actione. Et l. *Præses ff. de officio Præsidis*: nomine autem passûs intelligitur mensura quindecim digitorum, ut docet *Bonacina tom. 3. disp. 2. q. 3. puncto 16. §. 4. num. 8.*

686 Hoc tamen privilegium esse usu abrogatum docent *Castrus Palaus tom. 2. tract. 11. disp. unic. puncto 6. n. 15. Suarez de regul. tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 8. Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 2. Villalobos in summa tom. 2. tract. 39. diffic. 5. num. 3. Valpellus consilio 230. n. 4. Fagund. 2. Ecclesiæ precepto lib. 4. cap. 4. num. 61. Gavantus in additionibus ad manuale Episcoporum verbo Immunitas Ecclesiastica num. 1. Navarrus in manuali cap. 25. num. 18.* *P. Palaus P. Suar. P. Laymā Villalob. Valpel. P. Fagund Gavantus Navar.*

987 Alii contendunt non esse abrogatum, nec per consuetudinem abroga-ri-

ri posse, quia dicti textus tollunt contrarias consuetudines, quæ proinde contra illos prævalere non possunt Ita *Cardosus,*
Cardos. Tuscus *Tuscus verbo Immunitas conclus.* 59. addens immunitatem Ecclesiasticam esse de jure Divino, per consuetudinem verò humanam non posse derogari juri Divino,
Peregrin. Diana ut est manifestum. Accedunt *Peregrin. de immunitate cap.* 4. *num.* 33. *fine, Diana* 6. *p. tract.* 1. *resol.* 2.

688 Ego in primis existimo, licèt Immunitas Ecclesiastica sit de jure Divino, ejus extensionem quoad triginta, vel quadraginta passus esse solùm de jure Ecclesiastico; unde enim constat, quod hæc extensio ad hos certos passus sit de jure Divino? Deinde assero juri communi posse derogari per consuetudinem, ut alibi dixi, & ex professo in materia de legibus ostendam.

689 Præterea dico dictum privilegium quoad 30. vel 40. passus in Ecclesiis, quæ sunt in civitate esse abolitum consuetudine. Nequè obstat, quod dicti textus tollant consuetudines contrarias, nam per consuetudinẽ potest abrogari jus prohibens consuetudinem contrariam, quando hæc introducitur propter mutatas circunstantias, ut docent *Palaus tract.* 2. *disp.* 3. *puncto* 4. §. 2. *num.* 7. *Basilius Ponce de Matrimonio lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 9. *Sanchez de matrim. lib.* 7. *disp.* 4. *num.* 14. *Suar. de legibus lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 24. *Diana p.* 6. *tract.* 5. *resol.* 21. *Azor* 1. *p. lib.* 5. *cap.* 17. *q.* 10. At verò in casu præsenti mutatæ sunt circunstantiæ, nã in principio in qualibet civitate erãt pauciores Ecclesiæ; modo sunt valde frequentes. Unde si spatiũ 30. vel 40. passuum circa quamlibet Ecclesiam foret asylum non possent puniri deliquentes, quo fieret ut impunè grassarentur.

690 Ultimò arbitror dictum privilegium quoad 30. vel 40. passus vigere in Ecclesiis, quæ sunt in campos, vel in montibus extra civitatem; neque quoad has juri communi derogare ullam consuetudinem, quia quoad has non sunt mutatæ circunstantiæ, neque enim Ecclesiæ extra civitatem sunt adeo frequentes, persistentibus autem eisdem circunstantiis, per nullam consuetudinem abrogatur jus prohibens contrarias consuetudines, & illas removens, ut docet *Suar. lib.* 7. *de legibus cap.* 20. *num.* 12. At verò jura, quæ indulgent Ecclesiis prædictos passus, prohibent contrarias consuetudines, & illas removent.

691 Hæc quoad immunitatem, & favorem illius. Sin autem quæstio procedat quoad reservationem, judico illi non subjacere pœnitentem, qui se accusat de extractione ab ambitu etiam Ecclesiarũ, quæ sunt extra civitatem, quia plures Doctores citati contendunt hæc jura in prædictis textibus, etiam quoad Ecclesias, quæ sunt extra civitatem, esse consuetudine abrogata, unde cum probabile sit hanc extractionem non esse peccatum mortale, clarum est non esse reservatum, quia ubi non est peccatum mortale certum, non est reservatio, ut sæpe notavi, nam in dubio non est secerdos spoliandus jurisdictione sua, & multominus quando pro se habet opinionem probabilem.

§. 6.

Quid de extrahente reum ab Oratorio, aut cæmeterio?

692 *Qui extraxit reum ab oratorio authoritate Episcopi extructo incurrit reservationem.*

693 *Idem dicendum de extrahente à cæmeteriis contiguis Ecclesiæ.*

694 *Extendunt aliqui ad cæmeteria separata.*

695 *Extendendum est hoc privilegium ad cæmeterium etiam non benedictum.*

692 QUintò quæritur, An reservationem incurrat, qui extraxit reũ ab Oratorio? Respondeo affirmativè si sermo sit publico oratorio, quod scilicet extructum fuit publica Episcopi authoritate; & notant communiter Doctores hanc Episcopi authoritatem semper præsumi, quando oratoria habent campanam super tectum, quæ pulsatur publicè, secùs dicendum de oratoriis privatis, quæ scilicet non sunt publica Episcopi authoritate deputata officiis Divinis in perpetuum, sed hodie in illis est altare, & manè potest non esse pro inferioris libito. Ita declararunt sacra congregatio Episcoporum die 17. Novembris 1617. & sacra Congregatio immunitatis die 9. Decembris 1631. apud *Barbosam in collectaneis bullarum verbo Immunitas num.* 4. *Suarez tom.* 1. *de Relig.* l. 6. *tom.* 3. *de immunitate cap.* 9. *num.* 3. *Fagund.* 2. *Ecclesiæ præcepto lib.* 4. *cap.* 4. *num.*

num. 64. cum *Navarr. & aliis.* Et ita expressum, ac receptum est in *Nostris Ordinationibus Lusitanis lib. 2. tit. 4. §. 4.*

693 Idem dicendum de extrahente à cœmeteriis, Cap. *Finali de immunitate Ecclesiarum.* Ibi: *Vel earum cæmeteriis*; quod saltem intelligendum est, quando hæc Ecclesiis adhærent, & illis sunt contigua, ut docent *Anchar ranus, Ioan. Andreas, Turrecremata, Archidiaconus, & Immola apud Farinac. de Immunitate cap. 17. num. 262. Armila verbo cæmeterium num. 1. Villalobos in Summa tom. 2. tract. 39. diffic. 5. num. 6. Sanchez in consiliis tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2. Castr. Pal. tom. 2. tract. 11. disp. unica punct. 6. num. 16. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 9. num. 8. Azor. 2. p. lib. 9. cap. 8. q. 6. Dian. p. 6. tract. 1. resol. 6. Fagund. proxime num. 6. Valasc. tom. 1. consult. 81. num. 1. Persicus de officio Sacerdotis lib. 1. cap. 9. dub. 11. num. 97. Tuscus verbo Ecclesia conclus. 10. num. 3. Lezana verbo Immunitas num. 2. Ludovic. Correa in relectione de Immunit. p. 2. num. 12. Bobadilla in Politica tom. 1. lib. 2. cap. 54. n. 80. Peregrinus cap. 4. num. 58. Decianus, Mantica, Marius Italia, Ambrosinus,* & alii.

Anchar rã. Ioã. Andr. Turrecrem. Archidic. Immola Armil. Villalob. P. Sanchez P. Palaus P. Suar. P. Azor. Diana P. Fagund. Persicus Valasc. Tuscus Lezana Correa Bobadil. Peregrin. Decian. Mantica Italia Ambrosin.

694 Idem extendunt ad cæmeterium separatum *Lezana cit. Marius Italia lib. 1. cap. 4. §. 7. Germonius, Navarrus, Farinacius, Cast. Pal. & Berthachinus apud Dianam proxime resol. 6.* quia textus in Cap. *Finali* de Immunitate loquitur de Cæmeteriis Ecclesiarum absolute, quin distinguat inter separata, & contigua, & sumus in re favorabili, qualis est immunitas Ecclesiæ.

Lezana Italia Germon. Navar. Farinac. P. Palaus Berthac.

695 Quid, si cæmeterium non sit benedictum ab Episcopo, sed à solo simplici Sacerdote? Et quid, si non sit benedictum, sed solum ibi aliquis Christianus peractis officiis divinis de licentia Episcopi sepultus sit? Respondeo ampliandam esse immunitatem. Ita *Ludovicus Correa proxime num. 16. Peregrin. cit. n. 55. & 56. Diana proxime.* Quod suprà diximus de ostio, & porticu Ecclesiæ applicandum hic est ad ostium, & porticum cæmeterii ob eandem rationem.

Correa Peregrin. Diana



§. 7.

Quid de extrahente ab hospitalibus, & à monasteriis Religiosorum, ac ab eorum grangiis?

696 *Hospitalia extructa authoritate Episcopi gaudent immunitate; et proinde, qui reum ab illis extrahit, incurrit reservationem.*

697 *Idem dicendum de monasteriis religiosorum quoad totam clausuram.*

698 *Qui à villis, aut grangiis religiosorum reum extraheret, absolvi posset à confessore inferiori.*

699 *Quid veniat nomine monasteriorum.*

696 SExtò quæritur, An reservationem incurrat, qui reum extraxit ab hospitalibus Episcopi authoritate erectis? Respondetur affirmativè, quia omnia privilegia, quæ Ecclesiis indulgentur, etiam hospitalibus extenduntur C. p. *Ad hæc De religiosis domibus* Cap. *Definivi 17. q. 4. L. Omnia privilegia C. de Episcopis, & Clericis, & ita* docent *Farinacius, Sanchez cit. num. 2. & de matrimonio lib. 9. disp. 15. num. 17. Suar. num. 9. Fagund. num. 6. Palaus n. 17. Diana p. 6. tract. 1. resol. 6. Laymann. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 3. Peregrin. n. 69. Persicus cit. num. 91.* Dixi, authoritate Episcopi quia si non sint erecta Episcopi authoritate, quidquid in contrarium opinentur *Aponte votum 1. consul. 18. Vivius in additionibus ad addition. 217. num. 60. Novarius tract. de electione fori sect. 2. num. 8. Riccius in praxi tom. 3. resol. 142. Peregrin. de immunit. cap. 4. num. 64. Diana p. 4. tract. 1. resolut. 37.* Non videntur gaudere immunitate, & privilegiis asyli, quia eadem videtur ratio de illis, ac de oratoriis, hæc autem, nisi erecta sint Episcopi authoritate, privilegio immunitatis non gaudent, ut sacræ congregationes suprà relatæ 17. Novembris 1617. & 9. Decembris 1631. apud *Barbosam proxime in collectaneis Bullarum verbo Immunitas*, declararunt.

Farinac. P. Sanchez P. Suar. P. Fagund. P. Palaus Diana P. Laymañ. Peregrin. Persicus

Aponte Vivius Novari. Riccius Peregrin. Diana

697 Extendenda est hæc doctrina ad monasteria Religiosorum quoad totam clausuram, idest, claustrum, dormitorium, hortum, domos familiarium, & stabula animalium, hæc enim omnia Ecclesiæ adhærent Cap. *Si quis contumax.*

Cap. *Frater*, Cap. *Si quis in atrio* Cap. *Miror* 17. q. 4. Cap. 2. *de consuetudine*, Et ita habetur expressè L. *Pateant. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.* Ibi: *Quidquid fuerit intrajacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, atque porticibus confugas interioris templi jure tueantur.* Et ita docent *Sanchez de matrimon. lib. 9. disp. 15. num. 42. Palaus cit. num. 18. Lezana verbo Immunitas num. 2.* cum *Barbosa, Gambacurta*, & aliis pluribus, *Dian. 6. p. tract. 1. resol. 6.* cum *Farinacio Bonacina, Torre, Correa, & Villalobos.*

P. Sanchez P. Palaus Lezana Barbosa Gambacur. Diana Farinac. Bonac. Torre. Correa Villalob.

698 De villis, quas Religiosi habent recreationis causa; item de eorum grangiis aliqui dubitabant, & expresse illis immunitatem negat *Trullenk lib. 1. Decalogi cap. dub. 1. num. 6.* Ejus fundamentum est, quia privilegium immunitatis Ecclesiæ solùm extenditur ad ea, quæ Ecclesiis adhærent; Hujusmodi autem villæ Ecclesiis non adhærent. Probabilius tamen videtur hujusmodi villas gaudere immunitate, quia sunt hospitia Religiosorum, & veluti partes, ac membra monasteriorum, quæ ab ipsis reguntur, & eis sunt subjecta. Ita *Lezana verbo Immunitas num. 3. Villalobos in summa tom. 2. tract. 39. diffic. 5. num. 6. Rodriguez q. 75. art. 2. Diana proximè* cum *Peregrino*, & aliis. Fateor tamen (quidquid sit de maiore probabilitate hujus opinionis) opinionem contrariam *Trullenk* esse probabilem, ac proinde, qui extraheret reum ab hujusmodi grangiis, seu villis non esse judicandum incurrisse casum reservatum; sed posset Confessarius inferior eum absolvere, siquidem pro sua jurisdictione habet opinionem probabilem.

Lezana Villalob. Rodrig. Diana Peregrin.

699 Nomine monasteriorum etiam veniunt domus seminarii: domus puellarum, domus orphanorum, & domus Clericorum in communi viventium autoritate Episcopi fundatæ. Ita *Diana proxime resol. 1. fine.*

§. 8.

Quid de extrahente à palatiis Episcoporum?

700 *Palatia Episcoporum non gaudere immunitate docent aliqui,*

701 *Sed probabilior est contraria sententia.*

702 *Quod etiam tenendum est, quamvis Episcopus ibi non moretur, sed visitet diæcesim.*

703 *Idem dicendum de palatiis Episcoporum titularium tantùm:*

804 *Contraria opinio habet sufficientem probabilitatem, ut excuset à reservatione.*

705 *Post mortem Episcopi sede vacante probabile est palatium illius non gaudere immunitate.*

700 **S**Eptimò quæritur, An reservationem incurrat, qui reum extraxit à palatio Episcopi? Non gaudere immunitate Episcoporum palatia sentiunt *Bobadilla in Politica tom. 1. lib. 1. cap. 14. num. 85. Ambrosinus de Immunitat cap. 10. num. 7. Bonacin. de legibus disp. 3. §. 2. num. 8. Eliseus in pugna Doctorum cap. 2. de Immunitate Ecclesiastica num. 1. Sarpus de jure asylorum cap. 4. fol. 41.* qui saltem id asserunt de palatiis Episcoporum, in quibus non sit oratorium, in quo Missa celebretur.

Bobadil. Bonac. Ambrosin. Eliseus. Sarpus

701 Probabilius tamen dicendum videtur palatia Episcoporum gaudere immunitate Cap. *Id constituimus* 17. q. 4. Ibi: *Ab Ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat.* Et hic canon fuit desumptus ex Concilio Aurelianensi celebrato anno 115. Et notandum est primò textum loqui absolutè sine ulla distinctione, unde comprehendere quæcumque Episcopi palatia, sive intra 40. passus Ecclesiæ sita sint, sive extra; sive habeant oratorium, sive non habeant, non enim id privilegium conceditur palatiis Episcoporum propter oratorium, sed propter dignitatem episcopalem, & ejus decorem, ut contra Doctores partis contrariæ asserunt hujus assertores *Abbas, Archidiaconus, Ioannes Andreas, Zavarela*, & alii; quos citat, & sequitur *Farinacius de Immunitate cap. 17. num. 273.* quibus accedunt *Palaus tom. 2. tract. 11. disp. unica puncto 6. num. 22. Diana 6. p. tract. 1. resol. 4. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto. lib. 4. cap. 4. num. 60. Persicus de officio Sacerdotis lib. 1. cap. 9. dub. 11. n. 97. Giurba cons. 10. num. 13. Ciarlinius controversiar. forensium, lib. 1. cap. 116. num. 14.*

Abbas Archidiac. Ioan. And. Zavarela Farinac. P. Palaus Diana P. Fagund. Persicus Giurba Ciarlini.

702 Quid, si Episcopus in palatio non moretur, sed in visitatione per suam diæcesim discurrat? Tunc non gaudere ejus palatium privilegio asyli existimat Pere-

Peregrin. *Peregrinus de immunitate cap. 4. num. 79.* Sed non rectè, quia, ut notavi, textus in Cap. *Id constituimus* loquitur absolutè absque ulla distinctione, & hoc privilegium immunitatis, cum sit in favorem Ecclesiæ, est amplissimè interpretandum. Ita *Italia lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 4. & 13. Canisius in lib. 3. Decretalium tit. 49. Sylvest. verbo Immunitas 31. num. 1. Lezana verbo Immunitas num. 2.*

Italia *Canisius* *Sylvester.* *Lezana*

703 Quid, si Episcopus solùm sit titularis? Non gaudere ejus palatium immunitate existimat *Ciarlinius cit. cap. 10. num. 10.* & alii apud *Dian. 6. p. tract. 1. resol. 5.* quia textus in Cap. *Id constituimus* cum loquitur de Ecclesia, videtur loqui de ejus Episcopo, & non de Episcopo alieno. Sed contrarium videtur probabilius, quia dictus textus in Cap. *Id constituimus* videtur loqui absolutè. Ibi: *Ab Ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi,* & ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus. L. *de pretio ff. de Publiciana in rem actione.* L. *Distinguemus ff. de receptis arbitris* L. *Preces ff. officio Præsidis;* Accedit, quòd, ut dixi, istud privilegium immunitatis est latissimè ampliandum, ut docent *Bonacin. tom. 1. disp. 3. q. 7. puncto 4. num. 5. Gratianus tom. 2. cap. 340. num. 21. Dicianus consil. 90. n. 19. & 21. Amborosin. de immunitate cap. 10. num. 7. Gambacurta de immunitate lib. 3. cap. 4. num. 7. Farinacius in appendice de immunitate cap. 2. num. 21.* Prætereà, quia, ut suprà notavi, hoc privilegium immunitatis concessum est palatiis Episcoporum ob eorum decorem, ac fulgentem dignitatem, hanc autem eminent etiam Episcopi titulares Cap. *Legimus dist. 83.* Quod latè & eruditè prosequitur *Cellotius de Hierarchia lib. 4. cap. 18. §. 3.*

Ciarlin. *Bonacina* *Gratianus* *Decianus* *Ambrosin.* *Gambac.* *Farinac.* *Cellotius*

704 An autem opinio contraria sit sufficienter probabilis, ut excuset à reservatione? videtur esse probabilis, quia textus in Cap. *Id constituimus* videtur loqui de Episcopo Ecclesiæ respectivè ad illam. Quod, non obstante majore probabilitate contraria, aliqualem habet probabilitatem sufficientem, ut Confessarius ordinarius non spolietur sua jurisdictione.

705 Quid dicendum de palatio Episcopi post ejus mortem tempore sedis Vacantis? Respondeo probabile esse non gaudere immunitate, quia tunc tale palatium non habet Episcopum; textus verò in Cap. *Id constituimus* loquitur de domo, seu palatio Episcopi; Scio contrarium etiam esse probabile, & fortassis probabilius, quia tale palatium re vera est Episcoporum illius diœcæsis, & ejus mitræ; sed cum contrarium, ut dixi, sit probabile, excusat à reservatione; quod in præsenti est nostrum institutum.

§. 9.

Quid de extrahente reum à palatiis eminentissimorum Cardinalium?

706 *Aliqui tenent palatia Cardinalium non gaudere immunitate; idque per revocationem factam à Gregorio XIII.*

707 *Sed hæc revocatio solùm habet locum intra Urbem, non verò extra.*

706 Octavò quæritur, An reservationem incurrat, qui reum extraxit à palatio eminentissimorum Cardinalium? Aliqui putant hujusmodi palatia non gaudere immunitate. Ita *Eduar. in com. Bullæ cœnæ lib. 2. Can. 15. q. 16. num. 12. Castr. Palaus tom. 2. q. unicâ de immunit. Eccles. p. 6. n. 23. Zechius de rep. Christ. tit. 3. de Cardin. num. 9. privil. 9.* qui licet referant privilegium Cardinalium concessum eorum palatiis, dicunt id esse revocatum per Bullam Gregorii XIII. & Xixti V.

Eduard. *P. Palaus* *Zechius*

707 Sed re vera hæc revocatio solùm habet locũ intra urbem, nõ verò extra, ut patet ex tenore ipsius revocationis. Nec credibile est, quod hoc privilegio gaudeant palatia Episcoporum ob suam dignitatem, & præeminentiam, non verò palatia Cardinalium. Et ita docent. *Anton. de Marines, in suis quotidianis resolutionibus cap. 180. num. 12. Marius. Ital. cap. 4. §. 9. n. 21. & 23. Barbos. de jure Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 80. Iacobatius de consil. lib. 1. fol. 38. col. 1. lit. A. Tuscus verbo immunitas conclus. 100. num. 53. Cum de Instit. Canonicâ lib. 2. tit. 4. num. 91. Sanchez in consil. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub 7. num. 2. Manferd. tract. de Cardinalibus decis. 147. & cap. 8. privil. 14. Dian. 1. p. tr. 1. resol. 37. & 4. p. tract. 1. resol. 40. vers. Sed his non obstantibus, & 5. p. tract. 2. de potest. & privil. Cardinal. resol. 34.*

Marines. *Marius* *Italia* *Barbos.* *Iacobacius* *Tuscus* *P. Sanchez* *Manfred.* *Diana*

 §. 10.

§. 10.

Quid de extrahente à domibus Ecclesiæ?

708 *Plures existimant domus Ecclesiæ etiam extructas circa ambitum non gaudere immunitate.*

709 *Probabilior est contraria resolutio.*

710 *Quod etiam tenendum est, licèt laicis sint locatæ.*

711 *Quid? si sint concessæ laicis ad emphyteusim.*

712 *Non videtur improbabile etiam tunc gaudere immunitate.*

713 *Qui verò extraxerit reum ab illis, potest absolvi à Confessario ordinario propter probabilitatem opinionis contrariæ?*

708 NOnò *quæritur*; An reservationem incurrat, qui reum extraxit à domibus Parochorum, aut à domibus canonicorum aut à domibus aliorum Ecclesiasticorum constructis intra triginta, vel quadraginta passus circa ambitum Ecclesiæ juxta ea, quæ superius diximus? Plures affirmant has domos non gaudere immunitate. Ita *Peregrin. de Immunit. cap. 4. num. 27. Farinac. in appendi cap. 16. n. 260. Marius Ital. lib. 1. cap. 4. §. 6. num. 6.* & *Villalobos in sum. tom. 2. tract. 39. diffic. 5. num. 3.* quia id putant consuetudine abrogatum, quod saltem videtur tenendum quoad ambitum Ecclesiarum, quæ sunt intra civitatem.

Peregrin. *Francus Italia* *Villalob.*

709 Sed probabilius dicendum existimo quoad spatium, quod platearum est, non quoad prædictas domos, quæ sunt constructæ intra tale spatium. Et ita cum pluribus docet *Cartarius decisione criminali 46. num. 21. Giurba consil. 10. post. num. 11. Villagut. de extensione legum cit. de extensione immunitatis Ecclesiasticæ num. 86. Fagund.* cum pluribus 2. *Ecclesiæ precepto lib. 4. cap. 4. num. 4. num. 60. Diana 6. p. tract. 1. resol. 2. vers. Recte etiam*, & *3. p. tract. 1. resol. 71.*

Cartarius *Giurba* *Villagut.* *P. Fagund.* *Diana*

710 Utrùm autem id habeat verum, etiam quando prædictæ domus sunt laicis locatæ? Negat *Nald. in summa verbo Ecclesia num. 7.* Sed probabilior videtur resolutio affirmativa, quam tenent *Decian. cit. lib. 6. cap. 25. num. 16. Ambrosin. proxime cap 10. num. 8. Bonacin. cit. q. 3. puncto 16. §. 4. num. 7. Dian. locis cit.* quia hoc privilegium immunitatis est late interpretandum. Et ita practicatum fuisse Mediolani anno 1593. testatur *Diana cit.*

Naldus *Decian.* *Ambrosin.* *Bonac.* *Diana*

711 Quid, si prædictæ domus sint laicis concessæ ad emphyteusim? Tunc non gaudere immunitate existimat *Ioan. Maria, Novarius in summa Bullar. tit. de immunit. num. 25.* quia tunc hæ domus solùm sunt in domino directo, non in domino utili Ecclsiæ.

Ioã. Maria. *Novarius.*

712 Sed non videtur improbabilis resolutio affirmativa; quia jura in materia immunitatis loquuntur absolutè, & non faciunt talem distinctionem de dominio utili, & de dominio directo, & ut sæpe dixi, ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus: & lex generaliter prolata, est generaliter intelligenda *L. in fraudem §. ultimo de testament. militis*, maximè quando dispositio juris est favorabilis, & concessa in favorem Ecclesiæ, ut suprà notavi. Accedit quòd emphyteusis non differt à locatione, nisi solo tempore, ut bene advertit *Layman lib. 3. tract. 4. cap. 22. num. 1.* Ex dictis autem constat domum Ecclesiæ locatam laicis gaudere immunitate. Ultimò quia bona Ecclesiæ, tametsi concessa laicis ad emphyteusim, adhuc absolutè dicuntur esse Ecclesiæ, & gaudere privilegio fori, ut decidit sacra Rota die 28. Maii 1631.

P. Laymã.

713 Dixi hanc sententiam non esse improbabilem; quia contraria etiam probabilis videtur. Unde existimo Confessarium posse audire pœnitentem accusantem se de hujusmodi extractione, & illum absolvere, siquidem habet pro se opinionem probabilem.

§. 11.

Quid de extrahente reum, qui adhæsit Sacerdoti portanti Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum?

714 *Non gaudere jure asyli Sacerdotem, qui per plateam portat sanctissimam Eucharistiam tenens nonnulli.*

715 *Oppositum videtur probabilius.*

716 *Domus infirmi communicaturi videtur gaudere immunitate, quandiu in illa*

illa est Eucharistia.

717 *Reus se immiscens comitantibus Eucharistiam gaudet immunitate.*

718 *Idem dicendum, si se immisceat processioni, in qua Sacerdos portat reliquiam, aut imaginem alicujus Sancti.*

719 *Quid, si reus adhæreat Sacerdoti, ademque confugiat?*

720 *Personæ Cardinalium gaudent privilegio immunitatis.*

714 **D**ecimò *quæritur*: Utrùm reservationem incurrat, qui delinquentem extraxit à Sacerdote, qui per plateam portabat Sanctissimam Eucharistiam, ad quem ipse delinquens confugit, & illi adhæsit? Negant in hoc eventu dari privilegium Asyli *Glossa in* Cap. *Quæsitum* 13. *q.* 2. *Covarruvias lib.* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 6. *Bonacin. de legibus disp.* 3. *q.* 7. §. 2. *num.* 10. quia iste deliquens non confugit ad Ecclesiam, & in iure prædictus Sacerdos incedens per plateam non venit nomine Ecclesiæ.

Glossa
Covar.
Bonac.

715 Sed oppositum videtur probabilius, quia, licèt non sit expressum in jure, ratio, & pietas exigit, ut id concedatur corpori Christi, & ubi est ratio maior, ibi & jus majus. Et mulier tangens fimbriam Christi Domini sanata est, *Matth.* 9. Nec tamen sic salvatur damnatus ad mortem recipiens corpus Christi, & ratio assignari solet à juris peritis apud *Sylvestr. verbo Immunitas* 3. *num.* 1. quia ad Ecclesiam fugiens venit ad eam liber, ideoque debet in ea libertate defendi: corpus verò Christi, cum datur ei, qui est in carcere, non invenit libertatem. Quod si hæc ratio non placet, dic ita esse de consuetudine, & quia aliter non dabitur corpus Christi. Ita *Bobadilla in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 86. Qui in *Glossa lit. G.* citat pro hac sententia triginta Doctores; quibus accedunt *Tanner.* 2. 2. *disp.* 5. *q.* 5. *dub.* 1. *num.* 14. *Miranda in ordine judiciar. tom.* 1. *q.* 15. *a* 4. *conclus.* 2. *Fagund.* cum pluribus 1. *Ecclesiæ præcepto lib.* 4. *num.* 54. *Lezana verbo Immunitas num.* 2. cum *Bauconio, Sylvestr. Suar. Layman, & Navar. Cenedo in quæstionibus Canonicis q.* 42. *n.* 11. *Diana* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 28. cum *Megal. Amborsini Rodrig. Ioan. de Hevia, Raphaële dela Torre, Angel. Graff.* Secus dici solet, si reus confugiat ad Sacerdotem, qui per plateam portat infirmo sanctam unctionem, ut notat *Riccius p.* 3. *decis.* 88. *num.* 5.

Matth.
Sylvest.
Bobadil.
P. Täner.
Miranda
P. Fagudn.
Lezana
Baucon.
Sylvester
P. Suar.
P. Laymã.
Navar.
Cenedus
Diana
Megala
Ambrosin.
Rodrig.
Hevia
Turris
Angel.
Graffis.
Ricius

716 Quid tamen dicendum, si reus non potuit tangere Sacerdotem, qui portabat Eucharistiam, sed solum potuit intrare cubiculum infirmi, qui erat communicaturus; ubi Sacerdos cum Sanctissimo Sacramento existebat; *Bonacin. cit. num.* 11. dicit hunc delinquentem non gaudere immunitate; sed oppositum videtur probabilius, quia Eucharistia est præsens illi cubiculo, & immunitas videtur extendi ad præsentiam Sanctissimæ Eucharistiæ. Et ita docet *Suar. tom.* 1. *de Relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 10.

Bonac.
P. Suar.

717 Quid, si reus personis se immisceat, quæ per plateas Sanctissimum Sacramentum associant? Respondeo gaudere immunitate, quia hæ personæ in hoc stipatu cum Sacerdote portante Eucharistiam repræsentant unam Ecclesiam. Ita *Peregrinus de Immunit. cap.* 4. *num.* 19. *Italia de Immunit. lib.* 1. *cap.* 4. §. 10. *num.* 8. *Diana* 1. *p. tract.* 1. *resolut.* 28.

Peregrin.
Italia
Diana

718 Quid, si se immisceat alicui processioni, in qua aliquis Sacerdos deferat aliquam reliquiam, aut imaginem Sanctissimæ Virginis, aut alicujus Sancti? Dicendum videtur etiam gaudere immunitate, quia hæ personæ cum Sacerdote portante talem Reliquiam, vel imaginem, repræsentant Ecclesiam talis Sancti; Ecclesia autem fundata sub nomine alicujus Sancti habet eandem immunitatem, quam habet Ecclesia fundata nomine ipsius Christi, ut probat *Gambacurta lib.* 3. *de Immunit. cap.* 4. *num.* 14. Et ita docet *Ludovicus Correa in relectione ad* Cap. *Inter alia de Immunit. p.* 2. *num.* 25.

Gambac.
Correa

719 Quid, si delinquens soli Sacerdoti adhæreat, ad eumque confugiat? Etiam tunc gaudere immunitate contendit *Ludovicus Correa* loco citato. Sed hoc non est in usu, & à fortiori sequitur ex dictis.

720 De confugiente ad Cardinalem est alia ratio, dicuntur enim Cardinales habere hoc privilegium, & id eorum eminentissimæ dignitati concedi testantur *Barbosa* cum pluribus *de jure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 61. *Cermonius de sacra immunitate lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 12. *Danza in pugna Doctorum de qualitate*

Barbosa
Germon.
Danza

tate officialium cap. 1. num. 16. *Albanus de Cardinalibus q.* 47. *Baldus in L. Additos C. de Appellationibus*, ubi dicit Cardinalibus id concedi ex consuetudine, *Dian.* 5. *p. tract.* 2. *resol.* 29. Et id probant hi Doctores exemplo Flaminum, Dialium, & Virginum Vestalium apud Romanos, quibus adhærens reus immunitate gaudebat, ut scribit *Gellius lib.* 10. *cap.* 15. Et de Cardinali Ximeno Archiepiscopo Toletano referunt *Gomez de rebus gestis Ximenii lib.* 3. *& Ronsellius in historia Pontificii juris lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 18. cum audiret strepitum trahentium reum ad patibulum, jussisse illũ solvi, dicendo id permitti suæ dignitati. Albanus Baldus Diana

§. 12.

Qui delinquentes immunitate gaudeant?

721 *Nemo privatur immunitate per canonem aliquem.*
722 *An infideles gaudeant immunitate? Sententia negans.*
723 *Referuntur Authores hujus sententiæ.*
724 *Præfertur sententia docens etiam infideles gaudere immunitate.*
725 *Solvuntur duo prima argumenta opinionis contrariæ.*
726 *Solvitur tertium argumentum.*
727 *Videtur non incurrere reservationem extrahens infidelem propter probabilitatem* 1. *sententiæ.*

721 QUod attinet ad secundum, qui scilicet delinquentes gaudeant immunitate? Respondeo neque in Bulla Gregorii XIV. de immunitate, neque in Cap. *Inter alia de immunitate Ecclesiarum*, neque in ullo alio canone ullam personam excipi; unde cum hoc privilegium sit fovorabile ad omnes personas debet extendi.

722 Utrùm autem extendatur non solùm ad omnes fideles, sed etiam in fideles, Paganos, Sarracenos, & Judæos, si hi ad Ecclesiam, ut ad asylum confugiant? Duæ sunt opiniones. *Prima*, & quidem probabilis, tenet hujusmodi infideles non gaudere immunitate, nisi fortè animo vero, & non simulato postulent baptismum. *Probatur primò* ex L. 1. *C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*, ubi id habetur expressè. *Secundò ex nostris regiis Ordinationibus Lusitanis lib.* 2. *tit.* 5. §. 1. Ibi, *Ese algum Iudeu, ou Mouro, ou outro infiel fugir pera Igreja, acontendose a ella, nam será por ella defendido, nem gozará de sua immunidade, porque a Igreja nam defende os que nam vivem debaixo de sua lei, nem obedecem a seus preceitos* Neque dicas has leges, ut pote civiles, esse revocatas per leges canonicas in Cap. *Inter alia de immunitate Ecclesiarum.* Nam immunitas, quæ in dicto Cap. *Inter alia* conceditur, non est contraria traditionibus legum civilium, sed illis conformis, ut declaratur in eodem Cap. *Inter alia.* Ibi: *Iuxta Sacrorum statuta canonum, & traditiones legum civilium, ita dicimus distinguendum. Ultimò hæc sententia probatur*, quia qui Fide carent, indigni sunt qui ab Ecclesia defendantur.

723 Quare hanc sententiam tenent *Farinacius de immunit. cap.* 5. *num.* 79. *P. Suar. tom.* 1. *de Relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. *P. Castro Palao cit. d. unica de immunit. Ecclesiast. puncto* 2. *num.* 8. *P. Layman. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 5. *num.* 12. *P. Fagundez* cum pluribus 2. *Eccles. præcepto lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 49. *Lezana verbo Immunitas num.* 5. cum *Bonacina*, & aliis, *Peregrinus tract. de Immunit. cap.* 12 *num.* 1. *Gambacurta lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 5. *Portel. in dub. regul. verbo Ecclesiæ immunitates num.* 10. qui alios plures allegat. Farinac. P. Suar. P. Palaus P. Fagundez Lezana Bonac. Peregrin. Gambacurt. Portel.

724 *Secunda sententia*, meo judicio probabilior, contendit etiam Judæos, & alios infideles confugientes ad Ecclesiam gaudere ejus immunitate. *Primò*, quia hoc privilegium non est concessum personis, sed loco, & cum sit concessum Ecclesiæ debet latissimè ampliari L. *Sunt personæ ff. de religiosis, & sumptibus funerum. Secundò*, quia jus non distinguit inter confugientes, sive sint fideles, sive infideles: & ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus. L. *Non distinguemus ff. de recept. arbitr.* L. *Præses ff. de offic. Præsidis* L. 2. §. *Convenire ff. de judiciis* L. *Quos prohibet ff. de postulando* L. 1. §. *Generaliter*, ubi *Glos. Verbo In infinitum ff. de legat. præst.* L. *Quamvis ff. de in jus vocando. Tertiò*, quia ita decisum esse à Sacra Congregatione anno 1631. testatur *Barbosa de jure Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. Quare hanc sententiam, præter ipsum *Barbosam*, defendunt *Marius Italia de immunit. lib.* 1. *cap.* 3. *Tiraquelus de jure primogenituræ q.* 66. *num.* Barbosa Italia Tiraquell.

9. Lu-

Correa Gavantus Bartol. Baldus Diana. Zambel. Maranta

9. *Ludovic. Correa in relect. de immunit. p. 2. cap. 3. Gavantus in Enchirid. Episcop. Verbo Immunitas Eccles. num.* 9 Et sanè *Bartol.* in L. *fin. C. de testam.* & in L. *Cunctos populos*, & *Baldus* in L. *Si non specialem C. de testamentis*, quatenus dicunt privilegium, quod non conceditur intuitu personarum, sed loci, ampliari ad omnes personas. Huic tandem sententiæ cum pluribus subscribit *Diana* 1: *tract.* 1. *resol.* 22. Et iterum 5. *p. tract.* 1: *resol.* 2. *vers. Notandum*; & iterum 6. *p. tract.* 1. *resol.* 23. cum *Zambello, Maranta*, & aliis pluribus.

725 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. Ad *primum*, & ad *secundum* deductum ex legibus civilibus dicendum est, esse revocatas per jus Ecclesiasticum in Cap. *Interalia*, & in Constitutione Gregorii XIV. Neque obstat, quòd in Cap. *Inter alia* dicitur ejus decisionem esse juxta traditiones legum Civilium. Nam aliud est loqui de privilegio immunitatis Ecclesiarum quoad substantiam, aliud loqui de eo quoad modum. Privilegium hoc, quoad substantiam, jam erat concessum in jure civili, ac proinde est juxta traditiones legum civilium in L. 1. & L. *Præsenti C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*. Privilegium quoad modum, hoc est, quoad maiorem amplitudinem, non est juxta traditiones legum civilium, imò contra illas; nam leges civiles excipiunt ab immunitate plura delicta, nempe homicidia, adulteros, raptores virginum. *Authentic. de mandatis Principum §. Neque collat* 3. & in Cap. *Inter alia*. Solum duo delicta excipiuntur, nimirum publicus latro, & nocturnus depopulator. Et in Bulla Gregorii excipiuntur septem dumtaxat, inter quæ non numerantur prædicti homicidæ, adulteri, aut raptores Virginum.

725 *Ad tertium* (quatenus dicit infideles, cùm Fide careant, esse indignos, qui defendantur ab Ecclesia) responde non defendi propter eorum dignitatem, sed propter dignitatem Ecclesiæ, ad quam confugiunt.

727 Non nego tamen priorem sententiam esse probabilem, maximè, quia declaratio Congregationis non refertur in forma authentica. Unde juxta talem sententiam, quæ sanè a pluribus Doctoribus, iisque optimis, defenditur, videtur non incurri reservationem.

§. 13.

Quid de Episcopo extrahente clericos ab Ecclesia?

728 *Clerici etiam gaudent immunitate respectu Episcopi.*

729 *Clericus indutus cotta, & stola in comitatu alicujus defuncti etiam gaudet immunitate.*

730 *Proponitur contraria sententia: referuntur illius A. A.*

731 *Argumenta pro hac sententia.*

732 *Juxta hanc sententiam excusatur à reservatione, qui jussu Episcopi Clericum extraxerit.*

733 *Prima sententia præfertur, & stabilitur.*

728 Quæres. An etiam Clerici gaudeant immunitate, ita ut confugientes ad Ecclesiam non possint ab illa extrahi per ministros sui Episcopi? Valde probabile est gaudere immunitate; idque *primò*, quia re vera textus, & jura citata indistinctè defendunt omnes confugientes ad Ecclesiam; & hoc privilegium cum sit favorabile non debet restringi, sed latissimè ampliari, *Secundò*, quia ita declarasse Sacram Congregationem Concilii Tridentini, & Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium refert *Diana* 3. *p. tract.* 1. *resol.* 35. & 6. *p. tract.* 1. *resol.* 26. §. *Quæro* 16. ubi aliam adducit declarationem in una Tropiensi 29. Januarii 1617. & aliam die 17. Augusti 1618. Quare hanc sententiam tenent *Barbosa de jure Ecclesiastico lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 45. Et in *Collectaneis tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 49. *cap.* 6. *num.* 14. *Lotterius de re beneficiaria tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 2. *num.* 13. *Trullenck lib.* 1. *Decalogi cap.* 11. *dub.* 2. *num.* 2: & 3. *Rebuffus tom.* 2. *de Immunit. art.* 1. *glossa* 1. *num.* 24. *Decianus tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 13. & 14. *Farinacius de immunit. cap.* 13. *num.* 169. *Marius Italia lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 17. *Salgado de protectione regia tom.* 2. *p.* 2. *cap.* 4 *num.* 115. *Cenedo in quæstionibus Canonicis q.* 42. *Diana cit. Et* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 42. cum *Romano, Diaz, Zerola, Ambrosino*, & alii.

Diana Barbosa Lotterius P. Trullen. Rebuffus Decian. Farinac. Italia Salgado Cenedo Diana Romanus Diaz Zerola Ambrosin.

729 Et stando hac sententia dicendum videtur Clericum non solùm gaudere immunitate in Ecclesia, ad quam confu-

confugit, sed etiam extra illam, cum indutus cotta, & stola in comitatu alicujus defuncti, præcedente cruce, procedit, ut docet *Cæsar. Lovatellius in Breviario de tortura, inspectione 5. num. 164.* referens decisionem anni 1614. in una Parochi S. Dorotheæ trans Tiberim. Et ratio est, quia Parochus in hoc stipatu repræsentat suã Ecclesiam; & de sæculari, qui se immiscet huic stipatui, diximus suprà gaudere immunitate: ergo idem etiam dicendum de clerico in hac opinione.

Lovatel.

730 Contraria opinio asserens Clericos non gaudere immunitate in ordine ad suos Episcopos, sed posse satellites Episcopi de ipsius mandato illos extrahere ab Ecclesia, stando consuetudine etiam videtur probabilis, & illam docent plures Doctores, quos citant, & sequuntur *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. tract. 2. cap. 10. num. 6. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 11. Lezana verbo Immunitas Ecclesiæ num. 6. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4. num. 52. cum Lopez, Roiz, Paz. Iulio Claro, Remigio, Menochio, Panormitano, Sylvestr Covarruvias. Angelo, & Navarro,* qui dicunt, quidquid sit de jure, clericos de consuetudine non gaudere immunitate.

P. Suar. P. Laymā. P. Fagund. Lezana Lopez Roiz Remig. Clarus Menoch. Panormit. Sylvest. Covar. Angel Navar.

731 Et probatur *primò*, quia non est minor immunitas clerici, quæ illi provenit ex consecratione personæ, quam quæ illi provenit ex loco sacro: sed prima non intelligitur in ordine ad suum judicem Ecclesiasticum: ergo neque secunda. *Secundò*, quia judicium Ecclesiasticum non prohibetur fieri in ipsa Ecclesia: ergo hæc in ordine ad illud non habet immunitatem.

732 Nequè obstant declarationes, & Decisiones supra allatæ, quia procedunt de eo, quod est de jure: non de eo quod est de consuetudine in provinciis, & locis, ubi illa viget. Hæc sententia, cum videatur præse ferre sufficientem probabilitatem, videtur excusare à reservatione, quæ est nostri præsentis instituti, nam, quidquid sit de maiore probabilitate opinionis contrariæ, ut Confessarius ordinarius possit exercere suam jurisdictionem, satis est, quòd pro illa habeat opinionem probabilem.

733 Dixi, (Quidquid sit de maiore probabilitate opinionis contrariæ,) quia re vera contraria opinio est probabilior. Neque obstat *primò*, quod dicitur de privilegio fori, quia in jure Clerici subjiciuntur suis Episcopis Cap. *Continua*; Cap. *Nullus clericus 11. q. 1. Cap. At si clericus de judiciis. cap. 1. & Cap. Si quis contra Clericum*; & Cap. *Cum contingat de foro competenti.* At non est in jure expressum Ecclesiæ immunitatem non extendi ad clericos, imò jus, cùm loquitur de Immunitate Ecclesiæ, loquitur generaliter quoad omnes personas, ut videre est in Cap. *Inter alia de immunitate Ecclesiarum.* Non obstat *secundò*, quod judicium Ecclesiasticum non prohibeatur fieri in ipsa Ecclesia, nam textus, qui prohibent judicium exerceri in Ecclesia expressè loquuntur de sæculari, ut constat ex Cap. 1. *de immunit. Ecclesiar.* & ex Cap. *Cum Ecclesia eadem sit*, Ubi expresè sermo est de judicio sanguinis, quale non est Ecclesiasticum, sed solùm sæculare. Itaque jus prohibens judicium exerceri in Ecclesia loquitur cum limitatione de solo judicio sæculari: at, cum loquitur de immunitate Ecclesiæ, loquitur generaliter quoad omnes personas: unde dicendum est etiam ad clericos extendi.

§. 14.

Quid de Religioso extracto per suum Prælatum, Et quid de servo per suum Dominum?

734 *Quid dicendum de religioso confugiente ad Ecclesiam exemptam à suo prælato?*

735 *Religiosus non gaudet immunitate respectu monasterii, in quo existit.*

736 *Servus fugiens ad Ecclesiam, ut liberetur à servitute tantum, tradendus est domino.*

737 *Si fugiat ob metum gravem domini, non illi est tradendus, nisi, ĩurata à domino servi impunitate.*

734 MAius dubium est de Religiosis: Utrùm scilicet confugientes ad Ecclesiam gaudeant immunitate, ita ut non possint ab illa extrahi per suos Prælatos? Non est dubium posse, cùm Prælati agant cum illis paternè titulo correctionis fraternæ. Quæstio solùm procedit, cum agunt juridicè; & potest procedere *primò*, cùm Religiosi confugiunt ad alias Ecclesias exemptas à suis Prælatis, ut cum v. g. Cisterciensis confugit ad monasterium D. Fran-

Francisci. Et in his terminis seclusis privilegiis, quæ Religiones possunt habere contra suos fugitivos, dicendum est de illis id, quod diximus de clericis, nimirum probabile esse non gaudere Immunitate, & ita docent *P. Suar. & P. Fagundez locis proximè citatis* quibus accedit *Peregrinus tract. de immunitate cap.* 12. *n.* 16. & in hac opinione dicendum est Prælatos extrahentes suos Religiosos non incurrere ullam reservationem, aut peccatum. Deinde oppositum esse probabilius, videlicet etiam Religiosos gaudere immunitate, quia privilegium immunitatis est generale, ac proinde comprehendit omnes personas: proindeque illos extrahentes peccare, & delinquere contra Ecclesiarum immunitatem asserunt cum pluribus *Cenedo in quæstionibus Canonicis q.* 42. *Gambacurta lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 10. & alii apud *Dian.* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 25. *Duardus in Bulla Cœnæ lib.* 2. *canon.* 15. *q.* 16. *num.* 15. *Bobadilla in Politica tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 57. cum *Rebuffo, & Deciano, Farinacio de immunitate cap.* 13. *num.* 69. *Italia de immunit. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *tit.* 17. *vers. Ex his ergo.*

P. Suar. P. Fagũd. Peregrin. Cenedo Gambacur. Diana Duard. Bobadil. Rebuffus Decian. Farinac. Italia

735 *Secundò* potest quæstio procedere respectu proprii monasterii; An scilicet Religiosus in eo existens gaudeat immunitate respectu sui Prælati? Et in his terminis indubitata videtur resolutio negativa, quia aliàs destrueretur disciplina regularis, non enim possent Prælati punire juridicè, & detrudere in carcerem suos Religiosos delinquentes in propriis monasteriis Et sanè quidquid sit de jure) id communi consuetudine observatur, ut bene notant *Diana cit. ii.* cum pluribus, *Suar. & Fagund. proximè Sylvester verbo Immunitas* 3. *num.* 2. *Peregrinus de immunit. cap.* 12. *num.* 3. *dub.* 3. *Trullenk lib.* 1. *Decalogi dub.* 2. *n.* 2.

Diana P. Suar. P. Fagũd. Sylvester Peregrin. P. Trullẽk

736 Quid autem dicendum de domino extrahente servum ab Ecclesia? Respondeo cum distinctione. Nam aut servus confugit, ut liberetur à servitute domini, idque solùm occasione Religionis, & privilegio Ecclesiæ, & in his circunstantiis est domino tradendus, nec ei immunitas suffragatur Cap. *Id constituimus*; Ibi; Occasione namque Religionis servus dominum suum contemneret, & ejus ministerium destruere non debet. Item Cap. *Metuentes* 17. *q.* 4. L. *Si servus C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.* Idem habetur in nostris Ordinationibus Lusitanis *lib.* 2. *tit.* 5. §. 6. Imò docens servum sic occasione religionis dominum suum contemnere, excommunicatur Cap. *Si quis servum alienum* 17. *q.* 4.

737 Aut servus confugit ob justum metum domini sui, & tunc non debet tradi domino, nisi is primus juret de ejus impunitate Cap. *Inter alia de immunitate Ecclesiarum.* Quid, si servus nolit redire ad dominum? Respondeo debere tradi, vel invitum. Cap. *Metuentes*, & Cap. *Id constituimus* 17. *q.* 4. L. *servus C. de his, qui ad Eccles. confugiunt.*

§. 15.

An interdicti, & excommunicati gaudeant immunitate?

738 *Negant aliqui interdictos, & excommunicatos gaudere immunitate.*
739 *Alii probabilius affirmant.*
740 *Solvuntur duo fundamenta contraria*
741 *Extendenda est hæc immunitas ad excommunicatum declaratum.*
742 *Probabilitas* 1. *sententiæ sufficit, ut extrahens excusetur à reservatione.*

738 **V***Ltimò dubitari potest* de Excommunicatis, & interdictis: An gaudeant immunitate? Aliqui negant. *Primò*, quia non potest ei prodesse Ecclesiæ ingressus, qui delinquit in illo: at verò interdictus ingrediens Ecclesiam contra ipsius prohibitionẽ Ecclesiæ delinquit. Maior habetur in textu Cap. *Quia frustra de usuris. Secundò*; quia neque mortuum recipit pia mater Ecclesia, imò illi denegat sepulturam: ergo minus tutabitur vivum.

739 Alii, & quidem probabiliùs, contendunt interdictos, & excommunicatos gaudere immunitate, quia privilegium immunitatis est amplissimum, & prædicti excommunicati, ac interdicti non inveniuntur excepti in aliquo jure: Ita *Suar. cit. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. *Fagund. proxime num.* 1. *Lezana verbo Immunit. num.* 5. *Farinac. de immunit. cap.* 2. *num.* 44. *Ambrosin. cap.* 8. *num.* 22. *Diana* 6. *p. tract.* 1. *resol.* 26.

P. Suar. P. Fagund. Lezana Farinac. Ambrosin. Diana

740 Neque obstant; quæ asseruntur pro parte contraria. *Ad primum* enim occurrendum est excommunicatum, & inter-

interdictum prohiberi ab ingressu Ecclesiæ quoad effectum assistendi officiis Divinis, non quoad effectum confugiendi ad illum. *Ad secundum* respondetur in jure inveniri prohibitam sepulturam, non verò confugium ad Ecclesiam, ut ad asylum.

741 Extendenda est hæc doctrina ob eandem rationem etiam ad excommunicatum declaratum, ut notant Doctores citati, quibus adde *Sylvest. verbo Immunit. 3. num. 2. Perigrinus de immunitate cap. 12. num. 2. Navar. in Manuali cap. 25. num. 19. Covarruvias lib. 2. variar. cap. 21. num. 51. Diana* proximè cum *Carthario, Francisco Montia*, & aliis.

Sylvest. Peregrin. Navar. Covar. Diana Carthar. Montia

742 Utrùm autem, non obstante maiore probabilitate hujus secundæ sententiæ, prima sufficienter probabilis sit, ut excuset à reservatione? Existimo esse propter secundum fundamentum, quia ex eo, quod Ecclesia non tuetur mortuum, sufficienter videtur nolle tutari vivum.

§. 16.

In quibus casibus Ecclesiæ immunitate gaudeant?

743 *Quæ delicta non gaudeant immunitate ex Bulla Gregorrii XIV*

744 *Ubi hæc Bulla recepta est, tenent multi derogare Iuri communi.*

745 *Probabile est, neque ubi recepta est juri communi derogare.*

743 QUod attinet ad tertium, videlicet erga quæ delicta Ecclesia sit asylum? Respondetur in Bulla Gregorii XIV. de qua supra, quæ incipit: *Cum aliàs nonnulli* prima Julii anno 1591. solùm excipi septem casus. Primus est hæresis. Secundus homicidium, vel mutilatio in Ecclesia, aut Cæmeterio. Tertius homicidium proditorium. Quartus assassinium. Quintus crimen læsæ majestatis in personam Principis. Sextus latrocinium publicum, & grassatio viarum. Septimus agrorum depopulatio. Unde ubi hæc Bulla fuit publicata his septem casibus duntaxat exceptis, omnes alii, tametsi enormissimi, gaudebunt immunitate. Dixi (ubi hæc Bulla fuit publicata, & recepta) quia it non est in Hispania, neque in Lusitania, ut cum *Portel, Diana Fagund.* suprà notavi.

744 Utrùm autem, ubi publicata, & re verâ recepta est, deroget juri communi, & ejus sit correctoria? Affirmant plures doctores adherentes hanc Bullam Gregorii reducere ad formam jus commune, extendendo immunitatem ad omnia delicta, exceptis septem prædictis casibus, & id probant ex particula taxativa, *tantùm*, quæ in Bulla apponitur, & cum sit taxativa, firmat regulam in non exceptis L. *Nam quod liquide. §. finali.* & impedit extensionem ad non expressa L. *Properandum §. 1. C. de judiciis L. Si cum exceptio. §. Quod si homo ff. de eo quod metus causa*, & adjuncta orationi affirmativæ excludit, & negat omne id, quod est extra modum, & formam ejus, quod ponitur L. *Iulianus*, & L. *Non tantum ff. de petitione hereditatis.* Et quando ponitur per modum formæ, nec additionem, nec diminutionem admittit L. 1. §. *Opus novum, ff. de novi operis nunciatione*, & ita terminis, & casu proposito sentiunt *Filliucius tom. 1. tract. 15. cap. 6. num. 153. Duardus in Bulla Cœnæ lib. 2. canone 15. q. 16. num. 17. Thuseus verbo Ecclesia conclus. 1. num 9. Giurba consil. 20. à n. 3. & consil. 70. num. 2. & 13. & consil. 100. num. 18. Homobonus in examine p. 2. tract. 11. cap. 1. q. 20. suppositione 3. Diana 1. p. tract. 1. resol. 1. cum Capoblanca, Gratiano Megala, Aponte, Villabobos Riccio,* & alii pluribus, & *5. p. tract. 1. resol. 2.* cum aliis pluribus; & plenius *6. p. tract. 1. resol. 25. Lezana verbo immunitas n. 11.*

P. Filliuc. Duardus Thuseus Giurba Homob. Diana Capoblanca Gratian. Megala Aponte Villalob. Riccius Lezana

745 Hoc sane probabilius est, sed etiam videtur probabile hanc bullá Gregorii, neque ubi publicata, & recepta est derogare juri communi, cùm de illo non faciat mentionem, ut tenent *Gambacurt. lib. 5. cap. 8. Zerola in praxi Episcopor. p. 1. verbo Immunitas n. 7. Guttierres practicar quæstionum lib. 3. q. 1. n. 36.* & alii, quod maximè notandũ est in ordine ad excusãdũ à reservatione.

Gambacur. Zerola Guttier.

(✠)

§. 17.

§. 17.

Utrùm aliqua alia delicta præter septem annumerata a Gregorio priventur immunitate?

746 *Utrùm præter casus annumeratos in Bulla Greg. XIV. dentur alii, qui immunitate non gaudeant?*

747 *Probabile est delicta illa, quæ in Ecclesia contra ipsa fiunt, non gaudere immunitate.*

748 *Explicatur Declaratio sacræ congregationis, quæ contra traditam doctrinam videtur facere.*

749 *Probabilius est stando Bulla Greg. XIV. nulla alia delicta præter septem privari immunitate.*

750 *Affirmant nonnulli percussorem clerici privari immunitate.*

751 *Sed non est improbabile eâ privari: unde extrahens absolvi potest à confessario inferiori.*

752 *Probabile est occidentē in duello privari immunitate.*

753 *Probabilius est illa gaudere. Potest tamen extrahens absolvi ab inferiori confessario propter probabilitatem 1. sententiæ.*

754 *Gaudere immunitate raptorem virginis, aut defloratorem monialis existimant aliqui.*

755 *Raptori Virginis expressè conceditur immunitas in C. de raptorib. Qui verò defloratorem monialis extraheret, excusaretur à reservatione.*

756 *Quid dicendum de violatoribus ipsius immunitatis?*

757 *Probabiliùs est affirmandum eos quoad alia delicta gaudere immunitate.*

758 *Plures opinantur blasphemos non hæreticales gaudere immunitate præscindendo à Bulla Gregorii XIV.*

759 *Valde probabile est, præcisa Bulla Greg. blasphemos non gaudere immunitate.*

760 *De simoniacis putant aliqui non gaudere immunitate.*

761 *Contrarium est probabilius.*

762 *Adulteri gaudent immunitate.*

763 *Sodomitis concedi immunitatem negant nonnulli in iis præcipuè delictis, quorum cognitio spectat ad Sanctam Inquisitionem.*

764 *Banniti, qui tales sunt pro delictis, quæ non gaudent immunitate, etiam illa non gaudent.*

765 *Si verò proscripti sint pro aliis delictis, quibus immunitas conceditur, illâ gaudent.*

766 *Banniti, qui tales sunt ob delicta non excepta, non possunt extrahi ab Ecclesia.*

746 SUpposito quòd probabile sit Bullam Gregorii non derogare juri communi videndum est: Utrùm, ea non obstante, aliqui alii casus sint præter illos septem annumeratos, qui non gaudeant immunitate?

747 *Et in primis quæritur* Utrùm etiam priventur immunitate delicta, quæ patrantur in Ecclesia? Respondeo probabile esse hæc delicta non gaudere immunitate, quia videntur excepta in jure communi ex ea ratione, quòd par non est, ut immunitate Ecclesiæ fruatur, qui in illam delinquit Cap. *Quia frustra de usuris*, Cap. *Immunitatem de immunitate Ecclesiarum*. Quod intelligendum est de delictis, quæ ex eo, quod committantur in Ecclesia, committuntur contra illam, & contrahunt malitiam sacrilegii, de quibus suo in loco suprà. Item intelligendum est de delictis commissis in Ecclesia ex proposito cum antecedente deliberatione, prout explicatur *in nostris Ordinationibus Lusitanis lib. 2. tit. 5. §. 2.* Ibi: *O que commetteo malificio na Igreja, tendo dantes deliberado pera nella mal fazer, aindaque se acoute à Igreja, não será por ella defendido, nem gozará de sua immunidade.* Et ita cum pluribus docent *Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 6. Suar. tom. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 6.* cùm *Abbate in Cap. ultimo num. 12. de Immunit. Ecclesiar. Navar. in manuali cap. 25. num. 21. Martha de jurisd. p. 2. cap. 51. num. 26. Barbos. in Collectan. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 10. num. 4. Portel in dub. Regularium, verbo Ecclesiæ Immunitas num. 15. Gambacurta lib. 5. cap. 18. P. Tanner. 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. num. 26. Villadiego in Politica cap. 3. num. 206.* P. Layman. P. Suar. Abbas Novar. Martha Barbosa Portel Gambac. P. Tāner. Villadieg.

748 Objicies declarationem sacræ Congregationis immunitatis in una Squillacensi 18. Martii 1631. apud *Barbosam in Collectaneis Bullarum* ubi dicitur, quòd furans in Ecclesia gaudet im-

munitate. Respondeo hoc intelligendum esse de furto casuali, quod non fit ex proposito. Item de furto, quod non fit de loco sacro, sed in loco sacro, hoc enim non videtur contrahere maliciam sacrilegii, ut alibi cum pluribus ostendimus.

749 Dixi hoc esse probabile, quia stando Bulla Gregoriana probabilius est, ut dixi, illam derogare etiam juri canonico communi, ac proinde solùm septem casus in ea numeratos excipi à privilegio immunitatis. unde solùm homicidium, vel mutilationem commissam in Ecclesia, vel Cœmeterio non gaudere Immunitate. Secus dicendum de committentibus in Ecclesia stupra, sodomias, furta, & similia, quantumvis valde enormia, & atrocia. Neque obstat textus in Cap. *Quia frustra*, & in Cap. *Immunitatem*, quia, ut dixi, probabilius est his derogatum esse per Bullam Gregorii, quæ patrocinium, & asylum Ecclesiæ extendit etiam ad omnia alia delicta, illis septem exceptis, non obstante indignate delinquentium propter solam dignitatem Ecclesiæ. Et ita cum pluribus tenent *Peregrinus tract. de immunit. Eccles. cap. 6. num. 23. Riccius p. 5. collect. m. 1792. Bonacin. de Legibus disp. 3. q. 7. §. 4. num. 12. Farinacius de immunit. Ecclesiar. cap. 6. num. 208. & 209. P. Scortia in Bullar. Pontific. epito. 175. theor. 381. Diana p. 1. tr. 1. resol. 2.* cum *Stephano, Gratiano, Megala*, & aliis pluribus.

Peregrin. Riccius Bonac. Farinac. P. Scortia Diana Stephan. Gratian. Megala

750 *Secundò quæritur*: An etiam privetur immunitate percussor clerici? communiter dicitur eâ non privari, quia iste casus non est exceptus in jure; & privilegium immunitatis debet latissimè ampliari, Ita *Suar. cit. cap. 10. num. 3. Alterius de censuris tom. 1. lib. 2. cap. 6. Antonius de Marinis quotidianis resolutionibus cap. 170. num. 14. Sperellus*, cum pluribus *decis. 22. num. 16. Diana 1. p. tract. 1. resol. 39. & 6. p. tract. 1. resol. 26. §. Quæro 6.* qui omnes dicunt hanc doctrinam extendi etiam ad casum, quo occideretur parochus ejusdem Ecclesiæ, dummodo non in illa.

P. Suar. Alterius Marin. Sperellus Diana

751 Sed contrarium non videtur improbabile, quod noto in ordine ad excusandum pœnitentem à reservatione, quia talis clerici percussor delinquit in Ecclesiam, & frustra auxilium invocat, qui committit in Ecclesiam, sicut frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem Cap. *Immunitatem de immunitate Ecclesiarum*, & Cap. *Quia frustra de usuris*. Et sane ita docent *Ioannes Sanchez in selectis disp. 34. num. 52.* & *Ludovicus Correa in relatione de immunit. p. 3. num. 37.* Unde excusarem à reservatione, qui hujusmodi percussorem, vel occisorem clerici extraheret ab Ecclesia.

Ioan. Sanc. Correa

752 *Tertiò quæritur*: An occidens in duello gaudeat immunitate? Probabile est illâ non gaudere, quia Ecclesia non est magis pia in vivum occidentem, quam in mortuum occisum; privat autem sepultura occisum in duello, ut constat ex *Concil. Trid. sess. 25. cap. 19.* Itaquè Ecclesia non admittit, neque tuatur mortuum: ergo neque vivum, & ita docent *Ludovicus Correa proximè num. 19. Marius Italia de immunitate lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 42. & Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 2. cap. 3. num. 101.*

Correa Italia Barbosa

753 Scio contrarium esse probabilius, quia, ut supra diximus stando probabiliori sententia, excommunicati declarati etiam privantur sepultura, non tamen immunitate. Et ratio est, quia in jure prohibentur sepeliri, non tamen confugere ad Ecclesiam. Et meritò, quia hoc secundum spectat ad immunitatem Ecclesiæ, quæ propter ejus dignitatem est amplianda. Primum non spectat ad immunitatem, sed solùm respicit indignitatem Excommunicati, qui indignus est, ut in loco sacro sepeliatur. Quare sententiam asserentem occidentem in duello gaudere immunitate tenent *Ambrosinus de immunit. cap. 8. num. 12. Farinac. in appendice de Immunit. Ecclesiast. cap. 7. num. 117. Dian. 6. p. tract. 1. resol. 26. §. Quæro 13. & 4. p. tract. 1. resol. 46.* Quid quid tamen sit de hac maiori probabilitate, contraria est sufficiens ad excusandum à reservatione, quod in præsenti est nostrum intentum.

Ambrosin. Farinac. Diana

754 *Quartò quæritur*: Utrùm privetur immunitate raptor Virginis, aut deflorator monialis? Non gaudere immunitate existimant *Ludovic. Correa proximè num. 16. Sarpus de jure asylorum cap. 5. fol. 49. Barbosa ad Ordinat. Lusitanas tom. 2. lib. 2. tit. 5. §. 2. num. 3.* quia dicunt hos casus esse exceptos in jure communi, in *Authentica de mandatis Principum §. Neque autem.*

Correa Sarpus Barbosa

755 Ego parum fido in hoc textu, quia jus commune civile quoad immunitatem est correctum per jus canonicum

cum in Cap. *Inter alia de immunitate Ecclesiar.* Et quod attinet ad raptorem Virginis, immunitas illi expresse conceditur in Cap. *de Raptoribus 36. q. 1.* Quod attinet ad deflorationem monialis, est specialis ratio ob delictum sacrilegii, quod, cùm sit commissum contra Ecclesiam, frustra videtur invocare ejus auxilium, Cap. *Quia frustra de usuris*, & Cap. *Immunitatem de immunitate.* Quare, qui hunc extraheret ab Ecclesia, etiam excusarem à reservatione, licet talem defloratorem non gaudere immunitate sit probabilius, ut liquet ex supradictis.

756 *Quintò quæritur*: An immunitate priventur violatores immunitatis? Respondeo probabile esse eos immunitate non gaudere ex eo titulo, quòd frustra auxilium Ecclesiæ invocat, qui delinquit in illam, citato Cap. *Qui frustra*, & Cap. *Immunitatem.* Sin autem hujusmodi violatores confugiant ad Ecclesiam non ob hoc delictum violationis, sed ob aliud, adhuc nonnulli sentiunt non gaudere immunitate, quia non meretur defendi ab Ecclesia, qui eam offendit. Ita *Decianus lib. 6. cap. 25 num. 9.* & *Germonius de immunitate lib. 3. cap. 16.*

Decian. Germon.

757 Sed in primis probabilius est quoad alia delicta gaudere immunitate, quia quoad alia delicta Ecclesiam non offendit. Et confirmatur quia hoc privilegium immunitatis est latissimè interpretandum. Quare hanc sententiam meritò defendunt *Castrus Palaus tom. 2. tract. 11. disp. unica q. 10. num. 10.* *Farinacius de immunit. cap. 6. num. 106.* *Diana 6. p. tract. 1. resol. 31. §. sed hic obiter.* Imò, & quoad ipsum delictum violationis, quia v.g. fregit fores Ecclesiæ, aut illas combussit patet ex supra dictis probabilius esse stando terminis Bullæ Gregorianæ gaudere immunitate, quia hoc delictum non est ex septem exceptis, & sic existimant *Peregrinus de immunit. cap. 12. num. 15.* *Diana 1. p. tract. 1. de immunit. resol. 21.* Quidquid in contrarium opinentur *Villadiego in Polit. cap. 3. num. 213.* *Bobadil. in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 49.* *Faber in l. 1. C. de his, qui ad Eccles. cōfugiunt.*

P. Palaus Farinac. Diana Peregrin. Diana Villadieg. Bobadil. Faber.

758 De blasphemis etiam præcisa Bulla Gregorii, plures opinantur gaudere immunitate, quia casus blasphemiæ non invenitur exceptus in jure, & privilegium immunitatis est amplissimum. Ita *Ambrosinus de immunit. cap. 8. num. 11.* *Peregrin. cit. cap. 12. num. 12.* *Farinac. in appendice cap. 13. num. 175.* *Bonacina tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 5. num. 13.* *Diana 4. p. tract. 1. resol. 51. & 6. p. tract. 1. resol. 26. §. Quæro 8.* cum *Novario*, & aliis loquuntur hi Authores de blasphemiis non hæreticalibus; nam hæreticales coincidunt cum hæresi, qui est casus exceptus.

Ambrosin. Peregrin. Farinac. Bonac. Diana. Navarr.

759 His non obstantibus, præcisa Bulla Gregorii, valde probabile est blasphemis non concedi immunitatem, & asylum Ecclesiæ, quia hi delinquunt in illam, & in ejus sanctos; ut autem sæpe dixi, frustra Ecclesiæ auxilium invocat, qui delinquit in illam. Cit. Cap. *Qui frustra de usuris*, & Cap. *Immunitatem de immunitate.* Ita *Ludovic. Correa proximè num. 35.* *Bobadilla in Politica tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 53.* *Boerius decis. 110.* *Decianus lib. 6. cap. 26. num. 5.* *Oldradus cons. 154.* *Villalobos in Sum. tom. 2. tract. 39. diffic. 7. num. 20.* *Martha de jurisdictione p. 2. cap. 51. num. 30.* Dixi, *præcisa Bulla Gregorii*, quia stando in illa, & in probabiliori sententia, quæ asserit hac bullam Gregorianam reducere ad formam jus commune, clarum est casum blasphemiæ non esse aliquem ex septem exceptis.

Correa. Bobadil. Boerius Decian. Oldradus Villalob. Marth.

760 De Simoniacis, stando in jure communi, putant aliqui etiam non gaudere immunitate, quia hi etiam videntur delinquere in Ecclesiam. Et sanè id ex eo principio videtur probabile, & traditur à *Deciano proxime n. 5.*

Decian.

761 Sed contrarium, etiam stando solo jure communi, est probabilius ut docent *Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 2. cap. 3. num. 126.* *Peregrinus cit. num. 17.* *Farinacius num. 177.* *Diana 6. p. tract. 1. resol. 26. vers. Quæro nonò*, quia Simoniacus immediatè, & directè non contemnit Ecclesiam.

Barbosa Peregrin. Farinac. Diana

762 De adulteris, plures negant illos gaudere immunitate *Authentico De mandatis Principis §. Neque autem.* Sed re verà jus civile, etiam præcisa Bulla Gregoriana, est correctum per jus Canonicum in Cap. *Inter alia de immunitate.* Quare adulteris cōcedi immunitatem docent *Ludovic. Correa, Chartarius, Sperellus*, & alii apud *Dianam proximè §. Quæro septimò*, & ita habetur in nostris Ordinationibus Lusitanis *lib. 2. tit. 5. §. 3.* Quamvis loquantur solùm de adulteris simplicibus; vocant autem adulteros simplices illos

Correa Chartar. Sperellus

illos, qui committunt adulterium, non sciente, nec consentiente marito. Nostra verò doctrina procedit de omnibus adulteris etiam non simplicibus, quia omne jus civile quoad immunitatem est correctum (ut dixi) per jus canonicum, Cap. *Inter alia*.

763 De Sodomitis plures negant illos gaudere immunitate cum *Cutellio* apud *Dian. 5. p. tract. 1. resol. 2.* Et id tenendum videtur in iis casibus, in quibus cognitio hujus criminis spectat ad Sanctam Inquisitionem, prout ex inferius dicendis constabit; in aliis verò casibus non ita, quia hoc delictum non invenitur exceptum in jure canonico. Et ita docent *Eliseus, Danza, Castrus Palaus*, & alii apud *Dianam proximè, & 6. p. tract. 1. resol. 26. §. Quæro 4.* cum *Carolo Maranta*, & aliis, & *1. p. tract. 1. resol. 7. & 4. p. tract. 1. resol. 45.* cum pluribus. Neque obstat decisio adducta *à Francisco de Castillo p. 2.* nam hæc decisio dicitur processisse ex speciali commissione Papæ ad Archiepiscopum Panormitanum.

Cutellius
Eliseus
Danza
P. Palaus
Diana
Marant.
Castillo

764 Quoad bannitos, si tales sint pro delictis, quæ non gaudent privilegio immunitatis, clarum est posse extrahi ab Ecclesia, & contra Regulares eos receptantes extat edictum sacræ Congregationis Regularium sub pœna privationis officiorum, quod refertur *à Lezana tom. 1. cap. 10. num. 21.* Quod edictum, ut dixi, debet intelligi de bannitis, qui proscribuntur pro delictis, quæ non gaudent privilegio immunitatis, ut docet idem *Lezana tom. 3. verbo Bannitus num. 3. Farinac. de immunit. cap. 22. num. 250. Peregrinus de immunit. cap. 11. num. 14.* Scio hos Doctores referre alias epistolas Clementi VIII. contra Regulares receptantes bannitos, & alias personas facinorosas: Verùm hæ literæ etiam intelligendæ sunt de bannitis duntaxat pro delictis, quæ non gaudent immunitate: etsi extendantur quoad alios, solùm intelliguntur quoad longum hospitium, non quoad necessarium ad casum privilegii. Item hæ literæ solùm obligant Bononiæ, ad cujus Archiepiscopum directæ sunt, ut bene notant ipsi *Farinacius, & Peregrinus loco citato.* Quibus subscribit *Diana p. 3. tract. 1. de immunit. resol. 40.* Eodem modo intelligendæ sunt aliæ literæ directæ ad Vicarium Archiepiscopatus Genuensis, quas refert *Peirines tom. 2. Privilegior. Minimor. in constit. 4.* Clementis

Lezana
Farinac.
Peregrin.
Diana
Peirines

VIII. *num. 5.* Similiter aliæ Xixti V. quarum mentionem facit *Lezana verbo Bannitus num. 4.*

765 Et sanè, si banniti solùm sint proscripti pro aliis delictis, quæ gaudent immunitate, proscriptio non privat immunitate, ut contra *Sarpum de jure asyl. cap. 5. fol. 53.* tenent *P. Sanchez in opusculo tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 24. Barbosa de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. n. 130. Ludovic. Correa in relect. de immunit. part. 3. num. 40. Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 4. puncto 5. num. 11. Farinac. de immunit. q. 28. num. 47. P. Castro Palao tom. 2. tract. 11. disp. unica puncto 7. num. 9. Diana 6. p. tract. 1. resol. 21.* cum *Iulio Claro, Cocher, Peregrino Bajardo, Guallino*, & aliis. Quia privilegium immunitatis est valde generale: & non est textus excipiens bannitos. Confirmatur, quia bannitus non potest extrahi ab alieno territorio, ut probat *Azevedo lib. 1. tit. 2. cap. 3. num. 7.* Ecclesia autem respectu Principis sæcularis censetur alienũ territorium, tum quia est territorium Episcopi, ut probat *Barbosa de offic. & potest. Episcopi allegat. 107. num. 1.* Tum, quia est locus exemptus: locus autem exemptus perinde est, ac alienum territorium, ut probant Jurisperiti in *L. Fin. de jurisdict. omnium judicum. Paulus de Castro consil. 187. Alexander cons. 151. volum. 2. Rolandus cons. 33. volum. 3.*

P. Sãchez
Barbosa
Correa.
Bonac.
Farinac.
P. Palaus
Diana
Clarus
Cocher.
Peregrin.
Bajardus
Guallino
Barbos.
Palaus de Castr.
Alexãder.
Rolandus

766 Ex dictis colliges bannitos, qui pro delictis non exceptis proscribuntur non posse extrahi ab Ecclesia, & gaudere ejus immunitate. Neque obstant literæ sacræ Congregationis Concilii relatæ *à Lezana verbo Bannitus num. 8.* quatenus dicunt bannitos non esse admittendos in Ecclesia, quia tales literæ solùm loquuntur de terris intra Italiam subjectis dominio temporali summi Pontificis. Item intelligendæ videntur de bannitis duntaxat pro delictis, quæ non gaudent immunitate: aut quoad diuturnum hospitium ultra necessarium ad privilegium immunitatis. Quod etiam militat in receptione aliorum hominum scleratorum, & malè viventium, licèt non sint banniti, quos receptari in monasteriis Regularium prohibet eadem sacra Congregatio. Nota tamen, quòd homo facinorosus, & malè vivens importat depravatam consuetudinem, & non dicitur talis propter quodvis singu-

lare

larè delictum, ut bene advertit *Peirinus cit. num. 7. Lezana n. 8.*

§. 18.

Explicantur septem casus Gregorii XIV. & in primis casus hæresis.

767 *In casibus numeratis in Bulla Gregorii XIV. potest reus extrahi.*

768 *Potest extrahi, qui ob crimen aliquod redditur valde suspectus de heresi.*

769 *Nomine heresis veniunt delicta omnia, que illam sapiunt.*

767 Quidquid tamen sit de casibus hactenus declaratis, indubitatum est saltem illos septem casus Gregorii XIV. quos suprà in ejus Bulla numeravimus, non gaudere immunitate, ac proinde extrahentem reum ab Ecclesia in illis casibus non incurrere reservationem, nec violare immunitatem. Sed quia in his casibus Gregorii possunt occurrere plura dubia, debent hoc loco declarari.

768 Circa casum hæresis; videtur posse extrahi ab Ecclesia absquè ulla immunitatis violatione reus; non solùm propter crimen hæresis, sed etiam ob crimen, propter quod redditur vehementer suspectus de hæresi. Est contra *Gambacurt. lib. 5. cap. 38. num. 4.* traditur tamen à *Farinacio de immunitate cap. 13. num. 175.* ubi dicit hoc esse speciale in hæresi, propter contagium, ne serpat; & testatur hanc esse praxim in ministris sancti Officii. Eandem sententiam tenent *Lezana verbo immunitas num. 14. Peregrinus cit. cap. 8. num. 8. Italia lib. 1. cap. 5. §. 6. num. 59. & num. 140. Penha in suis annotationibus ad 2. partem directorii Inquisitorum scholio 9. §. Qui autem. Diana 1. p. tract. 1. resol. 38. & 4. p. tract. 1. resol. 51. & 6. p. tract. 1. resol. 24.*

Gambac. Farinac. Lezana Peregrin. Italia Penha Diana

769 Item nomine hæresis comprehenduntur omnia delicta, quæ illam sapiunt, & sunt casus Sanctæ Inquisitionis. Ita *Farinacius* citatus. Et ratio est, quia licèt nomine hæresis non veniant hujusmodi casus, quando reservatur hæresis, quia reservatio est odiosa, utpote quæ restrictiva jurisdictionis ordinariæ; illius tamen nomine veniunt quando hæresis excipitur ab immunitate; tunc enim hæc exceptio, cum sit in favorem fidei, est amplianda. Neque obstat, quòd immunitas Ecclesiæ minuatur; nam immunitas est propter favorem fidei, ac proinde debet illi cedere, sic enim magis extenditur favor ipsius Ecclesiæ. Aliis, quæ dici possunt de hæresi, hic supersedeo, quia de illis agendum latè, cùm de casibus contentis in Bulla Cœnæ.

Farinac.

§. 19.

Homicidium, & mutilatio in Ecclesia, vel Cæmeterio.

770 *Homicidium, & mutilatio in Ecclesia, vel cæmeterio privantur immunitate etiam ex vi C. Immunitatem.*

711 *Qui existens in Ecclesia occidit inimicum existentem extra, non privatur immunitate.*

772 *Qui verò existens extra Ecclesiam occidit inimicum existentem intra, comprehenditur isto casu.*

773 *Quid dicendum de mandantibus homicidium in Ecclesia?*

774 *Certum est illos privari immunitate; non tamen incurrere reservationem.*

775 *Qui inimicum extraheret ab Ecclesia, & extra illam occideret comprehenderetur ne isto casu?*

776 *Probabilius est non comprehendi.*

777 *Quid de homicidio casuali patrato in Ecclesia?*

778 *Probabilius est hujusmodi homicidium non comprehendi.*

779 *Occidentem propè Ecclesiam spe confugiendi ad illam non gaudere immunitate affirmant nonnulli*

780 *Gaudere tamen immunitate satis probabile est.*

781 *Solvitur argumentum desumptum ex decreto Clementis VIII.*

782 *Solvitur argumentum ex text. in C. finali.*

783 *Explicatur illud axioma Iuris: frustrà auxilium, &c.*

784 *Explicantur text. ex C. quando, & C. Illud.*

785 *Solvitur argumentum ex text. in C. Est injusta misericordia.*

786 *Quid veniat nomine mutilationis.*

787 *Potest ex alio titulo, quàm ex mutilatione, immunitas delinquenti negari.*

788 Quid in præsenti veniat nomine. Ecclesiæ.

770 CIrca homicidium, & mutilationem in Ecclesia, vel cæmeterio, illud in primis moneo hunc casum non solùm privari immunitate ex vi Bullæ Gregorii, sed etiam ex vi Cap. *Immunitatem, de immunitate Ecclesiarum.* Nunc procedendo ad ejus explicationem.

771 *Quæritur primò*: Utrùm, ut incurratur iste casus, tam occidens, quam occisus debeat esse in Ecclesia? Respondeo non oportere, quòd occidens sit in Ecclesia, dummodo occisus sit in illa. Unde existens in Ecclesia, & explodens sclopetum per fenestram, ac occidens inimicum existentem extra Ecclesiam non comprehenditur isto casu, sed gaudet immunitate. Est contra *Lezanam verbo Immunitas num.* 11. *Gambacurt. cit. cap.* 24. *num.* 21. *Villadiego in Politica cap.* 7. *num.* 106. *Megalam* 3. *p. cap.* 2. *q.* 1. *num.* 12. *Graffis tom.* 1. *lib.* 3. *consilio unico, num.* 10. *Duardum proximè in Bulla Cœnæ lib.* 2. *canon.* 15. *q.* 16. *num.* 23. *Farinacium cit. num.* 223. *Portel in dub. Regular. verbo Ecclesiæ immunitas num.* 15. & *Ambrosin. cap.* 5. *num.* 8. qui dicunt hujusmodi homicidam comprehendi isto casu, quia re vera occidit in Ecclesia.

Lezana. Gambac. Villadieg. Megala. Graffis. Durand. Farinac. Portel. Ambrosin.

772 Nostra tamen sententia traditur à *Bonacina de legibus disp.* 3. *q.* 7. §. 4. *num.* 8. *Dian. cit.* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 9. & hujus ratio est; quia, qui existens in Ecclesia occidit inimicum existentem extra Ecclesiam, non facit irreverentiam Ecclesiæ, non enim occidit, quem illa tutatur; secùs, si existens extra Ecclesiam occidit inimicum existentem in Ecclesia, tunc enim occidit, quem illa tutatur. Ita *Megala cit. num.* 13. *Bonacin. num.* 7. *Riccius p.* 5. *collectaneo* 1792. *Diana proxime locis citatis* cum pluribus.

Megala. Bonac. Riccius. Diana.

773 *Secundò quæritur*, An iste casus comprehendat solos occidentes, an etiam mandantes committi homicidium in Ecclesia? Aliqui putant comprehendere solos facientes, quia, ut supra agendo de homicidio diximus, reservatio imposita homicidis solum comprehendit facientes, non autem mandantes; & ita docent *Bonacin. proximè num.* 11. *Farinac. cit. cap.* 16. *num.* 231. *Megala proximè num.* 13. *Castr. Pal. tom.* 2. *tract.* 11. *disp. unica, puncto* 4. *num.* 17. *Lezana verbo Immunitas num.* 11. *Diana* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 10. & 6. *p. tract.* 1. *resol.* 7. §. *sed mihi.*

Bonac. Farinac. Megala. P. Palaus. Lezana. Diana.

774 Verùm in præsenti non est quæstio de reservatione, hanc enim concedo, quando imponitur facientibus; non extendi ad mandantes; solùm est quæstio, an priventur privilegio immunitatis, qui mandant occidere in Ecclesia? Et ego puto privari, quia ista privatio est pœna imposita homicidis; at verò mandantes homicidium subjacent iisdem pœnis, quibus facientes, ut docent *Gomez, Cardoso, Caballus, Menochius, Cevallos, Mascardus,* & ipse *Farinacius*, & alii apud *Barbosam de potestate Episcopi allegat.* 51. *num.* 13. Quare prædictos mandantes privari immunitate tenent *Gambacurta lib.* 5. *num.* 27. *Duardus in Bulla Cœnæ lib.* 2. *Canone.* 15. *q.* 16. *num.* 23. *Suar. tom.* 1. *de Relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. *Peregrin. de immunit. cap.* 6. *num.* 36. *Azor. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 14. *Italia lib.* 1. *cap.* 6. §. 3. *num.* 48. *Portel proximè num.* 15.

Gomez. Cardoso. Caballus. Menoch. Cevalles. Mascbard. Gambac. Duard. s. P. Suar. Peregrin. P. Azor. Italia. Portel.

775 *Tertiò quæritur*, An isto casu comprehendatur, qui extrahens inimicum ab Ecclesia illum existentem extra Ecclesiam occidit? Probabilis est resolutio affirmativa, quam tenent *Barbosa de jure Ecclesiastico lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 114. *Scortia in Bullar. Pontifi. epitome* 152. *theoremate* 385. *Peregrin. proximè cap.* 6. *num.* 16. cum pluribus, *Azor* 2. *p. lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 14. *Farinac. cit. cap.* 16. *num.* 239. Fundamentum est, quia in hoc eventu violatur Ecclesia, & in ipsa datur causa mortis, ut si quis lethaliter occideret, pedibus tamen extraheret moribundum, ut animam efflaret extra Ecclesiam, hoc enim homicidium verè dicitur commissum in Ecclesia.

Barbosa. P. Scort. Peregrin. P. Azor. Farinac.

776 His non obstantibus, probabilior est resolutio negativa, quia re vera hic non occidit inimicum intra Ecclesiam, sed extra illam. Ita docent *Castr. Palaus proximè puncto* 9. *num.* 18. *Diana* 6. *p. tract.* 1. *resol.* 7. Neque obstat, quòd in hoc eventu detur in Ecclesia causa mortis, non enim datur causa necessaria, ex qua scilicet mors necessariò sequatur.

Castr. Pal. Diana.

777 *Quartò quæritur*, An isto casu comprehendatur, qui solùm per accidens, & casualiter subito calore iracundiæ, & non ex proposito inimicum occidit, aut mutilavit in Ecclesia? Nonnulli contendunt etiam comprehendi hujusmodi homicidium

micidium casuale, quia jura excipiunt homicidium generaliter commissum in Ecclesia, & ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus. Ita *Peregrinus cit. cap. 6. num. 15. Gambacurta lib. 5. cap. 23. Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 2. cap. 3. num. 104. Chartarius decisione criminali 74. num. 12. P. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 11. n. 6. fine.*

Peregrin. Gambac. Barbosa Chartar. P. Suar.

778 Sed probabilius est homicidium casuale non comprehendi præsenti casu, quia textus in Cap. *Fin. de immunitate* excipiens homicidium patratum in Ecclesia, loquitur de homicidio commisso spe immunitatis: Ibi *Immunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes.* Et confirmatur, quia ita fuisse Romæ decisum anno 1639. occasione cujusdam homicidii patrati in Ecclesia Sancta Joannis Lateranensis testatur *Diana 6. p. tract. 1. resol. 7.* Quare hanc sententiam ipse defendit *loco cit.* & *4. p. tract. 1. resol. 107. & 1. p. tract. 1. resol. 11.* cum *Guttier. Tabiens., Armilla,* & *Rozella*, quibus accedunt *Novarius in summa Bullar. verbo Immunitas num. 58. Auctor casuum conscientiæ Bononiæ anno 1637. mense Novembri casu 2. fol. 94. Zambelus in repertorio morali verbo Ecclesia quoad ejus immunitatem num. 13. Sperellus* cum pluribus *decis. 59. num. 36. Farinacius* cum pluribus *de immunit. cap. 16. num. 240.* Neque obstat, quod jura excipiant homicidium per verba generalia, satis enim clarè loquuntur de homicidio commisso de proposito spe immunitatis. Vel dic, loqui in materia odiosa, quæ est restringenda.

Diana Guttier. Tabiena Armilla Rosella Novar. Zambel. Sperellus Farinac.

779 *Quintò quæritur*, An comprehendatur isto casu, qui occidit quidem extra Ecclesiam, sed prope illam animo ad eam confugiendi? Hunc non gaudere immunitate valde probabiliter existimat *Fragosus 1. p. regiminis lib. 4. disp. 11. num. 274. Barbosa de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 109. Danza in pugna Doctorum tom. 1. tit. Immunitas cap. 2. num. 6. Sarpus de jure Asylor. cap. 5. fol. 45. Probant primò* ex quodam decreto Clementis VIII. ad Archiepiscopum Panormitanum. *Secundò* ex *Cap. Finali de Immunitate*, ubi dicitur quod frustra legis auxilium invocat, qui delinquit in illam. *Tertio* ex *Cap. Quando de cōsecratione dist. 4.* & in *Cap. Illud de clerico excōmunicato.* Ubi dicitur, quod, qui delinquit spe privilegii, indignus est tali privilegio. *Quarto* ex *Cap. Est injusta misericordia 24. q. 4. Tandē*, quia domus Dei nō est spelunca latronū: & talis foret, si ejus immunitas præberet occasionē prædictis hominibus liberiùs vivendi, & patrandi scelera, ut constat ex *Cap. Et hoc dixi 16. q. 7.*

Fragosus Barbosa Danza Sarpus

780 His non obstantibus, satis probabile est occidentem prope Ecclesiam spe confugiendi ad illam non comprehendi isto casu, sed illi prodesse immunitatem Ecclesiæ; quia re vera iste non occidit in Ecclesia, unde non est exceptuatus: & privilegium immunitatis, cum sit favorabile, & amplissimum, debet extendi ad omnes casus non exceptuatos. Confirmatur exemplo Jubilæi, quod, ut suo loco diximus, extenditur etiam ad delicta commissa in confidentia illius. Quare hanc sententiam defendunt *P. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 11. num. 9. P. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4. num. 45.* cum pluribus, *Lezana verbo Immunitas num. 11. Sperellus in decisionibus forensibus Ecclesiasticis decis. 60. & 61. Trullenck in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 3. num. 13. Zambelus in repertorio morali, verbo Ecclesia quoad ejus immunitatem num. 6. Diana 6. p. tract. 1. resol. 10. P. Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 7. P. Castr. Palaus tom. 2. tract. 11. disp. unica punct. 9. num. 21. Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 7. puncto 6. §. 2. num. 12.*

P. Suar. P. Fagūd. Lezana Sperellus P. Trullē. Zambel. Diana P. Laymā. P. Palaus Bonac.

781 Neque oppositum suadent fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* desumptum ex decreto Clementis VIII. dicendum est cum *Ciarlinio in controvers. forensibus cap. 10. num. 93.* illud decretum non constituere doctrinam generalem, sed ob particulares causas permisisse illum casum specialem.

Ciarlini.

782 *Ad secundum* dico textum in *Cap. Finali* solùm loqui de delinquentibus in Ecclesia. & non de delinquentibus extra, licèt prope illam. Neque obstat ratio ibi assignata: *Frustra auxilium legis invocat, qui delinquit in illam*; nam in primis dici potest cum *Bartolo in L. Finali C. de testament.* & *Baldo in L. Si non specialem C. de testament.* hanc rationem solùm habere locum in privilegiis, quæ conceduntur personis; tunc enim personæ propter delictum, redduntur indignæ tali privilegio, non autem in privilegiis, quæ conceduntur locis, quo pacto se habet privilegium immunitatis. *Dici potest secundò*, & quidem meliùs, hanc ratio-

nem habere locum in privilegiis, quæ sunt restringenda: secus in iis, quæ sunt amplianda; quo pacto se habet privilegium immunitatis, licèt enim privilegia sint restringenda, illa, quæ se habent in favorem Ecclesiæ, & Religionis, sunt amplianda L. *Sunt personæ ff. de religiosis. sumptibus funer.* Sic etiam se habent Jubilæus, & Bulla Cruciatæ, quæ etiam, ut dixi, extenduntur ad delinquentes in eorum fiducia, ac spe.

783 Dices. Ratio *Frustra auxilium legis*, &c. etiam habet locum in privilegio immunitatis, nam textus in dicto *Cap. Final.* procedit in casu immunitatis. Respondeo habere locum in privilegio immunitatis quoad casus exceptuatos, non verò quoad non exceptuatos. Neque obstat, quod in illis etiam militet eadem ratio, nam, non satis est, quod in illis detur eadem ratio, si non detur eadem dispositio: nam lex non extenditur ad casus non expressos, etiamsi in illis detur eadem, imò maior ratio, dummodo in illis non detur eadem dispositio, ut docent *P. Salas de Legibus tract.* 14. *disp.* 21. *sect.* 13. *num.* 29. *in fine Portel in addit. ad dub. Regular. verbo Lex num.* 13. *Ioannes Valer. in differ. utriusque fori verbo Lex differ.* 5: *num.* 2. *Bonacina de Legibus disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 8. *num.* 23. citans *Sayr*, & *P. Suar. Diana* 2. *p. tract.* 10. *de legibus resol.* 26. & plura adduci possunt exempla. *Primum*, quia ante Bullam Gregorii XV. pœnæ latæ contra sollicitantes, solùm comprehendebant sollicitantes fœminas, & non sollicitantes pueros, quamvis in illis esset eadem, imo maior ratio. *Secundum*: Excommunicatio Gregorii VIII. lata contra ingredientes monasteria Monialium prætextu licentiæ, non comprehendit ingredientes sine tali prætextu, & tamen in iis est eadem, imo, & maior ratio, ut docet *P. Suar. de censur. disp.* 22. *sect.* 6. *num.* 11. *Tertium* Dispositio textus *Cap. Ad hæc de Judæis*, in quo prohibetur, ne Christiani famulentur, aut nutriant Judæos, non extenditur ad nutrientes hæreticos, vel Sarracenos, ut docet *P. Hurtado de Fide disp.* 76. *sect.* 3. §. 81. *Quartum*, Excommunicatio Tridentini *sess.* 25. *cap.* 8. contra cogentes fœminas ingredi monasteria, non extenditur ad cogentes viros, ut docet *P. Sanchez lib.* 1. *Decalog. cap.* 4. *num.* 3. Et tota hæc doctrina est receptissima à Jurisperitis, & eam ex L. *Factum cuique* §. *In pœnalibus ff. de reg. jur.* & ex *Cap. Si pœnis de reg. jur. in* 6. latè probant *Ioan. Andreas in reg. Odia de reg. jur. in* 6. *Barbos. excom.* 181. *num.* 9. cum *Duen. Gironda*, & aliis.

P. Salas
Portel
Ioã. Valer
Bonac.
Sayr.
P. Suar.
Diana
P. Suar.
P. Hurtad
P. Sãchez
Ioã. Andr.
Barbosa
Duen.
Gironda

784 *Ad tertium* ex Cap. *Quando*, & Cap. *Illud*: respondeo privilegium immunitatis non extendi ad hujusmodi delinquentem propter ejus merita, aut dignitatem, sed propter reverentiam, & dignitatem Ecclesiæ; itaquè iste talis indignus est immunitate, si attendatur ad ejus personam; non tamen, si attendatur ad locum sacrum, ad quem confugiens se recepit.

785 *Ad quartum* ex Cap. *Est injusta misericordia*, in quo dicitur injustum esse patrocinium iniquitatis. Respondeo in hoc casu non intendi patrocinium iniquitatis, sed asylum miserorum confugientium. Quod si quis male illo utatur, id est per accidens; nec inde sequitur Ecclesiam Dei esse speluncam latronum, quia textus in Cap. *Et hoc dixi*, intelligitur de peccatis commissis in Ecclesia: non de commissis extra Ecclesiam. Neque obest, quod quis in aliquo casu inde arripiat occasionem liberiùs peccandi, nam ut dixi, id est per accidens, & ex abusu: & hoc etiam modo potest quis abuti Jubilæo, & Bulla cruciatæ, imò & Sacramentis peccando in eorum fiducia.

786 *Sextò quæritur*, quid veniat nomine mutilationis in præsenti casu? Respondeo solùm intelligi abscisionem alicujus veri membri, unde qui in Ecclesia alium feriret cum magna sanguinis effusione, sed absque morte, aut alicujus veri membri abscisione non privaretur immunitate ex vi præsentis casus, quia vulnerare non est occidere, aut mutilare, at verò in Bulla Gregorii XIV. non excipitur vulneratio, sed solùm homicidium, & mutilatio. Et ita declarasse sacram Congregationem Episcoporum die 16. Novembris 1618. testatur *Barbosa de jure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 13. Quare hanc doctrinam meritò approbant *P. Castr. Pal. proximè puncto* 6. *num.* 10. *Dian.* 6. *p. tract.* 1. *resol.* 7. §. *unde ex his* cum *Chartar.* & aliis.

Barbosa
Cast. Pal.
Diana
Chartar.

787 Dixi (ex vi præsentis casus) quia ex alio titulo potest ita delinquenti immunitas denegari, quia scilicet deliquit in Ecclesia, & qui delinquit in Ecclesia, non gaudet ejus immunitate, stando opinione probabili, quam supra retulimus,

mus, frustra enim auxilium Ecclesiæ invocat, qui delinquit in illam Cap. *Quia frustra de usuris*, & Cap. *immunitatem de immunitate*.

788 *Septimò quæritur*, quid in præsenti casu veniat nomine Ecclesiæ? Respondeo venire solam Ecclesiam rigorosè sumptam. Unde non veniunt schalæ, porticus, atrium, tectum, campanile &c. Neque obstat, quod hæc veniant nomine Ecclesiæ, quando delinquentes ad ea confugiunt, nam tunc favor immunitatis est ampliandus; at in præsenti agitur de exceptione immunitatis, quæ cum sit odiosa est restringenda. Unde qui homicidium committeret in schala Ecclesiæ, atrio, porticu, tecto, aut campanili, gauderet immunitate. Ita *Peregrin. de Immunit. cap. 6. num. 32. Riccius p. 3 decis. 250. Megala 3. p. cap. 2. q. 1. num. 17. Diana 3. p. tract. 1. resol. 39. & 6. p. tract. 1. resol. 7. §. Oritur. Barbos. de jure Ecclesiastico lib. 2. cap. 3. num. 64.* & sequentibus. *Maranta in controvers. juris p. 2. respons. 36. Antonius de Marinis variar. resol. cap. 170. num. 12.* Peregrin. Riccius Megala Diana Barbosa Marant. Marinis

§. 20.

Homicidium proditorium.

789 *Ut incurratur casus homicidii proditorii necesse est, ut mors sequatur.*

790 *An etiam mandantes hujusmodi homicidium comprehendantur isto casu?*

791 *Si mandans sit amicus simulatus incurrit hunc casum; aliter non.*

792 *Quid dicendum de mandante, & simulante amicitiam, & hominem ducente ad insidias paratas, quibus occidatur?*

793 *Hic incurrit casum homicidii proditorii.*

794 *Qui dicit testimonium falsum in causa mortis non incurrit hunc casum.*

795 *Qui occidit ex proposito non occidit proditoriè.*

796 *Solvitur textus in C. 1. de homicidio.*

797 *Solvitur instantia ex eodem textu.*

798 *Qui à tergo inimicum occidit non comprehenditur isto casu.*

799 *Mater, quæ occidit filium infantem, comprehenditur præsenti casu.*

800 *Probabilius est non comprehendi eum, qui occidit infantem in utero matris.*

801 *Probabile est non comprehendi eum, qui veneno inimicum occidit.*

802 *Sed communis sententia affirmat comprehendi.*

803 *Quid de eo, qui occidit inimicum reconciliatum?*

804 *Sed loquendum est cum distinctione; nam aut rancor est omnino depositus, & tunc comprehenditur; aut non; & tunc non occidit proditoriè.*

805 *Amicus reconciliatus æquipollet inimico.*

806 *Non comprehenditur occisor, etiamsi dedisset fidei jussionem de non offendendo inimico.*

807 *Comprehenditur hoc casu, qui infidelem proditoriè occidit.*

789 Circa homicidium proditorium quæritur primò: An, ut iste casus incurratur, necesse sit, ut sequatur mors? Respondeo affirmativè, quia hujusmodi homicidii exceptio est odiosa, ut pote quæ restrictiva immunitatis; debet ergo intelligi de homicidio consumato. Unde qui animo occidendi inimicum lethaliter vulneravit, si mors non est sequuta, gaudet immunitate. Hæc est contra *Tanner. 2. 2. q. 5. dub. 8. disp. 1. num. 16. Navar. in Manuali cap. 25. num. 21. Ludovic. Correa in relect. de immunit. p. 3. q. 6. num. 19. Bobadilla tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 44. Ioan. de Hevia in curia Philippica p. 3. §. 12. num. 36.* qui eodem modo loquuntur de homicidio proditorio attentato, ac de assassinio attentato, & dicunt hoc non gaudere immunitate: ergo neque illud. Sed quidquid sit de assassinio, de quo infra, interim est diversa ratio, nam ut quis dicatur assassinus satis videtur esse, quòd sit pecuniâ conductus ad occidendum, non tamen dicitur homicida, si mors non est sequuta L. 1. §. *Hæc verba ff. quod quisque juris*. Quare nostram sententiam defendunt *Sperelus cit. decis. 22. num. 4. Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 2. cap. 3. num. 90. Peregrin. de immunitate cap. 17. num. 13. Thusc. verbo Ecclesia conclusio 11. num. 7. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. à num. 22. Suar. cit. num. 14 Boerius decis. 109. Dian.* cum *Germonio. Deciano, Villagut, Novario,* & aliis pluribus *1. p. 1. resol. 4.* & *18. & 4. p. tract. 1. resol. 83. & 6. p. tract. 1. resol. 12.* P. Tāner. Navar. Correa Bobadil. Hevia Sperel. Barbosa Peregrin. Thuscus Italia P. Suar. Boerius Diana Germon. Decian. Villagut. Novari

790 Se-

790 *Secundò quæritur*: An etiam mandantes homicidium proditorium incurrant istum casum? Et pro parte affirmativa facit, quòd, ut superiùs diximus, mandantes committi homicidium in Ecclesia incurrunt casum homicidii in Ecclesia: ergo mandantes committi homicidium proditorium incurrunt casum homicidii proditorii. Et ita docent *Fagund.* 2. *Ecclesiæ præcepto, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 46. *Suar. cit. tom.* 1. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 16. *Peregrin. proxime cap.* 7. *num.* 3.

P. Fagund
P. Suar.
Peregrin.

791 Nihilominus ego existimo mandantes hujusmodi homicidium proditorium, si non sint amici simulati, non incurrere casum homicidii proditorii, quia solus, qui est amicus simulatus, incurrit istum casum; at verò, qui mandat homicidium proditorium, potest ipse nō esse amicus simulatus, sed solus, qui occidit. Dixi (si non sint amici simulati) quia si tales sint, tunc videtur eodem modo de illis loquendum, ac de mandantibus committi homicidium in Ecclesia. Ad fundamentum opinionis contrariæ est diversa ratio, quia qui mandat homicidium in Ecclesia, delinquit in illam, & est sacrilegus, qui verò mandat homicidium proditoriū, potest ipse non esse proditor, sed inimicus apertus: & solus, qui proditoriè occidit, est proditor. Unde hanc nostram sententiam, in casu quo mandans non sit amicus simulatus, sequuntur *Lezana verbo Immunitas num.* 12. *Diana cit. resol.* 12. §. *Notandum est tamen.*

Lezana
Diana

792 Quid, si mandans simulet amicitiam, & hominem ducat in insidias paratas, quibus occidatur ab aliis? Aliqui putant istum casum non incurri, nisi per mortem physicè illatam; qui autem hominem ducit in insidias, ipse non occidit physicè, sed solum moraliter. Ita *Lezana*, & *Diana locis citatis*, qui dicunt istam exceptionem homicidii proditorii ab immunitate esse odiosam ac proinde restringendam, ac limitandam ad mortem physicè illatam.

Lezana
Diana

793 Sed ego puto præsentem casum homicidii proditorii etiam incurri per mortem moraliter illatam. Et probatur, quia, ut superiùs ostendi, casus homicidii in Ecclesia incurritur per mortem moraliter illatam, nimirum per mandatum homicidii in Ecclesia, nam, ut ibi cum pluribus Doctoribus probavi, mandans homicidium punitur eâdem pœna, qua mandatarius, privatio autem immunitatis est pœna, & ita in casu præsenti docent *Fagund. Suar. & Peregrin. locis citatis.*

P. Fagūd.
P. Suar.
Peregrin.

794 Quid de proditore, qui profert falsum testimonium in causa mortis? Aliqui existimant hunc etiam incurrere præsentem casum. Ita *Zambellus cit. num.* 10. *Italia lib.* 1. *cap.* 5. §. 5. *num.* 144. Sed contrarium existimo probabilius, quia, qui falsum testimonium profert, non est causa mortis proxima, sed valde remota; Imò hujusmodi testimonium antecedit sententiam, & mandatum mortis, & solus, qui mandat occidere proximè, dicitur occidere. Ita *Castr. Palaus cit. punct.* 10. *num.* 8. *Bonacin. in Decalog. disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 6. §. 3. *num.* 4. *Diana p.* 6. *tract.* 1. *resol.* 26. §. *quæro undecimo*, & 4. *p. tract.* 1. *resol.* 104.

Zambel.
Italia
P. Palaus
Bonac.
Diana

795 *Tertiò quæritur*: Utrùm: qui occidit ex proposito, & animo pensato, dicatur occidere proditoriè, ac proinde incurrere præsentem casum? Respondeo negativè, quia ad proditionem requiritur, quod intercedat simulata amicitia, ubi ergo hæc non intercedit, non datur homicidium proditorium. Ita *Caballus tract. de homicidio num.* 388. *Chartarius in decisionibus criminalibus decis.* 95. *Thusc. lib. E. conclus.* 11. *num.* 9. *Dian.* 6. *p. tr.* 1. *resol.* 13. Et ita practicari in supremo senatu Hispaniæ testatur *Villalobos in summa tom.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 7. *num.* 12.

Caballus
Carthar.
Thuscus
Diana
Villalob.

796 *Objicies* textum in Cap. 1. *de Homicidio, ubi dicitur* avellendum esse ab altari, & immunitate privandum, qui per industriam occiderit, & per insidias, &c. Occidere autem per industriam quid aliud est, quàm occidere ex proposito, & animo pensato. Respondent aliqui hunc textum esse correctum per Bullam Gregorii XIV. in præsenti casu. Alii contendunt in textu citato explicari homicidium proditorium per illos duos terminos, *per industriam*, & *per insidias*, hoc est per industriam insidiosam. Ita *Suar. cit. num.* 13. *Boerius decis.* 108. *num.* 19. *P. Laynan lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 8. *Castr. Palaus proximè punct.* 9. *num.* 29.

P. Suar.
Boerius
P. Laym.
Castr Pal.

797 *Instabis*: si hæc secunda solutio esset vera, satis foret dici in textu *per insidias*, & superflua esset particula, *per industriam*. Respondeo hoc argumentum

etiam

etiam habere eandem vim adversus opinionem contrariam, nam si occidere ex animo pensato privat immunitate, satis erat poni in textu particula *per industriam*, & superflua esset particula *per insidias*. Dicendum ergo est illas duas particulas *per industriam*, & *per insidias* idem valere, ac proditoriè, seu interventu amicitiæ simulatæ. Et ita *P. Suar. Boerius. P. Layman. & Castr. Pal. locis citatis.*

798 *Quartò quæritur*: An comprehendatur præsenti casu, qui à tergo, aut per fenestram sclopetum explodit, & inimicum occidit? Respondeo negativè, quia, ut dixi, non est homicidium proditorium, nisi quod committitur sub simulata amicitia. Et ita in terminis docet *Bartolus* in L. *Respiciendum* §. *Delinquunt. num.* 1. *ff. de Pænis.* Accedunt *Riccius, Ambrosin. Farinac. Peregrin.* & alii apud *Dianam p.* 1. *tract.* 1. *resol.* 5. Et ita stando etiam in terminis juris communis ante Bullam Gregorianam decisum fuisse in regno Neapolitano testatur *Venceentius Franchis decis.* 713. Et ita declarasse sacram Congregationem die 2. August. 1619. docet *Barbos. de jure Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 72.

Bartolus Riccius Ambrosin Farinac. Peregrin. Diana

Vincẽtius Franc. Barbosa

799 *Quintò quæritur*: An incurrat præsentem casum mater, quæ occidit filium infantem? Respondeo affirmativè, & ita declaravit sacra Congregatio apud *Franciscum Leonem in thesauro fori Ecclesiastici p.* 1. *cap.* 13. *num.* 25. & apud *Barbos. in Collectan. Bullar. verbo Immunitas.* Et ratio videtur esse, quia mater, cum talis sit, videtur occidere sub simulata amicitia, ac pietate.

Francus Leo Barbosa

800 Quid de illo, qui veneno occidit infantem in utero matris? Hoc homicidium esse proditorium, ut pote commissum in illum, qui nullo modo præcavere debuit, aut potuit, sentiunt *Peregrin. cit. cap.* 3. *num.* 8. *& Farinac. in appendice cap.* 8. *num.* 138. Sed contrarium est probabilius, quia ibi non intercedit simulata amicitia cum ipso infante. Et ita tenent *Leo proximè* §. *Dubitari etiam potest, Bonacin. cit. disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 16. §. 8. *num.* 8. *Diana* 3. *p. tract.* 1. *resol.* 72.

Peregrin. Farinac.

Leo Bonac. Diana

801 De eo, qui veneno occidit inimicum, est maius dubium: An dicatur occidisse proditoriè? Probabilis videtur resolutio negativa, quia, ut diximus, proditio non est, ubi non intercedit simulata amicitia.

802 Sed communis est contraria sententia affirmativa, quam tenent *Sanchez in consiliis tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 26. *Castr. Palaus cit. punct.* 9. *num.* 26. *Castilin. decis.* 154. *num.* 2. *Boerius decis.* 109. *num.* 5. *Ludovicus Correa relect. de immunit. p.* 2. *num.* 19. *Peregrin. de immunit. cap.* 7. *num.* 6. *Italia de immunit. lib.* 5. *cap.* 5. §. 4. *num.* 36. *Ioann. de la Cruz in Directorio præcepto* 8. *q.* 3. *a.* 2. *dub.* 1. *conclus.* 1. *Bobadilla in Politica tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 75. *Villadiego in Politica cap.* 3. *num.* 28. Et sanè ita declaravit sacra Congregatio Concilii die 3. Decembris anno 1632. Quod ego intelligo de veneno, quod datur sub simulata amicitia, secus, si hæc absit. Et ita videtur intelligenda sacræ Congregationis declaratio. Et ita eam exponit *Diana* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 36. *&* 6. *p. tract.* 1. *resol.* 12. §. *sed ego*; ubi plures pro hac expositione allegat.

P. Sãchez P. Palaus Castilino Boerius Correa Peregrin. Italia. de la Cruz Bobadil. Villadiez.

Diana

803 Quid de eo, qui occidit inimicum reconciliatum? diciturne hoc homicidium proditorium? Affirmant *Thuscus litera P. conclus.* 869. *num.* 11. *Marius Italia de immunit. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 14. *Novit. pragm.* 11. *a. num.* 55. *tit. de absolut. Gizzarel. decis.* 16. *num.* 4. *Larath. cons.* 102. *num.* 26. *Franc. decis.* 713. *num.* 14. *Farinacius cons.* 136. *Giurba cons.* 60. Quia proditio est deceptio contra fidem in alterius perniciem, L. *Final. C. de delator. lib.* 10. L. *Proditores ff. de re milit.*

Thuscus Italia Novit. Gizzarel. Larath. Franc. Farinac. Giurb.

804 His non obstantibus, distinctione utendum videtur, & dicendum, quòd si reconciliatio fuit talis, ut iterum admitteretur ad pocula, vel ad societatem in itinere, tale homicidium esse proditorium; secus, si admissus est non ita, quia debuit talis inimicus præcavere, non enim supponitur omnino consopitus rancor, ac malus animus; ad homicidium autem proditorium requiritur, quòd talis simuletur amicitia, ut non supponatur rancor, aut malus animus, quem occisus debuerit præcavere. Ita decisum esse in curia Archiepiscopal. Neapolitana testatur *Riccius p.* 1. *decis.* 168. *num.* 2. Et tenent *Ambrosin. Peregrin.* & alii apud *Dian.* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 35. *&* 4. *p. tr.* 1. *resol.* 34.

Riccius Ambrosin. Peregrin. Diana

805 Neque obstat, quod proditio sit deceptio contra fidem, nam in hoc eventu non datur vera deceptio, debuit enim occisus à tali inimico, & si reconci-

liato

Immol. Menoch. Carot. Covar. liaro præcavere. Amicum reconciliatum æquipollere inimico tenent *Immola l. Filius familias ff. de donationibus*, *Menoch. de arbitr. quæst. 28. num. 8. Carot. de resurt. q. 21. num. 8. Covar. practicar. quæst. 28. num. 8.* explicans textum *L. Athletas §. Dat remissionem ff. de excus. tut.* Imo à judicando, ut suspectum, repelli docent *Iason Morla* *Iason L. Apertissimi num. 8. C. de judic. Morla in Emporio juris tit. 2. de jurisdict. in præmiss. sub. num. 200.* Nec integer est testis in criminibus etiam exceptis, Cap. *Accusatores 3. q. 5. Glossa cap. Per tuas verbo Inimicus de simonia.*

806 Quid, si occisor dederat fidei jussionem de non offendendo inimico? Adhuc non esse homicidium proditorium *Marinis Diana* tenent *Antonius de Marinis resolutionibus quotidianis cap. 174. num. 3.* & *Dian. 4. p. tract. 1. resol. 34.* quia adhuc inimicus debuerat præcavere, & ista fidei jussio non est amicitia simulata. Scio contra- *Peregrin.* rium teneri à *Peregrino cit. cap. 7. num. 10.* eo quòd proditio nihil aliud videtur esse, quam deceptio contra fidem; priori tamen sententiæ adhæreo, quia re vera non est proditio rigorosa, ubi non est simulata amicitia.

807 *Ultimò quæritur*: An præsentem casum incurrat, qui proditoriè occidit infidelem? *Ambrosin. Bonacina Diana* Negant *Ambrosin. de immunit. cap. 7. num. 12.* & *Bonacin. cit. disp. 3. q. 7. punct. 6. §. 3. num. 6.* & *Diana 4. p. tract. 1. resol. 105.* quia nomine amici strictè sumpti non venit infidelis. Contrarium tamen existimo tenendum cum *P. Palaus Peregrin. Farinac. Italia* *Castr. Palao cit. punct. 9. num. 31. Peregrin. proxime cap. 7. num. 15. Farinac. cit. cap. num. 120. Italia lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 7.* Et ratio est, quia cum infideli potest simulari amicitia, & ad proditionem non requiritur amicitia vera, sed simulata.

§. 21.

Assassinium.

808 *Qui dicantur assassini?*
809 *Iudex, aut testis, qui pecunia corruptus innocentem occidit, diceturne assassinus?*
810 *Probabilius est non esse assassinum.*
811 *Probabile est consulentem assasinium esse assassinum.*
812 *Sed contrarium est probabilius.*
813 *Mandans assassinium etiam effectu non sequuto est assassinus.*
814 *Quid dicendum de mandatario.*
815 *Mandatarius non est assasinus effectu non sequuto.*
816 *Neque mandans, neque mandatarius, est assasinus quando mandatarius occidit communem utrique inimicum.*
817 *Quid de occidente infidelem?*
818 *Probabilius est hunc non esse assassinum.*
819 *Si pecunia accepta sit minima, non committitur assasinium.*
820 *Idem dicendum, si solæ preces interveniant.*
821 *Idem etiam tenendum, quando pactum fuit de re incerta.*
822 *Similiter sentiendum, quando res promissa non est in promittentis potestate.*

808 Circa assasinium dico illum assasinum esse, qui mercede pacta, aut mandat, aut ex mandato occidit aliquem *cap. 1. de homicidio in 6.* Una requiritur conditio, nempe quòd, cum patratur homicidium, mandans non sit præsens, sed absens. Ita *Bertalozus consil. 143. num. 15. volumine 1. Gabriel consil. 180. num. 1. lib. 1. Giurba consil. 70. num. 27. Hendeleus consil. 93. num. 68. lib. 2. Grilenzonius consil. 45. num. 7. Ambrosin de immunit. cap. 7. num. 9. Lezana cum Naldo. & Farinac. verbo Immunitas num. 3.* *Bertaz. Gabriel Giurb. Hended. Grilenzon. Ambrosin. Lezana Naldo Farinac.*

809 *Quæritur primò*: An dicatur assasinus testis, vel judex, qui pecunia corruptus innocentem damnavit ad mortem? Probabilis est resolutio affirmativa, quia talis testis, vel judex pretio conductus occidit. Unde illi videtur competere assasinii definitio. Ita docent *Marius Ital. lib. 1. cap. 1. §. 11. num. 144. & Peregrinus de immunitate cap. 7. num. 42.* *Italia Peregrin.*

810 Sed oppositum judico probabilius, quia assasinium in præsenti debet accipi strictè, ac rigorosè; loquimur enim de illo in ordine ad minuendam Ecclesiæ immunitatem. Assasinium autem strictè, ac rigorosè acceptum potest accipi pro pecuniis acceptis ad occidendum physicè, at verò judex, & testis solum occidunt moraliter. Ita *Bonacina in Decal. disp. 3. q. 7. punct. 6. §. 3. n. 8.* *Bonacin.*

811 Quid autem dicendum de consulente assasinium? Probabile est etiam consulentem assasinium esse assasinum, quia

quia eadem videtur ratio de illo, ac de mandante, at verò mandans, ut diximus, est verè assasinus. Ita *Peregrin. cit. num. 37. Caballus in tract. de omnigenere homicidii num. 412. Lezana verbo Immunitas n. 13. Thusc. lit. L. Conclus. 10. n. 10. & conclus. 11. num. 7.* Peregrin. Caballus Lezana Thuscus

812 Sed probabilius est hujusmodi consulentem non esse assasinum. *Primò,* quia ipse non dat pecunias, sed solus mandans, ad assasinium autem requiritur datio, vel acceptio mercedis. *Secundò,* quia loquimur in ordine ad reservationem, reservatio autem, quæ imponitur facientibus, non comprehendit consulentes. Neque obstat quod in casu præsenti comprehendantur mandantes, nam hi quoad assasinium exprimuntur in jure *cap. 1. de homicidio in 6.* non ita consulentes, sumus autem in materia maximè odiosa, quæ non oportet ampliari, sed maximè restringi. Et ita tenent *Antonius de Marinis in resol. quotidian. cap. 171. num. 5. Gambacurt. de immunit. lib. 5. cap. 34. num. 14.* & alii quos citat, & sequitur *Diana 4. p. tract. 1. resol. 33.* & *6. p. tract. 1. resol. 11.* Marinis Gambacur. Diana

813 *Secundò queritur:* An per solam attentatam mortem, effectu non sequuto, incurratur assasinium? Et possumus loqui aut de mandante, aut de mandatario. Quod attinet ad mandantem, dicendum est committere assasinium per solam mortem attentatam, etiam effectu non sequuto. Ita deciditur in Cap. 1. *de homicidio in 6.* Ibi: *Statuimus, ut quecunque persona quempiam Christianorum per predictos assasinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit, quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur &c.*

814 Quod attinet ad mandatarium, aliqui putant etiam incurrere assasinium per solam mortem attentatam, quia eadem videtur ratio de mandatario, ac de mandante. Neque obstat, quòd in dicto Cap. 1. *de homicidio in 6.* solùm fiat mentio de mandante, quia hic textus loquitur de mandante assasinium per assasinos infideles, qui cum sint extra Ecclesiam, Ecclesia nihil statuit de illis. Ita *Bonac. proxime num. 6. Peregrin. cit. num. 31. Gutier. in practicis quest. lib. 3. q. 7. num. 8. Lezana verbo Immunitas num. 13. Megala 3. p. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 20. Fagund. 5. praecepto Decal. cap. 2. num. 25.* cum pluribus. Bonac. Peregrin. Guttier. Lezana Megala P. Fagund.

815 Sed probabilius est mandatarium non incurrere assasinium per solam mortem attentatam, effectu non sequuto, quia hæc est generalis doctrina in omnibus delictis, quibus imponitur aliqua pœna, ea enim non incurritur per solùm actum inchoatum, effectu non sequuto, sed requiritur actus consumatus, in casu autem assasinii nullum est speciale jus, quod comprehendat mandatarium, effectu non sequuto, nam textus in Cap. 1. *de homicidio in 6.* solùm loquitur de mandante, non verò de mandatario. Neque dicendum videtur textum solùm loqui de mandatariis infidelibus, non enim facit talem distinctionem. Et, quidquid sit de illo, Gregorius XIV. in præsenti Bulla, quam explicamus, loquitur de omnibus assasinis, etiam fidelibus, & non solùm de illis Syriis infidelibus, qui fortè ejus tempore pecuniâ pactâ non occidebant. Itaquè de mandante est speciale jus, quod illum comprehendat, etiam effectu non sequuto; de mandatario autem nullum est tale jus; neque dicendum est esse eandem rationem in utroque, nam si non esset mandans, non esset mandatarius. Unde satis fuit correxisse mandantes, dissimulatis mandatariis. Et ita docent *Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 9. Castr. Pal. tom. 2. tract. 11. disp. unica punct. 9. num. 38. ex Iulio Claro lib. 5. sen tent. §. Assasini num. 1. ex Bartolo in l. non solum §. si mandato ff. de injuriis,* quibus accedit *Salicetus in l. Ea quia C. de Accusationibus.* P. Layma. P. Palaus Clarus Bartolus Salicetus

816 *Tertiò queritur,* An incurrat assasinium mandatarius, qui pecunia accepta occidit communem inimicum, ipsi videlicet mandatario, & mandanti? Probabile est neque mandatarium, neque mandantem incurrere assasinium, mandans enim censetur potiùs instigator, & inflamator jam aliundè euntis, ac volentis, item mandatarius censetur solùm homicida. Itaquè assasinus aut est mandans homicidium committendum ex vi sui mandati, & non aliunde, aut est mandatarius committens homicidium ex vi mandati sub pecunia pacta, & non aliunde. Ita sentiunt *Vulpellus consil. 143. num. 10. Hondedeus consil. 87. num. 4. lib. 2. Farinac. cap. 8. num. 132. & 133. Diana* cum pluribus *6. p. tract. 1. resol. 11. §. unde primo.* Vulpellus Honded. Farinac. Diana

817 Quid, de eo, qui pretio accepto occidit infidelem, vel mandat illum occidi? plures existimant etiam incurrere

assasinium, neque admittunt distinctionem inter occisum fidelem, aut infidelem. [Decian. Bonac. Peregrin. Farinac.] Ita *Decianus lib. 16. cap. 28. num. 18. Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 7. puncto 6. §. 5. num. 9. Peregrin. de immunit. cap. 7. num. 39. Farinacius cap. 8. num. 120.*

818 Sed probabilius est hunc non incurrere assasinium, quia text. in Cap. 1. *de homicidio in 6.* dicit *quempiam Christianorum.* & hæc materia, cum sit odiosa, debet restringi, & non ampliari [P. Castr. P. Ambrosin. Novar. Clarus Covar. Guttier. Diana] Ita *Castr. Pal. cit. punct. 9. num. 3. Ambrosin. proxime cap. 7. num. 12. Novar. in conclusionibus novi juris Pontificii conclus. 43. num. 22. Iulius Clarus, Covarrub. Guttier.* & aliis, quos citat, & sequitur *Diana 6. p. tract. 1. resol. 11. §. Tamen ego.*

819 Utrùm autem incurratur assasinium per quamlibet pactam pecuniam [P. Palaus] acceptam? Affirmat *Castr. Pal. cit. num. 34.* & alii. Sed probabilis videtur resolutio negativa, nam si pecunia fuerit minima, non videtur movisse animum ad [Vulpelus Ambrosin. Eugenius Gabriel] tale facinus patrandum. Ita *Vulpel. proxime num. 9. Ambrosin. cit. cap. 7. num. 8. Eugenius consil. 76. num. 139. Gabriel cons. 170. n. 21. lib. 1.*

820 Quid, si nulla pecunia, sed solæ preces interveniant? Aliqui putant [Villadieg.] committi assasinium. Ita *Villadieg. in Polit. cap. 3. num. 213.* quia preces reputantur æquales pecuniæ. Sed contrarium videtur probabilius, quia exceptio immunitatis, ejusque diminutio est valde odiosa, ac proinde maximè restringenda.

821 Quid, si promissio facta non fuit pretii certi, & specificè, sed rei incertæ, & generalis, ut si mandatario dixit mandans se nunquam in illius necessitatibus defuturum. Plures opinantur incurri assasinium, quia in eo eventu videntur concurrere omnes conditiones ad il- [Villagut. Oldesob. Vincent. Mastril.] lud necessariæ. Ita *Villagut. de extensione legis tit. de crimine assasini num. 8. Iustus Osdesob in practica criminali tit. 2. causa 10. num. 9. Vincent. de Franchis decis. 160.* & *Mastrillus de indulto cap. 31. num. 11.* Sed probabilius est oppositum, quia pactum debet esse de aliqua re certa, quod [Lezana Vulpel. Baldus P. Palaus Peregrin.] non intervenit in proposito eventu. Ita *Lezana* cum pluribus *verbo immunit. num. 13. Vulpel. cit. num. 5. Baldel. consil. 381. Castro Palaus num. 34. Peregrin. num. 40.*

822 Idem dicendum, quando res promissa non est in promittentis potestate, ut cum mandans promittit sicario aliquam in uxorem; aut officium impetrandum ab alio. Ita *Farinac. Bossius,* & [Farinac. P. Bossius Diana] alii, quos citat, & sequitur *Diana 6. p. tract. 1. resol. 11. §. verum;* quia pactum rigorosum debet esse de eo, quod est in promittentis potestate. Scio contrarium doceri à *Deciano lib. 9. cap. 3. num. 16. fine.* [Decian] Sed minus bene, procedimus enim in materia maxime odiosa, quæ proinde est restringenda maxime.

§. 22.

Crimen læsæ maiestatis in personam Principis.

823 *Quid hic veniat nomine Principis?*
824 *An veniant Cardinales?*
825 *Probabilius est non venire.*
826 *Duces, Marchiones Comites, &c. non veniunt hic Principis nomine.*
827 *Quid dicendum de non aperientibus conjurationem?*
828 *Probabilius est non comprehendi isto casu.*
829 *Offendentes statuam, filium, aut uxorem principis non comprehenduntur.*
830 *Neque comprehenduntur monetarii.*

823 Circa crimen læsæ maiestatis in personam Principis dicendum est nomine Principis hoc loco venire in primis Imperatores, Reges, Potentatus & omnes alios dominos absolutos, qui in temporalibus alium superiorem non recognoscunt.

824 *Dubium est primò,* An veniant Cardinales? Partem affirmativam amplectuntur plures *Gambacurt. de immunit. lib. 5. cap. 44. num. 5. Marius Ital. lib. 1. cap. 5. num. 16. & §. 7. num. 11. Peregrin. cit. cap. 11. Diana 5. p. tract. 2. resol. 86.* [Gambac. Italia Peregrin. Diana] Probatur quia Cardinales sunt principes Ecclesiæ, & in jure cum Regibus, qui habent maiestatem, æquiparantur. Deinde faciunt unum corpus cum Papa Cap. *Felicis de pœnis in 6.*

825 Probabilior tamen videtur contraria resolutio, quia hi casus Gregorii XIV. quos explicamus, cum sint exceptiones ab immunitate, quæ proinde illam minuant, debent maximè restringi, & sumi in sensu rigoroso Nomine autem Principis sumpti strictè, ac in sensu rigoroso,

gorosò. Nomine autem Principis sumpti strictè, ac in sensu rigoroso soli veniunt domini absoluti, qui in temporalibus alium superiorem non recognoscunt. Et ita docent *Farinacius in appendice de immunitate cap. 14. num. 185. Castr. Pal. proximè puncto 9. num. 43.* Neque obstat, quod Cardinales dicantur principes Ecclesiæ, & faciant unam personam cum Papa, nam id est in favorabilibus, non in materia odiosa, qualis est hæc, in qua loquimur, restrictiva favoris, ac immunitatis Ecclesiæ.

Farinac. P. Palaus

826 Quid, de offendentibus Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, & Barones vassallorum? Aliqui existimant etiam venire Principis appellatione. Et ita docent *Gambacurt. cit. lib. 5. cap. 44. & Megal. apud. Dian. 1. p. tract. 1. resol. 6* Sed probabilius est oppositum, quia hi non sunt domini absoluti, & nomen Principis hoc loco, ut dixi, debet accipi strictè, & in sensu rigoroso. Ita *Barbos. in collectan. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 6. num. 10. Farinac. cit. cap. 13. num. 287. Marius Ital. proximè cap. 6. §. 7. n. 29. & 36.*

Gambac. Megala. Barbosa Farinac. Italia

827 Quid dicendum de non revelantibus conjurationem, & machinationem contra personam Principis? Incidunt ne in casum Gregorianum? Pro parte affirmativa facit, quòd hi incurrunt crimen læsæ majestatis, juxta constitutionem Pii V. quæ incipit *Infelicis sæculi. §. quicunque* unde hos comprehendi præsenti casu existimant *Farinacius proximè cap. 14. num. 186. Ital. cap. 5. §. 7. num. 52.*

Farinac. Italia

828 Probabilius tamen dicendum existimo oppositum; quia, ut dixi, materia, in qua loquimur, est valde odiosa, ac proinde restringenda; nomine autem criminis in personam Principis, si verba sumantur strictè, ac rigorosè, videntur solùm significare crimen commissionis, & non omissionis. Et sanè ita docent *Chilinus in summa verbo crimen læsæ majestatis num. 1. Peregrin. de immunit. cap. 10. num. 11. Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 7. num. 11.* Neque obstat, quòd Pius V. in sua constitutione *Infelicis* etiam comprehendat non revelantes; non enim loquitur in ordine ad immunitatem, quo sensu nostra quæstio procedit, quæ, cum sit restrictiva juris asyli, ac favoris Ecclesiæ, est singulariter restringenda.

Chilinus Peregrin.

829 Quid de incurrentibus crimen læsæ majestatis, non tamen in personam Principis, sed in illius statuam, filium, uxorem, fratres, proreges, consiliarios, & oratores? Dicendum non comprehendi prædicto casu, quia illo non comprehenditur quodcunque crimen læsæ majestatis, sed in personam Principis. Adde, quod hoc debet accipi strictè, & rigorosè propter restrictionem immunitatis, quæ, ut dixi, est valde odiosa. Ita *Peregrin. proximè cap. 9. Bonacin. citat. punct. 6. §. 6. num. 3. Sylvius in resol. verbo immunitas fol. 108. Castr. Pal. proximè puncto 10. num. 42. Diana 6. p. tract. 1. resol. 18. cum Villadieg. Guttier.* & aliis.

Peregrin. Bonac. Sylvius P. Palaus Diana Villadieg. Guttier.

830 Idem de monetariis, qui nimirum monetam falsam cudunt, aut bonam tondent, nam licèt hoc delictum sit læsæ majestatis L. 2. *C. de falsis monetis.* Ibi: *Cujus obnoxii majestatis crimen committunt*, non est tamen læsæ majestatis in personam Principis. Et ita docent *Peregrin. cit. cap. 10. num. 10. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 39. diffic. 7. num. 19. Trullenk lib. 1. Decal. cap. 11. dub. 3. num. 28. Barbos. de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 122. Lezana verbo Immunitas num. 15. Diana proximè resol. 19. Bonacin. Novar. Guttier.* & alii.

Peregrin. Villalob. P. Trullē. Barbosa Lezana Diana Bonacina Novari. Guttier.

§. 23.

Publicum latrocinium, & grassatio variarum.

831 *Publici latrones dicuntur illi, qui sunt publicè tales.*

832 *An comprehendantur in isto casu, qui semel, aut bis in via publica furtum commisit?*

833 *Qui ita furtum semel admiserit, comprehenditur isto casu.*

834 *Si via publica non sit, non comprehenditur.*

835 *Furtum attentatum tantùm non comprehenditur.*

836 *Quid de mercatoribus decoctoribus, seu fallitis?*

837 *Probabilius est non comprehendi.*

838 *Neque etiam comprehenduntur obligati ad ratiocinia.*

839 *Solvitur text. in Authent. de mandatis Principum.*

840 *Neque etiam, qui furantur personas ob pretium redemptionis: si præci-*

quæ non fiat in viis publicis.

831 Circa publicum latrocinium, & grassationem viarum notandum est, hunc casum non solum excipi in Bulla Gregorii, sed etiam in Cap. *Inter alia de immunit. Ecclesiar.* & in nostris Ordinationibus *lib. 2. tit. 5. §. 3.* Publici autem latrones dicuntur illi, qui sunt publicè tales, hoc est, qui latrocinium exercent in viis publicis, aut in mari cum violentia.

832 *Quæritur primò*, An qui solùm semel, aut bis in via publica furtum cum violentia commisit, aut in mari piraticam exercuit, incurrat præsentem casum? Negant plures Doctores, nam non dicitur publica meretrix, quæ solùm semel, aut iterum prostituta est, nec publicus usurarius, qui semel tantùm commisit usuram *L. Quis sit fugitivus §. Errorem*, & *L. Sciendum §. Illud ff. de ædilitio.* Ita communiter Canonistæ apud *Ignium in l. 3. §. Sub vettiturnium. 107. ff. ad Syllanum*; quibus accedunt *Lezana verbo immunitas num. 9. Barbosa de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 84. Castr. Pal. tom. 2. tract. 11. disp. unica punct. 6. num. 3. Giurba consil. 50. num. 27. Peregrin. cit. cap. 6. num. 8. Dian. 6. p. tract. 1. resol. 11.* cum *Farinac. Maranta Novario, Mastrillo, Ambrosino*, & aliis. Lezana Barbosa P. Palaus. Giurba. Peregrin. Diana Fariuac. Marant. Novarius Mastril. Ambrosin.

833 Sed ego oppositum existimo cum *Megala 3. p. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 10.* Quod sic probo, quia in præsenti casu continetur latrocinium publicum, quod scilicet publicū est ex eo, quòd committatur in via publica cum violentia. Et suppono ita committi id, de quo est sermo; non ergo video cur non contineatur in præsenti casu. Neque obstat, quòd dicitur de publica meretrice, aut publico usurario, nam in publico latrocinio est specialis ratio; dicitur enim publicum, quia committitur in via publica: alia delicta non ita, sed quia omnibus notum sit, eas personas talem vitam profiteri, quod indiget repetitione actuum. Adde quod in præsenti casu con continentur latrones publici, sed latrocinium publicum; in eo autem distinguuntur latro publicus, & latrocinium publicum, quod latro publicus denominatur à pluribus actibus; at verò latrocinium publicum uno tantùm actu committitur, & ab illo denominatur. Aliam rationem addit *Megala*, sed minùs facilem; dicit enim nomina verbalia uno solo actu verificari *L. Athletas §. Calumniata ff. de his, qui notantur infamia.* Megala

834 Quid, si via non sit publica, nec frequentata? Respondeo, tunc latrocinium non contineri in præsenti casu, quia in eo solùm continentur, quæ publica sunt ratione viæ publicæ; nec grassatores viarum dicuntur, nisi qui itinera frequentata, aut publicas stratas obsident, & ibi viatores ex insidiis aggrediuntur. *L. 1. C. Quando liceat uni.* Unde quando deficiunt hæ circumstantiæ, latrocinium non dicitur publicum, nec grassatio viarum, sed qui illud committunt, dicuntur fures simplices.

835 Quid, si furtum solùm sit attentatum, non verò consummatum? Aliqui putant, ad grassationem sufficere assaltum, seu insultum, etsi furtum non perficiatur. Sed probabilius dicendum videtur requiri furtum consummatum, quia, ut sæpe dixi, reservatio, & aliæ pœnæ impositæ delictis non incurruntur nisi per actum consummatum.

836 *Secundò quæritur*, quid dicendum de mercatoribus, qui in jure dicuntur decoctores, seu falliti, qui videlicet fraudulenter telonium frangunt, & cum bonis creditorum ad Ecclesiam confugiunt? Plures existimant comprehendi: Moventur, quia Pius V. in constitutione edita anno 1570. adnumerat hujusmodi mercatores inter publicos latrones. Ita *Gambacurt. lib. 4. cap. 15. num. 7. Io. ann. de la Cruz in director. p. 1. precept. 8. q. 3. art. dub. 1. conclus. 1. P. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto cap. 4. num. 53. Pereira in manu regia p. 2. cap. 50. num. 16. Villadiego in Polit. cap. 3. num. 216. Bobadilla tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 67. Azevedo tom. 3. lib. 5. tit. 10. l. 6. num. 2. Guttierres practic. quæstion. lib. 1. q. 1.* Gambacur. de la Cruz P. Fagund. Pereira Villadieg. Bobadil. Azevedo Guttier.

837 Sed oppositum sacra Congregatio Episcoporum declaravit in una Barensi, die 12. Martii anno 1600. Et eadem sacra Congregatio die 1. Decembris anno 1617. circa bona talium decoctorum decrevit, quòd non debeant adsportari ni Ecclesia, sed judici sæculari consignari, ut illa adjudicent eis, quorum sunt de jure, prout referunt *Lezana verbo Immunitas num. 16. Diana 2. p. tract. 1. resol. 32. & 4. p. tract. 1. resol. 47. §. Notandum, & resol. 83. §. Notandum est tertio hic & 6. p. tract. 1. resol. 17.* cum Diana Lezana

Fari-

Farinac. Gratian. Ambrosin. Bonac. Duard. P. Palaus. Correa. P. Sãchez.

Farinacio, Gratiano, Ambrosin. Bonacin. Duardo, P. Castr. Palao, Ludovic. Correa, P. Sanchez, & aliis pluribus. Neque obstat constitutio Pii V. nam aut non loquitur de illis quoad effectum immunitatis: aut dato, quod loquatur, est correcta per Bullam Gregorii XIV. ut est manifestum.

838 Quid de obligatis ad ratiocinia ratione alicujus administrationis, vel tutelæ? Item ad alia ratiocinia publica, aut regia debita, eo quod sint, aut fuerint exactores tributorum, aut officiales publici, & fugiunt à sindicatu in Ecclesiam? Plures existimant non comprehendi præsenti casu. Ita *Farinac. de immunitate cap. 3. num. 66. Villalobos in summa tom. 2. tract. 39. diffic. 7. num. 17.* cum *Abbate, Gregorio Lopez*, & *Bobadilla*, quibus accedunt *Fagund. proxime cap. 4. num. 53. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 3. Palao proxime punct. 8. num. 5. Dian. 1. p. tract. 1. resol. 32. fine*, & *6. tract. 1. resol. 38. §. unde.*

Farinac. Villalob. Albas. Lopez. Bobadilla. P. Fagũd. P. Suar. P. Palaus. Diana

839 Neque obstat, quod hi æquiparentur publicis latronibus *Authent. de mandatis Principum §. Publicanorum*, nam istud jus, præterquam quod sit generaliter correctum per jus canonicum in Cap. *Inter alia de Immunit. Ecclesiar.* videtur specialiter correctum per jus in Cap. *Uxor 17. q. 4.* Quarè huic sententiæ libenter adhæreo.

840 Quid de furantibus personas ob pretium redemptionis? Aliqui putant comprehendi præsenti casu, quia hoc delictum ob ejus gravitatem æquiparatur publico latrocinio. Ita cum *Mastril. Ioan. Maria, Novar. in sum. Bullar. tit. de immunit. num. 44.* Sed probabilius est, nisi hoc delictum committatur in publicis itineribus, & stratis viarum non comprehendi præsenti casu, quia neque est jus æquiparans hoc delictum publico latrocinio, neque alioqui, ut suppono, committitur in via publicâ. Et ita cum *Maranta* tenet *Diana 6. p. tract. 1. resol. 15.*

Mastril. Ioan. Maria. Novarius. Maranta. Diana.

§. Sed hæc.

(✠)

§. 24.

Agrorum depopulatio.

841 *Qui veniant nomine depopulatorum?*
842 *Comprehenditur etiam isto casu depopulatio diurna.*

841 Circa agrorum depopulationem sciendum est, populatores agrorum dici illos, qui alienos agros diripiunt, segetes, fructus, aut vineas devastant L. 1. C. *Quando liceat.* Non est dubium contineri in hoc casu devastationem nocturnam, juxta terminos textus in Cap. *Inter alia de immunit. Eccles.* quod etiam continetur in nostris Ordinationibus *lib. 2. tit. 5. §. 4.*

842 Solùm dubitari potest, An etiam contineatur devastatio diurna? & pro parte negativa facit, quod quando jus loquitur de depopulatione agrorum, intelligitur devastatio nocturna, ut patet ex dicto Cap. *Inter alia*, & ex nostris Ordinationibus. Sed probabilior est resolutio affirmativa, quia Gregorius XIV. in præsenti Bulla, quam expendimus, loquitur absolutè de depopulatione agrorum absquè ulla restrictione: ergo absquè ulla restrictione intelligendus est. Et confirmatur, quia quando jus vult restrictionem, illam exprimit, ut constat ex textu in Cap. *Inter alia*, & ex nostris Ordinationibus loco citato.

§. 25.

An in casibus prædictis exceptuatis possit reus abstrahi ab Ecclesia absque Episcopi facultate?

843 *Posse extrahi affirmant aliqui,*
844 *Sed probabilius dicendum extrahi non posse hujusmodi reos absque licentia Episcopi.*
845 *Qui verò extraxerit absque licentia Episcopi non dicetur immunitatis violator?*

843 Pro complemento hujus quarti casus diœcæsani, in quo continentur violantes immunitatem Ecclesiæ, illud superest inquirendum: Utrùm in casibus exceptuatis, in quibus

 vide-

videlicet confugiens ad Ecclesiã non gaudet ejus immunitate, possit ab Ecclesia abstrahi confugiens ad illam, insalutato Episcopo, quin priùs scilicet ab illo licentia petatur? Affirmant *Gambacurta lib. 6. cap. 14. & lib. 8. cap. 10. Villadiego in Politica cap. 3. num. 238. Suar. tom. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 11. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4. num. 44.* quia aliàs casus non essent exceptuati.

Gãbacur. Villadieg. P. Suar. P. Fagũd.

844 Sed probabilius est non posse id fieri absque licentia Episcopi. *Probatur primò* ex Bulla Gregorii XIV. ubi id expresse statuitur, etiam in his casibus exceptuatis. *Secundò*, quia actus jurisdictionis non potest exerceri in territorio alieno L. *Extra territorium ff. de jurisdictionibus, & cap. 2. de constitutionibus in 6. Tertiò* ex L. *Pateant fine C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*; & *Authentica de mandatis Principum §. sed neque.* Ibi: *Auxilientur autem tibi ad hoc etiam amabiles Ecclesiarum defensores, & Æconomi,* quibus verbis videtur textus velle extractionem fieri cum subordinatione ad ministros Ecclesiæ. Quare hanc sententiam tenent *Farinacius de immunitate cap. ultimo num. 356. Caballus in qq. criminalibus cap. 194. num. 12. Rolandus lib. 1. consil. 24. num. 15. Dian. 6. p. tract. 1. resol. 28.* cum *Gallino Vviguerii* & aliis. Et *1. p. tract. 1. resol. 14.* cum *Duardo, Filliucio,* & aliis pluribus.

Farinac. Caballus Rolandus Diana Gallinus Vriguers. Duardus P. Filliuc.

845 An autem, qui in dictis casibus absque licentia Episcopi reum extraxerit, dicatur immunitatis violator, & consequenter pœnas, & reservationem violantium incurrat? Affirmat *Diana cit.* Ego contrarium existimo, quia non violatur immunitas, ubi illa non est: in casibus verò exceptuatis non est immunitas. Unde committitur quidem sacrilegium contra reverentiam Ecclesiæ, non tamen videtur incurri excommunicatio lata contra violantes immunitatem. Nec Bulla Gregorii XIV. contrarium intendit, sed solùm pœnas imponit violantibus immunitatem. Cum autem dicit, quòd in casibus exceptis petenda sit licentia ab episcopo, solùm præcipit servari reverentiam Ecclesiæ in extractione confugientium ad illam, etiam in casibus exceptuatis.

(✠)

§. 26.

De effectibus Immunitatis, qui non possunt infringi absque ejus violatione.

846 *Effectus immunitatis reduci possunt ad tres.*

847 *Reum non jam liberum, sed cum ipso satellite intrantem in Ecclesiam non gaudere immunitate affirmant Jurisperiti.*

848 *Secunda sententia gaudere affirmat, sed prima est probabilior.*

849 *Posse reum extrahi per dolum, & sic extractum incarcerari affirmant aliqui.*

850 *Contrarium non est improbabile.*

851 *Quid si reus renunciet privilegio? docent aliqui posse in Ecclesia capi.*

852 *Contrarium omnino tenendum est.*

853 *Quod extenditur ad servum exeuntem de Ecclesia cum cautione.*

854 *Solvuntur duo fundamenta contraria.*

855 *Potestne reus iniquè extractus à non judice, capi jam extractus à judice?*

856 *Probabilius est iniquè extractum capi à judice non posse.*

857 *Quid de reo exeunte de carcere sub juramento, & postea confugiente ad Ecclesiam.*

758 *Probabilius est non posse extrahi.*

859 *Damnatum ad triremes posse ab Ecclesia extrahi opinantur nonnulli.*

860 *Valde tamen probabile est extrahi non posse.*

861 *Quid dicendum de damnato ad furcam, transeunte per locum sacrum, illumque inclamante? duæ sententiæ.*

862 *Tertia, & quidem probabilior tenet non gaudere immunitate.*

846 ULtimò quæritur: Quinam sint effectus immunitatis, qui non possunt infringi absque violatione ipsius immunitatis? Respondeo plures esse hujusmodi effectus, qui commodioris doctrinæ gratia, reduci poterunt ad tres. *Primus est*, quòd reus confugiens ad Ecclesiam, vel locum sacrum non possit inde abstrahi, *Cap. definivit 17. q. 4.* & L. *Præsenti C. de his,* qui

qui ad Ecclesiam confugiunt

Gambac. Villadieg. Gams Ambrosin.

847 Quid, si reus non liber, sed cum ipso satellite per vim Ecclesiam intrat? Tunc non gaudere immunitate dicunt communiter Jurisperiti, *Gambacurta lib. 4. cap. 18. num. 6. Villadiego in Politica cap. 3. num. 206. Gams decis. 141. Ambrosin. de immunit. cap. 10. num. 10.* Et ratio est, quia iste non venit liber ad Ecclesiam, & ideo non habet libertatem, in qua defendatur.

Diana Italia Ghilinus Glianes P. Trullenck Loccatel.

848 Contrarium tenent *Diana p. 1. tract. 1. de immunit. resol. 13. & p. 3. tract. 1. de immunit. resol. 36. & p. 6. tract. 1. de immunit. resol. 27. vers. Ad alium, Marius Italia de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 70. Ghilinus in summ. verbo Ecclesia num. 2. Glianes de censuris verbo Extrahens num. 18. P. Trullenck in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 11. Cæsar Loccatellius in breviario de tortura inspect. 5. num. 162.* Et probatur, quia Canones loquuntur de immunitate absolutè absque ulla distinctione: & ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus. Ego hanc secundam sententiam existimo piam, sed re vera prima est probabilior, quia non dicitur confugere, qui est vinctus.

Bonac. Filliuc. Duardus P. Fagund. Navar. Remigius P. Suar. P. Palaus Decianus Farinac.

849 An autem reus possit extrahi dolo, & fallacia, sicque extractus capi, & incarcerari? Affirmant *Bonacin. de legibus disp. 3. q. 7. §. 2. num. 10. P. Filliuc. tom. 1. tract. 15. cap. 6. num. 154. Duard. in Bulla cœnæ lib. 2. can. 15. q. 16. num. 34. P. Fagund. de Præceptis Eccles. tract. 2. lib. 4. num. 56. Navar. in Manuali cap. 25. num. 22.* cum *Remigio* & aliis. *P. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. de reverentia debita loco sacro cap. 13. num. 2. P. Castro Palao tom. 2. tract. 11. disp. unica punct. 11. num. 3.* cum *Deciano, Farinacio,* & aliis pluribus, quia iste non est extractus per vim, sed sponte sua: at verò sacri Canones solùm prohibent, ne per vim extrahatur, Cap. *Inter alia de immunitat.* Cap. *Id constituimus 17. q. 4.*

850 Sed contrarium non est improbabile. *Primò,* quia in Cap. *Id Constituimus 17. q. 4.* prohibetur, ne quis extrahatur ab Ecclesia, nulla facta mentione de vi: at verbum *extraho* etiam comprehendit extractionem per dolum. *Secundò,* quia confugiens ad Ecclesiam est aliquid Ecclesiæ, affectum onere restitutionis: quod autem dolo aufertur, est restituendum. Et confirmatur, quia qui dolo cedit, cedit invitus: quod autem aufertur invito domino, habet rationem furti. Et ita sentiunt *Bobadilla in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. 80. Villadiego in Polit. cap. 3. num. 222. Megala 3. p. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. Mastrillus lib. 2. decision. 169. num. 12. Diana 1. p. tract. 1. resol. 16. & 26.* cum pluribus.

Bobadil. Villadieg. Megala Mastril. Diana

851 Quid, si reus renunciet privilegio? Plures existimant tunc posse in Ecclesia capi, & incarcerari, etiam contradicentibus ministris Ecclesiasticis, quia tunc reo non infertur vis: & sacri canones solùm prohibent, ne vi extrahatur ab Ecclesia, Cap. *Inter alia de immunitate.* Ibi: *Non est violenter ab Ecclesia extrahendus.* Facit textus in Cap. *Uxor. 17. q. 4.* ubi *servus Felix privilegio renunciavit.* Et ita tenent *Barbosa de jure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 58.* cum *Remigio tract. de immunit. fallent. 11. fine Salgad. tract. de Bul. Pontific. par. 1. cap. 3. n. 64.*

Barbosa Remigio Salgadus

852 Sed omnino tenendum videtur reum, & si possit exire ab Ecclesia, quandiu in ea est, non posse renunciare privilegio, ita ut in eâ capiatur, quia hoc privilegium primariò est concessum Ecclesiæ, & nemo potest renunciare privilegio, cùm læditur jus alterius: per textum in Cap. *Si diligenti de foro competenti,* ubi dicitur, quòd clericus non potest renunciare privilegio fori; & per textum in Cap. *Contingit de sent. excom.* Ubi deciditur, quòd clericus non potest renuntiare privilegio canonis: ergo neque gaudens immunitate privilegio loci. Accedit, quòd capere aliquem in Ecclesia est actus judicialis à ministro justitiæ: hic autem non potest exerceri in Ecclesia Cap. 1. *de immunit. Eccles.* Et ita docet *Farinacius de immunit. cap. 19. num.* cum *Italia, Deciano* & aliis, quibus accedunt *Peregrinus de immunit. cap. 15. num. 22. P. Trullenck tom. 1. Decal. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 14. P. Castr. Palao tom. 2. tract. 11. disp. unica punct. 11. num. 5. Mastrillus lib. 2. decis. 169. Diana 6. p. tract. 1. resol. 32. vers. sed hic non est omittenda.*

Farinac. Italia Decian. Peregrin. P. Trul. P. Palao Mastril. Diana

853 Quod etiam extendo ad casum, quo servus exiit ab Ecclesia cum cautione, non enim postquam exiit, potest cedere, quia fit injuria Ecclesiæ, cui cautio est præstita.

854 *Ad primum* fundamentum opinionis contrariæ, (quatenus dicit reum, qui in Ecclesia cedit privilegio, non

extra (invitum) respondeo reum, quandiu est in potestate Ecclesiæ, quantùm ad hoc, non considerari cum propria voluntate, sed sub voluntate Ecclesiæ, quæ contradicit. *Ad secundum ex* Cap. *Ux*or, respondeo servum Felicem liberè exiisse: confisum suâ superbâ, ac falsâ innocentiâ, & postea extra Ecclesiam convictum, & captum fuisse.

855 Quid, si reus iniquè quidem fuit extractus: non tamen à judice? poteritne judex sic extractum capere, & incarcerare? Affirmat *P. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 13. num. 17. & 19. fine*, quia talis judex non extraxit: ergo non violat immunitatem. *P. Suar.*

856 Sed oppositum est probabilius, quia talis reus est aliquid Ecclesiæ, licèt furtim sublatum: & ejus extractio etsi primò non fuerit commissa à judice, ab illo continuatur. Et confirmatur ex terminis Bullæ Gregorianæ. Ibi: *Extrahere, capere, vel incarcerare*; ubi interdicuntur omnes illæ actiones per particulam *vel*, quæ est alternativa, ut latè probat *Barbosa tract. de dictionib. dictione* 415. Ita *Bonac. in Decal. disp. 3. q. 7. puncto 9. num. 10. Peregrinus de immunit. cap. 14. num. 10. Genuens. in praxi cap. 17. num. 6. Diana p. 4. tract. 1. resol. 102.* cum *P. Valent.* & aliis. *Barbosa Bonacin. Peregrin. Genuens. Diana. P. Valent.*

857 Quid, si reus exiens è carcere, sub juramento redeundi, confugiat ad Ecclesiam? Aliqui putant hunc posse abstrahi. Ita *Naldus in sum. verbo Deus num. 13. Oldelsob. in pract. crimin. tit. 3. caut. 17. num. 7. Decian. lib. 6. cap. 28. num. 21. P. Azor p. 1. lib. 9. cap. 9. vers. Quid dicendum.* *Naldus Oldelsol. Decianus. P. Azor*

858 Sed oppositum est probabilius, quia juramentum redeundi non tollit privilegium immunitatis. Ita *Farinacius de immunit. cap. 15. num. 200. P. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 20. P. Fagund. 2. Eccles. præcepto lib. 4. cap. 4. num. 58. P. Castr. Palao cit. punct. 7. num. 13. Diana 6. p. tract. 1. resol. 26. vers. Quæro 5.* Non nego hunc fuisse perjurum, sed dico perjurium non tollere immunitatem. *Farinac. P. Suar. P. Fagund. P. Palaus. Diana*

859 Quid, de damnato ad triremes, si confugiat ad Ecclesiam? posse inde abstrahi, nec gaudere immunitate existimat *Martha de jurisd. p. 1. cap. 51. num. 17. Villadiego in Polit. cap. 3. num. 215. Megala p. 3. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 33.* Quia damnatus ad triremes vulgò *Galiota* reputatur ut servus pœnæ: Ecclesia verò non protegit servos, invitis Dominis. *Martha Villadieg. Megala*

860 Sed oppositum est valde probabile, quia hodie nemo per condemnationem efficitur servus pœnæ, *Authent. Sed hodie C. de donationibus inter virum, & uxorem.* Imò, licèt servus pœnæ efficeretur, ut de facto efficitur damnatus ad mortem L. *Qui ultimo ff. de pœnis*, adhuc gauderet immunitate, quia servus potest fugere à domino propter timorem pœnæ, licèt justæ. Et ita docent *Ludovicus Correa in relect. ad* Cap. *Inter alia de immunit. Eccles. par. 3. num. 9. q. 4. Diana p. 4. tract. 1. resol. 47.* cum *Giurba, Antonio de Marinis*, & aliis pluribus: & *1. p. tract. 1. resol. 40. Pereira in manu regia part. 2. cap. 10. num. 17.* *Correa Diana Giurba Marinis Pereira*

861 De damnato ad furcam, & transeunte per locum sacrum, eumque inclamante, aliqui dicunt gaudere immunitate, inter quos est *Megala, Boerius, Germon*, & *Navar. apud Dianam 1. p. tract. 1. resol.* 30. Alii asserunt gaudere quidem si absque necessitate per eum locum ducitur ad patibulum, secus si necessitate ducitur. Ita *Peregrinus*, & *Farinacius* apud *Dian. ibidem.* *Megala Boerius Germon Navar. Peregrin. Farinac.*

862 Licèt hæ opiniones piæ sint, probabilius est hunc non gaudere immunitate, quia non intrat hunc locum liber, unde non habet libertatem, in qua defendatur. Ita communiter Doctores Juristæ apud *Bobadill. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 61. in Glos. lit. A. P. Fagund. 2. Ecclesiæ præcepto tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 57.* *Bobadil. P. Fagund.*

§. 27.

De secundo effectu immunitatis.

863 *Reus, quandiu est in Ecclesia non dicitur esse in territorio Principis.*

864 *An gaudeat immunitate confugiens ad Ecclesiam cum armis vetitis?*

865 *Tenendum est hujusmodi gaudere immunitate.*

866 *Posse saltem armis vetitis spoliari à judice defendunt multi.*

867 *Contrarium tamen, & meritò tenent plures Doctores.*

863 Secundus effectus immunitatis est, ut reus dum est in Ecclesia, vel loco sacro, non dicatur esse

esse in territorio Principis; unde, ut supra dixi, reus, tametsi bannitus, quandiu est in Ecclesia, non potest in ea occidi, aut capi, ut tenent *Peregrin. de immunit. cap. 5. num. 11.* cum *Remigio, & Diana 6. p. tract. 1. resol. 21. fine* cum *Farinacio*, & aliis.

Peregrin. Remig. Diana, Farinac.

864 Dubium est de confugiente ad Ecclesiam cum armis vetitis; & quæritur, An gaudeat ejus immunitate? Negat *Sarpus de jure asyli cap. 5. fol. 43.* ex eo principio, quia in gestando talia arma in Ecclesia non gaudet immunitate, *Cap. Fina. de immunit. Ecclesiar.*

Sarpus

865 Sed oppositum tenendùm; quia non quodvis delictum commissum in Ecclesia privatur immunitate, sed tantùm homicidium, & mutilatio, hæc enim tantùm duo excipiùntur in dicto Cap. *Finali*, & in Bulla Gregorii XIV. Accedit, quòd, quanvis gestare arma vetita sit delictum grave, saltem cum prohibentur sub pœna capitali, non videtur inferre irreverentiam gravem contra Ecclesiam, & esse sacrilegium contra illam, licèt, quanvis foret, ut dixi, adhuc gauderet immunitate, quia solùm homicidium, & mutilatio commissa in Ecclesia privantur immunitate. Et ita docent *Peregrinus de immunit. cap. 12. num. 11. Ambrosin. cap. 5. num. 5. Guazzinus tom. 1. defens. 1. cap. 29. num. 7. Sperellus decis. 59. num. 11. Chartarius decis. criminal. 74. num. 8. & decis. 46. num. 15. Diana 6. p. tract. 1. resol. 8.*

Peregrin. Ambrosin Guazzin. Sperellus. Chartar. Diana

866 Utrùm autem saltem ipsis armis vetitis possit à ministris sæcularibus in Ecclesia spoliari? Affirmant *P. Sanchez in Opusculo tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 14. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 34. diffic. 5. num. 11. diffic. 5. num. 11. Gambacurta lib. 4. cap. 16. num. 11. Villadiego in Polit. cap. 3. num. 214. Ioan. de la Cruz in director. p. 1. præcepto 8. q. 3. a. 1. dub. 1. conclus. 3. Graffis tom. 1. lib. 3. cons. unico de immunitate Eccles. num. 19. P. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 12. num. 3.* quanvis expresè non dicat id fieri posse à judice sæculari, *P. Fagundez 2. Ecclesiæ præcepto lib. 4. cap. 4. num. 55. Portel in dub. regul. verbo Ecclesiæ immunitas num. 15. Naldus in sum. verbo Ecclesia num. 5.* Et probatur ex *Cap. de raptoribus 36. q. 1.* ubi deciditur, quòd, si raptor cum rapta confugiat ad Ecclesiam, spolietur ipsâ Virgine rapta: ergo etiam quovis alio furto, & similiter armis vetitis. Et ratio est, quia hujusmodi spoliatio non est propriè pœna: sed subtractio materiæ culpæ.

P. Sãchez Villalob. Gãbacur Villadieg. de la Cruz Graffis. P. Suar. P. Fagund Portel Naldus.

867 Contrarium tenent plures Doctores, & quidem meritò, quia judex laicus nullam jurisdictionem potest exercere in Ecclesia *cap. 1. de immunit. Eccles. & cap. 2. eodem tit. lib. 6.* Ibi: *Omnis in eis sæcularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per laicos, criminalis maximè, agitetur, sint loca eadem laicorum cognitionibus aliena.* Et confirmatur, quia Ecclesia est de territorio Episcopi, & respectu Principis sæcularis habet se per modum alieni territorii; ut constat ex proximè dictis: at verò jurisdictio non extenditur ad alienum territorium *cap. 2. de constitutionibus in 6. & L. fina. cum Glossa ff. de jurisdict. omnium judic.* Ita *Farinacius de immunit. cap. 16. num. 248. Peregrinus de immunit. cap. 13. num. 5. P. Cast. Palao tom. 2. tr. 11. disp. unica punct. 9. num. 10. Dian. p. 1. tract. 1. resol. 8. & p. 6. tr. 1. resol. 8.* cum *Maranta, Zambello, Novario, Ciarlinio*, & aliis. Neque obstat, quod dicitur in Cap. *de raptoribus*, quia id debet fieri per ministros Ecclesiasticos, & non per sæculares, juxta terminos textus in dicto *Cap. 1. de immunit. & Cap. 2. eodem in 6.* An idem dicendum sit de furto, & de armis vetitis? Non negarem id Episcopo, & ministris Ecclesiasticis, quia aliâs continuaretur peccatum. Neque officit textus in *Cap. Definivit 17. q. 4.* Ibi: *Aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spolii.* Nam hæc debent intelligi quoad bona, quæ sine alicujus injuria secum defert, ut bene notant *P. Suar. cit. num. 3. & P. Castr. Palao cit. num. 8.*

Farinac. Peregrin. P. Palaus. Diana Marant. Zambel. Novar. Ciarlin.

§. 28.

De tertio effectu immunitatis.

868 *Tertius effectus immunitatis.*
869 *Confugiens ad Ecclesiam potest, & debet puniri à ministris Ecclesiasticis.*
870 *Non tamen puniri debet pœna aliqua corporali.*
871 *Iudex sæcularis, facta cum compositione cum parte, non potest agere cum reo dimisso ab Ecclesia.*

868 Tertius effectus immunitatis est, ut quandiu reus in

in Ecclesia est, non possit à judice sæculari damnari ad mortem, aut ad aliquam pœnam. *Cap. Inter alia de immunitate Ecclesiar.* & *Cap. Id constituimus*, & *Cap. Reum 17. q. 4.* Ita *Farinacius de immunit. cap. 2. num. 335.* cum *Glossa, Hostiensi, Joann. Andrea, Anchatrano, Antonio de Butr. Zabarel; Archidiacono, Turrecremata, Goffredo, Tabiena, Armilla, Oldrad. Tusc. Rosella, Villagut, Francisco, Leone, Mario Italia*, & aliis pluribus *P. Suar. cit. lib. 3. cap. 12. num. 5. Barbos. de jure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 46. Diana p. 1. tract. 1. resol. 12. & 6. p. tract. 1. resol. 33.* cum *P. Scortia, P. Fagundez, Bonacin. Persico Peregrino*, & aliis.

Farinac. Gloss. Hostiens. Joa. Andr. Anchar. Anton. de Butr. Zabarel. Archidiac. Turrecr. Goffredus Tabiena Armilla Oldrad. Thuscus Rosel. Villagut. Leo Italia P. Suar. Barbosa Diana P. Scort. P. Fagũd. Bonac. Persicus Peregrin.

869 An autem possit, & debeat puniri ab Episcopo, vel aliis Rectoribus Ecclesiasticis? Respondeo affirmativè. Ita deciditur in textu in *Cap. Inter alia de immunit. Ecclesiar.* Ibi: *Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam: super hoc tamen, quod inique fecit, est aliàs legitime puniendus.* Imò nisi Rectores punierint, peccabunt contra justitiam, ut communiter tenent Canonistæ in dicto *Cap. Inter alia: Hostiensis num. 1. vers. Prelati verò. Joan. Andreas num. 5. eodem vers. Prelati verò Anchavran. num. 2. vers. Et dicit Hostiens Zabarella num. 5. eodem vers. dicit Hostiensis. Sylvest. verbo Immunitas 3. num. 4. vers. Igitur sicut Panormitanus. D. Antonin. in sum. part. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. vers. super eo autem, quod inique fecit. Rosella verbo Immunitas 2. num. 8. Farinac. de immunit. cap. 21. num. 329.* cum *Goffredo, Hostiensi*, & aliis pluribus, & plenius *num. 339.* cum aliis pluribus, quibus accedunt P. *Cast. Palao cit. punct. 11. num. 9. & 10. Dian. 6. p. tract. 1. resol. 33. vers. sed hic obiter.*

Hostiens. Joa. Andr. Anchar. Zabarel. Sylvester. D. Anton. Rosella Farinac. Goffred. Cast. Pal. Diana

870 Quâ verò punitione ab Episcopo, vel Ecclesiæ Rectore sit puniendus? Respondeo in primis nulla pœna corporali per textum in *Cap. Id constituimus 17. q. 4.* Ibi: *sed nec alteri consignare, nisi ad Evangelia datis Sacramentis, de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi, ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat.* Ex quo patet nullam permitti pœnam, sed solam compositionem, & satisfactionem pecuniariam pro quantitate injuriæ, aut damni dati. Ita *Farinacius cit. num. 331.* cum *Archidiacono Turrecremata*, & aliis, *Marius Italia de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 6. §. 3. P. Castro Palao cit. num. 9. Thusens verbo Ecclesia, conclus. 10. num. 5. & 8. & 14. & 66. Bonacin. disp. 3. q. 7. §. 5. vers. Quartus.* Quod si reus non habeat pecunias, debet servitio componi, & satisfacere ut tenet *Glos. in Cap. Reum 17. q. 4.* P. *Suar. cit. cap. 12. & 16.* P. *Fagundez 2. Ecclesiæ precepto lib. 4. c. 4. num. 48. Diana 6. p. tract. 1. resol. 33. vers. Ad id vero* cum P. *Azor, Persico*, & aliis pluribus. Scio *Abbatem* in *Cap. Inter alia num. 8. de immunit. Ecclesiarum* opinari, quod, ultra compositionem, & satisfactionem, infligenda sit aliqua pœna pro delicto, & posse, ac debere agi cum illo non solùm civiliter, sed criminaliter; dicit enim textus *Quod inique fecit, est aliàs legitimè puniendus*, & ponderandum est verbum *punire* quod significat etiam criminaliter. Unde existimat *Abbas* puniendum esse non quidem aliquâ pœnâ corporali; id enim prohibetur in *Cap. Id constituimus.* Ibi: *Ab omni pœnarum genere sint securi*; hoc est, ab omni pœna corporali, sed aliqua pœna pecuniaria, id enim importat textus in *Cap. Inter alia.* Ibi: *Quod iniquè fecit, est aliàs legitimè puniendus.* Et sanè ita sentiunt *Sylvester verbo Immunitas 2. num. 8. vers. Contra eos tamen Tabiena verbo Immunitas num. 13. vers. Et dum est in Ecclesia*; Sed re vera textus in *Cap. Id constituimus* removet omnem pœnam: & solùm relinquit compositionem, & satisfactionem. Nec urget verbum *punire* nam etiam sola satisfactione, & compositione pecuniaria est contentum.

Farinac. Turrecr. Italia Castr Pal. Thuscus Bonac. Glos. P. Suar. P. Fagũd. Diana P. Azor Persicus Sylvest. Tabien.

871 Notandum præterea est judicem sæcularem, postquam, factâ compositione, reus ab Ecclesia est dimissus, non posse iterum agere cum illo criminaliter, & inquirere de ejus delicto, aliàs privilegium immunitatis parum, aut nihil illi prodesset, ut bene notant *Farinacius cit. num. 340.* cum communi Doctorum, quibus etiam subscribunt *P. Castro Palao proxime puncto 11. num. 10. & Dian. cit. resol. 33.*

Farinac. P. Palaus Diana

Quintus casus.

Incendiarii.

872 *Cum incendiariis annumerantur, qui vites aut arbores alienas injusta de causa inciderint*

873 *Prima conditio ad incendiarium est, ut faciat sive manu, sive mandato, sive*

sive consilio, sive auxilio.

874 *Secunda conditio est, ut id faciat malo animo. Tertia ut incendatur res aliena.*

875 *Quid dicendum, si damnum non sit sequutum?*

876 *Probabilius est non incurri reservationem.*

877 *Qui ex culpa lethali incendio causam dedit, tenetur ad restitutionem damni dati.*

878 *Quid dicendum, si culpa venialis sit?*

879 *Ex nulla culpa veniali oritur obligatio restituendi.*

880 *Solvitur, & explicatur textus in C. Finali.*

881 *Solvitur textus in C. consuluisti.*

882 *Confirmatur tradita doctrina specialiter in materia de incendiis.*

883 *Referuntur A. A. qui id in terminis docent.*

884 *Neque conductor, ex cujus culpa levi, domus incensa fuit, tenetur ad restitutionem.*

885 *Quid, si mercede deputatus sit ad rei incensæ custodiam?*

886 *Neque tunc teneri ad restitutionem de culpa levi dicendum.*

887 *Quid in dubio, an incendium ortum fuerit casu fortuito, an ex culpa?*

888 *Quid si culpa gravis non certò præsumatur, sed dubium de illa sit?*

889 *Quibus aliis pœnis subjaceant Incendiarii?*

890 *Incendiarii rerum Ecclesiasticarum sunt ipso jure excommunicati, ut plures affirmant.*

891 *Melius tamen dicendum solùm esse excommunicatos de consuetudine recepta*

892 *Post declarationem à solo Papa absolvi possunt?*

893 *Incendiarii rerum non Ecclesiasticarum sunt ipso facto excommunicati: absolvi possunt ab Episcopo.*

894 *Nonnulli putant Incendiarios gaudere immunitate.*

895 *Contrarium tamen satis probabile est.*

872 QUinta difficultas de incendiariis, & cũ illis in hoc casu communiter adnumerari solent hi, qui damni, injuriæve causâ vites, aut arbores alienas inciderint.

§. 1.

Quid dicendum de incendiariis?

873 QUod in primis attinet ad incendiarios, ut quis talis dicatur, tria requiruntur. *Primum,* quod incendat, & id intelligitur sive facto, sive mandato, sive consilio, sive auxilio, sive solo consensu. *Cap. Si quis membrorum.* Ibi: *Incendia fecerit, sive facere jusserit, aut facienti consenserit* 23. *q.* 8. Et *Cap. Pessimam.* Ibi: *Ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium, vel auxilium scienter præbuerit.*

874 *Secundò requiritur,* ut id faciat malo animo dicto *Cap. Pessimam* Ibi: *Malo studio sive pro odio, sive pro vindicta. Tertiò requiritur,* quod incendatur res aliena, sive domus, sive fruges, sive alia ejusmodi, ut communiter notant *Barbos. de Officio, & potest. Episcopi allegat.* 51. *num.* 73. *Gambacurt. de casibus reservatis casu* 5. *num.* 1. *fol.* 198. *Fragoso p.* 2. *lib.* 8. *disp.* 19. §. 2. *num.* 6. & communiter Doctores in dictos textus *Cap. Si quis membrorum,* & *Cap. Pessimam* 23. *q.* 8. & *Cap. Cum devotissimam* 12. *q.* 2. Barbosa Gambac. P. Fragoso

875 *Quæres primò:* Quid dicendum, si damnum non sit secutum, quia incendium fuit extinctum à superveniente pluvia, aut ab hominibus, quia ad illud extinguendum occurrerunt? Communiter dicitur adhuc in eo eventu incurri reservationem, quia talis incendiarius fecit, quod in se fuit, & per eum non stetit, quominus damnum sequeretur. Ita *Gambacurt. Barbosa, & Fragoso locis citatis.* Gambac. Barbosa P. Fragoso

876 Ego tamen aliter sentio, quia reservatio imposita alicui delicto, cum sit adeò odiosa, non incurritur per solum actum attentatum, effectu non secuto. Et confirmatur quia reservatio imposita testimonio falso in judicio non incurritur per testimonium falsum, quod licèt venerit in damnum alicujus, tale damnum de facto non secutum est; unde communiter dicunt Doctores talem falsarium non esse puniendum pœna ordinaria. Ita *Hippolytus consil.* 27. *num.* 17. & *consil.* 70. *num.* 12. & *consil.* 105. *num.* 21. *Sylvanus consil.* 7. *num.* 11. *Caldas, Pereira de emptione cap.* 1. *num.* 19. *Caballus* Hyppolit. Sylvanus Caldas Pereira Caballus

lus in practica de testibus p. 3. num. 68. Nequè obstat, quod per istum falsarium non steterit quo minus damnum non sit secutum, quia pœnæ, & odia sunt restringenda, &, ut dixi, non incurruntur per solum actum attentatum, effectu non secuto, *regula Odia.*

877 *Quæres secundò*: An, qui incendio causam dedit ex culpa veniali, teneatur ad restitutionem damni dati? Non est dubium, si incendium causatum fuerit ex culpa lethali, teneri talem incendiarium ad restitutionem quoad interesse, & omnia damna L. *Qui ædes vers. Si verò ff. de incendio, ruina, & naufragio. Cap. Si egressus 5. de injuriis, & damno dato, Menochius de arbitrar. quæst. casu 390. Iosephus Ludovicus decisionibus, Perus de cis. 25. num. 10. Farinacius in praxi p. 3. q. 100. Fragos. cit. num. 7.* Menoch. Ios. Ludov. Perus Farinac. P. Fragos.

878 Si autem negligentia, & culpa non fuit lethalis, sed solum venialis, distinguunt Doctores, dicuntque, si culpa fuit omissionis, non oriri ex ea obligationem restitutionis; secùs, si culpa fuit commissionis. Ita *Farinac. in praxi proxime num. 24.* cum *Glossa in L. Si modo ff. de legatis 1. Iosephus Ludovicus proximè num. 13. Magonius in Decisionibus Florentinis decis. 111. num. 41. & 43. vers. & ideo licèt,* & alii plures, quos ipse *Farinacius* citat *num. 21.* quibus *num. 24.* addit *Sozinum in Cap. Si quis domum num. 22. & sequentibus de injuriis, & damn. dat. Curtium Iuniorem in l. Dominus horreorum num. 10. ante finem ff. Locati, Gratianum consil. 46. num. 36. libri 2. Alexand. cons. 50. num. 2. versu. Tertio videtur;* & alios plures. Farinac. Gloss. Ios. Ludov. Magonius Sozinus Curt. Iun. Gratianus Alexăder.

879 Dicendum tamen existimo, etsi culpa sit commissionis, dummodo lethalis non sit, minimè oriri ex ea obligationem restitutionis. Ita *Barbos. cit. num. 76. Felinus in Cap. sicut dignum num. 16. de homicidio, Gambacurt. cit. casu 5. num. 2. Fragoso proxime num. 7.* Probatur ex generali doctrina, qua communiter in materia de restitutione dicunt Doctores non oriri obligationem restitutionis ex culpa veniali, ut videre est apud *Malderum 2. 2. tract. de restitutione dub. 5.* Barbosá Felinus Gambacur P. Fragos.

880 Neque contra hanc communem doctrinam *obstat primò* textus in *Cap. Finali de injuriis*, ubi solùm excusatur a restitutione damni dati ille, qui de contingentibus nihil omisit, ex quo infert *Panormitanus* juxtà terminos hujus textus incurri obligationem restitutionis per negligentiam, & culpam levem. Non inquam, hoc obstat, quià summus Pontifex ibi solùm loquitur de non omissione contingentium, quæ vir prudens providere, & cavere tenetur sub culpa gravi.

881 *Non obstat secundò* textus in *Cap. Consuluisti 2. q. 5.* in quo puniuntur parentes, in quorum lecto inveniuntur infantuli oppressi, idque, quia hoc periculum præcavere omiserunt, in quo solùm videtur intercessisse negligentia, & culpa levis. Non, inquam, id obstat, quia hæ pœnæ aut solùm infliguntur in foro externo, ut scilicet earum timore parentes adhibeant in hoc puncto summam diligentiam pro gravitate materiæ; aut certè aliquando negligentia levis ob periculi gravitatem est lethaliter culpabilis, & de hac procedit textus cit.

882 Confirmatur nostra generalis doctrina specialiter in materia de incendiis, quia quando incendium committitur ex levi culpa, non punitur criminaliter aliqua pœna, ut latè docent *Barbosa cit. num. 75. Gambacurt. proximè num. 2. Socin. in Cap. Si quis domum num. 60. in fine vers. & ex prædictis de injuriis, & damno dato, Fragoso cit. num. 7. vers. Porro in foro conscientiæ.* Ubi citat plures Juristas, quibus accedit *Hieronymus Gabriel consil. 159. num. 3. lib. 1.* ubi dicit neminem puniri, nec vituperari propter levissimam culpam. *L. Quamvis ff. de conditionibus, & demonstrationibus, Salicetus in l. Data opera in fine vers. Si fuit autem levissima C. de his, qui accusari non possunt. Farinac.* cum pluribus in *praxi q. 110. num. 20. Bartol. l. 1. num. 5. lit. G. verbo committitur incendium ff. de officio Præfecti vigilantis.* Barbosa Gambacur. Socin. P. Fragos. Hier. Gabriel Salicetus Farinac. Bartolus

883 Et in terminis, quòd talis incendiarius non teneatur ad restitutionem docet *Salicetus cit. Faber à Monte Leone in practica fol. 264. num. 794. fine vers. Unde cautè,* & *num. 800. Follerus in practica criminali canonica verbo Aut incendium cap. 25. fine num. 5. Gramaticus decis. 3. num. 13. & num. 17. Roland. cons. 95. num. 5. & num. 8. lib. 2. Magonius decisionibus Florentinis decis. 111. num. 111. & 25. Barbos. cit. num. 75. Fragoso proxime num. 7.* Salicetus Faber Follerus Grămat. Rolandus Magonius Barbosa P. Fragos.

884 Quid tamen dicendum, si incendiarius sit conductor, & domus conducta incensa est ex ejus culpa levi? Aliqui

qui hunc casum excipiunt. Dicendum tamen neque in eo incurri obligationem restitutionis. Ita *Gailus lib. 2. observationum, observat. 21. Aloysius Riccius in Collectan. Decisionum p. 2. collectan. 797. Gambacurt. cit. num. 2. Fragoso proximè Barbos. n. 75.* Gailus Aloy. Ricc. Gambac. P. Fragos. Barbosa.

885 Quid, si præmio, aut mercede deputatus erat ad custodiendum? Tunc teneri ex levi culpa ad restitutionem in foro externo ex eo, quod in custode præsumitur culpa gravis, docent *Menochius de arbitrar. quæst. num. 2. casu 390. n. 5. Magonius cit. decis. florent. num. 9. & 10. Mascardus de probationib. lib. 1. conclus. 467. num. 16. Bursatus consil. 59. n. 6. ante finem, &* communiter Doctores in L. *Si à bona fidei §. 1. ff. de rei vendicat.* Menoch. Magonius Mascard. Bursatus.

886 Melius tamen dicendum, neque talem custodem teneri ad restitutionem, quando incendium ortum est ex ejus culpa solùm veniali. Ita *Farinac. cit. num. 31.* Ubi videtur loqui in foro conscientiæ, sed alii etiam loquuntur in foro judiciali: *Magonius proximè decision. Florent. 111. num. 54. Alexand. Raudel. decis. Pisanis num. 27. 28. 42. 44. & 57. p. 1.* Limita, nisi ex circunstantiis præsumatur culpa gravis, aut si promissa est custodia diligentissima, quia tunc custos tenetur, ad amovendam omnem negligentiam etiam levem. Farinac. Magonius Raudel.

887 Quid in dubio, An incendium ortum fuerit ex culpa, an potius casu fortuito? Dixi *in dubio*) quia; si constet incendium fuisse fortuitum, nulla datur obligatio restitutionis, etiam in foro externo, ut communiter tradunt Doctores cum *Glossa* in *l. Qui ædes verbo casu ff. de incendio, ruina, & naufragio,* quos latè citat, & sequitur *Farinac. in praxi q. 11c. num. 34.* Sin autem incendium fortuitum aliqua culpa præcessit, loquendum cum distinctione; nam aut culpa fuit mortalis, & tunc incurritur obligatio restitutionis, etiam in foro interno, aut solùm fuit venialis, & tunc non incurritur obligatio restitutionis in foro conscientiæ; sed neque in foro externo, ut constat ex dictis, nisi in circunstantiis, in quibus præsumitur negligentia gravis. Ità cum pluribus *Farinac. cit. num. 35.* ubi dicit quendam adolescentem nobilem fuisse condemnatum ad restitutionem, eo quòd ruri in columbam super columbario sedentem bombardam emisit, & præter opinionem occulta vi pulveris straminium tectum incendit: unde ignis progressus vicina rusticorum tuguria miserè incendit. Farinac.

888 Quod si, culpa gravis non certò præsumatur, sed dubium sit de illa, tunc dico in foro conscientiæ possessionem esse pro innocentia. In foro autem judiciali tale incendium non præsumendum esse fortuitum; siquidem aliqua culpa illud præcessit; incendium autem fortuitum est illud, quod nullius culpa commissum est, ut docent *Salicetus in L. Si vendita num. 1. fine ff. de periculo, & commodo rei venditæ. Socinus in Cap. Si quis domum num. 8. de injuriis, & damno dato, Angelus de maleficiis verbo Incendiarius num. 9. Farinacius proximè num. 37.* Cum autem constet hujusmodi incendium non fuisse fortuitum, sed culpa commissum, probatio culpæ non gravis in eum incumbit, cujus culpa incendium commissum est. Salicetus Socinus, Angelus, Farinac.

889 *Quæres tertiò* quibus aliis pœnis præter reservationem subjaceant incendiarii? De his vide *Farinac. proximè num. 5.* ubi plures alias pœnas colligit ex L. *Qui ædes*, & L. *Finali §. Qui data opera ff. de incendio, ruina, & naufrag.* & L. *1. in principio*, & L. *Si quis dolo ff. ad legem Cornel. de sicariis.* Et L. *Capitalium §. Incendiarii, & §. Qui ab inimicitia ff. de pœnis*, & L. *Data opera C. de his, qui accusari non possunt.* Farinac.

890 Utrùm autem etiam incurrant excommunicationem? Respondeo distinguendum inter incendiarios rerum Ecclesiasticarum, & rerum non Ecclesiasticarum. Incendiarii rerum Ecclesiasticarum communiter reputantur ipso jure excommunicati *Cap. Tua nos de sententia excommunicationis Farinac. cit. à num. 15. Navarrus in Manuali cap 27. num. 100. in novissima editione, Fragoso p. 2. lib. 1. disp. 2. §. 4. num. Salzedo ad Bernardum Diaz cap. 108. n. 8. & lib. 8. disp 19. §. 2. n. 10.* Qui omnes dicunt hujusmodi incendiarios esse ipso jure excommunicatos. Farinac. Navar. Salzedo Fragos.

891 E contra *Sayrus de censuris lib. 3. cap. 29. num. 8. vers. Mihi tamen magis placet*, contendit hujusmodi incendiarios non esse ipso jure excommunicatos, non enim apparet alius textus in quo excommunicentur; textus verò in *Cap. Tua nos* non eos excommunicat, sed solùm dicit, quòd incendiarios excommunicatos, hoc est si excommunicentur, nullus Sayrus

P. Azor. possit absolvere, nisi solus Papa. Quare melius dicendum cum *Azor p. 1. lib. 9. cap. 27. quæsito 11.* incendiarios rerum Ecclesiasticarum non esse de jure excommunicatos, esse tamen de consuetudine recepta. Subscribit *Barbosa* cum pluribus in Barbos. *dicto Cap. Tua nos num. 4.*

892 Ab hac excommunicatione post declarationem non possunt absolvi incendiarii rerum Ecclesiasticarum, nisi à Papa dicto *Cap. Tua nos*, prout docent *Julius Clarus lib. 5. Finali q. 77. num. 19. Suar. de censur. disp. 22. sect. 2. num. 11. Sayrus proximè num. 7.* qui addit *n.* 8. neque posse absolvi à legato à latere, quamvis ab illo possit absolvi Clerici percussor dicto *Cap. Tua nos*, & *Cap. Ad eminentiam de sententia excommunicationis.* Requiritur tamen ad hoc, ut hujusmodi absolutio sit soli Papæ reservata, quod denuntiatio fiat in speciali, & expresso nomine; non sufficit denuntiatio generalis, aut nomine non expresso, Ita *Fragos. cit. lib. 8. disp. 19. §. 2. num. 9.* Ante hujusmodi denuntiationem possint incendiarii rerum Ecclesiasticarum absolvi ab Episcopo. *Fragos. cit. lib. 1. disp. 2. §. 4. num. 6. Julius Clarus proximè num. 20. Sylvester verbo Excommunicatio 6. in octava excommunicatione*, quia non est textus inducens talem reservationem ante denunciationem; & ita communi consuetudine sancitum est.

Clarus P. Suar. Sayrus P. Fragos. Clarus. Sylvest.

893 Incendiarii rerum non Ecclesiasticarum non sunt ipso jure excommunicati, non enim apparet aliquis textus in quo excommunicentur; nam textus in *Cap. Tua nos* solùm loquitur de incendiariis Ecclesiæ. De consuetudine tamen sunt excommunicati ipso facto Ita *Azor cit. Fragos. lib. 1. disp. 2. §. 4. num. 8.* Verùm etiam post denuntiationem possunt absolvi ab Episcopo; & in hoc distinguuntur ab incendiariis Ecclesiæ, quod incendiarii Ecclesiæ post denunciationem (ut dixi (& constat ex *Cap. Tua nos*, non possunt absolvi nisi à Papa; hi incendiarii verò rerum non Ecclesiasticarum, maximè; quia non est textus id interdicens.

P. Azor. P. Fragos.

894 *Quæres quartò*: Utrùm incendiarii confugientes ad Ecclesiam gaudeant ejus immunitate? Responderi solet communiter affirmativè, quia ut superiùs vidimus, incendiarii non excipiuntur in *Cap. Inter alia de immunitate*, neque in Bulla Gregorii XIV. & alioqui immunitas in dictis textibus extenditur ad omnes casus, præter ibi exceptos. Ita *Gutierr. in practicis quæst. lib. 9. 1. num. 3. & q. 4. num. 12. Germonius de sacra immunitate lib. 3. cap. 16. num. 53. Azevedo lib. 1. tit. 2. legis 3. num. 8. Castro Palao tom. 2. tract. 11. disp. unica punct. 10. num. 2. Farinac. de immunit. cap. 60. num. 101. Diana 6. p. tract. 1. resol. 16. Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 3. puncto 6. §. 1. num. 6.*

Gutier. Germon. Azevedo P. Palaus Farinac. Diana Bonac.

895 Ego tamen contrarium puto satis probabile. *Primò*, quia incendiarii numerantur inter publicos latrones, & grassatores, *Cap. Pessimam 23. q. 8.* at verò hujusmodi latrones, & grassatores excipiuntur dicta Bulla Gregorii XIV. prout supra declaravimus. *Secundò*, quia hujusmodi incendiarii sunt excommunicati; at vero, ut supra ostendimus, probabile est Ecclesiam non prodesse excommunicatis, quia frustra Ecclesiæ auxilium invocat, qui delinquit in illam, *Cap. Quia frustra de usuris*, & *Cap. Immunitatem, de immunitate.* Et confirmatur, quia probabile est Bullam Gregorii XIV. de immunitate non derogare juri communi, ut suo loco probavimus, ex dictis autem textibus sufficienter colligitur immunitatem non prodesse hujusmodi incendiariis.

§. 2.

Qui damni, injuriæ ve causâ vites, vel arbores alienas inciderint.

896 *Arborum incisores præter reservationem tenentur ad restitutionem.*

897 *Quid dicendum de incidente arbores plantatas ab alio in primo solo?*

898 *Hujusmodi incidentem arbores, quæ jam radices egere, peccare, mortaliter dicunt nonnulli.*

899 *Dicendum tamen neque peccare mortaliter, neque incurrere reservationem.*

900 *Peccat mortaliter qui incidit arbores alienas officientes suis luminibus.*

901 *Incurrit hunc casum, qui vel unam tantum arborem inciderit.*

902 *Solùm incurrit hanc reservationem, qui incidit damni, injuria ve causa; nō verò ex alio titulo.*

896 QUod attinet ad incisores arborum (nam hactenus de solis incendiariis) non est dubium, præter præsentem reservationem, teneri hujusmodi incisores ad restitutionem damni dati *Cap. Finali de injuriis, & damno dato*, & L. *Nihil interest. ff. de sicariis. Barbosa de potest. Episcopi allegat:* 51. *num.* 81. cum *Navarro*, & aliis, quibus accedunt *Zechius de casibus reservatis casu* 16. *num.* 2. *Gambacurt. de casibus reservatis n.* 5: — *Barbosa Zechius Navarro Gambac.*

897 *Dubitari potest primò*: Utrùm præsenti casu comprehendatur, qui incidit arbores in proprio solo plantatas ab alio? Loquendum existimo cum distinctione, nam aut tales arbores nondum radices egerunt, aut jam illas egerunt. Si nondum egerunt radices, in primis certum existimo earum incisores peccare mortaliter, quia, etsi arbores plantatæ in solo alieno, ubi primum radices egere, sequantur ipsum solum, ac proinde cedant in dominium illius, cujus est solum; quandiu tamen radices non egerunt, sunt sub dominio illius, qui eas plantavit; §. *Si Titius Instit. de rerum divisione*. qui ergo hujusmodi arbores incidit, alienas arbores incidit; ac proinde peccat mortaliter. Quod attinet ad reservationem, censeo incurri ab hujusmodi incisore, si tales arbores incidat animo inferendi damnum, aut injuriam; secus, si ex sola ferocitate, aut alio titulo, prout patebit ex dicendis.

898 Si autem prædictæ arbores radices jam egerunt, est maius dubium; nam licèt tales arbores, ubi primum radices egerunt maneant sub dominio illius, cujus est solum; ipse non potest eas incidere propria authoritate, ut plures opinantur, quod explicant exemplo illius, qui surripit, quod sibi debetur, licèt enim hic sic surripiendo non teneatur ad restitutionem, peccat tamen mortaliter ratione modi indebiti; quo propria authoritate jus sibi administrat. Quare hujusmodi incisorem non teneri quidem ad restitutionem, peccare tamen mortaliter, docent. *Zechius de casibus reservatis casu* 16. *num.* 2. *vers. Sed difficultas Barbosa de potest. Episcopi allegat.* 51. *num.* 82. — *Zechius Barbosa*

899 Ego in hac re existimo duo: *Primum*, hujusmodi incisores, licèt peccarent mortaliter, non incurrere præsentem reservationem. Idque quia non incidunt animo damnificandi, aut injuriam alteri inferendi, non enim damnum, aut injuriam inferunt incidendo proprias arbores, tales autem arbores, ut dixi, sunt propriæ. *Secundò loco* existimo hujusmodi incisores non peccare mortaliter, quia sunt domini talium arborum dict. §. *Si Titius Instit. de rerum divisione*: ergo possunt illas incidere. Quod dicitur de eo, qui propria authoritate facit recompensationem, est valde diversum, quia hic non surripit suum, sed illi æquivalens, cujus administratio spectat ad authoritatem publicam, at verò qui incidit prædictas arbores, suas incidit, quarum ipse est dominus, sicut, & aliarum, quæ sunt in eodem prædio.

900 Quid, de incidente arbores alienas, quæ suo aspectui officiunt? Respondeo non posse incidi sitas in solo alieno absque mortali. Et probatur, quia vicinus potest in proprio solo arbores plãtare. licèt officiant luminibus vicini L. *Cum eo* ubi *glossa ff. de servitute urbani prædii* L. *Alterius C. eodem tit.* ergo illas incidens perinde se habet, ac incendens alienas arbores. Limita, nisi alienum solum debeat servitutem expræscripto, vel aliunde acquisitam, & arbores impedimẽto sint tali servituti.

901 *Secundò dubitari potest*: Utrùm comprehendatur præsenti casu, qui non incidit arbores in plurali, sed unam in singulari? Respondeo affirmativè cùm *Gambacurta cit casu* 5. *fine*, *Barbos. cit. n.* 83. accipiunt enim Doctores vocem *arbores* distributivè, pro qualibet arbore, & hæc est communis praxis, ac consuetudo. — *Barbosa Gambac.*

902 *Tertiò dubitari potest*, quid dicendum de eo qui non incidit damni, aut injuriæ causa, sed ex ferocitate, aut alio instinctu? Respondeo non comprehendi præsenti reservatione, quia hæc solùm imponitur incidentibus animo damnificandi, aut injuriam inferendi. Ita *Barbosa proximè num.* 84. *Gambac. cit. num.* 4. Idem dicendum de eo, qui arbores solùm evellit, quia hic non incidit, sed tantùm evellit. Idem de eo, qui arbores postquam cæsæ sunt domum asportat, nam hic similiter eas non incidit. Ita *Barbosa proximè n.* 84. cum aliis.

(✠)

Sextus Casus,

Blasphemia publica.

903 *Blasphemia publica dicitur illa, quæ est notoria.*

904 *Definitur, & Explicatur, quid sit blasphemia.*

905 *Solùm hic loquimur de blasphemia publica, hoc est, oris,*

906 *Posse blasphemiam solo facto committi affirmant aliqui.*

907 *Oppositum videtur probabilius.*

908 *Quæ verba sint blasphema.*

909 *Qui ama fiam Deam, ac Deum, suum vocat, non blasphemat.*

910 *Qui jurat per Dei vitam, aut sanctorum, est blasphemus.*

911 *Etiam est blasphemus, qui jurat per pudenda Christi, aut sanctorum; vel ea inhoneste nominat.*

912 *Qui jurant per membra honesta, dicunt aliqui esse blasphemos.*

913 *Sed contrarium est probabilius.*

914 *Qui jurat per membra Dei, est blasphemus.*

915 *Quid de dicente; hoc est ita verum, ut Deus est in cœlo, &c.*

916 *Qui jurat per intemeratā Deiparæ virginitatem non est blasphemus.*

903 SExta difficultas procedit crica blasphemiam, quæ sexto casu diœcesano reservari consuevit. Blasphemia publica dicitur illa, quæ est notoria: idque aut notoreitate juris: aut facti. Quid sit notoreitas, juris, & quid notoreitas facti? diximus alibi.

904 Definitur autem blasphemia hoc modo: *Est locutio falsa contra Deum per modum convicii.* Ita *Bañes 2. 2. q. 13. art. 1. notabili 2.* Dicitur *locutio*, hoc est verbo, aut scripto prolata; additur, *falsa*, qua scilicet aut negatur aliquid, quod in Deo inest, aut affirmatur quod non inest. *Contra Deum* aut sumptum in se aut in suis Sanctis. *Per modum convicii*, quia debet proferri animo derogandi Majestati Divinæ aut, ut dixi, sumptæ in se, aut in suis Sanctis Ita cum pluribus *P. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 32. num. 3. Navarrus in Manuali cap. 12. n. 81. Gambacur. de casibus reservat. post casum 26. num. 1. fol. 210. Barbos. de potestat. Episcop. allegat. 51. num. 86. Covarruv. in Cap. Quamvis pactum p. 1. §. 7. num. 8. Trullenck lib. 1. Decal. cap. 12. dub. 1. num. 1. P. Fragos. p. 2. lib. 8. disp. 19. §. 2. n. 11.*

Bañes

P. Sanchez
Navar.
Gambac.
Barbosa
Covarr.
P. Trullē.
P. Fragos.

905 Nota me hîc solùm loqui de blasphemia publica, ideo dixi esse locutionem verbo, aut scripto prolatam. Non nego locutionem internam, si sit per modum convicii in Deum, vel in ejus Sanctos, etiam esse blasphemiam, ut cum *D. Thoma* docent communiter Doctores apud *P. Sanchez cit. num. 4.* Verùm ea blasphemia dicitur blasphemia cordis, nos verò, ut dixi, loquimur de blasphemia oris; loquimur enim de blasphemia publica.

D Thom.
P. Sanchez

906 Utrùm autem blasphemia committatur solo facto? Affirmat *Decianus tract. criminali tom. 2. lib. 6. cap. 2. num. 15.* Ibi: *Facto quoque, non tantùm verbis quis blasphemare dicitur, ut qui imagines Dei, Christi, Virginis, vel Sanctorum quoquo modo lædit.* Et id probari videtur ex *Cap. Canonici 2. versicul. Cæterum detestabilem abusum de offic. Ordinar. in 6.* Subscribunt *Angel. in L. Ex senatus consulto 13. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis num. 1. Matthæus de Afflict. in Constit. Neapol. lib. 3. rubric. 54. de blasphemantibus num. 11. Farinac. in pract. criminal. lib. 1. q. 20. num. 68. Alexand. cons. 233. num. 6. vers. Et ut inquit. Baldus, Boerius decis. 302. num. 17. Menochius de arbitrar. lib. 2. cent. 4. cas. 376. Franciscus Ensaldius* cum pluribus *fol. 469. num. 20.*

Decian.
Angel.
Farinac.
Alexander
Boerius
Menochius
Ensaldius

907 Sed oppositum videtur probabilius, ut cum pluribus docent *P. Suar. tom. 1. de Religione tract. 3. lib. 1. cap. 4. num. 4. & 5. P. Sanchez proximè lib. 2. Decalog. cap. 32. num. 5. Primò*, quia blasphemia opponitur laudi Divinæ, quæ solis verbis exhibetur, etsi honor non solis verbis sed etiam factis, teste *D. Thom. 2. 2. q. 103. art. 1. ad 3. Secundò*, quia communiter appellatur vitium linguæ. *Tertiò*, quia aliâs idolatria; & similia vitia essent veræ blasphemiæ. Textus in *Cap. Canonici.*

P. Suar.
P. Sanch.

908 Quæ verba sint blasphema? Vide apud *P. Sanchez cit. à num. 9.* Ubi in primis dicit esse blasphema ea, quibus juratur per falsos Deos v. g. per Jovem, per Mercurium, &c. Quia, qui ita jurat, illis tribuit Divinitatem: ac proinde aut negat Deum esse verum, aut unum. Similiter asserit de jurante per quamcunque creaturam, sistendo in illâ, & non prout

prout Deus in ea relucet, quia jurare est Deum in testem adducere. Ita *n.* 10.

909 Utrùm autem sit blasphemus, qui amasiam appellat deam suam, & suum idolum? Respondeo negativè, quia id non profertur animo derogandi Majestati Divinæ, sed per exagerationem, & per hyperbolem. Ita *Lorca* 2. 2. *q.* 13. *art.* 3. *num.* 9. *P. Petrus Hurtado de Fide disp.* 91. *sect.* 4. *n.* 15.

Lorca
P. Hurta

910 Quid de jurante per Dei vitam? Respondeo esse blasphemum, quia per ea verba non adducitur vita Dei tanquam testis, ut in hoc juramento, *Vivit Deus*, sed redditur hic sensus executorius, *Amittat Deus vitam, si non est ita*; ut cùm juratur per cujuscunque vitam: ac proinde vitæ Dei negatur omnimoda firmitas. Ita *P. Azor p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 3. *q.* 2. *P. Suar. cit. tom.* 1 *de Religione tract.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *P. Sanchez cit. lib.* 2. *Decalog. cap.* 32. *num.* 25. cum *Soto*, *Covar. Menochio*, *Salzedo*, *Rojas*, *Ludovico Lopez*, & aliis pluribus. Idem dicendum de jurante per vitam Sanctorum, quia hæc etiam falsò supponitur amissibilis. Ita *P. Sanchez citat. num.* 26.

P. Azor.
P. Suar.
P. Sanchez
Sotus
Covar.
Menoch.
Salzedo.
Rojas
Lopez

911 Quid de jurante per pudenda Christi, aut Sanctorum, aut de illo, qui ea nominat inhonestè? Respondeo esse blasphemum, quia ea nominat tamquam contumeliosum, ac proinde per modum convicii. Ita P. *Valent.* 2. 2. *disp.* 1. *q.* 13. *puncto* 1. *vers. Item potest. fieri P. Azor proximè, & lib.* 9. *cap.* 28. *q.* 3. P. *Suar. cit. cap.* 4. *num.* 8. P. *Sanchez cit. num.* 28. cum *Caietano, Armilla, Soto, Navar. Castro, Azevedo, Simancas, Corduba*, & aliis pluribus, *Franciscus Ensaldius de jurisdict. folio* 469. cum *Archidiacono*, *Deciano, Penha, Bossio, Castaldo, Farinacio, Arnaldo*, & aliis.

P. Valent.
P. Azor.
P. Suar.
P. Sanchez
Caietan.
Armilla
Sotus
Navar.
Castro
Azevedo
Simancas
Corduba
Ensaldius
Archidiac.
Decianus
Penha
Bossius
Castaldus
Farinac.
Armaldus

912 Quid de jurante per membra honesta, ut per corpus, aut per sanguinem Christi? Plures existimant esse blasphemum. Ita *Decianus tract. criminali tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 13. *ad finem*, adducens rationem, quia membra singillatim non possunt esse testes, nisi sit totus Christus. Idem ob eandem rationem docuerat *Archidiaconus in Cap. Si quis per capillum* 22. *q.* 1. *num.* 1. Consentiunt *Boerius decis.* 301. *num.* 1. *vers. Sexto, & ultimo Franciscus Ensaldius de jurisdict. fol.* 469. *num.* 21. cum aliis; *Sotus lib.* 8. *de just. q.* 2. *art.* 3. *col.* 7. & de juramentorum abusu cap. 6. *Azevedo lib.* 6. *tit.* 4. *lib.* 8. *recupil. num.* 60. quia, inquit, est irreverentia quasi membratim Christũ dividere.

Decianus
Archidiac.
Boerius
Ensaldius
Sotus
Azevedus

913 At probabilior est ea verba non esse blasphema, quia nihil falsum dicitur, aut ut contumeliosum. Et ita docent P. *Valent.* 2. 2. *disp.* 6. *q.* 7. *puncto* 3. *col.* 4. *vers. Si verò aliquis juret. P. Sanchez cit. num.* 29. cum *Caiet. Armilla, Navar. Ludovic. Lopez D. Antonino, Sylvestre, Tabiena, P. Toledo P. Alcozer, Emmanuel. Rodrig.* & aliis. *Neque obstat primò*, quod sola membra non possunt esse testes, nisi sit totus Christus: quia non negatur totum esse concomitanter: sicut cum dicitur corpus Christi esse sub speciebus panis, non negatur ibi esse totum Christum concomitanter. *Non obstat secundò* esse irreverentiam, quasi membratim Christum dividere: quia jurans per corpus Christi non dividit Christum, sicut qui dicit Corpus Christi esse sub speciebus panis: solùm abstrahit ab aliis partibus ipsum corpus concomitantibus: & abstrahentium non est mendacium.

P. Valent.
P. Sanchez
Caietan.
Armilla
Navar.
Lopez
D. Anton.
Sylvester.
Tabiena
P. Tolet.
P. Alcozer
Rodrig.

914 Quid de jurante per membra Dei, ut per caput Dei, per capillum Dei &c. *P. Sanchez cit. num.* 29. putat non esse blasphemum. Sed dicendum esse blasphemum, ut constat ex *Cap. Si quis per capillum* 10. 22. *q.* 1. Et ratio videtur esse; quia hujusmodi membra, cum tribuuntur Deo, ordinariò nominantur, ut quid illi contumeliosum. Ita *Boerius decis.* 301. *num.* 1. *vers.* Sextò, & ultimò Ibi: *Per caput, & ventrem Dei, & hujusmodi*: Justinianus in *Authentic. Vt non luxurientur homines contra naturam.* Ibi: *Iubemus abstineri ab hujusmodi & aliis blasphemis verbis*, & *non jurare per capillos, & caput* &c. *Bartol. ibidem n.* 2. *Angel. num.* 1. *Bossius titulo de inquisitione num.* 130. *vers. Sed si quis jurat per capillos Dei Decian. cit. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 14. *Mascard. de probationibus vol.* 1. *conclus.* 195. *num.* 6. *Iason. in L. Ait Prætor* 3. §. *Iurari ff. de jurejurando num.* 11. *Vitalin. titulo de pœna blasphemantium num.* 1. *vers. vel juraverit per caput. Farinac. in practica criminal lib.* 1. *q.* 20. *de delictis, & pœnis num.* 18. *Franciscus Ensaldius de jurisdict. fol.* 469. *num.* 22. Excipe jurantem *per corpus Dei* quia communiter intelligitur *per corpus Christi*. Ea de causa similiter excipiunt, cùm quis indignabundè

P. Sanchez
Boerius
Bartol.
Angelus
Bossius
Decian.
Mascardo
Iason.
Vitalin.
Farinac.
Ensaldius

Caiet. Armilla Navar. P. Alcozer Lopez.

nabundè in jurgio ait *Coerpo de Dios Econ vos: Caietan. in sum. verbo blasphemia, Armil. 16. num. 1. Navar. in sum. cap. 12. num. 85. P. Alcozer in sum. cap. 15. pag. 3. vers. La quinta doctrina, Ludovic. Lopez 1. p. instructor. cap. 282. vers. Post. quam de malitia.*

915 Quid de dicente, *Hoc est ita verum, ut Deum esse in cœlo*, ? Item de dicente, *Hoc est Evangelium?* Item de dicente, *Sum innocens in hac materia, ut D. Franciscus?* Esse blasphemos docent *Covar. de pactis 1. p. §. 7. num. 9. vers. 11. P. Suar. tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 12.* Et *Sotus de jurament. abusu cap. 6.* Sed melius distinguit P. *Sanchez lib. 2. Decalog. cap. 32. num. 31.* aut enim animus proferentis est, quod tanta sit certitudo in hoc, quod nō est de Fide, ac in illo, quod de fide est, & tūc incurritur blasphemia. Aut solùm animus est hoc suo modo esse verū: sicut illud sublimiori suo, & tūc nulla incurritur blasphemia. Et sanè ita P. *Alcozer in sum. cap. 15. pag. 3. vers. La quarta doctrina, P. Azor. p. 1. lib. 11. cap. 3. q. 2. fine, Rodrig. tom. 1. sum. in 2. edit. cap. 34. num. 2. Azeved. lib. 8. recopil. tit. 4. lib. 6. num. 38. & 39. Ludovic. Lopez 1. p. instr. cap. 282. vers. Tertiò de isto modo.* Addo quod ista non proferuntur animo derogandi, sed exaggerandi. Imò in dubio de intentione sic debere præsumi docet P. *Sanchez cit. n. 31.* quia hic est communis animus hæc proferentium.

Covar. P. Suar. Sotus P. Sanchez P. Alcozer P. Azor Rodrig. Azevedus Lopez

916 Quid de eo, qui jurat per intemeratam Deiparæ Virginitatem? Plures sentiunt esse blasphemum. Ita *Covar. cit. §. 7. num. 9. vers. 10. Azevedo lib. 8. recop. tit. 4. lib. 5. num. 13. Menochius de arbitr. lib. 2. cent. 4. cas. 375. num. 15.* sed melius P. *Sanchez cit. num. 32.* nullam in eo agnoscit blasphemiam.

Covar. Azevedo. Menoch. P. Sanch.

§. II.

Utrùm in blasphemiis detur parvitas materiæ?

917 *Proponitur status quæstionis.*

918 *An in blasphemiis, quæ immediate contra sanctitatem proferuntur, detur parvitas materiæ?*

919 *In hujusmodi blasphemiis non datur parvitas materiæ.*

920 *Solvuntur duo argumenta in contrarium adducta.*

921 *In blasphemiis, quæ non proferuntur immediatè cōtra Sanctitatem, admittitur parvitas materiæ.*

917 Quæritur primò: Utrùm in blasphemiis detur parvitas materiæ? Et quæstio potest procedere aut de blasphemiis, quæ directè jaciuntur in Deum, & in ejus Sanctos formaliter quà Sanctos: aut de blasphemiis, quæ non jaciuntur in Sanctos formaliter quà Sanctos; sed materialiter, quà quidem homines sunt, quia tamen Sanctitas in illis est, iisque conjungitur convicium, & contumelia, illi aliquo modo dorogat indirectè.

918 Quod attinet ad blasphemias primi generis, quæ scilicet directè contra sanctitatem proferuntur, *Villalobos in summa tom. 2. tract. 1. diffic. 15. num. 5.* opinatur in illis reperiri parvitatem materiæ. *Primò*, quia hæc reperitur in peccatis, licèt omne sit offensa contra Deum; itaque licèt omne peccatum sit offensa contra Deum, tamen in ratione offensæ potest esse veniale: ergo, licèt omnis blasphemia sit contumelia contra Deum, in ratione contumeliæ poterit esse venialis. *Secundò*, quia in votis datur parvitas materiæ; itaque licèt violatio voti sit perfidia contra Deum, tamen in ratione perfidiæ potest esse vinialis: ergo idem dicendum de blasphemia in ratione contumeliæ contra Deum.

Villalob.

919 Contrarium nihilominus tenendum cum *D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. ad tertium Caiet. in summa verbo blasphemia, Valent. 2. 2. disp. 1. q. 13. puncto 1. Bañes 2. 2. q. 13. art. 2. Aragon. ibidem, Petrus Ledesma in summa tom. 2. tract. 1. cap. 9. post septimam conclus. Ludovic. Lopez 1. p. instructorii cap. 252. conclus. 5. Suar. tom. 1. de Religione tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 2. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 32. num. 40. Hurtad. de Fide disp. 91. sect. 11. num. 48.* Et probatur, quia contumelia est directè contra honorem Dei, cui debetur summa reverentia, ac proinde omnis contumelia illi infert injuriam gravissimam. Et hoc declaro *primò*, quia contumelia desumit maiorem gravitatem, quando est dicta à persona vili in personam honoratam. v. g. in magistratum, aut senatorem, hæc enim censetur semper gravis, *§. Atrox. Instit. de injuriis.* Et. L. Prætor. *§. Atrocem ff. eodem tit. Secundò*, exemplo perjurii assertorii, in quo

D Thom. Caietan. P. Valent. Bannes Ledesma Lopez P. Suar. P. Sanch. P. Hurtš.

quo non est parvitas materiæ, eo quòd sit contra honorem Dei adducere illum in testem falsitatis.

920 *Neque obstat* primum argumentum *Villalobos* desumptum ab offensa, est enim longè diversa ratio, nam offensa in aliis peccatis non est eorum materia; sed v. g. furtum, aut mendacium: at verò contumelia in blasphemiis est primaria, ac directa earum materia. *Ad secundum* de votis dico, licèt violatio voti sit perfidia, non esse tam directè contra honorem Dei, ac est contumelia; habet enim se perfidia in violatione voti, sicut perfidia in violatione juramenti promissorii, in quâ etiam est parvitas materiæ, ut supra tradidimus. Contumelia jacta in Deum habet se saltem, sicut perfidia juramenti assertorii, in qua non est parvitas materiæ, eo quod sit magis directa contra honorem Dei, ut patet ex dictis.

921 Quod attinet ad blasphemiàs secundi generis, quæ scilicet non directè proferuntur contra Sanctos formaliter quà Sanctos, sed materialiter, ut dixi, quà quidem homines sunt adduc *Lorca cit. q. 13. art. 2. num. 9.* non admittit in his parvitatem materiæ, alii tamen Doctores, & quidem probabiliùs illam admittunt, quia hujusmodi blasphemiæ non proferuntur directè contra sanctitatem, sed contra ejus materiale subjectum, in ordine ad quod sanctitas videtur habere se per accidens. Unde communiter asserunt Doctores blasphemias, quibus per jocum dicitur Sanctos Crispinum, & Crispinianum fuisse quosdam sutores, & sanctos Joannem, & Paulum fuisse Eunuchos esse blasphemias veniales. Ita *Aragonius Bañes*, & *Ludovicus Lopez* locis citatis. *Sanchez proxime num. 42. Sayrus in Clavi regia lib. 6. cap. 13. num. 5. Diana 5. p. tract. 5. resol. 3. Sylvius 2. 2. q. 13. art. 2. Sanctarellus tract. de blasphemia cap. 4. dub. 2. num. 8. Duvalius tract. de Fide q. 9. art. 2.* Idem de verbis Sacræ Scripturæ applicatis per jocum rebus ridiculis docet *Villalobos cit. diffic. 15. num. 5.*

Lorca

Aragon. Bañes Lopez P. Sâchez Sayrus Diana. Sylvius Santarel. Duvalius



§. 2.

Quid de blasphemiis indeliberatis subortis ex prava consuetudine blasphemandi?

922 *Blasphemiæ defectu advertentiæ, & plenæ deliberationis excusantur à mortali.*
923 *Quid de blasphemiis ortis ex prava consuetudine.*
924 *Probabilius est, non esse peccata mortalia si inadvertenter proferuntur.*
925 *Idem dicendum de juramentis.*
926 *Si advertat ad illam pravam consuetudinem, tenetur illam retractare.*
927 *Joannes Sanchez docet contumelias etiam prævisas dictas in ebrietate non esse peccata; idemque dicendum existimat de blasphemiis.*
928 *Conceditur id in contumeliis; negatur in blasphemiis.*

922 Utrùm autem blasphemiæ defectu advertentiæ, & plenæ deliberationis excusentur à mortali, & solùm sint peccata venialia? Respondeo affirmativè cum *D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. ad 3. Suar. tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 2. Valent. proximè disp. 1. q. 13. punct. 1. Sanchez 2. Decal. cap. 32. n. 40.*

D. Thom. P. Suar. P. Valent. P. Sâchez

923 Maius dubium est, quando proferuntur quidem inadvertenter, at ex prava consuetudine blasphemandi? Plures existimant tales blasphemias sic inadvertenter prolatas esse peccata mortalia, non quod sint volitæ in se, non enim datur advertentia ad illas, sed quod sint volitæ in causa, nempe in prava consuetudine, quæ debet extirpari, & non extirpatur. Unde consequenter dicunt hi Doctores, quòd si quis retractet talem consuetudinem, ejusque pœniteat, tunc blasphemias subortas ex illa non esse peccata mortalia, quia tunc neque sunt volitæ in se, neque in causa. Ita *Tanner. tom. 3. disp. 1. q. 8. dub. 7. n. 141. Azor. 1. p. lib. 11. cap. 3. quæsit. 3. Tolet. lib. 4. cap. 13. num. 4. Lopez 1. p. instructor. cap. 282. vers. Octavò vide, Sayrus in clavi regia lib. 5. num. 10. Ledesma tom. 2. tract. 11. cap. 5. dub. 4. & 5. Raphael de la Torre de Fide q. 98. art. 3. disp. 3.*

P. Tanner. P. Azor P. Tolet. Lopez Sayrus Ledesma Torre

924 Sed probabilius dicendum videtur, tametsi prædictæ indeliberatæ blasphemiæ ortum habeant ex prava consuetudine non retractata, si hîc, & nunc non advertitur ad illas, non esse peccata mortalia, quia neque sunt volitæ in se, siquidem non advertitur ad illas; neque in causa, quia etiam non advertitur ad illam. Ita *Sanchez lib. 3. Decal. cap. 5. num. 28. Suarius tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 2. cap. 6. num. 3. Dian. p. 3. tract. 5. resol. 62. Navar. in sum. cap. 12. num. 84. Regin ld. in praxi tom. 2. lib. 18. cap. 6. sect. 3. num. 85.*

P. Sanchez. P. Suar. Diana Navar. P. Reginal.

925 Et quod dicitur de blasphemiis indeliberatis subortis ex prava consuetudine blasphemandi, dicunt iidem Doctores de juramentis in deliberatis, ortum similiter habentibus ex prava consuetudine jurandi.

926 Dixi si hîc, & nunc non advertitur ad pravam consuetudinem) quia si ad illam advertatur, tenetur quis retractare, ut alibi agendo de prava peccandi consuetudine diximus; & id in his terminis tenet *Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 3. num. 6. fine.* Probatur exemplo ebrii, qui si prævideat mala, quæ in ebrietate facturus est, & tamen illam velit, incurrit in ipsa ebrietate, tamquam in causa omnes eas malitias, quas prævidit.

P. Laym.

927 Scio contrarium doceri à *Ioan. Sanchez in select. disp. 20. num. 5.* ubi dicit contumelias dictas in ebrietate non esse peccata, quanvis prævideantur, quia non accipiuntur ut tales, quando dicuntur ab ebrio; ac proinde idem dicendum existimat de blasphemiis, nam hæ etiam sunt quædam contumeliæ in Deum, subscribit *Cardinalis Lugo de Fide 23. n. 34. fine.*

Ioan. Sanc. P. Lugo.

928 Hoc tamen non obstante, dicendum cum Doctoribus citatis, quibus subscribit *Layman. proximè* blasphemias prævisas in prava consuetudine, vel ebrietate esse peccata volita in tali consuetudine, vel ebrietate ut in causa; quia tenemur vitare in causa omnes actiones, quæ sunt intrinsecè malæ. Neque obstat, quod dicitur de contumeliis, nam hæ, ut diximus, non accipiuntur ut tales, quando jaciuntur ab ebrio; at verò blasphemiæ cum sint contra Deum sunt intrinsecè malæ. Unde semper à Deo respiciuntur ut tales, si aliquo modo sunt volitæ.

P. Laym.

§. 3.

De blasphemiis hæreticalibus, & non hæreticalibus.

929 *Proponitur prima divisio blasphemiæ.*
930 *Secunda divisio blasphemiæ in hæreticales, & non hæreticales.*
931 *Blasphemiæ non hæreticales sunt illæ, quæ neque formaliter, neque virtualiter contineut hæresim.*
932 *An hæc blasphemia,* em que pez a Deos, *sit hæreticalis?*
933 *Probabilius est esse hæreticalem.*
934 *Aliqui Iuristæ improbabiliter contendunt prædicta verba nullo modo esse blasphema.*
935 *Quid dicendum de eo, qui animo blasphemo dicit:* em que pez a De, *hic sistendo.*
936 *Probabilius est non comprehendi isto casu.*
937 *Explicatur textus ex L. si quis servo.*
938 *Quid dicendum de his blasphemiis: renego Deum: Puritatem B. Virginis, Sanctos, &c.*

929 Secundò quæritur, quot sint genera blasphemiæ? Theologi communiter dividunt blasphemias in eas, quæ sunt contra Deum, contra Sanctos, & contra Beatissimam Virginem. Utrùm hæ sint specie distinctæ, & utrùm in confessione explicanda sit earum qualitas, an potiùs satis sit dicere incidi in quatuor blasphemias, non specificando earum qualitates, & objecta? Diximus alibi agendo de circunstantiis, quæ specificandæ sunt in confessione.

930 Secundò dividitur blasphemia in hæreticales, & non hæreticales. Illæ blasphemiæ dicuntur hæreticales, quæ aliquam hæresim, aut falsitatem contra fidem formaliter, vel virtualiter continent, ac significant. Debent esse enunciativæ, nam si solùm sint optativæ, ut hæc *Utinam Deus non esset,* non sunt hæreticales, quia optare hoc impossibile, nempe quod Deus non sit, nullam continet hæresim, sed solùm simplicem affectum blasphemiæ.

931 Et hinc patet, quæ dicantur blasphemiæ non hæreticales, dicuntur, enim

enim illæ, quæ nec formaliter, neque virtualiter continent aliquam hæresim, aut falsitatem contra fidem. Hujusmodi sunt quæ proferuntur terminis optativis, ut dixi, & quæ solùm per irrisionem, aut contemptum nominant perfectiones Divinas, membra Christi Domini, aut Sanctorum, eorumque gratias, ac virtutes.

932 Rogabis primò An sit hæreticalis hæc blasphemia *Em que pez a Deos?* plures dicunt non esse hæreticalem, quia non continet aliquam hæresim, non enim significat posse aliquid fieri contra voluntatem Dei efficacem, sed contra ejus voluntatem complacentiæ. Ita *Suar. tom. 1. de Relig. lib. 1. cap. 5. num. 8. Roxas de hereticis p. 2. num. 170. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 32. num. 63. Chapeavilla de casibus reservatis c. 19. q. 2.* P.Suar. Roxas P.Sanchez Chapeavil.

933 Probabiliùs tamen dicendum videtur esse hæreticalem, quia hæc blasphemia *Em que pez a Deos* solet proferri in sensu, quo unus ad alium dicit, *Hei de fazer isto, em que te pez*; quando autem quis ad alium hoc dicit, intendit hunc sensum: Faciam hoc, quanvis in contrarium reluctêris. Itaque hæc blasphemia; *Faciam hoc, em que pez a Deos*, reddit hunc sensum: Faciam hoc etsi omnipotentia Dei in contrarium nitatur; hoc autem dicere est hæreticum contra illud *Isai. 46. Iudicium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet, & Psal. 113. Omnia quæcumque voluit, fecit, & Ester. 13. Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui possit resistere voluntati tuæ.* Quare prædictam blasphemiam esse hæreticalem tenent novissime *Floronus de casibus reservat. p. 2. casu 3. num. 8. Sanctarel. tract. de blasphemia cap. 2. dub. 1. num. 3. Lazarius de blasphemia q. 6. num. 39. Fillincius de casibus reservatis casu 3. num. 2. Dian. 4. p. tract. 7. resol. 8. cum Naldo in summa uerbo Blasphemia num. 1.* & aliis. Floronus Sanctarel. Lazarius P. Fillinc. Diana Naldu:

934 Scio aliquos Jurisstas sentire prædicta verba *Em que pez a Deos* nullo modo esse blasphema, neque hæreticalia, neque non hæreticalia. Ita *Baldus lib. 3. cens. 476. Angel. in L. His verbis ff. de herede instituendo. Alexander ad Bartolam. in L. Apud labeonem §. Ait prætor de injuriis, Felinus in proæmio Decretalium num. 11.* Verùm hos Doctores meritò reprehendunt *Azor p. 1. lib. 11. cap. 3. q. 2. Boerius decis. 301. Decian. tract. criminali tom. 2. lib. 6. cap. 2. num. 4. Gyptius tract. de casib. reserv. cap. 9. casu 3. num. 12. Mascard. de probationibus lib. 1. conclus. 194. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 4. casu 275. num. 4.* qui omnes asserunt negari non posse prædicta verba esse blasphema, saltem de genere non hæreticalium; & nos illa esse blasphema de genere hæreticalium satis ostendimus. Naldus Angel. Alexander Fellinc. P. Azor Boerius Decian. Gyptius Mascard. Menoch.

935 Quid autem dicendum de eo, qui animo blasphemo dicit *Em que pez a De* sistendo in illa prima syllaba? censendum esse blasphemum hæreticalem docet *Auctor. casuum conscientiæ Bonacinæ* anno 1634. mense Martii *decis. 3.* ubi citat *Lazarium, & Bonacinam*, qui omnes dicunt quanvis hæc verba non sint completa, sensum hæreticalem esse completum, & sufficienter exprimi illis verbis. Auctor cas. Lezarius Bonac.

936 Sed probabilior videtur contraria resolutio negativa, quam *Riccinllus tract. de personis, quæ in statu reprobo versantur lib. 5. cap. 4. num. 18.* Nam pœnæ impositæ verbis externis non incurruntur, nisi per verba consummata sicut impositæ facto non incurruntur, nisi per factum consummatum, & non solùm per attentatum. Riccinllus

937 Dices: effectus cum principio facti æquiparatur facto *L. Si quis servo ff. de furtis*: at verò proferens prædicta verba satis ostendit effectum blasphemandi cum principio facti. Respondeo hoc verum esse, quando aliunde constat de fectu, & ostenditur dimidium facti; at in præsenti casu non constat de ullo effectu, neque de ullo potest judicari, nisi per verba; quando autem hæc sunt imperfecta, non potest ex illis effectus civiliter judicari *L. Incivile ff. de legibus.*

938 Rogabis secundò, An hæreticales sint hæ blasphemiæ *Renego Deum: Renegò puritatem B. Virginis: Renego sanctum Petrum?* Quod attinet ad primam *Renego Deum*, dicendum videtur esse hæreticalem, quia talis blasphemia importat abnegationem Fidei. Idem dicendum de secundum *Renegò puritatem B. Virginis*, quia etiam significat abnegationem puritatis B. Virginis, quæ est de Fide. Ita *Suarez cit. tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 5. num. 7. & 8. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 32. num. 36. Roxas de hereticis p. 1. assert. 12. num. 170. & 171. Frigoso 2. p. lib. 8. cap. 19. num. 12. Barbos. de potest.* P.Suar. Roxas P Fragos. Barbosa P Sanchez

Gambac. P. Trullenz Salzedo Azevedo

potest Episcopi allegat. 51. num. 85. directorium Inquisitorum p. 3. q. 41. Gambacur. cit. num. 3. Trullenk proxime cap. 12. dub. 1. num. 2. Salzedo in practica de Bernardo Diaz cap. 110. vers. Et quia sæpissime. Azevedo lib. 8. recopilationis tit. 4. lib. 1. num. 3. De aliis blasphemiis, quibus renegatur de Sanctis dicit Sanchez cit. se nihil invenisse apud Doctores, & se existimare illas non esse hæreticales, nec de illis cognoscere Inquisitores, ut, inquit ab ipsis accepi, quia talibus blasphemiis non negatur aliqua veritas pertinens ad fidem, sed verbum *Renego* solùm profertur, ut quid contumeliosum in Sanctos, & ideo est blasphemum. Idem de blasphemia, qua renegatur de Beata Virgine, non qua renegatur ejus puritas, sentit *Diana* 3. p. tract. 7. res. 8.

§. 4.

Quibus pœnis blasphemia puniatur?

939 *Soli Inquisitores cognoscunt de blasphemiis hæreticalibus.*

940 *Quibus conveniat cognitio de non hæreticalibus*

941 *Quibus pœnis puniendi sint blasphemi?*

939 TErtiò quæritur: qui cognoscant de blasphemiis, & quibus pœnis illæ subjaceant? Quod attinet ad primum dicendum est solos Inquisitores cognoscere de blasphemiis hæreticalibus. Hæc resolutio est contra *Castrum de justa hæreticorum punitione lib. 1. cap. 12.* & contra *Cordubam in quæstionario q. 12. §. 15. notabili 4. vers. In cujus examinatione*, ubi existimant Inquisitores solùm cumulativè cum Episcopo, vel judice laico cognoscere de blasphemiis, non verò privativè. Nostra verò doctrina traditur communiter à Doctoribus *Sanchez cit. num. 37. Barbos. proxime n. 89. Farinac. in praxi q. 20. num. 39. & de hæresi q. 178. num. 76. Fragos. citat.* cum pluribus *num. 12. Diana* cum pluribus *3. p. tract. 7. resol. 8. Turrian. de Fide disp. 58. dub. 3.*

Sanchez Barbosa Farinac. P. Fragos. P. Turrian.

940 Imo Inquisitores esse judices contra omnes blasphemos, etiam non hæreticales ex quadam Bulla Julii III. contendit *Sanctarellus tract. de blasphemia cap. 8. dub. 1. num. 1.* Sed re vera dicta Bulla intelligenda videtur de solis blasphemiis hæreticalibus, non de simplicibus. Simplicium cognitionem esse mixti fori inter judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, & dari locum præventioni, probant *Covarruvias de pactis 1. p. §. 7. num. 12. vers. Crimen autem. Azor 1. p. lib. 9. cap. 28. q. 5. Roxas de hæreticis 2. p. assertione 12. n. 117. Gambacurt. de casibus reservati post casum 26. n. 3. Fragos. proxime n. 12. Barbos.* eruditissime cum pluribus *num. 93.* Idque ex text. in *Cap. 2. de maledicis* Ibi: *Per temporalem præterea potestatem.* Consentiunt nostræ Ordinationes Lusitanæ *lib. 2. tit. 9* Ubi dicunt crimen blasphemiæ esse mixti fori.

Sanctarel.

Covar. P. Azor. Roxas Gambac. P. Fragos. Barbos.

941 Quod attinet ad secundũ de pœnis? gravissimæ imponuntur blasphemis *Cap 2. de maledicis* In Cõcilio Lateran. *sess.* 9. in cõstitutione Julii III. incipit. *In multis* In constit. Pii V. incipit. *Cum primum Apostolatus.* Item gravissimæ imponuntur in jure civili, *Authent. ut non luxurientur contra naturam §. Præterea collatione 6.* In nostris Lusitanis Ordinationibus *lib. 5. titulo 2.* In legibus Hispaniæ *lib. 4. titulo 28. partit. 7.* De his latè, & eruditè *Barbos. cit. a. num. 93. Fragoso proxime num. 12. Dian. cit. resol. 8. Franciscus Ensaldius de jurisdictione part. 4. tit. 9. cap. 2.* ibi de modo procedendi contra blasphemos: & qui testes in eorum judicio admittendi sint; quibus, quia mei instituti non sunt, & solum spectant ad forum externum contentiosum, supersedeo.

Barbos. F. Fragos. Diana Ensald.

§. 5.

An audiens teneatur blasphemantem increpare, & accusare?

942 *Audiens blasphemantem non obligatur eum increpare novo aliquo præcepto.*

943 *Tenetur tamen ad judicem deferre.*

944 *Confirmatur hæc obligatio ex Concil. Lateran.*

942 QUartò quæritur, An audiens blasphemantem teneatur eum increpare, etiam si nulla detur spes emendæ? Et ratio dubitandi est, quia in Concilio Lateranensi *sess. 9. §. Ad abolendam* id videtur præcipi, sic enim

enim ait: *Quicumque blasphemantem audierint, eum acriter objurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse continget.* Quare, cùm solùm excipiatur casus periculi, non autem defectus spei emendæ, videtur etiam in hoc imponi obligatio objurgandi, idque in odium, & pœnam blasphemiæ. Et ita docent *Ludovicus Lopez 1. p. instr. cap. 51. paulo post principium. Navar. in sum. cap. 12. num. 83. Petrus Ledesma 2. tom. sum. tract. 1. cap. 9. fine, P. Sanchez lib. 12. Decalog. cap. 32. num. 46.* contra *P. Azor 1. p. lib. 9. cap. 28. q. 7.* ubi asserit non sufficienter constare de hoc novo præcepto: sed ibi solùm adduci in memoriam præceptum correctionis fraternæ: hoc autem non obligat, cùm non adest spes emendæ. *S*ed quidquid sit de novo præcepto, dicendum est cum ipso *P. Azor* non esse usu receptum, ac proinde non obligare. Et id tandem fatetur *P. Sanchez loco citato.*

Lopez
Navar.
Ledesma
P. Sanchez
P. Azor

943 An autem audiens teneatur blasphemum denuntiare Judici? respondeo affirmative. Et quod attinet ad blasphemos hæreticales, Inquisitores quotanis eos jubent denuntiari sub pœna excommunicationis. Quod attinet ad alios, etiam sub pœna excommunicationis jubentur denuntiari ab Episcopis in suis constitutionibus, & dictis.

944 Imo Concilium Lateran. *cit.* loquens de audiente blasphemum sic ait: *Eum denique deferre, vel notificare apud judicem Ecclesiasticum, seu sæcularem intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierunt, singuli eum accusare teneantur, nisi fortè omnes convenerint, ut unus pro cunctis tali officio fungatur.* Et Julius III. in Bulla, quæ incipit. *In multis* præcipit, ut audiens denuntiet intra triduum, aliàs incurrat in easdem pœnas blasphemiæ. Pius I. in *Cap. Si quis per capillum 22. q. 1.* constituit non denuntiantes divina condemnatione coercendos. Quod sane inducit obligationem peccati mortalis.

Septimus casus.

Percussio Parentis.

945 *Comprehenduntur isto casu, qui etiam leviter parentes percutiunt.*

946 *Qui veniant nomine parentum. Non sufficit elevatio manûs ad percutiendum, ad incurrendum hunc casum.*

947 *Videtur etiam comprehendi filius occidẽs patrem bannitum.*

948 *An comprehendatur filius, qui procurat patrem incarcerari?*

949 *Probabilius est non comprehendi secus, si non impediat mortem patris, cùm possit.*

945 *S*Eptima difficultas de illis, qui percutiunt parentes. *Et queritur primò:* An comprehendantur isto casu, qui solùm leviter percutiunt parentes? Respondeo affirmativè, quia hujusmodi reservatio imponitur propter reverentiam debitam; & hæc graviter læditur per quanvis percussionẽ, etiam levem. Ita *Navarrus in Manuali cap. 14. num. 15. versu Quintò Gambacur. de cas. reservatis fol. 211. num. 2. Barbosa de Offic. & potest. Episcopi, alleg. 51. num. 113. Trullenk lib. 4. Decal. cap. 1. dub. 2. num. 5. Reginald. in praxi lib. 20. num. 24. Filliuc. p. 2. tract. 18. cap. 1. q. 8. num. 17. Zechius de casibus Episcopo reservatis cap. 14. num. 2.*

Navar.
Gambacur.
P. Fragos.
Barbos.
P. Trullẽk.
P. Regin.
P. Filliuc.
Zechius

946 *Secundò queritur:* Qui veniant nomine parentum? Respondeo venire Patrem, & Matrem, Avum, & Aviam, & alios ascendentes. Ita Doctores citati. Utrùm autem sufficiat manum elevasse contra parentes? Respondeo negativè, quia elevatio manûs non est consummata percussio: hujusmodi autẽ reservatio non imponitur cuicumque impietati mortali, sed percussioni. Ita *Fragoso proximè num. 21. Trullenk cit. num. 5. Barbos. num. 113.*

P. Fragoso
Trullenk
Barbos.

947 Quid de filio occidente Partem bannitum? Ego suprà dixi hunc filium, quanvis non peccet contra justitiam, peccare contra pietatem; & hoc peccatum puto hic reservari.

948 *Tertiò queritur:* An præsenti casu comprehendatur filius, qui procurat parentem incarcerari? Affirmat *Fragoso proximè ex Baldo in cap. 1. §. Finali* Quæ sit prima causa beneficii amittendi in usibus feudorum. Dicuntur enim ibi hujusmodi filii parricidæ. Idem asserit *Fragos. cit.* de filio, qui non adjuvat patrem, dum potest, ne vulneretur; tenetur enim hic filius pœnâ parricidii *L. Verum ff. de parricidis.*

P. Fragoso
Baldus

949 Ego contrarium existimo quo-

ad

ad primum, quia incarceratio non est propria percussio: reservatio autem est valde odiosa, ac proinde restringenda. Textus in *Cap. 1.* loquitur de parricidis impropriis. Idem existimo quoad secundum. Neque obstat textus in *L. verum*: nam filius, qui cùm possit, non impedit mortem parentis, est illi consentiens: parricidium autem comprehendit etiam filios consentientes, dictâ *L. Verum*. At verò reservatio imposita percutientibus non extenditur ad cõsentientes, sed ad solos percutientes; non enim aliud exprimitur in ipsa reservatione: cùm sit odiosa, non est amplianda, sed restringenda.

Octavus casus.

Abuti sacrosanctâ Eucharistiâ, sacris ve rebus ad magicas artes, & alia id generis.

950 *Octavus casus comprehendit sacrâ Eucharistiâ, & rebus sacris abutentes ad res magicas, &c.*
951 *Referuntur aliqui textus, in quibus excommunicantur utentes sortilegio, incantatione, &c.*
952 *Quo pacto abusus Eucharistiæ, rerumve sacrarum ad res magicas, fit reservatus Episcopo, cùm sapiat heresim?*
953 *Proponitur, & impugnatur opinio Barbosæ.*
954 *Impugnatur sententia Fragoso.*
955 *Explicatur, quando, & quomodo is casus sit Episcopo reservatus.*

950 OCtava difficultas de iis, qui abutuntur sanctissimâ Eucharistiâ, aut aliis rebus sacris ad magicas artes, veneficia, ac superstitiones. Quid sit veneficium? quid incantatio? quid sortilegium, & divinatio, diximus in explicatione primi casus Clementis VIII. pro Regularibus. De his, nec non de Necromanticis, & chiromanticis, de somniantibus, de Astrologis, ac Planetariis, de superstitione, & ejus speciebus latè, & eruditè *Barbosa de officio, & potestate Episcopi, allegat. 51. à num. 120. P. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 38. Trullenck lib. 1. Decal. cap. 10. dub. 11. Torreblanca de magia divinatrice cap. 2. de divinatione naturali, & cap. 3. de divinatione artificiosa, & cap. 6. de divinatione prodigiosa.* Barbosa P. Sanchez Trullenk Torrebl.

951 Hæc exercentes excommunicantur Cap. 1. 26. q. 5. ibi: *Si quis ariolos, haruspices, vel incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit.* Et Cap. *Aliquanti 26. q. 5.* ibi: *Hæc quicumque Clericus, aut laicus detectus fuerit vel cõsulere, vel docere, ab Ecclesia habeatur extraneus.* Extat Blula 7. Leonis X. hæc comprehẽdẽs, incipit: *Supernæ dispositionis.* Utrũ autẽ hæc excommunicatio incurratur ipso facto? Negant communiter Doctores; dicunt enim esse contrarium usum, & praxim, *Sanchez proximè num. 91. Bonacin. de censuris extra Bullam disp. 2. q. 2. punct. 38. num. 1. & 2. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 19. num. 6. Azor. p. 1. lib. 9. cap. 25. q. 3. Lessius de justitia lib. 2. cap. 45. dub. 5. num. 29.* Contra Astrologos judiciarios extat specialis constitutio Xixti V. quæ incipit: *Cæli, & terræ creator Deus*, & alia Urbani VIII. incipit *Inscrutabilis.* Utraque apud *Barbosam cit. n. 134.* P. Sanchez Bonac. P. Suar. P. Azor P. Lessius

952 Præsens reservatio non comprehendit hæc exercentes, sed eos qui abutuntur sacrosanctâ Eucharistiâ, aliis ve rebus sacris in ordine ad illa. Dubium in hac reservatione est, quomodo abusus Eucharistiæ in ordine ad has res fit casus Episcopo reservatus, cùm potiùs sit casus hæreticalis, ac proinde spectat ad Inquisitores privative. Est, inquam hic casus hæreticalis, quia sapit hæresim, ut docet *Glossa* verbo *saperent* in Cap. *Accusatus §. Sanè, de hereticis in 6.* Unde illum inter hæreticales adnumerat *Castro de justa hereticorum punitione lib. 1. cap. 1. Sousa in Aphorismo Inquisitorum lib. 1. cap. 57. num. 11. Farinac. in praxi q. 20. num. 83. & de heresi q. 181. num. 19.* ubi in fine subdit: *Quòd hujusmodi abutentes sacratissimo Altaris Sacramento, curiæ sæculari traduntur*: quod etiam docet *Emmanuel de Moura de incantatione opuscul. 1. sect. 3. cap. 5. num. 29. & Genuensis in praxi Archiepiscopor. cap. 68. num. 10. Diana 4. p. tract. 7. res. 10. fine, Riccius in praxi fori Ecclesiastici decis. 671. in prima editione, & decis. 412. vers. Eucharistia, & vers. utentes.* Itaque abutentes Eucharistiâ ad veneficia, incantationes, sortilegia, & alia id generis, sapiunt hæresim, & spectant ad Inquisitores privativè. Quomodo ergo Episcopo reservantur? Glossa Castro Sousa Farinac. Moura Genuens. Diana Riccius

953 *Barbosa cit. de Offic. & potest.*

Epis-

Episcopi, alleg. 51. num. 135. dicit hanc Episcopi reservationem non esse de iis, quæ sapiunt hæresim. Sed contra, quia iste Doctor toto eo casu octavo dicit abusum Eucharistiæ ad veneficia, esse casum Episcopo reservatum, & *num. 135.* dicit hujusmodi usum hæresim sapere: si ergo dicit sapere hæresim, quomodo dicit esse casum Episcopo reservatum?

954 *Fragoso cit. p. 2. lib. 8. disp. 19. §. 2. num. 19. vers. Non tamen*; asserit hunc casum solùm esse hæreticalem, quando quis abutitur hostiâ consecratâ, non verò quando abutitur hostiâ non consecratâ posita sub corporali, in quo sacerdos celebraturus est. Sed contra, quia expressè dixerat esse casum Episcopo reservatum abuti sacrosancto Eucharistiæ Sacramento: at verò abuti hostiâ non consecratâ non est abuti sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Adde quòd nec sic effugitur difficultas; nam plures existimant etiam abuti hostiâ non consecratâ, positâ tamen sub corporali tempore Missæ, esse casum hæreticalem, ut docet *Emmanuel de Moura de incantat. opusc. 1.* Moura
sect. 3. cap. 5. num. 29. Sousa in Aphorismo Sousa
Inquisit. lib. 1. cap. 57. num. 11. Diana 4. p. Diana
tract. 7. resol. 10. vers. sed ego, cum *Scaccia*, Scacia
& aliis. Si ergo est casus hæreticalis, ac proinde spectans ad Inquisitores privativè, quomodo est casus Episcopo reservatus?

955 Ego dicendum existimo juxta *Trid.* præsenti casu reservari abusum Eucharistiæ ad veneficia; & alia id generis, quando talis casus est occultus; idquè in foro conscientiæ. Utrùm autem per Bullam Cœnæ sit revocata Episcopis hujusmodi potestas absolvendi ab hæresi, & consequenter ab hoc casu abusûs Eucharistiæ? diximus alibi; affirmandumque.

Nonus Casus.

Procuratio abortûs.

956 *Plura ad hunc casum attingentia diximus suprà.*
957 *An etiam mater sumens poculum incurrat excommunicationem?*
958 *Mulier sumens poculum excipitur ab excommunicatione.*
959 *Solvitur quedam instantia.*
960 *Ignorantia juris, aut facti crassa, supina, & affectata excusat à prædicta censura.*
961 *Qui mulieri dat remedia sterilitatis non incurrit pœnas abortûs.*
962 *Excommunicatio abortûs absolvi potest ab ordinario loci, & à confessariis ad id deputatis.*
963 *Qui confessarii censeantur ad id deputati?*
964 *Qui ad alios casus reservatos deputantur censentur etiam deputati ad hunc casum abortûs.*
965 *Hæc absolutio prodest in solo foro conscientiæ.*
966 *Qui ex vi Jubilæi, vel aliunde habet privilegium absolvendi ab Episcopo reservatis, potest absolvere à casibus abortûs absque ulla speciali licentiâ.*
967 *Episcopus non potest dispensare in irregularitate incursâ ex abortu.*

956 NOna difficultas: de procurantibus abortum. De abortu suprà diximus plura agendo de sexto casu reservato Clementis VIII pro Regularibus, ubi explicuimus quid sit abortus, quo puncto temporis fœtus animetur, quibus pœnis præter reservationem subjaceant illi; qui procurant abortum, nec non consulentes, aut auxiliantes juxta terminos constitutionis Xixti V. postea moderatos per constitutionem Gregorii XIV, Ibidem diximus qui possint absolvere Regulares ab excommunicatione contracta ob delictum abortûs; & qui dispensare in eorum irregularitate. Item, Utrùm prædicta irregularitas, & aliæ pœnæ incurrantur etiam in dubio facti, an scilicet fœtus fuerit animatus?

957 Hic quæri potest primò: An etiam ipsa mater, quæ sumit poculum, aut alia medicamenta ad abortum, incurrat prædictam excommunicationem Xixti V. & Gregorii XIV. Affirmant communiter Doctores, quos latè citant, & sequuntur *Dicastillus de justitia lib. 2. tr.* P. Dicast.
1. disp. 20. dub. 18. num. 179. Fillincius P. Fillinc.
tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 94. Bonacin. de censur. tom. 1. disp. 2. q. 2. puncto Bonacina Diana
10. num. 12. & 17. Diana 7. p. tract. 5. resol. 7. Quia, inquiunt, Bulla Xisti V. & Bulla Gregorii XIV. procedunt terminis generalibus, nullâ factâ exceptione.

958 Sed probabile est excipi ipsam mulierem prægnantem quoad excommuni-

nunicationem, quia quoad alias pœnas in hujusmodi bullis fit mentio illius, prout videre est in ipsa Bulla, quæ incipit: *Effrænatam*, anno 1588. & refertur de Verbo ad verbum à *Lezana verbo Abortus num* 2. ibi: *Ac etiam prægnantes ipsas mulieres*; & intra: *Ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula sponte, ac scienter sumpserint*. Quoad excommunicationem verò, quæ fertur in secunda parte ejusdem Bullæ; ibi: *Insuper ut immunissimi*, &c. solùm fit mentiò omnium aliarum personarum, non autem ipsarum mulierum prægnantium. Accedit quòd summus Pontifex solùm excommunicat personas, quæ, ut ibi dicitur, *opem, consilium, favorem, potionem, vel alia cujuscumque generis medicamenta scienter dederint mulieri prægnanti, verbis, aut signis juvèrint, aut consuluerint*; qui termini non cadunt in ipsas mulieres prægnantes sumentes pocula; maximè quia versamur in materia maximè odiosa, quæ proinde strictissimè interpretanda est. Nec mirum videri debet summum Pontificem noluisse comprehendere ipsam mulierem prægnantem; videtur enim motum fuisse compassione miserarum mulierum, quæ eò infortunii devenere, ut malint filios in utero extinguere. Et sanè ità sentiunt *Naldus in sum. verbo Abortus num.* 1. *Lezana verbo Abortus num.* 11. *Avila de censur. p.* 2. *cap.* 5. *disp.* 3. *dub.* 12. *conclus.* 2. §. 5. *Alphonsus de Leon de censur. recollect.* 7. *num.* 34. *Machado tom.* 1. *de perfecto confessore lib.* 2. *p.* 3. *tract.* 17. *documento* 9. *num.* 1.

Naldus / Lezana / Avila / Leon / Machado

959 Neque obstat quòd in dicta Bulla excommunicentur tam personæ principales, quam earum sociæ; unde nomine principalium videntur venire ipsæ mulieres prægnantes: Non, inquam, id obstat, quia solùm veniunt personæ principales in dandis, & consulendis poculis, non in accipiendis; & hoc ostenditur, quia omnes personæ, de quibus ibi est sermo, reguntur à verbo *dederint*, & sunt ejus nominativus, ac proinde ab eodem verbo restringuntur, & qualificantur per doctrinam *Bartoli in l.* 1. *Talis scriptura ff. de legatis* 1. quæ doctrina est communis Doctorum in *Cap. Secundò requiris*, de appellationibus, ubi *Decius late columm.* 2. & eam sequitur *Rota decis.* 559. *num.* 5.

Bart. / Decius / Rota

960 *Secundò quæritur*: An ignorantia juris, aut facti etiam crassa, supina, & affectata, excuset à prædicta censura? Respondeo affirmativè, quia in dicta Bulla requiritur scientia, ibi: *Qui scienter præmissa fecerint, pœnas tam divino, quàm humano jure*, &c. Quando autem ad pœnas requiritur scientia, ab iis quævis ignorantia excusat, ut docent *Trullenk l.* 1. *Dec. cap.* 3. *dub.* 9. §. 5. *num.* 21. *Mazuchellus tract. de casib. reservat. disp.* 1. *q.* 4. §. 10. *num.* 133. *Bonac. t.* 5. *disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 10. *num.* 10. *Alphonsus de Leon proximè num.* 38. Limita nisi hoc facinus committatur ex ingenti temeritate; nam temeritas importat latissimam culpam, & dolo æquiparatur; dolus autem non tollit scientiam, imò eam supponit, & ita Doctores citati.

Trullenk / Mazuch. / Bonacin. / Leon

961 *Tertiò quæritur*: An incurrat pœnas abortûs: qui mulieri dat remedia sterilitatis, ut impotens fiat ad generandum? Respondeo negativè; quia Bulla Xisti V. & Bulla Gregorii XIV. solùm loquuntur de muliere pregnante. Ita *Portel in dub. Regularium, verbo Abortus num.* 4. *Villalobos in sum. tom.* 1. *tract.* 12. *diffcult.* 14. *num.* 2. *Sayr. de cens. cap.* 25. Committit tamen iste talis gravissimum delictum, *C. Si aliquis, de homicidio*, ibi: *Si aliquis causâ explendæ libidinis, vel odii meditatione homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, ut homicida teneatur.*

Portel / Villalob. / Sayrus

962 *Quartò quæritur*: Quis possit absolvere ab excommunicatione incursâ propter abortum? Superiùs agendo de casibus reservatis Clemētis VIII. pro Regularibus, in explicatione sexti casûs Abortûs, diximus hanc excommunicationem ex vi Bullæ Xisti V. esse reservatam Summo Pontifici; Gregorium tamen XIV. moderatum fuisse Bullam Xisti V. idque non solùm in eo, quòd excommunicationem limitaverit ad solum abortum fœtûs animati; nam Xistus V. eam extenderat ad quemcumque abortum, & fœtûs non animati sed etiam in eo, quòd absolutionem talis excommunicationis commiserit Ordinario loci, & Confessariis ab eo approbatis, ad id specialiter deputatis.

963 *Quæritur modo*: Qui censeantur ad id specialiter deputati? Plures cōmuniter existimant oportere esse deputatos specialiter ad hunc casum abortûs; id enim Bullæ verba sonant. Ita *Mazuchellus de casib. reservat. disp.* 2. *cap.* 3. diffi-

Mazuch.

Zambel. Novarius Trulleuk Diana Bossius Lavor. difficult. 4. num. 68. Zambellus in Repertorio morali verbo Abortus num. 2. Novarius in sum. tom. 2. titul. de Abortu n. 13. Trulleuck l. 5. Decal. cap. 1. dub. 4. n. 8. Diana 7. p. tract. 5. resol. 15. Bossius de Iubil. sect. 1. casu 6. num. 1. & 2. Lavorius de Iubil. part. 2. cap. 28. num. 23.

954 Sed probabilius existimo satis esse, quòd sit deputatus ad casus Episcopo reservatos: ad cujus intelligentiam videnda sunt verba bullæ Gregorii XIV. Ibi: *Qui post nostram constitutionem in iisdem casibus deliquerint, quilibet presbiter tam sæcularis, quàm cujusvis ordinis regularis ad Christi fidelium confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus, plenam, & liberam, in foro conscientiæ tantùm, absolvendi habeat potestatem.* Ex quibus patet duo requiri in quolibet Confessario ad hoc, ut possit absolvere ab ista excommunicatione abortus. Primum, quòd sit generaliter expositus ad audiendas confessiones ordinarias. Secundum, quòd sit specialiter ad hos casus reservatos. Itaque specialis deputatio non videtur apponi, ad diversificandum hunc casum abortus ab aliis reservatis, sed ab aliis ordinariis non reservatis. Idque probo ex eo, quòd Sūmus Pontifex tales tres expressiones non facit, quarum una comprehendat casus ordinarios, alia casus reservatos, tertia hunc casum abortus, prout distinguitur ab aliis reservatis; & ubi Papa non distinguit, nec nos distinguere debemus, L. *Pretio ff. de publica in rem actione.* Ad quid ergo facimus tres distinctiones, si Papa solùm facit duas? Maximè, cùm versemur in materia odiosa, qualis est reservatio, quæ proinde est valde restringenda.

955 Et confirmatur, quia qui est specialiter deputatus ad casus Episcopo reservatos, dicitur specialiter deputatus ad quemlibet eorum; ac proinde etiam ad abortum, non quidem in individuo, sed in specie: & unde tu probas, Bullam Gregorii requirere potiùs specialem deputationem in individuo, quàm in specie? Maximè, cùm simus in re adeò odiosa, cujus restrictio non præsumitur, nisi exprimatur, L. *Quidquid adstringendæ, ff. de verbor. oblig.* & regula *Contra eum 57. de regulis juris in 6.* Et sanè ita docet
Bonac. *Bonacina tom. 3. disput. 2. q. 2. punct. 10. num. 26.* Notandum tamen hujusmodi absolutionem solùm prodesse in foro conscientiæ, non pro foro externo, nam pro illo recurrendum est ad sedem Apostolicam, ut patet ex tenore ipsius Bullæ verbis citatis.

966 Ex dictis colliges habentem ex vi Jubilæi, vel aliunde privilegium absolvendi à casibus Episcopo reservatis, posse absque ulla alia specialitate absolvere à casibus abortus, quia hi sunt Episcopales. Et hoc, quando est ex vi Jubilæi fatetur *Bossius citatus, & Diana* cum pluribus *cit. resol.* 19. Quando autem est ex vi alicujus privilegii, manifestè sequitur ex dictis. Bossius Diana

967 *Quinto quæritur*: Quis possit dispensare in irregularitate contracta ex casu abortus? *Novarius in summa Bullar. tom. 2. tit. de abortu num. 21.* dicit posse Episcopum, si abortus sit occultus, & ita declarasse sacram Congregationem. Contrarium tamen tenendum est, quia hujusmodi irregularitas est contracta ex homicidio voluntario; abortus autem post fœtum animatum est homicidium voluntarium per Text. in *Cap. Si quod, de homicid.* At vero Episcopi non possunt dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario, tametsi occulto, ut constat ex *Concil. Trident. sess. 24. cap. 6.* Quare *Novarium* meritò reprehendunt *Alphonsus de Leon de cens. recol. 7. num. 58. Dian. 7. part. tract. 5. resol. 21. Tesaurus in praxi p. 2. cap. 1. in fine*, ubi dicunt non esse talem declarationem sacræ congregationis. Itaque Episcopus potest quidem absolvere ab excommunicatione abortus, quia ita disponit Gregorius XIV. sua constitutione citata, non tamen potest dispensare in irregularitate incursa ex abortu, quia ita constat ex Concilio Trident. loco citato. Novarius Leon Diana Tesaur.

§. I.

An pater fœtus, qui, cùm possit, non impedit abortum, incurrat ejus censuram?

968 *An incurrat pœnas abortûs masculus, dicente amicâ se velle procurare abortum, & ille taceat?*

969 *Proponuntur rationes pro parte affirmativa.*

970 *In præsenti casu probabilius est non incurri pœnas abortûs.*

971 *Qui solùm ex charitate tenetur homi-*

 cidium

cidium impedire, non incurrit pœnas homicidii.

972 *Non incurrit has pœnas, qui consilio, aut aliqua vi externa parentem impedit, ne abortum impediat.*

973 *Solvitur primum argumentum ex eo, quòd pater non teneatur ex justitiâ abortum impedire. Ibi aliæ solutiones.*

974 *Solvuntur textus adducti pro 2. argumento.*

975 *Solvuntur tria ultima argumenta.*

968 SExtò quæritur: An amasius non impediens abortum fœminæ; incurrat prædictam excommunicationem, & irregularitatem? Casus procedit quando mater dicit ad illum, à quo concepit, se velle procurare abortum, & ille tacet. Incurrere patrem per hanc taciturnitatem pœnas abortus opinantur *Naldus in summa verbo Abortus num. 6. P. Avila de censur. p. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 7. conclus. 2. §. sequitur 4. Rodriguez in summa tom. 1. cap. 5. ad finem, Laymm lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 4. num. 7. Portel in dubio Regular. verbo Abortus num. 14. Sylvest. Navar. Suar. Sanchez Reginald. Bonacina, & Sa apud Dianam 4. p. tract. 2. de irregularit. resolut. 8.* quibus accedit *Bauny tom. 2. tract. 11. q. 3.*

Naldus
P. Avila
Rodrig.
P. Laymā
Portel
Sylvest.
Navar.
P. Regin.
P. Suar.
P. Sāchez
Bonac.
P. Sa

969 Et probatur *primò*, quia qui negligit homicidium impedire, cùm ad id teneatur, censetur homicida; & id ostenditur, quia ex hoc titulo filius negligens impedire percussionem parentis, tenetur parricidii, *L. Utrùm ff. ad leg. Pomp.* de parricidis. *Secundò* ex Cap. *Sicut dignum §. Illi etiam*, de homicidio, ibi: *Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberat, eum occidit.* Facit Text. in Cap. *Non inferenda*, & Cap. *Final.* 23. *q. 3. textus* in Cap. *Dilecto* post medium. vers. *Et quidem cùm liceat. de sentent. excom. in 6. Tertiò* probatur quia dans causam homicidio, incurrit ejus irregularitatem, & excommunicationem: & amasius dedit causam huic abortui, mulierem constituens in angustiis, quibus factura est, aut jacturam famæ, aut abortum. *Quartò*, quia qui dans operam rei illicitæ, fuit in causa homicidii, incurrit ejus irregularitatem; Cap. *Significasti* 1. de homicidio, & Cap. *Dilectus*, eodem tit. At verò in nostro casu amasius dedit operam rei illicitæ rem habens cum fœmina prohibita. *Quintò*, quia qui ex justitia tenentur impedire homicidium, & non impediunt, incurrunt ejus censuras, Cap. *Quantæ, de sent. excom.* At verò pater tenetur ex justitia defendere filium, ut tenet *P. Avila cit. vers. Inter has*, cum *Navar. & P. Henriquez.*

P. Avila
Navar.
P. Henriq

970 His non obstantibus, satis probabile existimo in præsenti casu non incurri pœnas abortus. Ita *Turrian. de censur. lib. 9. disp. 63. dub. 3. Hurtad. de irregularit. disp. 2. diffic. 9. num. 34. Cardinal. Lugo de justitia tom. 1. disp. 10. sect. 11. num. 222. Diana 7. p. tract. 5. resol. 28.* Et probatur, quia tales pœnæ aut incurruntur ex vi Bullæ Xisti V. & Gregorii XIV. & hoc non; quia tales Bullæ non imponunt pœnas, nisi procurantibus abortum, aut ad illam aliquo modo concurrentibus, nimirum ope, consilio, &c. Aut incurruntur ex vi juris communis imponentis tales pœnas homicidis. Et hoc etiam non; quia præterquam quòd plures existiment neque Eos, qui tenentur defendere ex justitia, incurrere censuras homicidii, si desinant defendere, quia omnis censura requirit factum, Cap. *Fin.* 15. *q.* 1. nec in jure est expressum, quòd incurrantur per solam omissionem. Et ita *D. Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 2. in principio, Armilla verbo Irregularitas n. 6. §. 2.* ubi citat *Hostiensem, Archidiaconum*, & alios. Quibus accedunt *P. Gaspar Hurt. cit. & P. Turrianus proximè, card.* & alii apud *Dian. cit. 4. p. tract. 2. de irregularitate, resol. 7.* qui omnes dicunt in jure non incurri censuras contra prædictos non impedientes. Neque obstat Textus in Cap. *Quantæ*; quia aut loquitur solùm ex præsumptione consensûs in foro externo; aut solùm de non impediente percussionem Clerici. Alii verò textus allegati non inducunt aliquam censuram contra non impedientes homicidium.

P. Turriā.
P. Hurtad
P. Lugo
Diana.
D. Anton.
Armilla
Hostiens
Archidiac.
P. Hurt.
P. Turriā.
P. Lugo

971 Præter hoc, inquam, etiam si standum sit sententiâ eorum, qui dicunt per omissionem defensionis incurri censuras homicidii, dicendum est cum probabiliori, solùm illas incurrere, qui tenebantur ex justitia defendere: duæ enim sunt opiniones, altera asserens, etiam has censuras incurrere, qui ex sola charitate tenebatur defendere. Verùm hæc sententia est minùs probabilis: alia probabilior asserit, solùm tales censuras incurrere, qui tenebatur ex justitia impedire, &

non

non impedit, de quibus opinionibus nos alibi. Itaque tunc solùm non impediens homicidium, incurrit ejus censuras, cùm ex *justitia* tenebatur illud impedire, sicut tunc solùm incurrit obligationem restitutionis: at pater non tenetur ex justitia impedire abortum filii, sed solùm ex pietate, ut docent *P. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 13. num. 94. & Diana cit. p. 4. tract. 2. de irrigularitate, resolut. 8.* Quod est satis probabile, licèt contrarium etiam sit probabile apud *P. Avilam cit. vers. Inter has opiniones.* Et sanè hanc nostram sententiam probabilem dicunt *P. Coninck de Sacramentis d. 18. num. 71.* & ut probabiliorem defendit *P. Praepositus 3. p. q. 5. de irregularitate dub. 10. n. 97.*

P. Lessius
Diana
P. Coninc.
P. Praepos.

972 Ex dictis sequitur à fortiori non incurrere censuras illum, qui consilio, aut aliqua vi externa impedit talem parentem, ne impediat abortum, quia pater accipiens tale consilium, non eas incurrit: ergo neque consulens, nam hic est causa magis remota. Scio hanc resolutionem esse contra *P. Suar. de cens. d. 45. sect. 4. num. 3. Sayrum de cens. lib. 7. cap. 4. num. 8. Vegam* in libro, quem inscribit *Espejo de curas tom. 2. cap. 22. §. 26. num. 275. Megalam 3. p. lib. 7. cap. 2. quaes. 5. num. 90.* Quia dicunt hunc concurrere ad homicidium positivè. Nostra tamen resolutio est cohaerens nostris principiis. Neque hic concurrit positivè ad homicidium; sed ad non impedientem illud. Unde non magis concurrit ad homicidium, quàm illud non impediens. Et sanè ita dicendum in nostris principiis sentiunt *Avila cit. conclus. 2. §. Ex dictis, P. Layman cit. cap. 4. num. 7. Dian. cit. resol. 7. vers. Notandum est hic.*

P. Suar.
Sayrus
Vega
Megala
P. Avila
P. Layman
Diana

973 Neque fundamenta opinionis contrariae (quatenus contendunt parentem, qui non impedit abortum, incurrere praedictas censuras) institutum conficiunt. *Ad primum*, quatenus dicit non impedientem homcidium, censeri homicidam, respondeo censeri homicidam ex praesumptione, quia praesumitur esse ejus consilii particeps. Aut dic id solùm verum esse de non impediente, qui tenetur impedire ex justitia. Filius negligens impedire percussionem parentis, tenetur de parricidio ex praesumptione. Vel dic teneri quoad poenas ibi expressas, quae non sunt extendendae ad excommunicationem.

974 *Ad secundum* ex Cap. *Sicut dignum*, respondeo etiam loqui ex praesumptione auxilii positivi ibi; *Sed ut percussoribus opem ferrent.* Eadem solutio applicanda ad text. in Cap. *Non inferendas*, & ad Cap. *Dilecto.*

975 *Ad Tertium*, quatenus dicit quod dans causam homicidio, incurrit ejus irrigularitatem, Respondeo amasium solùm dedisse causam valde remotam, & indirectam. *Ad quartum* de dante operam rei illicitae, respondeo id solùm verum esse, quando talis res illicita est periculosa: at verò habere rem cum foemina prohibita non est de se proximè, ac directè periculum abortus. *Ad quintum* ex Cap. *Quinta*, respondeo primò, solùm loqui de percussione Clerici ob specialem deformitatem. Secundò loqui ex praesumptione. Tertiò loqui de tenentibus impedire ex justitia. Quartò loqui ad terrorem, & non continere excommunicationem latam, sed ferendam. Ibi: *Pari poenâ plectendos.*

§. 2.

Quid de eo, qui ante executionem abortûs, consilium revocavit?

976 *Retractantem consilium, quod dederat ad abortum, ante executionem, incurrere praedictas poenas docent plures.*

977 *Probabile nihilominus est non incurrere.*

978 *Ratio hujus resolutionis desumitur ex eò, quòd consilium sit causa moralis, quae proinde retractari potest.*

976 SEptimò quaeritur: An qui ante executionem abortus, consilium retractavit, sed ab illo non potuit dimovere foeminam incurrat poenas consulentis? Affirmant cum *Navarro, Corduba, & aliis P. Avila de censur. p. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 4. conclus. 3. Sayrus de censur. lib. 7. cap. 3. num. 5. in fine, Cardinal. Lugo tom. 1. de justitia disp. 19. sect. 2. §. 2. n. 39. Cornejo 3. p. tract. 5. de irrigularit. disp. 1. dub. 2. q. 2. num. 3. Comitolus responsionum lib. 1. q. 10. Portel in dub. Regular. verbo Homicidium num. 12.* Et sanè haec est sententia *Innocentii in cap. Ad Audientiam num. 2. de homicidio, Abbatis ibidem num. 7. Bart.*

Navarr.
Cordub.
P. Avila
Sayrus
P. Lugo
Cornejo
Comitol.
Portel
Innocent.
Abbas
Felin.
Alter.

7. *Bart. in L. non solùm 6. Si mandato ff. de it. ur. & Felin. in cap. sicut dignum num. 11. de homicidio*, & aliorum juristarum, quibus subscribit *Alter in Bull. Cœnæ d. 12. lib. 5. cap. 6. vers. consilium, quasi 2.* Et probatur, quia consilium in hoc eventu habet se per modum gladii, quo si aliquem ad homicidium semel armasti, licèt postea petas, ne illo utatur, semper denominat te causam homicidii, illud enim voluisti in causa, & prævidere debebas fore, ut postea non posses, etiam si velles, repetere gladium, vel consilium illud, quo animum ad malum instruxisti.

P. Lugo
P. Lessius
P. Molin.
P. Vasq.

Hæc *Lugo cit. num. 37.* qui ex eodem principio cum *Lessio, Molina, & Vasq.* dicit hujusmodi consulentem in omni materia restitutionis teneri ad illam. Idẽ de eo docet, qui laudibus, vel opprobriis alium incitavit ad malum, & postea iis revocatis non potuit hominem à proposito dimovere. Secus de illo, qui alium mandato, precibus, aut promissis impulit ad malum, nam si mandatum, preces, aut promissa revocavit, jam non censetur causa mali; sed solus, qui illud operatur, censetur illud ex malitia sua operari.

977 His non obstantibus, probabile existimo revocantem consilium, & illud seriò retractantem ex animo, quantum in se est, non incurrere prædictas censuras, nempe irregularitatem, aut excommunicationem, vel obligationem restitutionis.

P. Henr.
Villalob.
Diana
Bauny
Machado
Caspens.
Mazucb.
P. Tãner.

Ita *Henriq. lib. 14. cap. 16. num. 5. & in Glossa litera O. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 21. diffic. 20. num. 8. Diana 4. p. tract. 2. de irregularit. resol. 15. & 7. p. tract. 5. resol. 29.* quibus accedunt *Bauny tom. 2. tract. 11. q. 27. Machado tom. 1. de perfecto confessore p. 3. tr. 17. documento 10. num. 2. Caspensis tom. 2. disp. 1. sect. 9. num. 71. Mazuchel de casibus reservat. disp. 2. cap. 18. q. 2. num. 42. Tanner. 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 4. num. 394.*

978 Probatur, quia retractato tali consilio, ejus executio solùm imputatur exequenti, non verò consulenti; nam si qui consuluit, retractavit suum consilium, & tibi facienti clamavit, ne faceres, quomodo tu poteris dicere fecisse ex ejus consilio? poteris tu rectè dicere fecisse ex consilio ejus, qui tibi clamavit, ne faceres? Et hoc est egregium discrimen inter illum, qui tibi suum gladium dedit, ut occideres, & illum, qui dedit suum consilium; nam si uterque tibi clamavit, ne faceres, & nihilominus fecisti; poteris tu dicere interfecisse gladio illius, qui eum tibi dedit, non consilio illius, qui tibi clamavit, ne faceres. Itaque occidisti gladio illius, qui eum tibi dedit, non consilio illius, qui tibi clamavit, ne faceres. Vides quomodo qui gladium dedit, non potest illum impedire; qui verò consilium dedit, potest illud revocare? Et hujus ratio est, quia tuus gladius est causa physica, quæ proinde non potest per retractationem impediri; consilium verò est causa moralis, & idcirco potest optimè per retractationem revocari. Ex quo patet solutio manifesta ad fundamentum opinionis contrariæ.

§. 3.

An licitum sit consulere abortum ad vitandum maius peccatum?

979 *Negant multi licere consulere minus malum, ut vitetur maius.*
980 *Præfertur resolutio affirmativa.*
981 *Probatur ex C. si quod, & ex C. Nervi.*
982 *Non licet consulere malum absolutè; secus ex suppositione.*

979 OCtavò quæritur: An saltem in casu, quo mulier gravida animo obstinato parata sit se occidere ad vitandam infamiam, licitum sit ei consulere abortum? Negat *Candidus tom. 1. Disquisitionum, disquis. 1. art. 2. dub. 2. num. 5.* Verùm hujus quæstionis resolutio dependet ab illa, an volenti committere maius peccatum, licitum sit consulere minus? Negant *Gabriel, Caietanus, Sylvester, Conradus, Covarruvias, Valent. Sá, Angles, & alii apud Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 11. num. 14.* quia non licet consulere, quod non licet facere; at consulenti non licet facere illud minus malum. Præterea, quia nemo potest petere à malefico, ut grande maleficium factum solvat alio maleficio minori.

Gabriel
Caietan.
Sylvester.
Conrad.
Covar.
P. Valent.
P. Sá

980 Sed probabilior est resolutio affirmativa, quam cum *Innocentio cap. super eo, fine, de usuris, Hostiens. ibidem ad finem, Cardinali ibidem, Adriano, Angelo, Armilla, Soto, Navarro, Vera cruz,*

Innocent.
Hostiens
Cardin.
Adrian.
Angelus
Armilla
Sotus
Navar.

Veracruz, Cordula, Mitina, Gutier., P. Henriq., P. Molin., Salon, Aragon., Carb., Graffis, Lopez, Rodrig., Vega, Pereir., P. Sanch., P. Lugo

cruz, Cordub., Mitina, Gutierr. Matienso, Henriq. Molin. Salon. Aragon. Carbo, Graffis, Ludovic. Lopez Rodriguez, Vega, Pereira, & aliis tenent *Sanchez proximè num. 15. Lugo de justitia disp. 19. sect. 2. §. 2. num.* 43.

981 Probatur ex Cap. *Si quod verius 33. q. 2.* ibi: *Si enim facturus est, quod non licet, jam faciat adulterium, & non faciat homicidium, ut vivente uxore sua alteram ducat; & non humanum sanguinem fundat.* Item ex Cap. *Nervi dist.* 13. ibi *Si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet; minora semper eligantur.* Et hujus ratio est, quia qui in eventu, quo alius est determinatus committere maius malum, consulit minus, non illud consulit absolutè, sed ex suppositione, quòd comissurus sit maius, dicit quòd faciat minus, quod non est dicere quòd faciat malum, sed ex suppositione quòd facturus sit maius, faciat minus.

982 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondeo, quòd non licet consulere absolutè quod non licet facere, secus ex suppositione quòd quis determinatus sit committere maius malum; nam tunc consulens non consulit malum; sed in malis, quæ ipse non potest impedire, consulit electionem minoris mali, quæ electio est bona: nam ex duobus malis minus est eligendum, dicto Cap. *Nervi, dist.* 13. *Ad secundum* de malefico, respondeo ipsum non esse determinatum ad aliquod malum maius faciendum, ita ut electio minoris ei consulatur. Itaque quando ab eo petitur novum maleficium, novum peccatum absolutè consulitur.

§. 4.

An saltem in aliqua extrema necessitate licitum sit puellæ procurare abortum?

983 *Posse in extrema aliqua necessitate procurari abortum fœtûs nondum animati, docent aliqui.*

984 *Contrarium omnino tenendum est; nam procuratio abortûs est intrinsecè mala.*

985 *Referuntur AA. qui contrariam sententiam omnino improbabilem dicunt.*

986 *Si mulier sit in magno vitæ discrimine ob ægritudinem, nisi procuretur abortus, licitam esse tunc procurationem, fœtu nondum animato, tenent plures.*

987 *Impugnant multi recentiores hanc sententiam: illorum fundamenta.*

988 *Subsistit nihilominus ratio P. Sanchez.*

989 *Solvitur primum, & secundum fundamentum opinionis contrariæ.*

990 *Solvitur tertium fundamentum, nam in nostro casu fœtus censetur aggressor.*

991 *Solvitur quartum fundamentum, est enim specialis ratio ne procuretur ob difficultatem partûs futuri.*

992 *Solvitur quintum fundamentum; quia quando est animatus est specialis difficultas ob salutem æternam infantis.*

983 Nonò quæritur: An aliquo casu, & necessitate extrema proveniente ab extrinseco, quia verbi gratiâ aliàs sine ullo remedio infamabitur puella nobilissima, vel occidetur à marito, licitum sit procurare abortum? Aliqui putant, si fœtus nondum sit animatus, in hac extrema necessitate posse procurari abortum. Ita *Torreblanca de Magia lib. 2. cap. 43. num. 16. Zambellus in repertor. morali, verbo Medicus, num. 11. Bordon. in consil. Regulæ. resol. 45. q. 4. n. 4. in fine.* Et hanc opinionem probabilem dicunt *Lezana verbo Abortus. num. 5. Trullenk lib. 5. Decalog. cap. 1. dub. 4. num. 1.* Probatur, quia procuratio abortûs, quandiu fœtus non est animatus, non est intrinsecè mala; quod autem non est intrinsecè malum, potest in extrema necessitate procurari. Maior ostenditur, quia licèt aliqui Doctores sibi existiment procurationem abortus esse peccatum homicidii juxta textum in Cap. *Si quod, de homicidio*, non rectè sentiunt; quia in eo textu solùm est sermo de abortu fœtus animati; nam quando fœtus non est animatus, non committitur homicidium; juxta textum expressum in Cap. *Quod verò 32. q. 2.* — Torrebl., Zambel., Bordon., Lezana, Trullenk

984 Sed opposita sententia omnino tenenda est, quia in nullo casu, & necessitate extrema licitum est procurare pollutionem, idque propter bonum prolis; quia, si nimirum pollutio in aliquo casu esset licita homines ea delectatione contenti, minùs curarent de generanda pro-

prole; quæ ratio optime militat in abortu; nam, si is in aliquo casu ex his extrinsecis liceret, homines sublato metu futuræ conceptionis procurarent delectationem copulæ eo animo, & fiducia, ut per abortum postea honori, & periculo fœminarum cōsuleretur. Itaquè in his terminis procuratio abortus est intrinsecè mala, sicut procuratio pollutionis: ergo in nullo casu est licita propter aliquod bonum extrinsecū, quia non sunt facienda mala, ut veniant bona.

Covar. P. Tãner. P. Sãchez P. Fillinc P. Azor Belloq. Zanardus Basil. Pōt. P. Lugo Thesaur. Bazeus Candid. Dian. Scipio P. Dicastil Mazuchel Caspens.

985 Quare contrariam sententiam omnino improbabilem dicunt *Covarruvias in Clement. Si furiosus p. 5. §. 3. num. 1. P. Tanner. 2. 2. disp. 4. q. 8. dub. 4. num. 58. P. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 20. num. 10. P. Fillincius tom. 2. tract. 29. cap. 6. num. 103. P. Azor 3. p. lib. 1. cap. 4. q. 1. Belloquius in praxi p. 2. q. 8. num. 78. Zanardus in Directorio p. 1. de Sacram. matrimon. cap. 41. q. 17. Basilius Pont. de matrim. lib. 10. cap. 13. num. 2. Cardinal. Lugo de justit. disp. 10. num. 130. Thesaurus in praxi p. 2. verbo abortus cap. 1. limitatione 3. Bazeus in floribus verbo abortus num. 1. Candidus tom. 2. disquit. 1. art. 1. Diana 3. p. tract. 5. resol. 11. & 6. p. tract. 8. resol.* 37. Ubi refert eam sententiam fuisse damnatam à congregatione Sancti Officii. & *7. p. tr. 5. resol. 32. cum Scipione Arrubiis P. Dicastillo, Mazuchel*, & aliis, quibus accedunt *Caspensis tom. 2. tract. 18. disp. 3. sect. 5. num. 40. Alphonsus de Leon de censur. recollect. 7. n. 18.*

986 Quid, si mulier prægnans ægrotet, & in vitæ discrimine sit, nisi procuretur abortus? Tunc, si constat fœtum non esse animatum posse procurari abortum aliquo ad eum adhibito remedio consentiunt plures Doctores, quia in hoc casu fœtus inducit malum, & nocet ab intrinseco, habet enim se per modum aggressoris, unde potest occidi, ut mater innocens evadat. Ita *Sanchez cit. num. 9. P. Sá verbo homicidium. Trullenk proxime, Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 15. num. 8. Diana 7. p. tract. 5. resol. 24. Navar in manuali cap. 25. num. 62 Naldus verbo abortus num. 3. Homobonus de casibus reserv. p. 3. cap.* 67.

P. Sanches P. Sá Trullenk P. Henriq Dian. Navarr. Naldus Homobon.

987 Huic sententiæ nolunt subscribere aliqui moderni; eamque impugnant; *Primò* quia abortus, seu seminis resolutio comparatur pollutioni, seu effusioni seminis; hujus autem procuratio in nullo casu licèt. *Secundò* quia, ut constat ex proximè dictis, procuratio abortus est intrinsecè mala: ergo nullis circunstantiis potest cohonestari. *Tertiò* quia alias etiam ad tuendum honorem, & vitam puellæ, quæ à marito occidetur, esset licita procuratio abortus, quod est contra proximè dicta. *Quartò* quia etiam posset procurari abortus propter periculum partus futuri, quem difficilem puella experta est. *Quintò* quia si fœtus in his circunstantiis censetur aggressor, etiam posset occidi quamvis sit animatus. Quare neque in hoc, neque in ullo alio eventu licere directam prucurationem abortus sentiunt *Cardinal Lugo proximè num. 131. Basil. Pont. cit. Mazuchel. de casib. reserv. disp. 2. cap. 3. diffic. 3. num. 9. Lessius lib. 2. de justitia cap. 9. dub. 10. num. 61. Filliuc. suprà num. 101. Bonacin. de restitutione disp. 2. q. ultima punct. 7. num. 3. sect. 1. Petrus Navarra lib. 2. de restit. cap. 3. num.* 132.

P. Lugo Basilius Mazuchel P. Lessius P. Fillinc. Bonac. Navar.

988 Sed re vera, his non obstantibus, fundamentum *P. Sanchez* sufficienter subsistit, nam fœtus in illis circunstantiis videtur habere se per modum aggressoris; item per modum humoris noxii, unde sicut hujus expulsio potest mediante aliquo pharmaco procurari, ita & expulsio fœtus.

P. Sãchez

989 *Neque obstat primò* quòd abortus comparetur pollutioni, nam quoad hoc aliquod est discrimen propter specialem rationem delectationis, quæ est in seminis effusione, quæ si in aliquo casu permittatur, talis casus quæretur cum detrimento prolis. *Non obstat secundò* quòd procuratio abortus sit intrinsecè mala, nam in his circunstantiis non videtur voluntaria, sed necessaria ad vitæ tutelam. Explicari hoc potest exemplo homicidii, nam licet hominis occisio sit intrinsecè mala, cum ille est aggressor ejus occisio non censetur voluntaria, sed defensio necessaria, prout suprà suo loco declaravimus.

990 *Non obstat tertiò* sequi etiam licitum fore abortum ad tuendum honorem, aut vitam puellæ, quæ à marito occidetur, neganda enim est sequela. Diversa ratio est, quia cum puella occidenda est à marito, fœtus non est aggressor, sed maritus: at verò cum mater suffocatur ab ipso fœtu, tunc ipse fœtus est aggressor.

991 *Non obstat quartò* sequi posse

saltem procurari abortum propter difficultatem partus futuri, in quo fœtus erit aggressor, nam in hoc casu est specialis difformitas; si enim propter difficultatem partus futuri licitum esse hujusmodi puelis procurare abortum fieret magna occasio stupris, & adulteriis, quæ committerenter cum illis in fiducia abortûs magno cum detrimento prolis.

992 *Non obstat quintò* sequi, si fœtus in his circunstantiis censetur aggressor, etiam posse occidi, quamvis sit animatus. Nam tunc est specialis difficultas propter salutem æternam infantis, qui, si detur abortus, morietur sine baptismo.

§. 5.

An mater teneatur se mori permittere ut fetus exeat in lucem, & baptizetur?

993 *Docent aliqui solùm eos teneri vitam propriam proximorum saluti posthabere, qui tenentur ex justitia illorum saluti consulere.*

994 *Quando condemnatio proximi est physicè certa, quia non potest physicè elicere actum contritionis, tenetur, quis vitæ propriæ discrimine illius saluti consulere.*

995 *Probatur ex illo* Ioan. 15. *Hoc est præceptum meum, &c.*

996 *Mater tenetur se mori permittere, ut fœtus in lucem exeat, & baptizetur.*

997 *Quid dicendum si mater sit in statu peccati; & timeat propriam damnationem?*

998 *Tenetur mater procurare statum gratiæ per sacramenta, & se mori permittere.*

999 *Si moriente matre nulla affulgeat probabilis spes, quòd fœtus in lucem exeat, potest lethali morbo remedia non directe tendentia ad abortum, licèt ex illis sequatur, adhibere.*

1000 *Quid dicendum, si remedia, æquè ad utrumque tendant?*

1001 *Si remedia solùm per accidens noceant fœtui, licitè adhibentur.*

1002 *Hactenus dicta intelliguntur, quando nulla datur spes posse fœtum in lucem edi.*

993 Aliqui dicunt, solos, qui ex justitia tenetur consulere saluti spirituali sibi subditorum; nimirum, Episcopos, Parochos & alios pastores spirituales teneri cum propriæ vitæ jactura providere eorum saluti spirituali, non ita personas privatas, quæ moventur solo titulo charitatis; Unde asserunt matrem neque pro salute æterna infantis in casu proposito teneri se mori permittere; sed posse procurare abortum. Hoc probabile dicit *Cassiensis tom. 2. tract. 16. sect. 5. num. 139.*

994 Verùm ego talem opinionem non reputo probabilem, neque illam in qua nititur, nisi in solo casu, quo vita proximi non physica necessitate; sed solùm moraliter periclitatur; quia non efficiet actum contritionis, quem tamen physicè potest efficere, etsi non faciat sibi imputabitur; non autem quando ejus condemnatio est physicè certa, quia est in statu peccati, & non potest physicè actu contritionis efficere, ut se habet fœtus in utero matris, nam in necessitate extrema physica præferenda est propriæ vitæ temporali salus æterna proximi. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 5. Caietan. Bañes Aragon. Malderus ibidem,* quibus accedunt *Lorca ibidem sect. 3. dub. 28. Valent. 2. 2. disp. 3. q. 4. punct. 4. Turrian. disp. 87. dub. 2. Conink de charitate disp. 25. dub. 7. Suar. de charit. disp. 9. sect. 2. Granad. ibidem tract. 7. disp. 4. Lessius de justit. lib. 2. cap. 9.* D. Thom. Caiet. Bañes Aragon. Malder. Lorca P. Valent. P. Turriã. P. Conink. P. Suarez P. Granad P. Lessius

995 Probatur ex illo *Ioannis 15. Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem, sicut dilexi vos*: at vero Christus Dominus ita dilexit nos, ut vitam suam temporalem posuerit pro nostra spirituali æterna, idque in casu necessitatis physicæ, quo pura creatura non poterat se redimere. Et confirmatur, quia propria vita temporalis respectu vitæ æternæ proximi est valde exigui momenti; charitas verò obligat ad præferendum magnum bonum proximi spirituale parvo bono proprio temporali.

996 Quare in terminis præsentis casus abortus tenent hanc doctrinam *Sanchez cit. num. 17.* cum pluribus *Trullenk proxime dub. 4. num. 4. Lessius cit. cap. 31. dub. 6. num. 33. Dicastillo de justitia lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 13. num. 168. Candidus cit. disquisit. 11 art. 1. dub. 1. num. 3.* qui omnes dicunt non obstante propria morte temporali teneri matrem non procurare abortum, dummodo probabiliter speretur fore, ut fœtus in lucem prodeat; P. Sãchez Trullenck P. Lessius P. Dicastil Candid.

& bap-

& baptismo recreetur.

997 Sed hic suboritur magnum dubium, si nimirum mater sit in statu peccati, & timeat propriam damnationem, tenebitur ne etiam in his circumstantiis se mori permittere, dummodò infans baptizetur? Negant *Cassensis proximè*, & *Turrianus 2. 2. disp. 26. dub. 2. num. 33.* quia ut docent *Magister in 3. dist. 18. & D. Thom. 2. 2. q. 16. art. 4. & 13.* in ordine ad vitam æternam tenetur quis magis consulere propriæ saluti, quàm alienæ; rectus enim ordo charitatis incipit à se.

Cassens. P. Turrian. Magister. D. Thom.

998 Melius tamen dicendum teneri matrem ad procurandum statum gratiæ per sacramenta, & permittere se mori, imò addo matrem, quæ ut servet præceptum Divinum decernit potiùs mori, quàm peccatum committere, habere verissimum actum contritionis, siquidem præceptum, & voluntatem Dei anteponit propriæ vitæ & pro amore Dei se offert ipsi morti. Et confirmatur quia aliàs nemo teneretur ad ponendam propriam vitam pro salute proximi, ac proinde neque Episcopus pro suis ovibus, neque parochus pro suis teneretur se morti objicere, quis enim scit se esse in statu gratiæ? quis non est dubius de propria salute? quis non est timidus de condemnatione æterna? Et sane ita docent *Sanchez cit. n. 17. Lugo proximè num. 134.*

P. Sãchez P. Lugo

999 Utrùm autem possit mater accipere remedia non directè tendentia ad abortum, sed ad febrim mortiferam, & ad malum lethale; ex quibus tamen prævidetur abortus sequuturus? Respondeo, quòd si moriente matre nulla suppetat probabilis spes fore, ut infans in lucem edatur, sed simul cum matre extinguendus sit, ut fieri solet, licitum est procurare remediis vitam matris, licèt fœtus sit animatus; quis enim neget posse matrem fugere ab inuadente fera, licèt ex tali fuga videat sequuturum abortum? ergo etiam à quolibet alio invadente malo mortali, licèt inde prævideatur abortus sequuturus. Ita *Sanchez proximè num. 17. Lessius cit. dub. 10. num. 63. Diana 7. p. tract. 5. resol. 35. Layman lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 4. Dicastilli cit. tract. 1. disp. 10. dub. 13. num. 166. Scipio Arrubiis in Aphorismo confessor. verbo abortus num. 3.*

P. Sãchez P. Lessius Diana. P. Laymã. P. Dicast. Scipio Arrub.

1000 Sed quid dicendum si remedia applicanda æquè tendant ad salutem matris, & ad abortum fœtus? tunc non posse applicari talia remedia existimant *Cordub. in summa q. 173. dicto 2. Rodriguez in summa tom. 1. cap. 5. conclus. 3. num. 2. Ludov. e. Lopez 1. p. Instructor. cap. 63. versic. sed in casu dubio. Vega in sum. tom. 1. cap. 5. casu 3.* Et ratio est, quia ea partialis procuratio abortus est directa occisio, quæ proinde est intrinsecè mala.

Cordub. Rodrig. Lopez Vega

1001 Sed probabilius dicendum videtur cum *Sanchez cit. lib. 9. de matrim. disp. 20. num. 18. Trullenck cit. num. 5. Dicastillo num. 169.* posse applicari ea remedia, quia licet de se æquè tendant in salutem matris, & in necem fœtus solum amantur, & intenduntur qua salutifera matri, non quà nociva fœtui, imo quà nociva fœtui displicent, & solùm hoc nocumentum permittitur propter salutem matris. Itaque hoc nocumentum fœtus per accidens se habet ad rationem medicinalem matris, & per se non intenditur, sed sola ratio medicinalis. Dixi (per accidens se habet) quia si remedium solùm in tantum sit medicinale matri, in quantum expulsivum fœtus, tunc non potest adhiberi, nã tunc non est de se æquè tendens in salutem matris, sed solùm in necem fœtus, & per accidens se habet ad salutem matris, quam causat ratione abortus, quem diximus nullo modo licere, & ita docent *Lugo cit. num. 132. Dicastillo num. 169.*

P. Sãchez Trullenk P. Dicast. P. Lugo P. Dicast.

1002 Hactenus dicta intelliguntur quando, ut dixi, nulla datur spes fore, ut fœtus extinctâ matre lucem videat, & possit baptizari, nam si detur talis spes ut post mortem parentis ope chirurgæ, aut aliâ viâ possit infans prodire in lucem, & aqua baptismi lavari, dicendum est non posse adhiberi prædicta remedia, ex quibus sequuturus est abortus, & extinctio fœtus, tenemur enim ex præcepto charitatis præferre vitam æternam infantis propriæ vitæ temporali matris, ut supra diximus cum *Sanchez, Trullenck, Lessio, Dicastil. & Candido locis citatis*, quibus accedunt *Lugo proximè num. 135. Dian. 3. p. tract. 5. miscel. res. 11. & 7. p. tract. 5. resol. 37.*

P. Sãchez Trullenk P. Lessius P. Dicast. Candid. P. Lugo Diana

(*)

Deci-

Decimus casus.

Expositio infantis.

1003 *Comprehenduntur isto casu, qui infantes piis locis exponunt, cum habeant, unde alere possint.*
1004 *Est peccatum impietatis exponere infantes; & perinde est, ac illos necare.*
1005 *Quæ requirantur, ut incurrantur pœnæ expositionibus impositæ?*
1006 *An expositi habendi sint pro illegitimis? Affirmant perplures.*
1007 *Probant, quia hospitalia ad id inservientia vocantur illegitimorum.*
1008 *An numerandi sint inter spurios, an inter naturales? ibi: Quis spurius, quis naturalis; quis nothus; quis manzer?*
1009 *Proponitur sententia existimantium habendos esse pro spuriis.*
1010 *Expositi habendi sunt pro legitimis.*
1011 *Solvitur text. in C. Accedens.*
1012 *Confirmatur resolutio, quia non habentur pro irregularibus: deinde ex quodam responso Gregorii XIV.*
1013. *Referuntur A. A. hujus sententiæ.*
1014 *Solvitur primum fundamentum contrarium, quia non omnia hæc hospitalia dicuntur illegitimorum.*
1015 *Ad secundum respondetur, non solos illegitimos solere exponi.*
1016 *Ad tertium, potiorem partem esse eligendam, nisi possessio stet pro contraria.*
1017 *Respondetur ad argumenta probantia habendos esse pro spuriis: ibi: solvitur text. ex L. vulgò quæsiti.*

1003 Decima difficultas procedit circa intelligentiam hujus decimi casus, in quo comprehendi consuevere ii, qui piis locis infantes exponunt, cum habeant unde ipsos alant, & eorum damna non resarcierint,

1004 Quàm grave peccatum sit exponere infantes patet ex L. *Necare ff. de liberis cognoscendis*. Ubi Juris consultus dicit exponere infantem perinde esse, ac illum necare, ibi: *Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, sed & is, qui abjicit, & qui alimoniam denegat, & is, qui publicis causis misericordiæ causâ exponit, quam ipse non habet, &c.* Esse hoc peccatum impietatis habetur in *Cap. unico de infant expositis*. ibi: *Relegato pietatis officio, &c.* Propter hujusmodi impietatem parentes sive ipsi exponant, sive tantùm consentiant amittunt patriam potestatem in ipsos filios expositos *dicto cap. unico*, & subjacent aliis pœnis, prout videre est apud *Barbosa de officio, & potest. Episcopi allegat. 51. à num. 141.*

1005 Ut præsens reservatio à parentibus incurratur, quatuor requiruntur, ut cum communi notat *Barbos. cit. num. 147. Fragos. p. 2. disp. 19. §. 2. num. 20.* Barbosa P. Fragos. *Primum*, quod exponant infantem, idque sive facto, sive concensu *Cap. Finali de infantibus* : ibi: *Si à patre, sive alio sciente ipso, aut ratum habente*, &c. *Secundum*, quòd habeant, unde infantem alant, nam si non habeant, & infans periclitabitur ob famem, vel aliam necessitatem, non incurritur dicta reservatio. *Tertium*, quòd cùm possint non resarciant damnum piis locis, quorum expensis infantes nutriti sunt. *Quartum*, quòd exponant piis locis, nam si non exponant piis locis, non incurritur talis reservatio; hujusmodi expositionibus ad pia loca, quia solent esse frequentiores voluerunt Episcopi consulere; & quia si illis exponantur infantes non egeni, præcluderetur locus, & sustentatio egenis: Nomine piorū locorū veniunt Hospitalia, Collegia, Seminaria, monasteria, Ecclesiæ. & aliæ domus publicè deputatæ ad honestos, & pios usus, de quo nos alibi.

1006 Quæri hic potest: Utrùm expositi habendi sint pro legitimis, an potiùs pro illegitimis? Habendos esse pro illegitimis cōtendunt *Tolet. lib. 1. c. 58. n. 2.* P. Tolet. *Covar. p. 2. de matrim c. 8. §. 3.* Covarruv. *Alciatus de præscriptionibus lib. 3. præsumptione 1. num.* Alciatus *Castillo de quotidianis quæstionibus lib. 2. cap. 19. num. 51.* Castillo *Rota apud Seraphinum agens* Rota *de expositis apud Hospitale Spiritus Sancti* Seraphin. *in urbe decis. 1811. num. 3.* Garcia *Gartia de beneficiis p. 7. cap. 2. à num. 9.* Hugolin. *Hugolinus de officio & potest. Episcopi cap. 44. §. 7.* P. Suar. *Suar. de censur. disp. 50. sect. 4.* P. Rebel. *Rebellus de obligationibus justitiæ p. 2. lib. 1. q. 2. num. 15.* P. Vasq. *Vasq. 1. 2. disp. 66. num. 44.* Bonac. *Bonacin. cum pluribus de censur. disp. 7. q. 2. punct. 3. num. 10.* Marchyn. *Marchinus de Ordine* Sayrus *tract.*

tract. 1. p. 10. diffic. 1. cum Sayro, & aliis.

1007 *Probatur primò* ex communi hominum æstimatione, qui hujusmodi hospitalia, in quibus expositi aluntur vocant hospitalia illegitimorum. *Secundò* experientia, nam soli illegitimi, non verò legitimi solent exponi; & id testatur Hugolinus *cit. dicens* se multos per annos, quibus animarum curam exercuit nunquam vidisse expositos ex legitimo matrimonio. *Tertiò* quia in dubiis quantum ad sacros ordines suscipiendos tutior pars est eligenda *Cap. Ad audientiam Cap. Significasti 2. & Cap. penultimo de homicidio*, quibus accedit *textus in Cap. Iuvenis de spõsalibus*: ergo in dubio expositi habendi sũt pro irregularibus, ac proinde pro illegitimis.

1008 Utrùm autem hujusmodi expositi numerandi sint inter spurios, an inter naturales? Nam *Glossa in Cap. Nisi cum pridem §. personæ verò: verbo, Manzeres de renuntiatione* distinguit inter spurium, naturalem, nothum, & manzerem. Spurius dicitur ex aliqua concubina natus; naturalis ex unica concubina, quæ domi habetur loco uxoris; nothus ex adulterio; manzer ex Scorto.

1009 Plures Doctores existimant expositos habendos esse pro spuriis, idque *primò*, quia spurii sunt illi, qui patrem certum demonstrare non possunt; ut probat *textus in L. Vulgo quæsiti ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris*; & tales sunt expositi. *Secundò* quia naturales, ut dixi, sunt illi, qui nascuntur ex unica concubina domi habita loco uxoris, hoc autem cùm in facto, & prædicta solemnitate consistat non præsumitur nisi probetur *L. in bello §. facta ff. de captivis. & post limin. reversis L. emancipati 9. ubi Iason. C. de collat. l. 1. C. de probationibus L. quæcumque §. final ff. de publican. L. assecuratio C. de non numer. pecunia Cap. Cum Ioannes §. Verum de fide instrum. Cap. Licet de constit. in 6.* Et sanè ita docet *Maiolus de irregularit. lib. 1. cap. 11. num. 1. Covarruv. cit. num. 4. Rebellus num. 15. Reginald. in praxi lib. 30. num. 77. vers. septimo, Hurt. de censur. disp. 2. de irregularit. diffic. 14. num. 57. Castillo proximè num. 51. Hugolinus §. 7. Garcia cit. & Seraphinus decis. 1801. num. 3.* Alii habendos esse pro naturalibus contendunt apud *Barbosam de offic. & potest. Episcopi allegat. 51. n. 149.*

Maiolus Covarruv. P. Rebel. P. Regin. P. Hurt. Castil. Hugol. Garcia Seraph.

1010 Sed probabilius dicendum videtur hujusmodi expositos habendos esse pro legitimis. Probatur quia in dubio inclinandum est ad eam partem, quæ non præsumit delictum; & ita faciunt ii dumtaxat, qui adnumerant tales expositos inter legitimos. Accedit *text. in Cap. Lator; text. in Cap. Pervenit qui filii sint legitimi*, ubi onus probandi illegitimitatem in eos imponitur, qui eam asserunt.

1011 Neque obstat *text. in Cap. Accedens de purgatione canonica*, ubi quis adstringitur ad probandũm se esse legitimũ, nam in eo casu extabat rumor, & fama contraria.

1012 Confirmatur *primò*, quia nemo habendus est irregularis, nisi id sit in jure expressum per *text. in Cap. Is, qui de sententia excommunicationis in 6.* Ibi: *Licèt in hoc temerariè agat, irregularitatis tamen, cùm id non sit expressum in jure, laqueum non incurrit, &c.* At verò in jure non est expressum expositos esse irregulares, aut quod idem est habendos esse pro illegitimis. *Secundò* quia in dubio facti nullus est censendus irregularis, excepto homicidio, quod solùm exprimitur in jure. *Tertiò* ex quodam responso Gregorii XIV. anno 1591. lato ad instantiam confraternitatis in Urbe pro expositis, quo Summus Pontifex declaravit expositos habendos esse pro legitimis.

1013 Quare hanc sententiam tenent *Paleotus tract. de spuriis cap. 63. num. 3. Menochius de arbitrar. casu 396. Gratian. discept. forens. p. 1. cap. 35. num. 1. Sanctarel. variar. resol. q. 44. Rodriguez quæst. regular. tom. 1. q. 13. art. 2. & q. 14. art. 3. Avila de censur. p. 7. disp. 3. dub. 9. Flavius Cherubin. ad constit. 44. Gregorii XIII. Basilius Pontius de matrim. lib. 11. cap. 9. Dian. 1. p. tract. 15. resol. 22. & 4. tr. 3. resol. 58.* ubi plures allegat, *Fragos. cum Bermondo, Gironda*, & aliis pluribus *to. 1. p. 2. lib. 8. disp. 19. §. 2. num. 20. Barbos. cit. num. 110. cum Mercero, Squilante, Marcello vulpe. Villalob.* & aliis pluribus, quibus accedunt *Castr. Pal. tom. 1. disp. 3. punct. 1. & Turrian. in opusc. Theologicis opusc. 10. disp. 5. dub. 3. Coninck de Sacram. disp. 18. dub. 12. num. 105.*

P. Paleotus Menoch. Gratian. Sanctarel. Rodrig. P. Avila Cherubin Basil. Pont. Diana P. Fragos. Bermond. Gironda Barbos. Marcel. Vulp. Villalob. P. Palaus P. Turriã P. Coninck

1014 Neque fundamenta opinionis contrariæ oppositum suadent. *Ad primum*, in primis dicendum est non omnia hujusmodi hospitalia dici hospitalia illegitimorum, & id patet ex responso Gregorii XIV. proximè adducto, quod si aliquod

quod hospitale eam obtinuit nomenclaturam, id est, quia plures ex iis, qui exponuntur sunt illegitimi, non tamen inde sequitur omnes, aut eorum quemlibet esse illegitimum.

1015 *Ad secundum*, nego solos illegitimos solere exponi. Ex sacra scriptura constat Moysen fuisse expositum, & id de Simiramide, & aliis pluribus historiæ testantur.

1016 *Ad tertium* quatenus dicit quod in dubiis tutior pars est eligenda, respondeo ita esse nisi possessio stet pro parte contraria, nam in dubiis non est quis spoliandus possessione sua; at verò expositus possidet præsumptionem legitimi, nisi probetur ortum esse ex copula illicita, quæ non præsumitur, nisi probetur.

1017 Non item obstant fundamenta illorum Doctorum, qui contendunt hujusmodi expositos habendos esse pro spuriis. *Ad primum* respondeo illum esse spurium, cujus mater pluribus erat communis, & idcirco non potest demonstrari ejus pater; & sic intelligendus est textus *in L. Vulgo quæsiti*: at verò non constat de matre cujuslibet expositi esse pluribus cōmunem, neque hoc præsumitur, nisi probetur. *Ad secundum* ego non dico expositos præsumendos esse naturales, sed legitimos, nullus enim congressus in dubio præsumitur illicitus, nisi probetur.

Undecimus casus.

Matrimonium contractum in gradibus prohibitis.

1018 *Ex quibus impedimentis proveniant gradus prohibiti?*

1018 UNdecima difficultas, qui dicantur contrahere matrimonium in gradibus prohibitis? Gradus prohibiti proveniunt aut ex impedimento consanguinitatis, aut ex impedimento affinitatis, aut ex impedimento publicæ honestatis; aut ex impedimento cognationis, sive hæc sit spiritualis, sive legalis. De quibus singillatim suo ordine nobis dicendum in præsenti.



§. 1.

Qui gradus sint prohibiti ratione consanguinitatis?

1019 *Explicatur quid sit consanguinitas.*
1020 *Consanguinitas distinguitur per lineas, & gradus: ibi: quid sit linea, & quid gradus.*
1021 *Linea recta, vel est ascendentium, vel descendentium: quos utraque contineat.*
1022 *Quæ sit linea collateralis, seu transversa?*
1023 *Prima regula ad cognoscendos gradus consanguinitatis.*
1024 *Solvitur instantia ex text. in C. Primò.*
1025 *Secunda regula pro illis, qui sunt in lineâ transversa æquali.*
1026 *Ii, qui secundùm jus civile sunt in primo gradu, secundùm canonicā sunt in secundo.*
1027 *Tertia regula pro illis, qui sunt in linea transversâ inæquali.*
1028 *In quibus gradibus consanguinitatis prohibitum sit matrimonium?*

1019 QUod attinet ad gradus prohibitos ex impedimento consanguinitatis: Dico in primis consanguinitatem dici quasi ejusdem sanguinis unitatem. *L. 1. §. sciendum. vers. consanguinitas autem ff. de suis, & legitimis hæredibus.* Definitur autem consanguinitas *Vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum.* Ita *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 50. Barbos. de Officio, & potest. Episcopi allegat. 11. num. 194. cum Covarruv. Navarro, Sylvestr. Guillel. Ledesm. Guttierr. Bonacin.* & aliis pluribus. *P. Sāchez. Barbosa Covarruv. Navar. Sylvester Guillel. Ledesm. P. Henriq. Guttierr. Bonac.*

1020 Distinguitur consanguinitas per lineas, & gradus. Linea *est ordinata collectio personarum ab uno stipite descendentium diversos continens gradus.* Gradus dicitur mensura, qua cognoscitur quota consanguinitatis distantia consanguinei inter se conjunguntur. Linea consanguinitatis, alia dicitur recta: alia transversa, seu collateralis.

1021 Rursum linea recta aut est ascendentium, & sic continet Parentes, Avos, Proavos, cæterosque ascendentes:

aut est descendentium, & sic continet Filios, Nepotes, Pronepotes, aliosque descendentes.

1022 Linea transversa seu collateralis continet personas, quæ nobis ex latere, & ex transverso ductæ sunt, à quibus non ducimus originem, nec ipsæ à nobis, & tamen ab eodem stipite, & sanguine descendimus. Rursum hæc duplex est; altera æqualis continens videlicet æquè ab stipite distantes, nimirum duos fratres, aut duorum fratrum filios: altera verò inæqualis continens inæqualiter distantes, Patruum videlicet, vel Amitam respectu sobrini. Stipes est persona illa, à qua omnes personæ, de quarum conjunctione tractatur, descendunt, & originem ducunt. Omnia hæc *Sanchez, & Barbosa citati*, qui id probant ex text. *in l. 1. & ultima ff. de gradibus*, & ex text. *in Cap. Ad sedem*, & ex text. *in Cap. Ultimo 35. q. 5.*

P. Sanches
Barbosa

1023 Tres communiter assignantur regulæ ad cognoscendos consanguinitatis gradus. *Prima* est pro illis, qui sunt in linea recta, & habet sic. Quando consanguinei sunt in linea recta, si inter eos nulla mediat persona, sunt in primo gradu; si verò mediat tot distant gradibus inter se, quot sunt personæ numeratæ, dempta semper persona Patris. Itaque Pater, & Filius sunt in primo gradu, quia inter illos nulla persona mediat. Nepos, & Avus sunt in secundo gradu, quia ipsi, dempta persona patris, sunt duæ personæ. Pronepos, & Proavus sunt in tertio gradu, quia, dempto Patre, manent tres personæ, nimirum Pronepos, Avus, & Proavus. Ratio autem cur semper demitur persona Patris ea est, quia Pater secundùm se non constituit gradum, sed in ordine ad illum, qui ab ipso descendit. Tota hæc doctrina est communissima inter Doctores, ab illisque receptissima, ut videre est apud *Sanchez cit. num. 4.* apud *Barbos. num. 152. apud Basilium Ponce de matrim. lib. 7. cap. 30. num. 4.* & apud *Coninck de Sacram. disp. 32. dub. 1. num. 2.*

P. Sanchez
Barbosa
Basilius
P. Coninc.

1024 Solùm videtur obstare textus *in Cap. Primo gradu 35. q. 5.* Ubi D. Isidorus dicit quod: Primo gradu superiori linea continetur Pater, & Mater, inferiori Filius, & Filia, &c. Ergo sentit solùm Patrem constituere unum gradum, & solum Filium alium gradum, ac proinde Patrem, & Filium distare inter se secundo gradu. Respondeo tamen intellectum hujus textus esse: Quod quilibet gradus constet duobus extremis, & extremum superius primi gradus dicit esse Patrem, extremum inferius esse Filium. Ita *Sanchez cit.* & id satis explicatur per text. *in l. 1. §. 1. ff. de gradibus*, & text. *in §. primo gradu Instit. de gradibus.*

P. Sanchez

1025 *Secunda regula* est pro illis, qui sunt in linea transversa æquali, & traditur hoc modo. Quando consanguinei sunt in linea transversa æquali eodem gradu distant, vel conjunguntur inter se, quo cum communi stipite proximo v. g. duo fratres sunt in primo gradu cum parente: ergo sunt in primo gradu inter se. Filii duorum fratrum sunt in secundo gradu cum proximo stipite illis communi, nimirum cum Avo: ergo etiam sunt in secundo gradu inter se. Hæc etiam est receptissima inter Doctores, & traditur ab Alexandro II. *in Cap. Ad sedem*, & à Zacharia in text. *in Cap. Parentelæ 35. q. 5.*

1026 Sed obstat text. *in Cap. Primo gradu vers. 2. gradu 35. q. 5.* Ubi D. Isidorus dicit fratres distare inter se secundo gradu: ibi: *Secundo gradu continentur in transversa frater, & soror.* Respondeo D. Isidorum loqui in hoc textu secundùm jus civile, nostram verò doctrinam procedere secundùm jus Canonicum per textum expressum *in Cap. Ad sedem in medio 35. q. 5.* ibi: *fratres, qui secundum sæculares leges dicuntur in secundo gradu, juxta canones numerantur in primo, &c.* At verò jus Canonicum in ordine ad Sacramentum matrimonii prævalet juri civili, illique derogat.

1027 *Tertia regula* est pro illis, qui sunt in linea transversa inæquali, & habet sic. Quando consanguinei sunt in linea transversa inæquali, eo gradu distant inter se, quo à communi stipite distant remotiores, v. g. Consobrinus, & Patruus distant secundo gradu, quia Consobrinus, qui est remotior à communi stipite, nimirum ab Avo distat secundo gradu. Dixi Consobrinum esse remotiorem ab Avo, quia Patruus est illi proximior, utpote ejus filius. Hæc regula traditur expressè *in Cap. Finali*, & *Cap. cum dilectio de consanguinitate, & affinit.* Et illius ratio est; quia cum consanguinitas sumatur ab stipite, implicat consanguineos esse conjunctiores inter se, quàm cum stipite. Ita *Sanchez cit. num. 6. Barbos. proxi.*

P. Sanchez
Barbos.

Basilius — *proxime num.* 160. *Basilius Ponce lib.* 7. *de matrim. cap.* 30. *num.* 9. & alii communiter.

1028 In quibus autem gradibus prædictæ consanguinitatis matrimonium sit prohibitum, & in quibus non? Respondeo olim fuisse prohibitum usque ad septimum consanguinitatis gradum. *Cap. Ad sedem* 35. *q.* 5. quod est desumptum ex epistola Alexandri II. ad omnes Episcopos, & *Cap. Nullum* 31. *q.* 3. quod est Julii Pontificis, & *Cap. de consanguinitate sua*, quod est Nicolai II. & *Cap. Nulli*, quod est ex Concilio Lugdunensi, & *Cap.* 1. quod est D. Gregorii in Concilio Meldensi 35. *q.* 3. Postmodum autem in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. restricti sunt hujusmodi consanguinitatis gradus usque ad quartum, prout habetur *in Cap. Non debet de consanguin. & affinit.* Et hæc restrictio intelligenda est non solùm in linea transversa, & collaterali, sed etiam in recta ascendentium, & descendentium, ita ut quicumque consanguinei extra quartum gradum possint contrahere matrimonium. Ita *Sanchez cit. disp.* 53. *num.* 1. *Fragoso p.* 2. *lib.* 8. *disp.* 19. §. 2. *num.* 22. *Barbos. cit. num.* 163. At intra quartum gradum sive sint in linea recta, sive in collaterali, & transversa non possunt contrahere *dicto Cap. Non debet.* Et ita cum communi docent Doctores citati.

P. Sāchez. P. Fragos. Barbos.

§. 2.

Qui gradus sint prohibiti ratione affinitatis?

1029 *Impedimentum affinitatis oritur aut ex matrimonio, aut ex copula illicita.*

1030 *Plures existimant affinitatem provenire ex matrimonio consummato, & non tantùm rato.*

1031 *Probabilius est ex matrimonio rato oriri affinitatem.*

1032 *Explicatur text.* ex C. Lex.

1033 *Affinitas ex copula illicita non dirimit matrimonium ultra secundum gradum.*

1034 *Concilium Trident. correxit antiquos canones quoad impedimentum ex hac affinitate.*

1035 *Ad hanc affinitatem contrahendam requiritur copula consummata.*

1036 *Utrùm prædicta affinitas in ulterioribus gradibus reddat matrimonium illicitum?*

1037 *Resolvitur esse licitum tale matrimonium.*

1038 *Fornicatio affinis cum affine in tertio, & quarto gradu non est incestus.*

1039 *Obtenta dispensatione ad matrimonium, fornicatio affinis cum affine in primo, aut secundo gradu est simplex. Idem de consanguineis intra quartum gradum.*

1040 *Affinitas contracta ex matrimonio tempore infidelitatis dirimit matrimonium celebratum post conversionem.*

1041 *Quæ verò contracta est ex copula illicita nihil officere matrimonio tenet P. Sanch.*

1042 *Probabilius videtur officere.*

1043 *Prædicta affinitas provenit ex eo, quod vir, & fœmina etiam fornicaria efficiantur una caro.*

1029 QUod attinet ad gradus prohibitos ex impedimento affinitatis: Dico affinitatem oriri aut ex matrimonio, aut ex copula illicita; si orta sit ex matrimonio, dirimit subsequens cum affine usque ad quartum gradum *Cap. Non debet de consanguinit. & affinit.*

1030 Utrùm autem matrimonium debeat esse consummatum, ut inde oriatur prædicta affinitas? Plures Doctores dicunt requiri matrimonium consummatum, ex rato autem non oriri affinitatem, sed solùm impedimentum publicæ honestatis. Ita *Sanchez* cum pluribus *lib.* 7. *disp.* 64. *num.* 25. *Basil. Ponce lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 1. *Coninck de Sacram. dub.* 4. *num.* 46. & *dub.* 5. *num.* 70. *Basseus verbo matrimonium* 8. *num.* 66. *Celestinus in compendio tr.* 2. *cap.* 25. *dub.* 3. *Filliucius tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 6. *num.* 220. & 221. *Reginald. tom.* 2. *lib.* 31. *cap.* 18. *num.* 128. *Dian. p.* 6. *tract.* 8. *resol.* 25. cum *Molfesio Bonacina*, & aliis, qui dicunt consanguinitatem solùm oriri ex copula, & ad id adducunt text. *in Cap. Lex* 27. *q.* 2. ubi dicitur quòd affinitas verbis dicitur, non verbis efficitur. Asserunt consequenter hi Doctores emortua uxore non cognita contrahentem subsequens matrimonium cum consanguinea illius non incurrere excómunicationem latam *in Clement. unica de consanguineis*, ubi excommunicantur

P. Sāchez. Basilius. P. Coninc. Basseus. Celestin. P. Filliuc. P. Regin. Diana. Bonac. Molf.

tur contrahentes cum affinibus; fatentur tamen hujusmodi honestatem provenientem ex matrimonio rato extendi ad consanguineos usque ad quartum gradum, sicut extenditur affinitas ex matrimonio consummato per *text. in Cap. Non debet*, quia Concilium Tridentinum, inquiunt, solùm publicam honestatem ex sponsalibus de futuro limitavit ad primum gradum; circa provenientem ex matrimonio nihil innovavit, sed reliquit in terminis juris antiqui *Cap. non debet.*

1031 Ego probabiliùs existimo etiam ex solò matrimonio rato, licèt non consummato, oriri affinitatem; publicam verò honestatem ex solùm sponsalibus de futuro, ut statim dicemus. Oritur, inquam, affinitas ex quocumque matrimonio sive rato, sive consummato; quia id ita declaravit Pius V. & sacra Congregatio Concilii die 17. Augusti anno 1617. apud *Barbosam in Collectaneis Bullar. verbo affinitas, & in declarationibus, ac remissionibus ad Tridentinum sess.* 24. *cap.* 3. Et hujus ratio est, quia non solùm per matrimonium consummatum efficitur vir, & fœmina una caro, sed etiam per ipsum matrimonium ratum, videlicet per dominium, quod mutuò datur, & accipitur in corpus alterius. Et ita decent *Barbos. cit. & Præpositus 3. p. q. 7. de impedimentis matrim. dub. 11. num.* 88. Barbos. P. Præpos.

1032 Neque obstat text. *in Cap. Lex*, quia ibi solùm est sermo de sponsalibus per verba de futuro; non verò de Sacramento matrimonii, ubi præter verba intercedit res; in omni enim Sacramento interveniunt signum, verba, & res. Et quamvis in dicto textu requiratur copula non videtur requiri actualis; sed quodammodo habitualis consistens in dominio ad illam.

1033 Sin autem affinitas oriatur ex copula illicita impedimentum dirimens matrimonium non extenditur ultra secundum gradum, ut constat ex *Concil. Trident. sess. 24. de matrim. cap.* 4. ibi: *Sancta synodus impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit; ad eos tantùm, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restringit: in ulterioribus verò gradibus statuit hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.* Trident.

1034 Undè patet quoad affinitatem contractam ex copula illicita correctos esse per Concilium Trident. loco citato non solos antiquos Canones, qui illam indiscriminatim cum contracta ex copula licita extendebant usquè ad septimum gradum *Cap. Nullum, Cap. Æqualiter. 35. q. 3.* Sed etiam posteriorem canonem in *Cap. non debet* de consanguinit. & affinit. qui prædictam affinitatem restrinxit ad solum quartum gradum. Hinc itaque etiam correxit Concilium Trident. loco citato, & prædictam affinitatem restrinxit ad solum secundum gradum, ut constat ex ejus tenore loco citato, & id optimè cum communi Doctorum expendunt *Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 67. num. 3. Barbos.* cum pluribus *proxime num. 165. Basil. cit. cap. 38. §. 1. vers. deinde, Fragoso cit. num. 22. cum Bonacina Guttier. Farinac. Armendaris.* P. Sanch. Barbos. Basil. P. Fragos. Bonac. Guttier. Farinac. Armend.

1035 Notandum tamen non sufficere ad hujusmodi affinitatem quamcumque copulam, sed solam quæ est consummata, & sufficiens ad generationem, aliter non incurritur affinitas, ut ex *cap. Lex 27. q. 2.* latè docent *Sanchez cit. l. 7. disp. 64. num. 11. Conink d. 32. dub. 4. num. 46. Barbos. proximè num. 167. Basilius de impediment. matr. cap. 38. §. 1. Fragos. cit. versu Ad contrahendum,* ubi *Valent. Angel. Sylvestr. Henriq. Reginald. Guttier. Bonac. & alios allegat*, quibus cum pluribus accedit *Dian. p. 3. tract. 5. resol. 16. versu Difficultas. & in additionibus 2. partis resol. 21.* & iterum *4. p. tract. 2. resol.* 43. Ubi de his plura. P. Sanchez P. Conink Barbos. Basilius P. Fragos. P. Valent. Angelus Sylvester P. Henr. P. Regin. Guttier. Bonac. Diana

1036 Utrùm autem prædicta affinitas contracta ex fornicatione saltem reddat prohibitum matrimonium subsequens intra tertium, & quartum gradum, licèt illud non dirimat? Nam Concilium Trident, solùm videtur decidere non dirimere matrimonium, nisi in solo primo, & secundo gradu. Utrùm verò reddat licitum in tertio, & quarto? Id Tridentinum non decidit. Itaque ante Tridentinum matrimonium intra tertium, & quartum gradum affinitatis contractæ ex fornicatione non solùm erat illicitum, sed etiam invalidum. Concilium Tridentinum postea adveniens decidit tale matrimonium in tertio, & quarto gradu non esse invalidum; non decidit esse licitum: ergo quoad esse, aut non esse licitum reliquit in terminis juris antiqui,

In

in quibus tale matrimonium erat illicitum. Et sanè hac ratione ductus id docuit *Navarrus in summa latina antiqua cap. 22. num. 43.* Navar.

1037 Sed re vera postea motus proprius Pii V. contrarium declaravit anno 1566. incipit *Ad Romanum Pontificem:* ibi: *Declaramus, & authoritate Apostolica decernimus nullum hodie impedimentum remanere, quominus in ulterioribus gradibus hujusmodi liberè, & licitè matrimonium contrahi posset.* Et ratio est, quia in his gradibus nullo ex alio titulo erat illicitum matrimonium, nisi quia ab Ecclesia impeditum, & invalidatum erat; unde Concilium Trident. tollendo hujusmodi impedimentum, & invaliditatem reddidit licitum. Ita cum *Ledesma, Rodrig. Vega, Veracruz, & communi Doctorum* docet *Sanchez cit. disp. 67. num. 4. Fragoso cum pluribus num. 22. vers. affinitas autem.*

Ledesma Rodrig. Vega Veracruz P. Sāchez P. Fragos.

1038 Et ex his *sequitur primò* fornicationem affinis cum affine in tertio, & quarto gradu non esse incestum, neque contrahere ejus malitiam, sed solum esse fornicationem simplicem. Ita cum *Metina, Salzedo Llamas, Guttier. Alcocer, Emmanuel de Sá Rodrig. Ledesma, & Veracruz, Sanchez cit. lib. 7. de matrim. disp. 67. num. 8.*

Metina Salzedo Llamas Guttier. Alcocer P. Sá Rodrig. Ledesma Veracruz P. Sāchez

1039 *Sequitur secundò* nec fornicationem inter affines in primo, & secundo gradu post obtentam dispensationem ad matrimonium esse incestum, sed solam fornicationem simplicem, quia, ut dixi, malitia incestus non consideratur nisi inter eos, quibus ob affinitatem, vel cognationem matrimonium est prohibitum; obtenta autem dispensatione, jam matrimonium non est prohibitum. Ita cum pluribus, *Sanchez proximè num. 9.* Limita, si Ordinarius, cui Pontifex dispensationem commisit, nondum dispensavit, tunc enim adhuc non est amotum impedimentum ad matrimonium, neque ejus prohibitio, quandiu autem hæc manet, inest in fornicatione specialis malicia incestus. Ita *Sanchez cit. num. 9. Tertiò sequitur* idem dicendum esse de fornicatione inter consanguineos intra quartum gradum post obtentam dispensationem, eadem enim est ratio de illis, ut notant Doctores citati.

P. Sāchez P. Sāchez

1040 Quæres, An etiam affinitas tempore infidelitatis contracta dirimat matrimonium postmodum celebratum post conversionem? Respondeo affirmativè, si affinitas orta fuit ex matrimonio, quia hi gradus affinitatis contrahuntur ipsis naturæ legibus, unde tam ante, quàm post fidem contrahuntur, sola antè fidem deerat lex Ecclesiastica dirimens matrimonium in talibus gradibus, cùm igitur infidelis post conversionem subjaceat tali legi, bene sequitur ejus matrimonium in talibus gradibus celebratum post conversionem esse irritum. Itaquè tales gradus contrahuntur legibus naturæ in infidelitate, nec tolluntur per conversionem ad fidem, imò post illam supervenit lex dirimens matrimonium in talibus gradibus naturalibus: ergo hoc intra illos celebratum, est irritum. Confirmatur exemplo consanguineorum; nam infidelis post conversionem non potest celebrare matrimonium cum consanguineis, qui tales erant ante conversionem intra quartum gradum, ut cum communi Doctorum tenet *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 65. num. 2.* ergo neque potest celebrare matrimonium cum affinibus ex copula licita, qui tales erant ante conversionem intra gradum quartum. Et ita *Sanchez cit. num. 5.* Et sanè id constat ex *Cap. Finali de Divortio.*

P. Sāchez

1041 Sin autem affinitas tempore infidelitatis orta fuit ex copula illicita *Sanchez cit. num. 9. cum Navar. Victoria,* quibus subscribit *Diana 3. p. tract. 4. resol. 212.* & in additionibus ad primam *resol. 21. cum Basilio Ponce Villalob.* & alijs existimat eam nullius esse momenti, nec officere matrimonio celebrato post fidem, quia dicit hujusmodi affinitatem non contrahi jure, & legibus naturæ, nam stando jure, & legibus naturæ consanguinei mulieris fornicariè cognitæ nullam debent reverentiam illi, qui eam turpiter cognovit, imò displicentiam, & horrorem v. g. filius nullam debet reverentiam illi, qui matrem turpiter cognovit, imò illum naturali displicentia, & horrore prosequi solet. Itaque hujusmodi affinitas, nimirum reverentiæ, & amicitiæ ratio non contrahitur legibus, & jure naturæ, quæ ergo ante fidem; & leges Ecclesiasticas incurritur nulla est, quia nulla est legibus naturæ; deinde nulla legibus Ecclesiasticis, quia hæ non obligant infideles, nec illos respiciunt ante fidem.

P. Sāchez Navar. Victoria Diana Basilius Villalob.

1042 His non obstantibus probabilius videtur prædictam affinitatem offi-

Jo7. Andr. Brut. Cardinal. Barbos. P. Bellar. Ricciulus. Vega P. Hurt. P. Conink

cere matrimonio post fidem celebrato, ita cum *Joanne Andrea, Brut. & Cardinali*, *Barbosa de Officio, & potestate Episcopi alleg*at. 51. *num.* 165. Accedunt *Bellarm. de sacram. matrimon. controvers.* 4. *cap.* 30. *vers. Deniquè affinitas, Ricciulus de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 6. *Vega in sum. tom.* 2. *cap.* 34. *cas.* 129. *Hurtad. de matrim. disp.* 20. *diffic.* 2. *num.* 7. *Conink de sacram. disp.* 32. *dub.* 4. *num.* 57.

1043 Et probatur quia hujusmodi affinitas non consideratur ab extrinseca benevolentia consanguineorum fœminæ cognitæ, aliàs neque Ecclesia ad eam respiceret in suis fidelibus, quia neque in ipsis fidelibus filii, aut alii consanguinei fœminæ turpiter cognitæ habent reverentiam, sed potiùs displicentiam, & horrorem contra illum, qui eam cognovit. Provenit ergo talis affinitas ex eo quod per copulam vir, & fœmina efficiuntur una, & eadem caro, unde aliquo modo contrahunt mutuos consanguineos; at verò non sola uxor legitima, & ejus vir, sed etiam vir, & fœmina fornicaria fiunt una, & eadem caro juxta illud *Apost.* 1. *ad Corint.* 6. *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur cum ea.* Quare infidelem post conversionem non posse in matrimonium ducere sororem illius, quam tempore infidelitatis fornicariè cognovit contra *Sanch.* tenent *Barbosa, Ricciullus, Bellarm. Vega,* & alii Doctores proxime allegati.

Barbos. Ricciul. P. Bellar. Vega

§. 3.

Qui gradus sint prohibiti ex impedimento publicæ honestatis?

1044 *Impedimentum publicæ honestatis inductum est præcepto Ecclesiastico, dirimitque matrimonium cum consanguineis in primo gradu illius, qua cum sponsalia celebrasti.*

1045 *Distinguitur ab impedimento affinitatis, quia hoc provenit à matrimonio, publica honestas etiam ab sponsalibus.*

1046 *Sponsalia invalida non inducunt hoc impedimentum.*

1047 *Neque ex sponsalibus conditionatis ante positionem conditionis oritur hujusmodi impedimentum.*

1048 *Sponsalia tempore infidelitatis celebrata non pariunt publicam honestatem.*

1049 *Solvitur instantia ex matrimonio tempore infidelitatis celebrato.*

1050 *Neque ex sponsalibus celebratis per parentes, inscii filiis, oritur impedimentum publicæ honestatis.*

1051 *Oritur verò, si sponsalia publicè probari possint, licèt occultè nulla sint.*

1052 *Non tamen ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis.*

1053 *Sponsalia nulliter contracta per verba de præsenti inducunt publicam honestatem.*

1044 Quod attinet ad gradus prohibitos ex impedimento publicæ honestatis, dicendum est impedimentum publicæ honestatis esse inductum præcepto Ecclesiastico dirimente matrimonium subsequens cum consanguineis in primo gradu illius, cum qua sponsalia celebrasti; dicitur hoc impedimentum publicæ honestatis, quia inductum fuit ob publicam honestatem, hæc enim postulat, ut tale matrimonium impediatur, ut docet textus *in Cap. Iuvenis de sponsalibus,* text. *in* L. *si qua* §. 1. text. *in* L. *semper ff. de ritu nuptiarum,* text. *in* §. *uxor. Inst. de nuptiis.* Est autem hoc impedimentum inductum non jure naturæ, sed præcepto, & statuto Ecclesiæ per text. *in Cap. Literas, de desponsat. impub.* text. *in Cap. Iuvenis,* text. *in Cap. Veniens,* text. *in Cap. Ad audientiam;* text. *in Cap. sponsam de sponsalibus,* text. *in Cap. unico de sponsalibus in* 6.

1045 Distinguitur hoc impedimentum publicæ honestatis ab impedimento affinitatis, quòd affinitas contrahitur ex solo matrimonio; at publica honestas etiam ex sponsalibus. Dirimit matrimonium subsequens cum consanguineis sponsæ, vel sponsi in primo gradu, quia etsi attento jure antiquo honestas extenderetur usque ad quartum gradum, ut cum communi Doctorum latè probat *Sanch. cit. lib.* 7. *disp.* 68. *num.* 8. hodie per *Concilium Trident. sess.* 24. *de matrim. cap.* 3. restricta est ad solum primum consanguinitatis, prout Pius V. suo illo motu proprio supra relato declaravit. Idque sive in linea transversa, sive in recta, ut bene

P. Sanch.
Trident.

P. Sāchez. P. Fragos.

bene cum communi docet *Sanchez cit. num.* 10. & *Fragos. cit. vers. Quod attinet* contra *Navar. Henriq. Coninck & Reginald.*

Barbos. P. Hurt. P. Sanch. P. Fragos. Bonac. P. Regin. Navar.

1046 Quid si contracta sponsalia fuerint irrita: oritur ne ex illis impedimentum honestatis? Respondeo negativè, quia ita decidit Concilium Trident. loco citato ubi ait non oriri publicam honestatem ex sponsalibus quacumque ratione invalidis. Unde patet non oriri publicam honestatem ex sponsalibus fictis, in quibus videlicet quis fictè consensit, ut docet communis Doctorum apud *Barbos. in remission. ad Trident. sess. 24. cap. 3. & de Officio, & potest. Episcopi allegat. 51. num. 83. Hurtad. de matrim. disp. 21. diffic. 1. num. 3. Sanch. lib. 7. disp. 68. num. 13. Fragos. proximè cum Bonacin. Reginald. & Navar.* Item non oriri ex sponsalibus metu contractis, aut ex errore personæ, aut alio titulo invalido. Item neque oriri ex sponsalibus cum incerta contractis, nam hæc sunt etiam invalida defectu legitimi consensus, qui debet ferri in personam certam, ac determinatam, prout cum pluribus docet *Sanchez cit. à num. 14. Conink de sacram. disp. 32. num. 6. Barbos. proximè num.* 184.

P. Sāchez. Barbos. P. Conink.

1047 An autem honestas oriatur ex sponsalibus conditionatis? Respondeo similiter negativè cum *Sanchez cit. disp. 69. num. 3. Barbos. proximè num. 185. Conink num. 61.* quod intelligendum est ante positionem conditionis, nam quandiu illa non ponitur consensus manet suspensus, ac proinde sponsalia non valent defectu illius. Dixi (ante positionem conditionis) quia si hæc ponatur tunc ponitur consensus, & sponsalia conditionata transeunt in absoluta.

P. Sanch. Barbos. Bonac.

1048 Quid de sponsalibus contractis tempore infidelitatis; oritur ne ex illis honestas, ita ut conversus ad fidem non possit contrahere matrimonium cum sorore sponsæ, quæ talis fuit tempore infidelitatis? Respondeo ex sponsalibus contractis tempore infidelitatis non oriri publicam honestatem, quia publica honestas non est inducta *jure naturæ*, sed præcepto Ecclesiastico: non ergo tempore infidelitatis contracta est, nam præceptum Ecclesiasticum non obligat tempore infidelitatis: ita *Sanchez cit. lib. 1. disp. 65. num. 4. Barbosa proximè num. 185. cum Bonacin.* & aliis.

1049 Dices: Conversus ad fidem non potest inire matrimonium cum consanguineis uxoris ductæ tempore infidelitatis, ut constat ex supra dictis: ergo neque cum consanguinea sponsæ *juratæ* tempore infidelitatis. Respondeo negando consequentiam: diversa ratio est, quia consanguinitas est inducta *jure naturæ*, unde tempore infidelitatis contracta est: honestas verò inducitur solo *jure* Ecclesiastico, inde tempore infidelitatis contracta non est.

P. Sāchez. Barbos. P. Sāchez. P. Fragos.

1050 Quid de sponsalibus celebratis per parentes nomine filiorum, insciis ipsis filiis, quandiu non adhibent consensum? Respondeo etiam honestatem non oriri ex illis, quia quandiu desideratur consensus filiorum sponsalia non subsistunt. Ita *Sanchez cit. disp. 68. num. 18. Barbos. num.* 186. Dixi (insciis ipsis filiis) quia si præsentes sint, & taceant valida sunt talia sponsalia per text. in *Cap. unico §. finali de desponsatione impuberum in 6.* Ita *Sanch. lib. 1. de sponsalibus disp. 23. Fragos. cit. vers. non inducitur.*

P. Sanch. P. Conink. Barbos. P. Regin. Navar. P. Fragos.

1051 Quid si sponsalia publica sint, ita ut probari possint, & nullitas occulta? Tunc induci publicam honestatem docent cum communi *Sanchez lib. 7. disp. 68. num. 14. Conink disp. 32. num. 69. Barbos. num. 167. & in remissionibus ad Trident. sess. 24. cap. 3. cum Reginald. & Navar. Fragos. proximè* cum pluribus. Probatur quia hujusmodi impedimentum est inductum propter publicam honestatem, & ad vitandum scandalum; hæc autē ratio subsistit quando sponsalia sunt publica, & nullitas occulta. Concilium Tridentinum asserens honestatem non oriri ex sponsalibus invalidis, communiter intelligitur de sponsalibus publicè invalidis, non verò de publicè validis, quorum nullitas est occulta.

P. Sanch. P. Fragos. Barbosa.

1052 Quid si sponsalia dissoluta fuere mutuo consensu? *Sanchez num. 21.* & alii plures, quos citat, & sequitur *Fragos. cit. num. 22. vers. quod si verò*, opinantur, non obstante tali dissolutione, manere impedimentum honestatis, quia hæc inducitur ab Ecclesia ubi semel spōsalia fuere valida. Sed melius dicendum in eo eventu non subsistere publicam honestatem, quia hæc solùm oritur ex sponsalibus perpetuis, qualia non fuerunt illa, quæ mutuo consensu dissoluta, atque extincta sunt. Ita *Barbos. in declarationibus ad Concil. Tridentinum sess. 24. cap. 2.*

Armend. P. Rebel. P. Hurt. Dian. cum *Armendariz*, *Rebello*, & *Hurtad.* quibus accedit *Dian. 3. p. tract. 4. resol. 222.* qui omnes pro hac resolutione referunt declarationem Cardinalium.

1053 Quid si sponsalia nulliter cõtracta celebrata fuere per verba de præsenti? Non obstante eorum nullitate, oriri publicam honestatem, quidquid in contrarium tenent *Fragos. cit. vers. Insuper*: declaravit *sacra Congregatio* apud Barbos. *Barbosam in declarationibus ad Concilium* B. Pius V. *Trident. sess. 24. cap. 3.* Et sanè ita decidit B. Pius V. motu proprio, qui incipit. *Ad Romanum spectat* editus anno 1568. ibi: *Auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & definimus decretum Concilii hujusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat.*

§. 4.

Qui gradus sint prohibiti ratione cognationis spiritualis?

1054 *Cognatio spiritualis inducta est solo jure Ecclesiastico: per duo tantùm sacramenta contrahitur, Baptismum, & Confirmationem.*

1055 *Tres olim dabantur species cognationis spiritualis.*

1056 *Nunc ex vi Concilii Trident. duæ tantùm dantur species,* Paternitas, & Compaternitas.

1057 *Non contrahitur hæc affinitas ab eo, qui solùm fuit præsens solennitatibus illius, qui domi fuit baptizatus.*

1058 *Quando nullus in Patrinum designatur, sed plures tangunt baptizatum, nullum contrahere cognationem defendit P. Sanch.*

1059 *Probabilius est omnes tangentes contrahere cognationem.*

1060 *Idem dicendum, quando non servata Trident. dispositione, plures designantur, & suscipiunt baptizatum.*

1061 *Si Parochus alium, vel alios designet præter illos, quos parentes designarunt, solùm designati à parentibus contrahunt cognationem.*

1054 Quod attinet ad cognationem spiritualem dicendum est primò esse inductam jure Ecclesiastico per text. in *Cap. De eo*, per text. in *Cap. Si quis filiastrum 30. q. 1.* per text. in *Cap. Veniens de cognatione spirituali*, per text in *Cap. 1. eodem titulo in 6.* Dicendum secundò contrahi per susceptionem duorum sacramentorum, baptismi, & confirmationis per text. in *Cap. 1. de cognatione spirituali in 6.* & per text. in *Cap. Veniens de cognatione spirituali*; per *Concil. Tridentinum sess. 24. cap. 2.* Dicendum tertiò ultra hæc duo Sacramenta non contrahi cognationem spiritualem per ullum aliud, ut decidit text. in *Cap. Finali in fine de cognatione spirituali in 6.*

1055 Inter quas autem personas hujusmodi cognatio spiritualis contrahatur? Respondeo olim dari tres species cognationis spiritualis, quæ dicebantur *Paternitas*, *compaternitas*, & *Fraternitas*. *Paternitas* erat inter baptizantem, & baptizatum; inter confirmantem, & confirmatum; inter Patrinum baptizati, vel confirmati, & ipsum baptizatum, vel confirmatum. *Compaternitas* erat inter parentes baptizati, vel confirmati, & baptizantem, vel confirmantem, & patrinos baptizati, vel confirmati. Præterea extendebantur prædicta *Paternitas*, & *Compaternitas* ad uxores hujusmodi personarum eo quod uxor, & vir sint una, & eadem caro. *Fraternitas* erat inter filios carnales baptizantis, vel confirmantis, vel Patrinorum, & ipsum baptizatum, vel confirmatum. Ita text. in *Cap. de eo 30. q. 2.* text. in *Cap. Veniens*, & text. in *Cap. Martinus de cognatione spirituali.* Et text. in *Cap. 1. eodem titulo in 6.* Hæc stando jure antiquo.

1056 Hodie ex vi Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 2.* non existunt nisi solæ Trident. duæ species. *Paternitas*, & *Compaternitas*: omnino sublata est *Fraternitas*. Sed neque *Paternitas* est nisi inter baptizantem cum baptizato, & inter patrinos cum ipso baptizato: similiter inter confirmantem cum confirmato, & inter patrinos confirmationis cum ipso confirmato. *Compaternitas* item inter baptizantem cum patre, & matre baptizati, & inter patrẽ, & matrẽ baptizati cũ ejus patrinis. Similiter inter patrẽ, & matrẽ confirmati cũ cõfirmante, & cũ patrinis cõfirmati. Extra personas numeratas non fit extẽsio ad uxores hujusmodi personarum. Ita expressis verbis Concilium Tridentinum loco citato.

1057 *Quæres primò*, An hujusmodi cogna-

cognatio contrahatur à Patrino, qui in Ecclesia solùm fuit præsens ceremoniis, & solemnitatibus illius, qui domi fuit baptizatus? Respondeo negativè, quia hic non est Patrinus baptismi, sed ejus solemnitatis. Ita *Barbos. in declarationibus ad Tridentinum loco proximò citato. Navarrus in manuali cap. 22. num. 40. Reginald. lib. 31. num. 154. vers. secundum.* Notandū præterea oportère quòd Patrini tangant baptizatum, aliter non cōtrahitur dicta cognatio spiritualis ut declaravit *Sacra Congregatio* apud *Barbos. in declarationibus ad Tridentinum loco citato.*

Barbos. Navar P. Regin. Barbosa

1058 *Quæres secundò*, An quando nulli Patrini designantur, plures tamen suscipiunt, & tangunt baptizatum, omnes contrahant dictam cognationem? *Sanchez* dicit nullum eorum illam contrahere *lib. 7. de matrim. disp. 17. num. 12.* quia Concil. Tridentinum loco citato disponit quòd Patrinus designetur, & ultra designatum dicit nullum alium contrahere dictam cognationem. Itaquè juxta Concilium Tridentinum solus designatus contrahit hujusmodi cognationem, & in casu præsenti nullus est designatus. Huic sententiæ subscribunt *Suar. 3. p. q. 67. art. 8. ad finem Rodriguez tom. 1. sum. cap. 226. num. 1. notabili 3; Vega tom. 1. sum. cap. 33. casu 40. fine Gallego de cognatione spirituali cap. 12. à num. 9.*

P. Sanch. P. Suar. Rodrig. Vega Gallego

1059 Sed probabilius dicendum videtur omnes contrahere dictam cognationem, quia ita deciditur in *Cap. Finali de cognatione spirituali in 6.* Concilium verò Tridentinum non illud restrinxit quoad hunc casum, sed solùm monet, ut designetur Patrinus, & ultra designatum, dicit nullum alium Patrinum contrahere dictam cognationem. Quid autem faciendum sit quando, non obstante ipsius Concilii monitione, nullus Patrinus designatur, sed plures accedunt, & suscipiunt baptizatum, id Concilium Trident. non decidit, sed relinquit juri communi deciso in *Cap. Finali*; maximè quia jus novum non est censendum correctorium antiqui, nisi quoad casus in novo expressos, juxta text. in *L. Præcipimus C. de appellationibus.* Accedit quòd ita declaratum esse à sacra Congregatione referunt *Barbos. in remissionibus ad Concilium Trident. sess. 24. cap. 2. Rebellus de obligationibus justitiæ p. 2. lib. 3. q. 6. num. 5.* & in *appendice ad lib. 4. num. 95. Reginald. lib. 31. num. 152.* Et sanè. Ita sentiunt *Navar. Graffis, Ledesma, Filiarchus, Vraldus, Sá, Coninck,* & *Henriq.* quos latè refert *Barbosa loco citato.*

Barbosa P. Rebel. P. Regin. Navar. Graffis Ledesma Filiarch. Vrald. P. Sá P. Coninck P. Henriq

1060 Idem dicendum contra *Sanchez cit. num. 13.* & *Suar. cit. vers. sed quæres.* Quando, non obstante dispositione Tridentini, quod unus tantum adhibeatur Patrinus, plures designantur; Idem, inquam, dicendum est, quia Concilium Tridentinum solùm dicit quòd unus designetur, non verò quòd si plures designentur, hi omnes non contrahant dictam cognationem spiritualem, unde Concilium Trident. non derogat juri communi decidenti omnes contrahere talem cognationem, prout habetur *Cap. Finali de cognatione spirituali in 6.* Et id ita declaravit *sacra Congregatio* apud *Barbos. in remissionibus ad Tridentinum loco citato* ibi: *censuit sacra Congregatio quòd cùm plures suscipiunt, omnes contrahunt cognationem. si plures sint electi, vel nullus; sin unus est electus, ille tantùm contrahit, &c.*

Barbos.

1061 Quid si ultra designatos à parentibus Parochus alium, vel alios Patrinos designet? Respondeo, si omnes susceperunt, solos designatos à parentibus fuisse veros Patrinos, quia Parochus non habet jus designandi nisi in defectu parentum, quando scilicet parentes non designant. Ita *Sanchez cit. num. 17.* Quid si soli designati à Parocho susceperunt? Plures Doctores existimant tunc tales designatos à Parocho esse veros patrinos. Sed probabilius dicendum cum *Sanchez cit. num. 20.* non esse veros patrinos, quia nullus habet jus eligendi, nisi in defectu electionis parentum.

P. Sãchez

§. 5.

Qui gradus sint prohibiti ob cognationem legalem?

1062 *Cognatio legalis provenit ex adoptione: hæc vel est perfecta, vel imperfecta.*

1063 *Aliqui contendunt cognationem legalem oriri ex adoptione tam perfecta, quàm imperfecta.*

1064 *Probabilius est oriri ex sola adoptione perfecta.*

1065 *Tres sunt species cognationis legalis, quæ resultant ex adoptione perfecta.*

1066 Pri-

1066 *Primam speciem cognationis legalis dirimere matrimonium tenent omnes doctores.*

1067 *Secundam speciem probabilius est dirimere matrimonium.*

1068 *Idem dicendum de tertia specie.*

1062 Quod attinet ad cognationem legalem, quæ nimirum provenit ex adoptione, dicendum est adoptionem, aut esse perfectam, per quam scilicet adoptatus transit in adoptantis potestatem, illique succedit, quæ adoptio dicitur arrogatio: aut esse imperfectam, per quam adoptatus non transit in adoptantis domum, ac potestatem, quæ adoptio dicitur simplex adoptio. Ita habetur §. *adoptio Institut. de adoptione.*

1063 Dubium est, An cognatio legalis matrimonium dirimens oriatur solùm ex adoptione perfecta, an etiam ex imperfecta? Plures Doctores apud *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 63. num.* 8. quibus subscribit *Barbos. de offic. & potest. ne Episcopi alleg. 51. num.* 189. Barbos. dicunt oriri ex utraque adoptione, quia jura loquuntur indistinctè, ut patet ex text. §. *Ergo non omnes*, & ex text. §. *Inter eas. Institut. de nuptiis:* ex text. in L. *Quin etiam* 55. ex text. in L. *Per adoptionem* 17. *ff. de ritu nuptiarum*, ex text. in *Cap. unico de cognatione legali*, Et ex text. in *Cap. Adoptionem* 30. *q.* 3.

1064 Sed probabilius videtur prædictam cognationem legalem solùm oriri ex adoptione perfecta, per quam scilicet adoptatus defertur in domum adoptantis, & transit in ejus potestatem. Probatur quia ea sola est absolutè adoptio; adoptio imperfecta est potiùs dispositio ad adoptionem, quam adoptio, ut docet *D. Thom. in 4. dist. 42. art. 1. ad 1.* Et D. Thom. confirmatur quia jus dirimens matrimonium est odiosum; ut pote destructivum P. Sãchez sacramenti, cui semper favendum est: debet ergo tale jus restringi, & sumi in sensu rigoroso. Accedit quòd non est eadem ratio de adoptione imperfecta, nam per hanc adoptatus non adsportatur domum adoptantis, nec transit in ejus potestatem. Et ita cum pluribus docet *Sanchez cit. n.* 9. P. Sãchez

1065 An autem omnes tres species cognationis legalis, quæ resultant ex adoptione perfecta dirimant matrimonium? Nam tres sunt hujusmodi species cognationis legalis. *Prima* est linea recta inter adoptantem, & adoptatum, ac adoptati descendentes. De hac text. §. *Ergo non omnes. Instit. de nuptiis. Secunda* est linea collateralis, seu transversa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis. De hac text. §. *Inter eas Institut. de nuptiis*, & text. in *Cap. Unico de cognatione legali.* Et text. in *Cap. Adoptionem.* 30. *q.* 3. *Tertia* est per modum cujusdam legalis affinitatis inter adoptantem, & uxorem adoptatis inter adoptatum, & uxori, & è contra inter adoptatum, & uxorem adoptantis. De hac textus in L. *Adoptivus* 14. *ff. de ritu nuptiarum.*

1066 Quæritur ergo, An omnes hæ tres cognationis legalis species dirimant matrimonium? Et quidem quoad primam speciem lineæ rectæ inter adoptantem, & adoptatum, & adoptati descendentes, omnes Doctores apud *Sanch. cit. num.* 12. conveniunt dirimere matrimonium, quia ita exprimitur in textibus, & juribus citatis.

1067 Quoad secundam speciem lineæ collateralis, seu transversæ inter adoptatum, & filios carnales adoptantis probabilius est dirimi matrimonium per text. in *Cap. Unico de cognatione legali:* ibi *Si qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quamdiu durat adoptio inter me, & ipsam, nuptiæ consistere non possunt*; ubi illud verbum (non possunt) tollit potentiam ad contrahendum, ut multis probat *Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 38. num.* 20. Quare hanc sententiam cum *gloss. verbo quod autem* 33. *q.* 3. & *dicto Cap. Unico de cognatione legali in fine*, & cum torrente Doctorum contra aliquos latè tenet *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 63. num.* 15. P. Sãchez

1068 Quoad tertiam speciem illius quasi affinitatis legalis inter adoptantem, & uxorem adoptati, & è contra inter adoptatum, & uxorem adoptantis, etiam dicendum est per eam dirimi matrimonium juxta text. in *Cap. Unico de cognatione legali*, & juxta text. in *Cap. Adoptionem* 30. *q.* 3. Ut communiter docent Doctores apud *Sanchez lib. 7. disp. 63. n. 13. &* 17.

(✻)

TRACTATUS VIII.

DE SATISFACTIONE.


NA erit, & altera disputatio. Prima de satisfactione secundum se. Secunda de satisfactione, prout est tertia pars hujus sacramenti.

DISPUTATIO I.


DE SATISFACTIONE SECUNDUM SE.


Uæ sunt sectiones. Prima petit: An possit homo, & teneatur in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali alterius vitæ? Secunda: Quæ conditiones requirantur ad hujusmodi satisfactionem de condigno.

SECTIO PRIMA.

An possit homo, & teneatur in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali alterius vitæ

1 *Remissa culpa, & pœna æterna, manet in nobis reatus pœnæ temporalis. Remissive.*
2 *An possit homo satisfacere de congruo pro tali pœna temporali luenda in purgatorio?*
3 *Qualiter nobis applicetur satisfactio, & merita Christi?*
4 *Refertur sententia negans posse hominem in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali.*
5 *Præfertur resolutio affirmativa.*
6 *Ejus fundamenta.*
7 *Destruitur fundamentum opinionis contrariæ.*
8 *An homo teneatur ad hujusmodi satisfactionem? Et proponitur opinio quæ affirmat.*
9 *Præponitur resolutio negativa.*
10 *Evoluntur contrariæ sententiæ fundamenta.*

1. 
Uppono aliquando remissa culpa, & pœna æterna relinqui in nobis reatum pœnæ temporalis, in quam Deus commutat pœnam æternam, ut constat ex dictis *tractat.* 1. *disput.* 2. *sect.* 5.

2 *Prima difficultas est*: An possit homo in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali luenda in Purgatorio? & nomine satisfactionis intelligimus compensationem, quæ tunc fit quando loco pœnæ Purgatorii ponimus aliquod opus illi æquivalens; & non est dubium posse hominem in hac vita aliquo modo saltem de congruo satisfacere pro pœna Purgatorii. Ita videtur definiri in *Trident. sess.* 14. *cap.* 8. & 9. ex quo, & pluribus testimoniis Sanctorum Patrum id communiter probant Doctores Catholici contra Hæreticos apud *Bellarm. l.* 4. *de Pœnitentia à cap.* 5. *Val. d.* 7. *q.* 14. *puncto* 2. & *Suar. disp.* 37. *sect.* 1. Trident. P. Bellar. P. Valent. P. Suar.

3 Neque obstat Hæreticorum argumentum quatenus dicunt nostra opera non habere rationem satisfactionis, sed solùm esse conditionem; ut nobis applicetur satisfactio Christi, & id probant, quia sufficit satisfactio Christi: ergo nostra est superflua. Non, inquam, hoc obstat, quia eadem videtur ratio de merito, ac de satisfactione; atqui non solùm nobis applicantur merita Christi, sed etiam nos per nostra opera meremur: ergo etiam non solùm nobis applicabitur satisfactio

factio Christi, sed etiam nos per nostra opera satisfaciemus.

Instant. Satisfactionem Christi esse infinitam: ergo illa sufficit: respondetur esse quidem infinitam in se: attamen nobis applicari finito modo; & declaratur exemplo meritorum ipsius Christi, quæ etiam sunt infinita, at nobis non applicantur infinito modo, sed quantum satis est ad juvanda nostra opera, ut etiam illa habeant rationem meriti in sua quantitate, & similiter dicendum de satisfactione.

Durand. Ledesma Medina

4 *Tota difficultas est*: An possit homo in hac vita satisfacere de condigno? Negare videntur *Durand. in 4. dist. 15. q. 5. ad 2. Ledesma 2. p. 4. q. 12. & Medina codice de satisfactione q. 1. in fine.* Fundamentum est, quia pœna hujus vitæ non est ejusdem pretii, & rationis cum pœna Purgatorii; ac proinde non est illi æquivalens, unde non ex justitia, sed ex misericordia acceptatur loco illius.

D. Thom. Richard. Durand. D. Anton. P. Bellar. P. Suar. P. Coninck P. Lugo P. Hurt. P. Valent P. Henriq P. Vasq. P. Täner. P. Fagũd. P. Molin. P. Laymã.

5 Nihilominus vera est resolutio affirmativa, quam communiter docent omnes Theologi cum *Divo Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. quæstiunc. 1. Richard. ibidem art. 1. q. 2. Durand. q. 1. art. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 20. Bellarmin. citatus cap. 7. Suar. sect. 9. Coninck d. 10. dub. 3. num. 10. Lugo disp. 24. num. 28. Hurt. disp. 13. diffic. 3. Valent. q. 14. puncto 3. Henriq. l. 5. cap. 18. num. 3. Vasq. q. 94. art. 1. dub. 3. Tanner. q. 7. num. 50. Fagund. pr. 2. l. 9. cap. 2. num. 17. Mol. tract. 2. tom. 3. disp. 715. Layman tract. 6. cap. 15. n. 3.*

6 Probatur primò ex Tridend *sess.* 14. *cap.* 8. & 9. ubi asserit posse nos satisfacere pro pœna Purgatorii, seu temporali, & non debet intelligi de satisfactione de congruo, nam de congruo etiam possumus satisfacere pro pœna æterna. Eodem modo loquitur *sess.* 6. *cap.* 14.

P. Turriã.

Secundò, & clarius probari potest ex Bulla Pii V. & Gregorii XIII. contra Michaelem Bayum apud *Turrianum tract. de gratia opusc. 15.* Ubi damnatur ipsius Michaelis propositio 71. quæ habet sic: *Satisfactiones laboriosæ justificatorum non valent expiare de condigno pœnam temporalem restantem post culpam condonatam.* Quam propositionem etiam damnavit Urbanus VIII. novissimè sua illa Bulla edita anno 1643. quæ incipit, In eminenti. Tertiò probatur ratione, quia non sunt nostra opera minus efficacia in ratione satisfactionis, quàm in ratione meriti; atqui possunt mereri de condigno gloriam alterius vitæ: ergo etiam satisfacere pro pœna illius.

7 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, nam ad satisfactionem de condigno non requiritur æqualitas physica, sed sufficit æqualitas moralis. Adde quòd minus æqualia sunt nostra opera cum gloria æterna, quàm cum pœna temporali: & tamen æquant gloriam æternam: ergo etiam pœnam temporalem: Utrùm verò ad hanc condignitatem requiratur divina acceptatio? dicemus infra *n. 45.*

Paludan. Caiet. P. Valent. Magister. D. Thom. P. Bellarm.

8 *Secunda difficultas*: An teneatur homo ad hujusmodi satisfactionem? Affirmant *Paludan. in 4. dist. 17. q. 1. a. 1. Caietan. 3. p. q. 84. art. 7. Canus relect. de pœnit. p. 3. & 4. Valent. q. 14. puncto 4. Magister in 4. dist. 16. & D. Thom. ibi*; Accedit *Bellarmin. l. 4. de pœnit. cap. 12. Probatur primò* ex illo Mathæi, & Lucæ 3. *num. 8. Facite fructus dignos pœnitentiæ*, quem locum expendens *Magister in 4. d. 16.* Ioannes, *inquit*, præcepit satisfactionem naturali utique, non positivo præcepto. *Secundò* probatur ex illo Joelis 2. *num. 12. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu*, quæ opera omnia sunt satisfactoria, & præcipiuntur.

Tertiò ex Concilio Tridentino *sess. 6. cap. 14.* ubi loquens de pœnitentia requisita dicit in ea contineri satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ unà cum culpa in sacramento remittitur, sed pro pœna temporali, &c. Eòdem tendunt plura Sanctorum Patrum testimonia, quæ latè congerunt *Bellarmin. cit.*, & *Suar. citat. sect. 7. n. 3.*

Sotus P. Vega Richard. Cordub. P. Henriq P. Täner.

9 Nihilominus communis, & vera est contraria resolutio negativa, quam tenent *Sotus dist. 20. q. 2. art. 2. Vega l. 13. in Trident. cap. 22. Richardus art. 6. Corduba l. 5. de indulgent. q. 5. 8. 10. Henriq. l. 5. cap. 20. num. 1. & 2. Tanner. q. 8. num. 32. Probatur primò* ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 8.* Ubi loquens de satisfactione solùm dicit eam esse securiorem viam, & necessariam non simpliciter, sed ad perfectam animæ liberationem, seu puritatem, &c. *Secundò* proba-

Secundò probatur, quia sequeretur peccare mortaliter eum, qui etiam impleta pœnitentia sacramentali, quam novit nō æquare pœnam debitam non adhiberet alias pœnitentias, jejunia, eleemosynas, &c. Quod est contra communem sensum, & praxim Ecclesiæ. *Tertiò* quia posse satisfacere in hac vita pro pœna temporali alterius est gratia, ac privilegium: & nemo tenetur illo uti.

10 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur Magistrum loco citato debere intelligi de satisfactione pro peccatis, quoad culpam, de qua est naturale præceptum: non de satisfactione pro pœna temporali, de qua non est naturale, neque positivum præceptum. *Ad secundum* respondetur locum Joelis intelligi de satisfactione requisita ad perfectam animæ liberationem quo ad culpam, & quoad pœnam. Et de eadem loquitur Concilium Tridentinum, & intelligendi veniunt Sancti Patres; unde patet solutio ad tertium.

SECTIO SECUNDA

Quæ conditiones requirantur ad hujusmodi satisfactionem de condigno?




Lures exigi solent conditiones, quæ ut plenius intelligantur per sequentes titulos, ac difficultates examinandæ erunt.

§. 1.

An requiratur status gratiæ?

11 *Proponitur sententia negativa.*
12 *Præponitur resolutio affirmativa.*
13 *Illius fundamenta.*
14 *Solvitur argumentum sententiæ negativæ.*

11 

Rima difficultas: An status gratiæ sit necessarius? Negant *Scotus in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. Maior. q. 1. Gabriel dist. 16. q. 2. art. 3. dub. 3. Medina tract. 3. q. 5. dub. ult. Navarrus cap. 1. de pœnit. d. 6. num. 47.* Probari solet exemplo illius, qui propter delictum meretur abscisionem manûs, nam hic, si ei manus abscindatur; tametsi non existat in gratia Principis, satisfacit debito pœnæ ad æqualitatem.

Scotus *Maior.* *Gabriel.* *Medina* *Navar.*

12 Nihilominus tenenda resolutio affirmativa cum D. *Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. quæstiunc. 2. Ledesma in 4. 2. p. q. 13. art. 2. & 3. Marsilio in 4. q. 11. art. 2. Adriano q. 1. de satisfactione, & quodlibeto ultimo, Cait. tom. 1. opusc. tract. 6. q. 2. Petro Soto lect. ultima de satisfact. Alexandro 4. p. q. 85. Suario citato sect. 2. n. 3.* Accedunt *Lugo disp. 24. n. 24. Hurtad. disp. 13. diffic. 4. Coninck disp. 10. dub. 4. Vasquez q. 94. art. 1. disp. 4. num. 3. Henriq. l. 5. cap. 18. num. 3.* & *cap. 20. num. 8. Valent. q. 14. punct. 3. Tanner. citat. q. 8. n. 34.* & alii.

D. Thom. *Ledesma* *Marsil.* *Adrian.* *Caiet.* *Soto*

Alexand. *P. Suar.* *P. Lugo* *P. Hurt.* *P. Coninck* *P. Vasq.* *P. Henr.* *P. Valent.* *P. Tanner.*

13 Probatur primò ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 8.* ibi *Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit conformes efficimur, certam quoque inde arrham accipientes, quòd si compatimur, & conglorificabimur, &c.* Ubi ponderandum est dicere Concilium nos satisfaciendo conformari Christo, & accipere arrham gloriæ, quæ duo non fiunt nisi per gratiam sanctificantem. Confirmatur ex sequentibus verbis, quæ subdit idem Tridentinum ibidem *Omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus facientes fructus dignos pœnitentiæ, &c.* Ubi sanctum Concilium eodem modo requirit vitam gratiæ ad meritum, ac ad satisfactionem; ad meritum autem de condigno requiritur status gratiæ: ergo.

Deinde probatur ratione, quia satisfacere de condigno est efficere aliquid dignum remissione pœnæ, imo in hoc distinguuntur satisfacere, & satispati, quòd satisfacere est efficere aliquid dig-

num remissione pœnæ; satispati non ita, sed pati ipsam pœnam debitam; v. g. satisfacere pro pœna abscisionis manûs est offerre, seu efficere aliquid æquivalens abscisioni manûs: satispati vero est pati ipsam abscisionem manûs. At existens in peccato mortali non potest efficere aliquid dignum remissione pœnæ: habet enim se remissio in hoc casu per modum præmii, & retributionis, qua existens in peccato mortali non est dignus.

14 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, dicendum enim est, illum, cui manus abscinderetur non existenti in gratia Regis non satisfacere pro pœna, sed satispati: nostra vero quæstio non procedit de satispassione, sed de satisfactione propriè dicta.

§. 2.

An existens in peccato mortali possit satispati?

15 *Refertur sententia, quæ affirmat.*
16 *Præfertur probabilior resolutio, negativa.*
17 *Dilluuntur argumenta sententiæ affirmativæ.*

15 QUæres: Utrùm existens in peccato mortali possit in hac vita saltem satispati pro pœna temporali? Affirmare videtur D. *Thom. in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. ad 5. & certè affirmant Scotus dist. 21. q. 1. Durand. q. 2. Gabriel. 16. q. 5. art. 3. dub. 2.* quos sequitur *Navar. de pœnit. dist. 6. cap. 1. n. 46. Vega 4. in Trident. cap. 6. Medina codice de satisfactione q. 2. Coninck disp. 10. dub. 5. Hurtado de pœnit. disp. 13. diffic. 5. Lorca in 1. 2. disp. 55.* qui omnes asserunt non solùm existentem in peccato mortali in hac vita, sed etiam damnatum in Inferno posse satispati pro pœna temporali, ac proinde damnatos in Inferno, licet nunquam satispatiantur pro peccatis, quæ deferunt ex hac vita, non condonatis quoad culpam, satispati pro illis, quæ deferunt cōdonata quoad culpam, non dum remissa quoad pœnam temporalem: quam pœnam temporalem dicunt remitti, & extingui in Inferno per satisfactionem.

D. Thom. Scotus Durand. Gabriel. Navar. Vega Medina P. Coninck P. Hurt. Lorca

Et probatur primò, quia satispati est pati pœnam debitam, ergo qui debebat pœnam unius anni; & eam passus est, satispassus est. *Secundò*, quia si damnatus pro pœnâ temporali puniretur pœnâ æternâ, puniretur ultra condignum, quod est alienum à justitia, & misericordia divina. *Tertiò* exemplo illius, qui propter delictum meretur abscisionem manûs, nam hic cùm primùm illi manus abscinditur, licet non sit in gratia Regis, satispatitur, ergo &c.

16 Nihilominus probabilior est contraria resolutio negativa, quā certè tenet D. *Thomas, & communis Theologorum,* quos *cum Henriq. Valentia, & Vasq.* citat & sequitur *Tanner. ubi proximè num. 36.* accedunt *Suar. cit. num. 10. Lugo disp. 10. num. 35.* Et probatur ex communi modo sentiendi fidelium, & loquendi Sanctorum Patrum apud Doctores citatos, quatenus dicunt in Inferno nullam esse spem diminutionis, aut refrigerii. *Quis audacter dixerit* (scribit D. Aug. Ps. 105. columna 2.) *alicujus pœnam mitigari, aut quibusdam intervallis habere aliquam pausam, quando quidem unam stillam dives ille non meruit.* Et certè hic est modus loquendi sacræ scripturæ Isaiæ ultimo, & Marci 9. *Vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur, &c.* Extingueretur autem magna ex parte si decursu annorum pœnæ temporales remitterentur.

D Thom. P. Henriq. P. Valent. P. Vasq. P. Tanner. P. Suar. P. Lugo.

Deinde ostenditur ratione, quia Deus non acceptat pœnam passam ab inimico, quà inimico, & hujus ratio est, quia diverso modo punit Deus, & diverso modo puniunt homines: hi puniunt ad exemplum; Deus præcipuè punit propter ipsam compensationem debitam, quæ consistit in quadam adæquatione pœnæ cum culpa, ad quam adæquationem pertinet, ut qui voluntariè peccavit, voluntariè patiatur, & qui inimicus deliquit doleat amicus.

17 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* respondetur satispati esse pati pœnam debitam debito modo, qui si desideretur, dabitur quidem passio, non tamen satispassio. *Ad secundum* respondetur damnatum, qui pro pœna temporali patitur pœnam æternam, non puniri ultra condignum, licet enim solùm mereatur pœnam temporalem meretur illam, quam patiatur, ut amicus, & quandiu hæc ita non solvitur, semper manet reus, & dignus illa. *Ad tertium* dicendum est, aliud esse loqui de pœna apud homines, aliud de pœna

na apud Deum; homines puniunt ad exemplum aliorum, unde non tam respiciunt ipsam compensationem intrinsecam, quæ etiam importat debitum modum, quàm quantitatem pœnæ pro quantite culpæ, non attendendo ad modum, Deus vero præcipuè respicit ipsam compensationem intrinsecam importantem amicabilem patiendi modum ab amico, ut amico.

§. 3.

An requiratur, quòd opus sit honestum, supernaturale, & elicitum ex intentione satisfaciendi?

18 *An requiratur quòd opus sit honestum, & supernaturale?*

19 *An satisfactio crescat in opere juxta maiorem honestatem voluntatis, à qua procedit.*

20 *An requiratur quòd opus sit aliquo modo supernaturale?*

21 *An quòd sit elicitum ex intentione satisfaciendi? Proponitur opinio affirmativa.*

22 *Præponitur resolutio negativa.*

23 *Respondetur argumento primæ opinionis.*

18 S*Ecunda difficultas*: An requiratur quòd opus sit honestum, supernaturale, & ex intentione satisfaciendi. Quod attinet ad primum respondetur opus satisfactorium debere esse honestum. Ita communis Theologorum cum *D. Thom. disp. 15. q. 1. art. 4. q. 1. Sotus d. 19. q. 3. art. 3. Paludan. q. 1. num. 10. Henriq. l. 5. cap. 2. Tanner. q. 8. num. 40. Suar. disp. 37. sect. 3. n. 2.* Probatur quia satisfactio ordinatur ad honorem Dei, & ad emmendam satisfacientis, ut docent Concilium Tridentinum sess. 14. canone 14. & 18. solùm autem opus honestum ad utrumque finem est accomodatum. Et confirmatur quia satisfactio est per modum meriti, cui loco præmii correspondet remissio pœnæ: at vero apud Deum solum opus honestum potest esse meritum, seu per modum meriti. *D.Thom. Sotus Palud. P.Henriq. P.Tanner. P.Suar.*

19 Utrùm verò satisfactio crescat in opere juxta maiorem honestatem voluntatis, à qua procedit? Quod idem est, ac quærere, An flagellatio procedens à voluntate honesta ut octo sit magis satisfactoria, quàm procedens à voluntate honesta ut quatuor. Pro parte negativa facit quòd honestas videtur respicere solam rationem meriti: & sola pœnalitas rationem satisfactionis, unde in opere magis honesto, & æquè pœnali sola accrescet ratio meriti, non verò satisfactionis.

Tenenda tamen resolutio affirmativa cum *Suar. sect. 6. & Lugo num. 33.* Fundamentum patet ex dictis, quia forma satisfactionis non est sola pœnalitas, sed etiam honestas: ergo quòd hæc fuerit maior, licet pœnalitas sit æqualis, erit & satisfactio maior. *P. Suar. P. Lugo.*

20 *Quod attinet ad secundum*: An requiratur quòd opus sit aliquo modo supernaturale? Respondetur affirmative cum *Suar. sect. 3. num. 3. Tanner. proxime num. 41.* Et probatur; quia satisfactio est per modum meriti, idquè præmii supernaturalis, tale enim est remissio pœnæ Purgatorii in ordine ad videndum Deum: at verò meritum præmii supernaturalis debet esse supernaturale, & hujus ratio est, quia meritum exigit præmium, & hoc illi debetur; præmium autem supernaturale debet esse supra omne debitum, & exigentiam naturæ. *P. Suar. P. Tanner.*

21 *Quod attinet ad tertium*: An requiratur, quòd opus sit elicitum ex intentione satisfaciendi? Affirmant *Henriq. quodlibeto 4. q. 18. & alii apud. Suar. citatum sect. 5.* Et probatur, quia satisfactio est actus justitiæ vindicativæ, & hic talis non est, nisi fiat ex intentione satisfaciendi. Explicatur exemplo illius, cui debes decem aureos, & absque animo solvendi totidem donas, tunc enim non solvis debitum, sed aliquid donas, unde concludi videtur eum qui absque intentione satisfaciendi flagellationes, jejunia, & eleemosynas operatur, mereri quidem, non tamen satisfacere. *P. Henriq.*

22 Dicendum tamen etiam satisfacere. Ita *Suar. citatus sect. 3. num. 5. & Lugo num. 43. Probatur primò*, quia ad merendum non est necessaria intentio merendi, sed bene operandi, & placendi Deo: ergo etiam ad satisfaciendum non erit necessaria intentio satisfaciendi. *Secundò*; quia intentio placendi Deo propter ipsum est perfectior quàm intentio satisfaciendi, & non est credibile quòd non satisfaciat homo Deo per opus perfectius. *P. Suar. P. Lugo*

ctius *Tertiò* quia qui intendit bene operari, virtualiter, & implicite, intendit suum bonum spirituale, cujus magna pars est satisfactio.

Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur ad satisfactionem non requiri, quòd fiat per actum elicitum ex motivo justitiæ, sed solùm quòd compensetur debitum, & ponatur æquale. *Ad exemplum* illius, cui debes dicendum est te re ipsa non donare, sed solvere, quòd si præter illos aureos, quos solvis totidem alios titulo & nomine solutionis velis donare, liberaliter facis.

§. 4.

An requiratur, quòd opus sit pœnale?

24 *Refertur prima sententia negativa.*
25 *Refertur secunda sententia affirmativa.*
26 *Authoris judicium.*
27 *Omne opus meritorium in hac vita est de se pœnale.*
28 *Si aliquod daretur quod de se non esset pœnale, nec satisfactorium.*
29 *Solvuntur rationes primæ sententiæ negativæ.*
30 *Unde desumatur ratio meritorii, & satisfactorii?*
31 *Maior pœnalitas auget satisfactionem, & maior honestas meritum.*

Victoria
Sotus
Ledesma
P. Henriq.
P. Vasq.
Scotus
P. Coninck

24 TErtia difficultas: An requiratur quòd pœnale sit? Et duæ circumferuntur sententiæ. Prima negativa, quam tenent *Victoria in summa num. 202. Sotus disp. 19. q. 2. art. 2, Ledesma q. 14. art. 2. d. 2. Henriq. l. 5, cap. 19. num. 5. Vasquez q. 94. art. 1. d. 5.* & *Scotus dist. 15. q. 1.* quibus accedit *Coninck disp. 10. num. 29.* Fundamentum est *primò*, quia satisfacere est efficere aliquod opus dignum remissione pœnæ, & tale est omne opus honestum, quo Deo placemus, licèt non sit afflictivum, nec afferat pœnam. *Secundò* quia omne opus bonum, licèt pœnale non sit, est meritorium gloriæ, & omne meritorium gloriæ est meritorium non punitionis, nam punitio, & gloria sunt contraria. *Tertiò*, quia ut omnes concedunt per actum amoris Dei summa cum delectatione elicitum satisfacimus.

D. Thom.
D. Bonav.
Richard.
Durand.
P. Pal.
Alexand.
Adrian.
Sylvest.
Viguer.
P. Suar.
P. Lugo
P. Valent.
P. Bellar.
P. Hurtad.
Ochagav.

25 *Secunda sententia* huic contraria affirmat omne opus satisfactorium debere esse pœnale, eam defendunt *D. Thom. in 4. disp. 15. q. 1. art. 5. quæst. unc. 1. D. Bonav. 2. p. dist. art. 1. q. 3. ad 4. Richard. art. 1. q. 3. Durand. q. 5. Paludan. q. 3. Maior. q. 2. d. 2. Alexander. 4. p. q. 84. memb. 2. art. 2. Adrianus q. ult. de satisfactione Sylvester. verbo satisfactio q. 8. Viguerius cap. 26. §. 4. vers 21. Suar. disp. 37. sect. 6. num. 1.* accedunt *Lugo proxime num. 37. Valentia q. 14. punct. 3. Bellarm. l. 4. de pœnit. cap. 4. Hurtad. disp. 13. diffic. 6. Ochagavia tract. ult. q. 5.* Probatur in primis ex Tridentino *sess. 14. cap. 8.* Ubi opera satisfactoria appellantur pœnæ, ibi: *Magnopere à peccato revocant. & quasi fræno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ &c.* Et paulo infra, *Satisfaciendo,* inquit, *patimur pro peccatis.* Consonat Chatechismus Romanus ejusdem Concilii Tridentini jussu editus, in explicatione Sacramenti pœnitentiæ *num. 74.* ubi expresse asserit opus satisfactorium oportere esse pœnale. Deinde ostenditur ratione, quia satisfacere in hac vita pro pœna alterius, est facere in hac vita aliquid æquivalens pœnæ alterius; at solum opus, quod in hac vita habet rationem pœnæ, est æquivalens pœnæ alterius vitæ; non enim sola honestas nisi admisceatur aliquid pœnæ, æquivalet pœnæ: ergo.

26 Nihilominus neutra harum sententiarum plene satisfacit, quia utraque videtur supponere dari aliquod opus meritorium in hac vita, quod de se non sit pœnale.

Victoria
Sotus
Caiet. in
Navar.
P. Henr.
P. Vale.
P. Vasq.
P. Lugo

27 *Dico igitur primò*: Omne opus meritorium in hac vita est de se pœnale, & consequenter satisfactorium. Ita certe, si recte intelligantur, sentiunt *Victoria; Sotus, Caiet. Navarrus, Henriquus, Valent; & Vasquez locis citatis;* Et hoc probabile dicit *Suar. cit. num. 8.* aperte innuit *Hurtado,* & docet *Lugo locis citatis* Probatur *primò* quia omnis actus vitii est de se delectabilis, idcirco dicunt Theologi cuilibet respondere aliquam pœnam sensûs, at verò omnis actus virtutis est contrarius alicui actui vitii; ergo omnis de se affert pœnalitatem, saltem carentiam illam delectabilitatis, quæ vitio inest. *Secundò* quia confessarius potest imponere pœnitenti in pœnitentiam quemlibet actum honestum: ergo quilibet est de se pœnalis. *Tertiò* probari potest ex Trident. *sess. 14. canone 13.* ubi opera satis-

satisfactoria pœnas vocat, & illa numerando dicit fieri jejuniis orationibus, eleemosynis, vel aliis etiã pietatis operibus &c. Et nomine aliorum pietatis operum videtur comprehendere omnia alia opera sancta, & honesta: ergò.

28 *Dico secundò*: Si aliquòd in hac vita daretur opus meritorium, quod de se non esset pœnale, neque foret satisfactorium. Hoc videntur concludere Doctores citati pro secunda sententia, nec non eorum fundamenta, quibus subscribo.

29 *Neque obstat primò* quòd adhuc tale opus esset dignum remissione pœnæ, id enim falsum est; solùm esset dignum augmento gratiæ, & gloriæ. *Non obstat secundò* sequi ex eo quod sit meritorium gloriæ, esse quoque meritorium non punitionis, nam id etiam falsum est; pœna, & gloria solum contrariantur pro eodem tempore: & bene potest stare jus ad gloriam futuram cum reatu pœnæ temporalis præsenti. *Non obstat tertiò* satisfacere nos per amorem Dei cum summa delectatione elicitum, id enim est, quia talis actus supernaturalis de se corpori, & sensui pœnam affert, ut constat ex dictis; licet ea peraccidens à sanctis viris non sentiantur propter concupiscentiam carnis jam domitam, vel propter inadvertentiam, quàm fervor animi inducit.

30 *Notandum tamen est*: licet omne opus meritorium in hac vita sit satisfactorium, rationem tamen meritorii præcipuè desumi ex honestate; satisfactorii verò præcipuè ex pœnalitate, unde sequitur ex duobus operibus, quorum alterum est magis honestum, alterum magis pœnale: primum esse magis meritorium, secundum magis satisfactorium.

31 Et ita tenent communiter Doctores apud *Hurt: loco citato*. Non tamen sequitur duo æquè pœnalia, quorum alterum est magis honestum, esse æque satisfactoria, nam cum æquali pœnalitate præponderat maior honestas, à qua etiam licèt minus præcipuè desumitur ratio satisfactionis, ut patet ex dictis, & notat *Lugo citatus num. 42. fine*. P.Lugo

(✠)

§. 5.

An requiratur, quòd opus sit supererogationis, & non aliunde debitum ex præcepto?

32 *Proponitur opinio quæ affirmat.*
33 *Proponitur resolutio negativa.*
34 *Solvuntur argumenta primæ opinionis.*

32 Quartus difficultas: An requiratur quòd sit supererogationis, & non aliunde debitum ex præcepto? Affirmant. *Paludan. dist. 15. q. 1. art. 2. Maior. q. 2. d. 1. Almain. q. 1. Scotus d. 15. q. 1. Gabriel. d. 16. q. 2. & Capreolus d. 15. q. 1. art. 3.* adde *Archidiaconum apud Sylvestrum verbo: satisfactio q. 8.* Eorum fundamentum est, quia non potest duplici debito unica solutione satisfieri. Et confirmatur *primò* quia, si quis voveat jejunium, non satisfacit per jejunium aliàs præceptum. *Secundò* si confessarius imponat pœnitenti auditionem missæ, pœnitens non satisfacit per missam aliunde præceptam. *Tertiò* quia aliàs non oporteret homines aliquid facere in remissionem peccatorum, implendo enim præcepta satisfacerent. Paludan. Maior. Almain. Scotus Gabriel. Capreolus Archidiac.

Nihilominus amplectenda contraria resolutio quam tenent *Caiet. tomo. 1. opusc. tract. 6. q. 1. Adrian. q. 3. de satisfactione, Sotus disp. 19. q. 2. art. 1. Petrus Sotus lect. ultima de satisfact. Victoria in sum. num. 203.* qui contrariam sententiam erroneam appellat. *Tanner. citat. q. 8. num. 40. Vasq. q. 94. art. 2. dub. 9. Valenc. q. 14. p. 3. Henriq. l. 5. cap. 19. num. 5.* quibus accedunt *Suar. disp. 37. sect. 4. Lugo disp. 24. num. 34. Hurtado d. 13. diffic. 8. Coninck disp. 10. num. 14. Bellarmi. l. 4. cap. 3. Barbosa in collectaneis Tridentini sess. 14. cap. 9. num. 4.* Probatur *primò*, quia non est dubium Martyrem satisfacere tolerando hic, & nunc tormenta; & tamen eorum toleratio hic, & nunc est debita ex præcepto fidei Similiter jejunando quis ex voto, vel præcepto Ecclesiastico satisfacit. Item pœnitendo tempore, quo urget pœnitentiæ præceptum, satisfacit: ergo. *Secundò* probatur, quia præceptum non tollit quominus opus maneat meritorium, ut Caietan. Adrian. Sotus Petrus Sot Victoria P Tanner. P. Vasq. Valent. P Henr. P. Suar. P. Lugo P. Hurtad P.Coninck P.Bellar. Barbosa

ut constat ex Trident. *sess. 6. cap. 10.* & 16. ergo neque quòd maneat satisfactorium. *Tertio, &* à priori, quia præceptum non tollit libertatem operis, aut honestatem, vel pœnam, quæ tria reddunt opus satisfactorium: ergo.

33 *Ad fundamentum opinionis contrariæ* respondetur *primò* unica solutione non satisfieri duobus debitis, quando hæc respiciunt diversas res, & ita si debeas Titio decem aureos, & postea illi fureris alia decem, non satisfacis solvendo solum decem, sed debes solvere viginti. Secus si debita non respiciunt res diversas, & ita unico jejunio satisfacis pluribus præceptis, si eodem die concurrant privigilii, quadragesimæ, & quatuor temporum. *Respondeti potest secundò* illud pœnale, quod est in opere aliunde debito esse ei accidentarium, & non debitum.

34 *Ad primam confirmationem de voto* respondetur id pendere ex libera intentione voventis. *Ad secundam de pœnitentia*, id etiam pendere ab intentione confessarii, quamquam, si se non explicet, semper supponatur intendere rem, & pœnam diversam, de quo plenius infra. *Ad tertiam* respondetur negando sequelam, nam etiam homines implendo præceptum merentur, & tamen inde non sequitur non oportere aliquid supererogationis facere ad promerendam gloriam. adde quòd aliqua opera sunt magis satisfactoria, utpote quæ magis pœnalia, ut jejunia, eleemosinæ, quæ non sunt ex præcepto.

§. 6.

An requiratur quòd opus sit liberum, & voluntarium?

35 *Satisfacimus per castigationes, & dolores voluntarios, non per dolores, & labores necessarios si eos patienter toleremus.*

36 *An in laboribus necessariis satisfactio correspondeat soli patientiæ interiori, an etiam dolori exteriori necessario?*

37 *Proponitur opinio asserentium satisfactionem correspondere soli patientiæ interiori.*

38 *Proponitur opinio asserens satisfactionem correspondere dolori exteriori necessario.*

39 *Solvitur primum fundamentum opinionis contrariæ.*

40 *Solvitur secundum; Et quæritur, Utrùm si bono sit in statu gratiæ satispatiatur per laborem à Deo immissum, & non voluntariè toleratum?*

41 *Sententia Lugi existimantis satispati.*

42 *Resolvitur non satispati.*

43 *Solvitur tertium: & discutitur Utrùm actus externus addat aliquid satisfactionis supra internum?*

44 *An superaddat aliquid meriti?*

35 QUinta difficultas: An requiratur quòd sit voluntarium? Et in hac re tria videntur certa. *Primum* satisfactionem debere esse voluntariam, fundatur enim satisfactio, sicut & meritum in morali quodam operis valore, qui non est sine liberate. Adde quòd Concilium Trident. *sess. 14. cap. 9.* & canone 13. limitat opus satisfactorium ad voluntarium, & in hoc conveniunt omnes Doctores cum *D. Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. quæstiunc. 2. Suar. cit. sect. 7. num. 10. Vasq. q. 94. art. 1. dub. 2. Tannerus citat. num. 47. Henriq. l. 5. cap. 19. num. 5.* *Secundum* certùm est satisfacere nos per castigationes, dolores, & tormenta voluntaria. Ita habetur in Concilio Trid. loco citato. *Tertium.* Certum est etiam satisfacere per dolores, & labores necessarios, seu, ut ajunt, per flagella à Deo immissa, si ea patienter toleremus. Ita similiter habetur in Trident. loco citato. D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Tanner. P. Henriq.

36 *Punctum difficultatis in eo est*: An in laboribus necessariis, & flagellis à Deo immissis satisfactio correspondeat soli patientiæ interiori liberæ, an etiam dolori, seu flagello exteriori necessario? Dixi, *necessario*, quia si fuerit liberum, ut est illud quod Martyres pro fide, & amore Dei patiuntur, non est dubium illi etiam correspondere satisfactionem.

37 Sin autem necessarium sit, plures existimant satisfactionem correspondere soli patientiæ interiori liberæ. Ita *Medina codice de satisfactione q. 5. Vasq. q. 94. art. 1. dub. 7. Ochagavia tract. ult. q. 6. & Hurtad. disp. 13. diffic. 7.* Probatur *primò* quia de ratione satisfactionis, ut diximus, est quòd sit libera, & voluntaria; at verò in flagellis à Deo immissis sola patientia interior est libera, ipsum flagellum exterius est necessarium. *Secundò* quia Medina P. Vasq. Ochagav. P. Hurt.

quia aliàs etiam si flagellum non patienter toleretur, illi correspondebit sua partialis satisfactio, quod est contra Concilium Trident. loco citato, ubi restringit satisfactionem ad solum flagellum patienter toleratum. *Tertiò*: quia aliàs actus externus adderet aliquid satisfactionis supra internum, quod non videtur dicendum. Nam actus externus non addit meritum supra internam: ergo neque satisfactionem.

38 Nihilominus probabilior est contraria resolutio asserentium etiam satisfactionem correspondere ipsi dolori, & flagello exteriori necessario. Ita *D. Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. Sylvester verbo satisfactio q. 9. Victoria in summa num. 17. Navar. cap. 1. de pœnit., dist. 6. & in sum. cap. 3. num. 4. Henriq. lib. 5. cap. 19. num. 5. Tanner. cit. q. 8. num.* 48. accedunt *Suar. cit. sect. 7. num. 5. Lugo dist. 24. sect. 5. Coninck disp. 10. num. 25. Filliuc. tract. 8. cap. 2. quæsito 9.* Probatur *primò* ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 9.* ubi: *docet præterea tantam esse divinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis sponté à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis; sed etiam, quòd maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus, &c.*

D. Thom. Sylvest. Victoria Navar. P. Henrc. P. Tãner. P. Suar. P. Lugo P. Conink. P. Filliuc.

Ubi ponderanda sunt tria. *Primum* eodem modo loqui Tridentinum de flagellis necessariis, ac de pœnis liberis; certum autem est non satisfacere per pœnas liberas, ut constat ex dictis. *Secundum* non solum dicere nos satisfacere per patientiam, sed etiam per ipsa flagella, ubi: *flagellis patienter toleratis. Tertium* commendare in hoc maximum munificentiæ, & amoris Dei erga nos monumentum; & hoc ut ait, non consistit in eo quòd pœnis liberis respõdeat satisfactio, sed in eo quòd etiam respondeat flagellis necessariis: non ergo intendit correspondere soli patientiæ internæ, quæ est libera; id enim non est illud speciale maximum, sed correspondere ipsi flagello necessario, hoc est illud maximum speciale amoris, & munificentiæ argumentum.

Secundò probari potest ratione, quia dum patienter flagella à Deo immissa toleramus, ea quodammodo nobis facimus voluntaria: idque *primò* formaliter per conformitatem cum voluntate divina, dum enim volumus quòd Deus vult: flagella, quæ illi, etiam nobis sunt voluntaria. *Secundo*, æquivalenter per patientiam, hæc enim æquivalet comformitati, & in hoc sensu videtur locutus *D. Augustin. l. quæst. 83. quæst. 31.* Ubi appellat patientiam honestatis causam, & rerum arduarum voluntariam perpessionem, &c.

39 *Ad primum fundamentum opinionis contrariæ* patet solutio ex dictis: Dicendum enim est non solam patientiam interiorem esse liberam, sed etiam ipsum flagellum exterius: non quidem physice, sic enim est necessarium; sed moraliter, quatenus volumus quod Deus vult per patientiam, & conformitatem cum ejus voluntate.

40 *Ad secundum*, negandum est flagello non patienter tolerato correspõdere aliquam satisfactionem, nam tunc non est voluntarium: Utrùm verò per hujusmodi flagellum à Deo immissum, & ab homine non voluntarie toleratum saltem satispatiatur homo, si sit in statu gratiæ?

41 *Affirmat Lugo citatus num. 84.* quia satispati est pati pœnam debitam in statu gratiæ. P. Lugo

42 Negandum tamen videtur cum *Suar. cit. sect. 7. num. 10. & Vasq. similiter citato dub. 7. num. 6.* quia, ut diffic. prima diximus, satispatio consistit in adæquatione pœnæ ad culpam, ad quam adæquationem pertinet, ut qui voluntariè deliquit, voluntariè patiatur. P. Suar. P. Vasq.

43 *Ad tertium*, concedo cum *Suar. sect. 5. Coninck num. 26. & Lugo num.* 45. actum externum addere aliquid satisfactionis supra internum, ac proinde qui jejunat plus satisfacere, quàm qui solùm voluit jejunare. Nam satisfactio correspondet castigationi voluntariæ & plus se castigat, qui jejunat, quàm qui solùm voluit jejunare. P. Suar. P. Coninc. P. Lugo.

44 Quod attinet ad meritum *Ripalda de ente supernaturali d. 68. sect. 5.* etiam existimat actum externum addere aliquid meriti supra internum, & id probat hoc exemplo satisfactionis; eadem enim videtur ratio de illo, ac de hac. Sed revera diversa est, quia satisfactio respicit pœnam, quæ voluntariè suscipitur pro pœna debita, & actus externus addit aliquid pœnæ supra internum, ut est P. Ripald.

Jo. Andr. Brut. Cardinal. Barbos. P. Bellar. Ricciulus. Vega P. Hurt. P. Conink

cere matrimonio post fidem celebrato, ita cum *Joanne Andrea, Brut. & Cardinali, Barbosa de Officio, & potestate Episcopi allegat. 51. num. 165.* Accedunt *Bellarm. de sacram. matrimon. controvers. 4. cap. 30. vers. Denique affinitas, Ricciulus de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 5. à num. 6. Vega in sum. tom. 2. cap. 34. cas. 129. Hurtad. de matrim. disp. 20. diffic. 2. num. 7. Conink de sacram. disp. 32. dub. 4. num. 57.*

1043 Et probatur quia hujusmodi affinitas non consideratur ab extrinseca benevolentia consanguineorum fœminæ cognitæ, aliàs neque Ecclesia ad eam respiceret in suis fidelibus, quia neque in ipsis fidelibus filii, aut alii consanguinei fœminæ turpiter cognitæ habent reverentiam, sed potiùs displicentiam, & horrorem contra illum, qui eam cognovit. Provenit ergo talis affinitas ex eo, quod per copulam vir, & fœmina efficiuntur una, & eadem caro, unde aliquo modo contrahunt mutuos consanguineos; at verò non sola uxor legitima, & ejus vir, sed etiam vir, & fœmina fornicaria fiunt una, & eadem caro juxta illud *Apost. 1. ad Corint. 9. Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur cum ea.* Quare infidelem post conversionem non posse in matrimonium ducere sororem illius, quam tempore infidelitatis fornicariè cognovit contra *Sanch.* tenent *Barbosa, Ricciullus, Bellarm. Vega,* & alii Doctores proxime allegati.

Barbos. Ricciul. P. Bellar. Vega

§. 3.

Qui gradus sint prohibiti ex impedimento publicæ honestatis?

1044 *Impedimentum publicæ honestatis inductum est præcepto Ecclesiastico, dirimitque matrimonium cum consanguineis in primo gradu illius, qua cum sponsalia celebrasti.*

1045 *Distinguitur ab impedimento affinitatis, quia hoc provenit à matrimonio, publica honestas etiam ab sponsalibus.*

1046 *Sponsalia invalida non inducunt hoc impedimentum.*

1047 *Neque ex sponsalibus conditionatis ante positionem conditionis oritur hujusmodi impedimentum.*

1048 *Sponsalia tempore infidelitatis celebrata non pariunt publicam honestatem.*

1049 *Solvitur instantia ex matrimonio tempore infidelitatis celebrato.*

1050 *Neque ex sponsalibus celebratis per parentes, insciis filiis, oritur impedimentum publicæ honestatis.*

1051 *Oritur verò, si sponsalia publicè probari possint, licèt occultè nulla sint.*

1052 *Non tamen ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis.*

1053 *Sponsalia nulliter contracta per verba de præsenti inducunt publicam honestatem.*

1044 Quod attinet ad gradus prohibitos ex impedimento publicæ honestatis, dicendum est impedimentum publicæ honestatis esse inductum præcepto Ecclesiastico dirimente matrimonium subsequens cum consanguineis in primo gradu illius, cum qua sponsalia celebrasti; dicitur hoc impedimentum publicæ honestatis, quia inductum fuit ob publicam honestatem, hæc enim postulat, ut tale matrimonium impediatur, ut docet textus *in Cap. Juvenis de sponsalibus,* text. *in L. si qua §. 1.* text. *in L. semper ff. de ritu nuptiarum,* text. *in §. uxor. Inst. de nuptiis.* Est autem hoc impedimentum inductum non jure naturæ, sed præcepto, & statuto Ecclesiæ per text. *in Cap. Literas, de desponsat. impub.* text. *in Cap. Juvenis,* text. *in Cap. Veniens,* text. *in Cap. Ad audientiam;* text. *in Cap. sponsam de sponsalibus,* text. *in Cap. unico de sponsalibus in 6.*

1045 Distinguitur hoc impedimentum publicæ honestatis ab impedimento affinitatis, quòd affinitas contrahitur ex solo matrimonio; at publica honestas etiam ex sponsalibus. Dirimit matrimonium subsequens cum consanguineis sponsæ, vel sponsi in primo gradu, quia etsi attento jure antiquo honestas extenderetur usque ad quartum gradum, ut cum communi Doctorum latè probat *Sanch. cit. lib. 7. disp. 68. num. 8.* hodie per *Concilium Trident. sess. 24. de matrim. cap. 3.* restricta est ad solum primum consanguinitatis, prout Pius V. suo illo motu proprio supra relato declaravit. Idque sive in linea transversa, sive in recta, ut bene

P. Sanch. Trident.

P. Sanchez. P. Fragos.

bene cum communi docet *Sanchez cit. num.* 10. *& Fragos. cit. vers. Quod attinet* contra *Navar. Henriq. Coninck & Reginald.*

1046 Quid si contracta sponsalia fuerint irrita: oritur ne ex illis impedimentum honestatis? Respondeo negativè, quia ita decidit Concilium Trident. loco citato ubi ait non oriri publicam honestatem ex sponsalibus quacumque ratione invalidis. Unde patet non oriri publicam honestatem ex sponsalibus fictis, in quibus videlicet quis fictè consensit, ut docet communis Doctorum apud *Barbos. in remission. ad Trident sess.* 24. *cap.* 3. & *de Officio, & potest. Episcopi allegat.* 51. *num.* 83. *Hurtad. de matrim. disp.* 21. *diffic.* 1. *num.* 3. *Sanch. lib.* 7. *disp.* 68. *num.* 13. *Fragos. proximè cum Bonacin. Reginald. & Navar.* Item non oriri ex sponsalibus metu contractis, aut ex errore personæ, aut alio titulo invalido. Item neque oriri ex sponsalibus cum incerta contractis, nam hæc sunt etiam invalida defectu legitimi consensus, qui debet ferri in personam certam, ac determinatam, prout cum pluribus docet *Sanchez cit. à num.* 14. *Conink de sacram. disp.* 32. *num.* 6. *Barbos. proximè num.* 184.

Barbos. P. Hurt. P. Sanch. P. Fragos. Bonac. P. Regin. Navar.

1047 An autem honestas oriatur ex sponsalibus conditionatis? Respondeo similiter negativè cum *Sanchez cit. disp.* 69. *num.* 3. *Barbos. proximè num* 185. *Conink num.* 61. quod intelligendum est ante positionem conditionis, nam quandiu illa non ponitur consensus manet suspensus, ac proinde sponsalia non valent defectu illius. Dixi (ante positionem conditionis) quia si hæc ponatur tunc ponitur consensus, & sponsalia conditionata transeunt in absoluta.

P. Sanchez. Barbos. P. Conink.

1048 Quid de sponsalibus contractis tempore infidelitatis; oritur ne ex illis honestas, ita ut conversus ad fidem non possit contrahere matrimonium cum sorore sponsæ, quæ talis fuit tempore infidelitatis? Respondeo ex sponsalibus contractis tempore infidelitatis non oriri publicam honestatem, quia publica honestas non est inducta jure naturæ, sed præcepto Ecclesiastico: non ergo tempore infidelitatis contracta est, nam præceptum Ecclesiasticum non obligat tempore infidelitatis: ita *Sanchez cit. lib.* 1. *disp.* 65. *num.* 4. *Barbosa proxime num.* 185. *cum Bonacin.* & aliis.

P. Sanch. Barbos. Bonac.

1049 Dices: Conversus ad fidem non potest inire matrimonium cum consanguineis uxoris ductæ tempore infidelitatis, ut constat ex supra dictis: ergo neque cum consanguinea sponsæ juratæ tempore infidelitatis. Respondeo negando consequentiam: diversa ratio est, quia consanguinitas est inducta jure naturæ, unde tempore infidelitatis contracta est: honestas verò inducitur solo jure Ecclesiastico, inde tempore infidelitatis contracta non est.

1050 Quid de sponsalibus celebratis per parentes nomine filiorum, inscìis ipsis filiis, quandiu non adhibent consensum? Respondeo etiam honestatem non oriri ex illis, quia quandiu desideratur consensus filiorum sponsalia non subsistunt. Ita *Sanchez cit. disp.* 68. *num.* 18. *Barbos. num.* 185. Dixi (inscìis ipsis filiis) quia si præsentes sint, & taceant valida sunt talia sponsalia per text. in *Cap. unico §. finali de desponsatione impuberum in* 6. Ita *Sanch. lib.* 1. *de sponsalibus disp.* 23. *Fragos. cit. vers. non inducitur.*

P. Sanchez. Barbos. P. Sanchez. P. Fragos.

1051 Quid si sponsalia publica sint, ità ut probari possint, & nullitas occulta? Tunc induci publicam honestatem docent cum communi *Sanchez lib.* 7. *disp.* 68. *num.* 14. *Conink disp.* 32. *num.* 69. *Barbos. num.* 167. & *in remissionibus ad Trident. sess.* 24. *cap.* 3. *cum Reginald. & Navar. Fragos. proxime* cum pluribus. Probatur quia hujusmodi impedimentum est inductum propter publicam honestatem, & ad vitandam scandalum; hæc autē ratio subsistit quando sponsalia sunt publica, & nullitas occulta. Concilium Tridentinum asserens honestatem non oriri ex sponsalibus invalidis, communiter intelligitur de sponsalibus publicè invalidis, non verò de publicè validis, quorum nullitas est occulta.

P. Sanch. P. Conink. Barbosa. P. Regin. Navar. P. Fragos.

1052 Quid si sponsalia dissoluta fuere mutuo consensu? *Sanchez num.* 21. & alii plures, quos citat, & sequitur *Fragos. cit. num.* 22. *vers. quod si vero*, opinantur, non obstante tali dissolutione, manere impedimentum honestatis, quia hæc inducitur ab Ecclesia ubi semel spōsalia fuere valida. Sed melius dicendum in eo eventu non subsistere publicam honestatem, quia hæc solùm oritur ex sponsalibus perpetuis, qualia non fuerunt illa, quæ mutuo consensu dissoluta, atque extincta sunt. Ita *Barbos. in declarationibus ad Concil. Tridentinum sess.* 24. *cap.* 2.

P. Sanch. P. Fragos. Barbosa.

 cum

Armend. P. Rebel. P. Hurt. Dian. cum *Armendariz*, *Rebello*, & *Hurtad.* quibus accedit *Dian. 3. p. tract. 4. resol. 222.* qui omnes pro hac resolutione referunt declarationem Cardinalium.

1053 Quid si sponsalia nulliter cōtracta celebrata fuere per verba de præsenti? Non obstante eorum nullitate, oriri publicam honestatem, quidquid in contrarium tenent *Fragos. cit. vers. Insuper*: declaravit *sacra Congregatio* apud *Barbosam in declarationibus ad Concilium Trident. sess. 24. cap. 3.* Et sanè ita decidit B. Pius V. motu proprio, qui incipit. *Ad Romanum spectat* editus anno 1568. ibi: *Auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & definimus decretum Concilii hujusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat.* Barbos. B. Pius V.

§. 4.

Qui gradus sint prohibiti ratione cognationis spiritualis?

1054 *Cognatio spiritualis inducta est solo jure Ecclesiastico: per duo tantùm sacramenta contrahitur, Baptismum, & Confirmationem.*

1055 *Tres olim dabantur species cognationis spiritualis.*

1056 *Nunc ex vi Concilii Trident. duæ tantùm dantur species,* Paternitas, & Compaternitas.

1057 *Non contrahitur hæc affinitas ab eo, qui solùm fuit præsens solennitatibus illius, qui domi fuit baptizatus.*

1058 *Quando nullus in Patrinum designatur, sed plures tangunt baptizatum, nullum contrahere cognationem defendit P. Sanch.*

1059 *Probabilius est omnes tangentes contrahere cognationem.*

1060 *Idem dicendum, quando non servata Trident. dispositione, plures designantur, & suscipiunt baptizatum.*

1061 *Si Parochus alium, vel alios designet præter illos, quos parentes designarunt, solùm designati à parentibus contrahunt cognationem.*

1054 QUod attinet ad cognationem spiritualem dicendum est primò esse inductam jure Ecclesiastico per text. in *Cap. De eo*, per text. in *Cap. Si quis filiastrum 30. q. 1.* per text. in *Cap. Veniens de cognatione spirituali*, per text in *Cap. 1. eodem titulo in 6.* Dicendum secundò contrahi per susceptionem duorum sacramentorum, baptismi, & confirmationis per text. in *Cap. 1. de cognatione spirituali in 6.* & per text. in *Cap. Veniens de cognatione spirituali*; per *Concil. Tridentinum sess. 24. cap. 2.* Dicendum tertiò ultra hæc duo Sacramenta non contrahi cognationem spiritualem per ullum aliud, ut decidit text. in *Cap. Finali in fine de cognatione spirituali in 6.*

1055 Inter quas autem personas hujusmodi cognatio spiritualis contrahatur? Respondeo olim dari tres species cognationis spiritualis, quæ dicebantur *Paternitas*, *compaternitas*, & *Fraternitas*. *Paternitas* erat inter baptizantem, & baptizatum; inter confirmantem, & confirmatum; inter Patrinum baptizati, vel confirmati, & ipsum baptizatum, vel confirmatum. *Compaternitas* erat inter parentes baptizati, vel confirmati, & baptizantem, vel confirmantem, & patrinos baptizati, vel confirmati. Præterea extendebantur prædicta *Paternitas*, & *Compaternitas* ad uxores hujusmodi personarum eo quod uxor, & vir sint una, & eadem caro. *Fraternitas* erat inter filios carnales baptizantis, vel confirmantis, vel Patrinorum, & ipsum baptizatum, vel confirmatum. Ita text. in *Cap. de eo 30. q. 1.* text. in *Cap. Veniens*, & text. in *Cap. Martinus de cognatione spirituali.* Et text. in *Cap. 1. eodem titulo in 6.* Hæc stando jure antiquo.

1056 Hodie ex vi Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 2.* non existunt nisi solæ duæ species. *Paternitas*, & *Compaternitas*: omnino sublata est *Fraternitas*. Sed neque *Paternitas* est nisi inter baptizantem cum baptizato, & inter patrinos cum ipso baptizato: similiter inter confirmantem cum confirmato, & inter patrinos confirmationis cum ipso confirmato. *Compaternitas* item inter baptizantem cum patre, & matre baptizati, & inter patrē, & matrē baptizati cū ejus patrinis. Similiter inter patrē, & matrē confirmati cū cōfirmante, & cū patrinis cōfirmati. Extra personas numeratas non fit extēsio ad uxores hujusmodi personarum. Ita expressis verbis Concilium Tridentinum loco citato. Trident.

1057 *Quæres primò*, An hujusmodi cogna-

cognatio contrahatur à Patrino, qui in Ecclesia solùm fuit præsens cæremoniis, & solemnitatibus illius, qui domi fuit baptizatus: Respondeo negativè, quia hic non est Patrinus baptismi, sed ejus solemnitatis. Ita *Barbos. in declarationibus ad Tridentinum loco proximò citato. Navarrus in manuali cap. 22. num. 40. Reginald. lib. 31. num. 154. vers. secundum.* Notandū prætera oportère quòd Patrini tangant baptizatum, aliter non cōtrahitur dicta cognatio spiritualis ut declaravit *Sacra Congregatio* apud *Barbos. in declarationibus ad Tridentinum loco citato.*

Barbos. Navar P. Regin. Barbosa

1058 *Quæres secundò*, An quando nulli Patrini designantur, plures tamen suscipiunt, & tangunt baptizatum, omnes contrahant dictam cognationem? *Sanchez* dicit nullum eorum illam contrahere *lib. 7. de matrim. disp. 57. num. 12.* quia Concil. Tridentinum loco citato disponit quòd Patrinus designetur, & ultra designatum dicit nullum alium contrahere dictam cognationem. Itaquè juxta Concilium Tridentinum solus designatus contrahit hujusmodi cognationem, & in casu præsenti nullus est designatus. Huic sententiæ subscribunt *Suar. 3. p. q. 67. art. 8. ad finem Rodriguez tom. 1. sum. cap. 225. num. 1. notabili 3. Vega tom. 1. sum. cap. 33. casu 40. fine Gallego de cognatione spirituali cap. 12. à num. 9.*

P. Sanch. P. Suar. Rodrig. Vega Gallego

1059 Sed probabilius dicendum videtur omnes contrahere dictam cognationem, quia ita deciditur in *Cap. Finali de cognatione spirituali in 6.* Concilium verò Tridentinum non illud restrinxit quoad hunc casum, sed solùm monet, ut designetur Patrinus, & ultra designatum dicit nullum alium Patrinum contrahere dictam cognationem. Quid autem faciendum sit quando, non obstante ipsius Concilii monitione, nullus Patrinus designatur, sed plures accedunt, & suscipiunt baptizatum, id Concilium Trident. non decidit, sed relinquit juri communi deciso in *Cap. Finali*; maximè quia jus novum non est censendum correctorium antiqui, nisi quoad casus in novo expressos, juxta text. in *L. Præcipimus C. de appellationibus.* Accedit quòd ita declaratum esse à sacra Congregatione referunt *Barbos. in remissionibus ad Concilium Trident. sess. 24. cap. 2. Rebellus de obligationibus justitiæ p. 2. lib. 3. q. 6. num. 5. & in appendice ad lib. 4. num. 95. Reginald. lib. 31. num. 152.* Et sanè. Ita sentiunt *Navar. Graffis, Ledesma, Filiarchus, Valdus, Sâ, Coninck*, & *Henriq.* quos latè refert *Barbosa loco citato.*

Barbosa P. Rebel. P. Regin. Navar. Graffis Ledesma Filiarch. Vrald. P. Sâ P. Conink P. Henriq

1060 Idem dicendum contra *Sanchez cit. num. 13.* & *Suar. cit. vers. sed quæres.* Quando, non obstante dispositione Tridentini, quod unus tantum adhibeatur Patrinus, plures designantur; Idem, inquam, dicendum est, quia Concilium Tridentinum solùm dicit quòd unus designetur, non verò quòd si plures designentur, hi omnes non contrahant dictam cognationem spiritualem, unde Concilium Trident. non derogat juri communi decidenti omnes contrahere talem cognationem, prout habetur *Cap. Finali de cognatione spirituali in 6.* Et id ita declaravit *sacra Congregatio* apud *Barbos. in remissionibus ad Tridentinum loco citato* ibi: *censuit sacra Congregatio quòd cùm plures suscipiunt, omnes contrahunt cognationem. si plures sint electi, vel nullus; sin unus est electus, ille tantùm contrahit, &c.*

Barbos.

1061 Quid si ultra designatos à parentibus, Parochus alium, vel alios Patrinos designet? Respondeo, si omnes susceperunt, solos designatos à parentibus fuisse veros Patrinos, quia Parochus non habet jus designandi nisi in defectu parentum, quando scilicet parentes non designant. Ita *Sanchez cit. num. 17.* Quid si soli designati à Parocho susceperunt? Plures Doctores existimant tunc tales designatos à Parocho esse veros patrinos. Sed probabilius dicendum cum *Sanchez cit. num. 20.* non esse veros patrinos, quia nullus habet jus eligendi, nisi in defectu electionis parentum.

P. Sāchez

§. 5.

Qui gradus sint prohibiti ob cognationem legalem?

1062 *Cognatio legalis provenit ex adoptione: hæc vel est perfecta, vel imperfecta.*

1063 *Aliqui contendunt cognationem legalem oriri ex adoptione tam perfecta, quàm imperfecta.*

1064 *Probabilius est oriri ex sola adoptione perfecta.*

1065 *Tres sunt species cognationis legalis, quæ resultant ex adoptione perfecta.*

1066 Pri-

1066 *Primam speciem cognationis legalis dirimere matrimonium tenent omnes doctores.*

1067 *Secundam speciem probabilius est dirimere matrimonium.*

1068 *Idem dicendum de tertia specie.*

1062 Quod attinet ad cognationem legalem, quæ nimirum provenit ex adoptione, dicendum est adoptionem, aut esse perfectam, per quam scilicet adoptatus transit in adoptantis potestatem, illique succedit, quæ adoptio dicitur arrogatio: aut esse imperfectam, per quam adoptatus non transit in adoptantis domum, ac potestatem, quæ adoptio dicitur simplex adoptio. Ita habetur §. *adoptio Institut. de adoptione.*

1063 Dubium est, An cognatio legalis matrimonium dirimens oriatur solùm ex adoptione perfecta, an etiam ex imperfecta? Plures Doctores apud *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 63. num.* 8. quibus subscribit *Barbos. de offic. & potest. ue Episcopi allegat. 51. num. 189.* dicunt oriri ex utraque adoptione, quia jura loquuntur indistinctè, ut patet ex text. §. *Ergo non omnes*, & ex text. §. *Inter eas. Institut. de nuptiis*: ex text. in L. *Quin etiam 55.* ex text. in L. *Per adoptionem 17. ff. de ritu nuptiarum*, ex text. in *Cap. unico de cognatione legali*, Et ex text. in *Cap. Adoptionem 30. q. 3.* Barbos.

1064 Sed probabilius videtur prædictam cognationem legalem solùm oriri ex adoptione perfecta, per quam scilicet adoptatus defertur in domum adoptantis, & transit in ejus potestatem. Probatur quia ea sola èst absolutè adoptio; adoptio imperfecta est potiùs dispositio ad adoptionem, quam adoptio, ut docet D. Thom. *D. Thom. in 4. dist. 42. art. 1. ad 1.* Et P. Sãchez confirmatur quia jus dirimens matrimonium est odiosum; ut pote destructivum sacramenti, cui semper favendum est: debet ergo tale jus restringi, & sumi in sensu rigoroso. Accedit quòd non est eadem ratio de adoptione imperfecta, nam per hanc adoptatus non adsportatur domum adoptantis, nec transit in ejus potestatem. Et ita cum pluribus docet P. Sãchez *Sanchez cit. n. 9.*

1065 An autem omnes tres species cognationis legalis, quæ resultant ex adoptione perfecta dirimant matrimonium? Nam tres sunt hujusmodi species cognationis legalis. *Prima* est linea recta inter adoptantem, & adoptatum, ac adoptati descendentes. De hac text. §. *Ergo non omnes. Instit. de nuptiis. Secunda* est linea collateralis, seu transversa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis. De hac text. §. *Inter eas Institut. de nuptiis*, & text. in *Cap. Unico de cognatione legali.* Et text. in *Cap. Adoptionem. 30. q. 3. Tertia* est per modum cujusdam legalis affinitatis inter adoptantem, & uxorem adoptati, & è contra inter adoptatum, & uxorem adoptantis. De hac textus in L. *Adoptivus 14. ff. de ritu nuptiarum.*

1066 Quæritur ergo, An omnes hæ tres cognationis legalis species dirimant matrimonium? Et quidem quoad primam speciem lineæ rectæ inter adoptantem, & adoptatum, & adoptati descendentes, omnes Doctores apud *Sanch. cit. num. 12.* conveniunt dirimere matrimonium, quia ita exprimitur in textibus, & juribus citatis.

1067 Quoad secundam speciem lineæ collateralis, seu transversæ inter adoptatum, & filios carnales adoptantis probabilius est dirimi matrimonium per text. in *Cap. Unico de cognatione legali*: ibi *Si qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quamdiu durat adoptio inter me, & ipsam, nuptiæ consistere non possunt*; ubi illud verbum (non possunt) tollit potentiam ad contrahendum, ut multis probat *Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 38. num. 20.* Quare hanc sententiam cum *gloss. verbo quod autem 33. q. 3.* & *dicto Cap. Unico de cognatione legali in fine*, & cum torrente Doctorum contra aliquos latè tenet *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 63. num. 15.* P. Sãchez

1068 Quoad tertiam speciem illius quasi affinitatis legalis inter adoptantem, & uxorem adoptati, & è contra inter adoptatum, & uxorem adoptantis, etiam dicendum est per eam dirimi matrimonium juxta text. in *Cap. Unico de cognatione legali*, & juxta text. in *Cap. Adoptionem 30. q. 3.* Ut communiter docent Doctores apud *Sanchez lib. 7. disp. 63. n. 13. & 17.*

(*)

TRACTATUS VIII.

DE SATISFACTIONE.



NA erit, & altera disputatio. Prima de satisfactione secundum se. Secunda de satisfactione, prout est tertia pars hujus sacramenti.

DISPUTATIO I.

DE SATISFACTIONE SECUNDUM SE.



Uæ sunt sectiones. Prima petit: An possit homo, & teneatur in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali alterius vitæ? Secunda: Quæ conditiones requirantur ad hujusmodi satisfactionem de condigno.

SECTIO PRIMA.

An possit homo, & teneatur in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali alterius vitæ

1. *Remissa culpa, & pœna æterna, manet in nobis reatus pœnæ temporalis. Remissive.*
2. *An possit homo satisfacere de congruo pro tali pœna temporali luenda in purgatorio?*
3. *Qualiter nobis applicetur satisfactio, & merita Christi?*
4. *Refertur sententia negans posse hominem in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali.*
5. *Præfertur resolutio affirmativa.*
6. *Ejus fundamenta.*
7. *Destruitur fundamentum opinionis contrariæ.*
8. *An homo teneatur ad hujusmodi satisfactionem? Et proponitur opinio quæ affirmat.*
9. *Præponitur resolutio negativa.*
10. *Enodantur contrariæ sententiæ fundamenta.*



Uppeno aliquando remissa culpa, & pœna æterna relinqui in nobis reatum pœnæ temporalis, in quam Deus commutat pœnam æternam, ut constat ex dictis *tractat. 1. disput. 2. sect. 5.*

2 *Prima difficultas est:* An possit homo in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali luenda in Purgatorio? & nomine satisfactionis intelligimus compensationem, quæ tunc fit quando loco pœnæ Purgatorii ponimus aliquod opus illi æquivalens; & non est dubium posse hominem in hac vita aliquo modo saltem de congruo satisfacere pro pœna Purgatorii. Ita videtur definiri in *Trident. sess. 14. cap. 8. & 9.* ex quo, & pluribus testimoniis Sanctorum Patrum id communiter probant Doctores Catholici contra Hæreticos apud *Bellarm. l. 4. de Pœnitentia à cap. 5. Val. d. 7. q. 14. puncto 2. & Suar. disp. 37. sect. 1.* *Trident.* *P. Bellar.* *P. Valent.* *P. Suar.*

3 Neque obstat Hæreticorum argumentum quatenus dicunt nostra opera non habere rationem satisfactionis, sed solùm esse conditionem; ut nobis applicetur satisfactio Christi, & id probant, quia sufficit satifactio Christi: ergo nostra est superflua. Non, inquam, hoc obstat, quia eadem videtur ratio de merito, ac de satisfactione; atqui non solùm nobis applicantur merita Christi, sed etiam nos per nostra opera meremur: ergo etiam non solùm nobis applicabitur satis-

factio

factio Christi, sed etiam nos per nostra opera satisfaciemus.

Instant. Satisfactionem Christi esse infinitam: ergo illa sufficit: respondetur esse quidem infinitam in se: attamen nobis applicari finito modo; & declaratur exemplo meritorum ipsius Christi, quæ etiam sunt infinita, at nobis non applicantur infinito modo, sed quantum satis est ad juvanda nostra opera, ut etiam illa habeant rationem meriti in sua quantitate, & similiter dicendum de satisfactione.

Durand. Ledesma Medina

4 *Tota difficultas est*: An possit homo in hac vita satisfacere de condigno? Negare videntur *Durand. in 4. dist. 15. q. 5. ad 2. Ledesma 2. p. 4. q. 12. & Medina codice de satisfactione q. 1. in fine.* Fundamentum est, quia pœna hujus vitæ non est ejusdem pretii, & rationis cum pœna Purgatorii; ac proinde non est illi æquivalens, unde non ex justitia, sed ex misericordia acceptatur loco illius.

D. Thom. Richard. Durand. D. Anton. P. Bellar. P. Suar. P. Coninck P. Lugo P. Hurt. P. Valent. P. Henriq. P. Vasq. P. Tanner. P. Fagund. P. Molin. P. Laymã.

5 Nihilominus vera est resolutio affirmativa, quam communiter docent omnes Theologi cum *Divo Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. quæstiunc. 1. Richard. ibidem art. 1. q. 2. Durand. q. 1. art. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 20. Bellarmin. citatus cap. 7. Suar. sect. 9. Coninck d. 10. dub. 3. num. 19. Lugo disp. 24. num. 28. Hurt. disp. 13. diffic. 3. Valent. q. 14. puncto 3. Henriq. l. 5. cap. 18. num. 3. Vasq. q. 94. art. 1. dub. 3. Tanner. q. 7. num. 50. Fagund. pr. 2. l. 9. cap. 2. num. 17. Mol. tract. 2. tom. 3. disp. 715. Layman tract. 6. cap. 15. n. 3.*

6 Probatur primò ex Tridend *sess. 14. cap. 8.* & *9.* ubi asserit posse nos satisfacere pro pœna Purgatorii, seu temporali, & non debet intelligi de satisfactione de congruo, nam de congruo etiam possumus satisfacere pro pœna æterna. Eodem modo loquitur *sess. 6. cap. 14.*

P. Turriã.

Secundò, & clarius probari potest ex Bulla Pii V. & Gregorii XIII. contra Michaelem Bayum apud *Turrianum tract. de gratia opusc. 15.* Ubi damnatur ipsius Michaelis propositio 73. quæ habet sic: *Satisfactiones laboriosæ justificatorum non valent expiare de condigno pœnam temporalem restantem post culpam condonatam.* Quam propositionem etiam damnavit Urbanus VIII. novissimè sua illa Bulla edita anno 1643. quæ incipit, In eminenti. Tertiò probatur ratione, quia non sunt nostra opera minus efficacia in ratione satisfactionis, quàm in ratione meriti; atqui possunt mereri de condigno gloriam alterius vitæ: ergo etiam satisfacere pro pœna illius.

7 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, nam ad satisfactionem de condigno non requiritur æqualitas physica, sed sufficit æqualitas moralis. Adde quòd minus æqualia sunt nostra opera cum gloria æterna, quàm cum pœna temporali: & tamen æquant gloriam æternam: ergo etiam pœnam temporalem: Utrùm verò ad hanc condignitatem requiratur divina acceptatio? dicemus infra *n. 45.*

Paludan. Caiet. P. Valent. Magister. D. Thom. P. Bellarm.

8 *Secunda difficultas*: An teneatur homo ad hujusmodi satisfactionem? Affirmant *Paludan. in 4. dist. 17. q. 1. a. 1. Caietan. 3. p. q. 84. art. 7. Canus relect. de pœnit. p. 3. & 4. Valent. q. 14. puncto 4. Magister in 4. dist. 16. & D. Thom. ibi*; Accedit *Bellarmin. l. 4. de pœnit. cap. 12. Probatur primò* ex illo Mathæi, & Lucæ 3. *num. 8. Facite fructus dignos pœnitentiæ*, quem locum expendens *Magister in 4. d. 16.* Ioannes, *inquit*, præcepit satisfactionem naturali utique, non positivo præcepto. *Secundò* probatur ex illo Joelis 2. *num. 12. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu*, quæ opera omnia sunt satisfactoria, & præcipiuntur.

Tertiò ex Concilio Tridentino *sess. 6. cap. 14.* ubi loquens de pœnitentia requisita dicit in ea contineri satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ unà cum culpa in sacramento remittitur, sed pro pœna temporali, &c. Eòdem tendunt plura Sanctorum Patrum testimonia, quæ latè congerunt *Bellarmin. cit. & Suar. citat. sect. 7. n. 3.*

Sotus. P. Vega. Richard. Cordub. P. Henriq. P. Taner.

9 Nihilominus communis, & vera est contraria resolutio negativa, quam tenent *Sotus dist. 20. q. 2. art. 2. Vega l. 13. in Trident. cap. 22. Richardus art. 6. Corduba l. 5. de indulgent. q. 5. 8. 10. Henriq. l. 5. cap. 20. num. 1. & 2. Tanner. q. 8. num. 32. Probatur primò* ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 8.* Ubi loquens de satisfactione solùm dicit eam esse securiorem viam, & necessariam non simpliciter, sed ad perfectam animæ liberationem, seu puritatem, &c. *Secundò* proba-

Secundò probatur, quia sequeretur peccare mortaliter eum, qui etiam impleta pœnitentia sacramentali, quam novit nō æquare pœnam debitam non adhiberet alias pœnitentias, jejunia, eleemosynas, &c. Quod est contra communem sensum, & praxim Ecclesiæ. *Tertiò* quia posse satisfacere in hac vita pro pœna temporali alterius est gratia, ac privilegium: & nemo tenetur illo uti.

10 *Ad primum fundamentum* opinionis contrariæ respondetur Magistrum loco citato debere intelligi de satisfactione pro peccatis, quoad culpam, de qua est naturale præceptum: non de satisfactione pro pœna temporali, de qua non est naturale, neque positivum præceptum. *Ad secundum* respondetur locum Joelis intelligi de satisfactione requisita ad perfectam animæ liberationem quo ad culpam, & quoad pœnam. Et de eadem loquitur Concilium Tridentinum, & intelligendi veniunt Sancti Patres; unde patet solutio ad tertium.

SECTIO SECUNDA

Quæ conditiones requirantur ad hujusmodi satisfactionem de condigno?



PLures exigi solent conditiones, quæ ut plenius intelligantur per sequentes titulos, ac difficultates examinandæ erunt.

§. 1.

An requiratur status gratiæ?

11 *Proponitur sententia negativa.*
12 *Proponitur resolutio affirmativa.*
13 *Illius fundamenta.*
14 *Solvitur argumentum sententiæ negativæ.*

11 

PRima difficultas: An status gratiæ sit necessarius? Negant *Scotus in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. Maior. q. 1. Gabriel dist. 16. q. 2. art. 3. dub. 3. Medina tract. 3. q. 5. dub. ult. Navarrus cap. 1. de pœnit. d. 6. num. 47.* Probari solet exemplo illius, qui propter delictum meretur abscisionem manûs, nam hic, si ei manus abscindatur; tametsi non existat in gratia Principis, satisfacit debito pœnæ ad æqualitatem.

Scotus
Maior.
Gabriel.
Medina
Navar.

12 Nihilominus tenenda resolutio affirmativa cum D. *Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. quæstiunc. 2. Ledesma in 4. 2. p. q. 13. art. 2. & 3. Marsilio in 4. q. 11. art. 2. Adriano q. 1. de satisfactione, & quodlibeto ultimo, Cait. tom. 1. opusc. tract. 6. q. 2. Petro Soto lect. ultima de satisfact. Alexandro 4. p. q. 85. Suario citato sect. 2. n. 3.* Accedunt *Lugo disp. 24. n. 24. Hurtad. disp. 13. diffic. 4. Coninck disp. 10. dub. 4. Vasquez q. 94. art. 1. disp. 4. num. 3. Henriq. l. 5. cap. 18. num. 3. & cap. 20. num. 8. Valent. q. 14. punct. 3. Tanner. citat. q. 8. n. 34.* & alii.

D. Thom.
Ledesma
Marsil.
Adrian.
Caiet.
Soto
Alexand.
P. Suar.
P. Lugo
P. Hurt.
P. Coninck
P. Vasq.
P. Henr.
P. Valent.
P. Tanner.

13 Probatur primò ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 8.* ibi *Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit conformes efficimur, certam quoque inde arrham accipientes, quòd si compatimur, & conglorificabimur, &c.* Ubi ponderandum est dicere Concilium nos satisfaciendo conformari Christo, & accipere arrham gloriæ, quæ duo non fiunt nisi per gratiam sanctificantem. Confirmatur ex sequentibus verbis, quæ subdit idem Tridentinum ibidem *Omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus facientes fructus dignos pœnitentiæ, &c.* Ubi sanctum Concilium eodem modo requirit vitam gratiæ ad meritum, ac ad satisfactionem; ad meritum autem de condigno requiritur status gratiæ: ergo.

Deinde probatur ratione, quia satisfacere de condigno est efficere aliquid dignum remissione pœnæ, imo in hoc distinguuntur satisfacere, & satispati, quòd satisfacere est efficere aliquid dig-

num remissione pœnæ; satispati non ita, sed pati ipsam pœnam debitam; v. g. satisfacere pro pœna abscisionis manûs est offerre, seu efficere aliquid æquivalens abscisioni manûs: satispati vero est pati ipsam abscisionem manûs. At existens in peccato mortali non potest efficere aliquid dignum remissione pœnæ: habet enim se remissio in hoc casu per modum præmii, & retributionis, qua existens in peccato mortali non est dignus.

14 Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, dicendum enim est, illum, cui manus abscinderetur non existenti in gratia Regis non satisfacere pro pœna, sed satispati: nostra vero quæstio non procedit de satispassione, sed de satisfactione propriè dicta.

§. 2.

An existens in peccato mortali possit satispati?

15 *Refertur sententia, quæ affirmat.*
16 *Præfertur probabilior resolutio, negativa.*
17 *Dilluuntur argumenta sententiæ affirmativæ.*

15 QUæres: Utrùm existens in peccato mortali possit in hac vita saltem satispati pro pœna temporali? Affirmare videtur D. *Thom. in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. ad 5. & certè affirmant Scotus dist. 21. q. 1. Durand. q. 2. Gabriel. 16. q. 5. art. 3. dub. 2.* quos sequitur *Navar. de pœnit. dist. 6. cap. 1. n. 46. Vega 4. in Trident. cap. 6. Medina codice de satisfactione q. 2. Coninck disp. 10. dub. 5. Hurtado de pœnit. disp. 13. diffic. 5. Lorca in 1. 2. disp. 55.* qui omnes asserunt non solùm existentem in peccato mortali in hac vita, sed etiam damnatum in Inferno posse satispati pro pœna temporali, ac proinde damnatos in Inferno, licet nunquam satispatiantur pro peccatis, quæ deferunt ex hac vita, non condonatis quoad culpam, satispati pro illis, quæ deferunt cōdonata quoad culpam, non dum remissa quoad pœnam temporalem: quam pœnam temporalem dicunt remitti, & extingui in Inferno per satisfactionem.

D. Thom. Scotus Durand. Gabriel. Navar. Vega Medina P. Coninck P. Hurt. Lorca

Et probatur primo, quia satispati est pati pœnam debitam, ergo qui debebat pœnam unius anni, & eam passus est, satispassus est. *Secundò*, quia si damnatus pro pœnâ temporali puniretur pœnâ æternâ, puniretur ultra condignum, quod est alienum à justitia, & misericordia divina. *Tertiò* exemplo illius, qui propter delictum meretur abscisionem manûs, nam hic cùm primùm illi manus abscinditur, licet non sit in gratia Regis, satispatitur, ergo &c.

16 Nihilominus probabilior est contraria resolutio negativa quā certè tenet D. *Thomas, & communis Theologorum*, quos *cum Henriq. Valentia, & Vasq.* citat & sequitur *Tanner. ubi proxime num. 36.* accedunt *Suar. cit. num. 10. Lugo disp. 10. num. 35.* Et probatur ex communi modo sentiendi fidelium, & loquendi Sanctorum Patrum apud Doctores citatos, quatenus dicunt in Inferno nullam esse spem diminutionis, aut refrigerii. *Quis audacter dixerit* (scribit D. Aug. Ps. 105. columna 2.) *alicujus pœnam mitigari, aut quibusdam intervallis habere aliquam pausam, quando quidem unam stillam dives ille non meruit.* Et certè hic est modus loquendi sacræ scripturæ Isaiæ ultimo, & Marci 9. *Vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur, &c.* Extingueretur autem magna ex parte si decursu annorum pœnæ temporales remitterentur.

D Thom. P. Henriq. P. Valent. P. Vasq. P. Tanner. P. Suar. P. Lugo.

Deinde ostenditur ratione, quia Deus non acceptat pœnam passam ab inimico, quà inimico, & hujus ratio est, quia diverso modo punit Deus, & diverso modo puniunt homines: hi puniunt ad exemplum; Deus præcipue punit propter ipsam compensationem debitam, quæ consistit in quadam adæquatione pœnæ cum culpa, ad quam adæquationem pertinet, ut qui voluntariè peccavit, voluntariè patiatur, & qui inimicus deliquit doleat amicus.

17 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ. *Ad primum* respondetur satispati esse pati pœnam debitam debito modo, qui si desideretur, dabitur quidem passio, non tamen satispassio. *Ad secundum* respondetur damnatum, qui pro pœna temporali patitur pœnam æternam, non puniri ultra condignum, licet enim solùm mereatur pœnam temporalem meretur illam, quam patiatur, ut amicus, & quandiu hæc ita non solvitur, semper manet reus, & dignus illa. *Ad tertium* dicendum est, aliud esse loqui de pœna apud homines, aliud de pœna

na apud Deum; homines puniunt ad exemplum aliorum, unde non tam respiciunt ipsam compensationem intrinsecam, quæ etiam importat debitum modum, quàm quantitatem pœnæ pro quantite culpæ, non attendendo ad modum, Deus vero præcipuè respicit ipsam compensationem intrinsecam importantem amicabilem patiendi modum ab amico, ut amico.

§. 3.

An requiratur, quòd opus sit honestum, supernaturale, & elicitum ex intentione satisfaciendi?

18 *An requiratur quòd opus sit honestum, & supernaturale?*
19 *An satisfactio crescat in opere juxta maiorem bonestatem voluntatis, à qua procedit.*
20 *An requiratur quòd opus sit aliquo modo supernaturale?*
21 *An quòd sit elicitum ex intentione satisfaciendi? Proponitur opinio affirmativa.*
22 *Præponitur resolutio negativa.*
23 *Respondetur argumento primæ opinionis.*

18 S*Ecunda difficultas*: An requiratur quòd opus sit honestum, supernaturale, & ex intentione satisfaciendi. Quod attinet ad primum respondetur opus satisfactorium debere esse honestum. Ita communis Theologorum cum *D. Thom. disp.* 15. *q.* 1. *art.* 4. *q.* 1. *Sotus d.* 19. *q.* 3. *art.* 3. *Palud.* *in* *q.* 1. *num.* 10. *Henriq. l.* 5. *cap.* 2. *Tanner.* *q.* 8. *num.* 40. *Suar. disp.* 37. *sect.* 3. *n.* 2. Probatur quia satisfactio ordinatur ad honorem Dei, & ad emmendam satisfacientis, ut docent Concilium Tridentinum sess. 14. canone 14. & 18. solùm autem opus honestum ad utrumque finem est accomodatum. Et confirmatur quia satisfactio est per modum meriti, cui loco præmii correspondet remissio pœnæ: at vero apud Deum solum opus honestum potest esse meritum, seu per modum meriti.

D.Thom. Sotus Palud. P.Henriq. P.Tanner. P.Suar.

19 Utrùm verò satisfactio crescat in opere juxta maiorem honestatem voluntatis, à qua procedit? Quod idem est, ac quærere, An flagellatio procedens à voluntate honesta ut octo sit magis satisfactoria, quàm procedens à voluntate honesta ut quatuor. Pro parte negativa facit quòd honestas videtur respicere solam rationem meriti: & sola pœnalitas rationem satisfactionis, unde in opere magis honesto, & æquè pœnali sola accrescet ratio meriti, non verò satisfactionis.

Tenenda tamen resolutio affirmativa cum *Suar. sect.* 6. & *Lugo num.* 33. Fundamentum patet ex dictis, quia forma satisfactionis non est sola pœnalitas, sed etiam honestas: ergo quòd hæc fuerit maior, licet pœnalitas sit æqualis, erit & satisfactio maior. P.Suar. P.Lugo.

20 *Quod attinet ad secundum*: An requiratur quòd opus sit aliquo modo supernaturale? Respondetur affirmative cum *Suar. sect.* 3. *num.* 3. *Tanner. proxime num.* 41. Et probatur; quia satisfactio est per modum meriti, idque præmii supernaturalis, tale enim est remissio pœnæ Purgatorii in ordine ad videndum Deum: at verò meritum præmii supernaturalis debet esse supernaturale, & hujus ratio est, quia meritum exigit præmium, & hoc illi debetur; præmium autem supernaturale debet esse supra omne debitum, & exigentiam naturæ. P. Suar. P.Tanner.

21 *Quod attinet ad tertium*: An requiratur, quòd opus sit elicitum ex intentione satisfaciendi? Affirmant *Henriq. quodlibeto* 4. *q.* 18. *& alii apud. Suar. citatum sect.* 5. Et probatur, quia satisfactio est actus justitiæ vindicativæ, & hic talis non est, nisi fiat ex intentione satisfaciendi. Explicatur exemplo illius, cui debes decem aureos, & absque animo solvendi totidem donas, tunc enim non solvis debitum, sed aliquid donas, unde concludi videtur eum qui absque intentione satisfaciendi flagellationes, jejunia, & eleemosynas operatur, mereri quidem, non tamen satisfacere. P.Henriq.

22 Dicendum tamen etiam satisfacere. Ita *Suar. citatus sect.* 3. *num.* 5. *&* *Lugo num.* 43. *Probatur primò*: quia ad merendum non est necessaria intentio merendi, sed bene operandi, & placendi Deo: ergo etiam ad satisfaciendum non erit necessaria intentio satisfaciendi. *Secundò*; quia intentio placendi Deo propter ipsum est perfectior quàm intentio satisfaciendi, & non est credibile quòd non satisfaciat homo Deo per opus perfe- P.Suar. P.Lugo

 ctius.

ctius *Tertio* quia qui intendit bene operari, virtualiter, & implicite, intendit suum bonum spirituale, cujus magna pars est satisfactio.

Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur ad satisfactionem non requiri, quòd fiat per actum elicitum ex motivo justitiæ, sed solùm quòd compensetur debitum, & ponatur æquale. *Ad exemplum* illius, cui debes dicendum est te re ipsa non donare, sed solvere, quòd si præter illos aureos, quos solvis totidem alios titulo & nomine solutionis velis donare, liberaliter facis.

§. 4.

An requiratur, quòd opus sit pœnale?

24 *Refertur prima sententia negativa.*
25 *Refertur secunda sententia affirmativa.*
26 *Authoris judicium.*
27 *Omne opus meritorium in hac vita est de se pœnale.*
28 *Si aliquod daretur quod de se non esset pœnale, nec satisfactorium.*
29 *Solvuntur rationes primæ sententiæ negativæ.*
30 *Unde desumatur ratio meritorii, & satisfactorii?*
31 *Maior pœnalitas auget satisfactionem, & maior honestas meritum.*

24 Tertia difficultas: An requiratur quòd pœnale sit? Et duæ circumferuntur sententiæ. Prima negativa, quam tenent *Victoria in summa num.* 202. *Sotus disp.* 19. *q.* 2. *art.* 2. *Ledesma q.* 14. *art.* 2. *d.* 2. *Henriq. l.* 5. *cap.* 19. *num.* 5. *Vasquez q.* 94. *art.* 1. *d.* 5. & *Scotus dist.* 15. *q.* 1. quibus accedit *Coninck disp.* 10. *num.* 29. Fundamentum est *primò*, quia satisfacere est efficere aliquod opus dignum remissione pœnæ, & tale est omne opus honestum, quo Deo placemus, licèt non sit afflictivum, nec afferat pœnam. *Secundò* quia omne opus bonum, licèt pœnale non sit, est meritorium gloriæ, & omne meritorium gloriæ est meritorium non punitionis, nam punitio & gloria sunt contraria. *Tertiò*, quia ut omnes concedunt per actum amoris Dei summa cum delectatione elicitum satisfacimus.

Victoria
Sotus
Ledesma
P. Henriq.
P. Vasq.
Scotus
P. Coninck

25 *Secunda sententia* huic contraria affirmat omne opus satisfactorium debere esse pœnale, eam defendunt D. *Thom. in* 4. *disp.* 15. *q.* 1. *art.* 5. *quæst. unc.* 1. D. *Bonac.* 2. *p. dist. art.* 1. *q.* 3. *ad* 4. *Richard. art.* 1. *q.* 3. *Durand. q.* 5. *Paludan. q.* 3. *Maior. q.* 2. *d.* 2. *Alexander.* 4. *p. q.* 84. *memb.* 2. *art.* 2. *Adrianus q. ult. de satisfactione Sylvester. verbo satisfactio q.* 8. *Viguerius cap.* 26. §. 4. *vers* 21. *Suar. disp.* 37. *sect.* 6. *num.* 1. accedunt *Lugo proxime num.* 37. *Valentia q.* 14. *punct.* 3. *Bellarm. l.* 4. *de pœnit. cap.* 4. *Hurtad. disp.* 13. *diffic.* 6. *Ochagavia tract. ult. q.* 5. Probatur in primis ex Tridentino *sess.* 14. *cap.* 8. Ubi opera satisfactoria appellantur pœnæ, ibi: *Magnopere à peccato revocant. & quasi fræno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ &c.* Et paulo infra, *Satisfaciendo*, inquit, *patimur pro peccatis.* Consonat Chatechismus Romanus ejusdem Concilii Tridentini jussu editus. in explicatione Sacramenti pœnitentiæ *num.* 74. ubi expresse asserit opus satisfactorium oportere esse pœnale. Deinde ostenditur ratione, quia satisfacere in hac vita pro pœna alterius, est facere in hac vita aliquid æquivalens pœnæ alterius; at solum opus, quod in hac vita habet rationem pœnæ, est æquivalens pœnæ alterius vitæ; non enim sola honestas nisi admisceatur aliquid pœnæ, æquivalet pœnæ: ergo.

D. Thom.
D. Bonav.
Richardd.
Durand.
Palud.
Alexand.
Adrian.
Sylvest.
Viguer.
P. Suar.
P. Lugo
P. Valent.
P. Bellar.
P. Hurtad.
Ochagav.

26 Nihilominus neutra harum sententiarum plene satisfacit, quia utraque videtur supponere dari aliquod opus meritorium in hac vita, quod de se non sit pœnale.

27 *Dico igitur primò*: Omne opus meritorium in hac vita est de se pœnale, & consequenter satisfactorium. Ita certe, si recte intelligantur, sentiunt *Victoria*; *Sotus*, *Caiet.* *Navarrus*, *Henriquez*, *Valent*; & *Vasquez locis citatis*, Et hoc probabile dicit *Suar. cit. num.* 8. aperte innuit *Hurtado*, & docet *Lugo locis citatis* Probatur *primò* quia omnis actus vitii est de se delectabilis, idcirco dicunt Theologi cuilibet respondere aliquam pœnam sensûs, at verò omnis actus virtutis est contrarius alicui actui vitii; ergo omnis de se affert pœnalitatem, saltem carentiam illam delectabilitatis, quæ vitio inest. *Secundò* quia confessarius potest imponere pœnitenti in pœnitentiam quemlibet actum honestum: ergo quilibet est de se pœnalis. *Tertiò* probari potest ex Trident. *sess.* 14. canone 13. ubi opera satis-

Victoria
Sotus
Caiet. in:
Navar.
P. Henri
P. Valen
P. Vasq.
P. Lugo

satisfactoria pœnas vocat, & illa numerando dicit fieri jejuniis orationibus, eleemosynis, vel aliis etiã pietatis operibus &c. Et nomine aliorum pietatis operum videtur comprehendere omnia alia opera sancta, & honesta: ergò.

28 *Dico secundò*: Si aliquod in hac vita daretur opus meritorium, quod de se non esset pœnale, neque foret satisfactorium. Hoc videntur concludere Doctores citati pro secunda sententia, nec non eorum fundamenta; quibus subscribo.

29 *Neque obstat primò* quòd adhuc tale opus esset dignum remissione pœnæ, id enim falsum est; solùm esset dignum augmento gratiæ, & gloriæ. *Non obstat secundò* sequi ex eo quod sit meritorium gloriæ, esse quoque meritorium non punitionis, nam id etiam falsum est; pœna, & gloria solum contrariantur pro eodem tempore: & bene potest stare jus ad gloriam futuram cum reatu pœnæ temporalis præsenti. *Non obstat tertiò* satisfacere nos per amorem Dei cum summa delectatione elicitum, id enim est, quia talis actus supernaturalis de se corpori, & sensui pœnam affert, ut constat ex dictis; licet ea peraccidens à sanctis viris non sentiantur propter concupiscentiam carnis jam domitam, vel propter inadvertentiam, quam fervor animi inducit.

30 *Notandum tamen est*: licet omne opus meritorium in hac vita sit satisfactorium, rationem tamen meritorii præcipuè desumi ex honestate; satisfactorii verò præcipuè ex pœnalitate, unde sequitur ex duobus operibus, quorum alterum est magis honestum, alterum magis pœnale: primum esse magis meritorium, secundum magis satisfactorium.

31 Et ita tenent communiter Doctores apud *Hurt: loco citato*. Non tamen sequitur duo æquè pœnalia, quorum alterum est magis honestum, esse æque satisfactoria, nam cum æquali pœnalitate præponderat maior honestas, à qua etiam licèt minus præcipuè desumitur ratio satisfactionis, ut patet ex dictis, & notat *Lugo citatus num. 42. fine*. P. Lugo

(✠)

§. 5.

An requiratur, quòd opus sit supererogationis, & non aliunde debitum ex præcepto?

32 *Præponitur opinio quæ affirmat.*
33 *Præponitur resolutio negativa.*
34 *Solvuntur argumenta primæ opinionis.*

32 QUarta difficultas: An requiratur quòd sit supererogationis, & non aliunde debitum ex præcepto? Affirmant. *Paludan. dist. 15. q. 1. art. 2. Maior. q. 2. d. 1. Almain. q. 1. Scotus d. 15. q. 1. Gabriel. d. 16. q. 2.* & *Capreolus d. 15. q. 1. art. 3.* adde *Archidiaconum apud Sylvestrum verbo: satisfactio q. 8.* Eorum fundamentum est, quia non potest duplici debito unica solutione satisfieri. Et confirmatur *primò* quia, si quis voveat jejunium, non satisfacit per jejunium aliàs præceptum. *Secundò* si confessarius imponat pœnitenti auditionem missæ, pœnitens non satisfacit per missam aliunde præceptam. *Tertiò* quia aliàs non oporteret homines aliquid facere in remissionem peccatorum, implendo enim præcepta satisfacerent. Paludan. Maior. Almain. Scotus Gabriel. Capreolus Archidiac.

Nihilominus amplectenda contraria resolutio quam tenent *Caiet. tomo. 1. opusc. tract. 6. q. 1. Adrian. q. 3. de satisfactione; Sotus disp. 19. q. 2. art. 1. Petrus Sotus lect. ultima de satisfact. Victoria in sum. num. 203.* qui contrariam sententiam erroneam appellat. *Tanner. citat. q. 8. num. 40. Vasq. q. 94. art. 2. dub. 9. Valent. q. 14. p. 3. Henriq. l. 5. cap. 19. num. 5.* quibus accedunt *Suar. disp. 37. sect. 4. Lugo disp. 24. num. 14. Hurtado d. 13. diffic. 8. Coninck disp. 10. num. 14. Bellarmi. l. 4. cap. 3. Barbosa in col. lectaneis Tridentini sess. 14. cap. 9. num. 4.* Probatur *primò*, quia non est dubium Martyrem satisfacere tolerando hic, & nunc tormenta; & tamen eorum toleratio hic, & nunc est debita ex præcepto fidei Similiter jejunando quis ex voto, vel præcepto Ecclesiastico satisfacit. Item pœnitendo tempore, quo urget pœnitentiæ præceptum, satisfacit: ergo. *Secundò* probatur, quia præceptum non tollit quominus opus maneat meritorium, ut Caietan. Adrian. Sotus Petrus Sot Victoria P. Tanner. P. Vasq. Valent. P. Henr. P. Suar. P. Lugo P. Hurtad P. Coninck P. Bellar. Barbosa

ut constat ex Trident. *sess.* 6. *cap.* 10. & 16. ergo neque quòd maneat satisfactorium. *Tertio*, & à priori, quia præceptum non tollit libertatem operis, aut honestatem, vel pœnam, quæ tria reddunt opus satisfactorium: ergo.

33 *Ad fundamentum opinionis contrariæ* respondetur *primò* unica solutione non satisfieri duobus debitis, quando hæc respiciunt diversas res, & ita si debeas Titio decem aureos, & postea illi fureris alia decem, non satisfacis solvendo solum decem, sed debes solvere viginti. Secus si debita non respiciunt res diversas, & ita unico jejunio satisfacis pluribus præceptis, si eodem die concurrant privigilii, quadragesimæ, & quatuor temporum. *Respondere potest secundò* illud pœnale, quod est in opere aliunde debito esse ei accidentarium, & non debitum.

34 *Ad primum confirmationem de voto* respondetur id pendere ex libera intentione voventis. *Ad secundam de pœnitentia*, id etiam pendere ab intentione confessarii, quamquam, si se non explicet, semper supponatur intendere rem, & pœnam diversam, de quo plenius infra. *Ad tertiam* respondetur negando sequelam, nam etiam homines implendo præceptum merentur, & tamen inde non sequitur non oportere aliquid supererogationis facere ad promerendam gloriam. adde quòd aliqua opera sunt magis satisfactoria, utpote quæ magis pœnalia, ut jejunia, eleemosinæ, quæ non sunt ex præcepto.

§. 6.

An requiratur quòd opus sit liberum, & voluntarium?

35 *Satisfacimus per castigationes, & dolores voluntarios, non per dolores, & labores necessarios si eos patienter toleremus.*

36 *An in laboribus necessariis satisfactio correspondeat soli patientiæ interiori, an etiam dolori exteriori necessario?*

37 *Proponitur opinio asserentium satisfactionem correspondere soli patientiæ interiori.*

38 *Proponitur opinio asserens satisfactionem correspondere dolori exteriori necessario.*

39 *Solvitur primum fundamentum opinionis contrariæ.*

40 *Solvitur secundum; Et quæritur, Utrùm si homo sit in statu gratiæ satispatiatur per laborem à Deo immissum, & non voluntariè toleratum?*

41 *Sententia Lugi existimantis satispati.*

42 *Resolvitur non satispati.*

43 *Solvitur tertium: & discutitur Utrùm actus externus addat aliquid satisfactionis supra internum?*

44 *An superaddat aliquid meriti?*

35 **Q**Uinta difficultas: An requiratur quòd sit voluntarium? Et in hac re tria videntur certa. *Primum* satisfactionem debere esse voluntariam, fundatur enim satisfactio, sicut & meritum in morali quodam operis valore, qui non est sine liberate. Adde quòd Concilium Trident. *sess.* 14. *cap.* 9. & canone 13. limitat opus satisfactorium ad voluntarium, & in hoc conveniunt omnes Doctores cum *D. Thom. in* 4. *dist.* 15. *q.* 1. *art.* 4. *quæstiunc.* 2. *Suar. cit. sect.* 7. *num.* 10. *Vasq. q.* 94. *art.* 1. *dub.* 2. *Tannerus citat. num.* 47. *Henriq. l.* 5. *cap.* 19. *num.* 5. *Secundum* certum est satisfacere nos per castigationes, dolores, & tormenta voluntaria. Ita habetur in Concilio Trid. loco citato. *Tertium.* Certum est etiam satisfacere per dolores, & labores necessarios, seu, ut ajunt, per flagella à Deo immissa, si ea patienter toleremus. Ita similiter habetur in Trident. loco citato.

D. Thom. P. Suar. P. Vasq. P. Tanner. P. Henriq.

36 *Punctum difficultatis in eo est:* An in laboribus necessariis, & flagellis à Deo immissis satisfactio correspondeat soli patientiæ interiori liberæ, an etiam dolori, seu flagello exteriori necessario? Dixi, *necessario*, quia si fuerit liberum, ut est illud quod Martyres pro fide, & amore Dei patiuntur, non est dubium illi etiam correspondere satisfactionem.

37 Sin autem necessarium sit, plures existimant satisfactionem correspondere soli patientiæ interiori liberæ. Ita *Medina codice de satisfactione q.* 5. *Vasq. q.* 94. *art.* 1. *dub.* 7. *Ochagavia tract. ult. q.* 6. & *Hurtad. disp.* 13. *diffic.* 7. Probatur *primò* quia de ratione satisfactionis, ut diximus, est quòd sit libera, & voluntaria; at verò in flagellis à Deo immissis sola patientia interior est libera, ipsum flagellum exterius est necessarium. *Secundò* quia

Medina P. Vasq. Ochagav. P. Hurt.

quia aliàs etiam si flagellum non patienter toleretur, illi correspondebit sua partialis satisfactio, quod est contra Concilium Trident. loco citato, ubi restringit satisfactionem ad solum flagellum patienter toleratum. *Tertiò*: quia aliàs actus externus adderet aliquid satisfactionis supra internum, quod non videtur dicendum. Nam actus externus non addit meritum supra internam: ergo neque satisfactionem.

38 Nihilominus probabilior est contraria resolutio asserentium etiam satisfactionem correspondere ipsi dolori, & flagello exteriori necessario. Ita *D. Thom. in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. Sylvester verbo satisfactio q. 9. Victoria in summa num. 17. Navar. cap. 1. de pœnit., dist. 6. & in sum. cap. 3. num. 4. Henriq. lib. 5. cap. 19. num. 5. Tanner. cit. q. 8. num.* 48. accedunt *Suar. cit. sect. 7. num. 5. Lugo dist. 24. sect. 5. Coninck disp. 10. num. 25. Filliuc. tract. 8. cap. 2. quæsito 9.* Probatur *primò* ex Concilio Trident. *sess.* 14. *cap.* 9. ubi: *docet præterea tantam esse divinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis; sed etiam, quòd maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus, &c.*

D. Thom. Sylvest. Victoria Navar. P. Henric. P. Tāner. P. Suar. P. Lugo P. Conink. P. Filliuc.

Ubi ponderanda sunt tria. *Primum* eodem modo loqui Tridentinum de flagellis necessariis, ac de pœnis liberis; certum autem est non satisfacere per pœnas liberas, ut constat ex dictis. *Secundum* non solum dicere nos satisfacere per patientiam, sed etiam per ipsa flagella, ubi: *flagellis patienter toleratis. Tertium* commendare in hoc maximum munificentiæ, & amoris Dei erga nos monumentum; & hoc ut ait, non consistit in eo quòd pœnis liberis respōdeat satisfactio, sed in eo quòd etiam respondeat flagellis necessariis: non ergo intendit correspondere soli patientiæ internæ, quæ est libera; id enim non est illud speciale maximum, sed correspondere ipsi flagello necessario, hoc est illud maximum speciale amoris, & munificentiæ argumentum.

Secundò probari potest ratione, quia dum patienter flagella à Deo immissa toleramus, ea quodammodo nobis facimus voluntaria: idque *primò* formaliter per conformitatem cum voluntate divina, dum enim volumus quòd Deus vult: flagella, quæ illi, etiam nobis sunt voluntaria. *Secundo*, æquivalenter (per patientiam, hæc enim æquivalet comformitati, & in hoc sensu videtur locutus *D. Augustin. l. quæst.* 83. *quæst.* 31. Ubi appellat patientiam honestatis causam, & rerum arduarum voluntariam perpessionem, &c.

39 *Ad primum fundamentum opinionis contrariæ* patet solutio ex dictis: Dicendum enim est non solam patientiam interiorem esse liberam, sed etiam ipsum flagellum exterius: non quidem physice, sic enim est necessarium; sed moraliter, quatenus volumus quod Deus vult per patientiam, & conformitatem cum ejus voluntate.

40 *Ad secundum*, negandum est flagello non patienter tolerato correspōdere aliquam satisfactionem, nam tunc non est voluntarium: Utrùm verò per hujusmodi flagellum à Deo immissum, & ab homine non voluntarie toleratum saltem satispatiatur homo, si sit in statu gratiæ?

41 *Affirmat Lugo citatus num.* 84. quia satispati est pati pœnam debitam in statu gratiæ. P. Lugo

42 Negandum tamen videtur cum *Suar. cit. sect. 7. num.* 10. & *Vasq. similiter citato dub. 7. num.* 6. quia, ut diffic. prima diximus, satispatio consistit in adæquatione pœnæ ad culpam, ad quam adæquationem pertinet, ut qui voluntariè deliquit, voluntariè patiatur. P. Suar. P. Vasq.

43 *Ad tertium*, concedo cum *Suar. sect. 5. Coninck num.* 26. & *Lugo num.* 45. actum externum addere aliquid satisfactionis supra internum, ac proinde qui jejunat plus satisfacere, quàm qui solùm voluit jejunare. Nam satisfactio correspondet castigationi voluntariæ & plus se castigat, qui jejunat, quàm qui solùm voluit jejunare. P. Suar. P. Coninc. P. Lugo.

44 Quod attinet ad meritum *Ripalda de ente supernaturali d. 68. sect.* 5. etiam existimat actum externum addere aliquid meriti supra internum, & id probat hoc exemplo satisfactionis; eadem enim videtur ratio de illo, ac de hac. Sed revera diversa est, quia satisfactio respicit pœnam, quæ voluntariè suscipitur pro pœna debita, & actus externus addit aliquid pœnæ supra internum, ut est P. Ripald.

manifestum; at meritum respicit honestatem, & actus externus non addit honestatem, hæc enim desumitur ab objecto motivo? actus verò externus non addit novum motivum objectum supra internum.

§. 7.

An requiratur quòd opus acceptetur à Deo?

45 *Refertur sententia negativa.*
46 *Præfertur resolutio asserens requiri acceptionem divinam, & hanc esse liberam.*
47 *Diluuntur argumenta sententiæ negativæ.*
48 *Quare judex teneatur acceptare satisfactionem condignam pro culpa, & non teneatur acceptare satisfactionem condignam pro pœna.*

45 SExta difficultas: An requiratur divina acceptatio, seu quod idem est: an Deus possit non acceptare satisfactionem. Negant *Vasq. q. 94. art. 1. dub. 3.* Et probatur quia ut constat ex *sect. 1. diffic. 1.* opus satisfactorium est condignum, & Deus non potest non acceptare opus condignum, aliter esset injustus. *Secundò* probari potest exemplo Principis, quia princeps offensus non potest non acceptare satisfactionem condignam pro culpa; ergo neque condignam pro pœna. — P. *Vasq.*

46 Nihilominus dicendum est requiri divinam acceptationem, & hanc esse liberam. Ita *Suar. disp. 37. sect 8. Lugo disp. 23. num. 16. Coninck de pœnit. disp. 1. num. 121. & d. 10. dub. 3. & 4. Ochagavia q. 4. Hurtad. disp. 13. diffic. 5.* — P. *Suar.* P. *Lugo* P. *Coninc.* P. *Ochagav.* P. *Hurt.* Et probatur *primò* quia pœna hujus vitæ non est ejusdem rationis cum pœna alterius, sed solùm illi æquivalens, & Deus non tenetur acceptare æquivalens: ostenditur exemplo creditoris, cui debes oleum, non enim tenetur acceptare triticum æqualis valoris. *Secundò* quia meritum condignum indiget divina promissione, & acceptatione non obstante ejus condignitate: ergo idem dicendum de satisfactione. Probatur *tertiò* ex *Trident. sess. 14. cap. 8.* ubi dicit nostram satisfactionem offerri à Christo æterno Patri, & per illum acceptari. Ex quo clare colligitur Deum non ex justitia, sed ex misericordia propter Christum nostram satisfactionem acceptare.

47 *Ad primum fundamentum opinionis contrariæ*, respondetur bene posse opus satisfactorium in actu primo esse condignum, & tamen indigere acceptatione, ut sit condignum in actu secundo, sic triticum est condignum oleo in actu primo, & tamen indiget acceptatione creditoris, ut fiat condignum in actu secundo, & meritum procedens ex gratia est condignum gloriâ, & tamen necessaria est acceptatio divina.

48 *Ad secundum* respondetur esse diversam rationem de satisfactione in ordine ad culpam, ac de satisfactione in ordine ad pœnam, nam culpa respicit odium, & indignationem, quam meretur; irrationabiliter autem non placatur ille, cui sufficienter satisfecisti: at judex habet jus, ut imponat pœnam, quam velit, unde non tenetur acceptare, quam tu vis, licet illa sit æqualis, & fortasse maior.



DISPU-

DISPUTATIO II.

DE SATISFACTIONE SACRAMENTALI.



RES sectiones comprehendit, primam de impositione pœnitentiæ, Secundam de acceptatione, ejusque adimpletione, Tertiam de commutatione.

SECTIO PRIMA.

De impositione pœnitentiæ.



UINQUE *sub hoc titulo difficultates inquiri possunt.* Prima. *An confessarius teneatur imponere pœnitentiam?* Secunda. *An possit imponere obligantem solum ex consilio, & non ex præcepto?* Tertia. *Quantam debeat imponere.* Quarta. *Quæ opera possit imponere?* Quinta. *Quo tempore debeat pœnitentiam imponere?*

§. 1.

An confessarius teneatur imponere pœnitentiam?

49 *Regulariter loquendo tenetur confessarius pœnitentiam imponere.*
50 *An ad id teneatur sub mortali?*
51 *Numerantur tres casus, in quibus potest non imponere pœnitentiam.*

49 

Rima difficultas est: de obligatione imponendi pœnitentiã. Et nõ est dubiũ teneri confessarium regulariter loquendo eam imponere. Ita communiter Doctores *Suar. disp. 38. sect. 3. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 14. punct. 4. Henriq. in sum. 5. cap. 20. §. 5. & cap. 21. in princ. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 7. à num. 11. Coninck disp. 10. num. 60. Nugnus in addit. q. 13. art. 2. diff. 1. versu ex dictis sequitur Comitolus respons. moral. lib. 1. q. 35. num. 2. Beja responsione casuum consc. p. 3. cas. 1. & 2. Lavorius de jubilæo p. 2. cap. 5. num. 8. & 13. Torreblanca de jure spirituali lib. 14. cap. 8. à num. 19. Hurtad. d. 14. diffic. 2. & 3. Faustus tom. 1. tract. de pœn. lib. 5. q. 34. & seq. Barbosa in collectaneis supra Tridentinum sess. 14. cap. 8. num. 2.* quibus accedunt *Toletus lib. 3. cap. 11. Molfesius tract. 7. cap. 25. Bonac. q. 5. sect. 1. puncto 2. n. 1. P. Dicastilb. disp. 14. num. 12. Leand. disp. 9. q. 4.* & alii: Probatur *primò* ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 8.* ibi. *Debent Sacerdotes salutares, & convenientes satisfactiones injungere, &c. Secundò* quia sacerdos tenetur non facere mutilum sacramentum: at sine impositione pœnitentiæ sacramentum maneret mutilum, nam pœnitentia est pars integrans Sacramenti, ut constat ex Trident. loco citato *cap. 3.* ibi: *Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius pœnitentis actus; nempe contritio, confessio, & satisfactio satisfactione judex tenetur, cum reum absolvit, obligare ad pro offensa.*

P. Suar. P. Valent. P. Henr. P. Reginal. P. Coninck Nugnus Comitol. Beja Lavorius Torrebläc P. Hurt. Faustus Barbos. P. Tolet. Molfes. Bonacin. P. Dicast. Leander.

50 *Tota dubitatio est:* An teneatur sub mortali. Affirmant *Suar. citat. num. 1. Reginald. l. 7. num. 12. Layman, & Bonac. locis citatis* Probatur, quia de se grave est reddere sacramentum mutilum; sed probabilius dicendum existimo, & si non imponere pœnitentiam, quando eam oportuit esse gravem, fit peccatum mortale; quando tamen debuit esse levis, solum esse peccatum veniale, Ita *Henriq. l. 5. de sacrament. cap. 20. num 6. Ochagavia de sacrament. tract. ult. de sacrament. pœnitent. q. 8. num. 7. Lugo disp. 25. num. 49, Diana 6. p. tract. 6. resolut. 44.* Probatur *primò*; quia satisfactio non est pars essentialis, sed solùm accidentalis, ut ostendimus *tract. 2.* & si levis sit, videtur exigui momenti. *Secundò* quia si

P. Suar. P. Regin. P. Laymã. P. Henriq Ochagav. P. Lugo Diana

prop-

propter rationem mutili sacramenti teneretur sacerdos sub mortali imponere eam pœnitentiam levem unius v. g. psalmi. Miserere, etiam sub eodem mortali teneretur pœnitens eam adimplere, ne scilicet sacramentum redderetur mutilum: at verò pœnitens ad id sub mortali non tenetur, ut ostendimus *sect.* 3. ergo, &c. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

51 Dixi (teneri confessarium, regulariter loquendo, imponere pœnitentiam) quia ut optime cum *Toleto lib.* 6. *cap.* 23. *Vivaldo de satisfactione num.* 26. *Henriq. l.* 5. *cap.* 22. *& Ochagavia q.* 14. notant *Hurtad. disp.* 14. *diffic.* 4. *Zerola l.* 1. *de Jubilæo cap.* 10. *dub.* 35. *Bossius de jubilæo sect.* 1. *casu* 10. *num.* 42. *Suar. disp.* 49. *sect.* 4. *num.* 14. aliqui numerantur casus, in quibus potest non imponere pœnitentiam. *Primus*, si pœnitens jam sit sensibus destitutus. *Secundus*, si instet martyrium subeundum, vel jubilæum, aut indulgentia plenaria lucranda, qua remittitur culpa, & pœna. *Tertius*, si ex vehementi dolore & circumstantiis intelligat confessarius pœnitentem plene satisfecisse.

Tollet. Vivald. P. Henriq. Ochabav. P. Hurt. Zerola Bossius; P. Suar.

§. 2.

Utrùm possit imponere pœnitentiam obligantem solùm ex consilio & non ex præcepto?

52 *Proponitur sententia asserens non posse confessarium, imponere pœnitentiam non obligatoriam.*

53 *Proponitur probabilior contraria resolutio.*

54 *Destruuntur prioris sentententiæ fundamenta.*

55 *Quare Summus Pontifex impertiendo indulgentias sub onere operis pii non dicatur ligare, liget vero confessarius impenendo pœnitentiam sub consilio?*

56 *An confessarius possit imponere pœnitentias graves, quæ solùm obligent sub veniali?*

52 SEcunda difficultas: An confessarius possit imponere pœnitentiam non obligatoriam? Negant *Vasq. q.* 94. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 9. *Coninck disp.* 10. *dub.* 8. *num.* 64. *Turrianus de pœnit. disp.* 35. *dub.* 2. *Lugo disp.* 25. *num.* 54. quibus accedit *Hurtad. disp.* 14. *difficult.* 4. *Nugnus in ad lit. q.* 13. *art.* 2. *difficult.* 1. *P. Dicastilb. disp.* 14. *num.* 42. & alii probatur *primò*, quia sacerdos imponit pœnitentiam ex potestate clavium ad ligandum, ut docet Concilium Trident. *sess.* 14. *cap.* 8. at non ligat, nisi imponat pœnitentiam obligatoriam. *Secundò*, quia sacerdos, cum pœnitentiam imponit, punit ut judex; judex autem punit per vim coactivam obligatoriam, alioqui ejus sententia non esset sententia, sed concilium.

P. Vasq. P. Coninck. P. Turriā. P. Lugo P. Hurt. P. Dicast.

53 Nihilominus probabilior est contraria resolutio affirmativa, quam cum *Paludano disp.* 20. *q.* 2. *art.* 2. *Petro Soto lect.* 2. *de satisfactione, Victoria in summa num.* 210. *Ledesma q.* 11. *art.* 3. *dub.* 14. *tenent. Suar. disp.* 38. *sect.* 3. *num.* 2. *Fagundez in quinqu. l.* 9. *cap.* 3. *num.* 11. *Filliucius tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 2. *num.* 37. *Henriq. l.* 5. *cap.* 21. *num.* 5. *Tannerus de pœnit. q.* 8. *num.* 7. *Mercerus in supplem.* 3. *partis D. Thom. q.* 15. *dub.* 2. *num.* 5. *Diana* 3. *p. tract.* 4. *resol.* 82. *& 4. p. tract.* 4. *miscellaneo resol.* 241. *Bonacin. citatus num.* 6. *Pezantius in* 3. *p. q.* 18. *disp.* 1. *Molfesius tract.* 7. *cap.* 25. *num.* 62. favet etiam huic sententiæ *P. Dicastilb. citatus proximè; pro utraque sententia* stare videtur *Leand. disp.* 9. *q.* 21. & alii. Probatur *primò* ex usu, & praxi, solent enim confessarii præcipue cùm viros religiosos, & spirituales absolvunt, illis dicere. *Quidquid jejuniorum, & flagellationum acceperis in hac quadragesima tibi injungo in pœnitentiam*, & intentio sacerdotis non est obligare ad aliquod jejunium, vel flagellationem; sed tantum applicare in satisfactionem sacramentalem ea, quæ pœnitens libere susceperit: imo hic modus aliquando erit salutaris, & conveniens fragilitati pœnitentis; Tridentinum autem loco citato dicit debere sacerdotem salutares, & convenientes satisfactiones injungere. Et confirmatur, quia, ut notant Doctores citati illa verba: *Quidquid boni feceris, aut mali patienter sustinueris sibi tibi in remissionem, &c.* Continent applicationem satisfactionis, & tamen ad nihil obligant: ergo &c.

Palud. Petr. So. Victoria. Ledesm. P. Suar. P. Fagund. P. Filliuc. P. Henriq. P. Tanner. Mercer. Dian. Bonac. Pezant. Molfesius P. Dicast. Leand.

54 *Ad primum fundamentum opinionis contrariæ* respondetur sacerdotem imponendo pœnitentiam liberam aliquo modo obligare pœnitentem ad illam: non quidem simpliciter, de quo est quæstio, sed ad eum finem consequendi remissionem

nem pœnæ, quæ non nisi sub illa satisfactione obtinebitur.

55 Dices confessarius imponens pœnitentiam in hoc sensu, habet se, ac Summus Pontifex, cùm sub onere alicujus operis pii indulgentias impertit; at Summus Pontifex tunc nollo modo potest dici ligare: ergo neque confessarius in nostro casu: huic instantiæ maxime fidit *Lugo* citatus. Respondetur tamen negando maiorem. Diversitas uno verbo est, quia Summus Pontifex cùm indulgentias impertit, primariò non intendit onus ad indulgentias, sed ipsas indulgentias, quæ non ligat; at confessarius primariò intendit satisfactionem, quæ, ut diximus, ligat ad eum finem consequendi remissionem pœnæ.

Ad secundum patet solutio ex dictis; dicendum enim est Sacerdotem dum imponit prædictam pœnitentiam, etiam aliquo modo obligare ad illam; quod autem possit, si id ei videtur magis expediens saluti pœnitentis; eum non obligare simpliciter, sed solùm ad illum finem consequendi remissionem pœnæ, id est speciale in hoc foro, & tribunali; quod non contentiosum, ut forense: sed voluntarium est, misericordiæ, ac gratiæ.

56 Ex dictis colliges posse confessarium à fortiori imponere pœnitentias graves, quæ solùm obligent sub veniali, quod, licet sit contra *Lugum cit. num. 59. Bonac. proximè p. 4. num. 4. & Hurtad. disp. 14. diffic. 1. secutos Vasq.* Traditur tamen à *Suar. cit sect. 7. num. 5. Probatur*, quia obligatio tanta, vel quanta, aut nulla provenit ex intentione eam imponentis. *Et confirmatur*, quia potest legislator ferre præceptum in materia gravi obligans solùm sub veniali, ut tenent *Navarrus in summa cap. 23. num. 49. Rodriguez tom. 1. quæst regularium q. 6. art. 13. Salas 1. 2. tom. 2. q. 71. tract. 13. disp. 2. sect. 11. num. 30. Villalobos in sum. tract. 2. diffic. 19. num. 4. Graffis l. 2. decis. aurear. cap. 57. num. 6. Sanchez de matr. l. 1. disp. 9. num. 6. & in Decal. l. 4. cap. 1. num. 30. & l. 6. cap. 4. num. 25. Carbon. de legibus l. 7. disp. 4. Sayrus in Clavi regia l. 2. cap. 7. num. 1. & 17. Valent. 1. 2. disp. 7. quæst. 5. puncto 6. quæstiunc. 2. Layman. tom. 1. tract. 4. cap. 16. num. 2. Fernandez in instruct. confess. documento 1. Vega tom. 2. sum. cap. 23. casu 2. Toletus in sum. l. 8. cap. 20. num. 4. Suar. de legibus l. 3. cap. 27. num. 7. Castro de lege pœnali l. 1. cap. 5. documento 4. Caiet. in sum. verbo.* præcepti transgressio *Medina de jejunio q. 7. §. superest, Ioannes Sanchez in selectis disp. 15. num. 16. & alii.* Similiter potest quis in materia gravi emittere votum obligans solùm sub veniali, ut cum pluribus docent *Suar. l. 4. de voto cap. 4. à num. 6. & Sanchez l. 4. Decal. cap. 1. num. 30.* Item potest contrahere sponsalia cum intentione obligandi se solùm sub veniali, ut cum pluribus tenent *Sanchez de matr. l. 1. disp. 9. num. 6. Hurtad. de matr. d. 1. diffic. 6. num. 22.* ergo &c. Neque obstat quòd matrimonium non possit non obligari sub mortali, quia hoc est indissolubile ex jure divino, ac proinde semel contractum non potest dissolui, non ita sponsalia.

Navar. Rodrig. P. Salas Villalob. Graffis P. Sanchez Carbon. Sayrus P. Valent. P. Laymã. Fernand. Vega P. Toletus P. Suar. Castro Caietanus Medina Ioã. Sanch. P. Suar. P. Sanchez P. Hurt. P. Sanchez

§. 3.

Quantam pœnitentiam debeat confessarius imponere?

57 *An confessarius teneatur imponere pœnitentiam peccatis æqualem?*
58 *Quanta pœnitentia imponenda sit homicidæ?*
59 *An propter illa verba:* Passio Domini nostri JESU Christi, & merita Beatæ Mariæ Virginis &c. *Possit excusari à peccato confessarius imponens gravissimis peccatis pœnitentias leves?*
Proponitur sententia affirmativa? Ibidem.
60 *Eligitur resolutio negativa.*
61 *Satisfit fundamentis sententiæ affirmativæ.*

57 TErtia difficultas de quantitate pœnitentiæ. Et dicendum est teneri confessarium regulariter loquendo imponere pœnitentiam æqualem. Itaque si sacerdos sciret quantam pœnam deberet pœnitens pro illis peccatis in purgatorio, & quanta illi in hac vita correspenderet, teneretur, regulariter loquendo, eam imponere. Probatur, quia ita spectat ad officium judicis, quem gerit. Et colligitur ex Trident. *sess. 14. cap. 8.* ubi deterret confessarios ne leves pœnitentias gravissimis peccatis imponendo eorum participes fiant, &c. Dixi, *regulariter loquendo*, quia attendenda

da est fragilitas pœnitentis, cui magna pœnitentia aliquando erit laqueus. Propter quod, etsi in Decreto apud Gratianum aliquibus peccatis taxatæ sint certæ pœnitentiæ, totum tamen Concilium Tridentinum loco citato committit prudentiæ confessarii.

58 *Quæres primo*: quanta pœnitentia imponenda sit ei, qui se accusat de homicidio? De hac re consulendus *Comitulus in responsione morali. l. 4. q. 11. n. 8. Homobonus de casibus reservat. p. 2. casu 3. & Diana 5. p. tract. 4. resol. 43.* qui dicunt imponendam esse toto anno recitationem coronæ Beatæ Virginis singulis diebus, vel dandam eleemosynam singulis hebdomadis, vel communicandum singulis mensibus toto spatio unius anni pro anima defuncti, vel quid simile. *Gomitulus Homobon. Dian.*

59 *Quæres secundò*: Utrum confessarius imponens gravissimis peccatis pœnitentias leves, possit excusari à peccato propter illa verba addi solita in fine absolutionis *Passio Domini nostri IESU Christi, & merita Beatæ Virginis*, &c. Affirmant *Beja p. 3. casu 1. in fine Homobonus in examine Eccles. p. 1. tract. 5. cap. 15. q. 94. Reginald. in praxi tom. 1. l. 7. cap. 3. sect. 1. num. 26. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 2. num. 47. Bonacina disp. 5. q. 5. sect. 3. num. 13. Bauny tom. 1. tract. 4. q. 11. Diana 3. p. tract. 4. resol. 97. & 6. p. tract. 7. resol. 5.* Et probatur; quia opera, quæ hisce verbis continentur, & à confessario in satisfactionem elevantur videntur supplere, quod desideratur in pœnitentia levi: ergo &c. *Beja Homobon. P. Regin. P. Filliuc. Bonacin. Bauny Diana*

60 Nihilominus hæc sententia non videtur probabilis, ut bene notat *Lugo citatus num. 57.* Repugnat enim Concilio Trident *cit. cap. 8.* quatenus dicit confessarios imponentes gravissimis peccatis pœnitentias leves, fieri eorum participes &c. Et tamen Concilium Tridentinum optime sciebat usum confessariorum addentium in fine absolutionis illa verba: *Passio Domini nostri &c.* Non obstantibus ergo istis verbis, tenentur confessarii attenta qualitate peccatorum proportionatas pœnitentias illis injungere. *P. Lugo*

61 Neque obstat quòd per illa verba eleventur in satisfactionem merita Christi; Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum &c. Nam in primis *Lugo citatus num. 56.* existimat illa verba tantùm esse deprecatoria, & non sacramentalia. Deinde dato quòd Sacramentalia sint, ut esse arbitror cum D. *Thom. quodlibeto. 3. art. 28. Petro Soto lect. 2. de satisfactione Navar. in summa cap. 26. num. 24. & de pœnit. dist. 6. cap. 1. num. 36. Paludan. d. 14. q. 6. Suario de pœnit. disp. 38. sect. 6. num. 6.* quibus consentiunt *Beja, Homobonus, Reginaldus Filliuc. Bonac*; & *Diana locis citatis*, dicendum est elevari cum proportione ad pœnitentiam injunctam, & illam requirere accomodatam, nam licet merita Christi, & ejus satisfactio sint infiniti valoris, applicantur nobis finito modo, & requirunt nostra merita, & satisfactionem accomodatam. *P. Lugo D. Thom. Petr. Soto. Navar. Palud. P. Suar. Beja Homobon. P. Reginald. P. Filliuc. Bonac. Diana*

§. 4.

Quæ opera possit confessarius imponere?

62 *Quo sensu decernat Tridentinum jejunium, orationes, & eleemosynam esse opera, quæ possunt imponi?*

63 *An possit imponi oratio facienda pro defunctis? Et refertur sententia negativa.*

64 *Astruitur resolutio affirmativa.*

65 *An possit imponi opus internum? refertur opinio negativa.*

66 *Præfertur resolutio affirmativa.*

67 *Enodatur argumentum opinionis negativæ.*

68 *An possit imponi opus debitum ex præcepto?*

69 *Utrum, si pœnitens omittat tale opus impositum, committat duo peccata?*

70 *An peccatis occultis possit imponi pœnitentia publica facienda?*

71 *Quid si peccata sint publica?*

72 *An possit imponi quòd pœnitens abstineat aliquot diebus ab Eucharistia? Refertur sententia negativa.*

73 *Statuitur probabilior resolutio affirmativa.*

74 *Refelluntur argumenta primæ sententiæ.*

62 QUarta difficultas de operibus, quæ possunt imponi. Et hæc juxta Tridentinum *sess. 14. can. 13.* ad tria capita reducuntur, orationes, jejunium, & eleemosynam. Accipiuntur hæc non strictè, sed lato modo, ita ut

ut oratio comprehendat etiam omnia bona opera interna, cujusmodi sunt contritio, gratiarum actio, &c. jejunium amplectitur omnem carnis macerationem, cilicium, flagellationes, &c. ad eleemosynam revocantur omnia opera misericordiæ in proximum.

Ioã. Sãch. Vega Pedraza Diana

63 *Quæres primò*: Utrum possit imponi oratio facienda pro defunctis? Negat *Ioannes Sanchez in selectis disp. 16. num. 1. Vega in sum. 2. p. cap. 63. casu 4. Pedraza cap. 7. de la penitencia y absolucion*; accedit *Diana 3. p. tract. 4. resol. 54.* Probatur; quia debet imponi opus, quod satisfaciat pro pœnitente: at oratio pro defunctis non satisfacit pro pœnitente, sed pro defunctis.

P. Turriã. P. Lugo P. Hurt. P. Dicast. Leand.

64 Affirmandum tamen cum *Catechismo Romano in fine de satisfactione, Turriano disp. 37. dub. 4. & in selectis centuria 3. Theologica dub. 1. Lugo citato num. 62. Hurt. l. disp. 14. diffic. 6. Dicastil. disp. 14. num. 94. Leander disp. 9. q. 41.* Potest autem hujusmodi oratio tribus modis applicari pro defunctis. *Primò*, ita ut, quod in ea impetratorium est, sit pro defunctis: & quod satisfactorium, pro pœnitente. *Secundò*; ita ut oratio ipsa sit pro defunctis: & satisfactionis applicatio pro pœnitente. *Tertiò*; & meliùs ita ut, quod in pœnitentia est ex opere operato, sit pro pœnitente: quod autem ex opere operantis, sit pro defunctis. De quo pleniùs infra.

P. Sanches Almain. Alex. de Ales. Ioã. Sãch. P. Suar. Basil. Põt. Ochagav. P. Regin. Bonacin. P. Filliuc P. Hurt.

65 *Quæres secundò*: Utrùm possit imponi opus internum, ut meditatio, vel propositum vitandi aliquod peccatum? Negant *Thomas Sanchez lib. 4. Decalogi cap. 11. num. 36.* item *Almainus tract. de satisfactione dist. 15. q. 1. Alexander de Ales 4. p. q. 84. membro 2. art. 1. Ioannes Sanchez disp. 16. num. 1.* idque *primò*; quia pœnitentia Sacramentalis est per modum præcepti Ecclesiastici, quod non potest cadere in actus internos, Ecclesia enim non judicat de interioribus. *Secundò*, quia est pars materiæ Sacramenti, hæc autem debet esse sensibilis.

66 Respondendum tamen affirmative cum *Suar. de pœnitent. disp. 37. sect. 6. num. 2. & tom. 2. de Religione l. 3. cap. 6. num. 17. Basilio Pontio l. 1. de Matrimonio num. 10. Ochagavia tract. de satisfactione Sacramentali q. 7. num. 4. Reginald. tom. 1. l. 7. num. 22.* quibus accedit *Bonac. cit. num. 10. Filliuc. tract. 8. cap. 1. quæsito 7. num. 45. Hurtad. disp. 14. difficult. 7. Lugo citatus num. 67. Conink disp. 10. dub. 8. Mercerus de sacram. in supplemento p. 3. D. Thom. q. 15. dub. 2. Diana 4. p. tract. 4. miscellan. resol. 241. §. Nota quinto. Dicastil. disp. 14. num. 85. Leander disp. 9. q. 27.* Et probatur, quia hujusmodi pœnitentia sufficienter fit sensibilis per impositionem, & acceptationem externam.

P. Lugo P. Coninc. Mercer. Diana P. Dicast. Leand.

67 Neque obstat, quòd Ecclesia non possit præcipere actus internos, nam licèt id verum sit de aliis præceptis, quæ sunt mere coactiva; non habet verum in hoc, quod imponitur, & suscipitur per voluntariam subjectionem.

Nugnus Paludan. Maier. P. Suar. P. Coninc. Bonacin. Beja P. Regin. Sayr. Victoria Sylvester Zerola P. Sãchez Vivaldus P. Valent. Navar. P. Vasq. P. Turriã. P. Henr. P. Laymã Villalob. P. Hurtad P. Fagũd. Diana

68 *Quæres tertiò*: Utrum possit imponi opus aliàs debitum ex præcepto, v. g. auditio Missæ in die festo, vel jejunium in quadragesima? Negat *Nugnus in additionibus q. 15. art. 2. difficult. 2. Paludanus in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. & Maior q. 2. dub. 1.* Sed meliùs affirmandum cum *Suar. sect. 6.* quem sequitur *Coninck de pœnit. disp. 10. dub. 8. num. 67. & 68. Beja 3. p. casu 7. Bonac. cit. num. 11. Reginaldus l. 7. num. 28. Sayrus de pœnit. cap. 36. num. 6. Victoria num. 203. Sylvester verbo: satisfactio num. 8. Zerola de pœnit. cap. 25. quæst. 12. Sanchez l. 1. Decalogi cap. 14. num. 5. Vivaldus de satisfactione num. 10. Valentia tom. 4. disp. 7. q. 14. puncto 3. vers. secundò sequitur, Petigianus 2. p. dist. 15. in 2. p. q. 1. art. 6. concl. 4. Navar. cap. 26. num. 14. Vasq. q. 94. art. 1. dub. 6. accedunt cit. q. 14. dub. 5. Turrianus de pœnit. disp. 37. d. 2. Henriq. l. 5. cap. 21. num. 5. Laymann in Theol. morali l. 5. dub. 6. cap. 15. num. 10. Thomas à IESU in suo tribunali conscientiæ tract. 2. cap. 2. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 8. cap. 2. num. 45. Hurt. disp. 14. diffic. 8. Fagundez pr. 2. l. 9. cap. 5. num. 8. & Diana 3. p. tract. 4. de sacramentis res. 84. & 4. p. tract. 4. miscellaneo §. Notandum 2.* Et probatur, quia, ut præcedenti disputatione *sect. 2. diffic. 4.* ostendimus, possumus satisfacere per opera aliunde debita ex præcepto; omne autem opus satisfactorium potest imponi in pœnitentiam.

Mercerus P. Lugo

69 Utrùm verò pœnitens omittens tale opus impositum committat duo peccata? Respondetur affirmativè cum *Mercero, & Lugo ubi proximè*, quia cùm præcepta obligant ex diversis motivis inducunt diversa peccata, ut constat ex dictis *tract. 3. disp. 3. sect. 5.* in Missa autem

in casu propositio concurrunt duo præcepta, alterum obligans ex motivo Religionis, & alterum obligans ex motivo pœnitentiæ; similiter in jejunio concurrunt duo præcepta alterum obligans ex motivo temperantiæ, alterum ex motivo pœnitentiæ.

70 *Quæres quartò*: An possit imponi pœnitentia publica? Respondetur negativè, si peccata sint occulta, nam propter delicta occulta non est quis infamandus, ut cum communi notat *Bonac. proxime num.* 14. *Bonac.*

71 Sin autem peccata sint publica, adhuc negant *Navarr. cap.* 8. *num.* 10. *Sá verbo: satisfactio num.* 12. *Onuphrius de sacro sigillo sect.* 4. *q.* 7. *vers. sequitur tertiò, Beja* 3. *p. casu* 1. *vers. infertur præterea, Reginaldus l.* 7. *num.* 32. Quia id videtur esse contra sigillum. Affirmandum tamen cum *D. Thom. dist.* 14. *q.* 1. *art.* 5. *quæstiunc.* 1. *ad* 1. *& dist.* 17. *q.* 3. *art.* 4. *quæstiunc.* 4. *ad* 4. *Alens.* 4. *p. q.* 14. *membro* 6. *art.* 1. *Paludan. d.* 14. *q.* 6. *Argentina art.* 3. *Durand. q.* 4. *Soto dist.* 19. *q.* 2. *art.* 5. *D. Antonino* 3. *p. tit.* 14. *cap.* 17. §. 6. *Medina tract.* 2. *q.* 44. quos sequitur *Suar. de pœnit. d.* 37. *sect.* 6. *num.* 3. accedunt *Hurtad. cit. diffic.* 9. *Henriq. cap.* 21. *num.* 6. *Filliuc. tract.* 8. *cap.* 2. *q.* 6. *num.* 45. *Molfesius tract.* 7. *cap.* 25. *num.* 49. *Coninck loco citatò dub.* 8. *& Bonac. citatus num.* 14. Probatur primò ex *cap.* 1. de pœnitentiis, & remissionibus, & clarius ex Concilio Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. ubi modus imponendi aliquando pœnitentiam publicam laudatur, & ibi est sermo de pœnitentia sacramentali. *Secundò* probatur, quia ita aliquando expedit ad Ecclesiæ ædificationem, & exemplum. Neque incommodum sigilli est alicujus momenti, nam sigillum non frangitur, quando intercedit consensus pœnitentis talem pœnitentiam acceptantis.

Navar. P. Sá Onuphr. Beja P. Regin. D. Thom. Alens. Palud. Argentin. Durand. D. Anton. Medina P. Suar. P. Hurt. P. Henriq. P. Filliuc. P. Coninc. Bonacin.

72 *Quæres quintò*: Utrùm possit imponi, quòd pœnitens abstineat aliquot diebus ab Eucharistia? Negat *Joannes Sanchez in selectis disp.* 33. *num.* 15. Probatur *primò*, quia abstinentia ab Eucharistia, cùm sit quædam negatio, seu non entitas, non potest esse pars sacramenti, nec elevari à Deo ad causandum gratiam, aut remissionem pœnæ, nam non entis nullæ sunt qualitates *Lege Ejus qui* 41. *ff. de rebus creditis. Secundò* probatur, quia ut cum communi tenet *Suar. citatus sect.* 6. in pœnitentiam non potest injungi nisi actus bonus; at verò non communicare non est actus bonus. Et hoc ostenditur ex textu in *cap. Quotiescumque de consecratione dist.* 1. Ibi: *Exhortandi sunt fideles, ut sicut quotidie peccant, ita quotidie medicinam accipiant.* Facit declaratio Cardinalium, quam refert idem *Joannes Sanchez citat. num.* 21. ubi dicitur non rectè facere Episcopum negātem administrari Eucharistiam singulis diebus in sua Diecæsi. *Joa. Sanch. P. Suar.*

73 Nihilominus probabilior est resolutio affirmativa, quam tenent *Salazar tract. de frequenti communione cap.* 14. §. 1. *Diana* 3. *p. tract.* 4. *resol.* 115. *& Lugo citat. num.* 65. *Leander disp.* 9. *q.* 38. Probatur, quia abstinere ab Eucharistia in aliquibus circunstantiis propter reverentiam, humilitatem & animi confusionem est actus bonus, & in Centurione laudatus juxta illud. *Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum*: at verò in pœnitentiam potest imponi quilibet actus bonus, ergo. Confirmatur; quia in jure passim ponitur in pœnitentiam abstinentia ab Eucharistia, ut constat ex textu in *Cap. Latorem, & ex textu in Cap. Admonere* 33. *q.* 2. *ex textu in Cap. Si quis Episcopum.* 2. *q.* 3. *ex textu in Cap. Eos verò, ex textu in Cap. Si qua fœmina, ex textu in Cap. Si quis, & ex textu in Cap. Hi qui dist.* 50. *ex textu in Cap. De viro* 12. *q.* 2. *ex textu in Cap. Virgines* 17. *q.* 1. *ex textu in Cap. Devotam. Ex textu in Cap. Si qua monachorum, & ex textu in Cap. Eos autem* 17. *q.* 5. ergo. *P. Salaz. Diana P. Lugo Leand.*

74 *Ad primum fundamentum opinionis contrariæ* respondetur abstinentiam ab Eucharistia non imponi in pœnitentiam prout dicit puram negationem communionis: sed prout dicit confusionem, humilitatem, & pœnam carendi cœlesti illo convivio; sic jejunium potest imponi in pœnitentiam, non quatenus dicit puram negationem comestionis: sed prout importat macerationem carnis. Et interdictum ab Ecclesiæ ingressu potest poni in pœnitentiam, non prout dicit negationem. Sed prout affert confusionē, & ruborem.

Ad secundum respondetur non communicare posse similiter considerari, aut prout solùm dicit nudam negationem communionis, & sic non est actus bonus, aut prout dicit negationem vestitam re-

verentia,

verentia, humilitate, & confusione propria, & sic est actus bonus. Eodem modo, & sensu solent Prælati suis subditis in pœnitentiam imponere ne celebrent, ne choro intersint.

§. 5.

An pœnitentia imponi debeat ante, vel post absolutionem?

75 *Quid de jure communi?*
76 *Quid de consuetudine?*

75 QUinta *difficultas*: An pœnitentia imponenda sit ante absolutionem, vel postea? Et quidem stando jure communi videtur id relinqui liberum, & arbitrarium confessario: *Probatur* quia in *Clemen. Dudum de sepulturis* recensetur hic ordo: *confessiones audiat, pœnitentias imponat, & absolvat*: at verò in *Cap. Finali de censibus in 6.* inverso ordine ponitur primo loco absolutio, deinde pœnitentia. *Deinde probatur ratione*, quia si in continenti post absolutionem injungatur pœnitentia, censebitur in ipso actu confessionis injuncta, nam ea, quæ in continenti fiunt actui inesse videntur *L. Legem codice de pactis*, & *L. Praeterea de testibus cogendis.* Ita *Navarr. de pœnit. dist. 6. cap. 1. num. 35. Angelus verbo confessio 5. num. 2. Sylvester verbo confessio 4. §. 1. D. Antonin. 3. p. tit. 17. cap. 20. §. 1. Suar. de pœnit. disp. 38. sect. 3. num. 6.* Quibus accedunt *Hurtad. disp. 14. diffic. 2. Bossius de jubilæo sect. 1. casu 19. num. 32. Bauny in pœnitentia de satisfactione q. 6. Diana 5. p. tract. 13. resol. 36. Bonac. citatus. num. 19. Beja 3. p. casu 3. in principio Filliuc. tractat. 8. cap. 2. numero 38. Mol. fes. tract. 7. cap. 15. num. 58. Henriq. l. 5. cap. 22. num. 10.* Navarr. Angel. Sylvest. D. Anton. P. Suar. P. Hurt. Bossius Bauny Dian. Bonacin. Beja P. Filliuc. P. Henriq.

76 Dixi, stando in jure communi, quia consuetudo jam obtinuit, ut imponatur ante absolutionem, non tamen videtur inducere obligationem, quia non introducta est animo obligandi, ut notat *Ochagavia q. 10. num. 7.* Unde colliges, si pœnitentia ante absolutionem forte omissa sit ex oblivione, vel alio titulo, posse, & debere post absolutionem injungi. Ochagav.

SECTIO SECUNDA.

De acceptatione Pœnitentiæ.



QUæri possunt sex. Primum: *An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam, & illam implere?* Secundum: *Quale peccatum sit illam non acceptare, aut non implere?* Tertium: *An pœnitens possit illam implere per alium?* Quartum. *Quando teneatur illam implere?* Quintum. *An debeat eam implere in statu gratiæ?* Sextum. *Quem effectum præstet pœnitentia in satisfaciente?*

§. 1.

Utrùm pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam, & illam implere?

77 *Refertur opinio, quæ negat.*
78 *Traduntur varii modi, quibus illam defendunt Authores.*
79 *Præelegitur opinio, quæ affirmat.*
Authores hujus opinionis: Ibidem.
80 *Illius fundamenta.*
81 *Diluuntur argumenta primæ opinionis.*

77 

PRima *difficultas*: De obligatione acceptandi pœnitentiam, & celebris est sententia asserentium pœnitentem non teneri eam acceptare; *Primò* quia non tenetur in hac vita satisfacere pro pœna temporali, sed potest eam remittere in Purgatorium. *Secundò* quia aliàs teneretur acceptare omnem condignam, etiamsi sit gravissima. Hanc sententiam etiam post Concilium Tridentinum defendunt *Rebellus in historia miraculorum sanctissimi Rosarii l. 3. Dialogo 7. Fagun. dez præct. 2. l. 3. cap. 3. num. 17.* Quibus acce- P. Rebel. P. Fagud.

P. Ruiz. Cesar. Beja. Navar. Pitigian. Zerola. Joan. de la Cruz. Villalob. Faber. Pharaon.

accedunt *Ruiz in 4. sentent. cent. 94. Cesare de consol. anim. dial. 8. cap. 16. Beja in respons. casuum conscientiæ p. 3. casu 3. Navar. in man. cap. 26. num. 15. Tribarne tom. 2. dist. 19. q. 1. d. 17. sect. 3. Pitigianus in 4. dist. 19. q. unica a 3.* Illam probabilem asserunt *Zerola de pænit. cap. 25. q. 9. Iohannes de la Cruz in directorio conscientiæ p. 2. q. 4. dubio 3. concl: 1. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. dub. 28. num. 4.* licet contrariam defendant ut probabiliorem, quibus adde *Fabrum in 4. dist. 15. q. unica disp. 35. cap. 10. num. 26. & seq. Pharaonium tract. 1. de pænit. sess. 22. casu 10.* Dixi, etiam post Concilium Tridentinum, quia

Panorm. Caietan. Hostiens. Navar. Armil. Sylvestr. Medina. Scotus. Gabriel.

ante illud, eam docuere *Panormitanus in cap. significavit de pænit. & remiss. Caiet. tom. 1. opusc. tract. 6. q. 2. ad 2. Hostiensis in cap. significavit. Navarr. cap. 26. num. 20. Armilla verbo confessio §. 29. Sylvester verbo confessio q. 27. Medina tract. 2. 7. 45. Scotus d. 18. q. 1. art. 1. Gabriel ibi q. 1. art. 3. dub. 1. & d. 16. art. 3. dub. 5.* & alii.

Gabriel. Medina. Sylvest. Armilla. Hostiens. Panorm. Caietan.

78 Non tamen hi omnes hanc sententiam defendunt eodem modo, nam aliqui dicunt pœnitentem non teneri quidem acceptare, sed si acceptet teneri adimplere. Ita *Gabriel, Medina, Sylvester, Armilla Hostiensis, & Panormitanus.* Alii asserunt cum *Caiet.* nec teneri acceptare, nec si acceptet teneri adimplere, & hi quidem cohærenter, nam hujusmodi acceptatio solùm videtur esse per modum propositi, & non per modum promissionis, aut voti; unde si sacerdos non inducit obligationem, neque eam sibi pœnitens contrahit.

Faber. Pharaon.

Alii distinguunt inter pœnitentias, quæ sunt impositæ per modum medicinæ, & eas, quæ sunt impositæ per modum puræ satisfactionis. Et dicunt pœnitentem teneri acceptare primas, non secundas. Ita *Faber, & Pharaonius citati.*

Mag. D. Thom. Palud. Maior. Durand. Alensis. D. Anton. Buard. Victoria. Petr. Sot. Sotus. Ledesm.

79 Nihilominus dicendum pœnitentem teneri acceptare pœnitentiam, & eam implere Ita *Mag. d. 16. & 18. & D. Thom. ibi q. 1. art. 3. quæstiunc. 3. Richard. art. 2. q. 5. Paludan. d. 20. q. 2. & ibi Maior q. 5. & d. 17. q. 2. Durand. q. 2. & 3. Alensis 4. p. q. 24. m. 4. art. 5. D. Antonin. 3. p. tit. 18. cap. 19. §. 19. Buardus art. 3. pag. 273. Victoria in summa num. 240. Petr. Sotus lect. 2. de satisfactione, alter Sotus d. 20. q. 2. art. 2. Ledesma. 2. p. 4. q. 20. art. 3. Canus relectione de pænit. p. 5. in fine. Leand. disp. 9. q. 58. & 59. Suar. de pænit. disp. 38. sect. 7. num. 2.* asserens contrariam sententiam post Concilium Tridentinum esse temerariam. Idem sentiunt *Nugnus, in 3. p. tom. 2. q. 15. art. 1. & q. 13. a. 2. diffic. 2. conclus. 1. & Coriolanus tract. de casibus reservat. p. 1. sect. 2. conclus. 16. num. 3.* Esse contra fidem existimat *Vasquez in 3. p. tom. 4. q. 94. art. 2. dub. 1. num. 5.* & improbabilem dicit *Henriq. l. 2. cap. 3. num. 11.* consentiunt *Sanctarellus tract. de blasfemia cap. 7. dub. 1. num. 8. Sylvius in 3. p. q. 18. art. 3. dub. 1. Toletus in sum. l. 3. cap. 9. num. 3. Bellarmin. de pænit. l. 4. cap. 13. Megala in 1. p. l. 6. cap. 3. num. 3. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 2. q. 8. num. 53. Bonac. de pænit. q. 5. sect. 3. p. 4. num. 1. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 14. punct. 4. Comitolus in respons. moral. l. 1. q. 35. per totam. Diana 3. p. tract. 4. resol. 51. Molfesius tract. 7. cap. 15. num. 56. Coninck d. 10. num. 79. Hurtado disp. 14. diffic. 1. Bauny cit. q. 7. Ochagavia tract. ultimo q. 8. Pinellus de sacr. pænit. tract. 3. de satisfactione dub. 4. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 6. §. 7. num. 10. Reginaldus in praxi l. 7. à num. 75. Laverius de jubilæo p. 2. cap. 5. num. 9. Layman in Theol. mor. l. 5. tract. 6. cap. 15. num. 6. Torreblanca de jure spirit. l. 14. cap. 8. num. 21.* cum sequentibus *Barbosa in collectaneis in Trident. sess. 14. cap. 8. num. 3.* & alii.

Canus. Leand. P. Suar. Nugnus. Coriol. P. Vasq. P. Henriq. Sanctarel. Sylvius. P. Tolet. P. Bellar. P. Filliuc. Bonac. P. Valent. Diana. P. Conink. P. Hurt. Bauny. P. Pinel. Fernand. P. Regin. P. Layman. Torreblanc. Barbosa.

80 Probatur ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 8. & can. 15.* Ubi dicitur potestatem clavium esse ad absolvendum à culpa, & ad ligandum ad pœnam: si ergo sacerdos potest ligare pœnitentem, nō manet hic liber ad non acceptandum. Confirmatur ex Concilio Salegustadiensi *cap. 18. in 3. tom.* conciliorum, ibi: *multi tanta falluntur stultitia, ut capitali crimine culpati pænitentiam à suis sacerdotibus acceptare nolint, &c.* Facit textus in *Cap. Omnis utriusque de Pænitentiis, & remissionibus,* ubi eodem tenore præcipitur Christi fidelibus, ut confiteantur, ac ut pœnitentias impleant: tenentur autèm confiteri: ergo & acceptare pœnitentias. Ultimo stabilitur ratione, quia aliter maneret sacramentum mutilum. Adde quòd reus tenetur parere judici rectè præcipienti: ergo.

81 Neque obstant fundamenta opinionis contrariæ: *Ad primum* responde-

tur

turnem inem quidem teneri satisfacere in hac vita pro pœna temporali alterius, si sermo sit de satisfactione absolutè; secùs, si de satisfactione, quæ est sub præcepto: & talis est, quæ in hoc sacramento præscribitur. *Ad secundum* respondetur, pœnitentem solùm teneri acceptare pœnitentiam rationabilem humanæ fragilitati accommodatam: & talis non est, quæ gravissima est, tametsi condigna, & gravissimis sceleribus æqualis.

§. 2.

Quale peccatum sit non acceptare pœnitentiam; aut illam non implere?

82 *Aperitur status quæstionis.*

83 *An peccet mortaliter pœnitens non acceptans pœnitentiam levem, aut illam non adimplens?*

84 Quid, *quando pœnitentia fuerit gravis, & imposita pro mortalibus?*

Quid, quando pœnitentia gravis imponatur pro venialibus, vel mortalibus jam confessis? ibid.

85 *Quid, si pœnitens absque sufficienti causa nolit absolvi à tali confessario, ne pœnitentia obligetur?*

86 *Quid, si id nolit cum causa sufficienti?*

82 SEcunda *difficultas:* An peccet mortaliter pœnitens, qui pœnitentiam non acceptat, aut illam non adimplet? Et quæstio potest procedere aut quando pœnitentia est levis, aut quando est gravis.

83 Utriusque non acceptationem, vel non adimpletionem existimat *Joannes Sanchez in selectis d. 15. num. 14.* esse peccatum mortale, quia sacramentum, nisi adjungas satisfactionem, manet mutilum. Dicendum tamen cum *Henriq. l. 5. cap. 20. num. 3. in commen. lit. I. Fagund. pr. 2. l. 9. cap. 3. num. 14. Coninck disp. 10. dub. 9. num. 80. Reginald. tom. 1. l. 7. cap. 7. num. 77. Vega in sum. p. 2. cap. 64. casu 3. Rodriguez in sum. tom. 1. cap. 56. num. 9. Diana 3. p. tract. 4. resol. 120.* quibus accedunt *Suar. disp. 38. sect. 7. num. 5. Lugo citat num. 74. Hurtado disp. 14. diffic. 1. Layman l. 5. tract. 6. cap. 13. num. 7. Bauny proximè q. 8.* non acceptationem pœnitentiæ levis v. g. unius psalmi *Miserere*, esse solùm peccatum veniale; quia violatio præcepti in materia levi solùm est peccatum veniale, ut constat ex dictis *tract. 5. disp. 2. sect. 2.*

Ioã. Sãch. P. Henriq. P. Fagũd. P. Coninc. P. Regin. Vega Rodrig. Dian. P. Suar. P. Lugo P. Hurt. P. Laymã Bauny

Neque contrarium speciale est in præsenti casu ratione sacramenti mutili; nam hæc mutilatio solùm est quoad partem valde levem, & accidentalem.

84 Sin autem pœnitentia sit gravis, adhuc distinguunt *Sotus, Palud. in. & Navar.* quos citat, & sequitur *Suar. proxime num. 5.* quibus accedunt *Layman, & Diana locis citatis.* Item *Vivaldus de satisfactione num. 26.* Nam aut fuit imposita pro mortalibus, & sic ejus non acceptatio, vel non adimpletio est peccatum mortale. Aut fuit imposita solùm pro venialibus, vel mortalibus jam confessis, & sic videtur esse materia levis, sicut sunt ipsa peccata; pro quibus fuit imposita, & quorum obligationi, ac loco succedit, & consequenter ejus non acceptatio, vel non adimpletio solùm est peccatum veniale.

Sotus Palud. Navar. P. Suar. P. Laymã. Dian. Vivaldus

Nihilominus probabilius dicendum existimo, semper non acceptationem, vel non adimpletionem pœnitentiæ gravis, v. g. jejunii, aut missæ esse peccatum mortale; quia jejunium, vel missa, licèt imposita sit pro solis peccatis venialibus, est materia gravis. Et hoc ostenditur; quia, si de illa emitteretur votum animo satisfaciendi pro venialibus, vel ferretur præceptum, esset quidem materia gravis, & consequenter tale votum, vel præceptum obligaret sub mortali: ergo &c. Ita docent. *Præpositus de satisfactione numero 108. Hurtad. disp. 14. diffic. 1. Henriq. l. 5. cap 20. num. 3. Coninck citatus dub. 9. num. 81. Fagund. pract. 2. l. 9. cap. 3. num. 13. Nugnus tom. 2. in 3. p. q. 13. a. 2. diffic. 2. concl. 4. Lugo disp. 25. num. 74.* consentiunt *Zerola in praxi cap. 21. Valentia cit. q. 14. punct. 4. Sayrus de sacram. pœnit. cap. 36. num. 8. Bonac. de pœnitent. q. 5. sect. 3. p. 4. numero 4.* & alii.

P. Præpos. P. Hurt. P. Henriq. P. Coninc P. Fagũd. Nugnus P. Lugo Zerola P. Valent. Sayrus Bonac.

Ad fundamentum opinionis contrariæ respondetur, pœnitentiam succedere peccato veniali quoad obligationem pœnæ purgatorii, quæ pœna licèt non sit mortale, hoc est, mortem æternam afferens; est res gravis capax præcepti, voti, juramenti, vel alterius obligationis gravis.

Doctrina hactenus tradita procedit, quando pœnitens accipit absolutionem, & animo suo non acceptat pœnitentiam,

vel acceptatam non vult posteà implere.

85 *Quæres*: Utrùm, ne illa obligetur, possit pœnitens nolle absolvi à tali confessario, & alium quærere benignum, qui pœnitentiam imponat magis accommodatam? Respondetur pœnitentem aliquam irreverentiam committere contra sacramentum, relinquendo illud inchoatum absque sufficienti causa; non tamen hoc videtur peccatum mortale; quia pœnitentia non obligat nisi cùm pœnitens absolvitur, & pœnitens non tenetur accipere absolutionem ab hoc confessario, quando habet alium minùs difficilem.

86 Dixi *relinquendo Sacramentum inchoatum absque sufficienti causa*; quia si causa sit sufficiens, eò quòd pœnitentia videatur valde improportionata, & supra vires pœnitentis, ejusque fragilitatem, nec erit peccatum veniale. Ita *Coninck disp.* 10. *num.* 80. Et videtur de mente *Suar. cit. sect.* 7. *n.* 4. P. Conink P. Suar.

§. 3.

An pœnitens possit implere pœnitentiam per alium?

87 *An id possit fieri sine licentia confessarii? Proponitur sententia affirmativa.*

88 *Proponitur resolutio negativa.*

89 *An saltem possit de licentia confessarii? Refertur opinio negativa.*

90 *Stabilitur probabilior resolutio affirmativa.*

91 *Enodatur fundamentum opinionis negativæ.*

Tertia difficultas: An pœnitentia possit impleri per alium. Et duo sunt dubia. *Primum*: An id possit fieri sine licẽtia confessarii? *Secundum*: An saltem possit de licentia illius?

87 *Quod attinet ad primum*: Affirmant *D. Antoninus* 3. *p. tract.* 14. *cap.* 20. §. 1. *Paludanus dist.* 20. *q.* 3. *Altisiodor. l.* 4. *tract.* 6. *q.* 3. *Sylvester verbo*: *satisfactio q.* 3. Quòd intelligendum est in casu, quoad id detur rationabilis causa; quia v. g. pœnitens redditus est impotens, aut alia meliori cura est occupatus, & invenit virum sanctum, cujus satisfactio erit ipsi pœnitenti magis fructuosa. D. Anton. Palud. Altisiodor Sylvester

88 Nihilominus tenenda contraria resolutio cum communi Doctorum apud *Suar. sect.* 9. quibus accedunt *Cajet. verbo*: *satisfactionum.* 2. *Sotus dist.* 19. *q.* 2. *art.* 4. *Nugnus in additionibus ad* 3. *partem q.* 13. *art.* 2. *vers. Promtiori intelligentiæ*, *Zerola cap.* 25. *quæsito* 22. *Vasq. q.* 93. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 11. *Coninck disp.* 12. *dub.* 7. *Reginald. lib.* 7. *num.* 81. *Bonac. cit. num.* 11. Et probatur uno verbo; quia confessarius præcipit, ut ipse pœnitens jejunet, & non alius. Et confirmatur; quia præcepto Ecclesiæ jejunandi, vèl audiendi missam non satisfacit quis jejunando, vel audiendo missam per alium. P. Suar. Cajet. Sotus Nugnus Zerola P. Vasq. P. Coninc. P. Regin. Bonacin.

89 *Quod attinet ad secundum*, plures existimant nec de licentia confessarii posse pœnitentiam adimpleri per alium; quia satisfactio, prout est Sacramentalis, debet esse actus proprius ipsius pœnitentis, ut docet Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. *&* *can.* 4. Hanc sententiam defendunt *Coninck disp.* 10. *dub.* 8. *num.* 66. *Ledesma q.* 14. *art.* 4. *Vasquez loco citato Bonacin. citatus num.* 14. *Lugo disp.* 25. *num.* 82. *Ochegavia q.* 10. *&* *Hurtad. disp.* 14. *diffic.* 5. P. Coninc. Ledesma P. Vasq. Bonac. P. Lugo Ochegavo. P. Hurt.

90 Contrarium tamen videtur probabilius cum *D. Thom. in* 4. *dist.* 20. *q.* 1. *art.* 2. *quæstiunc.* 3. *Alensi* 4. *p. q.* 83. *membr.* 1. *art.* 2. *Gabriele dist.* 15. *q.* 2. *art.* 3. *dub. ultimo*, *Soto dist.* 19. *q.* 2. *art.* 4. *Durand. in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 2. *Suario de pœnit. disp.* 38. *sect.* 9. *num.* 2. *&* 3. Accedunt *Mercerus in* 3. *p. D. Thom. q.* 15. *dub.* 3. *num.* 4. *Tannerus disp.* 6. *q.* 8. *num.* 11. *Reginaldus in praxi tom.* 1. *l.* 7. *cap.* 7. *quæsito* 2. *&* *Diana* 4. *p. tract.* 4. *resol.* 251. §. *nota* 4. Et probatur, quia pœnitentia sic, vel sic facienda pendet à libera dispositione, & voluntate confessarii. D. Thom. Alens. Gabriel Soto Durand. P. Suar. Mercer. P. Tãner. P. Regin. Diana

91 Neque obstat, quòd jejunium alienum non sit actus pœnitentis; ejus enim actus fit dupliciter. *Primò*, quatenus fit ex ejus petitione. *Secundò*, ex applicatione. Sic merita Christi fiunt nostra merita, & satisfactio Christi fit nostra satisfactio ponens effectum Sacramenti ex opere operato, quatenus applicantur per illa verba *Passio Domini nostri IESU Christi &c.* ut diximus *sect.* 1. *diffic.* 2. *quæs.* 1.



§. 4.

§. 4.

Quando tenea tur pœnitens implere pœnitentiam?

92 *Quando confessarius non designat tempus, tenetur pœnitens implere pœnitentiam ubi primùm commode potest.*

93 *Quantum dillatio impletionis pœnitentiæ sit mortaliter peccaminosa? Referuntur variæ sententiæ.*

94 *Statuitur illam dillationem esse mortaliter peccaminosam, quæ protraheretur ultra annum.*

95 *Quando confessarius designat tempus, ut terminum executionis, tenetur pœnitens intra illud pœnitentiam adimplere.*

96 *Utrùm transacto tempore, transeat onus pœnitentiæ?*

97 *Utrùm pœnitens peccet mortaliter differendo pœnitentiam uno, vel altero die post tempus assignatum?*

98 *Quid dicendum, quando confessarius præcipit confiteri singulis mensibus?*

99 *An per confessionem factam primo die mensis sequentis satisfaciat pœnitens non solùm pro mense omisso, sed etiam pro sequenti?*

100 *An differens confessionem uno die post præscriptum mensem peccet mortaliter?*

101 *Quando tenea tur pœnitens implere pœnitentiam, si confessarius designet tempus ut terminum non solùm executionis, sed etiam obligationis?*

Quodnam peccatum committat pœnitentiam tunc non adimplens? Ibidem.

102 *Utrùm eo elapso tempore, adhuc teneatur pœnitens ad opus?*

92 QUarta difficultas: est de tempore, quo debet impleri pœnitentia. Et quæstio potest procedere, aut quando confessarius illud non designat: aut quando illud designat. *Quod attinet ad primum*, dicendum est, quando confessarius non designat tempus, teneri pœnitentem implere pœnitentiam quam primùm commodè possit. Ita *Suar. d. 38. sect. 7. num. 6. Coninck cit. num. 84. Reginaldus lib. 7. num. 43. & 79. Sayrus de sacram. pœnit. cap.* P. Suar. P.Coninc. P.Regin. Sayr.

26. num. 8. Molfesius tract. 7. cap. 25. num. 66. & Bonac. q. 5. puncto 4. num. 6. Probatur exemplo voti; nam qui vovit nullo præfixo termino, tenetur quamprimùm, ut cum communi Doctorum docet *Suar. l. 4. de voto cap. 12. num. 6. & Sanchez l. 4. Decal. cap. 14. num. 5.* Et eadem videtur ratio de obligatione pœnitentiæ. Molfesius. Bonac. P. Suar. P. Sãchez

93 Non tamen idcirco quælibet dillatio erit peccatum mortale. Certe *Fr. Thomas à IESU in suo tribunali tract. 3. cap. 12. dub. 9.* existimat, nullam dillationem pœnitentiæ per se loquendo excedere culpam venialem, etsi fiat sine causa. E contra *Ochagavia tract. ultimo q. 8.* asserit, dillationem pœnitentiæ ultra tres dies esse peccatum mortale. Verùm prima sententia videtur nimis laxa, & hæc secunda nimis rigorosa. Thom. à IESU Ochagav.

94 Communis Doctorum locis citatis tenet, illam dillationem esse peccatum mortale, quæ judicio hominum prudentum nimia putabitur. Quæ autem putanda sit nimia? non displicet *Fernandez in 1. p. instructorii documento 7. §. 2. num. 2.* quem citat, & sequitur *Diana 2. p. tract. miscellaneo 1. res. 53. §. ultimo* asserens, illam solùm esse nimiam, quæ protraheretur ultra annum. Ita videtur colligi ex *Cap. Omnis utriusque de pœnitentiis, & remissionibus*, ibi: *& injunctam sibi pœnitentiam, &c.* Fernãdez Diana

95 *Quod attinet ad secundum*, quando, scilicet, confessarius designat tempus, dicendum est, dupliciter posse illud designare: *Primò*, determinando non ut terminum obligationis, sed ut terminum executionis ultra quem non liceat differri executio, ut cùm præcipit mense sequenti iterum confiteri, & tunc dicendum est, teneri pœnitentem intra mensem sequentem confiteri, quod si non faciat, peccabit.

96 Adde, quòd non transit mensis cum suo onere, sed adhuc eo elapso, tenebitur pœnitens quamprimùm confiteri. Probatur exemplo annuæ confessionis, quæ, elapso anno, adhuc quamprimùm obligat, neque enim tempus in his casibus præfigitur ut terminus obligationis, sed ut terminus executionis, & ita *Suar. cit. sect. 7. num. 9. Lugo proxime num. 90. Navar. cap. 12. num. 54. Reginald. loco citato num. 43. & 79. Caiet. verbo: satisfactio §. 1. in fine. Coninck disp. 10. dub. 9. num. 85. Sanchez l. 8. de matrim.* P. Suar. P. Lugo Navar. P. Ripald. Caiet. P. Sãchez P.Coninc

P. Filliuc. Bonacin. P.Tolet. P.Vasq. Diana, trim. disp. 34. num. 57. Filliuc. tract. 8. cap. 2. num. 55. Bonacina cit. num. 5. accedunt Tolet. l. 3. cap. 11. num. 11. & Vasq. q. 94. a. 2. dub. 4. num. 1. nec non Diana 5. p. tract. miscellaneo 1. resol. 37. & alii.

97 Utrùm verò pœnitens peccet mortaliter differendo confessionem uno, vel altero die post sequentem mensem? P. Sãchez affirmat Tho. Sanchez in simili agendo de voto l. 4. Decal. cap. 14. num. 1. Sed Joã. Sãch. probabilius negandum cum Ioan. Sanch. d. 13. num. 9. Quia per se loquendo in mora modici temporis magnum damnum esse non potest L. Si debitori L. Et si post tres ff. si quis cautionibus: Facit quòd omnibus condemnatis indulgentur tres dies humanitatis gratiâ L. Cum similiter 16. §. 1. ff. de compensationibus: Et idem asserendum videtur de voto confitendi, vel communicandi mense sequenti, modica enim est ea dillatio, ac proinde inducit parvitatem materiæ.

98 Sed quid dicendum, quando confessarius præcipit confiteri singulis mensibus? Respondeo dicenda esse omnia, quæ dici solent de præcepto confessionis singulis annis. An proinde dicendum est primò, teneri pœnitentem confiteri quolibet mense, idque intra illum. Dicendum secundò, si omittat confessionem aliquo mense, teneri ad illam quam primùm mense sequenti.

99 Dicendum tertiò, per confessionem factam primo die mensis sequentis; satisfacere non solùm pro hoc mense omisso, sed etiam pro sequenti, quod ultimum, licèt sit contra Ochagaviam, traditur tamen à Sanchez l. 8. de matrim. disp. 34. num. 37. Lugo citato, & Diana 5. p. tract. 14. resol. 31. Et probatur exemplo præcepti annuæ confessionis, prout suo in loco diximus. P. Sanch. P. Lugo. Diana

100 Dicendum quartò cum Lugo citat. numero 91. differentem confessionem uno die post præscriptum mensem peccare mortaliter. Probatur, quia non tenetur aliam confessionem facere pro mense sequenti; sed hac una confessione satisfacit pro utroque mense, ac proinde delinquit in obligatione unius confessionis, quæ est materia gravis. P.Lugo

101 Alio secundo modo potest confessarius designare tempus, nimirum præfigendo illud, ut terminum non solùm executionis, sed etiam obligationis, & ita fieri solet, cùm præcipit vel jejunare omnibus pervigiliis festorum Beatæ Virginis, aut ejus festis in ipsius honorem communicari. Et tunc non est dubium; teneri pœnitentem hujusmodi opera exequi præscriptis diebus, quod si non faciat, peccabit, idquè mortaliter; quia confessarius non solùm obligat ad opus, sed etiam ad certum diem, cujus honorem specialiter intendit.

102 Utrùm verò, eo elapso, adhuc teneatur pœnitens ad opus? Affirmat Hurtad. disp. 14. difficult. 1. Respondendum tamen videtur negative cum Lugo, & aliis Doctoribus locis citatis, quia transit dies cum suo onere. Probatur exemplo præcepti Ecclesiastici, quo certis diebus in eorum honorem præcipitur missa, jejunium, vel officium divinum; nam hæc si aliquo die omittantur, transit dies cum suo onere. P.Hurt. P. Lugo

§. 5.

An teneatur pœnitens implere pœnitentiam in statu gratiæ?

103 *An pœnitens peccet mortaliter implendo pœnitentiam in statu peccati mortalis? Ponitur opinio affirmativa.*

104 *Astruitur resolutio negativa.*

105 *An saltem peccet venialiter? Refertur sententia negativa.*

106 *Prefertur probabilior resolutio affirmativa.*

107 *Refelluntur fundamenta sententiæ negativæ.*

Quinta difficultas: An pœnitentia debeat impleri in statu gratiæ? Et duo quæri possunt. Primum: An implere pœnitentiam in statu peccati sit peccatum mortale? Secundum: An saltem sit peccatum veniale?

103 Quod attinet ad primum: An sit peccatum mortale? Affirmant Archidiaconus de pœnit. dist. 5. Alensis 4. p. q. 85. membro 1. Quibus cum pluribus accedit Barbosa in collectaneis supra Tridentinum sess. 14. cap. 8. num. 5. Citari etiam potest pro hac parte Suar. disp. 38. sect. 8. num. 7. Ubi dicit: licet practice non sit, speculative tamen videri peccatum mortale. Probatur; quia satisfactio est pars sacramenti, & sacramentum debet recipi in Archidiac Alens. Barbos. P. Suar.

statu

ſtatu gratiæ: aliter, præterquamquòd indignè ſuſcipiatur, ponitur obex ejus effectui: ergo &c.

Sylveſt. Soto Paludan. Adrian. Caietan. P. Hurt. P. Lugo Fauſtus P. Regin. Nugnus Vivald. Bonac. P. Filliuc P. Vaſq. Mercer. Cruz Dian.

104 Nihilominus tenenda contraria reſolutio negativa cum *Sylveſtro verbo: ſatiſfactio q. 7. Soto diſt. 19. q. 1. art. 4. ad 3. Paludan. diſt. 15. q. 1. art. 3. concluſ. 1. Adriano 4. q. 1. de ſatisfactione ad 2. principale, Caietan. opuſculo 6. q. 2.* quos ſequuntur *Hurtad. diſp. 14. diffic. 14. Lugo cit. num. 30. Fauſtus l. 5. q. 28. Reginaldus l. 7. num. 84. Nugnus in addit. q. 14. art. 2. Vivaldus de ſatisfact. num. 12. Bonac. q. 5. ſect. 3. puncto 4. num. 15. Filliuc. tract. 8. cap. 2. quæſito 9. num. 57. Vaſquez q. 94. art. 2. dub. 5. Mercer. in 3. p. q. 15. d. 3. quæritur 3. num. 1. Ioannes de la Cruz in direct. conſc. p. 2. de ſacram. pœnit. q. 1. dubio 4. concluſ. 2. & Diana 4. p. tract. 4. reſ. 241. & 3. p. tract. 4. reſ. 70.* Et probatur *primò*, communi praxi Eccleſiæ, neque enim pœnitentes ſe accuſant, quòd pœnitentiam impleverint in peccato mortali, neque de eo interrogant confeſſarii. *Secundò*, à priori quia ſatisfactio, ut ſtatim oſtendemus, non confert gratiam ex opere operato, ſed ſolam remiſſionem pœnæ, at verò ea, quæ non conferunt gratiam ex opere operato, poſſunt ſuſcipi in ſtatu peccati abſque novo peccato mortali: ergo, &c.

P. Lugo P. Hurt.

105 *Quod attinet ad ſecundum*: An id ſaltem ſit peccatum veniale? Negant nonnulli Recentiores, quos citat, & ſequitur *Lugo proximè num. 32.* accedit *Hurtad. loco citato.* Probatur quia aliàs aſpergi aqua benedicta, vel pectus tundere in ſtatu peccati mortalis eſſet peccatum veniale, nam hæc etiam ſunt remiſſiva pœnæ, & tunc ponitur obex illorum effectui. Item aſſiſtere benedictioni Epiſcopi, cùm indulgentias confert, & illas lucrari in ſtatu peccati mortalis, erit ſimiliter peccatum veniale propter obicem, qui ponitur effectui illarum, ſunt enim indulgentiæ remiſſivæ pœnarum.

P. Suar. Nugnus P. Regin. P. Henriq. P. Filliuc Bonac. Dian.

106 Probabilior tamen videtur reſolutio affirmativa, quam tenent *Suar. Nugnus, Regin. Henriq. Filliuc. & Bonac. locis citatis*, quibus accedit *Diana 6. p. tract. 6. reſ. 45.* Probatur, quia ponere obicem effectui Sacramenti eſt aliquod peccatum, in hoc caſu non eſt mortale, ut conſtat ex dictis: ergo veniale. Et confirmatur; quia quando effectus ſacramenti eſt gratia, ponere ei obicem eſt peccatum mortale: ergo quando eſt remiſſio pœnæ, ponere ei obicem, erit ſaltem peccatum veniale.

107 Neque obſtat quod adducitur de aqua benedicta, & percuſſione pectoris, nam hæc non remittunt pœnam ex opere operato, ſed neque ex opere operantis, quando non exercentur in ſtatu gratiæ: at verò pœnitentia, ut ſtatim videbimus, remittit pœnam ex opere operato. Ad id, quod adducitur de indulgentiis, reſpondetur eas in primis non eſſe ſacramentum; Deinde etiam dicendum videtur illas lucrari in ſtatu peccati mortalis eſſe aliqualem culpam venialem propter obicem, qui ponitur illarum effectui.

§. 6.

Quem effectum habeat pœnitentia in ſatisfaciente, cùm impletur?

108 *An ſatisfactio cauſet gratiam ex opere operato? Pars affirmativa probabilis.*

109 *Eligitur probabilior reſolutio negativa.*

110 *Deſtruuntur fundamenta partis affirmativæ.*

111 *An ſaltem ex opere operato conferat jus ad auxilia præſervativa à peccatis?*

112 *An ex opere operato cauſet remiſſionem pœnæ?*

113 *An pœnitentia æqualis tollat omnem pœnam?*

114 *Quid quando prudenter à confeſſario judicatur æqualis, licet re ipſa æqualis non ſit?*
Proponitur ſententia aſſerens tollere omnem pœnam. Ibidem.

115 *Proponitur reſolutio negativa.*

116 *Refellitur fundamentum ſententiæ oppoſitæ.*

117 *An ſatisfactio conferat ſuum effectum in eo, qui illam implet in ſtatu peccati? & refertur ſententia, quæ affirmat.*

118 *Præfertur probabilior reſolutio negativa, & ſolvitur fundamentum prioris ſententiæ.*

119 *An recedente fictione, operetur ſuum effectum? Sententia negantium.*

120 *Aſtruitur reſolutio affirmativa.*

Sexta

Sexta difficultas de effectu pœnitentiæ; Et quæri possunt quatuor. Primum An causet gratiam ex opere operato? Secundum. An ex opere operato causet remissionem pœnæ? Tertium. An sortiatur hunc effectum in eo, qui illam implet in statu peccati? Quartum. An postea eum recuperet, cum recedit fictio?

108 Quoad primum: An causet gratiam ex opere operato? Affirmat Joannes à Cruce in directorio p. 2. q. 1. dub. 4. conclus. 1. Ledesma in sum. tom. 1. cap. 1. dub. 2. Caietan. in q. 90. D. Thom. art. 2 ad 2. Sotus d. 17. q. 1. art. 2. Suar. disp. 38. sect. 2. num. 3. Quibus accedit Turrianus in selectis p. 2. disp. 31. dub. 22. asserens contrariam sententiam esse temerariam. Probatur primò: quia satisfactio est pars sacramenti, & sacramenta novæ legis causant gratiam, quæ duo constant ex Concilio Trident. Secundò probatur ex illis verbis Quidquid boni feceris, aut mali patienter sustinueris, sit tibi in augmentum gratiæ.

Ioan. à Cruce
Ledesma
Caiet.
Scotus
P. Suar.
P. Turriā.

109 Nihilominus probabilior videtur resolutio negativa, quam cum D. Thom in 4. dist. 16. q. 1. art. 1. quæstiunc. 2. tenent Vasq. q. 94. art. 2. dub. 5. Coninck dub. 10. Ochagavia q. 7. Hurtado disp. 14. diffic. 13. Adamus q. 8. num. 21. accedunt Lugo disp. 29. num. 2. & Præpositus q. 12. dub. 6. Probatur in primis à posteriori, quia aliàs implere pœnitentiam in statu peccati esset peccatum mortale propter obicem, qui poneretur ejus effectui. Quod tamen est contra communem sensum fidelium, & praxim Sanctæ Ecclesiæ, ut constat ex resolutione proximæ difficultatis. Deinde à priori, quia aliæ partes Sacramenti pœnitentiæ ordinantur ad remissionem culpæ, quæ non fit nisi per infusionem gratiæ, hæc verò solùm ordinatur ad remissionem pœnæ, quæ non videtur requirere infusionem gratiæ, & hujus diversa ratio est, quia remissio culpæ est depositio indignationis, & odii; quæ fit per acceptationem in amicitiam, & gratiam; remissio pœnæ cùm nō sit depositio odii, aut indignationis, non est necesse quod fiat per acceptationem in amicitiam, & gratiam. Et confirmatur tota hæc doctrina, quia si satisfactio esset pars sacramenti conferens gratiam, cùm postea impleretur in statu peccati simul cum attritione justificaret, nam per sacramentum, quod confert gratiam homo ex attritio fit contritus; & quod inde sequitur per coronam Beatæ Virginis à confessario impositam justificaretur, quod est contra communem sensum fidelium: ergo &c.

D. Thom.
P. Vasq.
P. Coninck
Ochagav.
P. Hurt.
Adamus
P. Lugo
P. Præpos.

110 Ad primum fundamentum opinionis contrariæ respondetur Sacramenta solùm quoad partes, quæ ordinantur ad remissionem culpæ, non verò quoad partem, quæ tantùm ordinatur ad remissionem pœnæ conferre gratiam. Ad secundum respondetur illa verba, Quidquid boni feceris, aut mali patienter sustinueris sit tibi in augmentum gratiæ &c. Solùm ad illud ordinari ex opere operantis, non ex opere operato.

111 Utrùm verò satisfactio ex opere operato saltem conferat jus ad auxilia præservativa à peccatis? Affirmant non solùm Suar. num. 3. sed etiam Coninck, & Hurtad. locis citatis Melius tamen negandum cum Lugo num. 6. quia hoc jus consequitur gratiam sanctificantem, in eaque radicatur, & ut constat ex dictis, satisfactio illam non confert ex opere operato.

P. Suar.
P. Coninc
P. Hurtad.
P. Lugo

112 Quod attinet ad secundum: An satisfactio ex opere operato causet remissionem pœnæ? Negant Sotus dist. 19. q. 1. a. 5. Ledesma q. 13. a. 3. dub. 4. Adrianus q. 2. de satisfactione in solutionibus argumentor. Affirmandum tamen est cum Divo Thom. quodlibeto 3. art. 28. Caietan. tom. 1. opusc. tract. 6. q. ultima. Cano relectione de pœnit. p. 5. Suar. disp. 38. sect. 2. num. 2. Lugo num. 16. Hurtado disp. 14. diffic. 12. Vasquez q. 94. art. 2. dub. 5. Coninck disp. 10. dub. 10. Tannero q. 5. num. 24. Diana 3. p. tract. 4. resol. 70. & aliis.

Sotus
Ledesm.
Adrian.
D. Thom.
Caietan.
Canus.
P. Suar.
P. Lugo
P. Hurt.
P. Vasq.
P. Coninc.
P. Tāner.
Diana

Probatur, quia hæc pars sacramenti, nimirum satisfactio, eodem modo ordinatur ad remissionem pœnæ, sicut aliæ partes, hoc est contritio, confessio, & absolutio ordinantur ad remissionem culpæ: sed hæ remittunt culpam ex opere operato: ergo & illa pœnam ex opere operato.

113 Utrùm verò pœnitentia causet remissionem totius pœnæ? In hac re duo sunt certa. Primum pœnitentiam inæqualem non tollere omnem pœnam, sed tantùm illam partem, cui æquivalet. Secundum pœnitentiam æqualē tollere omnem pœnam.

114 Dubium esse potest: An tollat omnem pœnam, quando prudenter à con-

Scotus Gabriel Maior Sotus Medina P. Hurt. Dian.

fessario judicatur æqualis, licet re ipsa æqualis non sit? Affirmant *Sotus in 4. dist. 19. q. 1. Gabriel dist. 18. q. 1. a. 1. Maior dist. 20. q. 1. Sotus q. 2. a. 3. Medina codice de confessione q. de effectu pœnitentiæ injunctæ. Hurtado disp. 14. diffic. 15.* accedit *Diana 5. p. tract. 13. resol. 38.* Probatur, quia confessarius est judex arbitrarius: ergo quod ipse prudenter judicat Deus ratum habet, juxta illud: *Quodcumque solveris super terram, erit solutum, & in cælis.* Confirmatur, quia ob hanc rationem dispensatio Pontificis in voto, vel juramento, quando ipse judicat existere sufficientem causam, licèt re ipsa non existat, est valida, ut cum communi Doctorum tenet *Sanchez de matr. li. 8. disp. 17. n. 8.* ergo.

P. Sāchez

115 Probabilius tamen negandum existimo cum *Suar. cit. num. 3. Vasquez q. 94. a. 2. dub. 5. num. 8. Coninck num. 90. Lugo. num. 19. Reginaldo l. 7. num: 47. Turriano disp. 38. dub. 5. & Ochagavia q. 16.* Probatur in primis à simili, quia non satis est, quòd sacerdos prudenter judicet pœnitentem esse dispositum, si re ipsa dispositus non est: Deinde à priori, quia sacerdos non remittit pœnam per se immediate, sed solùm applicat causam remissivam illius, nimirum satisfactionem, quæ ex institutione Christi in tanta, vel tanta proportione remittit tantam quantitatem pœnæ, unde parùm refert quòd existimetur habere tantam, vel tantam proportionem, si re ipsa eam non habet.

P. Suar. P. Vasq. P. Conink P. Lugo P. Regin. P. Turriā. Ochagav.

116 Et hinc patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ, quia in iis tantùm sufficit prudens existimatio judicis, quæ ipse per se immediate operatur: at sacerdos, ut dictum est, non remittit pœnam per se immediate, & hoc ex capite, exemplum dispensationis Pontificiæ non concludit, nam dispensatio in eo idcirco valet, quia Pontifex dispensat per se immediate.

117 *Quod attinet ad tertium*: An satisfactio conferat suum effectum in homine, qui illam implet in statu peccati? Affirmant *Marsilius in quarto q. 11. a. 3. Medina codice de confessione q. de pœnitentia injuncta extra gratiam impleta, Vasq. cit. a. 2. dub. 5. num. 10.* accedit *Diana 5. p. tract. 13. resol. 38.* Probatur, quia remissio pœnæ, ut diximus, non fit per infusionem gratiæ; potest ergo compati cũ statu peccati.

Marsilius Medina P. Vasq. Diana

118 Nihilominus probabilior est resolutio negativa, quam tenent *Caiet. tom. 1. opuscul. tract. 6. q. ultim. Navarr. de pœnit. dist. 6. Victoria in summa num. 201. Petrus Sotus lectione ultima de satisfactione, Suar. disp. 38. sect. 8. num. 5. Hurtad. disp. 14. diffic. 14. Lugo proxime citatus num. 40. Coninck disp. 10. dub. 11. num. 96. Henriq. l. 5. cap. 8. num. 3. & cap. 20. num. 7. Molfesius tract. 7. cap. 25. num. 76. Bonac. q. 6. sect. 1. p. ult. num. 16. Ochagavia de sacram. tract. ult. de pœnit. q. 15. num. 6. Præpositus in 3. p. q. 12. de satisfactione dub. 6. num. 82. Villalobos in summa tom. 1. tract. 9. diffic. 76. num. 89.* & alii. Probatur, quia remissio pœnæ est effectus supernaturalis aliquo modo præparans hominem ad gloriam, unde non oportuit conferri homini, qui ad illam ratione peccati mortalis est omnino improportionatus. Ex quo patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ; dicendum enim est remissionem pœnæ compati cum statu peccati physice, non tamen moraliter.

Caietan. Navar. Petr. Sot. P. Suar. P. Hurt. P. Lugo P. Coninc P. Henriq Molfesius Bonac. Ochagav. P. Præpos. Villalob.

119 *Quod attinet ad quartum*: An satisfactio postea operetur suum effectum recedente fictione? Negant *Valent. q. 14. puncto 3. Adrianus q. 2. de satisfactione in solut. argumentorum, Ledesma 2. p. q. 13. art. 3. dub. 4. Sotus dist. 19. q. 1. a. 5. Vasq. q. 94. art. 1. dub. 4. Turrianus de pœnit. disp. 38. dub. 3. Hurtado, & Præpositus locis citatis.* Probatur, quia neque id habet quia est sacramentum, nam etiam Eucharistia est sacramentum: neque quia est ad remissionem pœnæ, nam etiam indulgentiæ sunt ad remissionem pœnæ; & tamen neque Eucharistia, neque indulgentia operantur postea suum effectum recedente fictione.

P. Valenti. Adrian. Ledesma Sotus P. Vasq. P. Turriā. P. Hurt. P. Præpos.

120 Nihilominus probabilior videtur resolutio affirmativa. Ita *Victoria, Caiet. & Navarr. locis supra citatis, Suar. cit. num. 5. Coninck dub. 11. Lugo num. 41. Layman l. 5. tract. 6. cap. 25. num. 15. Fagund. pr. 2. l. 9. c. 4. num. 9. Petrus Fay in addit. ad 3. p. q. 14. a. 3. disp. unica, Diana 3. p. tract. 4. resol. 85.* accedunt *Zerola in praxi pœnit. cap. 25. quæsito 18. Reginaldus l. 7. num. 9. 10. & 84. Henriq. l. 5. cap. 20. num. 7. Victoria in sum. num. 201. Sâ verbo satisfactio num. 7. Rodrig. in sum. cap. 56. num. 10. Filliuc. tract. 8. cap. 2. quæsito 9. num. 57. Molfesius tract. 7. cap. 25. 77. Bonac. q. 5. sect. 3. p. ult. n. 17.* & alii.

Victoria Caiet. Navar. P. Suar. P. Coninc. F. Lugo P. Laymā P. Fagūd. Dian. Zerola P. Regin. P. Henriq Rodrig. P. Filliuc. Molfes. Bonac.

Proba-

dex different. 23. *num.* 5. Probatur, quia pœnitentia fuit liberè imposita: ergo potest liberè commutari, nam per quascumque causas res nascitur per easdem, & dissoluitur, *cap.* 1. *de regulis juris.*

124 *Quæres*: An id possit fieri extra actum confessionis? Ratio autem dubitandi pro parte negativa est, quia hæc commutatio non potest fieri, nisi in Sacramento, est enim actus sacramentalis proveniens à potestate solvendi; & declaratur, quia ex eo impositio pœnitentiæ non potest fieri nisi in sacramento, quia est actus Sacramentalis proveniens ex potestate ligandi; atqui commutatio, vel diminutio pœnitentiæ etiam est actus sacramentalis proveniens ex potestate solvendi: ergo. Neque obstat quòd commutatio votorum, & absolutio à censuris possint fieri extra sacramentum, nam hæc non sunt actus sacramentales provenientes à potestate clavium Sacramentali; sed à potestate clavium non sacramentali. Et ita cum communi Doctorum docent *Suar. disp.* 38. *sect.* 10. *num.* 10. *Fagundez pract.* 2. *l.* 9. *cap.* 4. *num.* 17. *Filliuc. tract.* 8. *cap.* 2. *num.* 49. *Layman l.* 5. *tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 16. *Valerus verbo judex differentia* 13. *num.* 4. *vers. sed adverte Bonacina q.* 5. *sect.* 3. *puncto* 3. *Pharaonius in promptuario tractat.* 1. *sess.* 22. *casu* 19. *Bossius citat. num.* 34. quidquid in contrarium opinetur *Valentia d.* 7. *q.* 14. *puncto* 4. *in fine. Beja p.* 3. *casu* 1. *dub.* 2. *versic. notandum, & Henriq. l.* 7. *cap.* 17. §. 1. *littera C.* Quibus positis, videtur commutatio pœnitentiæ non posse fieri extra actum confessionis quia fieret extra sacramentum.

P. Suar. P. Fagũd. P. Filliuc P. Laymã Valerus Bonacin. Pharaon. Bossius P. Valent Beja P. Henriq

125 In hac quæstione illud videtur certum, posse nimirum hujusmodi commutationem fieri immediate post absolutionem, quia tunc censetur adhuc fieri in eodem sacramento, quæ enim fiunt in continenti, in esse videntur *Lege Legem, Codice de pactis, & cap. Præterea de testibus cogendis.* Et confirmatur, quia ex hac ratione potest pœnitentia imponi immediate post absolutionē, ut diximus *sect.* 1. *diffic.* 5. ergo etiam tunc poterit commutari.

126 Solùm dubitari potest: An possit fieri in continenti dumtaxat, & non sequenti post tempore? Et pro incontinenti dumtaxat stare videtur *Hurtado disp.* 14. *diffic.* 10. & facit, quòd solùm in continenti potest imponi pœnitentia: ergo etiam tunc solùm poterit commutari.

P. Hurt.

Asserendum tamen cum communi Doctorum etiam posse commutari sequenti post tempore. Ita *Suar. disp.* 38. *sect.* 10. *num.* 3. *Bossius citatus sect.* 1. *casu* 19. *numero* 28. *Vasq. q.* 94. *art.* 2. *dub.* 3. *num.* 7. *Coninck de sacram. disp.* 10. *dub.* 12. *concl.* 3. *num.* 101. *Reginald. in praxi tom.* 1. *l.* 7. *cap.* 8. *num.* 93. *Fagundez pract.* 2. *l.* 9. *cap.* 4. *num.* 15. 17. & 22. *Molfesius tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 23. *num.* 71. *Megala* 1. *p. l.* 6. *cap.* 5. *q.* 3. *num.* 5. & alii. Et probatur, quia cùm sequenti post tempore fit commutatio, adhuc censetur fieri in eodem sacramento, nam quandiu perseverat eadem causa, idem reus, & idem judex, idem judicium censetur perseverare. Quod adducitur de impositione pœnitentiæ, non habet locum, quia pœnitens sequenti post tempore non subjicitur impositioni pœnitentiæ: ejus verò commutationi, maximè. Quòd si sequenti post tempore subjiciatur impositioni pœnitentiæ, quæ forte ex oblivione fuit omissa, & petat imponi, id fieri non repugnat.

P. Suar. Bossius P. Vasq. P. Coninck P. Regin. P. Fagũ l. Molfes. Megala

127 Quantum verò intra tempus possit fieri commutatio? Discordant Doctores, nam *Suar. cit. num.* 3. & *Prapositus de satisfactione num.* 117. docent id fieri oportere intra tempus adeò breve, ut moraliter possit existimari idem judicium. *Megala l.* 6. *cap.* 5. *q.* 3. *num.* 5. designat spatium mediæ horæ: *Sotus in* 4. *dist.* 20. *q.* 2. *art.* 3. *Coninck disp.* 12. *num.* 102. & *Valerus in differ. utriusq. fori verbo judex differ.* 23. *num.* 5. asserunt posse fieri intra unum, & alterum diem. *Henriq. l.* 5. *cap.* 21. *num. ultimo* contendit posse fieri intra triduum, aut hebdomadam Consentit *Cælestin. tract.* 1. *cap.* 24. *num.* 2. Et hanc etiam sententiam amplectuntur *Bossius proxime num.* 21. & *Diana citatus* §. *sed contrariam.*

P. Suar. P. Prapos. Megala Sotus P. Conin. Valerus P. Henriq Cælestin. Bossius Diana

128 Ego existimo posse id fieri etiam longo post tempore, dummodo confessarius recordetur saltem in confuso peccatorum pœnitentis, ejusque status. Ita *Vasq. q.* 94. *art.* 2. *dub.* 3. *num.* 2. *Valent. disp.* 7. *q.* 14. *puncto* 4. *fine Sylvester verbo satisfactio num.* 5. *Pharaonis in suo prompt. tract.* 1. *sess.* 22. *cap.* 19. *Salas in tractatu de pœnit. manuscripto*, & alii, quos citat, & sequitur *Lugo proxime num.* 112. quem refert, & laudat *Diana* 6. *p. tract.* 6. *res.* 46. Et probatur, quia licet

P. Vasq. P. Valent Sylvest. Pharaon. P. Salas P. Lugo

hujusmodi commutatio fiat longo post tempore, adhuc censetur fieri in eodem sacramento, quod per illud integratur. Et hoc ostenditur, nam licèt impletio pœnitentiæ fiat longo post tempore, adhuc spectat ad idem sacramentum, ut ejus pars integrans: ergo idem dicendum de commutatione pœnitentiæ.

Dixi (dummodo confessarius recordetur saltem in confuso, status conscientiæ pœnitentis, (quia debet imponere pœnitentiam ejus peccatis accomodatam; & non potest hoc facere, nisi illa cognoscat aliquo modo, saltem in confuso. Ex dictis colliges posse confessarium aliquando commutare pœnitentiam multos post dies; aliquando verò id non posse post unum quadrantem, vel mediam horam; si nimirùm status pœnitentis non recordetur.

§. 2.

Utrùm confessarius possit commutare pœnitentiam ab alio impositam?

129 *An confessarius possit commutare pœnitentiam ab alio confessario impositam?*

Refertur sententia negativa. Ibidem.

130 *Asseritur resolutio affirmativa.*

131 *Respondetur fundamentis sententiæ negativæ.*

132 *Utrùm hæc commutatio possit fieri sine causa?*

133 *An sacerdos inferior possit cõmutare pœnitentiam impositam à Superiore pro peccatis sibi reservatis?*

Proponitur sententia negativa. Ibidem.

134 *Proponitur resolutio affirmativa.*

135 *Diriguntur rationes sententiæ negativæ.*

136 *An simplex sacerdos possit commutare pœnitentiam peccatorum mortalium, quæ jam fuerunt confessa?*

137 *Utrùm prædicta commutatio possit fieri extra confessionem?*

Refertur pars affirmativa. Ibidem

138 *Præfertur resolutio negativa.*

139 *Diluitur fundamentum partis affirmativæ.*

140 *Utrùm pœnitens in secunda confessione, in qua petit sibi fieri prioris commutationem, debeat repetere priorem confessionem?*

141 *An secundus confessarius possit commutare pœnitentiam præservativam?*

142 *Quid faciendum pœnitenti quando pœnitentiæ non recordatur?*

Secunda difficultas: De confessario quoad pœnitentiam ab alio impositam. Et quæstio potest procedere, aut quoad impositam ab alio confessario æquali, aut quoad impositam ab alio Superiori: idque pro peccatis reservatis.

129 *Quod attinet ad primum* plures existimant confessarium non posse commutare pœnitentiam impositam ab alio æquali. Ita *Nugnus t. 2. in 3. p. q. 13. dub. 4. Vasq. q. 94. art. 2. dub. 3. num. 8. Ledesma tom. 1. sum. tract. de pœnitent. cap. 23. conclus. 8. dub. 2. & Sotus in 4. dist. 20. q. 2. art. 3.* & alii. Nugnus P. Vasq. Ledesma Sotus Probatur *primò*, quia par in parem non habet imperium *L. Ille, à quo: §. Tempestivum ff. Ad Trebellionem. Secundò:* quia judex non potest revocare sententiam judicis æqualis: sed adiri debet superior juxta textum in *Cap. Dilectus 2. de rescriptis,* textum in *Cap. Ut debitus honor, de appellationibus* textum in *L. Si quis adversus, Codice de precibus imperat. offerendis. Tertiò:* quia aliàs Sacramentum maneret mutilum, neque enim daretur ea satisfactio, quæ erat sacramentalis, & alia, quæ accederet, sacramentalis non foret; esset enim injuncta ab alio ministro, & idem Sacramentum non potest habere unam partem ab uno ministro, & aliam ab alio, ut constat ex dictis *tract. 4. d. 1. sect. 4.*

130 Nihilominus tenenda resolutio affirmativa cum *Bonac. proxime puncto 3. num. 4. Lugo citato num. 101. Medina tit. 2. q. 45. Ledesma q. 20. a. 4. Sylvestro verbo confessio. 1. q. 27. Angelo verbo confessio 6. num. 4. Navarr. cap. 26. num. 22. Rosella verbo: confessio Sacramentalis num. 11. & Victoria num. 211.* quibus accedunt *Suar. de pœnit. disp. 38. sect. 10. num. 4. Diana 2. p. tract. miscellaneo 1. resol. 53. Hurtado disp. 14. diffic. 10. Valentia disp. 7. q. 14. puncto 4. Henriq. l. 5. cap. 20. Coninck disp. 10. dub. 12. Beja 1. p. casu 15. Filliuc. 1. p. tract. 8. cap. 2. num. 50. Fagundez cit. cap. 4. num. 15. Layman cit. cap. 15. num. 14. Pharaonius in suo promptuario tract. 1. sess. 22. casu 22. Lavorius de jubileo p. 2. cap. 3. num. 45. Fernandez in exam.* Bonac. P. Lugo Medina Ledesma Sylvester Angel. Navar. Rosella Victoria P. Suar. Dian. P. Hurt. P. Valent. P. Henriq. P. Coninck Beja. P. Filliuc. P. Layman P. Fagund.

Theol.

Theol. moralis p. 3. cap. 6. §. 7. num. 20. in fine, Sylvius in addit. ad 3. p. q. 18. art. 3. dub. 4. concl. 1. Toletus in sum. l. 3. cap. 11. num. 5. Portel in addit. ad dubia regular. ver. pœnit. sacrae. num. 8. Cæsare in consol. anim. dialogo 8. cap. 26. Villalobos in sum. p. 1. tract. 9. dub. 79. num. 5. Joannes de la Cruz in director. consc. p. 2. de pœnit. q. 4. dub. 4. conclus. 2. & alii plures.

P. Tolet. P. Portel. Villalob. de la Cruz.

Probatur: quia secundus confessarius potest cognoscere de peccatis alii confessario confessis: illa iterum audire, iterum absolvere, & curare quidquid ad illa pertinet in remedium pœnitentis, & usque favorem: ergo potest eorum pœnitentiam minuere, vel commutare. Et confirmatur, quia hic secundus confessarius potest circa eadem peccata quidquid primus: at verò primus potest pœnitentiam minuere, vel commutare: ergo & secundus: accedit, & hoc resolutionis caput est, communis usus, & praxis Ecclesiæ.

131 *Neque obstat primò*, quòd par in parem non habeat imperium, nam secundus sacerdos non exercet actum imperii in primum, sed in pœnitentem. *Non obstat Secundò* quòd unus judex non possit revocare sententiam alterius judicis æqualis, nam id solùm verum est in causis forensibus, non in causis sacramentalibus, & hujus diversa ratio est, quia in forensibus unus judex non potest cognoscere causam alterius, in sacramentalibus verò unus sacerdos potest iterum cognoscere peccata aliis confessa, iterum eà absolvere, &c. *Non obstat Tertiò* quòd sacramentum maneat mutilum, ac truncatum ea parte, nam illa est valde accidentalis.

132 Utrùm verò hæc commutatio possit fieri sine causa? Pro parte affirmativa facit, quòd Sacerdos potest sine causa commutare pœnitentiam à se impositam: ergo etiam pœnitentiam impositam ab alio. Tenenda tamen resolutio negativa cum communi Doctorum apud *Bonacin. proximè num. 1. & Bossium cit. num. 14.* Quia Sacerdos non potest sine causa mutilare sacramentum, & mutare præceptum alterius confessarii.

Bonac. Bossius

Neque obstat, quòd sine causa possit commutare pœnitentiam à se impositam; nam tunc, neque mutilat Sacramentum, illa enim satisfactio; quam ipse addit, cum sit idem minister, censetur idem sacramentum integrare; neque mutat præceptum alterius confessarii, sed suum, quod sicut ipse liberè imposuit, ita potest liberè commutare. Erit autem rationabilis causa hujus commutationis, necessitas aliqua, vel utilitas, aut difficultas pœnitentis in exequendo illius satisfactionis genere, ut notant Doctores locis citatis.

133 *Quod attinet ad secundum*, plures opinantur non posse sacerdotem inferiorem commutare pœnitentiam impositam à Superiore pro peccatis sibi reservatis. Ita *Suar. cit. num. 14. Lugo numero 105. Joannes à Cruce q. 4. dub. 4. conclus. 2. Hurtado disp. 14. diff. 10. Coninck disp. 10. dub. 12.* Accedunt *Sá verbo satisfactio num. 5. Beja 3. p. casu 1. versu Hæc tamen opinio Reginaldus libro 7. num. 91. Sylvester verbo confessio q. 27. Rodriguez 1. p. cap. 56. num. 8. Nugnus de pœnit. q. 13. art. 2. §. Dubitatur etiam Filliucius tract. 8. cap. 2. quæst. 7. Fagundez præc. l. 9. cap. 4. Megala 3. p. l. 6. cap. 5. q. 3. Laymann l. 5. tract. 6. cap. 15. num. 16. Malderus de virtutibus tract. 10. cap. 5. dub. 11. quæsita 2. Pharaonius in suo promptuario tract. 1. sess. 22. casu 22. Lavorius de jubilæo p. 2. cap. 5. num. 45. Caspensis de pœnitent. disp. 8. sect. 6. num. 52.*

P. Suar. P. Lugo Joan. à Cruce P. Hurt. P. Coninc. P. Sá Beja P. Regin. Sylvest. Rodrig. Nugnus P. Filliuc. P. Fagund. Megala P. Laymā. Malderus Pharaon. Lavorius Caspens.

Fundamentum est, quia inferior non potest mutare sententiam Superioris, & hujus ratio est, quia talis mutatio non potest fieri nisi revocetur causa ad antiquum statum, in eoque cognoscatur; inferior autem non potest cognoscere causam constitutam in illo antiquo statu; quo non ad illum, sed ad solum superiorem pertinebat: ergo &c.

134 Nihilominus probabilior videtur resolutio affirmativa, quam tenent *Henriq. l. 5. cap. 22. §. 1. lit. 1. Valentia t. 4. disp. 7. quæst. 14. puncto 4. Vasq. de pœnit. q. 94. art. 2. dub. 3. num. 9. Bonac. de sacram. d. 5. sect. 3. p. 3. n. 6. Valerus verbo: jurisdictio differentia 1. n. 7. Zerola in praxi pœnit. cap. 25. quæsito 10. versu. Dico 2. Graffis l. 1. decis. aurear. cap. 31. num. 13. Hipolitus singul. 182. num. 3. Bossius de triplici Jubilæi privilegio sect. 1. casu 19. num. 10. glossa in cap. Tempora 26. q. 7. verbo: tuo judicio, & in cap. Latorem 33. q. 2. Felinus in cap. Accusasti de accusationibus, in fine; & in cap. Atsi Clerici §. de adulteriis, in fine, de judiciis, Jason in L. Omnes pupilli*

P. Henriq. P. Valent. P. Vasq. Bonac. Valerus Zerola Graffis Hipolit. Bossius Glossa Felinus Jason.

ff. de justitia, & jure speculator titul de dispensat. §. nunc de Episcoporum num. 21. Fernand. *Fernandez in Instruct. confess. p.* 1. *docum.* Diana *7. num.* 5. *Diana* 2. *p. tract.* 1. *miscel. res sol.* 53. & alii. Et probatur, quia ubi primùm à Superiore confertur absolutio, statim tollitur omnis reservatio, Et, ea sublata, potest sacerdos inferior cognoscere de illis peccatis, ea audire, absolvere, & consequenter eorum pœnitentiam commutare.

135 *Ad fundamentum opinionis cōtrariæ,* respondetur quidquid sit de causis forensibus, in quibus judex inferior non potest cognoscere causas superioris, certe in Sacramentalibus, ubiprimùm tollitur reservatio, posse sacerdotem inferiorem cognoscere de peccatis jam legitimo superiori subjectis, ea iterum, atque iterum absolvendo, & curando quidquid spectat ad medicinam pœnitentis, ejusque favorem. Ad confirmationem dicendum est, causam revocatam ad pristinum statum etiam pertinere ad sacerdotem inferiorem, ubi primùm ablata est reservatio.

136 Ex hac doctrina sequitur posse simplicem sacerdotem commutare pœnitentiam peccatorum mortalium, quæ jam fuerunt confessa: quod licèt sit contra *Suar. cit. num.* 16. *& Hurtad. proxime,* tra- Ioã. Sãch. ditur tamen *à Ioanne Sanchez in selectis disp.* 14. *num.* 13. Et ratio est manifesta, quia simplex sacerdos potest circa mortalia jam confessa quidquid sacerdos inferior potest circa reservata superiori jam subjecta: at verò inferior potest commutare pœnitentiam hujusmodi reservatorum: ergo.

137 *Queres primò*: Utrùm hæc commutatio possit fieri extra confessionem? Et pro parte affirmativa facit, quòd sacerdos potest pœnitentiam à se impositam commutare non solùm immediate post absolutionem, sed etiam sequenti, imo longo post tempore, ut patet ex dictis in 1. difficultate: ergo etiam pœnitentiam impositam ab alio. Et certè hanc Navar. opinionem tenet Navarr. *cap.* 26. *num.* 22. P. Valent. *ad finem, Valent. disp.* 7. *q.* 14. *puncto* 4. *Sá* P. Sá *verbo: satisfactio num.* 5. 5. *Summa Corona de* Rodrig. *pœnit. num.* 46. *quæst.* 8. *Rodriguez* 1. *p. cap.* Victorelus 56. *num.* 8. *Victorellus in notis ad Emmanue-* Zerola *lem, Zerola in praxi pœnitent. cap.* 25. Valerus *quæsito* 12. *Valerus in differentiis utriusque fori, verbo: jurisdictio differentia* 1. *num.* 8. *Medina cod. de satisfactione,* Medina *Bossius cit. sect.* 1. *casu* 19. *num.* 3. & Bossius alii.

138 Tenenda tamen resolutio negativa cum *Suar. cit. num.* 4. *Hurtado proxi-* P. Suar. *me citato, Lugo num.* 111. *Coninck disp.* 12. P. Hurt. *num.* 102. *Bonac. cit. num.* 7. *Fillincio tract.* P. Lugo 8. *cap.* 2. *num.* 49. *Beja loco citato, Reginaldo* P. Coninck *l.* 7. *num.* 42. *Henriq. l.* 5. *cap.* 22. *num.* 1. *Nu-* Bonac. *gnus de pœnit. q.* 13. *a.* 2. *dubio* 3. *Vasq. q.* 94. P. Fillinc. *a.* 2. *dub.* 3. *num.* 7. *Sylvester verbo: confes-* Beja *sio q.* 27. *Diana* 2. *p. tract.* 1. *miscellaneo re-* P. Ripald. *sol.* 53. *§. sed contrariam.* Probatur: quia P. Henriq. commutatio pœnitentiæ non potest fieri Nugnus nisi in Sacramento, ut constat ex dictis P. Vasq. in prima difficultate, & confessarius non Sylvest. operatur partem ejusdem sacramenti ad- Diana ministrati ab alio confessario, nam idem Sacramentum, ut etiam constat ex dictis, non potest fieri partim ab uno ministro, & partim ab alio.

139 Ex quo desumitur diversa ratio, cur confessarius possit extra actum confessionis commutare pœnitentiam impositam à se: non verò pœnitentiam impositam ab alio; nam in primo casu commutatio censetur fieri intra idem sacramentum ad quod spectat, siquidem fit ab eodem ministro; in secundo, minimè; non enim possunt spectare ad idem sacramentum ea, quæ fiunt à diverso ministro.

140 *Queres secundò*: Utrùm pœnitens in secunda confessione, in qua petit sibi fieri prioris commutationem, debeat repetere priorem confessionem? Negant *Navarr. in manuali cap.* 26. *num.* 22. *Portel in* Navar. *addit. ad dubia regul. verbo; pœnitentia sacra-* Portel *mentalis num.* 8. *Toletus in sum. l.* 3. *cap.* 11. P. Tolet. *num.* 5. *Henriq. l.* 5. *c.* 22. *num.* 1. *Cæsare in* P. Henriq. *consol. anim. dialogo* 8. *cap.* 26. *Beja* 1. *p. ca-* Beja *su* 15. *Sylvius in addit. ad* 3. *p. q.* 18. *art.* 3. Sylvius *dub.* 4. *conclus.* 1. *Fernandez in examine The-* Fernand. *ol. moralis p.* 3. *cap.* 6. *§.* 7. *num.* 20. *Vivaldus* Vivald. *in candelabro aureo de satisfactione num.* 31. Rodriguez *Rodriguez in sum. tom.* 1. *cap.* 56. *concl.* 7. Valerus *num.* 8. *Valerus verbo: iurisdictio differentia* Victoria *num.* 7. *Victoria in summ. cap.* 211. *Ioannes* de la Cruz *de la Cruz in directorio conscientiæ p.* 2. *de pœ-* P. Sá *nit. q.* 4. *dub.* 4. *conclus.* 2. *Sá verbo: satisfa-* Villalob. *ctio num.* 5. *Villalobos in sum. p.* 1. *tract.* 9. *dub.* Dian. 79. *num.* 5. *Diana* 2. *p. tract.* 1. *miscellaneo re-* P. Laymã *sol.* 53. *§. sed ego.* Accedunt *Layman cap.* 15. Bonacin. *num.* 16. *Bonacin. cit. num.* 8. *summa Corona* Nugnus Bossius

de

Nugnus Bossius

de pœnit. num. 45. dub. 8. Nugnus in addit. q. 18. art. 3. ad finem, Bossius citatus num. 23. & alii.

P. Suar. P. Vasq. Megala Molses. Pezant. P. Filliuc P. Coninc P. Fagũd. P. Regin. P. Lugo

Amplectenda tamen resolutio affirmativa cum *Suar. disp. 38. sect. 10. num. 8. Vasquio citato num. 7. Megala 1. p. l. 6. cap. 5. q. 3. num. 5. Molsesio in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 23. num. 71. Pezantio addit. ad 3. p. q. 18. de satisfactione Sacramenti disp. 2. conclus. 3. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 2. num. 50. Coninck de Sacram. disp. 10. dub. 12. concl. 3. Fagund. pract. 2. l. 9. cap. 4. & Reginaldo in praxi tom. 1. l. 7. cap. 8. num. 93.* quibus accedit *Lugo citatus num. 107.* qui *numero 109.* dicit contrariam sententiam parum, aut nihil habere probabilitatis. Et probatur, quia ista commutatio est actus judicialis, & hic fieri non potest, quin præcedat cognitio causæ. Non oportebit tamen repeti omnia peccata, sed sufficit præmitti summa capitum, quantum satis erit, ut saltem in confuso cognoscat confessarius statum pœnitentis, ejusque causam.

Zerola Beja. Bonacin. Diana Bossius Valerus P. Lugo

141 *Quæres tertiò:* Quid dicendum, quando pœnitentia erat præservativa? Poterit ne etiam hanc secundus confessarius commutare? Negant *Zerola de pœnit. cap. 25. q. 12. Beja 3. p. casu 1. &* alii. Affirmandum tamen cum *Bonacin. citato num. 5. Diana 3. p. tract. 4. resol. 137.* quibus accedit *Bossius num. 34. Valerus verbo: judex differ. 13. num. 5. Lugo citat. num. 114.* Probatur, quia eadem videtur ratio de pœnitentia præservativa, ac de aliis, debet tamen secundus confessarius hanc præservativam in aliam etiam præservativam commutare.

Sylvestr. D. Anton. Bonac.

142 *Quæres quartò:* Quid faciendum pœnitenti, quando pœnitentiæ non recordatur? *Sylvester verbo: confessio 1. num. 29. fine & D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 19.* quem sequitur *Bonac. proximè sect. 3. puncto 3. num. 9.* opinantur debere iterare confessionem, & pœnitentiæ iterum subjici, ne maneat mutilum Sacramentum, cujus pars est ipsa satisfactio.

Navar. Graffis Beja P. Suar. P. Filliuc P. Laymã

Probabilius tamen dicendum cum *Navarro, Graffis, Beja, Suar. Filliuc. & Layman,* quos citat, & sequitur *Bossius proximè num. 24.* pœnitentem manere in hoc casu deobligatum à pœnitentia. *Primò,* quia non tenetur bis subjicere clavibus eadem peccata. *Secundò* quia justum impedimentum excusat à præcepto, & oblivio est quoddam justum impedimentum naturale. *Tertiò;* quia pœnitentia non est pars essentialis Sacramenti: sed tantùm accidentalis, à qua, datâ causâ, potest pœnitens facilè excusari. Ex dictis patet solutio ad fundamentum opinionis contrariæ.

§. 3.

An pœnitens authoritate propria possit sibi pœnitentiam commutare?

143 *Proponitur sententia affirmativa.*
144 *Proponitur resolutio negativa.*
145 *Solvitur fundamentum primæ sententiæ.*
146 *Minus benè resolvit Diana quemdam casum.*
147 *An cesset obligatio pœnitentiæ, si pœnitens loco illius velit indulgentias lucrari?*

143 T*ertia difficultas:* An pœnitens possit sibi pœnitentiam commutare? Affirmant *Portel in additionibus ad dubia regularia v. pœnitent. sacramentum num. 6. Villalobos tom. 1. tract. 9. diffic. 79. Celestinus in compend. Theol. mor. tom. 1. cap. 14. num. 8. Diana 2. p. tract. miscel. 1. resol. 13. §. ult. & 3. p. tract. 4. resol. 53. & 5. p. tract. 14. resol. 73.* accedit *Bossius proximè num. 17.* Probatur exemplo voti, quod quilibet potest sibi commutare in opus æquale, vel evidenter melius, ut est communis Doctorum in materia de voto, & eadem videtur ratio de commutatione pœnitentiæ. Portel Villalob. Celestin. Diana Bossius

144 Nihilominus tenenda contraria resolutio, quam docet *Thomas Sanchez 4. Decal. cap. 11. num. 36. Ioannes Sanchez in selectis disp. 14. num. 22. Coninck disp. 10. dub. 12. num. 103. Reginald. l. 7. num. 85. Molsesius tract. 7. cap. 25. num. 61. Henriq. cap. 20. num. 5. Bonac. q. 5. sect. 3. punct. 3. num. 12.* quibus accedunt *Lugo disp. 25. num. 96. & Turrianus in selectis p. 2. disp. 31. dub. 62.* dicens contrariam sententiam esse temerariam: Probatur in primis communi sensu Fidelium, & praxi Ecclesiæ. Deinde, quia nemo potest sibi commutare jejunium, vel missam ab Ecclesia præceptam: ergo neque præceptam à confessario. P. Thom. Sãchez Io. Sãch. P. Conink P Regin. Molses. P. Henriq Bonac. P. Lugo P Turriã.


145 *Ad fundamentum opinionis contrariæ*, respondetur esse diversam rationem in voto, ac in pœnitentia, nam in voto ipse vovens voluntate sua se obligavit, & alioquì Deo reddit æquivalens, vel melius; at in pœnitentia non ipse pœnitens, sed confessarius est qui arbitrio, & voluntate sua illum obligavit.

146 Ex dictis colliges non bene resolvisse *Dianam* illum casum, quem refert 3. *p. tract.* 4. *resol.* 106. quæsitus enim, An ille, cui imposita est à confessario tertia pars coronæ Beatæ Virginis singulis diebus, satisfecerit recitando singulis officium Beatæ Virginis? respondit affirmativè: sed non rectè, ut patet ex dictis. Dian.

147 An autem obligatio pœnitentiæ cesset, si pœnitens loco illius velit lucrari indulgentiam? Affirmant *Navarr.* Navar. *de indulgentiis notabili* 31. *num.* 20. *Reginald. l.* 7. *num.* 125. *Vivaldus tit.* 9. *num.* 37. *Valentia tom.* 4. *d.* 7. *q.* 2. *puncto* 3. *vers. sunt autem, Bonacin. cit. sup. p.* 4. *num.* 7. P.Regin. Vivald. P.Valent. Bonac. Quia pœnitentia ordinatur ad remissionem pœnæ, & indulgentia plenaria tollit omnem. Verùm hoc mihi non placet. *Primò*: quia pœnitentia confessarii habet aliquid medicinæ sibi injunctum. *Secundò*: quia est determinata sub præcepto. *Tertiò*: quia aliàs, qui pro peccatis confessis se flagellasset, vel jejunasset, ut plerumque fit tempore quadragesimæ posset omittere, vel saltem sibi minuere pœnitentiam injunctam à confessario, quod est contra praxim Ecclesiæ, & communem sensum Fidelium. Et ita docet *Suar. de pænit. disp.* 38. *sect.* 10. *num.* 10. *&* 11. quem sequitur *Caspensis de pœnit. disp.* 8. *num.* 47. P. Suar. Caspens.

Finis Laus Deo, Virginique Matri.





INDEX LOCUPLETISSIMUS

Rerum omnium, & Verborum, quæ in hac Materia de Pœnitentia continentur, ordine Alphabetico dispositus.

Literæ Tr. *Tractatum*, N. *Numerum marginalem*, *&* Pag. *Paginam Significant*,

LITERA.

A

Abbas.

Magni Abbates habētes in suos subditos sæculares jurisdictionem quasi Episcopalē possunt approbare ad audiendas illorum confessiones. tr.6.n.165. pag.323

Abbates Monasteriorum habent facultatem sibi eligendi confessarium, quoad non reservata. tr.6.n.266.pag. 346

Vide Verb. Prælatus.

Abortus.

Procuratio, auxilium, seu consilium Abortûs post animatum fœtum, etiam effectu non secuto reservatur in Decreto Clementis VIII pro Religiosis. tr.7.n.62. pag.412.

Quomodo definiatur Abortus? tract.7.n.463. pag. 501

Quo puncto temporis fœtus animetur? ibid.n. 464.

An Regularis incidens in casū Abortûs incurrat pœnas Gregorii XIV? Vid.tr.7.n.465 pag. 502.

Superiores Regulariū possunt cum suis subditis dispensare in irregularitate secuta ex Abortu. tr.7.n.467.pag.502

Hæc irregularitas Abortûs non incurritur in dubio, an fœtus fuerit animatus. tr. 7.n. 473. pag. 503.

Abortûs Procuratio pro Diœcesibus reservata.

Mater sumens poculum ad Abortum probabiliter excipitur ab excommunicatione huic casui imposita. tr.7.n.958.pag.589.

Ignorantia Iuris, aut facti etiam crassa, supina, & affectata excusat à pœnis Abortûs. tr. 7.n.960.pag.590

Dans mulieri remedia ad sterilitatem, has pœnas non incurrit. ibid. n.961.

Non potest Episcopus dispensare in irregularitate contracta ex Abortu, licet possit absolvere à reservatione. tr.7.n.967. pag.591

Qui confessarii possint absolvere ab excommunicatione sequuta ex Abortu? Vid. n. 962: usque ad 966.pag.591. & 592

Probabile est amasium tacentem, dicente amicâ se velle procurare Abortum, non incurrere pœnas Abortûs. tr. 7.n.971. pag.99.

Qui consilio, aut aliqua vi parentem impedit ne Abortum impediat, non incurrit pœnas Abortûs. tr.7.n.972.pag.593.

Probabile est retractantem consilium, quod dederat ad Abortum, ante executionem, non incurrere pœnas Abortûs. tract. 7.num. 977. pag. 594.

Eritne licitum consulere abortū mulieri gravidæ, quæ animo obstinato parata est se occidere ad vitandam infamiam? Vid.tr.7.n.979 usque ad 982.pag.594.& 595

Puel-

Puella, licet in extremis necessitate proveniente ab extrinseco, non potest licite Abortum procurare. tr.7.n.984. pag.595

Si mulier sit in extremo vitæ discrimine ob ægritudinem nisi procuretur Abortus, si fœtus nõdum sit animatus, potest licite tunc procurari. tr.7.n.985. usque ad 992. pag.596. & 597.

Tenetur Mater se mori permittere, ut fœtus in lucem exeat, & baptizetur. tr.7.n.996. pag.597.

Si Mater in hoc casu sit in peccato mortali, & propriam damnationem timeat, tenetur procurare statum gratiæ, & permittere se mori. tr.7.n.998.pag.598

Quid dicendum, quando nulla suppetit probabilis spes fore, ut infans in lucem edatur, sed simul cum matre extinguendus sit; potestne Mater accipere remedia non directe tendentia ad abortum, sed ad febrim mortiferam? Vid.ibid.n.999.

Quid in isto casu dicendum, si remedia applicanda æque tendant in salutem Matris, & Abortum fœtus? ibid.n.1001.

Si detur spes fore, ut, extincta matre, fœtus lucem videat, & baptizetur, non possunt matri applicari remedia, ex quibus sequuturus est abortus, & extinctio fœtus. ibid. n. 1002.

Absolutio.

Iurisdictio ad valorem absolutionis nõ tribuitur confessario à pœnitente. tract.2.num.80 pag. 103.

Non potest quilibet Sacerdos absolvere validè quoslibet pœnitentes. ibid.n.82.& 84.pag 104.

Potestas jurisdictionis ad absolvendũ solùm potest delegari secundum id, quod addit supra potestatem Ordinis. tr.2.n.88.pag.105

Cur Sacerdos absolvat à censuris nomine Ecclesiæ, non ita à peccatis. ibid.n. 106. pag. 109.

Securè potest absolvi ille, qui habet dolorem nõ dolendi de peccatis. tr.3.n. 133.pag.137.

Potest quis absolvi ab una excommunicatione, manente alia, non verò ab uno peccato mortali, relicto alio. tr. 3.n.246. pag.159.

Ad absolutionem requiruntur aliqua verba propriè dicta. tr.4.n.1.pag. 238.fine

Non potest conferri nutibus, vel scriptis. ibid.

Illa verba Misereatur tui &c. *non sunt de substantia absolutionis.* tr.4.n.6.pag.239

Idem dicendũ de illis verbis, Passio Domini & merita, &c. ibid.

Hoc etiam intelligendum de pronomine: Ego. ibid.

Hæc verba, Te absolvo à peccatis tuis in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *nõ sunt omnia de substantia, & necessitate absolutionis.* tr.4.n.7.pag.240

Hæc verba, Absolvo te à peccatis tuis, *etiam non sunt omnia de necessitate absolutionis.* ibid.num. 10.

Sufficiunt ad substantiam absolutionis verba, Absolvo te. ibid.n.11.

Non sufficit solum verbum, Absolvo, *si non addatur particula,* Te. ibid.n.12.pag.240.

An vero peccet, qui omittit illa verba, A peccatis tuis? *Vide,* tr.4.n.16.pag.240.

Sola verba, Ego te absolvo, *concurrunt ad effectum Sacramenti.* tract.4.num.18.pag 241.

Quem sensum efficiunt verba absolutionis? tr. 4.n.20. pag.242.

Non potest validè conferri absolutio habenti sola peccata existimata. ibid. n. 22.

Absolutio potest amplius remittere peccata illi, cui jam hæc sunt remissa. tract.4.num.23. pag.243

Absolutio non significat remissionem factam, in eodem signo, quo profertur, sed in sequenti faciendam. tract.4.n.26.pag.243

Quomodo intelligatur illud proloquium Præcedit sententia Petri, & subsequitur sententia Christi? ibid.n.27

Quam mutationem patiantur verba absolutionis? ibid.n.28. 29. & 30.

Hæc absolutio, Absolvatur servus Christi, *si proferatur modo imperativo, est valida, secus vero si proferatur modo deprecativo.* tr.4.n. 31.& sequentibus. pag.244.& 245.

Idem dicendum de ista forma, Absolvat te Christus. ibid.n.32

Hæc absolutio, Placet, quod absolvaris, *seu,* Placet, quod Petrus absolvatur, *seu,* Jubeo Petrum absolvi, *est valida.* tr.4.n. 39.pag.246

Valet hæc absolutio, Remittuntur tibi peccata tua. *ibid.n.42.*

Hæc absolutio, Ego authoritate Papæ absolvo te à peccatis tuis, *est invalida.* ibid n. 43.

Si utaris absolutione dubia, de cujus valore dubitant Doctores, & pro utraque parte altercantur, nisi hoc facias ex rationabili causa, mortaliter peccas. ibid.n.44.

Quodnam peccatum committat, qui utitur absolutione certa, sed cum mutatione accidentali? ibid.n.45.

Absolutio potest dari sub conditione de præterito, aut de præsenti; v.g. Si doles, Si non es vere absolutus, *&c.* tract.4.num.46. pag. 247.

Utrùm

Utrùm, & quando sit, vel non sit licita hæc absolutio? ibid.n.47
Absolutio sub cõditione de futuro, v.g. Ego te absolvo, si Episcopus contulerit, *est nulla.* ibid.n.48.
Probabile est hanc absolutionem esse validam, Ego te absolvo, si Deus jam scit, te cras restituturum. *tr.3.n.55. pag.* 248.
Plures Sacerdotes possunt simul absolvere eundem pænitentem. tr.4.n.59.pag.249
In hoc casu datur duplex Sacramentum physice, unum verò moraliter. ibid.n.60.& 61
In casu, quo plures Sacerdotes simul absolverẽt unum pænitentẽ, si quilibet Sacerdos diceret, Nos te absolvimus, *esset absolutio invalida.* tr.4.n.63.& sequent.pag.250
Absolutio nequit administrari absenti. tract.4. num.69.pag. 251
Absolutio moribundi, vid. Moribundus.
Absolutio à Reservatis, vid. Reservatio.
Absolutio in articulo mortis, vid. Articulus mortis.
Absolutio à censuris, vid. Censura.
Absolutio ex vi Iubilæi, vid. Jubilæum,
Absolutio ex vi Cruciatæ, vid. Reservatio, *ad finem.*
Absolutio ex titulo colorato, vid. Titulus coloratus.
Vide Confessarius.
Vide Attritio.
Vide Integritas Confessionis.
Vide Propositũ non peccandi.
Vide Regulares.
Vide Sacerdos.
Vide Episcopus.

Abstinentia.

Non datur in Angelis. tr.1.n. 92.pag.18.

Actio.

In una actione physica plures morales esse possũt, & è contra. tr.3.n.341.pag.177.
Non omnis actio incompossibilis cum impletione præcepti, est declaranda. tr.3.n.653.& 654.pag.233.

Actus.

Actus externus.

Actus externus malus est materia Pænitentiæ. tr.1.n.72.& 73. pag. 15
Unde desumatur distinctio numerica in actibus externis malis? tr.3.n.361. pag. 183. & sequent.
In confessione explicãdus est actus externus. ibid n.611.pag. 226. *Vide* Effectus.

Actus internus.

Semper multiplicatur, quando transit de uno objecto in aliud. tract. 3.num. 345.& 346. pag. 178
Itẽ quando, facta interruptione per actum contrarium, redit ad idem objectũ. ibid.n.347.
Multiplicatur etiam per interruptionẽ ex oblivione, distractione, vel somno, si talis interruptio sit morali, & humano modo perceptibilis. tr.3.n.352.pag.180. & 181
Actus internus aliquando reservatur propter externum. tr.7.n.158. pag. 436

Actus consumatus.

Actus principalis consumatus debet explicari in confessione. tr.3.n.470.pag. 203

Actus odii, fugæ, & prosecutionis.

Omnis actus odii, & fugæ habet duos terminos, unum à quo, *alterum* ad quem tract.1.n. 4. pag.2.
Solùm de potentia absoluta potest dari actus, qui simul sit formalis fuga, & formalis prosecutio. tr.1.n.199.pag.38
Potest quis ex motivo generali alicujus virtutis fugere ab uno ejus contrario, quin fugiat ab omnibus aliis. tr.3.n.35.pag.118.& 119

Actus moralis.

Non potest transire ab una specie in aliam. tr. 3.n. 110. pag. 133.

Actus materialiter malus.

Non est materia Pænitentiæ. tr. 1. n. 75. pag. 16.

Actus naturalis, & supernaturalis.

Potest actus naturalis respicere objectum motivũ supernaturale. tr.1.n.138. pag.27.
Idem actus naturalis nõ potest esse simul certus, & obscurus. ibid n.139.
Ad supernaturalitatem actûs substantialem sufficit principium supernaturale. tr.3.n.88. & 89.pag. 129.
Actus supernaturalis non potest per se imperari ab actu naturali, potest tamen per accidens, & ex superabundantia. ibid. n.225.,pag.156

Actus primo primus, & indeliberatus.

Dolere possumus de actibus primo primis ex aliis virtutibus, non ex virtute Pænitentiæ. tr. 1. n. 76. & 77. pag. 16.

Actus indeliberati, qui sequuntur post efficax propositum eos non committendi, non imputantur ad culpam. tr. 3. n. 439. pag. 198.

Adamus.

In Adamo etiam ante peccatum fuit virtus Pænitentiæ. tr. 1. n. 119. pag. 23

Adamus per pænitentiam recuperavit omnem gratiam sanctificantem, quam habuerat in statu Innocentiæ. ibid. n. 428. pag. 81.

Adoptatio.

Datur duplex adoptatio in filium Dei. tr. 1. n. 295. pag. 55.

Adulterium.

Conjugatus peccans cum conjugata duo committit adulteria. tr. 3. n. 395. pag. 188

Affinitas.

Vide Impedimentum Matrimonii.

Ager.

Depopulatio Agrorum per decretum Gregorii XIV. caret immunitate Ecclesiæ. tr. 7. n. 743. pag. 552

Quid veniat nomine depopulatorum agrorum. tr. 7. n. 841. pag. 569

In Similibus depopulationibus etiam continentur devastationes nocturnæ agrorum. Ibid.

Etiam incurrunt casum Gregorianum depopulatores diurni agrorum. ibid. n. 842

Amor Dei.

Homo advertens ad peccatum non potest, moraliter loquendo, amare Deum, quin retractet ipsum peccatum. tr. 1. n. 230. pag. 45

In aliquibus casibus sufficit amor Dei super omnia ad remissionem peccati mortalis. ibid. n. 231.

Vide Charitas.

Angelus.

Angeli non dicuntur casti, nec abstinentes. tr. 1. n. 91. pag. 18

Angeli in statu viæ habuerunt virtutem Pænitentiæ. tr. 1. n. 107. pag. 21. 22. & 23.

Solùm apprehendūt immobiliter circa naturalia evidentia. ibid. n. 108. pag. 22.

Potuerunt peccare venialiter tantùm. tr. 1. n. 109. pag. 22

Post peccatum comissum in statu viæ, Deus eis non denegavit auxilia sufficientia ad pænitētiam. ibid. n. 110.

Angeli habent modò in Cælo virtutem Pænitētiæ quò ad entitatem, non quò ad denominationem tr. 1. n. 111. pag. 22.

Non habent inflexibilitatem physicam, sed ad summum moralem. ibid. n. 114. pag. 22. & 23.

Apostasia.

Non differt specie ab heresi, in quam transit Apostata, hic tamen maiorem injuriam, & inobedientiam committit in Christum, quàm hæreticus, qui nunquam fuit Catholicus. tr. 3. n. 506. pag. 209

Reservatio imposita Apostatis in Decreto Clemētis VIII. nō incurritur à Regulari qui è Religione fugit ad tēpus, non animo eā deserendi sed revertendi. tr. 7. n. 365. pag. 484

Nec item, qui fugit à religione animo ingrediendi aliam etiam laxiorem, incurrit talem reservationem, stando jure communi. ibid. n. 366

Quid dicendum stando jure speciali? ibid. num 367.

Moniales, quæ è Monasterio egrediuntur animo nō revertendi sunt vere Apostatæ, & ut tales comprehenduntur tali reservatione. ibid. n. 368

Hoc etiam extenditur ad conversas, quæ sunt veræ Religiosæ: excipe Novitias, & alias, quæ non sunt veræ Religiosæ, licet sub clausura vivant. ibid. pag. 485

Quid dicendum de Regulari, qui è Monasterio & Superiore immediato fugit ad Superiorem mediatum, eritne Apostata, & incurret reservationem? Vid. tr. 7. n. 369. pag. 485

Episcopus Regularis, qui renūtiavit Episcopatui, non reversus est ad Religionem, sed mā-sit in seculo, non est Apostata, nec reservationem incurrit. ibid. n. 370

Quid dicendum si talis Episcopus propter culpā deponatur ab Episcopatu? Vid. tr. 7. n. 370. pag. 485

Regularis, qui fugit animo non revertendi licet

habitum retineat, manet Apostata, & incurrit reservationem. tr.7.n.371. pag.485.
Quid faciendũ de bonis Apostatæ? ibid.n.372

Apostoli.

Acceperunt potestatem jurisdictionis ex vi Apostolatus tr.2.n.77.pag.102.
Credibile est Apostolos frequentasse confessionẽ. tr.5.n.11. pag. 263.
Si Apostoli committerent aliqua peccata ante inceptionem Ecclesiæ non erant materia Confessionis. ibid.
Post inceptionem Ecclesiæ poterant habere materiam sufficientem, non tamen necessariam ad confessionem. ibid.

Approbatio ad audiendas confessiones.

Præter habentes beneficium parochiale Omnes alii indigent approbatione. Episcopi ad audiendas Confessiones sæcularium. tract. 6. n. 142. pag. 318
Approbatio Sacerdotis requiritur, ut Absolutio sit licita, & valida. tract. 6. num. 158. pag. 322
Episcopus electus, non vero confirmatus non potest approbare. tr.6.n. 161. pag.323
Potest vero Episcopus confirmatus nondum consecratus. ibid.n.132
Approbatio ad audiendas confessiones obtenta ab Episcopo Excommunicato vitando, vel suspenso, est valida. tr.6.n. 167.pag.324.
Approbatio non est actus Episcopi, qua Episcopi formaliter, sed qua testis. tract. 6. n. 170 pag. 324
Cujusnam Episcopi requiratur approbatio? Loci, an pœnitentis, an Confessarii? Vid.tr. 6.num.173. usque ad 177. pag. 325. & 326. & ibi Vide marginem.
Sufficit approbatio cujuslibet Episcopi, ut Sacerdos sit eligibilis per Bullam, privilegium, aut Iubilæum, tr.6. num. 178. usque ad 184. pag. 326. 327. & 328
Semel approbatus à quolibet Episcopo, loci, pœnitentis aut Confessarii, censetur ubique approbatus ad audiendas confessiones Sæcularium, si aliunde detur jurisdictio vi Bullæ, Iubilæi, aut privilegii. Vide tract. 6. num. 185. pag. 328
Quid veniat nomine approbationis? tr.6.n. 189 pag. 329
Quæ scientia in approbando requiratur? Vid.tr. 6.n. 190. pag. 330
Hæc scientia in approbando, quinque requirit. tract.6. n. 191. 192. 193. 194. & 195. pag. 330.
Quæ probitas, & quæ qualitates in approbando requirantur? vid.tr.6.n.196.& 197.pag 330.& 331
Ad valorem approbationis sufficit judicium idoneitatis externum. tr.6.n. 203.pag.332.
Approbatio, licet in scriptis non obtineatur, est valida tr.6.n.205.pag.332.
Approbatio non data gratis, sed aliqua pecunia acquisita adhuc est valida. ibid. n.206.
An sufficiat approbatio, cujus notitiã non habet ipse approbatus? An sufficiat approbatio præsumpta per ratihabitionem de præsenti: vel futuro, dolo obtenta, vel metu extorta, vel an expiret morte approbantis, vel per ejus amotionem ab officio? vide ibid. num. 207. pag. 333
Approbatio juste petita, & injuste negata ex sola duritie, & malevolentia Episcopi, si petatur à Sacerdote Sæculari, non habetur pro concessa. tr.6.n.224.pag.336
Utrùm approbatio juste petita à Mendicantibus, & injuste negata, habeatur pro concessa? vide tr.6.num.227.pag.337. & ibi marginem.
Quomodò dignoscendum sit, an Episcopus injuste negaverit approbationem? tr.6. num. 225. pag.339. Vid. marginem n.227.pag.337
Quid dicẽdũ si dubites de injustitia circa approbationẽ? ibid.n.236. Vid.dictũ marginem.
Vide Licentia ad audiẽdas cõfessiones.
Vide Episcopus.
Vide Prælatus.

Articulus mortis.

Nemo etiam in articulo mortis, tenetur vitare pericula damnationis metaphysica sed, sola moralia, & humana: unde in tali articulo sufficit Attritio cognita cum Sacramento. tr. 3. n.122. & 123. pag. 136.
Qui mortis articulo ostendit dolorem de peccatis, tacita confessione, eo modo, quo potest, petit absolvi. tr.4.n.84.pag.254
In articulo mortis non sufficit voluntas generalis Sacramentorum ad sacramentum pœnitentiæ. tr.4.n.95. pag.256.
Sufficit tamen hæc voluntas ad alia Sacramenta. ibid.
In articulo mortis præceptum Divinum obligat per se ad confessionem. tr.5. num.12.pag. 263.
Si dubitet pœnitẽs de sua contritione, in articulo mortis obligatur ex propria charitate ad confessionẽ per interpretẽ. tr.5.n.31.pag.267

Tunc

Tunc non est opus confiteri integre, sed dicere peccatum minoris infamiæ, aliis suppressis. ibid. num. 32.
Pœnitens in articulo mortis obligatur ad confessionem in scriptis, quando aliter se explicare non potest tr.5.n.34. pag.268.
In hoc casu non tenetur ad integritatem, si non possit scribere commode sine periculo infamiæ, secus vero si non detur tale periculum. tr.5. n.35.& 36.pag. 268.
An liceat in articulo mortis saltem titulo humilitatis, & contritionem excitandi gratia deficiente Sacerdote, fieri Confessionem laico? tr.6.n.10.& 11.pag.287.
Quid veniat nomine Mortis articulus? tr. 6. 23.pag.289.
Pro eodem accipitur mortis articulus, ac mortis periculum. ibid.n. 24.
Simplex Sacerdos non potest, præsente proprio Sacerdote absolvere in mortis articulo. tr.6. n.26.pag.290.
An, si in articulo mortis desit proprius Sacerdos tam ordinarius, quàm delegatus, possit eligi alius quicũque, nullo servato ordine? Vid. tr. 6.n.29.& 30.pag.291.
Quis possit absolvere à reservatis in articulo mortis? Vide Reservatio, *& ibi* Absolutio à reservatis in articulo mortis.
Vide Moribundus.

Assasinium.

Quid sit Assasinium? tr.7.n. 808. pag.564.
Probabilius est testem, vel judicem qui pecunia corruptus reum damnavit ad mortem, non dici Assasinium ibid.n.810.
Probabilius est consulentem Assasinium non esse Assasinum. tr.7.n. 812.pag. 565.
Mandans per solam mortem attentatam, etiam effectu non sequuto, committit Assasinium. ibid.n.813.
Mandatarius non incurrit Assasinium per solam mortem attentatam, effectu non sequuto. ibid.n.815.
Nec mandans, nec mandatarius incurrunt Assasinium, quando mandatarius, pecunia accepta, occidit communem inimicum ipsi videlicet mãdatario, & mandanti. ibid.n. 816.
Qui pretio accepto occidit infidelem, vel mandat illum occidi probabilius non incurrit Assasinium. ibid. n. 817.
Qui per solam modicam pecuniam, vel per solas preces occidit, non est dicendus Assasinus. tr. 7.n.819. & 820. pag. 566.
Idem dicendum, quando pactũ fuit de re incerta, vel quando res promissa non est in potestate promittentis. ibid.n.821.& 822.

Attritio.

Attritio, prout est dispositio ad effectum Sacramenti, debet esse supernaturalis in entitate. tr.3.n.81.pag.128.& n. 85.pag.129.
Sufficit quòd sit supernaturalis solùm ex parte principii, & non ex parte objecti motivi. ibid. n.87.pag.129.
Attritionis motivum est vel consideratio turpitudinis peccati, vel gehennæ, & pœnarum metus tr.3.n.90.pag.130.
Nomine pœnarum venit non sola pœna damni, sed etiam sensus; nec sola pœna Inferni, sed etiam Purgatorii. ibid.n.91.
Attritio potest haberi ex metu alicujus pœnæ temporalis, prout à Deo infligendæ; nõ tamen ex metu pœnæ humanæ sine respectu ad Deum. tract.3.n.92.& 93.pag. 130.
Attritio habita ex metu gehennæ, & pœnarum, est honesta. ibid.n.95.pag. 130.& 131.
Attritio ex metu pertinet ad virtutem spei. ibid. n.100.pag.131.
Quid intelligatur nomine turpitudinis peccati, ex qua habetur Attritio? tr.3.n. 101. pag. 131.& 132.
In quo differat Attritio à contritione? ibid.n. 105. & 106. pag. 132.
Attritio non potest propriè fieri contritio? tr.3. n.108.pag. 133.
Quo sensu in Sacramento ex attritio fiat quis contritus? ibid.n.109.
Attritio, cui adjungeretur actus amoris Dei, maneret contritio, non propriè, & formaliter, sed impropriè & æquivalenter. tr. 3. n. 112. pag. 133.
Sufficit Attritio ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ. ibid.n.115.pag.134.
Sufficit item Attritio cognita, etiam in articulo mortis. ibid.n.119. pag.135.& 136.
Requiritur tamen semper attritio formalis; seu, non sufficit voluntas confitendi absque dolore formali ibid.n.125.pag.137
Non sufficit attritio naturalis; nec existimata, si in re non sit. ibid. num. 136.pag.138 & 139
Attritio debet extendi ad omnia mortalia non confessa: potest aliquando nec virtualiter extendi ad omnia, & ita sufficere ad confessionem. tr.3.n.145.pag. 145. & 141
Attritio, prout est de essentia, & materia Sacramenti Pœnitentiæ, debet includere propositum non peccandi de cætero formale, & aliquando solum virtuale. ibid.num.167.pag. 144.

Attri-

Attritio non requiritur ante confessionem; sufficit ante absolutionem. tr. 3. num. 171. pag. 145.
Nō est opus, quòd physicè coëxistat absolutioni, sufficit quòd coëxistat seu perseveret moraliter. ibid. n. 173. pag. 146.
Tandiu moraliter perseverat, quandiu non retractatur per peccatum contrarium, vel dubium illius. ibid. n. 175.
Eadem Attritio potest inservire duabus absolutionibus, quando secunda confessio fit de aliquo peccato oblito; non verò quando fit de eisdem peccatis, à quibus pœnitens fuit directè absolutus tract. 3. num. 179. pag. 147.
Attritio non debet necessariò elici ex intentione confitendi. idid. n. 185. pag. 148.
Attritio, etiam quando confessio fit de solis venialibus, debet esse formalis, & efficax. tr. 3. n. 190. pag. 149.
Non tamen debet se extendere ad omnia venialia. ibid. n. 193. pag. 149. & n. 198. pag. 150.
Attritio alicujus venialis in particulari solùm retractatur per veniale contrarium ejusdem speciei. tr. 3. n. 207. pag. 152.
Attritio generalis omnium venialiū non retractatur per quodlibet veniale subsequēs. ibid.
Attritio generalis omnium Mortalium non retractatur totaliter per quodlibet Mortale subsequēns; non tamen sufficit ad Sacramētum. tr. 3. n. 209. pag. 152.
Vide Contritio.
Vide Confessio.
Vide Propositū non peccandi.

D. Augustinus.

Sensit peccatū Pharaonis obdurato non esse imputatū pro tēpore indurationis: sed eam sētentiā postea retractavit tr. 1. n. 117. p. 35.

LITERA B.

Bannitus.

QUI bannitum occidit, licèt animo peccaminoso, non incurrit reservationem homicidii voluntarii. tract. 7. num. 586. pag. 523.
An verò incurrat reservationem, qui bannitum occidit extra territorium prascribentis? Vid. trct. 7. n. 587. & 588. pag. 524.
Incurrit reservationem tamen, qui Patrem, etiam bannitum occidit. tract. 7. n. 947. pag. 587.
Vide Homicidium.

Baptismus.

Cur Baptismus Ioann's, & interdum Baptismus Christi dicantur Baptismi pœnitentiæ? tr. 2. n. 16. pag. 90.
Baptismi Sacramentum informe, recedente postea fictione, suum operatur effectum. tr. 3. n. 161. pag. 143.
De peccatis ante, & in Baptismo commissis, vid. Peccatum, & tr. 3. n. 289. pag. 168. & seq.
Siquis postulet Baptismum, & dum dormit, baptizetur, manet verè baptizatus. tract. 3. n. 349. pag. 179. & num. 358. pag. 181.
Hæc verba, Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *sunt de necessitate Baptismi.* tr. 4. n. 9. pag. 240.

Beatitudo, & Beatus.

In Beatis datur virtus Pœnitentiæ. tr. 1. n. 121. & sequent. pag. 23.
Non verò habitus Fidei, vel spei. ibid. num. 122. & 123.
Beatitudo formalis non consistit in carentia peccati. tr. 1. n. 216. pag. 42.
Vide Visio Beata.

Beneficium, & Beneficiatus.

Quid veniat nomine habentis beneficium parochiale. tr. 6. n. 131. pag. 315.
Qui renuntiavit beneficio parochiali, aut ob propter aliquod crimē ipso jure privatus est, non potest audire confessiones Secularium sine approbatione. tr. 6. n. 137. pag. 317.
Habens beneficium in una Diœcesi, non venit in alia nomine illud habentis: nec audire potest confessiones non subditorum in alia Diœcesi tr. 6. n. 138. pag. 317.
Habens beneficium Curatum est eligibilis in sua, & aliena Diœcesi, imo & ubique virtute Bullæ, vel Iubilæi. tr. 6. n. 292. & 294. pag. 351.
Vide Officium Divinum.
Vide Parochus.

Blasphemia.

Proferens plures blasphemias ejusdem rationis eodem impetu, & sermone; unum tantùm committit peccatum. tr. 3. n. 367. pag. 183.

Qui verò una propositione blasphemat in plures Sanctos, plura committit peccata. ibid. n. 394. pag. 188.
Omnes blasphemiæ sub pura ratione blasphemiæ sunt ejusdem speciei: non verò, prout habent adjunctas alias formalitates. tr. 3. n. 492. pag. 207.
An blasphemia in B. Virginem distinguatur specie ab aliis? ibid. n. 494.
Blasphemiæ in Deum, in B. Virginem, & in Sanctos debent distingui in confessione. ibid. n. 495.
Vide Hæresis.

Blasphemiæ publicæ indiœcesibus reservatæ.

Blasphemia publica dicitur illa, quæ est notoria tr. 7. n. 903. pag. 580.
Quomodo definiatur Blasphemia? ibid. num. 904.
Solùm Blasphemia publica, hoc est, oris in hac reservatione comprehenditur. ibid. num. 905.
Blasphemia non solo facto committitur. ibid. n. 907.
Quæ verba sint blasphema. Vid. tr. 7. n. 908. pag. 580.
Non blasphemat ille, qui amasiam Deam suam, vel suum Idolum appellat. tr. 7. n. 909. pag. 581.
Qui per Dei vitam, vel Sanctorum jurat incurrit blasphemiam. ibid. n. 910.
Qui jurat per pudenda Christi, aut Sanctorum, vel inhonestè ea nominat est blasphemus. ibid. 911.
Qui per membra honesta, aut per corpus, aut per sanguinem Christi jurat, non committit blasphemiam. ibid. n. 913.
Qui jurat per membra Dei, v. g. per caput Dei per capillum Dei, &c. est etiam blasphemus. ibid. n. 914.
Quid dicendum de illo, qui dicit, Hoc est ita verum, ut Deum esse in cœlo, vel Hoc est Evangelium, &c. tract. 7. num. 915. pag. 582.
Qui jurat per Intemeratam Deiparæ Sanctissimæ Virginitatē, non est censendus blasphemus. ibid. n. 916.
Non datur parvitas materiæ in blasphemiis, quæ immediatè contra Sanctitatem proferuntur. tr. 7. n. 919. pag. 582.
Blasphemiæ, quæ non directè proferuntur contra Sanctos, formaliter qua Sanctos, sed materialiter qua homines, possunt admittere parvitatem materiæ. tract. 7. num. 921. pag. 583.
Blasphemiæ, quæ proferuntur defectu advertentiæ, & plenæ deliberationis, solùm sunt peccata venialia. tr. 7. n. 922. pag. 583.
Quando blasphemiæ proferuntur inadvertēter quidem, at ex prava consuetudine blasphemandi, adhuc non sunt peccata mortalia. tr. 7. n. 924. pag. 584.
Si tamen advertatur ad pravam consuetudinem, tenetur quis illas retractare. ibid. n. 928.
Dividuntur Blasphemiæ. ibid n. 929. 930. & 931.
Hæc Blasphemia (Em que pez à Deos) *est Blasphemia hæreticalis.* tr. 7. num. 935. pag. 585.
Qui animo blasphemandi dicit (Em que pez à Deos *sistendo in hac prima syllaba* De. *nō blasphemavit hæreticaliter.* ibid. n. 936.
Hæ Blasphemiæ (Renego Deum. Renego Puritatem B. Virginis) *sunt etiam hæreticales* ibid. n. 938.
An verè hæ, Renego D. Petrum, *& similes sint hæreticales?* Vid. ibid.
Qui cognoscant de hæreticalibus Blasphemiis, & quibus pœnis puniantur blasphemi? Vid. tr. 7. 939. usque ad 931. pag. 4. 86
An audiens Blasphemantem teneatur eum acriter objurgare? Vid tract. 7. n. 942. pag. 586.
Tenetur etiam sub pœna excommunicationis blasphemantem denuntiare. tr. 7. n. 943. pag. 587.
Vide Hæresis.

Bonum.

Quo sensu ad minus bonum possit ordinari bonum maius. tr. 3. n. 99. pag. 131.

Bulla.

Vide Reservatio, *& ibi* Absolutio à reservatis virtute Bullæ Cruciatæ.
Vide Jubilæum.

LITERA.

C

Capitulum.

P*Otest, Sede Vacante, approbare ad audiēdas cōfessiones.* tr. 6. n. 164. pag. 313.

Utrum, Sede Vacante, possit revocare licentias ab Episcopo concessas mendicantibus, & cum illis communicantibus? Vid. tr 6. num. 151. pag. 343.
Vide Episcopus.
Vide Vicarius Generalis.

Castitas.

An Angeli dicantur Casti? Vide Angelus.
Habens votum Castitatis, & contrahens matrimonium tenetur illud explicare. tr. 3. n. 655. pag. 233.
Vide Votum.

Cardinales.

Etiamsi non sint Episcopi, nec Legati, sed merè Cardinales, habent facultatem sibi eligendi confessarium. tr. 6. n. 264. pag. 345.

Causa.

Causæ, ob quas potest aliquod peccatum taceri, quinque communiter enumerantur. Vide tractatum 3. numerum 667. pagina 236.
Causæ deobligantes ab integritate confessionis, Vid. Integritas confessionis.

Censura.

Potest absolvi nutibus, vel scriptis. tr. 4. n. 5. pag. 239.
Absolutio à censura non fit de facto per verba de precatoria. tr. 4. n. 37. pag. 245.
Potest tamen Summus Pontifex de potentia absoluta absolvere à censuris utendo forma deprecatoria. Ibid.
Absolutio à censura potest impedi sub conditione de futuro tr. 4. n. 48. & 54.
Absolutio à censura ex vi extorta, & metu obtenta est invalida. tr. 6. num. 92. pag. 304.
Qui percutit Clericum volentem percuti, & in hoc consentientem, incurrit censuram. tr. 6. n. 480. & 482. pag. 390.
Vide Reservatio.

Charitas.

Sine charitate non dimittitur peccatum mortale extra Sacramentum. tr. 1. n. 182. pag. 36. & pag. 37. n. 187.
Per solum actum charitatis extra Sacramentum restituitur habitus ipsius charitatis, & etiam alii habitus virtutum supernaturalium infusi. ibid. num. 188. & 189. pag. 37.
Per charitatem dicitur quis manere in Deo, & transformari in illum quò ad affectum, non quò ad participationem naturæ. tr. 1. n. 221. pag. 43.
Charitas sine gratia reddit hominem amicum Dei, quantum est ex parte hominis, non quantum est ex parte Dei ibid. n. 222.
Vide Justificatio.
Quo sensu charitas operiat peccata? tr. 1. n. 451. pag. 85.
Vide Amor Dei.

Christus Dominus.

Habuit virtutem Pœnitentiæ solùm quò ad substantiam, non quò ad denominationem. tr. 1. n. 129. & 130. pag. 24.
Satisfactio Christi D. licèt fuerit infinita, nobis tamen non applicatur absolutè infinitè, sed respectivè ad nostra opera. tr. 1. n. 323. pag. 60.
Qualiter nobis applicentur satisfactio, & merita Christi D. Vid tr. 8. n. 3. pag. 611

Circunstantia peccati.

Qui confessus peccatum, omisit circunstantiam ex oblivione, non tenetur postea repetere peccatum, si sine illo possit circunstantia explicari: aliter dicendum si sine illo exprimi non possit. tr. 3. n. 260. pag. 162. & 163.
Aliquæ circunstantiæ possunt in eadem confessione dici seorsim à peccatis, aliquæ non. ibid. n. 265. pag. 163.
Circunstantiæ aggravantes intra eandem speciem non sunt necessariò declarandæ in confessione. tr. 3 n. 402. pag. 190. & 191.
Si tamen confessarius de illis interroget, debet pœnitens eas explicare. ibid. n. 405.
Omnes circunstantiæ mutantes speciem sunt necessariò explicandæ. tract. 3. n. 407. pag. 192. & seq.
An explicandæ sunt circunstantiæ dignitatis? Vide Episcopus, Judex, & Prælatus.
Circunstantiæ ex parte subjecti semper debent explicari non ita circunstantiæ ex parte objecti. tr. 3. n. 564. pag. 218. *Vide* Delectatio, & Scandalum.
Quid veniat nomine circunstantiæ Quibus auxilis? & *quomodo circunstantia,* Cur, *explicanda sit?* tr. 3. n. 646. pag. 231. *Vid.* Finis.

Quid veniat nomine circumstantiæ, Quomodo, & *utrùm explicanda sit*. tr. 3. n. 556. pag. 233.
Circumstantia diei festi, in quo comittitur aliquod peccatum non est explicanda. ibid. n. 661. pag. 234.
Circumstantia Orationis, vel Officii Divini non est explicanda, à committente peccatum in tali tempore. tr. 3. n. 664. pag. 235.
Circumstantiæ peccati sunt materia Sigilli. tr. 6. n. 454. pag. 385.
Vide Incestus.
Vide Votum.
Vide Impedimentũ Matrimonii.

Claves.

Vide Potestas Clavium.

Clemens VIII.

Est apocryphum factum, quod Clementi VIII. imputatur, nim rum absolvisse hominem ruentem à cupula D. Petri aëre percipitem tr. 4. n. 90. pag. 255.
Vnde habuit fortassis originem hæc fabula. ibid.
Clemens VIII. in suo Decreto de Confessione in absentia non loquitur in sensu copulativo, sed disjunctivo. tract. 4. num. 102. pag. 357.
Rejicitur Bonacinas circa Explicationem hujus Decreti. tr. 4. n. 105. pag. 258.
Refutatur etiam explicatio Eminentissimi Cardinalis de Lugo. tr. 4. n. 106. pag. 258. fine.
Quomodo intelligatur hoc decretum: & quo sensu sit in præsentia confessio moribundi, cujus in præsentia ratificari non potest testimoniũ doloris, seu pœnitentiæ, datum est tamen in absentia ipsi Sacerdoti? tr. 4. n. 107. pag. 259.

Clericus.

Clericus in minoribus confitens peccata luxuriæ non tenetur explicare circumstantiam Ordinum. tr. 3. n. 417. pag. 194.
Vide Sacerdos.
Vide Irregularitas.

Cognatio Spiritualis.

Non oritur ex Sacramento Pœnitentiæ. tr. 3. n. 550. pag. 216.
Vide Impedimentum Matrimonii.

Cognatio legalis.

Vide Impedimentum Matrimonii *ad finem*.

Cognitio.

Cognitio falsi non supponit necessariò cognitionem veri distinctam. tract. 1. num. 194. pag. 38.

Compensatio pro peccatis.

Compensationis bonitas non movet per se ad dolorem de peccatis, imò potest absolutè stare sine tali dolore. tr. 1. a n. 25. pag. 8.
Specificat aliquam virtutem, & potest amari tr. 1. pag. 9. à n. 30.

Complex.

Confessarius complex, & *socius criminis non intelligitur solùm in materia castitatis*. tr. 2. n. 243. pag. 159. *Vide*, Confessarius, & Confessiò.
Pœnitens non potest sine necessitate declarare complicem, aliter peccabit mortaliter. ibid. n. 585. pag. 221.
Tenetur tamen declarare complicem, etiam extra articulum mortis, quando id ad integritatem confessionis est necessarium. ibid. n. 501. pag. 222.
An verò possit declarare complicem, quando id est necessarium ad integram confessionem venialis? vel tunc teneatur differre confessionem? ibid. n. 599. pag. 223.
Quando pœnitens sine rationabili causa manifestavit confessario complicẽ, tenetur ad restitutionem. tr. n. 601. pag. 224.
Declaratio complicis, quando reputatur necessaria ad integritatem confessionis, est materia sigilli. tr. 6. n. 469. pag. 388.
Quando pœnitens sine necessitate de travit complicem, adhuc complex cadit sub sigillũ: tr. 6. n. 470. pag. 388.
Potest confessarius corrigere complicem ex sola licentia pœnitentis. ibid. n. 472.

Com-

Commutatio Pœnitentiæ.

Confessarius potest commutare pœnitentiam à se impositam. tr. 8. n. 122. pag. 636.
Potest hoc confessarius liberè facere, nullâ datâ causâ. ibid. n. 123.
An verò confessarius possit extra confessionem commutare pœnitentiam à se impositam, & quantum intra tempus, vel quo post confessionem tempore? Vide tr. 8. n. 124. usque ad 128. pag. 637. & 638.
Potest confessarius commutare pœnitentiam ab alio impositam. tract. 8. num. 139. pag. 638.
Hæc commutatio potest fieri sine causa. tract. 8. num. 132. pag. 639.
Sacerdos inferior potest commutare pœnitentiam impositam à Superiore pro sibi reservatis. tr. 8. num. 134. pag. 639.
Simplex Sacerdos potest commutare pœnitentiam peccatorum mortalium, quæ jam fuerunt confessa. tr. 8. n. 136. pag. 640.
Commutatio pœnitentiæ à Superiore impositæ pro sibi reservatis non potest fieri ab inferiori Sacerdote extra confessionem. ibid. num. 138.
Pœnitens in secunda confessione, in qua petit sibi fieri prioris commutationem, debet repetere priorem confessionem. tract. 8. num. 140. pag. 640.
Quando pœnitentia est præservativa, adhuc potest à secundo confessario commutari. tr. 8. num. 141. pag. 641.
Si pœnitens pœnitentiæ obliviscatur, manet in hoc casu ab illa deobligatus. ibid. num. 142.
Pœnitens non potest authoritate propriâ sibi pœnitentiam commutare. tract. 8. num. 143. pag. 641.
Non cessat obligatio pœnitentiæ, licèt pœnitens loco illius velit lucrari indulgentiam. tract. 8. num. 147. pag. 642.
Vide Meritum.

Concionator.

Tenetur veritatem publicè docere, licèt fructus alicujus privati non speretur: imo licèt sequatur ejus scandalum. tract. 6. n. 361. pag. 365.

Concubina, & Concubinarius.

Si Clericus habeat plures concubinas, ut uxores in facie Ecclesiæ, incurrit irregularitatem bigamiæ. tr. 3. n. 411. pag. 193.
Vide Occasio peccandi.
Vide Excommunicatio.

Confessarius.

Non est necesse, quòd Confessarius interroget pœnitentem, an peccando adverteret ad prohibitionem, & offensam Dei tr. 1. n. 51. pag. 13.
Confessarius Summi Pontificis, ab eo accipit jurisdictionem. tract. 2. num. 107. pag. 190. & 110.
Quomodo se gerere debeat confessarius cum pœnitente, qui debitum examen non præmisit? tr. 3. n. 217. pag. 154.
Confessarius, absolutè loquendo, non peccat audiendo complicem, ac socium criminis. ibid. num. 238. pag. 158. *Vide infrà* Confessio.
Sola illa peccata sunt repetenda, quæ confessarius nullo modo intellexit ignorantiâ linguæ, vel peccatorum, aut ob distractionem, somnum, vel surditatem. tr. 3. n. 278. pag. 165. & n. 282. pag. 166.
Quid faciendum, quando pœnitens dubitat, quæ fuerint illa peccata? ibid. n. 283.
Si quis bona fide accedat ad confessarium adeò ignorantem, ut nesciat distinguere inter mortalia, & venialia, non tenetur postea repetere confessionem. tract. 3. num. 279 pag. 166.
Quando confessarius obliviscitur confessionis ante absolutionem, sufficit quòd ei repetatur confessio in confuso. ibid. num. 284. pag. 167.
Confessarius audiens in peccato mortali plures confessiones, licèt continuatas, tot committit peccata, quot confessiones audit. tr. 3. n. 398. pag. 189.
Potest confessarius in aliquibus casibus obligare pœnitentem ad declarandum complicem, nō tamen sub excommunicatione, vel præcepto obedientiæ, licèt Prælatus sit. tr. 3. n. 604. pag. 224. & 225.
Si eum obliget extra tales casus, peccat contra justitiam, & religionem. ibid. num. 605.
Vide Complex.
Quid faciet, quando plures in navi subita procella

cella, vel in periculoso conflictu simul confessionem petunt? tr. 3. num. 668. pag. 236.

Quomodo debeat absolvere distantes, qui in urgente periculo signa doloris simul ostendant? ibid. n. 669.

Si Confessarius advertat, se ignarum esse linguæ pœnitentis, & sit alius linguæ peritus, non debet absolvere pœnitentem, licèt audierit unum, vel alterum peccatum sed debet eum ad illum dimittere. tr. 3. n. 674. n. 237.

Ante absolutionem, si sit in statu peccati mortalis, debet conari ad contritionem, ut absolutionem licitè administret. tr. 6. n. 196. pag. 330.

Tenetur ex charitate cum periculo vitæ audire pœnitentem in extrema necessitate constitutum. tr. 6. n. 340. pag. 361.

Idem dicendum, si solum pœnitens sit in gravi necessitate. ibid. n. 342.

Tenetur saltem ex charitate revocare in memoriam pœnitenti peccatum, quod omittit, & scit cedere in grave damnum proximi. tr. 6. n. 343. pag. 363.

Idem tenetur facere, licèt oblivio peccati non cedat in damnum proximi. ibid. n. 344.

Quid faciat si videat pœnitentem etiam interrogatum dissimulare, & nolle confiteri tale peccatum? ibid. n. 346.

Si videat pœnitentem sacrilegè negare peccatum, non potest eum absolvere. ibid. n. 347.

Tenetur Confessarius docere pœnitentem, quando videt illum peccare, putando esse de præcepto, quod de præcepto non est. tr. 6. num. 352. pag. 364.

Utrum verò teneatur, quomodo, & quando sit obligatus ad docendum pœnitentem, quem videt peccare, putando non esse de præcepto, quod de præcepto est. Vid. tr. 6. n. 353. usque ad 357. pag. 364. & 365.

Conjugi ex conscientia erronea putanti suum matrimonium esse validum, & nolenti reddere debitum, potest, & tenetur confessarius dicere, quòd reddat. tr. 6. num. 363. pag. 366.

Quid facere debeat confessarius, quem interrogat pœnitens de suo errore invincibili, & ipse confessarius non sperat emendam, vel si dicat veritatem, timet damnum alicui, aut remedium applicandum difficile est. tract. 6. num. 364. usque ad 366. pag. 366. 367.

Quid in prædicto casu faciendum, quando ex ignorantia pœnitentis sequitur aliquid contra bonum commune? tr. 6. num. 367 pag. 368.

Confessarius Iudicis, qui ex ignorantia invincibili intendit absolvere Reum à pœna capitis, qua dignus est, debet talem judicem moneret. tr. 6. n. 369. pag. 367.

Nec in isto casu incurrit confessarius irrigularitatem. tr. 6. n. 370. pag. 368.

Quid facturus Confessarius Rei, qui est in bona fide, & ex ignorantia invincibili putat se non teneri confiteri crimen capitis, &c. ibid. n. 372.

Quid facturus Confessarius Principis Prælati, vel Gubernatoris, &c. qui vidit eos non satisfacere obligationibus suis? tr. 6. n. 373. pag. 368.

Potest Confessarius se accommodare opinioni pœnitentis, licèt minus probabili, & indamnum tertii. tr. 6. n. 376. pag. 369.

An, in isto casu, non solùm possit sed teneatur se accommodare? Vid. tr. 6. num 378. & 379. pag. 370.

Utrum peccet mortaliter non se accommodando? ibid.

Si Confessarius putet pœnitentis opinionẽ esse falsam, si tamen illa re ipsa est probabilis potest, & tenetur se cum illa accommodare. ibid. n. 381.

Si verò opinio minus probabilis pœnitentis sit circa valorem Sacramenti, non tenetur confessarius illi se accommodare tr. 6. n. 383 pag. 370.

Quomodo Confessarius teneatur emendare errores commissos in confessione, quando reperit Sacramentum fuisse nullum? Vid. tr. 6. n. 406. usque ad 412. pag. 375. & 376.

Quomodo debeat, emmendare errores circa integritatem confessionis? Vid. tr. 6. n. 413 usque ad 415. pag. 376.

Quomodo Confessarius emendare debeat errores, circa damnum tertii, cui fuit in causa, ne pœnitens restitueret? Vid. tr. 6. n. 416. pag. 377.

An, quando datur hic error circa restitutionem, teneatur confessarius ad restitutionẽ loco pœnitentis, quando eum jam nequit admonere, vel quãdo ille jã non est in statu restituendi? Vid. tr. 6. n. 422. pag. 377.

Confessarius Monasterii non potest in domesticis concionibus reprehendere talia, vel talia peccata, quæ ex sola confessione novit. tr. 6. n. 466. pag. 387.

Vide Pœnitens.
Vide Sigillum.
Vide Sacerdos.
Vide Licentia ad audiendas confessiones.
Vide Approbatio.

Con-

Confessio Sacramentalis.

Definitio confessionis. tr. 3. num. 220. pag. 153.

Non sufficit confiteri mortalia soli Deo. tr. 2. n. 44. pag. 96.

Ad confessionem requiritur semper examen expressum omnium, ac singulorum peccatorum mortalium, non ita ad contritionem. tr. 3. n. 59. pag. 123. *Vide* Contritio.

Qui cum solo amore Dei super omnia confiteretur justificaretur quidem, sed non ex vi Sacramenti. ibid. n. 130. pag. 137.

Confiteri de solis peccatis venialibus sine ullo dolore est peccatum mortale. tr. n. 191. pag. 149.

Non ita verò si dolor habeatur de aliquibus venialibus, & non de aliis. ibid. n. 198. pag. 150.

In ordine ad confessionem nemo absolutè tenetur scribere sua peccata ob memoriæ debilitatem tr. 3. n. 215. pag. 153.

Utrum, & quando teneatur repetere confessionem, qui debitum examen non præmisit? ibibid. n. 216. pag. 154. *Vide* Examen ad confessionem.

De conditionibus ad confessionem requisitis, tr. 3. n. 218. pag. 154. & seq.

Confessio facta ob finem mortaliter malum est nulla, & sacrilega: non ita verò, si fiat ? finem venialiter malum, v. g. ob vanam gloriam. tr. 3. n. 222. pag. 155. & 156.

Mendacium, quod non est materia confessionis, licèt in ea dicatur, non est peccatum mortale. ibid. n. 228. pag. 157.

Qui in confessione negat aliquod peccatum mortale nondum confessum, vel illud sibi imponit, peccat mortaliter. tr. 3. n. 229. & 234. pag. 157.

Mendacium circa peccatum veniale, quando hoc solùm datur pro materia confessionis est peccatum mortale; non verò quando datur alia materia vera. ibid. num. 230. & 231.

Qui in confessione negat aliquod peccatum mortale jam confessum, peccat mortaliter, si confessarius juste interroget; si verò non interroget juste, neque venialiter peccat, si respondeat amphibologicè. tr. 3. n. 232. & 233. pag. 157.

Confessio facta cum Sacerdote complice est valida ex genere suo. ibid. num. 237. pag. 158.

Talis confessio est in aliquibus Diœcesibus prohibita sub pœna excommunicationis; & ubi est prohibita, etiam est nulla: quod item dicimus de Regularibus, non tamen quoad pœnas. ibid. n. 239.

An qui confitetur peccata luxuriæ cum filio, vel filia confessionis, debeat explicare eam circumstantiam? tr. 3. num. 544. pag. 215. & 216.

Confessio in casu necessitatis potest fieri nutibus. tr. 4. n. 82. fol. 253.

Accusatio peccatorũ est necessariã ad confessionem. tr. 4. n. 92. pag. 256.

Confessio facta per interpretem est valida, & sufficiens. tr. 4. n. 100. pag. 257.

Per confessionem invalidam non impletur Divinum præceptum. tr. 5. num. 47. pag. 268.

Per confessionem validam informem impletur Divinum præceptum. ibid. n. 39.

Confessio est nulla, sed inculpabilis, quando pœnitens bona fide accedit ad Sacerdotem, putans esse approbatum. tract. 6. n. 159. pag. 321.

Vide Attritio.
Vide Præceptum Pœnitentiæ.
Vide Complex.
Vide Sigillum.
Vide Confessarius.
Vide Præpositum non peccandi.

Confessio annua.

Nulla datur obligatio confitendi in certa, & determinata parte anni ex vi juris communis, sed sufficit quòd fiat confessio in aliqua parte anni. tr. 5. n. 71. pag. 274.

Quomodo autem computandus sit annus? Vide tract. 5. n. 72. 73. & 74. pag. 274. & 275.

Neque ex vi consuetudinis per præceptũ Ecclesiasticum datur obligatio confitendi in quadragesima; sed satisfit precepto v. g. in Nativitate, vel alia quacunque parte anni. ibid. n. 75. pag. 275. & 279.

Si post confessionem annuam novum peccatum committas, non teneris ex vi obligationis annuæ eodem anno illud confiteri. tr. 5. n. 79. pag. 276.

Si post annuam confessionem occurrit peccatum ante illam factum, sed in illa oblitum, ex vi satisfactionis præcepti annui non est necesse, quòd intra illum annum confitearis, nisi Eucharistiam sumas, quia tunc obligaris ex præcepto Eucharistiæ. tr. 5. n. 79. pag. 277.

Quando peccatum non est oblitum, sed ommissum

ex justa causa potest differri in annum sequē-tem ex vi istiùs præcepti ibid.
Si annua confessio sit tantùm de venialibus, & occurrit mortale oblitum; tunc datur obligatio illud confitendi intra illum annum. ibid. n. 80.
Qui omisit confessionem unius anni, tenetur quamprimum confiteri anno sequenti. ibid. n. 84.
Qui differt annuam confessionem usque ad annum sequentem, & confitens in illo, satisfacit non solùm pro hoc anno, sed etiam pro illo. tr. 5. n. 88. pag. 189.
Qui prævidet superventurum impedimentum, tenetur confessionem istam anticipare. ibid. num. 91.
Vide Ecclesia Catholica.
Vide Pœnitentiæ præceptū. *Et ibi* Præceptum Ecclesiasticū.

Confessio invalida.

Vide Integritas confessionis.

Confessionis integritas.

Vide Integritas confessionis.

Confessionis repetitio.

Vide Integritas confessionis.

Consanguinitas.

Vide Impedimentum Matrimonii.

Consuetudo.

Consuetudo, quæ usurpatur insciis iis, qui jurisdictionem dare possunt, non præbet licentiam ad audiendas confessiones iis, qui Ordinarii non sunt. tr. 6. num. 89. pag. 303.
Si ista consuetudo exerceatur Superiore conscio, & non contra dicente, cum facile possit, sufficit ad licentiam audiendi confessiones. ibidem.
Habens consuetudinem peccandi, si proponit eā deponere, est absolvendus. tr. 6. n. 393. pag. 372. *vid.* Reincidentia.

Consulens.

Consulens peccatum mortale, debet explicare speciem illius confessione. tr. 3. num. 512. pag. 210.
Consulens malum, peccat aliquando graviùs, quàm committens; aliquando verò minùs graviter. ibid. n. 514.
Consulens Abortum. Vid. Abortus.
Consulens homicidium. Vid. Homicidium.

Contritio.

Est pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ. tr. 2. n. 35. pag. 93.
Quomodo per contritionem supponantur peccata dimissa ante Sacramentum Pœnitentiæ? ibid. n. 68. pag. 100.
Contritionis definitio. tr. 3. n. 2. pag. 111.
Contritio detestatur peccatum mortale super omnia. ibid. n. 3.
Et etiam magis, quàm Infernum in pura ratione pœnæ: non verò prout Infernus repræsentatur transigendus in actuali blasphemia, & odio Dei tr. 3. num. 5. pag. 112. & 113.
Non detestatur omnia peccata æqualiter. ibid. n. 10. pag. 114.
Debet contritio detestari magis peccatum proprium, etiam veniale, quàm alienum mortale tr. 3. n. 18. pag. 115.
Debet etiam detestari magis peccatum proprium actuale, & mortale, quàm Originale. ibid. n. 21. pag. 116.
Quid dicendum de veniali actuali respectu Originalis? ibid. n. 22.
Contritio unius peccati mortalis debet, saltem virtualiter, se extendere ad omnia mortalia. tr. 3. n. 30. pag. 118. & 119.
Aliter dicendum de contritione unius mortalis, vel venialis, respectu aliorum venialium. ibid. num. 29. & 31. pag. 117. & 118.
Contritio absolutè, & *per se loquendo, requirit formale, & distinctum. propositum non peccandi de cætero: in aliquibus casibus sufficit propositum virtuale.* tr. 3. n. 38. pag. 119. usque ad 121.
Contritio non continetur in proposito formali nō peccandi de cætero. ibid. num. 47. pag. 121.
Ad contritionem non requiritur per se examen, & recogitatio explicita omniū, ac singulorum peccatorum in particulari. tr. 3. n. 52. pag. 123.
Per accidens potest aliquando requiri. ibidem num. 56.
Contritio non debet esse summè intensa; nec tanta intensione graduali, quanta fri-

dele-

delectatio peccati, & affectus ad illud. tr. 3. num. 61. pag. 124. & num 66. pag. 125.
Contritio non requirit certam aliquam durationem ibid. n. 68. pag. 125.
Contrito in instanti justificationis non procedit effectivè à gratia habituali. tr. 3. n. 71. pag. 126. & 127.
Est meritoria de congruo primæ gratiæ sanctificantis. ibid. n. 73.
Contritio, prout est informis, antecedit gratiam sanctificantem; prout est formata, & jam meritoria gloriæ de condigno, est posterior ipsâ gratiâ. tr. 3. n. 78. pag. 27.
In quo differat contritio ab Attritione? ibid. n. 105. & 106. pag. 132.
Quo sensu in Sacramento ex attrito fiat quis contritus? Vid. tr. 3. n. 109. pag. 133.
Vide Attritio.
Vide Destestatio. peccati.
Vide propositum non pecandi.

Conscientia.

Peccans ex conscientia erronea non tenetur eam declarare. tr. 3. num. 657. pag. 234.
Dupliciter potest quis peccare ex cõscientia erronea. tr. 6. n. 351. pag. 364.

Contumelia.

Iaciens plures contumelias, convitia, vel maledictiones in aliquem eodem impetu, & calore, unum tantùm committit peccatum tr. 3. n. 369. pag. 183.
Qualitas contumeliæ non est necessariò explicãda in confessione. ibid. num. 488. pag. 206.

Copula,

Plures copulæ habitæ cum eadem fœmina successivè sunt plura peccata. tr. 3. n. 372. pag. 183. vid. Lascivia, & Luxuria.
Copula habita in loco sacro, licet occulta sit, est sacrilega. tr. 3. n. 638. pag. 230. vid. Locus Sacer.
Aliter dicendum de copula conjugali in casu necessitatis. ibid. n. 641.
Vid Inpedimentum Matrimonii.

Correctio fraterna.

Solòm obligamur ad corrigendum statim proximum, quando ipse tenetur statim resurgere. tr. 1. n. 268. pag. 50.
Ad correctionem fraternam non requiritur probatio juridica, sed sufficit testimonium alicujus fide digni tr. 3. n. 609. pag. 225.

Crimen læsæ Majestatis.

In personam Principis commissum non gaudet immunitate Ecclesiæ. tr. 7. num. 743. pag. 552.
Quid intelligatur ex vi decreti Gregorii XIV. in hoc casu nomine Principis. tr. 7. num. 825. pag. 566.
Non veniunt in isto crimine nomine Principis Cardinales. ibid. n. 825.
Nec item in isto crimine nomine Principis veniunt Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, &c. tr. 7. n. 726. pag. 567.
Non privantur immunitate Ecclesiæ per decretum Gregorii, qui non revelant conjurationem, & machinationem contra personam Principis. ibib. n. 828.
Qui incurrunt crimen læsæ majestatis, non tamen in Principis personam, sed in illius statum, filium, uxorem, fratres, Proreges, &c. non comprehenduntur in decreto Gregorii XIV. quo ad immunitatem. ibid. n. 829.
Idem intelligendum de cudentibus, vel todentibus monetis. ibid. n. 830.

LITERA.

D

Damnum.

Quotuplex sit damnum, quod pœnitens prudenter timere potest ex revelatione alicujus peccati? tr. 3. n. 676. pag. 237.

Delectatio.

Habens delectationem morosam circa plures fœminas, plura committit peccata. tr. 3. n. 396. pag. 188.
Quando delectatio versatur circa objecti circũtantias,

tantias, hæ debent declarari in confessione: secus, si ab illis præscindat. ibid. n. 556. pag. 217. *&* 218. *Vide* Circunstantia.

Delectatio de arte, & ingenio, quo factum est furtum v. g. præscindens ab ipso peccato, non contrahit ejus malitiam. ibid. n. 562.

Delegatus.

An delegati tum Regulares, tũ Sæculares possint in aliena Diœcesi absolvere suos subditos Vid. tr. 6. n. 37. pag. 293. & *ibi marginẽ:*

An delegatus possit absolvere subditos suos à peccatis cõmissis in aliena Diœcesi. ibid. n. 39:

Quid veniat nomine Delegati? tr. 6. n. 50. pag. 295.

Delegatus absolutè, & per se loquendo non potest subdelegare. tr. 6. n. 53. pag. 296.

Delegatus Principis *potest subdelegare.* tr. 6. n. 54. pag. 296.

Delegatus ad universitatem causarum potest subdelegare. ibid. 55.

Quid intelligatur nomine Delegati ad universitatem causarum? ibid. n. 56.

Excommunicatus, aut suspensus non toleratus non potest delegare. ibid. n. 57.

Delegatus non potest totum suum officium subdelegare. ibid. n. 58. & pag. 295. n. 51.

Non omnis Principis Delegatus, vel ad universitatem causarum non excommunicatus potest subdelegare. tr. 6. num. 59. pag. 296.

Qui verò ex istis Delegatis possint subdelegare, vel non? Vide ibid. n. 59. usque ad 64. pag. 296. & 297.

An delegatus constituatur ante notitiam licentiæ, seu privilegii sibi indulti? Vid tr. 6. n. 65. usque ad 69. pag. 298.

Quando Delegatus non habet quidem notitiam legitimam per epistolam, aut nuntium ad id destinatum, sed aliund ex amico scit privilegium sibi fuisse concessum, & licentiam esse in itinere, non potest uti tali jurisdictione ante adventum illius. tr. 6. n. 69. pag. 298.

An absolutio collata à Delegato cum privilegio, & jurisdictione in re, sed cum ignorantia illius sit valida? Vid. tr. 6. n. 70. usque ad 76. pag. 299. *&* 300.

Delegatus ad confessiones non facit idem tribunal cum concedente, ideoque non expirat morte concedentis. tr. 6. n. 104. pag. 309.

Depopulatio agrorum.

Vide Ager.

Detestatio peccati.

Quo sensu sit efficax, & absoluta, & quo inefficax, ac conditionata? tr. 1. num. 103. pag. 20.

Detestatio peccati, prout hoc est malum Dei, est actus elicitus Charitatis, prout est offensa, est actus elicitus Pœnitentiæ. tr. 1. n. 104. pag. 20.

Quid sit detestari peccatũ mortale super omnia? tr. 3. n. 3. pag. 111.

Detestari peccatum propter pœnam, non est detestari magis pœnam, quàm peccatum. tr. 3. n. 97. pag. 131.

Vide Contritio, & Attritio.

Detractio.

Qui pluribus uno sermone detrahit, vel maledicit, plura committit peccata. tr. 3. n. 394. pag. 188.

Omnes detractiones sunt ejusdem speciei; unde non est opus explicare earum qualitatem in confessione. ibid. n. 489. pag. 206.

Deus.

In Deo non datur Pœnitentia. tr. 1. n. 90. & 91. pag. 18.

Deus potest aliquid velle, quin prodneat. ibid. n. 297. pag. 55.

Quo sensu solus Deus dicatur remittere peccata? tr. 1. n. 67. pag. 100.

Quomodo Deus possit remittere peccatum? Vid. Remissio peccati, & Remissio pœnæ.

Diaconus.

Non est minister Sacramenti pœnitentiæ. tr. 6. n. 1. pag. 285.

Non potest, nec ex dispensatione Summi Pontificis, validè administrare Sacramentum Pœnitentiæ. tr. 6. n. 9. pag. 286.

Dolor de peccatis.

Peccator solùm debet elicere summum dolorem de peccatis appretiativè, non summum intensivè. tr. 3. n. 63. & 64. pag. 124. *Vide* Contritio, & Detestatio peccati.

Dolor non dolendi de peccatis est signũ attritionis latentis. tr. 3. n. 133. pag. 137.

Vide Attritio, & Confessio.

Dubium.

In dubio, an præceptum extendatur ad aliquam materiam, vel casum, censendum est non exten-

extendi tr. n. 301. pag. 171. & num. 307. pag. 172.

In dubio, an casus sit reservatus, non est habendus pro reservato. ibid. n. 308.

Qui certus est de peccato, dubitat tamen, an illud confessus sit, & habet judicium probabile pro utraque parte non tenetur illud cõfiteri. tr. 3. n. 315. pag. 173. *Vide* Peccatum dubium.

Idem dicendum de eo, qui certus est de debito, & dubitat de solutione cùm judicio probabili pro utraque parte. ibid.

Qui dubius de excommunicatione, censurâ, irregularitate, voto, &c. petat ad cautelam absolutionem, vel dispensationem, non tenetur eam repetere, licèt postea reperiat excommunicationem, &c. fuisse certam. tr. 3. n. 320. & 323. pag. 174. & 175. *Vide* Confessio.

Quænam sit licentia absolvendi, & jurisdictio, dubia negativè, & quæ positivè? tr. 6. n. 106, & 107. pag. 308. & 309.

Licet absolvere cum jurisdictione dubia negativè, dummodo duplex interveniat moderatio ibid.

Si jurisdictio sit dubia positivè, quia pro illa formatur judicium probabile, licitum est uti tali jurisdictione. ibid.

Sic confessus non tenetur postea, saltem extra articulum mortis, repetere confessionē. ibid. n. 108.

An verò Confessus in isto dubio positivo jurisdictionis cõfessarii saltē in articulo mortis, debeat repetere dictam confessionem? Vide ibid. n. 108. 109. 110. & 111. pag. 309.

LITERA

E

Ebrius.

S*I prævideat mala, quæ in ebrietate facturus est, & tamen illam velit, incurrit in ipsa ebrietate, tamquam in causa, omnes malitias, quas prævidit.* tr. 7. n. 926. pag. 584.

Ecclesia Catholica.

In Ecclesia datur præceptum annuæ confessionis. tr. 5. n. 42 pag. 269.

Ecclesia olim præcipiebat confiteri ter in anno. ibid.

Potest præcipere confessionem aliquorum venialium, non tamen omnium. tr. 5. n. 59. & 60. pag. 272.

Potest hoc præcipere sub mortali. ibid n. 65. pag. 273.

Ecclesia de facto præcepto annuæ confessionis non obligat ad confessionem venialium non habentes conscientiam peccati mortalis. tr. 5. n. 66. pag. 273.

Ecclesia non fecit novum præceptum confessionis, sed Divinum determinavit. ibid. n. 67.

Ecclesia non tenetur authorizare matrimonia celebrata cum assistentia Parochi intrusi, communi errore putati Sacerdotis, licèt talis non sit. tr. 6. n. 124. n. ad finem pag. 314.

In Ecclesia datur potestas penes Prælatos reservandi peccata tr. 7. n. 1. pag. 400.

Effectus.

Effectus sequutus ex actu externo, si tempore, quo sequitur, non est revocatus per pœnitentiam, & voluntatem contrariam, debet explicari in confessione: secùs, si jam sit revocatus in quo casu, licèt possit incurri irregularitas, non tamen excommunicatio. tr. 3. n. 613. pag. 226. & 227.

Effectus Immunitatis.

Vide Locus Sacer, *Et ibi* Effectus Immunitatis.

Effectus Pœnitentiæ.

Vide Pœnitentiæ effectus.

Egressio Nocturna, & Furtiva.

Qui cum licentia dolo obtenta, aut metu extorta ex monasterio noctu egreditur, incurrit reservationē à Clemente VII. Regularibus sic delinquentibus impositam. tr. 7. n. 373. pag. 486.

Ille tamen, qui noctu è monasterio egreditur, cui Prælatus iniquè, & abutens officio suo licentiam fecit, hanc reservationem non incurrit. ibid. n. 374.

Prælatus, qui noctu è monasterio egreditur, etiam reservationem istam Clementis VII.

non

non incurrit. ibid. n. 375.
Incurritur hæc reservatio Clementis VII. ab illo, qui nocturna, ac furtiva egressione monasterio egreditur, & transit in hortum, poma, ac fructus furãdi gratia. ibid n. 377.

Electio Confessarii.

Vide Facultas eligendi Confessarium.

Eleemosyna.

In uno actu, quo quis vult dare eleemosynam tribus egenis v. g. una tantùm bonitas, & honestas reperitur: at in actu, quo illis extremè indigentibus non vult subvenire, tres reperiuntur malitiæ. tr. 3. n. 385. & 386. pag. 186.

Episcopus.

Potestas, seu jurisdictio Episcoporum non accipitur immediatè à Deo, sed ab Ecclesia. tr. 2. n. 91. pag. 107. & 108.
Episcopi Apostolis, sicut Papa Petro, succedunt in dignitate, & quò ad ea, quæ sunt Ordinis; non quò ad ea, quæ sunt jurisdictionis. ibid. n. 95.
Episcopi non amittunt jurisdictionem, mortuo Papa, quia eorum jurisdictio est ordinaria, non delegata. ibid. n. 100. pag. 108.
Omnes Episcopi creati sunt à Summo Pontifice aut immediatè, aut mediatè, reservatâ semper ultimâ confirmatione ipsi Summo Pontifici immediatè. ibid. n. 101.
In Concilio Carthaginẽsi non fuit ablatum jus appellationis ab Episcopis ad Papam, sed temperatus appellationis modus. tr. 2. n. 191. pag. 109.
Episcopus non tenetur in confessione declarare suam dignitatem, nisi peccet cum scandalo. tr. 3. n. 441. pag. 199.
Dicitur Episcopus Proprius Sacerdos. tr. 6. n. 34. pag. 292.
Potest absolvere suos subditos extra suã Diœcesim. ibid. n. 35.
Quis veniat nomine Episcopi potentis approbare ad audiendas confessiones. tract. 6. n. 160. pag. 323.
Episcopus electus, nondum confirmatus, non potest approbare. ibid. n. 161.
Secus dicendum de Episcopo confirmato, nondum consecrato. ibid. n. 162.
Episcopus excommunicatus potest approbare ad audiendas confessiones. tr. 6. n. 170. pag. 324.
Talis Episcopus potest committere alicui licentiam ad approbandum ibid.
Episcopus non approbat formaliter, ut Episcopus, sed ut testis ibid.
Episcopus excommunicatus non peccat approbando. tr. 6. n. 171. pag. 325.
Episcopus potest, non tamen debet omnes priùs examinare, quàm approbet. tr. 6. n. 198. pag. 331.
Negans approbationem justè petenti, peccat contra justitiam. tract. 6. num. 221. pag. 333.
Tenetur ex officio admittere omnes ad examen, quos probabiliter putat esse idoneos. tr. 6. n. 239. pag. 339.
Episcopus potest revocare approbationem simpliciter, & absque præscriptione temporis concessam Regularibus prævio examine, si ad id concurrat legitima causa pertinens ad ipsas confessiones. tr. 6. num. 241. pag. 340.
Non potest tamen hoc facere sine legitima causa. ibid. n. 242.
Potest revocare approbationes simpliciter quidem, sed absque prævio examine Regularibus concessas. tr. 6. n. 244. pag. 341.
Potest revocare licentiam, & approbationem concessam ad tempus; si intercedat legitima causa. tr. 6. n. 241. pag. 341.
Secus dicendum, si legitima causa ad id non concurrit. ibid.
Revocatio licentiæ, vel approbationis ad tempus erga Regulares facta ab Episcopo est solùm illicita, non tamen invalida. tr. 6. n. 246. pag. 342.
Episcopus successor potest, si detur legitima causa, revocare approbationes simpliciter concessas Regularibus ab Episcopo antecessore. tr. 6. n. 248. pag. 342.
Quomodo hæc revocatio fieri debeat ab Episcopo successore. Vid. ibid. n. 249.
Non potest Episcopus, inconsulta sacra Congregatione Concilii, privare facultate ad absolvendum omnes simul Regulares mendicantes alicujus monasterii, vel qui cum illis communicant. tr. 6. n. 250. pag. 343.
Episcopus potest revocare approbationes, & licentias concessas Sacerdotibus Sæcularibus, si concurrat legitima causa. tr. 6. n. 252. pag. 343.
Secus verò si non detur legitima causa. ibid. n. 253.
Potest tamen Sæculares Sacerdotes vocare in novum examen, & illos reprobare, si indignos inveniat. ibid. n. 254.

Habe

Habet facultatem eligendi sibi confessarium. tr.6.n.256.pag.344

Quid veniat nomine Episcopi habentis hanc facultatem? Vide tr.6. n. 257. usque ad 268.pag.345.& 346.

Episcopus, vel quasi Episcopus potest sibi eligere confessarium quemlibet ex suis subditis etiam non approbatum. tr. 6. n. 275. pag. 348.

Potest etiam eligere aliquem ex non subditis etiamsi non approbatum. ibid.n. 277.

Episcopus, seu quasi Episcopus, etiam existens in aliena Diœcesi, potest approbare quemlibet Sacerdotem illius ad audiendas confessiones suarum ovium. ibid.

Potest Episcopus in aliquo casu suis subditis Monialibus præceptũ licitè imponere, ne tẽpore Iubilæi solennis confiteantur tali, vel tali Sacerdoti. tr.6.n. 331.pag. 360

Episcopi possunt reservare, ita ut Parochi non possint absolvere. tract. 7. num. 6.pag. 401.

Peccata Episcopis reservata. Vid. *Reservatio. Et ibi* Reservata Episcopis.

Vide Summus Pontifex.

Epistolæ.

Vide Literæ.

Equites.

Equites Christi, D. Ioannis, D. Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & similes non possunt confiteri cuilibet Sacerdoti, etiam de licentia Prælati sui Ordinis. tr.6. num. 130. pag. 315.

Errores in confessione commissi.

Vide Confessarius *ad finem.*

Eucharistia.

Eucharistiæ Sacramentum informe, recedente postea fictione, non operatur suum effectum. tr.3.n.160.& 161.pag.143

Sola accidentia, & species sunt propriè materia proxima Eucharistiæ, non corpus Christi D. ibid.n.183.pag. 147

Qui Hostiis triticeis consecrandis aliquam admisceret non triticeam, peccaret mortaliter. tr. 3.n.199.pag. 150.

Sacerdos excommunicatus, qui immediate post suam communionem aliis pluribus Eucharistiam administrat, unum tantùm committit peccatum. ibid.n.375.pag. 184.& num. 390.pag. 189.

Si moribundus fit bonus christianus, & Sacramenta frequentare solebat, licèt non possit confiteri peccata, nec signum aliquod edere doloris ei Sacramentum Eucharistiæ potest ministrari. tr.4.n.92. pag.255

Præceptum Sacramenti Eucharistiæ, prout divinum est, obligat etiam extra articulum, & periculum mortis. tr. 5. num. 11. pag. 265.

Qui tempore debito non communicat, tenetur primo quoque tempore communicare. tr.5.n. 85.pag. 278

Utrùm Sacerdos teneatur administrare Eucharistiam occulto peccatori eam petenti, licèt evidenter sciat illum sacrilegè communicare? Vide tractat. 6.num. 348. pag. 364.

Non potest negare confessarius Eucharistiam pœnitenti, quem ex sola confessione novit indignum, si pœnitens id petat vel publicè, vel occultè. tr.6.n.512. pag.397

Abutens Sacrosanctà Eucharistià ad magicas artes.

Incurrit reservationem pro Diœcesibus hic delinquentibus impositam. tr.7.n. 950. pag. 588.

Comprehendit hæc reservatio solùm eos, qui abutuntur, non verò exercentes. tr. 7.n. 951.pag.588.

Quo pacto abusus Eucharistiæ ad res magicas, cum sapiat heresim, sit Episcopo reservatus. Vid. tr. 7.n. 952. usque ad 955. pag. 588. & 589

Examen ad confessionem.

Ad confessionem requiritur prævium examen, ad quod non est necessaria in omnibus eadem diligentia, nec summa, quæ haberi potest; imò nimia interdum est mala, & peccatum. tr. 1.n.111. pag.153.

Vide Confessarius.

Vide Confessio.

Excommunicatio, & excommunicatus.

Excommunicatus prohibetur à susceptione Sacramentorum, & peccat graviter accedendo ad illa, tr. 3.n.269.pag.163.
Si verò ignarus excommunicationis accedat ad confessarium non potentem ab ea absolvere, suscipit verum, & validum Sacramentum. ibid. num. 271. pag. 164. & 165.
Clericus ligatus excommunicatione minori, solùm peccat venialiter, si conferat Sacramenta; si recipiat, mortaliter. tr. 3. num. 272. pag. 164
Ad excommunicationem sufficit contumacia materialis: unde potest quis excommunicari ob peccata commissa in instanti baptismi ibid.n.292.pag.170.
Qui pluries Clericum percussit eâdem rixâ, & conflictu, unam tantum incurrit excommunicationem. tract.3.num. 368. pag. 183.
Qui verò uno ictu percutit plures Clericos, plures incurrit excommunicationes. ibid.n.393 pag. 188.
An furtum prohibitum sub excommunicatione sit duplex peccatum? tr.3.n. 474. pag. 204.
Nemo tenetur vitare excommunicatum, nisi solùm denuntiatum, aut notorium Clerici percussorem. tr.6.n.221. pag.312.
Non tenetur Confessarius nec publicè, nec occultè vitare excommunicatum, quem talem esse ex sola confessione Sacramentali novit. tract.6.n.315.& 316.pag.397
Percutiens Clericum turpiter repertum cum matre, sorore, uxore, &c. excusatur ab excommunicatione. tr. 7. num. 83. pag. 418.
Regulares absolventes subditos à reservatis suis Prælatis incurrunt excõmunicationem ipso facto. tr. 7.n.112.pag.425
An excommunicatio reddat invalidam susceptionem Sacramenti pœnitentiæ? Vid. tr. 7.n. 156.& 157.pag. 435.& 436.
Qui Clericum percutit interdictum, manet excommunicatus. tr.7.n.668.pag.538
Excommunicatio imposita procurantibus Abortum. Vide Abortus.

Vide Absolutio, & Dubium.

Expositio infantis.

Vide Infans.

LITERA.

F

Facultas eligendi confessarium.

Quis possit facultatem eligendi confessarium concedere? tr.6.n.255. pag.344.
Quibus personis sit à jure concessa facultas eligendi Confessarium? ibid. n. 256. Vide verbum Sacerdos, Parochus. Summus Pontifex, & Episcopus.
Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, &c. non habent ex jure facultatem eligendi sibi Confessarium. tr.6.n.271. pag. 346
Quilibet simplex Sacerdos Sæcularis potest ex consuetudine, non verò ex jure sibi eligere Confessarium approbatum. tr.6. n.274. pag. 347
Parochus non potest ex jure, potest tamen ex consuetudine sibi eligere Confessarium. tr.6. n.273.& 274.pag.347
Summus Pontifex de jure Divino habet potestatem sibi eligendi Confessarium. tr.6.num. 256. pag. 344
Episcopi, seu quasi Episcopi habent facultatem eligendi sibi Confessarium. tr.6.n.256. pag.344. Vid. verb. Episcopus.
An cognita ignorantia proprii Sacerdotis, habeat pœnitens facultatem eligendi alium Confessarium? Vide tr.6. num.285. 286. & 287.pag. 350.
Si pœnitens cognoscat proprium Sacerdotem esse malum, & prudenter sibi ejus malitiam timeat, potest eligere alium Confessarium. tr. 6.n.288.pag. 350
Quid dicendum, quãdo in articulo mortis deest propius Sacerdos, tam ordinarius, quàm delegatus, possitne eligi alius quicunque nullo servato ordine? tr. 6. n.29. & 30. pag. 291.
Si alter Sacerdos sit simplex, alter verò habeat jurisdictionem ad mortalia, non tamen ad reservata, & moribundus habeat reservata, eorum qualis eligendus? ibid.n. 32.

Falsificatio.

Falsificatio manus, vel Sigilli officialis ...

nasterio reservatur pro Regularibus à Clemente VIII. tr.7.n.62.pag.412.
Ut incurratur hæc reservatio, debet falsificatio esse dolosa, & graviter perniciosa: idque ad effectum serium. tr.7.n.475.pag.504.
An verò solus, qui falsificat, non verò ille, qui utitur instromento falsificato incurrat hanc reservationem? ibid. num.477.
Non incurrunt hanc reservationem consulentes, mandantes, & auxiliantes. tr.7.num.479.pag.505.
Quid in hac reservatione falsificantibus imposità à Clemente VIII. veniat nomine Manus, Sigilli, Officialis Monasterii? Vide tr.7.n.480.481.484.& 485.pag.505.
Confectio, & fabricatio sigilli adinstar sigilli Officialis Monasterii animo literas falsificandi ante ipsam actualem falsificationē, & impressionem, non est casus reservatus. tr.7.n.482.pag.505.
Hæc reservatio solùm incurritur per falsificationem manus, vel sigilli in rebus pertinentibus ad Monasterium. tr.7.n.483.p.505.

Falsificatio monetæ, stateræ, & mensuræ.

Qui dicantur falsificantes monetas. tr.7.n.650.pag.535.
Reservationem impositam falsificantibus incurrunt, qui privatâ authoritate monetam excedentem justum pondus mutilant. ibid. n.652.
Non incurrunt reservationem falsificantes falsam monetam. ibid. n.653.
Nec item incurrunt reservationem falsificantibus impositam, qui expendunt tales monetas. tr.7.n.955. pag.536.
Utentes tantummodo, licèt scienter, falsis ponderibus, & stateris non incurrunt hanc reservationem. ibid.n.657.

Fama.

Per bonam famam præsumitur in articulo mortis voluntas generalis Sacramentorum, non verò particularis. tr.4. n. 94. & 95. pag. 256.

Fictio.

Fictio Sacramenti informis quomodo recedat? tr. 3. n. 163. pag. 143.
Quid sit talis fictio? tract. 3. num. 193. pag. 170.

Fides Theologica.

Non datur in Beatis. tr.1.n. 122. pag. 23.
Actus fidei, quo hæreticus credit uni articulo, & non aliis, non est fides Divina. tr. 3.n. 37.pag. 119.
Cogitatio, & pia affectio, quæ ad fidem supernaturalem concurrunt, debent esse supernaturales. tr. 3.n.227. pag. 156.
Error contra Fidem commissus ex ignorantia culpabili est peccatum contra Fidem. tr. 3. n.460.pag.201. & sequent.
Habitus Fidei solùm amittitur per peccatum infidelitatis consummatæ. ibid. n. 463. pag. 202.

Filius.

Filius parentem graviter offendens solùm tenetur statim desistere à tali actu, & affectu, non vero statim reconciliari cum illo tr. 1. n. 272. pag. 51.
An Filius familias absolvendus sit quotiescunque verè illum pœnituerit peccati sæpius repetiti cum famula, quam non potest eicere domo Patris sine suo, aut ipsius famulæ incommodo gravi? Vid. tr.6.n. 400. pag. 374.
An hujusmodi filius familias sit absolvendus, etiam quando nulla spes emendæ apparet? Vide ibid. n. 401.
Expositus habetur pro ligitimo. tr.7.n.1010. pag. 600.
Quid sit filius Spurius, Naturalis, Nothus, & Manzer. Vid. tr.7.n.1008. pag.600.
Filius confessionis. Vide Confessio, & tr. 3. n. 544. usq. ad 555. pag. 215. & 216.
Vide Infans.

Finis.

Efficax intentio Finis est virtualis electio medii per modum imperii, & causæ efficientis, non per modum causæ formalis æquivalentis tali medio. tract. 3.n. 147. pag. 140. & 141.
Actus bonus non vitiatur per finem extrinsecè malum. ibid. n. 223. & 224. pag. 155.
Quando medium est malum, & non finis v.g. quando propter studium omittitur sacrum in confessione non teneris explicare finem, sed satis est dicere; omisi sacrum. ibid. num. 648. pag. 231. & 232.
Vide Intentio, & Medium.

Fornicatio.

In nullo casu est licita, quanvis minetur mors, vel immineat Reipublicæ ruina. tr.6.num. 430.pag.379.

Vide Votum.
Vide Pollutio.
Vide Luxuria.

Furtum.

Quid sit furtum. tr.7.n.486.pag.506

Qui furatur rem unam spectantem ad plures dominos, plura committit peccata. tract. 3. n. 390.pag. 187.

Furtum rei non sacræ in loco sacro non est Sacrilegium, nisi res aliquo modo pertineat ad talem locum. tr.3.n.631.pag.229.

Qui furatur rem sacram de loco sacro, tenetur utramque circumstantiam explicare. ibid. n. 632.

Ratihabitio, seu licentia conditionata præsumpta sufficit ad tollendam rationem furti. tr. 6.n.80. pag.301.

Furtum de rebus Monasterii.

Furtum de rebus Monasterii, seu Conventûs in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale, reservatur pro Religiosis à Decreto Clementis VIII. tr.7.n.62.pag.412.

Utrùm Religiosus, qui furatur aliquid ab alio privato Religioso, hanc reservationem incurrat? tr.7.n.487.pag.506.

Qui furatur aliquid ex rebus Provinciæ, quæ non sunt alicujus monasterii particularis, committit peccatũ mortale. ibid.n.490.

An verò in isto casu incurrat reservationẽ Clementis VIII? Vid. tr.7.n.491.pag.507.

Hanc reservationem incurrit Regularis, qui furatur reliquias, codices, conciones, tractatus, aut similia manuscripta. ibid. n.492.

Religiosus furans res Ecclesiæ, nimirum calices, patenas, &c. si ad hæc furanda infringat muros, aut portas Ecclesiæ, vel Sacristiæ, ultra peccatum reservatum incurrit ipso facto excommunicationem, quæ excommunicato post declarationem à Prælato manet Summo Pontifici reservata. tr.7.num. 494.pag. 507

An verò, si in hujusmodi furto rerum Ecclesiæ non sit commissa ulla violenta infractio, incurratur excommunicatio imposita furantibus res sacras? Vid.ibid.n. 497.& 498.

Quando Regularis intendit pervenire ad magnam quantitatem, licèt habeat animum furandi modicè paulatim, hæc furta uniuntur, & constituunt peccatum reservatum. tr.7.n. 499. pag.508.

Quando in istis modicis Religiosus ex volũtate intercisa dum furatur primum, non intendit furari secundum, & dum furatur secundũ, non intendit furari tertium, advertit se pervenisse ad ultimum complementum, quo perficitur magna quantitas, in hoc complemento non solùm committit peccatum mortale ratione injustæ retentionis, sed etiam ratione injustæ acceptionis. tr.7.n.503.pag.508

Regularis potest absolvi à quolibet confessario ordinario de hoc furto, quòad illius ultimum complementum, attentâ solùm ratione injustæ acceptionis. tr.7.n.506.pag.509.

Hoc modicum furti complementum est mortale reservatum ratione injustæ retentionis. tr. 7.n.507.pag.509.

Quid dicendum, quando Religiosus furatur hoc ultimum complementum, & non potest restituere modica præterita? tr.7. n. 508. pag. 510.

Sufficit restituere hoc ultimum complementum, ad hoc ut liberetur quis à peccato mortali. ibid.n.510.

Furans illud ultimum complementum cum animo illud citò restituendi non committit peccatũ mortale per se loquendo. ibid.n.512.

Qui post ultimum complementum, quo completur quantitas gravis, adhuc superaddit alia furta minima, per ista minima committit peccatum mortale, non tamen distinctum, sed idem continuatum. tr.7. n. 516. pag.511.

Utrùm verò ea quantitas, quæ sufficit ad peccatũ mortale, si una vice accipiatur tota simul, sufficiat etiam, si accipiatur per minima pluribus vicibus? Vid.ibid. n.518.

Quodnam temporis intervallum ponatur, ut unũ furtũ minimũ cũ alio continuetur? Vide tr. 7.n.519. pag.511.

Minima, quæ subripiuntur in materiis comestilibus, non uniuntur. tr.7. num.520. pag. 512.

Quando Monachi diversi monasterio furantur aliquam magnam quantitatem, sed singuli modicam, si hoc furtum committant, ut consortes, omnes, ac singuli peccatum mortale committunt. tr.7.n.521. pag.512.

Si verò non furantur, ut una causa, & consortes, nec unus sciebat damnũ ab altero illatũ, adhuc hic non peccat mortaliter. ibid.

Si autem videt suo illo minimo perfici damnũ ab altero illatũ, adhuc probabile est nõ cõmittere peccatũ mortale. tr.7.n. 524.pag.513.

Vide Excommunicatio.
Vide Votum, & ibi Proprietas contra votum Paupertatis.

LITE-

LITERA.

G

Gaudium, & Gaudere.

Gaudens de cæde inimici, non tamen quòd fuerit occisus in loco sacro, solùm peccat contra justitiam. tr.5.n.459.pag.217.
Vide Delectatio.

Gratia.

Gratiæ infusio habet se solùm per accidens, & concomitanter ad remissionem peccatorum venialium, tam in Sacramento, quàm extra illud. tr.1.n.362.pag.68.
Per pœnitentiam recuperatur omnis gratia antiqua, tam data ex meritis, quàm virtute alicujus Sacramenti. ibid. n. 425. pag. 81.
Unde prædestinati semper salvantur in maxima gratia, quam habuerunt toto vitæ tempore. ibid. n.431.pag.82.
Quando Sacramentum pœnitentiæ est unum moraliter, licèt sit duplex physicè, non confertur duplex gratia Sacramentalis diversa. tr. 4. n.62.pag. 250.
Vide Satisfactio.
Vide Confessio.

LITERA.

H

Habitus.

Impossibilitas habitûs non desumitur ab impossibilitate actûs sumptâ per accidens, & respectivè ad hanc, vel illam circumstantiam; sed ab impossibilitate sumptâ per se, & absolutè. tr.1.n.112.pag.22.
Habitus naturalis potest respicere objectum motivum supernaturale. tract. 1. num.138. pag. 27.
Habitus non potest transire ab una specie in aliam. tr.3.n.511. pag.133.

Habitus Pœnitentiæ.

Vide Pœnitentiæ habitus.

Habitus Fidei.

Vide Fides.

Hæresis, & Hæreticus.

Error contra fidem commissus ex ignorantia culpabili, est hæresis quò ad malitiam, non quò ad denominationem, & pœnas. tr. 3. num. 451.pag.202.
Omnes hæreses speculativè sumptæ, sunt ejusdẽ speciei: Judaismus verò, Paganismus, & Hæresis distinguuntur specie, ac proinde debent explicari in confessione. ibid. n.500. pag. 208.
Non est tamen necesse explicare hæreticorum sectas quà tales; maximè verò, si habeant adjunctam malitiam distinctam. ibid.n.504. pag. 209. *Vide* Apostasia.
Hæreticus obligatur præcepto Ecclesiastico annuæ confessionis. tr.5.n.48. pag.270.
Non suffragatur hæretico immunitas Ecclesiæ. tr.7.n.767.pag.357.
Vehementer suspectus de hæresi, si ob hoc crimen ad Ecclesiam fugiat, non gaudet illius immunitate. ibid. n. 768.
Quid veniat nomine criminis hæresis, cui immunitas Ecclesiæ non suffragatur? Vide ibid.n. 769.
Vide Blaphemia.

Homicidium.

Qui ex intentione occidendi inimicum arma capit, domo egreditur aliis distractus, & postea occidit, unum tantùm committit peccatum. tr.5.n.364.pag. 282.
Idem dicendum de eo, qui ex eadem intentione longum iter, vel navigationem suscipit, interruptâ sæpius voluntate per somnum, vel distractionem. ibid.n.365.
Qui verò hodie rixatus cum inimico, eum intendit occidere, & crastinâ die surgens occidit, duo committit peccata. ibid.n. 366.
Qui uno actu occidit plures homines, plura committit homicidia. tr. 3.num. 383. & 384. pag.185.
Similiter qui intendit occidere omnes homines unius familiæ, plura committit peccata indeterminata pro numero indeterminato hominum illius familiæ, qui apprehenduntur. ibid.n.387.pag. 186.& num.393. pag. 188.
Licet unum homicidium, etiam sine sanguinis effusi-

effusione in Ecclesia sit sacrilegum, tale tamen non est illud, quo perturbator Reip. qui aliter capi non potest, à judice in Ecclesia occideretur. tr.3.n.633.pag.229. Vide Locus sacer, & Vulnus.
Qui solùm ex charitate tenetur homicidium impedire, si non impedit, non incurrit pœnas homicidii. tr.7.n.971.pag.592.
Si pœnitens confessus est propositum homicidii animo obtinendi absolutionem, homicidium cadit sub sigillum. tr.9.num.455.pag.385.
Secus dicendum, si tale propositum confessus est sine intentione obtinendi absolutionem, sed solùm trahendi confessarium in idem peccatum, &c. ibid.n.456.

Homicidium voluntarium reservatum Episcopis in suis Diœcesibus.

Quid sit homicidium voluntarium? tr. 7. n. 546. pag. 516.
Hoc homicidium non comprehendit homicidium casuale, licèt sit mortaliter culpabile. tr.7. n.547. pag. 516.
Non dicitur homicida voluntarius, qui aggressorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ. ibid.n. 549.
Quid dicendum de illo, qui injustum aggressorem occidit, & hic est persona publica, ex cujus morte magnū Reipublicæ sequitur detrimentum. Vid. tr.7. num.551. usq. ad 554. pag. 517.
Aggressus, qui in culpa fuit, ut ab inimico invaderetur, adhuc non dicitur homicida volūtarius: committit tamen peccatum mortale in occasione, quam fecit. tr.7.num.554.pag. 517.
Qui prudenter propriam vitam versari in discrimine videt, potest prævenire aggressorem, antequam invadat, & illum occidere, quin dicatur homicida voluntarius. tr. 7.n.556. pag.518.
Hoc etiam militat, quando inimicus jam habet actionem physicam inchoatam. ibid.num. 557.
Miles, qui certo scit bellum esse injustum, & impetitur in tali bello ab adversario justo & hunc priùs monuit, ut desisteret, si illū occidat, nō dicitur homicida voluntarius. ibid. n. 558.
Qui pro defensione propriorum bonorum occidit, non dicitur homicida voluntarius. tr. 7. n. 561. pag. 519.
Hoc intelligendum non solùm de Secularibus, sed etiam de Clericis in defensione suorum bonorum. ibid.n.564.
Intelligendū etiam de Religiosis pro defendendis bonis communitatis. tr.7. n. 570. pag. 520.
Qui occidit pro defendenda re exigui valoris, dicitur homicida voluntarius, nisi fur hanc rem exigui momenti subripiens repetentem prior ferro invadat. ibid. num. 571.
Qui occidit pro defendendo proprio honore, non dicitur homicida voluntarius. tr. 7.n.575. pag.521.
Etiamnon dicitur homicida voluntarius qui invasorem, post impactam alapam, vel fustem, fugientem insecutus est, & occidit. ibid.n. 577.& 578.pag.522.
Quid dicendum de eo, qui interfecit eructantem convitia, & maledicta, eo quòd aliter ejusmodi non potuit compescere. ibidem.num. 581.
Qui occidit pro justa defensione vitæ, honoris vel fortunarum proximi, non est homicida voluntarius. tr. 7. num. 583. pag. 523.
Qui bannitum occidit, licèt ex animo peccaminoso, non incurrit reservationem homicidii voluntarii. ibid.n.586.
An verò incurrat reservationem, qui bannitum occidit extra territorium præscribentis? Vide tr.7.num.587.& 588. pag.524.
Utrùm liceat occidere innocentem ad postulationem Tyranni, qui urbi minatur excidium, nisi talis interimatur; & an in isto casu incurratur reservatio homicidii voluntarii? Vid. ibid.n.589.590.& 591.
Qui, ut mortem fugeret, quam non poterat aliter vitare, equo conculcavit, & occidit innocentem, non committit homicidium voluntariū. tr.7.n.593. pag.525.
Qui in isto casu puerum jacentem in via occidit, & scit moriturum esse sine baptismo, peccatum grave committit, non tamen reservatum homicidii voluntarii. ibid. num. 594.
Idem dicendum de occidente puerum, quo aggressor se tegit per modum scuti. ibid.num. 595.
Mandantes, consulentes, & auxiliantes ad homicidium non incurrunt reservationem. ibid. num. 598.

Homicidium, & mutilatio in Ecclesia, vel Cœmeterio.

Qui existens in Ecclesia occidit inimicum existentem

zentem extra Ecclesiam non comprehenditur isto casu, & gaudet immunitate. tr. 7. num 771. pag. 558.
Mandantes committere hoc homicidium, etiam non gaudent immunitate ibid. n. 774.
Probabilius est immunitate gaudere; qui inimicum extraxit ab Ecclesia, & extra illam occidit. ibid. n. 376.
Qui solùm per accidens, & casualiter subito calore iracundiæ, & non ex proposito inimicum occidit, aut mutilavit in Ecclesia, non comprehenditur isto casu. tr. 7. num. 778. pag. 559.
Satis probabile est occidentem prope Ecclesiam spe confugiendi ad illam non comprehendi in isto casu, sed gaudere immunitate. ibid. n. 780.
Quid in isto casu veniat nomine mutilationis in Ecclesia. Vid. tr. 7. n. 786. pag. 560.

Homicidium proditorium.

Ut incurratur, hic casus, necesse est ut mors sequatur. tr. 7. n. 789. pag. 561.
Mandantes homicidium proditorium, si non sint amici simulati non incurrunt hunc casum. tr. 7. n. 791. pag. 562.
Etiam potest hic casus incurri per mortem moraliter illatam. ibid. n. 793.
Probabile est proditorem, qui profert falsum testimonium in causa mortis, non incurrere hunc casum. ibid. n. 794.
Qui occidit ex proposito, & animo pensato, non dicitur occidere proditoriè. ibid. num. 795.
Non item comprehenditur hoc casu, qui à tergo, vel per fenestram scopletum explodit, & occidit inimicum. tr. 7. num. 798. pag. 563.
Mater, quæ filium infantem occidit, incurrit hoc homicidium. ibid. n. 799.
Secus dicendum probabilius de illo, qui veneno infantem occidit in utero matris. ibid. num. 800.
Qui veneno dato sub simulata malitia inimicum occidit, proditoriè occidit. ibid. num. 801.
Quid autem dicendum de illo, qui inimicum occidit reconciliatum? Vid. n. 803. usque ad 806. pag. 563. & 564.
Occisor, qui dedit fidei jussionem de non offendendo inimico, & illum occidit, adhuc non dicitur homicida proditorius. tr. 7. n. 806. pag. 564.
Qui infidelem occidit simulata amicitia, proditoriè occidit, nec immunitate gaudet. ibid. n. 807.

Horæ Canonicæ.

Vide Officium Divinum.

LITERA.

I

Jactantia.

Jactans se de dexteritate, viribus, vel arte, quâ commisit peccatum mortale, non peccat mortaliter, si absit scandalum, & complacentia talis peccati. tr. 3. n. 508. pag. 210.
In peccatis meræ jactantiæ sufficit dicere in confessione: Toties me jactavi de peccato mortali: non explicatâ specie illius. ibid. num. 510.

Jejunium.

Quo sensu, quando Turca baptizatur, habitus jejunii Mahometani possit concurrere ad jejunium Christianum? tr. 3. n. 111. pag. 135.
Qui die jejunii surgit è mensa animo non plus comedendi, licet statim aliquid comedat, non peccat contra jejunium. ibid. n. 378. pag. 184.
Qui uno actu statuit non jejunare totam Quadragesimam, tot committit peccata, quot in Quadragesima sunt dies jejunii. tr. 3. num. 391. pag. 187.
Violans jejunium die Quadragesimæ, quæ simul est vigilia, sufficienter confitetur dicendo: Omisi jejunium. ibidem num. 473. pag. 204.
Unico jejunio præceptis Quadragesimæ, vigiliæ, & Temporum potest satisfieri. tr. 5. n. 88. pag. 279.
Si in tuo oppido jejunium observetur, non verò in oppido, in quo detineris, non teneris jejunare. tr. 6. n. 42. pag. 294.
Qui ejunat plus satisfacit, quàm qui solùm voluit jejunare. tr. 8. num. 43. pag. 619.
Nemo potest sibi commutare jejunium ab Ecclesia impositum. tract. 8. num. 144. pag. 641.

Ignorantia.

Quid sit Ignorantia juris, & facti. Quid ignorantia affectata, crassa, & supina? tr.3.n. 450. & 451.pag.200.

An qui ex ignorantia mortaliter culpabili peccavit, teneatur in in confessione illam explicare? tract. 3. num. 453. pag. 200. & 201.

Decalogi ignorantia mortaliter culpabilis debet explicari in confessione ibid. n. 456.

Quid dicendum de simili ignorantia mysteriorum fidei? tr. 3.num. 467. & 468. pag. 203.

Si quis in casibus Summo Pontifici reservatis Excusetur à censura ratione ignorantiæ, etiam excusatur à reservatione Papæ. tr.7.n. 48.pag.409.

Ignorantia juris, aut facti etiam crassa, supina, & affectata excusat à pœnis, Abortùs. tr.7.n.960. pag.590.

An confessarius teneatur docere pœnitentem, quando videt peccare ex ignorantia? Vide Confessarius.

An ignorantia excuset à Reservatione?
Vide Reservatio, *Et ibi* Quas Personas reservatio comprehendat.

Immunitas Ecclesiæ.

Vide Locus Sacer, *Et ibi* Immunitas Ecclesiæ, seu Loci sacri.

Impedimentum Matrimonii.

Impedimentum disparitatis cultùs debet explicari in confessione, quando Fidelis confitetur copulam cum Infideli. tr. 3.num.533. pag.214.

In confessione copulæ inter habentes impedimentum publicæ honestatis, debet explicari tale impedimentum. ibid.n.536.

An etiam explicanda sint impedimenta raptùs, criminis, & conditionis, seu servitutis? ibid. num. 537. pag. 214. & 215. *Vide* Impotens.

Impedimentum consanguinitatis,

Quid sit consanguinitas. tr. 7. n. 1019. pag. 601.

Distinguitur consanguinitas per lineas, & gradus. ibid. n.1020.

Quid sit linea recta, transversa, seu collateralis consanguinitatis, & quas personas contineant? Vid. tr. 7.n. 1021. & 1022. pag.601.& 602.

Assignantur tres regulæ ad cognoscendos consanguinitatis gradus. tr.7.n.1023. usque ad 1027.pag. 602.

In quibus gradibus consanguinitatis matrimonium sit prohibitum, & in quibus non? Vid.tr.7.n.1028.pag. 603.

Impedimentum Affinitatis.

Affinitas oritur aut ex matrimonio, aut ex copula illicita. tr.7.n.1029.pag.603.

Ex matrimonio rato etiam oritur affinitas tr.7. n.1031.pag.604.

Affinitas ex copula illicita non dirimit matrimonium extra secundum gradum. ibid.num. 1013.

Ad contrahendam hanc affinitatem requiritur copula consumata. tr. 7. num. 1035. pag. 604.

Utrùm verò affinitas contracta ex fornicatione saltem reddat prohibitum matrimonium subsequens intra tertium, & quartum gradum, licèt illud non dirimat? Vide ibid.n. 1036.

Fornicatio affinis, cum affine in tertio, & quarto gradu non est incestus. tr.7. num. 1038. pag.605.

Fornicatio inter affines in primo, & secundo gradu post obtentam dispensationem ad matrimonium est fornicatio simplex. ibid.num. 1039.

Affinitas contracta ex matrimonio tempore infidelitatis dirimit matrimonium celebratum post conversionem. ibid.n. 1040.

Affinitas, quæ tempore infidelitatis orta fuit ex copula illicita, adhuc efficit matrimonio. tr. 7.n.1042.pag.605.

Affinitas, quæ tempore infidelitatis orta fuit ex copula illicita provenit ex eo, quòd vir, & fœmina, etiam fornicaria efficiantur una caro. tr.7.n.1043.pag. 605.

Impedimentum publicæ honestatis.

Hoc impedimentum inductum est præcepto Ecclesiastico, dirimitque matrimonium cum consanguineis in primo gradu illius, qua cū sponsalia celebrasti. tract.7.n.1044.pag. 606.

Distinguitur ab impedimento affinitatis. ibid. num.

num. 1045.
Si Sponsalia sint invalida, non inducunt hoc impedimentum. tr.7.n.1046.pag.607.
Quid dicendum de sponsalibus conditionatis: oriturne ex illis hoc impedimentum? ibid. n. 1046.
Non pariunt publicam honestatem sponsalia infidelitatis tempore celebrata. ibid.n. 1048.
Impedimentũ publicæ honestatis non oritur ex sponsalibus celebratis per parentes inscijs filiis. ibid.num. 1050.
Si sponsalia publica sint, & nullitas occulta, adhuc inducitur hoc impedimentum: ibid. num. 1051.
Si sponsalia mutuo consensu fuère dissoluta, non oritur hoc impedimentum. ibidem num. 1052.
Inducunt publicam honestatem sponsalia nulliter contracta per verba de præsenti. tr.7.n. 1053.pag.608.

Impedimentum cognationis spiritualis.

Cognatio spiritualis est solo jure Ecclesiastico inducta: per Baptismum, & Confirmationem tantummodo contrahitur. tr. 7. num. 1054.pag. 608.
Tres olim, nunc verò solùm duæ species dantur cognationis spiritualis, Paternitas, *scilicèt, &* Compaternitas. ibid. n. 1055. & 1056.
Non contrahitur hæc affinitas ab eo qui solũ fuit præsens solennitatibus illius, qui domi fuit baptizatus. tr.7.n.1057.pag.608
Quando nullus determinatè in Patrinũ designatur, sed plures tangunt baptizatũ, omnes tangentes cognationem spiritualem contrahunt. tr.7.n.1059.pag. 609.
Quando, non servata Tridentini dispositione, plures designantur, & suscipiunt baptizatum, omnes contrahunt cognationem. ibid. num. 1060.
Solùm designati à Parente, quando hic designat, non verò designati à Parocho contrahũt hanc cognationem. ibid.n. 1061.

Impedimentum cognationis legalis.

Cognatio legalis provenit, ex adoptione; quæ adoptio vel est perfecta, vel imperfecta. tr. 7.num.1062. pagina 610.
Solùm oritur ex adoptione perfecta. ibid.num. 1064.
Proponuntur três species cognationis legalis, & explicatur, quæ sint? tr.7.n.1065. usque ad 1068.pag.610.

Imperfectiones.

Imperfectiones, prout distinguuntur à culpâ, sunt materia Pœnitentiæ, quatenus hæc est virtus, nõ quatenus Sacramentũ. tr.1.num. 58.& 59.pag. 14.
Et sic potest pœnitens petere à Deo veniam imperfectionum, & satisfacere pro illis. ibid. n.60.& 61.

Impœnitentia.

Solùm est speciale peccatum, quando datur advertentia ad obligationem pœnitendi. tr.1. n.239. pag.46.
Vide Occasio peccandi.

Impotens.

Quando confitetur peccata luxuriæ, debet explicare suam impotentiam. tr.3.num.539. pag. 214.
An idem dicendum sit quò ad peccata interna? ibid.num. 540.

Incantationes.

Qui dicantur Incantatores, qui cõprehendũtur in Decreto Clementis VIII. incantationes in Religionibus reservante. tr.7.n.362.pag. 483.
Vide Veneficia, & Sortilegia.

Incestus.

Circumstantia incestûs debet explicari in confessione. tr.3.n. 416.pag. 194.
Omnes incestus sunt ejusdem speciei. ibid. n. 526. pag.213.
In peccatis incestûs non est necesse declarare gradus consanguinitatis, vel affinitatis. ibid.n.528.
Malitia incestûs datur etiam in actibus venereis non consummatis, & in peccatis contra naturam. ibid.n.529. & 530.
In peccatis incestûs contra naturam debet explicari consanguinitas, vel affinitas, etiam quando solùm est in tertio, vel quarto gradu. ibid.n.532.pag. 214.
Peccatum cum filia confessionis non est incestus. tr.3.n.550.pag.216.

Incendiarius.

Casus Incendiarii diœcesanus Episcopis reservatus.

Quæ conditiones requirantur, ut quis dicatur Incendiarius? tr. 7. num. 873. & 874. pag. 575.

Non incurritur reservatio Incendiarii quando damnum non fuit sequutum, quia v. g. incendium extinctum est, superveniēte pluvia. ibid. n. 876.

Qui dedit causam ex culpa lethali incendio, tenetur ad restitutionem. tr. 7. n. 877. pag. 576.

Si tamen culpa non fuit lethalis, non oritur ex ea obligatio restituendi. ibid. n. 879.

Licèt Incendiarius sit conductor, & domus conducta incensa est ex ejus culpa levi, adhuc non incurrit obligationem restituendi. ibid. n. 884.

Idem dicendum, si sit custos mercede deputatus, quando incendium ex sola culpa levi ortum est. tr. 7. n. 886. pag. 577.

Quid in hoc casu dicendum, quando datur dubium, an incendium fuerit ex culpa, an fortuitò? Vid. tr. 7. n. 887. & 888. pag. 577.

Quibus aliis pœnis, præter reservationem, subjiciantur Incendiarii. Vid. tr. 7. n. 889. usque ad 893. 577. & 578

Probabile est Incendiarios ad Ecclesiam confugientes, non gaudere illius immunitate. tr. 7. n. 895. pag. 578

Incisores Arborum.

Præter reservationem Diœcesanam, quam incurrunt, tenentur ad restitutionem. tr. 7. n. 896. pag. 579.

Utrùm verò, qui incidit arbores in proprio solo plantatas ab alio, incurrat hanc reservationem? Vid. tr. 7. n. 897. usque ad 900. pag. 579.

Qui incidit arbores alienas, quæ suo aspectui efficiunt mortaliter peccat. ibidem num. 900.

Etiam incurrit hanc reservationem, qui arborem in singulari incidit, licèt reservatio loquatur in plurali. ibid. n. 901.

Non comprehenditur in hac reservatione Diœcesana, qui arbores non incidit damni, injuriæve causâ, sed solùm ex alio titulo. ibid. n. 902.

Indulgentiæ.

Quando Summus Pontifex concedit indulgentias visitandi aliquam Ecclesiam absolutè, non determinando diem, potest eâdem hebdomadâ, mense, vel anno illas pluries lucrari. tract. 7. num. 349. pag. 481.

An lucrari indulgentias in statu peccati, sit peccatum? tr. 8. n. 107. pag. 633.

Infamia.

Ob nullum metum potest quis falso crimine proximum infamare. tr. 7. n. 453. pag. 499.

Infans.

Infantis expositio.

Qui piis locis infantes exponunt, cum habeant unde ipsos alant, incurrunt casum Diœcesanum reservatum. tr. 7. num. 1003. pag. 599.

Expositio Infantis est peccatum impietatis. ibid. n. 1004.

Quæ requirantur, ut parentes incurrant reservationem impositam exponentibus infantes? Vide ibid. n. 100.

Expositi habendi sunt pro legitimis. tr. 7. num. 100. pag. 600.

Vide Filius.

Infernus.

Ob nullum pretium, & in nullo casu potest quis se objicere periculo morali Inferni. tr. 6. n. 598. pag. 393.

Infidelitas.

Vide Fides, & Hæresis.

Injuria.

An in peccatis injuriæ debeant explicari in confessione personæ, ad quas injuria terminatur? tract. 3. num. 515. pag. 211. & 212.

An faciat injuriam pœnitenti confessarius, qui illius opinioni probabili non se accommodavit? Vide tr. 6. n. 379. pag. 370.

Vide Contumelia.

Inno-

Innocentia.

Est majus beneficium, quàm pœnitentia, cæteris paribus. tr.1.n.443. pag.82
Utrùm liceat occidere innocentem? Vide Homicidium.

Inquisitores.

Soli Inquisitores cognoscũt de Blasphemiis hæreticalibus. tr.7.n.939.pag.586.
Sunt Iudices contra omnes Blasphemos, etiam non hæreticales. ibid.n.940

Instans.

In eodem instanti reali potest idem simul esse, & non esse præcisivè, non negativè. tr. 1.pag. 61. §. Objicies.

Integritas confessionis.

Integritas confessionis vel est materialis, vel formalis. tr. 3.n.244.pag.159.
Saltem integritas formalis est necessaria non solùm necessitate præcepti, sed etiam Sacramenti. ibid.n.245.& 246
Probabilius est, quòd confiteri publicè, vel per nutus, interpretem, vel scriptum sine causa, sit peccatum mortale. tr. 3. n. 248. pag. 160
Invalida est, & repetenda confessio, in quâ defecit dolor, vel propositum efficax emendæ: vel cùm pœnitens nonvult tollere occasionem proximam peccandi, nec adhibere media necessaria. tr.3.n.257.pag. 161
Item quoties culpabiliter defecit requisitum examen, nec id confessarius supplevit: & quoties pœnitens ante absolutionem statuit non implere pœnitentiam impositam, vel ex verecundia, aut inani metu tacuit aliquod mortale. ibid.n.258
Si aliquæ confessiones intermediæ factæ sunt cum vero dolore, & oblivione nullitatis confessionis antea factæ, non sunt repetendæ. ibid.n.259
Quibus in casibus confessio sit nulla, & repetenda, ob defectum ex parte confessarii? tr. 3.n.275.pag.195.& sequent *Vide* Confessarius.
Quando confessio fuit nulla defectu jurisdictionis, vel doloris, sufficit repetitio confusa. tr. 3.n.287.pag.167
An tenemur confiteri peccata dubia? Vide Peccatum dubium, & tr.3.n.303. pag. 172.& seq.
Qui confitetur 12. peccata, additâ particulâ Plus, minusve, *licet postea certò sciat fuisse 11. non tenetur ea iterum confiteri.* tr. 3.n. 319. pag. 174. & n. 323. ac 325. pag. 175
Qui confitetur mortale, illud reputans veniale, si postea sciat esse mortale, non tenetur repetere. ibid.n. 326.
Qui confitetur peccata jam confessa, non tenetur dicere quòd ea jam confessus sit. tr. 3.n. 330.pag. 176.
Qui in confessione generali admiscet aliquod mortale nondum confessum, non tenetur explicare illud non esse confessum. ibid.num. 333.
In confessione generali possunt taceri aliqua peccata jam confessa. ibid. num. 336. pag. 177.
Qui habet duos confessarios, potest uni confiteri priùs mortalia, & alteri postea venialia: ibid.n. 339.
In confessione explicanda sunt omnia peccata, non solùm quò ad numerum, sed etiam quò ad speciem non physicam, sed moralem. tract. 3. num. 340. pag. 177. & 178.
Quæ circunstantiæ aperiendæ sint in confessione? Vide Circunstantia peccati.
An qui confitetur peccata luxuriæ cum filia, vel filio confessionis, debeat declarare eam circunstantiam? tr. 3. n. 544. pag. 215. & 217.
Potest aliquando taceri aliquod peccatum in cõfessione. tr. 3. n.666.pag.235.
Si ex integritate confessionis possit sequi scandalum, quid facturus sit Pœnitens, & Confessarius? ibid. num. 670. & 671. pag. 236.
Si confessarius morbo corripiatur, vel prudenter timeat pestilenti hujus ægroti infici, potest desistere ab integritate confessionis, & pœnitentem absolvere, audita parte peccatorum. ibidem numero 672. pag. 236
Si verò ab uno confessario audiatur pars confessionis, & ob magnum periculum desistat hic confessarius ab integritate, & alius confessarius se offerat ad progrediendum, non debet primus confessarius absolvere pœnitentem à peccatis auditis, & illum demittere ad alium pro reliquis: sed debet pœnitens iterum subjicere peccata à primo audita secundo confessario. ibid. n. 673. usque ad 675.pag. 237

Si pœnitens ex revelatione alicujus peccati sibi, vel alteri damnum, vel malum prudenter timet, non tenetur ad integritatem confessionis. ibid n.676.pag. 237

Quotuplex sit hoc damnum, vel malum. ibid.

Quomodo non teneatur pœnitens ad confitendũ peccatum, quo prudenter existimat se scandali laqueum confessario injecturum ad eum solicitandum? ibid.n.677.pag.237

Qui peccatum non potest manifestare absque revelatione sigilli, non debet illud confiteri. ibid.n.679. pag.237

Pœnitens, qui inter alia peccata habet aliquod reservatum, ad quod jurisdictionem non habet confessarius, si non detur copia adeundi prælatum, & urgeat necessitas confitendi potest tale reservatum prætermittere cum onere tamen comparendi postea coram prælato. ibid. n.680. pag. 237

Utrũ, qui ob aliquã justã causã omisit aliquod peccatum, teneatur statim, quam primum commodè possit illud fateri, vel possit differre tale peccatum ad tempus, quo iterum urgeat præceptum confessionis? *Vide* ibid. n. 681. pag. 238

In articulo mortis quãdo pœnitens per interpretem peccata confitetur, non tenetur dicere omnia, sed minoris infamiæ, aliis suppresis. tr.5.n.32.pag.267.

Qui in articulo mortis per scripta confitetur peccata, si non potest commodè omnia scribere sine infamia, non tenetur ad integritatem. tr. 5.n.35.pag. 268.

Secus verò si non detur tale periculum. ibidem num. 36.

Vide Confessio.
Vide Articulus mortis.
Vide Absolutio.

Intentio.

Diversæ intentiones interruptæ, licèt perveniant ad consummationem operis mali, tot constituunt peccata, quot ipsæ sunt. tr. 3.num. 390.pag.181. *Vide* Actus internus.
Vide Finis.

D. Josephus de Mello Archiepiscopus Eborensis.

Contendens revocare licentiã eùm ad audiendas confessiones sæcularium, tum ad prædicandum Patribus Societatis Jesu Collegii Eborensis, non obtinuit revocationem à Sede Apostolica. tr. 6. n.242. pag 341.

Proponitur sententia Cardinalium de hac re ipsi Archiepiscopo intimata. ibid.

Transcribitur Bulla, quæ postbac subsecuta est. tr.6.n.243.pag. 341.

Irregularitas.

Incurrit irregularitatem bigamiæ Clericus habens plures concubinas, si eas habeat ut uxores in facie Ecclesiæ, non verò aliter. tr. 3. n.411. pag. 193

Irregularitas non incurritur à confessario, qui Judicem ex ignorantia invincibili contendentem reum absolvere à pœna justa capitis, monet. tr.6.n.370.pag. 368.

Irregularitas proveniens ex defectu lenitatis non incurritur à personis privatis, sed solùm à ministris justitiæ, & ab iis, qui spectant ad ejus judicium. ibid. n. 371

Laicus absolvens, & simul fingens se Sacerdotem, manet irregularis. tr.6.n. 12.pag. 287.

Confessarius frangens sigillum, non incurrit irregularitatem. tract.6. num. 521. pag. 398.

Irregularitas sequuta ex Abortu. *Vide* Abortus.

Vide Absolutio, & Dubium.
Vide Prælati.
Vide Regulares.
Vide Homicidium.

Jubilæum.

Virtute Jubilæi ordinarii Sacerdos absolutè approbatus in una Diœcesi est ubique eligibilis ad audiendas confessiones. tr.6. n.290 pag. 350

Habens beneficium Curatũ est eligibilis in sua Diœcesi ex vi Jubilæi ordinarii. tr. 6.num. 292. p351.

Parochus in una Diœcesi virtute Jubilæi ordinarii est eligibilis in alia, & ubique. ibid.n. 294.

Non tamen est eligibilis virtute Jubilæi ordinarii qui beneficio renuntiavit, si aliunde nõ sit approbatus. tr.6.n.297.pag.332

Approbatus cum limitatione ad certas personas v.g. ad confessiones virorum non est eligibilis virtute Jubilæi ordinarii ad confessiones mulierum, tr.6.n.300.pag.353.

Appro-

Utrũ approbatus tãtùm ad certũ tempus sit ille transacto, eligibilis virtute Iubilæi ordinarii? Vid. tr. 6. n. 302. pag. 353.

Absolutè approbatus, notoriè tamen ignarus virtute Iubilæi ordinarii est eligibilis. ibid. n. 304. pag. 454.

Si Iubilæum fuerit extraordinarium, procedendum est juxta illius formam quoad eligibilitatem Confessarii. tr. 6. num. 307. pag. 354.

Qui virtute Bullæ, aut Iubilæi absolutus est indirectè ab aliquo reservato, quod ex oblivione omisit, manet liber ab ejus reservatione, potestque illud subjicere cuilibet confessario, cum postea memoriæ occurrerit. tr. 7. n. 171. pag. 439.

Virtute Iubilæi possunt absolvi reservata commissa illius venturi spe, ac fiduciâ. tr. 7. n. 325. pag. 475.

Possunt reservata commissa post publicatum Iubilæum absolvi virtute illius. tr. 7. num. 328. pag. 476.

Reservata commissa post absolutionem, si pœnitens adhuc non est lucratus Iubilæum, durante adhuc tempore illius, possunt iterum, atque iterum absolvi virtute Iubilæi. tr. 7. num. 331. pag. 477.

Peccata reservata commissa post lucratum Iubilæum non possunt absolvi virtute illius, adhuc durante tempore, nisi iterum pœnitens velit illud lucrari, repetendo opera omnia in eo contenta. ibid. n. 333.

Qui tempore Iubilæi non est confessus, quià non habuit conscientiam peccati mortalis, potest post tempus Iubilæi absolvi à reservato oblito. tr. 7. n. 335. pag. 447.

Qui animo lucrandi Iubilæum confessus est, sed re ipsa non fuit illud lucratus; quia v. g. noluit jejunare ultimâ die, post transactum tempus Iubilæi potest absolvi à reservatis oblitis. tr. 7. n. 337. pag. 478.

Secus dicendũm, si prædictus pœnitens noluit lucrari Iubilæum. ibid. n. 338

Si confessio facta tempore Iubilæi fuit nulla ex parte ipsius pœnitentis defectu veri propositi, habuit tamen pœnitens intentionem lucrandi Iubilæum, adhuc tollitur reservatio per absolutionem. tr. 7. n. 339. pag. 479.

Quid faciendum quando post tempus Iubilæi pœnitens reverit confessionem fuisse nullam ex parte confessarii, eritne post Iubilæum iterum absolvendus? ibid. num. 340. & 341. & 342.

Qui justa de causa distulit absolutionem (puta quia ultimo sabbato inchoavit confessionem, & pro casibus difficilibus confessarius distulit absolutionem in sequentem hebdomadam) & post peractum tempus Iubilæi incidit in nova reservata, adhuc potest in isto casu absolvi ab illis reservatis. tr. 7. num. 343. pag. 479.

Qui dubitat, an in prima hebdomada lucratus fuerit Iubilæum, potest illud lucrari, & absolvi in secunda. tr. 7. n. 346. pag. 480.

Qui certus est lucratum fuisse Iubilæum in prima hebdomada, potest illud iterum lucrari in secunda, & consequenter à novis reservatis absolvi. ibid. n. 348.

Qui v. g. Ulyssipone lucratus est Iubilæum, & veniens Conimbricam adest ipsius Iubilæi publicationi, potest ibi illud iterum lucrari. tr. 7. n. 352. pag. 481.

An verò Iubilæum deroget privilegiis Regularium toto, quo durat, tempore? Vid. tr. 7. n. 355. pag. 482.

Vide Reservatio.
Et ibi Absolutio à Reservatis.

Iudaismus.

Vide Hæresis.

Iudex.

Non tenetur explicare circumstantiam sui officii, quando confitetur peccata furti, & similia. tr. 3. n. 448. pag. 200.

Si Iudex ex notitia privata reum invenit innocentem, an debeat judicare secundum allegata, & probata? vid. tr. 6. n. 349. pag. 364.

An Iudex possit uti notitiâ privatâ ad reputandum testem falsum? Vide ibid. n. 350.

Iudex incurrit irregularitatem provenientem ex defectu lenitatis. tr. 6. num. 371. pag. 368.

Communior doctrina est non posse Iudicem ferre sententiam juxta opinionem minùs probabilem relictâ probabiliori. tr. 6. n. 377. pag. 369.

Iudicium temerarium.

Omnia judicia temeraria sunt ejusdem speciei; unde non est opus explicare eorum qualitatem in confessione. tract. 3. num. 490. pag. 206.

Iuramentum.

Multiplicans juramenta circa eamdem materiam, eodem impetu, & sermone; unũ tantùm committit peccatũ. tr. 3. n. 367. pag. 183.

Iuramentum, & votum distinguuntur specie. ibid. n. 416. pag. 194. §. Ad 4.

De violatione juramenti ordinariò non est opus expli-

explicare in confessione an factũ sit per Deũ, vel per B. Virginẽ, vel per Sctos; aliquãdo verò id debet explicari. tr.3.num.495.& 497.pag.207.
Licitum est Iudici ex rationabili causa petere juramentum ab eo quem prævidet falsò juraturum? ibid.n.580.120.
Interrogatus à Iudice, nũ mutuò receperit pecunias, quas re vera ex aliquo titulo jã non debet, potest jurare se nõ recepisse, utendo amphibologiâ aliquâ. tr.7.n.457.pag.501.
Clericus à custodibus interrogatus, nũ aliqua portet? potest juramẽto negare, licèt in re aliqua portet, intelligendo se non afferre aliquid, ex quo teneatur solvere gabellas. ibid.n.485.
Interrogatus à custodibus civitatis, num veniat ex loco, quẽ falso putant peste infectũ? potest jurare se inde non venire. ibid.n.459.
Regularis qui putat se verũ jurare, jurat tamen falsum, non incurrit reservationem, à Clemente VIII. Regularibus impositam. tr.7.n.434.pag.496.
Non item incurrit reservationem hanc, si putet falsũ jurare, juret tamẽ verũ. ibid.n.435.
An verò hujusmodi reservatio solùm incurratur, quando Regularis emittit juramentum falsũ apud suũ Superiorem regularẽ, vel potius etiã quãdo de licentia illius jurat apud Iudicem secularem, Episcopum, &c? Vid. ibid.n.438.
Regularis non tenetur sub mortali reservato fateri delictũ de quo sub juramento interrogatur, quandiu illi depositio testium non notificatur. ibid.n. 440.
Qui casus excipiantur in hac doctrina? ibid.
Idem dicendũ post notificatã depositionẽ testiũ quãdo dubitat Regularis, an Prælatus juridice illũ interroget? tr.7.n.442.pag.497.
Quando in isto casu sub juramento interrogatus Regularis negaverit, non tenetur se retractare. tr.7.n.544.pag.498.
An verò Regularis juridicè sub juramento interrogatus à Superiore propter semiplenã probationẽ, vel indicia, teneatur sub mortali reservato dicere verũ, etiã in casu capitali, triremium, exilii, &c? Vid.tr.7.n.446.usq. ad 449.pag.498.& 499.
Regularis qui falsum sibi crimen imponit sub juramento ob vitanda gravia tormenta, non incurrit hanc reservationem, si aliquâ usus est æquivocatione. ibid.n.450.
Si verò in insto casu nulla æquivocatione utatur, committit peccatum mortale ob falsum juramentum, non tamen incurrit reservationem. ibid.n.452.
Regularis convictus de suo crimine non tenetur sub hac reservatione manifestare complices, qui nullâ infamiâ laborant, de quibus sub juramento à Prælato interrogatur. tr.7.n. 454.pag.500.
Adhuc si infamiâ laborent complices, si tamen novit emendatos, aut speret correctione fraterna emendatum iri, non tenetur illos revelare. ibid.
Regularis sub juramento interrogatus, quando novit Prælatũ procedere ex falsa præsumptione delicti, non tenetur dicere verũ, sed potest uti aliquâ amphibologiâ. ibid.n.455.
Non tenetur subditus interrogatus à Prælato sub juramento manifestare crimen, quod ipsi sub secreto, vel consilii causâ, aut ad petendum auxilium ad salutem animæ nudatum est: tr.7.n.46.pag.501.
Si tamen hoc secretum vergat in damnũ publicũ cõmunitatis, vel in gravissimũ incõmodum alicujus tertii, tũc tenetur ex Charitate ibid
Iuramentum præstitũ ab Scholasticis in Matricula, vel coram Rectore Universitatis. *Vid.* Testimonium falsum.

Iurisdictio.

Benè potest quis dare jurisdictionem supra se ipsum. tr.2.n.108.pag.110.
Iurisdictio dubia. Vide Dubium.
Vide Licentia, *Vide* Delegatus.
Vide Potestas Jurisdictionis.

Iustificatio.

Non consistit formaliter in Pœnitentia. tr.1.n. 203. pag.39.& seq.
Forma justificans debet esse per modum permanentis. ibid.n.205. pag.40.
Iustificatio fit per pœnitentiam dispositivè, non formaliter. tr.1.n.208. & seq.pag.41.
Si quis, sublatâ gratiâ sanctificante, amaret Deum ex toto corde, justificaretur solùm in operando, non in essendo. tr.1.n.220.p.43.
Ad justificationem sufficit amor virtualis contentus in contritione, non verò propositum virtuale contentum in eâdem. tr. 3.n.45. pag.121.
Vide Attritio.
Vide Confessio.
Vide Contritio.

LITERA,

L

Laicus.

Laico nullo modo potest fieri confessio Sacramentalis. tr.6.n.4.pag.286.

Potest

Potest administrare Sacramentum Baptismi in casu necessitatis. ibid.n. 7.
Non potest, nec ex dispensatione Summi Pontificis, validè administrare Sacramentum Pœnitentiæ. tr.6.num.9.pag.286.
An saltem titulo humilitatis, & contritionem excitandi gratiâ debeat, aut liceat in articulo mortis, deficiente Sacerdote, fieri confessio Laico? Vid.ibid.n.10.& 11.p.287.
Laicus absolvens non manet irregularis, si non fingat se Sacerdotem, sed absolvat ut Laicus, putans in eo casu sibi id competere. tr. 6.n.12.pag.287.
An in isto casu possit Laicus validè absolvere, ab excommunicatione in articulo mortis? Negativè. ibid. n. 14.

Lascivia.

Lasciviæ antecedentes copulam constituũt unũ peccatũ cũ illa, si fiant animo, & intentione copulæ subsequẽtis: aliter dicendum, si non fiant tali animo, licèt copula subsequatur. tr. 3. n. 373. pag. 183.
Lasciviæ subsequentes copulam constituũt unũ peccatũ cũ illa. ibid.n.374.pag.184.
Vide Luxuria.
Lascivians in eadem conversatione cum pluribus fœminis plura committit peccata. tr. 3.n. 396.pag. 188.
Tactus, & verba lasciva habita in loco sacro non habent circumstantiam sacrilegii. ibid. n.640.pag. 230.
Vide Luxuria.
Vide Pollutio.
Vide Fornicatio.

Latrocinium publicum.

Latrocinium publicum, & grassatio viarum non gaudet Ecclesiæ immunitate. tr. 7. num. 743. pag.552.
Qui dicantur publici latrones? Vid.tr. 7.num 831.pag.568.
Qui solùm semel, aut bis in via publica furtum, aut in mari piraticam exercuit, adhuc incurrit in casum Gregorianũ. ibid.n. 833.
Aliter dicẽdum in isto casu si via non sit publica, nec frequentata, quod proportione habita etiã intelligitur de grassatoribus. ib.n.834.
Grassatores, ut incurrant in casum Gregorianũ debent cõsummare furtum. ibid.n.835.
Mercatores, qui fraudulenter cum bonis creditorum ad Ecclesiã fugiunt, immunitate gaudent. ibid.n.837.
Quid dicendum de obligatis ad ratiocinia, ratione alicujus administrationis, vel tutelæ: aut de exactoribus tributorum, vel de officialibus publicis, qui fugiunt a sindicatu in Ecclesiam? Vid.tr.7.n.838.pag.569.
Quid dicendum de furantibus personas, ob pretium redemptionis, incurrunt ne casum Gregorianum? Vid. ibid.n.840.
Vide Furtum.

Legatum.

Legatum indeterminatum est in se validum. tr.4.n.15.pag.241.

Licentia ad Confessiones audiendas.

Quot modis licentia possit præsumi? Vid.tr.6. n.77.pag. 300.
Ratihabitio conditionata præsumpta non sufficit. ibid. n.79. pag.301.
Ratihabitio, seu voluntas superioris de præsenti actu existens absoluta, & ut sit præsumpta si non manifestetur sufficienti signo externo, adhuc non sufficit ad dandam jurisdictionem. tr.6.n.82. pag.301.
Si autem manifestetur sufficienti signo externo, tunc sufficit. ibidem.
Sufficit ad hanc licentiam taciturnitas superioris videntis, & non contradicentis, cum facilè possit. ibid.n.83.pag.302.
Hæc licentia præsumpta ex taciturnitate, & tolerantiâ Superioris nõ censetur data simpliciter ad omnes confessiones, sed ad illas tãtũ, quas Superior videt, & tolerat. ibid. n.84.
Non sufficit licentia præsumpta per ratihabitionem de futuro. ibid.n.86.
An sufficiat licentia metu extorta? Vid.tr.6.n. 91.pag.304.
An sufficiat licentia per fraudem, aut dolum obtenta? Vid. ibid.n.93.
Licentia concessa à Summo Pontifice non expirat ejus morte. tr.6.num.94. pag.305.
Licentia concessa absolutè ab Episcopo, vel ab alio prælato non expirat morte concedentis. tr.6.n.97.pag.306.
Licentia concessa ad audiendam aliquam certam personam, in cujus favorem ipsa licentia conceditur, expirat morte concedentis. ibid. n. 99.
Quando licentia concessa est ad audiendam certam personam, & dum confessio cœpit, intervenit mors delegantis, non expirat, donec perficiatur confessio. ibid. num. 100.
Licentia concessa cum limitatione Donec voluero, Quandiu volam, Ad placitum, &c: *expirat morte concedentis.* tr. 6. num. 101. pag. 307.
Expirat etiam hæc licentia cum prædictis limitationibus per amotionem concedentis ab officio. ibid.

Licentia concessa ad beneplacitum Sedis non expirat morte concedentis. ibid.n. 105.
Licentia concessa cum limitatione, Donec revocavero, *vel,* Donec aliter ordinavero, *non expirat morte concedentis.* ibid.
Licentia concessa per annum ad placitum nõ expirat, donec annus lapsus sit. ibid.
Licentia eligendi Confessarium non expirat morte concedentis. tr. 6.num. 105.pag. 308.
Licentia ad audiendas confessiones concessa ab Excommunicato est nulla. tr.6.n.169.pag. 324.
Quomodo dignoscendum sit, an Episcopus v. g. neget injustè licentiam? Vid. tr.6. n. 235: pag. 339. *Et ibi vide marginem* n. 227.
Episcopus potest revocare licentias Regularibus concessas ad tempus, quando intervenit legitima causa. tr.6.n.245. pag. 341.
Idem dic de licentiis concessis ad placitum. tr. 6.246.pag. 342.
Licentiæ ab uno Episcopo concessæ simpliciter Regularibus possunt revocari, si detur legitima causa, ab Episcopo successore. tr.6.num 248. pag. 342.
Quomodo autem debeat fieri hæc revocatio ab Episcopo successore? Vid.tr.6.n.249.pag. 342.
Vide Consuetudo.
Vide Episcopus.
Vide Prælatus.
Vide Vicarius Generalis.

Literæ, seu Epistolæ.

Malitiosum impedimentum, retardatio, aut apertio literarũ à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad superiores reservatur pro Regularibus in Decreto Clemẽtis VIII. tr.7.n.62.pag. 412.
Quid veniat nomine hujus impedimenti, aut retardationis? Vid. tract.7.num.535.pag. 515.
Non comprehenditur in hoc impedimento, qui per cursorem magis velocem mittit suam Epistolam, quæ citiùs perveniens negotiũ præoccupet. ibid.n.536.
An incurrat in hanc reservationem, qui non animo nocendi, sed meræ curiositatis causâ, literas aperiat? Vid. ibid.n.537.
Quid dicendum, si timeas tibi ex epistola aliquod damnum justum, vel injustum, poterisne aperire literas superioris? Vid. ibid.n.538.& 539.
Potest quis literas superioris laceratas, & in publicum objectas, legere collectis fragmentis, quin hic reservatione incurrat. ibid n.540
Si subditus solùm aperiat, & non legat literas superioris, non incurrit hanc reservationem. ibid.n.541.
Si verò aperiat, & alteri tradat legendas, tunc incurrit reservationem. ibid.
Si subditus non aperiat, sed apertas inveniat in cubiculo, vel scrinio alterius legat, peccat mortaliter, non tamen reservationem incurrit. ibid.n. 542.
Qui obseratas, & clausas literas Superioris non aperit, sed ad lumen candelæ, vel per latera, cum characteres transpareant, legat, non incurrit reservationem. ibidem num. 543.
Subditus qui impedit, vel aperit, vel retardat literas Superioris ad Sæculares transmissas, vel è contra, non incurrit hanc reservationem. tract. 7. num. 544. pag. 516.

Locus sacer.

Quid veniat nomine Loci sacri, ut peccata in eo commissa contrahant circumstantiam sacrilegii? Vid.tr.3.n.642. pag. 230. & 231.
Vide Sacrilegium.

Loci sacri, seu Ecclesiæ Immunitas.

Quid intelligatur nomine immunitatis Loci sacri, vel Ecclesiæ, & in quo distinguatur ab immunitate Ecclesiastica? vid.tr.7.n.658. usque ad 661. pag. 536.
Omnis locus deputatus ab Episcopo ad celebranda officia Divina, licèt non sit consecratus, nec benedictus, gaudet immunitate, seu jure asyli. tr.7.n.662. pag.537.
An incurrat reservationẽ, qui extraxit reum ab Ecclesia, in qua non dum officia Divina sunt celebrata? Vid.ibid.n.664. usq.ad 666.
Ecclesia cæpta ædificari gaudet jure asyli. tr. 7.n.667.pag.538.
Idem dicendum de Ecclesia polluta, interdicta, aut violata, vel destructa authoritate Episcopis dummodo sit spes illius reædificationis. tr.7.n.668. & 669.pag.538.
Reus ad hujusmodi Ecclesias confugiens, gaudet jure asyli. tr.7.n. 667.pag.538.
Probabile est non incurrisse reservationem, qui reum extraxit ab Ecclesia nondum absoluta. ibid. num. 670.

Si

Si reus sit de eorũ numero, ob quorũ delictũ Ecclesia polluta, interdicta ve est, probabile est non incurrisse reservationem, qui illũ extraxit. ibid. n. 671.

Probabile etiam est non incurrisse reservationem eam, qui ab Ecclesia jam destructa reũ extraxit. tr. 7. n. 672. pag. 539.

Qui adhæsit extrinsecus parietibus Ecclesiæ gaudet immunitate. ibid. n. 673. & 674.

Qui extraxit reum à parietibus Ecclesiæ, videtur non incurrisse reservationẽ. ibid. n. 675.

Qui adhæsit ostio clauso Ecclesiæ, illius immunitate gaudet. tr. 7. n. 675. pag. 540.

Pœnitens, qui se accusat Sacramentaliter de tali extractione ab ostio Ecclesiæ, videtur non incurrisse reservationem. ibid. n. 677.

Summum Ecclesiæ tectum gaudet jure asyli. tr. 7. n. 680. pag. 540.

Idem dicendũ de porticu. tr. 7. n. 683. p. 541.

An verò extrahens à sũmo tecto Ecclesiæ, aut ab ejus porticu reum, reservationem incurrat? Vid. ibid. n. 684.

Quid spatii, & ambitûs concedatur Ecclesiæ quoad immunitatẽ, tã intra, quã extra civitatẽ, & quod privilegiũ habeant in hac re Ecclesiæ extra civitatem? Vid. tr. 7. n. 685. usq. ad 690. pag. 541. & 542.

Non subjacet reservationi pœnitẽs, qui se accusat de extractione ab ambitu, etiã Ecclesiarũ, quæ sunt extra civitatẽ. tr. 7. n. 691. pag 542.

Qui extraxit reũ ab Oratio publico, & publicâ authoritate Episcopi extructo, incurrit reservationem. tr. 7. n. 692. pag. 542.

Hoc etiã intelligẽdũ de extrahẽte reũ à Cœmeteriis. vid. tr. 7. n. 693. 694. & 695. p. 543

Qui reũ extraxit ab Hospitalibus Episcopali authoritate erectis, reservationẽ incurrit. ibid. n. 696.

Idẽ affirmatur de extrahẽte reũ à Monasteriis Religiosorũ, quoad totã clausurã. ib. n. 697.

Villæ, & Grangiæ, quas Religiosi habent recreationis causâ, adhuc gaudent immunitate. tr. 7. n. 698. pag. 544.

Potest tamẽ Cõfessarius inferior absolvere extrahentẽ reũ ab istis Villis, & Grãgiis, quia probabile est nõ incurrisse reservationẽ. ibid

Nomine Monasteriorũ, quæ immunitate gaudẽt, veniũt domus Seminarii, domus Puellarũ, domus Orphanorũ, domus Clericorũ in communi viventium, authoritate Episcopi fundata. ibid. n. 699.

Palatia Episcoporum immunitate gaudent. ibid. n. 701.

Licèt Episcopi non morentur in palatiis, sed discurrant in visitatione per suam Diœcesim, adhuc illorum palatia immunitate gaudent. ibid. n. 702.

Licet Episcopus solùm sit titularis, adhuc ejus palatium immunitate gaudet. tr. 7. n. 703. Pag. 545.

An excusetur à reservatione extrahens reũ à similibus palatiis? Vid. ibid. n. 704.

Probabile est palatium Episcopi post ejus mortem, Sede Vacante, non gaudere immunitate. ibid. n. 705.

Palatia Eminentissimorum Cardinalium immunitate gaudent. ibid. n. 707.

Domus Ecclesiæ, quæ sunt circa illius ambitũ, v. g. domus Parochorum, vel Canonicorũ, immunitate gaudent. tr. 7. num. 709. pag. 546.

Hoc etiã dicendũ probabiliter, quando prædictæ domus sunt laicis locatæ, vel in emphyteusim concessæ. ibid. n. 710. 711. 712. & 713.

Qui Sacerdoti portanti Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ adhæsit immunitate gaudet. tr. 7. n. 714. pag. 547.

Secus dici solet, si reus confugiat ad Sacerdotẽ, qui infirmo S. Unctionẽ portat. ibid.

Si delinquens non potuit tangere Sacerdotẽ, sed solùm potuit intrare cubiculũ infirmi, ubi Sacerdos cũ Sactissimo Sacramẽto existebat, adhuc probabiliter immunitate gaudet. ibid. n. 716.

Idem dicendum, si reus se immisceat personis, quæ per plateas Sanctissimum Sacramentũ comitantur. ibid. n. 717.

Extenditur etiam hoc ad reũ, qui se alicui processioni immiscet, in quã aliquis Sacerdos deferat aliquã reliquiã, aut imaginẽ Sactissimæ Virginis, aut alicujus Sãcti. ibid. n. 718.

Si delinquens soli Sacerdoti adhæreat, nõ gaudet immunitate. ibid. n. 719.

Qui confugit ad Cardinalem immunitate gaudet. n. 720.

Quæ personæ immunitate gaudeant, & utrum illâ gaudeant Infideles, Pagani Serraceni, Iudæi, &c? Vid. tr. 7. n. 721. usque ad 727. pag. 548. & 549.

Clerici gaudent immunitate, nec possunt extrahi ab Ecclesia per ministros sui Episcopi. ibid. n. 728.

Etiã probabile est Clericũ nõ solũ in Ecclesia, sed etiam extra illam cum indutus cotta, & stola in comitatu alicujus defuncti, præcedẽte cruce, procedit, hâc immunitate gaudere. ibid. n. 729. & seq. pag. 549. & 550.

Prælati regulares possunt extrahere subditos confugientes ad Ecclesiam, quando cum illis paterne agunt titulo correctionis fraternæ. ibid. n. 734.

Probabilius est Regulares fugientes ad alias Eccle-

Ecclesias exemptas à suis Prælatis, gaudere immunitate, nec posse Prælatos, si juridicè agant, illos extrahere (seclusis privilegiis, quæ Religiones possunt habere contra suos fugitivos. ibid.
Religiosus non gaudet immunitate sui monasterii respectu sui Prælati. tr. 7. n. 735. pag. 551.
Servo, qui confugit, ut liberetur à servitute domini, non suffragatur immunitas Ecclesiæ. ibid. n. 736.
Si verò confugiat servus ad Ecclesiam ob justum metum domini sui, non debet tunc tradi domino, nisi is priùs juret de ejus impunitate, & sic debet tradi, licèt invitus. ibid. n. 737.
Probabile est interdictos, & excommunicatos gaudere immunitate Ecclesiæ. ibid. n. 739.
Excipiuntur septem casus contenti in Bulla Gregorii XIV. quibus non suffragatur immunitas. tr. 7. n. 743. pag. 552.
Ubi hæc Bulla fuit publicata, his septem casibus exceptis, omnes alii licèt enormissimi, immunitate gaudent. ibid.
An verò hæc Bulla Gregorii XIV. deroget juri communi, ubi publicata, & recepta est? Vide ibid. n. 744. & 745.
Probabile est delicta, quæ contrahunt malitiam Sacrilegii, in Ecclesia patrata non gaudere illius immunitate, licèt stando Bulla Gregorii XIV. probabilius sit contrarium. tr. 7. num. 746. usque ad 749. pag. 553. & 554.
Probabilius est, licèt sit contrarium probabile, percussorem Clerici non gaudere immunitate Ecclesiæ: unde illum extrahens probabiliter à reservatione excusatur. tr. 7. n. 750. & 751. pag. 544.
Probabilius est, licèt contrarium sit probabile, occidentem in duello immunitate gaudere: potest tamen illum ab Ecclesia extrahens propter probabilitatem à quolibet confessario absolvi. tract. 7. num. 752. & 753. pag. 554.
Immunitate gaudet raptor virginis, qui ad Ecclesiam confugit. ibid. n. 755.
Extrahens ab Ecclesia defloratorem Monialis potest excusari à reservatione. ibid.
Probabile est violatores immunitatis immunitate privari. tr. 7. n. 856. pag. 555.
Immunitate gaudent etiam frangentes Ecclesiarum fores, aut illas igne incendentes, &c. hujusmodi. ibid. n. 757.
Valde probabile est, etiam præcisâ Bullâ Gregorii, blasphemis non concedi immunitatem. ibid. n. 759.
Quid dicendum de Adulteris, de Simoniacis, de Sodomitis, & de Bannitis? Vid. tr. 7. num. 760. usque ad 766. pag. 555. & 556.
An in casibus contentis in Bulla Gregorii XIV. possit reus extrahi ab Ecclesia? Vid. Hæresis.
Vide Homicidium, & Mutilatio in Ecclesia.
Vide Homicidium proditorium
Vide Assasinium.
Vide Crimen læsæ majestatis.
Vide Latrocinium.
Vide Agrorum depopulatio.
An verò in his septem casibus possit reus abstrahi ab Ecclesia absque Episcopi facultate? Vide tr. 7. n. 843. usque ad 845. pag. 569. & 570.
Utrùm verò qui in prædictis casibus reum ab Ecclesia extraxit sine licentia Episcopi, dicatur violator immunitatis? Vide ibid. num. 370.

Effectus Immunitatis loci Sacri.

Tres annumerantur, qui non possunt infringi absque ipsius immunitatis violatione. tr. 7. n. 846. pag. 570.

Primus effectus.

Est quòd reus confugiens ad Ecclesiam, vel locum sacrum non possit inde abstrahi. tr. 7. n. 846. pag. 570.
Reus, qui non liber, sed cum ipso satellite per vim Ecclesiam intrat, adhuc gaudet immunitate, si pia ratione standum sit; contraria tamen resolutio probabilior est. tr. 7. num. 848. pag. 501.
An verò possit extrahi ab Ecclesia dolo, & fallacia, sicque extractus capi, & incarcerari? Vid. ibid. n. 849. & 850.
Reus, qui ad Ecclesiam confugit, non potest privilegio immunitatis renuntiare, ita ut in ea capiatur. ibid. n. 852.
Si reus extractus fuit inique, non tamen à judice, non potest judex sic extractum capere, & incarcerare. tr. 7. n. 856. pag. 572.
Probabilius est, quòd si reus exiens à carcere sub juramento redeundi, fugiat ad Ecclesiam, immunitate gaudeat. ibid. n. 858.
Etiam probabile est, quòd damnatus ad triremes, si ad Ecclesiam confugiat, hac immunitate gaudeat. tr. 7. n. 860. pag. 572.
Quid dicendum de damnato ad furcam, & transeunte per locum sacrum, eumque inclamante? Vid. ibid. n. 861. & 862.

Secun-

Secundus effectus.

Est, ut reus, dũ est in Ecclesia, vel loco sacro, non dicitur esse in territorio Principis. tr. 7. n. 863. pag. 573.

Reus, dum est in Ecclesia, tametsi bannitus sit, non potest in ea occidi, nec capi. ibid.

Qui ad Ecclesiam confugit, licèt inveniatur cũ armis vetitis, illius immunitate gaudet. ibid. n. 865.

Probabile est nec ab ipsis armis vetitis posse spoliari à ministris justitiæ in Ecclesia. ibid. n. 867.

Tertius effectus.

Est, ut quandiu reus in Ecclesia est, non possit à Iudice sæculari damnari ad mortem, aut ad aliquam pœnam. tr. 7. num. 868. pag. 573.

Potest tamen hic reus, & debet ab Episcopo, vel aliis Rectoribus Ecclesiasticis puniri. tr. 7. n. 869. pag. 574.

Quâ autem pœnâ sit puniendus? *Vid.* ibid. n. 870.

Iudex sæcularis postquam, factâ compositione, reus ab Ecclesia est dimissus, non potest iterũ agere cũ illo criminaliter. ibid. n. 871.

Ludus.

Utrũ ille, qui prohibitus est ludere, & hoc nõ obstãte ludit cũ pluribus successivè, cõmittat unũ vel plura peccata? *Vid.* tr. 3. n. 399. p. 189.

Luxuria.

Dicens plura verba lasciva, iterans oscula, amplexus, tactus, &c. eidẽ fœminæ, & in eâdem cõversatione, unũ tantùm cõmittit peccatũ. tr. 3. n. 371. pag. 183. *Vide* Lascivia: Pollutio, & Fornicatio.

LITERA.

M

Magister.

Licèt sacræ Theologiæ, tametsi doctus, & egregiè literatus, vel Canonum lector, si non habeat annexam curam animarum, sine approbatione Episcopi non potest audire confessiones Sæcularium. tr. 6. n. 142. pag. 318.

Episcopus potest, sed non debet, Magistros, & in Academiis laureatos priùs examinare, quàm approbat. tr. 6. n. 198. pag. 331.

Magister Novitiorum non potest in domesticis concionibus reprehendere talia, vel talia peccata, quæ solùm ex confessione novit. tr. 6. n. 466. pag. 387.

Magister Novitiorum Societatis Iesu, licèt simul sit superior Collegii, potest, non obstãte decreto Clementis VIII. audire confessiones Novitiorum. tr. 7. n. 78. pag. 417.

Martyr, & Martyrium.

Etiam in Martyrio requiritur aliqualis attritio ad remissionem peccati venialis. tr. 1. n. 355. pag. 67.

Martyri tamen virtute martyrii remittuntur venialia statim post mortem; unde non possumus orare pro illo. ibid. n. 356.

Martyr nequit peccare in instanti martyrii. tr. 3. n. 299. pag. 171.

Materia Pœnitentiæ.

Omnia, ac sola mortalia comissa post baptismum sunt materia hujus Sacramenti. tr. 5. n. 6. pag. 262.

Post inceptionem Ecclesiæ poterat dari in Apostolis materia sufficiens, non tamen necessaria ad confessionem. tr. 5. num. 11. pag. 263.

Ante inceptionem Ecclesiæ non dabatur in Apostolis materia confessionis. ibid.

Vide Peccatum.
Vide Pœnitentia, prout est Sacramentum.

Matrimonium.

Qui ob metum gravem contrahit Matrimonium fictè, non peccat mortaliter. tr. 3. n. 191. pag. 149. & n. 196. pag. 150.

Sacramentum Matrimonii potest sine peccato fieri irritum, ac nullum in omnibus casibus, in quibus potest sine peccato fieri irritum, ac nullum in ratione contractûs. ibid. n. 196. pag. 150.

Matrimonium contrahens, & habens votum Castitatis, hoc explicare tenetur. tr. 3. n. 655. pag. 233.

Matrimoniũ potest celebrari nutibus, vel scriptis. tr. 4. n. 5. pag. 239.

Sacramentum matrimonii non potest iterum, atque

atque iterum repeti, & contrahi cum eâdem tr.4.n.25.pag.241.

Matrimonium celebratum per verba de præsenti sub conditione de futuro, ante impletam conditionẽ est validum in ratione contractûs, nõ in ratione Sacramenti: at post impletam conditionem est validum in ratione Sacramenti. tr.4.n.53.pag.248.

Quando matrimonium est occultè irritum, possunt conjugati habitare tamquam fratres. tr.6.n.396.pag.373.

Tenetur Parochus assistere matrimonio, cujus impedimentum dirimens ex sola confessione novit. tr.6.n.510.pag.397.

Dispensatio matrimonii non variatur per errorem relationis in Curia, v.g. quando ponitur loco tertii gradûs affinitatis, tertius gradus consanguinitatis. tr.7.n.205. ad finem. pag.447.

Error concomitans circa personam annullat Sacramentum Matrimonii. tr.7. num.208. pag.447.

Ille, qui Matrimonium fœminæ fictè promisit, potest interrogatus ab Episcopo negare se promisisse, utendo aliquâ æquivocatione. tr.7.n.456.pag.500.

Hoc etiam militat in casu, quo verè promisit, est tamen deobligatus, quia fœmina cum alio copulam habuit, vel alio de capite novit se probabiliter esse deobligatum. ibid.

Quilibet tenetur manifestare impedimentum proprium occultum, de quo interrogatur in ordine ad matrimonium. tr.7.num.638.& 640.pag.533.

Matrimonium contractum in gradibus prohibitis. Vide Impedimentum Matrimonii *per totum.*

Vide Parochus.

Medicus.

Medicus tenetur monere infirmum, ut confiteatur, ubi prævideret, vel saltem judicaverit fore periculum, saltem jure naturali ex charitate. tr.5.n.14.pag.264.

An teneatur Medicus jure positivo hoc facere? Vid.tr.5.n.14.& 16.pag.264.

An Decretum Pii V. præcipiens Medicis, ne ultra tertiũ diem visitent ægrotum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessarii in scriptis datam, sit consuetudine abrogatum? Vid. tract. 5. num. 17.pag. 264.

Medicus interrogatus sub juramẽto de crimine, quod aliunde est semiplenè probatum, & ipse solùm ex ratione officii novit, non potest illud revelare, sed debet jurare se nihil scire sub intelligendo ut tibi dicam. tr.7.n.462. pag.501.

Medium.

Quædam media constituunt peccatum diversum à fine malo, quædam non. tract.3. num. 359. pag.181.

Vide Finis.

Mendacium.

Aliquando tenetur homo mentiri, neque tunc peccat mentiendo. tr.3.n.6.pag.113.

Mendacium in confessione commissum, Vide Confessio.

Vide Integritas confessionis.

Meritum.

Meremur de condigno remissionem peccatorum venialium, non verò mortalium. tr.1.num. 367.pag.67. & 70.

Merita peccato mortificata reviviscunt per pœnitentiam. ibid. n. 398. pag. 76. & sequent.

Talia merita reviviscunt ex natura rei, seu ex justitia; etiam casu, quo Deus remitteret peccatum sine infusione gratiæ, vel ex Inferno damnatum aliquem extraheret, suaque gratiæ restitueret. tr.1.n.409.pag.78.

Hæc meritorum reviviscentia potest divinitùs impediri. ibid.n.412.

Talia merita semper reviviscunt integrè ad idem præmium substantiale. tr.1.n.416. pag.79.

Principium meriti non potest cadere sub meritum. tr.3.n.72.pag.126. *Vide* Contritio.

Vide Satisfactio, *per totum.*

Meritrix.

Meritrices non excusantur à pœnis impositis transgressoribus præcepti annuæ confessionis. tr.5.n.118.pag.284.

Non dicitur publica meritrix, quæ solùm semel, ac iterum prostituta est. tr.7.n.832. & 833.pag.568.

Vide Abortus.

Minister Sacramenti Pœnitentiæ.

Nec licitè, nec validè potest quilibet Sacerdos administrare Sacramentum Pœnitentiæ. tr. 2. n. 76. pag. 102.
Solus Sacerdos ex institutione Christi est minister hujus Sacramenti. tr. 6. num. 1. pag. 285.
Non omnis Sacerdos est minister hujus Sacramenti. tr. 6. n. 16. pag. 287.
Ecquis Sacerdos dicatur minister hujus Sacramenti? vid. tr. 6. n. 33. pag. 292.
Summus Pontifex, & Episcopus dicuntur Propii Sacerdotes. ibid. n. 34.
Vide Confessarius.
Vide Sacerdos.
Vide Parochus.
Vide Prælatus.
Vide Episcopus.

Missa.

Intendens uno actu omittere Missam toto anno, tot committit peccata, quot in anno sunt dies, quibus tenetur interesse sacro. tr. 3. n. 391. pag. 187.
Celebrans tres Missas immediatè unam post aliam in peccato mortali, tria committit peccata. tr. 3. n. 397. pag. 188.
Omittens sacrum die Apostoli v. g. quæ simul est Dominica, sufficienter confitetur dicendo: Omisi sacrū die festo. ibid. n. 472. pag. 204.
Omittens sacrum propter studium non tenetur explicare se omisisse sacrum propter studium, sed sufficit dicere: Omisi sacrum. ibid. num. 648. pag. 231.
Si omittas Missam, non propter studium, sed illâ omissâ, studes consequenter, non teneris hoc explicare, sed satis est dicere: Omisi sacrum. tr. 3. n. 652. pag. 232.
An applicatio Missæ pro primo, qui stipendium obtulerit, sit valida, & licita? vid. tr. 4. n. 58. pag. 249.
Qui prævidet se non reperturum Missam ab hora nona, tenetur illam anticipare. tr. 5. n. 91. pag. 279.
Si in tuo oppido sit dies festus, non verò in loco, in quo detineris, non obligaris ad auditionem sacri. tr. 6. n. 42. pag. 294.
Qui omittendo Missam est proximo occasioni omittendi similiter Missam, tenetur amovere tale scandalum. tr. 6. num. 420. pag. 377.
Vide Scandalum.

Moniales.

Tempore Iubilæi solennis possunt eligere quemlibet confessarium approbatum ab Ordinario, licèt non sit ex deputatis pro confessionibus ipsarum. tract. 6. num. 327. pag. 360.
Potest tamen Episcopus justè imponere præceptum Monialibus subditis, vel alicui earum, ne etiam tempore Iubilæi solennis confiteatur tali, vel tali Sacerdoti. ibid. n. 331.
Idem potest Prælatus Regularis, qui Moniales sub potestate habet. ibid.
Moniales, quæ è Monasterio egrediuntur animo non revertendi sunt verè Apostatæ, & comprehenduntur in reservatione Clementis VIII. tr. 7. n. 368. pag. 484.
Hoc etiam extenditur ad Conversas, quæ sunt veræ Religiosæ; excipe Novitias, & alias, quæ non sunt veræ Religiosæ, licèt sub clausurâ vivant. ibid. pag. 485.

Moribundus.

Qui, dum confitetur, sensibus destituitur repentè, aut præ virium imbecillitate progredi nō valet, est absolvendus. tr. 4. num. 74. pag. 252.
Si Sacerdos, auditâ parte confessionis, reliquit sequentis die perficiendam, & postea adveniens reperit moribundum sensibus destitutum, debet illum absolvere. ibid. n. 76.
Confessarius, qui distulit confessionem moribundi in sequentem diem propter suspicionem phrenesis, vel amentiæ, & sequenti die sensibus destitutum illum invenit, tenetur absolutionem impendere sub conditione. tr. 4. n. 77. pag. 253.
Moribundus, qui nullum peccatum dicit in particulari, sed generaliter se accusavit petens absolutionem, & sic sensibus destitutus est, debet absolvi. ibid. n. 79.
Sacerdos, qui Missam celebraturus, peractâ confessione generali, repentè moribundus cadit absque omnium sensuum usu, non est absolvendus præcisè ex vi illius confessionis generalis. ibid. n. 81.
Licèt moribundus nullum peccatum, neque in genere possit dicere, si ostendat doloris signū in ordine ad Claves petendo confessionem nutibus, vel stringendo manum Sacerdotis, videtur absolvendus. ibid. num. 82. pag. 253.
Licèt signum doloris non videatur directè ad Claves, quia moribundus non advertit, ad Sacerdotem, sed solùm elevando oculos ad Cruci-

Crucifixum dicit Miserere mei Deus, &c. *vel tundit pectus, & in his verbis sensum admisit, debet absolvi sub conditione.* ibid. n.83. pag.253.
Quid faciendum, quando signa sunt dubia, & Sacerdos nequit discernere, an oriantur ex vera contritione, an ex angustiis, & dolore mortis? est absolvendus sub conditione. ibid. n.85. pag.254.
Moribundus, qui confessionem non petiit, nec ullum edidit pœnitentiæ signum, licet bonus Christianus esset, & Sacramenta frequentare soleret, nec sub conditione est absolvendus. tr.4.n.89.pag.255.
Moribundus, qui in præsentia Sacerdotis nullum doloris signum edidit, sed est, qui testetur eum confessionem petiisse, debet absolvi. tr.4.n.98.pag.256.
Hoc probatur ex Rituali Pauli V. & illius verba apponuntur. ibid.n.99.
Si verò testimoniũ detur in absentia moribũdi, & in illius præsentia non sit, qui det testimoniũ adhuc est absolvẽdus. tr.4.n.104.p.258
Sufficiunt testes mediati ad hoc testimonium. tr. 4.n.108.pag.259.
Sufficit unus tantùm testis. ibid.n.109.
Licèt testis sit hereticus, vel infidelis, dummodo verisimile sit non mentiri, ejus testimonio est absolvendus moribundus. tract.4.num. 110.pag.259.
In isto casu suprapposito omnino tenetur Sacerdos ad dandam absolutionem moribundo. tr. 4.n.111. pag. 260.
Quid dicendum, si Sacerdos, inveniat moribundum loco prælii aut duelli vulneribus confossum, & sensibus destitutum, cujus confessionem non est, qui testetur, dubitatur tamen, an cadens, & cognoscens se mori illam petierit? Vid.tr.4.n.113.114.115.& sequẽt. pag.260.& 261.
Vide Articulus mortis.
Vide Absolutio.
Vide Reservatio, *Et ibi*, Absolutio à reservatis in articulo mortis.

LITERA.

N

Naufragium.

IN *naufragio subito non obligat per se præceptum Divinum ad publicam confessionem.* tr.5.n.27. pag. 266.
Obligaris tamen ab isto præcepto per accidens in tali subito naufragio. ibid. n.28.
In subito naufragio potes dicere peccata publica, si peccata sint occulta potes dicere minoris infamiæ. ibid.n.29.pag.267.
Imò potest pœnitens dicere solùm aliquot venialia in specie, accusando se in genere de omnibus aliis peccatis. ibid.

Nectarius.

Nectarius Patriarcha constantinopoletanus non abstulit usum Sacramenti Pœnitentiæ, sed Pœnitentiariæ. tr.2.n.43.pag.95.

Notitia Confessionis.

Confessario, licèt sit Prælatus, neque quoad res gratuitas (si inde aliqua confusio, & pudor pœnitenti oriri possit) licitum est uti notitia confessionis ad externam gubernationem subditorum. tr.6.n.491. usque ad 498. pag.392.393.& 394.
Si Confessarius ex notitia confessionis novit sibi insidias parari; aut vinum, quo celebraturus est, esse à suis inimicis veneno infectum; potest fugere, vel omittere Missam, si non detur aliqua significatio confessionis sibi factæ. tr.6.n.499.pag.394.
Non potest tamen hoc facere, si detur revelatio peccati, vel conjurationis confessæ, licèt inde nullum aliud pœnitenti timeatur incõmodum. tr.6.n.502.pag. 395.
Confessarius, qui novit ex confessione pœnitentem solitum turpia confiteri sibi esse morali periculo peccandi, & vocatus ad confessionem non potest non ire, quin pœnitens suspicetur illũ non ire, quia refugit audire solita obscœna, tenetur ire. tr.6.n.503.pag.395.
Quid faciat Sacerdos, qui ex confessione sui Confessarii, cui confiteri solet, novit illũ nõ esse Sacerdotem, & non potest non continuare cum illo sine hominis rubore? Vid. tr.6.n. 505.pag. 396.
Quid dicendum si Sacerdos ex sola notitia confessionis novit Ecclesiam esse pollutam, potest ne in illa celebrare? Vide ibid.num. 507.
An verò si in proposito casu celebret, incurrat pœnas impositas celebrantibus in Ecclesia Polluta? ibid.n.508. Vide *Sigillũ*, & *Parochum*.
Non potest confessarius ex notitia Confessionis ostendere pœnitenti vultum severum, &c. tr.6.n.511.pag.397.

Non potest Confessarius vitare in publico excommunicatum, quem ex sola notitia confessionis talem cognovit. tr. 6. n. 315. pag. 397.
Non item potest vitare talem excommunicatũ in occulto, si sola notitia sit ex confessione Sacramentali. ibid. n. 516.
Vide Sigillum.
Vide Confessarius.
Vide Prælatus.

Novitius.

In peccatis luxuriæ non tenetur explicare Confessario, se esse Novitium. tr. 3. num. 417. pag. 154.
Comprehenduntur etiam in Reservatione impositâ Regularibus. tr. 7. num. 77. pag. 416.
Novitii Societatis Iesu possunt confiteri suo Magistro, licèt hic simul sit Superior totius Collegii. tr. 7. n. 78. pag. 416.

LITERA.

O

Obedientia.

Religiosus violans præceptum Obedientiæ aliquando unum tantùm committit peccatum contra votum, aliquando duo contra votum, & præceptum. tr. 3. n. 420. pag. 195.
Vide Prælatus.
Ille qui in aliquibus circũstantiis cõtra obediẽtiã comederet, peccaret contra obedientiam, & temperantiam. tract. 3. num. 652. pag. 232.
Subditus dubitans, an sit res licita, quæ ei præcipitur à Superiore, tenetur obedire. tr. 7. n. 443. pag. 497.

Objectum.

Objectum supernaturale potest attingi ab actu, & habitu naturali. tr. 1. num. 138. pag. 27.
Objecta peccatorum sunt materia Sigilli. tr. 6. n. 454. pag. 385.

Occasio peccandi.

Quotuplex sit occasio peccati? tr. 6. num. 384. pag. 371.
Non tenemur relinquere occasionem remotam. ibid. n. 385.
Omnes tenentur, cum possunt, relinquere occasionem proximam. ibid. n. 386.
Occasio proxima coincidit cum periculo proximo. ibid.
Qui est in occasione proxima peccati, & illam, cum possit, non evitat, est in peccato actuali, & absolutionis incapax. ibid.
An teneatur deserere officium ille, cui tale officium est occasio proxima peccandi? tr. 6. n. 399. pag. 374.
Vide Propositum non peccandi.

Occisio.

Occisio, vulneratio, & gravis percussio cujusvis personæ reservatur pro Regularibus in Decreto Clementis VIII. tr. 7. n. 61. pag. 412.
Quænam sit percussio gravis? Vid. tr. 7. num. 533. pag. 514.
In dubio, an percussio sit gravis, ejus resolutio in foro externo pertinet ad Prælatum, in foro verò interno ad Confessarium prudentem. ibid.
Si quis se ipsũ voluntariè vulneret, adhuc incidit in hãc reservationẽ Clemẽtis. ibid. n. 534.

Odium.

Qui uno actu odit plures homines, plura committit peccata. tr. 3. n. 389. pag. 186.
In peccatis odii debet explicari in confessione qualitas mali desiderati proximo, si malum est injustum: non verò, si malũ est justũ. ibid. n. 482. pag. 205. & 206.
An in peccatis odii debeant in confessione declarari personæ odio habitæ? *Vid.* tr. 3. n. 515. pag. 211. & 212.
Vide Actus Odii.

Offensa.

Ratio offensæ, & ratio injuriæ sunt duæ formalitates diversæ. tr. 1. n. 21. pag. 6.
Vide Injuria.
Vide Contumelia.

Officium Divinum.

Qui uno actu statuit omittere Officium Divinũ toto anno, tot committit peccata, quot in anno sunt dies. tr. 3. n. 391. pag. 187.

At omittens officium unius diei unum tantùm committit peccatum: si verò per septem dies unam Horam in singulis omittat, septem committit peccata. ibid. num. 392. pag. 188.
Clericus Beneficiatus omittens Officium Divinum tenetur declarare in confessione se esse Clericum, & Beneficiatum. tr. 3. n. 479. pag. 205.
An, qui prævidet v. g. vesperi superventuram Quartanam, teneatur Vesperas, & Completam manè anticipare? vid. tr. 5. n. 92. pag. 279.
Quid dicendum si prævideret futurum impedimentum liberum v. g. occupationem, vel negotiū? ibid.
Vide Voluntas virtualis.

Opera bona.

Quæ dicantur mortua, & quæ mortificata? tr. 1. n. 398. pag. 76.
Opera bona mortua, facta videlicèt in peccato, non vivificantur per pœnitentiam. ibid. n. 422. pag 80.
Deus recordatur bonorum operum, quæ fiunt in peccato, non in ordine ad vitam æternam, sed vel ad bona temporalia, & humiliationem, vel ad minuendas pœnas Inferni. tr. 1. n. 423. pag. 80.
Vide Meritum.

Opinio probabilis.

Opinio probabilis pœnitentis, licèt minùs probabilis, quàm opinio Confessarii, debet prævalere ad conferendam absolutionem. tr. 6. n. 376. pag. 369.
Communior doctrina est non posse Iudicem sententiam ferre juxta opinionem minus probabilem relictâ probabiliori. ibid. n. 377.
Si opinio minùs probabilis pœnitentis sit circa valorem Sacramenti non tenetur Confessarius illi se accōmodare. tr. 6. n. 383. pag. 370.
Vide Confessarius.

Ordinarius.

Utrū possit extra suū territoriū absolvere suos subditos? vid. tr. 6. n. 35. pag. 292. *Et ibi marginem* num. 37.
An possit absolvere subditos suos à peccatis cōmissis in aliena Diœcesi? tr. 6. n. 39. pag. 293. *Et ibi vid. marginem* num. 37.
Quis sit Ordinarius, ac proprius Sacerdos iter agentium, necnon vagorum, qui nullum habent domicilium, & illorum, qui duo domicilii incolunt? Vid. tr. 6. n. 40. pag. 293.
Ordinarius illius, qui ex fine, & animo quærendi confessionem iter agit, vel peregrinatur, est ille, in cujus Diœcesi, vel Parochia invenitur. ibid. n. 41. & sequent.
Quisnam sit Ordinarius Episcoporum, vel Parochorum, & tr. 6. num. 47. 48. & 49. pag. 295.
Ordinarius potest delegare potestatem. tr. 9. n. 51. pag. 259
Vide Episcopus.
Vide Vicarius generalis.
Vide Parochus.

Ordinis Sacramentum.

Potestas Ordinis accipitur immediatè à Christo. tr. 2. num. 89. pag. 105.
Quilibet Ordinandus tenetur pandere vitiū occultum, quod illum reddit inhabilem, & irregularem. tr. 7. num. 638. & 639. pag. 53?.
Vide Potestas Ordinis.

LITERA.

P

Parens.

Percussio Parentis reservata prò Diœcesibus.

Qui leviter Parentem percutit, etiam hac reservatione comprehenditur. tr. 7. n. 945. pag. 387.
Quid in hoc casu veniat nomine Parentis? Vid ibid. num. 946.
Non sufficit elevatio manùs ad percutiendū parentem, ut reservatio incurratur. ibid.
Probabile est hanc reservationem incurrere etiam filium, qui patrem bannitum occidit. ibid. num. 947.
Non comprehenditur in hac reservatione filius, qui intendit patrem incarcerare. ibid. num. 949.
Filius, qui non impedit mortem parentis, cum possit, non comprehenditur in reservatione imposita percutientibus parentes. ibid.
Vide Occisio.

Para-

Parabolæ.

Non sunt applicandæ veritati secundum omnẽ sui partem, & ornatum. tr. 1. num. 453. pag. 85.

Parochus.

Quid debeat facere si deferat Eucharistiã ægroto statim communicaturo, & dum audit reconciliationem brevem, advertit indigere longa confessione. tract. 5. num. 670. pag. 236.
Non potest committere confessiones Sacerdoti nõ approbato ab Episcopo. tr. 6. nu. 140. pag. 317.
Parochus excommunicatus assistens matrimonio, validè assistit. tr. 6. num. 170. pag. 324.
Non possunt ex jure sibi eligere confessarium. tr. 6. n. 273. pag. 347.
Possunt tamen ex consuetudine. tr. 6. nu. 274. pag. 347.
Utrũ Parochus in una Diœcesi virtute Iubilæi, vel Bullæ sit eligibilis in alia, imò & ubique? Vid. tr. 6. n. 294. pag. 351.
Parochus tenetur ex justitia audire pœnitentes, quoties illi tenentur confiteri. tr. 6. num. 333. pag. 361.
Tenetur etiam illos audire quoties ex sola devotione volunt confiteri. ibid. n. 335.
Peccat mortaliter nolens audire confessionem toties, quoties ex dilatione confessionis sequitur pœnitenti damnum grave. tr. 6. nu. 336.
Non tenetur per se audire confessiones nec etiã in articulo mortis, aut Pascha, sed sufficit quod loco sui ponat idoneum confessarium. ibid. n. 337.
Tenetur ex charitate, & justitia audire cum periculo vitæ pœnitentem constitutum in extremâ, aut gravi necessitate. ibid. num. 339.
Tenetur assistere matrimonio cujus impedimentũ dirimens ex sola confessione novit. tr. 6. num. 510. pag. 396.
Non potest non administrare Sacramentum Eucharistiæ illi, quem ex sola confessionè novit indignum, si pœnitens publicè petat. tr. 6. n. 512. pag. 397.
Adhuc in isto casu si pœnitens Eucharistiam petat occultè, tenetur illi administrare. ibid. n. 514.
Parochi non solent casus reservare. tr. 7. n. 4. pag. 401.
Non potest absolvere à reservatis Episcopis, nisi de illius licentia. ibid. n. 6.

Peccator.

Nunquam destituitur potentiâ physicâ, nec morali remotâ ad pœnitentiam. tr. 1. n. 172. pag. 34. n. 175. pag. 35.
Aliquando spoliatur potentiâ morali proximè ad pœnitendum. ibid. à n. 173.

Peccatum.

Peccatum grave commissum sine ulla advertentia ad offensam Dei non esset mortale. tr. 1. à n. 46. pag. 12.
Tale peccatum haberet solam gravitatem Philosophicam, non Theologicam. ibid. num. 49.
Rarò, aut nunquam committitur peccatum sine advertentia, saltem implicita & virtuali, ad prohibitionem Dei. tr. 1. nu. 50. pag. 13.
Qui diceret si homicidium, v. g. non prohiberetur, nec esset offensa Dei, licèt esset dissonum rationi, ego occiderem peccaret mortaliter. pag. 13. n. 52. & 53.
Peccata cõmissa post baptismum nullum habere remedium, est error in fide. tr. 1. num. 152. & 157. pag. 30.
De fide est peccata non toties, quin plures posse dimitti per pœnitentiam. tr. 1. à nu. 158. pag. 31.
Idque licèt peccata sint gravissima. tract. 1. num. 154. pag. 30. & à num. 161. pag. 31. & seq.
Vide Peccator.
Maius est peccatum in ratione offensæ, quam pœnitentia in ratione compensationis. tr. 1. n. 211. pag. 41.
Aversio quò ad affectum, non est de intrinseca ratione peccati. ibid. 213. pag. 41.
Macula peccati non consistit in reatu pœnæ, vel gratiæ privatione, sed in dignitate odii Divini. tr. 1. n. 311. pag. 58.
Melius est non nasci, quàm committere peccatum mortale, non verò quàm incurrere peccatum orginale. tr. 3. pag. 112. §. Objicies.
Electio peccati gravioris præ minus gravi, si excessus sit notabilis, est peccatum mortale. tr. 3. à n. 14. pag. 115.
Peccata commissa ante baptismum non sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ; commissa verò in instanti baptismi, maximè. tr. 3. à n. 289. pag. 168. & seq.
Peccata publica sunt materia sigilli. tr. 6. nu. 462. pag. 386.
An peccata, quæ confessarius aliunde novit,

vel postea cognovit, cadant sub sigillum? Vid. ibid. n. 463.
An possint reservari peccata interna? Vide tract. 6. num. 10. usque ad 12. pag. 401.
Vide Remissio peccati.
Vide Pœnitentiæ necessitas.
Vide Contritio.
Vide Charitas.
Vide Circunstantia peccati.

Peccatum alienum.

Est materia pœnitentiæ, quoad actum odij: tr. 1. n. 86. pag. 17. & 18.
Peccatum alienum mortale est minùs detestabile, quàm veniale proprium. tr. 3. n. 19. pag. 115.

Peccati distinctio.

Peccata merè interna non semper multiplicantur ad multiplicationem actuum, si aliàs in aliquo interno continentur. tr. 3. n. 356. pag. 180.
Vide Actus internus.
Peccata, quæ prodeunt in actus externos, multiplicantur per quamlibet interruptionem, in qua cessatur ab omni illo, in quo possint ipsi actus continuari. ibid. num. 362. pag. 182. & seq.
Multiplicantur etiam peccata in uno actu pro numero respectuum ad diversas personas, & objecta tr. 3. num. 281. pag. 185. & seq.
Vide Præceptum.
Qui uno actu plures inducit ad peccatum, plura committit peccata. ibid. num. 394. pag. 188.

Peccatum Dubium.

Peccata dubia mortalia, sunt materia necessaria Sacramenti Pœnitentiæ. tr. 3. n. 303. pag. 172.
Peccato dubio potest imponi pœnitentia certa, sed minor, quàm certo. ibid. num. 310. pag. 173.
Quale debeat esse dubium peccati, ut quis teneatur illud confiteri? Vid. ibid. n. 311.
Quando quis format judicium probabile pro utraque parte, quòd scilicèt peccaverit, & quòd non peccaverit, non tenetur confiteri. tr. 3. n. 313. pag. 73.
Si verò pro neutra parte format judicium probabile, seu habet dubium negativum, tenetur. ibid. num. 317. pag. 174.
Peccatum dictum, ut dubium, debet posteà, cessante dubio, dici ut certum. tr. 3. n. 322. pag. 174. & 175.
Peccatum dictum, ut certum, si postea fiat dubium, non debet repeti, ut dubium. ibidem num. 324.
An possint reservari peccata dubia? Vide tract. 7. num. 15. usque ad 22. pag. 403. & 404.

Peccatum dimissum.

Est materia pœnitentiæ quoad actus odij, doloris, & retractationis. tr. 1. num. 78. pag. 16.
Est item materia satisfactionis, licèt certò cognoscatur esse dimissum. ibid. num. 80. usque ad 82.
Peccata semel dimissa non redeunt, quò ad culpam, vel pœnam, per subsequens peccatum; possunt tamen ita redire de potentia Dèi absoluta. tr. 1. num. 448. pag. 85. & seq.
Solùm redeunt secundum quid per subsequens peccatum odij fraterni, apostasiæ à fide, contemptùs confessionis, & *per dolorem pœnitentiæ factæ.* ibid. n. 454. pag. 86.

Peccatum habituale.

Peccatum habituale, quò ad maculam, est materia Pœnitentiæ sumptæ quò ad actum odij, & detestationis, seu retractationis. tr. 1. n. 62. usque ad 64. pag. 14.
Quò ad reatum pœnæ non est materia Pœnitentiæ. tr. 1. n. 65. pag. 15.
Non consistit in privatione gratiæ. ibid. num. 292. & 293. pag. 55.
Vide Remissio peccati.

Peccatum Originale.

Est materia virtutis Pœnitentiæ quò ad actus odij, & doloris, non quò ad retractionem. tr. 1. n. 66. pag. 15.
Peccatum Originale sumptum quò ad contractionem maculæ, & quò ad commissionem per voluntatem Adami, est minùs detestabile, quàm veniale proprium. tr. 3. n. 24. pag. 116. & 117.

pecca-

Peccatum veniale.

Peccatum veniale commissum modo ordinario est materia virtutis Pœnitentiæ. tr. 1. n. 55. pag. 13.
Secùs dicendum de commisso sine ulla advertentia ad prohibitionem Dei ibid. n. 56. pag. 14.
Omne peccatum veniale est materia alicujus Pœnitentiæ, prout hæc transcendit per alias virtutes. ibid. n. 57.
In statu puræ naturæ poterat remitti peccatum veniale per pœnitentiam naturalem. tr. 1. n. 343. pag. 64.
Peccatum veniale etiam relinquit suam maculam. ibid. n. 345.
Peccatum veniale adjunctum soli Originali punietur in Limbo pœnâ æternâ, sed levissimâ. tr. 1. n. 388. pag. 73.
Peccatum veniale proprium est magis detestabile, quàm mortale alienum. tr. 3. nu. 19. pag. 115.
Est etiam detestabilius Originali sumpti quò ad contractionem maculæ, quæ in conceptione incurritur. tr. 3. num. 24. pag. 116. & 117.
Possunt vitari omnia venialia divisivè, non collectivè. ibid. n. 203. pag. 151.
Vide Confessio, & Propositum non peccandi.
Peccatum veniale sunt materia sufficiens, non necessaria, Sacramenti Pœnitentiæ. tr. 3. n. 327. pag. 175.
Peccata venialia sunt materia Sigilli. tr. 6. n. 454. pag. 385.
Potest tamen Confessarius dicere in genere, quòd pœnitens confessus sit venialia. ibidem.
Peccata venialia possunt reservari. tr. 7. n. 9. pag. 402.
Vide Pœnitentiæ necessitas.
Vide Contritio.
Vide Remissio peccati.
Vide Attritio.

Peccatum contra Spiritum S.

Vide Spiritus Sanctus.

Percussio.

Vide Parens.

Percussio Clerici.

Vide Excommunicatio.
Vide Occisio.
Vide Vulnus.

Perjurium.

Qui unico juramento plura firmat mendacia plura committit Perjuria. tr. 3. n. 394. pag. 188.

Pœna Peccati.

Pœna æterna, quæ remmittitur, remisso peccato, commutatur in temporalem. tr. 1. n. 334. pag. 62.
Remissâ culpâ & pœnâ æternâ, manet in nobis reatus pœnæ temporalis. tr. 8. num. 1. pag. 611.
Vide Satisfactio.

Pœnitens.

Semper resurgit in majori gratia, quàm habuerat ante peccatum. tract. 1. num. 429. pag. 82.
Solùm tenetur explicare circumstantias ex parte peccati, non eas, quæ movent ad impositionem majoris, vel minoris pœnitentiæ. tr. 3. n. 331. pag. 176.
Tenetur fateri circumstantias aggravantes, si de illis interrogetur. ibid. n. 405. pag. 191.
Vide Circumstantia peccati.
Tenetur etiam fateri reincidentiam, vel peccandi consuetudinem si de ea interrogetur, ibid. n. 442. pag. 199.
Vide Reincidentia.
Potest confiteri peccatum infamans personam, quæ complex non est si id ad confessionis integritatem requiratur. tr. 3. n. 602. p. 224.
Vide Complex.
Tenetur in aliquibus casibus declarare complicem in confessione, vel extra illam. ibidem n. 604. pag. 224. & 225.
Vide Confessarius.
Quid facturus, si communio non possit differri sine scandalo, & ipse pœnitens longiori confessione indigeat. Vid. tract. 3. n. 671. pag. 236.
Vide Satisfactio.
Vide Complex.
Vide Reincidentia.
Vide Confessio.
Vide Circumstantia peccati.

Pœnitentia, prout est virtus.

Est virtus simpliciter. tr. 1. n. 2. pag. 2.
Est virtus specialis. pag. 3. n. 7.
Ejus objectum formale distinguitur ab objecto formali charitatis, & aliarum virtutum. tr. 1. pag. 4. usque ad 7.
Pœnitentia solùm est pars potestativa justitiæ commutativæ. tract. 1. nu. 22. pag. 7.
Ejus ratio formalis sub qua *non consistit in bono compensationis pro offensa.* tr. 1. n. 25. pag. 8.
Consistit verò in ratione offensæ puræ sumptæ. ibid. n. 14. pag. 10.
Terminus ad quem *Pœnitentiæ est quædam veluti pax cum Deo.* ibid. num. 36. & 37.
Illius objectum materiale quò ad actus prosecutionis est non sola satisfactio propria, sed etiam aliena. tract. 1. à num. 39. pag. 10.
An omne peccatum mortale actuale sit objectum materiale Pœnitentiæ quò ad actus fugæ? Resolvitur juxta duplicem opinionem. tr. 1. n. 44. pag. 12.
An peccata venialia, & imperfectiones; peccatum habituale, & originale; actus externus, & materialiter malus; peccata jam dimissa, vel aliena, sint materia Pœnitentiæ? Vide suis locis, & tr. 1. pag. 13. usque ad 18.
Nemo potest esse certus de sua pœnitentia supernaturali. tr. 1. n. 134. pag. 26.
Pœnitentia naturalis est effectrix, & destructiva peccati actualis. tr. 1. n. 142. & 146. pag. 28.
Reddit habentem bonum simpliciter. ibidem n. 143.
Pœnitentia supernaturalis non est virtus Theologica, sed moralis. tr. 1. n. 140. & 150. pag. 29.
Pœnitentia delens peccatum est quidem charitas formalis, sed solùm virtualis dilectio, seu amor Dei. tr. 1. n. 190. pag. 37. & p. 38. à n. 196.
Præter illam non prærequiritur ad justificationem alius actus amoris Dei formalis. Ibid. à n. 192.
Virtus Pœnitentiæ, prout est habitus infusus, procedit à gratia sanctificante. tr. 3. n. 78. §. Objicies quartò, pag. 127.

Pœnitentiæ actus.

Actus prosecutionis virtutis pœnitentiæ sunt sex. tr. 1. n. 94. pag. 19.
Actus fugæ sunt quinque. ibid. n. 99.
Pœnitentia consistit tam in actu detestationis, quàm in actu doloris, sed principaliùs in primo. tract. 1. num. 102. pag. 20.
Pœnitentia delens peccatum est actus elicitus charitatis. ibid. pag. 36. à n. 185. usque ad 199.

Pœnitentiæ effectus.

Primus Pœnitentiæ effectus est remissio omnium Peccatorum mortalium, nullo excepto. tract. 1. num. 152. pag. 30. & sequent.
Pœnitentia non est causa formalis, etiam inadæquata, remissionis peccati; neque divinitus esse potest. ibid. n. 201. & sequent. pag. 39.
Vide Justificatio.
Pœnitentia opponitur formaliter peccato, seu aversioni actuali, non habituali, hanc solùm tollit formaliter quò ad effectum, non quò ad maculam. tr. 1. num. 209. pag. 41.
Per Pœnitentiam recuperantur virtutes supernaturales ibid. n. 437. pag. 83.
Vide Gratia.
Recuperatur item antiqua, & primaria dignitas apud Deum. tr. 1. num. 441. pag. 83.
Etiam apud Ecclesiam exceptis quinque casibus. ibid. n. 443. pag. 84.
Sola verba, Ego te absolvo, *concurrunt ad effectum Pœnitẽtiæ.* tract. 4. num. 18. pag. 241.

Vide Remissio peccati.

Pœnitentiæ formæ.

Vide Absolutio.

Pœnitentiæ materia.

Vide Materia Pœnitentiæ.

Pœnitentiæ habitus.

Est supernaturalis, & per se infusus. tr. 1. n. 133. & seq. pag. 25.

Potest dari Pœnitentiæ habitus naturalis circa peccatum sub ratione offensæ Dei, quatenus est Author Naturæ, & etiam quatenus est bonum supernaturale. tr. 1. n. 136. pag. 26. & pag. 28. à n. 145.

Habitus Pœnitētiæ naturalis est virtus. tr. 1. n. 141. pag. 18.

Pœnitentiæ necessitas.

Pœnitentia formalis per se, & absolutè loquendo, est necessaria necessitate medii ad remissionem peccati mortalis. tr. 1. à nu. 229. pag. 45.

Non ita in aliquibus casibus specialibus. ibid. à n. 231.

Est etiam necessaria necessitate præcepti. tr. 1. à n. 237. pag. 45.

Necessaria est aliqua Pœnitentia supernaturalis ad remissionem peccati venialis extra Sacramentum. tract. 1. à num. 337. pag. 63. & 64.

Pœnitentiæ Sacramentum est necessarium necessitate medii ad salutem lapsis in mortale post Baptismum. tr. 2. à num. 40. pag. 94. & seq.

Non ita verò est necessarium lapsis in sola venialia. ibid. n. 41.

Lapsis in peccatum mortale non est necessarium suscipere hoc Sacramentum in re, sed sufficit in voto implicito. tract. 2. à num. 47.

Vide Remissio peccati.

Pœnitentiæ subjectum.

Pœnitentiæ subjectum proximum est voluntas. tr. 1. n. 105. pag. 21.

An pœnitentia detur in Deo, & Beatis? Vide Deus. & Beatus.

Utrùm fuerit in Christo D. B. Virgine, Angelis, & Adamo? Vide Christus D. B. Virgo, Angelus, & Adamus, & tr. 1. pag. 21.

Pœnitentiæ præceptum.

Est naturale, nec prærequirit Divinam ordinationem Pœnitentiæ ad justificationem. tr. 1. à n. 241. pag. 47.

Obligat in statu viæ peccatorum, licèt hic careat potentiâ morali, tract. 1. num. 174. pag. 35.

Obligat ex triplici motivo. tr. 1. à num. 245. pag. 47.

Continetur implicitè in Decalogo. ibid. num. 248.

Non est dispensabile à Deo, ibid. num. 249. pag. 48.

Quando obliget? Vid. tr. 1. à n. 250. pag. 48.

Non obligat statim post peccatum commissum. ibid. à n. 260. pag. 49. & seq.

In quo differat à præcepto restitutionis? Vid. tr. 1. 266. pag. 50.

Non obligat Dominicis, vel festis diebus; nec quoties peccata memoriæ occurrunt. ibid. à n. 275. pag. 52.

Obligat tempore aliquo intermedio ante mortis articulum. ibid à num. 280.

Præceptum Divinum.

De fide est dari præceptum Divinum de hoc Sacramento. tr. 5. n. 2. pag. 262.

In illis verbis. Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, &c. *continetur hoc præceptum.* ibid.

An verò, si non daretur præceptum confessionis Divinum, potuisset Ecclesia illud ferre? Vid. ibid. n. 3. & seq.

Præceptum confessionis Divinum solùm comprehendit illos qui post Baptismum mortaliter peccarunt. tr. 5. n. 6. pag. 262.

Infideles, qui baptizati non sunt, non tenentur hoc præcepto ibid. n. 7.

Præceptum confessionis Divinum obligat per se in articulo mortis. tr. 5. num. 12. pag. 263.

Obligat etiam in periculo mortis. ibid. num. 13.

Præceptum cõfessionis Divinum obligat etiam extra periculum mortis. tr. 5. num. 20. pag. 265.

Non obligat statim post peccatum commissum. ibid. n. 22.

Quando, & in quibus casibus obliget per accidens hoc præceptum? Vid. tr. 4. n. 23. 24. & 25. pag. 265. & 266.

Non obligat per accidens ad confitendum pluries intra annum. ibid. n. 62.

Non obligat per se in articulo mortis, v. g. in subito naufragio, ad publicam confessionem. tr. 5. n. 27. pag. 266.

Obligat per accidens in isto articulo mortis ex motivo charitatis propriæ. ibid. num. 28.

Non obligat per se ad confessionem per interpretem. tr. 5. n. 31. pag. 267.

Si pœnitens probabiliter dubitet de sua contritione, obligatur in articulo mortis ex charitate propria ad confessionem per interpretem. ibid.

Obligat in articulo mortis saltem ratione periculi ad confessionem in scriptis, quando pœnitens aliter se explicare non potest. tract. 5.

num. 34. pag. 268.
Per confessionem invalidam non impletur Divinum praeceptum. tract. 5. num. 37. pag. 268.
Impletur tamen per confessionem validam informem. ibid. n. 39.

Praeceptum Ecclesiasticum.

Datur praeceptum Ecclesiasticum obligans ad annuam confessionem, quod de facto obligat tr. 5. num. 42. & 43. pag. 269. & 270.
Hoc praeceptum obligat per se, & non solùm ratione Eucharistiae. tract. 5. num. 45. pag. 270.
Non obligat infideles non baptizatos. ibidem n. 46.
Obligat etiam haereticos. ibid. n. 46.
Obligat etiam Summum Pontificem. ibidem n. 50.
Obligat etiam pueros habentes conscientiam peccati mortalis. tract. 5. num. 52. pag. 271.
Praeceptum Ecclesiasticum annuae confessionis non obligat de facto ad confessionem venialium non habentes conscientiam peccati mortalis. tr. 5. n. 67. pag. 273.
Hoc praeceptum non obligat de facto habentem conscientiam peccati mortalis, quod justâ causâ non tenetur confiteri, ad confitenda venialia. tr. 5. n. 70. pag. 274.
Hoc praeceptum non obligat ad confessionem publicam. tr. 5. n. 93. pag. 280.
Non obligat ad confessionem per interpretem, ibid. n. 94.
Utrùm verò obliget ad confessionem in scriptis? Vid. ibid. n. 95. 96. & 97.
Praeceptum Ecclesiasticum non impletur per confessionem non secutâ absolutione defectu dispositionis. ibid. n. 99. pag. 281. *Et ibi vide marginem* n. 98.
An impleatur saltè quandò obtinetur absolutio, nulla tamen ob defectum dispositionis? Negativè. ibid. n. 101.
Impletur per confessionem validam informem, ibid. n. 102.
Vide Confessio Annua.
Quae poenae imponantur transgressoribus hujus praecepti? *Vide* Transgressor praecepti Confessionis.

Pœnitentia, prout est Sacramentum.

De fide est dari in Ecclesia verum, ac propriè dictum Sacramentum Poenitentiae. tr. 2. à n. 2. pag. 88.
Poenitentiae Sacramentum institutum fuit à Christo Domino. ibid. à num. 10. pag. 89.
De fide est esse diversum à Sacramento Baptismi. ibid. à n. 13. pag. 90.
Constat essentialiter materiâ, & formâ, & *utramque dicit in recto.* tr. 2. à num. 21. pag. 91. & 92.
Non solùm forma, seu absolutio, sed etiam materia, seu confessio, prout stat sub absolutione, est significativa, & effectiva gratiae. ibid. n. 22.
Quae sit definitio essentialis, seu quasi essentialis Sacramenti Poenitentiae? Vid. tract. 2. n. 30. pag. 92.
Poenitentiae Sacramentum potest repeti non solùm pro peccatis nondum confessis, sed etiam pro confessis. ibid. num. 52. pag. 97. & 98.
Utrùm, & quae attritio sufficiat ad valorem Sacramenti Poenitentiae? *Vide* Attritio, & tr. 3. à n. 114. pag. 134. & seq.
Ad valorem Sacramenti Poenitentiae non sufficit voluntas confitendi, sine dolore formali, nec odium peccati, sine retractatione, & dolore illius, nec solum propositum non peccandi, nec dolendi se solo. tr. 3. à nu. 129. pag. 137.
Non item sufficit amor. Dei super omnia, licèt hic sufficiat ad justificationem: & affertur optimum exemplum. ibid. n. 130.
Nec similiter sufficit attritio existimata, nec naturalis. ibid. à nu. 136. pag. 138. & 139.
Vide Attritio.
Potest dari Poenitentiae Sacramentum validum, & informe. tr. 3. à num. 155. pag. 142.
Tale Sacramentum, recedente postea fictione, operatur suum effectum. ibid. à num. 161. pag. 143.
Quomodo recedat talis fictio? Vid. ibid. à n. 169.
Sola verba, Ego te absolvo, *concurrunt ad effectum hujus Sacramenti.* tr. 4. nu. 18. pag. 241.
Vide Poenitentiae necessitas, & Confessio.
Vide etiam de materia hujus Sacramenti. tr. 3. pag. 111.

Pollutio.

Pollutio habita in loco sacro, licèt occulta sit, est sacrilega. tr. 3. n. 638. pag. 250.
Vide Locus Sacer.
Idem dicendum de periculo Pollutionis. ib. n. 640.

Pollutio in nullo casu licet, quamvis minetur mors, vel immineat Reipublicæ ruina. tr. 6. n. 430. pag. 379.
Lapsus carnis voluntarius opere consummatus reservatur pro Regularibus Decreto Clemẽtis VIII. tr. 7. n. 62. pag. 412.
Quare in hoc Decreto ponitur Opere consummatus? Vid. tr. 7. n. 530. pag. 513.
Hic lapsus carnis per omnem, ac solam pollutionem consummatur. ibid.
Ex vi istius Decreti non possunt Prælati Regulares sibi reservare tactus impudicos, literulas amatorias, munuscula, & cætera hujusmodi. tr. 7. n. 532. pag. 514.
Vide Lascivia.
Vide Luxuria.
Vide Fornicatio.

Potentia ad pœnitendum.

Alia est physica, alia moralis; alia moralis proxima, remota alia. tr. 1. n. 170. pag. 34. & n. 175. pag. 35.

Potestas Clavium.

Potestas Sacramenti Pœnitentiæ rectè dicitur potestas Clavium. tract. 2. à num. 58. pag. 99.
Hæc potestas est in ordine ad peccatum non solùm quò ad pœnas sed etiam quò ad culpas. ibid. à n. 63. pag. 100.
Potestas Clavium includit potestatem Ordinis, & Iurisdictionis, ex institutione Christi, & jure divino. tr. 2. à n. 71. pag. 101.

Potestas Ordinis, & Jurisdictionis.

Potestas Ordinis non est potestas Iurisdictionis completa in actu secundo, neque in actu primo. tract. 2. à num. 75. pag. 102. & à n. 83. pag. 104.
Potestas Ordinis est jurisdictio inchoata, & incompleta in actu primo. ibid. à num. 86. pag. 105.
Potestas Iurisdictionis ad absolvendum solùm potest delegari secundùm id, quod addit supra potestatem Ordinis. ibid. n. 88.
Vide Episcopus. Sacerdos, & Sũmus Pontifex.

Præceptum.

Actus, qui est contra plura præcepta ejusdem rationis, est unum tantùm peccatum. tr. 3. n. 389. pag. 186.
Præcepti, vel regulæ violatio in materia de se mala, præter malitias contra votum, & præceptum, contrahit etiam malitiam ipsius materiæ. ibid. num. 424. pag. 196.
Vide Prælatus.
Quando plura præcepta violantur, non est necesse quòd omnia in confessione declarentur, si sint ex eodem motivo, maximè verò, si sint ex diverso motivo, ac virtute. tr. 3. à num. 471. pag. 204.
Utrum præceptum expiret per mortem præcipientis? Vid. tr. 6. n. 104. pag. 308.

Prælatus.

Unde colligatur Prælatum habere intentionem obligandi solum ex voto Obedientiæ, aut simul ex voto, & præcepto? Vid. tr. 7. nu. 421. pag. 195.
Quando Prælatus præcipit solùm sub excommunicatione obligat, & ex voto & ex præcepto. ibid. n. 412.
Quando solùm præcipit per regulam, vel legem obligantem sub mortali, solùm obligat ex voto ibid. num. 423.
Vide Præceptum.
Prælatus nõ tenetur in confessione explicare suã dignitatem, nisi peccatum scandalosum. tr. 3. n. 445. & 446. pag. 199.
Non potest Prælatus sibi committere, & indulgere licentiam absolvendi à reservatis, vel eligendi Confessarium, quæ in ipso post amotionem ab officio perseverent. tr. 6. n. 104. pag. 308.
Prælatus non potest delegare alteri licentiam cum potestate delegandi in ipsum post finitam prælaturam. ibid.
Prælati Monasteriorum, qui licèt habeant curam subditorum Regularium, non tamen Secularium, non possunt audire confessiones Secularium, sine approbatione Episcopi. tr. 6. n. 134. pag. 316.
Prælati Monasteriorum habentium annexam Parochiam & Curam sæcularium, sed non jurisdictionem Episcopalem in illos, imò eorum Parochia est subjecta visitationi Ordinarij, non possunt audire confessiones sæcularium, sine approbatione Episcopi. tr. 6. n. 136. pag. 316.
Prælati v. g. Magni Abbates, Domini Priores, & alij exempti habentes in suos subdi-

tos saeculares jurisdictionem quasi Episcopalem possunt approbare ad audiendas illorum confessiones. tract. 6. num. 165.

Praelati exemptorum habent facultatem sibi eligendi Confessarium, si sint Generalis Religiosorum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium? Vid. tract. 6. num. 264. pag. 345.

Istam facultatem habent etiam Abbates Guardiani, Priores Rectores, alijque Praepositi Monasteriorum Regularium, quoad non reservata. tr. 6. n. 266. pag. 346.

Praelati tam Regulares, quàm Saeculares possunt sibi eligere Confessarium etiamsi non approbatum. tr. 6. nu. 280. & 180. pag. 348. & 349.

Praelati Saeculares, qui non habent jurisdictionem ad approbandum, non possunt ex vi Iubilaei sibi eligere Confessarium non approbatum pro reservatis. tract. 6. num. 283. pag. 349

Praelatus Regularis, qui Moniales sub potestate habet, potest illis, vel alicui earum justè praeceptum imponere, ne confiteatur tempore Iubilaei solemnis cum tali, vel tali Sacerdote. tr. 6. n. 331. pag. 360.

Obligatur praecepto Sigilli, quando ab ipso petitur licentia ad absolvendum à reservato mediante confessario. tract. 6. num. 440. pag. 382.

Adhuc tali praecepto obligatur, quando poenitẽs, non per Confessarium, sed per se ipsum talem licentiam petit. ibid. n. 441.

Praelatus Monasterij non potest dicere suo Provinciali in eo monasterio peti frequenter licentias ad absolvendum à reservatis. tr. 6. n. 466. pag. 387.

Praelatus, qui invenit subditum confitentem Sacerdoti extraordinario, qui ab ipso licentiam proximè petivit ad absolvendum quendam illius subditum à reservatis, tenetur ad sigillum, ita ut nec ipsi subdito de tali re possit loqui. ibid. n. 468.

Praelato neque quoad res gratuitas (si in de aliqua confusio, & pudor poenitenti oriri possit) licitum est uti notitia confessionis ad externam gubernationem subditorum tr. 6. n. 491. usque ad 498. pag. 392. 393. & 394.

Omnis Praelatus. qui potest concedere jurisdictionem ad absolvendum, potest regulariter loquendo reservare. tract. 7. num. 3. pag. 400.

Praelati Regularium etiam immediati possunt sibi aliquos casus reservare. tr. num. 5. pag. 401.

Praelati Summo Pontifice inferiores non possunt reservare peccata quoad absolutionem indirectam. tr. 7. n. 25. pag. 405.

Praelatus non potest dare licentiam, ut reliquiae ab Ecclesia alienentur. tr. 7. num. 493. pag. 501.

Praelatus Regularium non potest obligare subditum sub mortali in materia levi. tract 7. n. 617 pag. 529.

Vide Regulares.

Quae peccata sint reservata Praelatis Religiosorum? *Vide* Reservatio, *&* ibi Reservata Praelatis Religionum.

Privilegium.

Tridentinum per illam particulam Non obstantibus quibuscumque privilegij *solum derogat privilegij ante ipsum concessis.* tr: 6. n. 146. pag. 319.

Privilegia quibuscumque Regularibus concessa post Tridentinum ad audiendas confessiones saecularium sunt etiam revocata à Pio. V. &c. ibid. n. 147.

An privilegia ad audiendas confessiones saecularium absque approbatione Episcopi, si cui fortè à Sede Apostolica in futurum, concedentur post Decretum Tridentini, ut valida sint, debere continere expressam. & specificam mentionem Tridentini, an sufficiat habere clausulam generalem, Non obstantibus Concilij generalibus, &c. *vel alias similes?* Vide tr. 6. n. 153. usque ad 157. pag. 320.

Privilegium insertum in corpore juris habet vim juris, & dicitur lex. tr. 6. num. 227. pag. 337.

Privilegia quae Regulares habent, ne eximantur ab Episcopis, sed à suis Praelatis sunt revocata. tr. 6. n. 228. pag. 338.

An si fortè Mendicantes Regulares haberent privilegium, ut licentia justè petita, & ab Episcopo injustè negata haberetur pro concessa extenderetur ad omnes Regulares Mẽdicantes? Vid. tr. 6. nu. 233. pag. 339. *Et ibi vide marginem.* n. 227. pag. 337.

Utrum extenderetur in isto casu etiã ad Omnes Regulares, qui cum ipsis communicant? ibid. Vid. *dictam marginem.* n. 227. pag. 338.

Privilegium eligendi Confessarium Regularibus à Sixto IV. concessum. tr. 7. nu. 110. pag. 424.

Vide Societas Jesu.

Pro-

Propositum non peccandi.

Qui proponit verè deponere occasionem. v. g. domo ejicere concubinam, antiquam eam de facto ejiciat, est absolvendus. tr. 6. n. 388. pag. 371.
Quid dicendum de eo, qui sæpius confessario fidem fregit, & petit absolvi? Vid. ibid. n. 390.
Qui non sæpius, sed tantùm semel, aut iterum, tertiò, aut quater confessario fidem fregit, est absolvendus semel, aut iterum: non verò tertiò; aut quartò vice. ibid. n. 392.
Qui proponit emendam, non tamen potest relinquere occasionem proximam absque gravi damno suo, aut illius, aut tertij alterius, v. g. in honore, vita, aut fortunis, est absolvendus. tr. 6. n. 395. pag. 273.
Adolescenti depravatæ consuetudinis, cujus de emenda aliter desperatur, potest differri absolutio, & hoc est salubre consilium, quando sine gravi incommodo non potest domo ejicere occasionem (puta famulam parentis illius) tr. 6. n. 404. pag. 374.
Propositum non peccandi ex motivo charitatis, extendit se ad omnia peccata mortalia. tract. 3. §. Ad secundum, pag. 119.
Vide Contritio.
Propositum non peccandi non est virtualis attritio omnium peccatorum mortalium. ibid. n. 152. pag. 141.
Vide Attritio, & Contritio.
In confessione venialium requiritur propositum emendæ, saltem virtuale, & circa illa venialia, de quibus habetur attritio tr. 3. n. 201. pag. 151.
Vide Confessio.
Ut quis habeat propositum efficax vitandi omnia venialia, non requiritur quòd possit vitare omnia collectivè; satis est quòd id possit divisivè. tract. 3. num. 203. pag. 151.
Vide Contritio.
Vide Attritio.

Pueri.

Obligantur præcepto Ecclesiastico annuæ confessionis, si habeant conscientiam peccati mortalis. tr. 5. n. 52. pag. 271.
Pueri ante annos pubertatis, si transgrediantur hoc præceptum, incurrunt pœnas impositas in jure communi. tract. 5. num. 111. pag. 283.
An in pueris pœnæ hæ debeant exequi? Vid. ibid. n. 112.
Ligantur excommunicatione lata à jure in Trident. sess. 25. cap. 5. *contra ingredientes monasterij Monialium.* ibid. n. 113.
Ligantur excommunicatione lata à jure contra percussores Clerici. ibid.
Etiam comprehenduntur Interdicto. ibid.
An incurrant tales pueri pœnas Synodales? Vide, tr. 5. n. 113. pag. 284.
Si Constitutiones neque expressè eximant, neque pueros comprehendant, pœna incurritur à pueris, si sit ipso facto, *sin autem excommunicatio non sit* ipso facto, *sed ferenda, tunc illam incurrunt quoad debitum, & dignitatem, at non est exequenda.* tr. 5. n. 114. pag. 284.
Quid dicendum si exequatur; eritne valida? Vid. ibid. n. 115, & 156.
Impuberes incurrere possunt reservationem, quæ non est pœna, atque illam, quæ pœna est. tr. 7. n. 81. pag. 417.

LITERA. R

Ratihabitio.

Vide Licentia ad audiendas confessiones.

Regulares.

Causa damni, quod pœnitens ex revelatione alicujus peccati sibi, vel alteri prudenter timet, ad hoc, ut peccatum taceat, rarò habet locum hodie inter Regulares, præsertim dum sunt in Monasterio tract. 3. num. 678. pag. 237.
Benedictinis impositum præceptum de confessione venialium, illos obligabat sub mortali, non tamen obligat hodie. tr. 5. n. 64. pag. 273.
Regulares non excusantur à pœnis impositis in jure communi transgressoribus præcepti annuæ confessionis. tract. 5. num. 117. pag. 284.
Excusantur tamen à pœnis Synodalibus, ibidem.
Regulares, licèt sint (ut re vera sunt) delegati à Principe, idque ad universitatem causarum, non possunt subdelegare. tract. 6. num. 60. pag. 297.

Possint de licentia sui Prælati, non obstante decreto Trident. confiteri cuilibet Sacerdoti Regulari, vel sæculari non approbato. tr. 6. n. 129. pag. 315.

An Regulares possint absolvere seculares, qui sunt ex eorum familia, vel inserviunt Monasterio? Vid. tr. 6. n. 143. 144. & 147. pag. 318. & 319.

An possint Regulares semel approbati in foro conscientiæ, non obstante Trident. audire confessiones ubique terrarum. tr. 6. n. 187. & 188. pag. 329.

Episcopus potest, sed non debet, Regulares manifestè idoneos prius examinare, quàm approbet. tr. 6. n. 199. pag. 331.

Hæc doctrina etiam intelligitur de Mendicantibus. ibid. n. 200.

Regulares cum sola approbatione Episcopi, sine licentia sui Prælati possunt audire confessiones in mortis articulo. tr. 6. num. 208. pag. 333.

Regulares approbati ab Episcopo absolventes ex vi suorum privilegiorum inconsulto, ac invito suo Prælato, invalidè absolvunt. tr. 6. n. 211. pag. 333.

An hujusmodi Regulares, saltem ex vi jurisdictionis, quam Episcopus illis potest absolutè, & immediatè concedere in suas oves, possint validè absolvere? Vid. tr. 6. n. 212. pag. 334.

An validè absolvat, dimisso habitu Religionis, & placetus Clericus præficitur alicui Parochiæ? Vid. ibid. n. 215.

Nec item validè absolvunt, si invito Prælato eligantur vi Iubilæi, aut Bullæ concedentis facultatem eligendi quemcumque Sacerdotem, sive sæcularem, sive Regularem idoneum. ibid. n. 216. & 217. pag. 334. & 335.

Absolutio collata à Regulari, invito Prælato suo, est illicita. tract. 6. num. 218. pag. 335.

An sit peccatum mortale sic absolvere? Vid. tr. 6. n. 219. & 220. pag. 335.

Utrum, si injustè nolit Episcopus approbare Regulares absolutè, sed solùm ad tempus elapso tempore, teneantur recurrere ad Episcopum; & an in isto casu maneant absolutè approbati? Vid. tract. 6. num. 234. pag. 339.

Regulares extra tempus Iubilæi non possunt confiteri non reservata nisi confessarijs à suis Prælatis designatis. tr. 6. num. 310. pag. 355.

Nec possunt absolvi ex vi privilegij indulti Mendicantibus ad absolvendos quoscumque Christi fideles, sine superioris sui licentia; ibid. n. 311.

Regulares, qui iter agunt, & licentia Prælati sunt extra Monasterium, si habeant socium, etiam simplicem, possunt illi confiteri, & non sæculari, vel alterius Ordinis. tr. 6. n. 312. pag. 355.

Si iter agentes accedant ad aliquod Monasterium sui Ordinis, in quo obiter hospitentur, possunt adhuc socio confiteri, si sit ad id approbatus à Superiore; aliter verò si non sit. ibid.

Si iter facientes non habeant socium possunt confiteri cuilibet Confessario tam Regulari, quam sæculari. ibid. n. 313.

Non item requiritur, quòd hujusmodi electus confessarius à Regularibus iter agentibus, sit approbatus ab Ordinario. tr. 6. num. 314. pag. 356.

An Regulares tempore Iubilæi possint eligere approbatum à solo Prælato sui Ordinis? Vid. tr. 6. n. 315. usque ad 320. p. 356. 357. & 358.

Regulares tempore Iubilæi solennis habent potestatem eligendi confessarium. tr. 6. n. 325. pag. 359.

Confessarius Monasterij, non potest in domesticis concionibus reprehendere talia, vel talia peccata, quæ solùm ex confessione novit. tr. 6. n. 466. pag. 387.

Cistercienses habent quandam Constitutionem, quâ obligantur in fine anni confiteri superiori peccata mortalia, quæ decursu illius confessarijs deputatis fuerunt confessa. tr. 7. num. 223. pag. 448. & num. 224 pag. 450.

Vide Prælatus. Votum, & Obedientia.

Vide Reservatio.

Reincidentia.

Quid sit Reincidentia seu consuetudo peccandi? Vid. tr. 3. n. 430. pag. 197.

Reincidens, si non advertat ut ordinariò fit ad consuetudinem, quam sibi inducit & ad periculum proximum peccandi cui exponitur, non tenetur in confessione explicare reincidentiam: tenetur verò si ad id advertat, vel de ea interrogetur. ibid. à num. 433. pag. 198. & 199.

Quis actus reincidentiæ inducat consuetudinē? & quid faciendum ad eam extirpandam? Vid. tr. 3. n. 434. pag. 198.

Quid veniat nomine Reincidentiæ, quando reservatur à Prælato? Vid. ibid. n. 435.

Vide Occasio peccandi.

Vide Propositum non peccandi.

Re-

Reliquiæ.

Qui cum Riliquijs collo appensis Veneri indulget, non tenetur hanc circumstantiam explicare. tr. 3. n. 660. pag. 214.
Si Reliquias præbeas Amasiæ, vel ex benevolētia, vel in pretium turpitudinis, committisne peccatum? Vide tract. 3. num. 660. pag. 234.
In furto Reliquiæ Ligni Crucis non datur parvitas materiæ. tract. 7. num. 493. pag. 507.
In furto aliarum Reliquarum potest dari parvitas materiæ pro maiori, vel minori æstimatione. ibid.

Remissio peccati.

Deus potest remittere peccatum habituale per infusionem gratiæ, sine ulla retractatione, seu pœnitentiâ peccatoris. tr. 1. n. 286. pag. 53.
Et etiam per solam condonationem extrinsecam, sine gratiæ infusione. ibid. nu. 290. pag. 55.
Remissio peccati est effectus gratiæ secundarius, non primarius tract. 1. num. 294. pag. 55.
Remittere peccatum per condonationem non est idem, atque per non imputationem. ibid. n. 296.
Peccatum actuale potest per condonationem extrinsecam remitti quò ad maculam, non quò ad esse. tr. 1. n. 300. pag. 56.
Non potest remitti unum peccatum mortale, relicto alio, de lege ordinaria de potentia absoluta maximè; idque licèt peccator habeat dolorem generalem de omnibus peccatis. ibid. n. 304. pag. 57.
Ad remissionem peccati venialis requiritur omnino pœnitentia supernaturalis. tr. 1. nu. 342. pag. 64.
Sufficit attritio virtualis, sed non qualibet, extra Sacramentum. ibidem num. 347. pag. 65.
Etiam in Sacramento requiritur aliqua attritio. ibid. n. 352. pag. 66.
Ad remissionem cujuslibet peccati venialis non requiritur propositum vitandi alia, nec cogitatio explicita de omnibus: ad remissionem verò cujuslibet mortalis maximè. tr. 1. nu. 354. pag. 66.
Vide Martyr.
Venialium remissio in hac vita semper fit cum infusione, vel augmento gratiæ. tr. 1. nu. 358. pag. 67.
Unde non remittuntur venialia manente aliquò mortali. ibid. n. 359. & 360.
Venialia formaliter remittuntur per condonationem Dei extrinsecam. tr. 1. num. 363. pag. 68.
Quo sensu remissio venialium dicatur opus gratiæ? Vid. ibid. n. 369. pag. 69.
Vide Meritum.
Venialia remmittuntur per quodlibet Sacramentum ex opere operato. tract. 1. num. 373. pag. 70.
Non ità verò per Sacramentalia, sed ratione pij motûs, quem Sacramentalia excitant. ibid. n. 377. pag. 71.
Venialia non remmittuntur in Inferno. tr. 1. r. 38. pag. 72.
Venialia, quibuscum justus decedit, remittuntur solùm quò ad culpam non ante, sed immediatè post mortem. tr. 1. totâ pag. 74. & 75.
Peccata possunt remitti de potentia Dei absoluta, sub conditione, quòd peccator, non reincidat. ibid. num. 456. pag. 86. & n. 462. pag. 87.
Per Sacramentum Pœnitentiæ remittuntur peccata non solùm quò ad pœnas, sed etiam quò ad culpas. tr. 2. n. 63. pag. 100.
Remissio peccati est prior contritione formatâ, non informi. tr. 3. n. 78. pag. 127.

Remissio pœnæ.

De fide est quòd remissâ culpâ mortali remittatur de lege ordinaria pœna æterna. tr. 1. n. 308. pag. 57.
Aliter fieri potest de potentia absoluta. ibidem n. 310. pag. 58. & 59.
De fide est, quòd non semper, remissâ culpâ mortali, & pœnâ æternâ remittatur omnis pœna temporalis. tract. 1. num. 319. pag. 60.
An, remissâ culpâ, & pœnâ æternâ, semper remittatur aliquid pœnæ temporalis? Vid. tr. 1. n. 327. pag. 61.
Aliquando remittitur omnis pœna temporalis. ibid. n. 311. pag. 61.
Vide Pœnitentiæ necessitas.
Vide Peccatum dimissum.

Res prœtiosa.

Vide Votum, & ibi.
Proprietas contra votum Paupertatis.

Reservatio.

Quid sit? Vid. tr. 7. n. 1. pag. 400.
In Ecclesia datur potestas penes Prælatos reservandi aliqua peccata, à quibus Sacerdotes inferiores, nec licitè, nec validè possunt absolvere. ibid.
Pertinet non tantùm ad forum externum, sed etiam ad internum. ibid. n. 2.
Quæ personæ possunt reservare? Vid. ibidem n. 3. usque ad 6. pag. 400. & 401.
Reservante Summo Pontifice, nemo potest absolvere, nisi de illius licentia. tr. 7. num. 3. pag. 400. & 401.
Possunt reservari venialia. tract. 7. num. 9. pag. 402.
An possint reservari peccata interna? Vid. tr. 7. n. 10. usque ad 11. pag. 402.
Reservato aliquo peccato, solùm intelligitur reservari peccatum externum, non verò merè internum. ibid. n. 12.
An reservato actu externo, censeatur actus reservari in quacumque quantitate externa, etiam de se levi, licèt alioquin imperetur ob actu interno gravi? Vid. tr. 7. n. 13. pag. 402. & 403.
An possint reservari peccata dubia? Vid. tr. 7. num. 15. usque ad 22. pag. 403. & 404.
Quando pœnitens bonâ fide absolutus à reservato dubio per inferiorem, reperit fuisse certum, non tenetur se pro illo præsentare Superiori. tr. 7. n. 22. pag. 404.
Summus Pontifex potest reservare peccatum etiam quòd absolutionem indirectam. tr. 7. n. 24. pag. 405.
Prælati Summo Pontifice inferiores non possunt hoc modo reservare. ibid. n. 25.
Non omnis reservatio est justa. ibid. n. 26.
Reservatio injusta potest esse valida. tract. 7. n. 27. usque ad 32. pag. 405. 406.
Reservatio considerata ex parte legis imposita per modum statuti, seu legis non expirat per mortem Legislatoris, vel ejus amotionem ab officio. tr. 7. n. 33. pag. 406.
Reservatio considerata ex parte præcepti, & imposita per modum præcepti expirat morte imponentis. tr. 7. n. 34. pag. 407.
Reservatio considerata ex parte illam contrahentis, postquam illam contraxit, non expirat morte illius, qui eam præcepto imposuit. ibid. n. 35.
Potest tamen hæc reservatio tolli à Superiore successore, vel à Vicario relicto. ib. n. 36. & 37.
Supra idem delictum potest repeti reservatio sine censurâ ab uno Superiore, & ab ejus successore: quo in eventu erit reservatio una, & non duplex. ibid. n. 38.
Si supra idem delictum fiat reservatio à Papa, & ab Episcopo, subsistit solùm reservatio Papæ. ib. n. 39.
Si reservatio sit de censura, & repetatur supra eandem censuram & imponatur ab uno superiore, & ab ejus successore non multiplicatur. ibid. n. 40.
Solùm in isto casu subsistit illa, quæ est facta à Superiori maiori. ibid.
Si Reservatio repetatur supra diversas excommunicationes, tunc & ipsæ Reservationes erunt diversæ. ibid. n. 41.
In isto casu potest tolli unius excommunicationis Reservatio, relictâ reservatione alterius. ibid. n. 41.
Quæ Reservatio sit pœna, & quæ medicina? Vid. tr. 7. n. 68. pag. 414.

Peccata Reservata.

Peccata Reservata non incurrunt reservationem, quando attentantur, nisi id in eorum reservatione exprimatur, sed tunc solùm quando consumantur. tract. 7. num. 42. pag. 408.

Reservata de facto Summo Pontifici.

Quot, & qualia sint? Vid. tract. 7. n. 43. pag. 408.
In jure antiquo reservabat Summus Pontifex aliqua peccata sine censura. ibidem n. 44.
Modernis verò temporibus (regulariter loquendo) non reservat Summus Pontifex sine censura. tr. 6. n. 45. pag. 409.
Sixtus V. sibi suisque successoribus in perpetuum reservavit crimen Clericorum male promotorum, sine excommunicatione. ibidem.
Reservatio in casibus Pontificis, non solùm cadit immediatè supra censuras, sed etiam cadit immediatè supra ipsas culpas. tr. 7. n. 47. pag. 409.

Reservata Episcopis.

Aliqui casus ex jure particulari in Constitutionibus Synodalibus Episcopis reservati. tr. 7. n. 51. pag. 410.
Nullus casus propriè loquendo Episcopis jure communi reservatur. tract. 7. num. 52. pag. 410.
Aliqui casus qui Episcopis per commissionem à Papa

Papa demandatur. ibid. n. 53.
Potest Episcopus ex vi Tridentini absolvere à delictis occultis, prout occultum opponitur notorio. tr. 7. n. 56. pag. 411.
Si delictum sit in alia civitate notorium, non tamen in qua petitur absolutio ab Episcopo, adhuc ex vi Tridentini potest Episcopus absolvere delinquentem. ibidem n. 58.
Hoc intelligendum, quandò prudenter non timetur fore, ut brevi etiam publicetur in civitate, in qua petitur absolutio. ibid.
Quid in isto casu dicendum; quando jam sententia in alia civitate, vel etiam in hac prolata est, & punitum delictum, finitumque judicium, poteritne tunc Episcopus absolvere ex vi Tridentini? Vid. tr. 7. n. 61. pag. 412.
Qui casus Episcopis pro suis Diœcesibus reserventur? Vide Homicidium.
Vide Testimonium falsum.
Vide Falsificatio, *& ibi* Falsificatio monetæ, &c.
Vide Locus Sacer, *& ibi* Immunitas Ecclesiæ.
Vide Incendiarius, *&* Incisores Arborum.
Vide Blasphemia.
Vide Parens, *& ibi* Percussio Parentis.
Vide Eucharistia, *& ibi* Abutens Eucharistiâ, &c.
Vide Abortus, *& ibi* Procuratio Abortûs.
Vide Infans, *& ibi* Expositio Infantis.
Vide Impedimentum Matrimonii in gradibus prohibitis.

Reservata Prælatis Religionum.

Undecim casus reservati Prælatis Religionum contenti in Decreto Clementis VIII. tr. 7. n. 61. pag. 412.
An omnes hi undecim casus sint de facto reservati in Religionibus? Vid. tr. 7. num. 63. pag. 413.
An præter illos sint nonnulli alii reservati? ibid.
Absque consensu Capituli non possunt Superiores Regularium præcipere aliquid sub excommunicatione, eam sibi reservando, non obstante Decreto Clementis? Vid. tr. 7. n. 65. pag. 413.
Qui casus reserventur Prælatis Religionum.
Vide Veneficia, Incantationes, *&* Sortilegia.
Vide Apostasia.
Vide Egressio nocturna, & furtiva.
Vide Votum, *& ibi* Proprietas contra Votum Paupertatis.
Vide Juramentum falsum.
Vide Abortus.
Vide Falsificatio manus, &c.
Vide Furtum, *& ibi* Furtum de rebus Monasterii.
Vide Pollutio.
Vide Occisio, seu Vulneratio, &c.
Vide Literæ.

Quas personas comprehendat Reservatio.

Ignorantia non excusat à reservatione, quæ est medicina, excusat tamen ab ea, quæ est pœna. tr. 7. n. 68. pag. 414.
Hoc etiam extenditur ad laborantes ignorantiâ mortaliter culpabili, dummodo ignorantia non sit crassa, aut supina. ibid. num. 69.
Quando casus est Pontificius, ignorantia, quæ excusat à censura, etiam excusat à reservatione delicti. ibidem numer. 71.
Reservatio imposita criminosis non comprehēdit consulentes, auxiliantes, mandantes, &c. tr. 7. n. 72. pag. 415.
Reservatio imposita, non nisi sequuto effectu, v. g. homicidio, non incurritur ab illo qui solùm vulneravit, & verè pœnituit, licèt sequatur postea mors. tract. 7. num. 74. pag. 416.
In isto casu consequenter non tenetur post mortem vulnerati, si jam confessus est iterum se præsentare Superiori. ibidem.
Reservatio imposita Regularibus comprehendit etiam Novitios. tract. 7. numer. 77. pag. 416.
Impuberes, v. g. pueri ante 14. annū, & puellæ ante 12. incurrere possunt reservationem, quæ non est pœna. tractat. 7. num. 81. pag. 417.
Idem dicendum de reservatione, quæ est pœna. ibid.
Delinquentes per metum gravem non incurrunt censuram impositam delinquentibus solùm contra legem humanam. tr. 7. n. 83. pag. 418.

Hujusmodi delinquentes ex gravi metu non excusantur à reservatione imposita delinquentibus contra legem Naturalem, vel Divinã. tract. 7.num.84. pag.418.

Absolutio à Reservatis.

Qui possit à Reservatis absolvere.

Episcopi possunt absolvere in foro conscientiæ à casibus Reservatis Papæ, si sint occulti. tr. 7.n.86.pag.419.
Si tales casus non sint occulti, non potest Episcopus ab illis absolvere. ibidem numer. 87.
Factâ alicui potestate absolvendi ab omnibus casibus Papæ Reservatis, etiam intelliguntur censuræ Pontificiæ. tract. 7.num.89. pag. 420.
Concessâ potestate absolvendi ab omnibus casibus Papæ Reservatis, non intelliguntur casus contenti in Bulla Cœnæ, tr.7.n.91. pag. 420.
Ad concedendam potestatem absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ, non sufficit eorum expressio in specie, non factâ mentione in individuo. tract. 7.num.93.pag.420.
Quomodò hæc potestas sit concedenda?? Vid. tr.7.n.94.pag.421.
Ad dandam istam potestatem absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ, factâ expressione in specie, non est necesse, quòd omnes casus in individuo exprimantur, sed sufficit, quod exprimatur gravior, v.g. casus hæresis. tract.7.n. 95. pag. 421.
Datâ facultate absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ cum clausula illius sufficienter derogatoriâ, &c. non intelligitur casus hæresis, si specialiter non exprimatur. tract.7.numer. 98. pag. 421.
Regulares possunt absolvere à Reservatis Papæ ex vi suorum privilegiorum, exceptis ijs, qui continentur in Bulla Cœnæ, & qui continentur in Decreto Clementis VIII. edito pro Confessarijs degentibus in Italia. tr.7. num.102. usque ad 104.pag.422. & 423.
Utrùm verò Regulares degentes in nostra Lusitania, in Hispania, in Gallia, &c. possint virtute suorum privilegiorum absolvere à casibus contentis in isto Decreto Clementis VIII? Vid. tr. 7. num. 105. pag. 423.
Quid contineatur in Decreto à Clemẽte VIII. edito circa Regularium Confessiones? Vid. tr.7.n.106. pag.423.
Regulares, per se loquendo, à solis suis Prælatis, vel de eorum licentia possunt absolvi quò ad Reservata. tract. 7. num. 107. pag. 424.
An Regulares, cum iter faciunt, possint absolvi quòad Reservata à socio, si illum habeant, vel à quolibet Confessario sæculari, à quo possunt absolvi à non Reservatis? Vide tractat.7.numer.108. pag. 424.
Observatur in Societate Iesu, ut possint, cum onere præsentandi se Superiori, cum redierint. ibid.
Idem observatur ex privilegio Innocẽtij VIII. inter Monachos prædicatores Cystercienses. ibid.n.109.
Ex privilegio Sixti IV. possunt Minores de Observantia, semel in vita, eligere Confessarium sui Ordinis, qui eos absolvat à quibuscumque casibus, quomodolibet Reservatis, & censuras, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria. ibidem n. 110.
Quilibet Mendicantium, & qui eorum privilegijs gaudent, in articulo mortis potest eligere quemlibet confessarium, qui eum ab omnibus casibus possit absolvere, acsi esset Papa, & indulgentiam plenariam ei concedere: & hoc ex privilegio Sixti IV. ibidem.
An Mendicantes ex vi istius privilegij in articulo mortis confessi cuilibet confessario inferiori, teneantur, si periculum evadat, comparere suo Prælato? Vid. ibid.
Utrùm verò ad hoc, ut Regulares utantur ijs, similibus privilegiis, debeant priùs petere licentiam à Prælatis? Vid. tr.7.n.111. pag. 425.
Regulares absolventes subditos à reservatis suis Prælatis sine eorum licentia, incurrunt excommunicationem ipso facto. tr. 7.n. 112. pag. 425.
Unde absolutio sic collata est nulla. Ibidem.
Utrũ Prælati Regulares virtute suorũ privilegiorum possint absolvere subditos suos ab omnibus casibus, & cẽsuris, etiã Papæ, & loci Ordinario reservatis? Vid. tr.7.num. 113. pag. 426.
An Prælati Regulares possint absolvere sub-

ditos

ditos ex vi privilegij Pij V. à casibus occultis contentis in Bulla Cænæ? ibid. n. 117. *Et ibi vide marginem.*

Utrum possint subditos absolvere ab hæresi occulta? ibid. n. 118. *& ibi vide marginem.* num. 117.

An autem Prælati Regularium illos possint absolvere virtute privilegij Pij V. à casibus publicis ipsius Bullæ Cænæ? Vid. tract. 7. n. 119. usque ad 121. pag. 427. *Et ibi vide marginem.* n. 117.

Si Subditus renuat subjicere Prælato reservata, & sibi petat alium Confessarium, tenetur Prælatus illum ei concedere. tract. 7. num. 122. pag. 428.

Si Prælatus hanc licentiam injustè neget potest tunc Confessarius, si sit ex deputatis in Monasterio, pro illa vice *pænitentem absolvere.* ibidem numer. 123. usque ad 127.

Episcopi possunt se facere absolvere ab omnibus Reservatis à quibus ipsi possunt subditos absolvere, & etiam à casibus Papæ reservatis, si sint occulti. tr. 7. num. 128. pag. 429.

Vicarius Episcopi, vel Delegatus potest se facere absolvere à Reservatis, à quibus ipse ex speciali commissione potest alios absolvere. ibid. 129.

An verò Prælati Regulares possint se facere absolvere à Reservatis, à quibus potest subditos absolvere? Vid. tr. 7. n. 132. usque ad 135. pag. 430.

Confessarius potest absolvere peregrinos à Reservatis, quæ solùm talia sunt ubi fuerunt commissa, non verò ubi fit confessio. tr. 7. n. 139. pag. 431.

An verò possint in isto casu absolvi, si solùm iter arripiant animo exonerandi se à Reservatis? Vide tr. 7. n. 141. pag. 432.

Non potest quilibet Confessarius absolvere peregrinos à Reservatis, quæ talia non erant, ubi fuerunt commissa, sed reservata sunt ibi, ubi fit confessio. ibid. n. 143.

Superior non potest (nisi urgeat aliqua specialis necessitas) absolvere subditum à solis Reservatis, remittendo illum pro reliquis nō reservatis ad Confessarium ordinarium, sed debet integram Confessionem audire. tr. 7. n. 146. pag. 433.

Si in isto casu urgeat aliqua necessitas, & inferior propter illam absolvatur à Superiore à solis reservatis, cum adit ordinarium Confessarium non est necessum, quod hæc reservata absoluta à Superiore iterum subjiciat, sed sufficit subjicere non reservata, quæ propter urgentem necessitatem Superiori non est confessus. tr. 7. num. 149. pag. 433.

Quando non datur copia Superioris, & urget necessitas, pænitens habens peccata reservata, & ordinaria debet confiteri inferiori, & illi subjicere peccata ordinaria, non verò Reservata. tract. 7. numer. 153. pag. 435.

Quid dicendum in isto casu quando pænitens, non habet nisi sola peccata reservata? ibid. n. 155.

Quid faciendum quando in proposito casu pænitens est innodatus casu aliquò, cui est annexa excommunicatio reservata; debetne urgente necessitate, & deficiente copia Superioris subjicere hoc peccatum? Vid. tract. 7. num. 156. usque ad 158. pag. 435. & 436.

Qui, urgente necessitate, simul cum peccatis ordinarijs confessus est reservata Inferiori, & postea, datâ copiâ Superioris, illi comparuit, tenetur subjicere iterum eadem reservata alicui Confessario, vel eidem Superiori. tr. 7. n. 161. pag. 437.

Quando Superior absolvit subditum, tollit etiā reservationem quoad oblita. tr. 7. num. 165. pag. 438.

An etiam quando Superior absolvit, tollat Reservationem, quando reservationem ob aliquam justam causam supprimitur? Vide tractat. 7. numer. 168. pag. 439.

Quando subditus absolvitur à Superiore de una censura, & habet alias quarum obliviscitur, manetne ab omnibus absolutus? Vide tract. 7. numer. 170. pag. 439.

Qui ex virtute Bullæ, vel Iubilæi absolutus est indirectè ab aliquo reservato, quod ex oblivione omisit, manet liber ab ejus reservatione; ita ut cum postea memoriæ occurerit, non teneatur illud Superiori subjicere, sed sufficit alij confessario illud subjicere. ibid. n. 171.

Qui absolutus est ab habente privilegium non pænitenti, sed absolventi concessum, manet liber à reservatione etiam quoad oblita. tr. 7. numer. 174. pag. 440.

Quando absolutio collata est à legitimo Superiore, vel ejus Delegato, licèt sit nulla defectu dispositionis, adhuc tollit reservationem. tract. 7. num. 176. pag. 441.

Quando pænitēs culpabiliter subticuit aliquod reservatum, tollitur reservatio per absolutionem collatam à Superiore quoad reservata confessa. ibid. n. 177.

Non tollitur tamen reservatio in isto casu, quoad peccatum sacrilego silentio suppressum. ibid. n. 178.
Neque quoad oblita in dicto casu tollitur reservatio. ibid. n. 179.
Quando subditus à Superiore invalidè absolvitur à reservatis, tenetur implere pœnitentiam. ibid. n. 181.
Si pœnitens confessus est à reservatis tempore Iubilæi, sine intentione illud lucrandi, ex vi Iubilæi non tollitur reservatio. tr. 7. num. 184. pag. 442.
Si verò habuit intentionem lucrandi Iubilæum, licèt confessio fuerit nulla defectu veri propositi, sublata est reservatio, etiam quoad oblita. ibid.

Inferior absolvens ex potestate delegata à Reservatis.

Si inferior petat à Prælato licentiam ad absolvendum unum e suis subditum, quando hic habet iustam causam non comparandi, tenetur Superior illam concedere. tr. 7. n. 186. pag. 442.
An teneatur Superior dare licentiam Inferiori illam pro pœnitente petenti, quando hic nullā aliā causam non cōparendi habet, præter ruborem, & verecundiam? Vid. tr. 7. n. 187. usque ad 192. pag. 443.
Licentia ad absolvendum subditum justè petita ab Inferiore, & injustè negata à Superiore non habetur pro concessa: (excipe licentiam Regularibus concessam à Clemente VIII. ut pro illa vice à Confessario deputato absolvātur injustè negante Prælato.) tr. 7. n. 196. pag. 444.
Inferior petens licentiam ad absolvendum subditum unum à Reservatis, non potest ea uti ad se ipsum, si Superior præbeat licentiam, ut ipse Inferior illum subditum absolvat. tract. 7. num. 200. pag. 444.
Si verò committat potestatem absolvendi non Inferiori petenti licentiam pro uno subdito, sed alij Sacerdoti, tunc Inferior petens potest ea uti quoad se ipsum. ibidem n. 201.
Quid dicendum quando Superior subdito concessit Confessarium, quem ipse petivit, putat tamen Superior esse alium Confessarium ejusdem nominis: eritne tunc valida absolutio à Reservatis? Vid. tract. 7. num. 203. usque ad 211. pag. 446. & 447.
Superior potest concedere licentiam subdito obligando ad sibi postea comparendum? Vid. tr. 7. n. 211. usque ad 220. pag. 448. & 449.
Licet subditus in hoc casu non acceptet obligationem comparendi, quia ignoravit, adhuc tenetur comparere ex vi pacti. tr. 7. n. 217. pag. 449.
Utrùm verò possit imponi hoc onus comparendi extra Sacramentum? Vid. tr. 7. num. 214. pag. 448.
An hoc onus comparendi postea possit imponi per modum præcepti? Vide tractat. 7. num. 221. usque ad 224. pag. 449. & 450.
Quando absolutè conceditur licentia Confessario ad casus reservatos, non limitando materiam, potest Confessarius absolvere à commissis post licentiam obtentam. tract. 7. num. 227. pag. 451.
Si hæc licētia, sine limitatione concessa sit Pœnitenti, ut absolvatur, adhuc extenditur ad commissa post illam obtentam. ibid. num. 230.
Si pœnitens committat peccata in fiducia talis licentiæ, adhuc potest per illam ab illis absolvi. tr. 7. n. 231. pag. 451. & num. 325. pag. 475.
Si pœnitens differat licentiæ usum multos dies, vel multos annos, non potest ex vi illius absolvi ab omnibus reservatis toto illo tempore commissis. tractat. 7. num. 232. pag. 451.
Quando licentia conceditur respectivè ad solam certam materiam, potest extendi ad casus similes in tali materia commissos post licentiam. tractat. 7. numer. 233. pag. 451.
Quando licentia est concessa respectivè ad certum numerum, non extenditur ad peccata cōmissa post illam obtentam. tr. 7. num. 235. pag. 452.

Absolutio à Reservatis in Articulo mortis.

Pœnitens absolutus per Inferiorem à censuris in articulo mortis, si periculum mortis evadat, tenetur comparere quam primum coram legitima Superiore. tract. 7. n. 273. pag. 452.
Hoc habet limitationem, quando Sacerdos absolvit ex vi alicujus privilegij, vel Cruciatæ. ibid.

Pro-

Proponuntur duæ cautiones exigendæ à Sacerdote ita absolvente moribundum. tr. 7. num 238. pag. 453.

Nisi moribundus, qui periculum evadit præsentet se quamprimum legitimo superiori, reincidit in eandem censuram. ibid. num. 242.

Si moribundus ante istam absolutionem à censura erat vitandus, si post periculum elapsum non compareat, manet similiter vitandus; si constet de reincidentia. ibid. n. 243.

Evadens mortis periculum, & in illo à reservatis absolutus, nō tenetur comparere pro reservatis, quibus nulla censura est annexa. tract. 7. num. 246. pag. 454.

Quis possit absolvere à Reservatis quando datur impedimentum adeundi Superiorem?

Qui ob legitimum impedimentum adire nequit Summum Pontificem, potest ab Episcopo absolvi à reservatis cum censura Pontificia, cum onere tamen comparendi cessante impedimento. tract. 7. num. 249. pag. 455.

Sic absolutus, si non compareat sublato impedimento, reincidit in eandem censuram. ibidem.

Qui Summum Pontificem adire nequit, potest tamen ejus Legatum, non potest absolvi ab Episcopo. ibid. n. 251.

Qui adire nequit Summum Pontificem, neque Legatum; potest tamen adire habentem privilegium ad absolvendum in foro externo, non potest absolvi ab Episcopo. tr. 7. n. 252. pag. 455.

An, qui nullum ex ijs adire potest, possit à Parocho absolvi? Vide ibid. numer. 255.

Hæc doctrina non solum intelligitur de censuris Papæ Reservatis, sed etiam de alijs, quando datur legitimum impedimentum adeundi superiorem, qui reservavit; potest enim inferior absolvere pœnitentem cum onere comparendi, quam primum possit. tr. 6. n. 258. pag. 456.

Licèt adiri nequeat Papa, vel ejus Legatus, aut habens privilegium, non potest Episcopus absolvere à casibus, sine censura Pontifici Reservatis. tract. 7. num. 261. pag. 456.

Idem dicendum de casibus reservatis, sine censura alijs Prælatis non posse scilicèt Inferiorem ab illis absolvere, licèt adiri nequeat Superior. ibid.

Absolutio à Reservatis virtute Bullæ Sanctæ Cruciatæ.

Post declarationem Urbani VIII. non possunt Regulares sine licentia suorum Prælatorum uti Bulla Cruciatæ, quoad effectum sibi eligendi Confessarium, qui eos à reservatis absolvat. tr. 7. n. 262. usque ad 301. pag 457. usque ad 470.

Ostenditur esse plusquam falsam contrariam opinionem post dictam declarationem Urbani. tr. 7. n. 280. pag. 463.

Non possunt Regulares post declarationem Urbani VIII. eligere ex vi Cruciatæ unum ex Confessarijs ordinarijs à Prælato deputatis pro Monasterio, qui eos absolvat à reservatis sine superiorum licentia. tr. 7. nu. 303. pag. 470.

Nec item possunt ex vi talis Bullæ eligere, Cōfessarium quemcumque quoad non reservata. ibid.

Ex vi Cruciatæ possunt toties quoties absolvi casus Sedi Apostolicæ reservati occulti. tr. 7. n. 305. pag. 471.

Possunt ex vi Cruciatæ absolvi nominatim excommunicati, vel publici percussores Clericorum, vel quivis alius, cujus excommunicatio deducta sit ad forum contentiosum, lite pendente. tr. 7. num. 308. pag. 472.

Sic absolutus ratione scandali non potest in publico accedere ad alia Sacramenta. ibidem n. 309.

Ista absolutio per Bullam Cruciatæ percussoris, v. g. Clerici, &c. potest fieri extra Confessionem Sacramentalem. ibid. num. 311.

Virtute Cruciatæ potest absolvi pœnitens, qui non valet parti satisfacere. tr. 7. n. 313. pag. 473.

An nomine Partis, *cui facienda est satisfactio, intelligatur in Bulla solus Clericus, vel Monachus percussus, vel etiam ejus Ecclesia, vel Monasterium?* Vid. ibid. n. 316. & 317.

Absolutio collata ex vi Cruciatæ, non satisfacta parte, est valida non tamen licita. tr. 7. n. 320. pag. 474.

Bulla Cruciatæ non derogat privilegijs Regularium. tr. 7. n. 357. pag. 481.

Absolutio à Reservatis per Jubilæum.

Vide verb. Jubilæum.

Restitutio.

An omittens Restitutionem longo tempore toties committit peccatum? Vid. tract. 3. 377. pag. 184.

Scandalizans in materia Restitutionis non tenetur ad restituendum. ibid. num. 570. pag. 219.

Qui injustè lædit proximum tenetur ad restitutionem. tract. 6. num. 411. pag. 376.

An quando datur error in Confessario circa Restitutionem pœnitentis, teneatur confessarius ad restitutionem loco pœnitentis, quando ille jam non est in statu restituendi? Vid. tr. 6. n. 422. pag. 377.

Revelatio Sigilli.

Vide Sigillum.

Reus.

Est multorum sententia, Reum in causa capitis, triremium, &c. non teneri dicere veritatem, & si sub juramento interrogetur, sed posse uti aliqua amphibologia. tr. 6. num. 372. pag. 368.

LITERA.

S

Sacerdos.

Sacerdotes accipiunt potestatem jurisdictionis completæ immediatè ab Ecclesia. tr. 2. num. 104. pag. 109.

Si Sacerdos Breviarium in mare projiciat, ut non recitet, satisfacit accusando se de solis omissionibus. tract. 3. num. 653. & 654. pag. 233.

Si fortè pœniteat de hac projectione per voluntatem efficacem contrariam, sequuntur omissiones, post hanc voluntatem non tenetur explicare; tenetur tamen explicare projectionem Breviarij. ibid.

Utrùm Sacerdos, qui committit peccatum portans manibus Hostiam consecratam, teneatur hanc circunstantiam explicare? Vide tr. 3. n. 66. pag. 234.

Recitans Officium in peccato mortali non peccat contra Religionem. ibidem num. 663. pag. 235.

Simplex Sacerdos ex dispensatione Summi Pontificis potest administrare validè Sacramentum Confirmationis. tr. 6. num. 8. pag. 286.

Quilibet simplex Sacerdos potest absolvere in tribus casibus. tr. 6. n. 17. pag. 288.

De jure Ecclesiastico potest simplex Sacerdos absolvere à Venialibus, & à Mortalibus confessis. tr. 6. n. 18 pag. 288.

De jure etiam Ecclesiastico potest simplex Sacerdos in articulo mortis absolvere à quibusve peccatis: tract. 6. num. 21. pag. 289.

Simplex Sacerdos non potest, præsente proprio Sacerdote, absolvere in mortis articulo. tr. 6. n. 26. pag. 290.

Simplex Sacerdos in articulo mortis, quando proprius quidem deest, sed adest Regularis habens privilegium, non potest absolvere. tr. 6. n. 28. pag. 290.

Si simplex Sacerdos incepit confessionem audire, & advenit proprius Sacerdos, non tenetur desistere a confessione. tract. 6. nu. 31. pag. 291.

Nullus Sacerdos potest audire confessiones sæcularium, nisi aut habeat Parochiale beneficium, aut sit ab Episcopo approbatus. tr. 6. n. 131. pag. 315.

Quilibet simplex Sacerdos secularis potest ex consuetudine, non verò ex jure sibi eligere confessarium approbatum. tr. 6. num. 274. pag. 347.

Vide Minister Sacramenti Pœnitentiæ.
Vide Confessarius.
Vide Titulus coloratus.
Vide Absolutio.
Vide Potestas jurisdictionis.
Vide Votum.

Sacramentalia.

Quæ, & quot sint? Vide tract. 1. num. 377. pag. 71.

Sacra-

Sacramentum.

Quid sit? Vid. tr. 2. n. 3. pag. 88.
Sacramentum Pœnitentiæ, Vide Pœnitentia, prout est Sacramentum.
Sacramentorum materiæ debent intervenire formaliter, non virtualiter. tr. 3. n. 126. pag. 137.
Omnia Sacramenta, exceptâ Pœnitentiâ, sunt valida cum sola attritione existimata. ibidem n. 140. pag. 139.
Sacramentum validum, & informe, Vide Pœnitentia, prout est Sacramentum, & tr. 3. n. 153. pag. 142. & seq.
In Sacramentis sufficit quòd intentio adveniat post materiam ante prolationem formæ. tr. 3. n. 186. & 187. pag. 148.
Frustrari quodlibet Sacramentum est sacrilegium. ibid. n. 192. pag. 149.
Vide Matrimonium.
Licitum est ex rationabili causa petere Sacramentum ab eo, qui prævidetur illud malè administraturus. tract. 3. num. 579. pag. 220.
Si duo Sacerdotes, simul absolvant eundem pœnitentem, datur duplex Sacramentum physicè, moraliter verò unum, tr. 4. n. 60. & 61. pag. 249. & 250.
Si Pœnitens intendat simul pluribus Sacerdotibus peccata confiteri, & ij illum simul absolvant, adhuc unum tantùm datur Sacramentum moraliter. tractat. 4. num. 62. pag. 250.
Vide Pœnitentiæ necessitas.
Vide Valor Sacramenti.

Sacrilegium.

Non omne peccatum commissum in loco sacro contrahit specialem malitiam sacrilegij, sed solum actio. tr. 3. n. 625. pag. 228.
Vide Furtum, Homicidium, Vulnus, & Locus sacer.
Similiter non omne peccatum personæ sacræ habet circunstantiam sacrilegij necessariò explicandam. ibid. n. 629.

Sacrum.

Vide Missa.

Sanguinis effusio.

Vide Vulnus, Homicidium, Percussio, & Occisio.

Satisfactio, seu Pœnitentia.

Qui non implet pœnitentiam levem impositam ob peccata venialia, non peccat mortaliter. tr. 3. n. 195. pag. 150.
Satisfactio est pars integrans accidentalis Sacramenti pœnitentiæ. tr. 8. n. 142. pag. 641. & tr. 2. n. 36. pag. 93.
Potest imponi pœnitentia nutibus, vel scriptis. tr. 4. n. 5. pag. 239.
Pœnitentia gravis cadit sub Sigillum, non ita levis. tr. 6. n. 473. pag. 588.

Satisfactio secundum se.

Potest homo satisfacere de congruo in hac vita pro pœna Purgatorij temporali. tr. 8. nu. 2. pag. 611.
Potest etiam homo in hac vita satisfacere de condigno pro pœna temporali. tr. 8. num. 5. pag. 612.
Ad Satisfactionem de condigno non requiritur æqualitas physica, sed sufficit moralis. ibid. num. 7.
Homo nō tenetur ad hujusmodi satisfactionem de condigno. ibid. n. 9.
Ad satisfactionem de condigno requiritur status gratiæ. tr. 8. n. 12. pag. 613.
Existens in peccato mortali non potest in hac vita satispati pro pœna temporali. tr. 8. num 15. pag. 614.
Opus satisfactorium debet esse honestum. tr. 8. n. 18. pag. 615.
Satisfactio crescit in opere juxta maiorem honestatem voluntatis, à qua procedit. ibid. nu. 19.
Requiritur etiam, quòd opus sit aliquo modo supernaturale. ibid. n. 20.
Non tamen requiritur, quòd opus sit elicitum ex intentione satisfaciendi. ib. n. 22.
Omne opus meritorium in hac vita est pœnale de se, & consequenter satisfactorium. tr. 8. n. 27. pag. 616.
Si aliquod in hac vita daretur opus meritorium, quod de se non esset pœnale, neque foret satisfactorium. tract. 8. num. 28. pag. 617.
Unde verò sumitur ratio meritorij, & satisfactorij? Vid. ibid. n. 30.

Non requiritur quod opus sit satisfactorium sit supererogationis. ibid. n. 32.

Satisfacimus per castigationes, & dolores voluntarios, nec non per labores, & dolores necessarios, si eos patienter toleramus. tr. 8. n. 35. pag. 618.

An verò in laboribus necessariis, & flagellis à Deo immissis satisfactio correspondeat soli patientiæ interiori liberæ, an etiam dolori, seu flagello exteriori necessario? Vid. tr. 8. n. 36. usque ad 40. pag. 618. & 619.

Homo non satispatitur in statu gratiæ per laborem à Deo immissum, & non voluntariè toleratum. tr. 8. n. 42. pag. 619.

An actus externus addat aliquid meriti supra internum? Vid. ibid. n. 44.

Actus externus addit aliquid satisfactionis supra internum. tr. 8. n. 43. pag. 619.

Ad satisfactionem requiritur divina acceptatio. tr. 8. n. 46. pag. 620.

Satisfactio, & Pœnitentia Sacramentalis.

Tenetur Confessarius, regulariter loquendo, pœnitentiam imponere. tract. 8. num. 49. pag. 621.

An teneatur Confessarius sub mortali imponere pœnitentiam? Vide ibidem num. 50.

In quibus casibus possit non imponi pœnitentia? Vid. tr. 8. n. 51. pag. 622.

Potest imponi pœnitentia non obligatoria sub præcepto. ibid. n. 53.

Potest imponi pœnitentia gravis, quæ solùm obliget sub veniali. tract. 8. num. 56. pag. 623.

Regulariter loquendo tenetur Confessarius imponere pœnitentiam peccatis æqualem. tr. 8. n. 57. pag. 623.

Quæ pœnitentia imponenda sit homicidæ? Vid. tr. 8. n. 58. pag. 624.

Confessarius imponens gravissimis peccatis pœnitentias leves non excusatur à peccato per illa verba addi solita, Passio Domini nostri, &c. ibid. n. 60.

Quo verò sensu decernat Tridentinum jejunium, orationes, & eleemosynam esse opera, quæ imponi possint? Vide ibid. n. 62.

Potest imponi pro pœnitentia oratio facienda pro defunctis. tr. 8. n. 64. pag. 625.

Potest etiam imponi opus internum. ibidem n. 66.

Opus aliàs ex præcepto debitum potest imponi. ibid. n. 68.

Si imponatur Missa pro pœnitentia audienda in die festo, illam omittens in tali die duplex committit peccatum. ibid. n. 69.

Si peccata sint publica, potest imponi publica pœnitentia, non ita si peccata sint occulta. tr. 8. n. 70. & 71. pag. 626.

Potest etiam imponi pro pœnitentia, quod pœnitens aliquot diebus ab Eucharistia abstineat, ibid. n. 73.

An verò pœnitentia debeat imponi ante, vel post absolutionem? Vid. tr. 8. n. 75. & 76. pag. 627.

Pœnitens tenetur pœnitentiam acceptare, & illam implere. tr. 8. n. 79. pag. 628.

Non acceptatio pœnitentiæ levis solùm est peccatum veniale, est verò mortale acceptatio cujuscumque pœnitentiæ gravis. tr. 8. n. 83. & 84. pag. 629.

An verò, ne pœnitens pœnitentia gravi obligetur, possit nolle absolvi à tali confessario, & quærere alium benigniorem? Vid. tr. 8. num. 85. pag. 630.

Pœnitens, sine Confessarij licentia non potest per alium pœnitentiam implere, potest tamen de ejus licentia. tract. 8. num. 87. usque ad 90. pag. 630.

Quando Confessarius non designat tempus, tenetur pœnitens implere pœnitentiam ubi primùm commodè possit. tract. 8. nu. 92. pag. 631.

Quænam dilatio pœnitentiæ sit mortaliter peccaminosa? Vid. ibid. n. 93. & 94.

Quando Confessarius designat, ut terminum executionis tempus pœnitentiæ, v.g. mensem sequentem, ut in illo pœnitens iterum confiteatur, tenetur pœnitens sub peccato intrà talem mensem confiteri. ibid. n. 95.

Nec transit mensis cum isto onere, sed tenetur pœnitens illo elapso confiteri. ibid. n. 96.

Non peccat mortaliter pœnitens differendo confessionem uno, vel altero die post mensem, v.g. præscriptum. tract. 8. num. 97. pag. 631.

Quid faciendum, quando Confessarius præcipit singulis mensibus confiteri? Vid. ibidem n. 98. usque ad 100.

Si Confessarius designet tempus, præcipiendo illud non solùm, ut terminum executionis, sed etiam obligationis, v.g. jejunare omnibus pervigilijs B. Virginis tenetur pœnitens hoc sub mortali exequi. ibid. n. 101.

An verò transactis his pervigilijs adhuc sub mortali teneatur pœnitens ad opus, si illud talibus diebus omittat? Vide ibid. num. 102.

Non peccat mortaliter pœnitens, qui pœnitentiam ad implevit extra statum gratiæ, peccat tamen venialiter? tract. 8. num. 103. usque

usque ad 107.pag.632.& 633.
Satisfactio non causat gratiam ex opere operato. tr.8.n.109. pag.634.
Non item ex opere operato confert jus ad auxilia præservativa à peccatis. ibidem num. 111.
Causat tamen ex opere operato remissionem pœnæ. ibid.n. 112.
Pœnitentia inæqualis non tollit omnem pœnam; illam tamen tollit pœnitentia æqualis. ibidem n.113.
Non tollit tamen omnem pœnam quando æqualis re ipsa non est, sed solùm æqualis judicatur à Confessario. tract. 8.num. 115. pag. 335.
Satisfactio non confert suum effectum in illo, qui illam implet in statu peccati. ibidem num. 118.
Illum tamen confert, recedente fictione. ibidem n. 120.
Vide Commutatio pœnitentiæ.

Scandalum.

In Scandalo directo, quod datur ei, qui non erat paratus ad peccandum, debent explicari personæ scandalizatæ, & earum numerus, ac circunstantiæ. tr.3.n.567. pag.218. & n. 574. pag. 219.
Vide Restitutio, & Votum.
An etiam circunstantia scandali directi, dati personæ paratæ ad peccandum, explicanda sit? Vid. ibid. n. 575. pag.219.
Scandalum indirectum datum per actum de se non malum, non est peccatum, si fiat ex rationabili causa. tractat. 3. numer. 577. pag. 220.
Si verò fiat sine rationabili causa est peccatum; sed tunc non est necesse explicare personas scandalizatas, nec earum circunstantias. ibid. n. 581.
Quando tale Scandalum datur per actum de se malum, explicandæ sunt personæ scandalizatæ, & earum circunstantiæ. ibid. n. 584. pag. 220.

Scholastici.

Quomodo possint jurare approbationem suorum Cursuum. *Vide* Testimonium falsum.

Sigillum.

Datur Sigilli præceptum. tr.6. n. 425. pag. 378.
Obligat ex jure humano Ecclesiastico, item ex jure Naturali, & virtute Justitiæ, & tandem ex jure Naturali Divino, ob reverētiā debitam Sacramento. ibid.
Præceptum Sigilli obligat in omni casu. tr.6. n. 426. pag. 379.
Obligatio præcepti Sigilli provenit illi à solo jure Naturali Divino. tract. 6. nu. 430. pag. 379.
Revelatio Sigilli semper est contra virtutem Religionis. ibid.n. 431.
Semper etiam est contra virtutem justitiæ. ibidem.
Revelatio Sigilli semper est peccatum mortale, & sacrilegium gravissimum contra virtutem Religionis: at verò contra Justitiam potest esse peccatum veniale ob parvitatem materiæ. tr.6. n.432. pag. 380.
Non obligat pœnitentem ratione Sacramenti. ibid.
Obligat interpretem. tract.6.num.435.pag. 381.
Obligat consiliarium, quem Sacerdos consuluit, ut sciret quid eū docere opporteret pœnitentem in tali casu. tract. 6.num. 437. pag. 381.
Obligat Prælatum, à quo petitur licentia mediante Confessario ad absolvendum à casu reservato. tr.6.n.440. pag. 382.
Adhuc obligat tale præceptum Prælatum, quando pœnitens non per Confessarium, sed per se ipsum licentiam petit. ibidem num. 441.
Obligat illum, cui Confessarius peccatum auditum in confessione iniquè revelavit. ibid. n. 441.
Obligat illum, qui fortuitò audivit peccatum dictum in Confessione, quia prope erat. ibid. n. 443.
Non tamen obligat præsentes, quos pœnitens ex humilitate ad maiorem sui confusionem vult sibi præsentes adesse. tractat.6.num.444. pag.383.
Obligat illum qui se Sacerdotem finxit, & cōfessionem audivit. ibid.n.445.
Non obligat Laicum, cui pœnitens bona fide in casu necessitatis confessus est, putans se facere confessionem Sacramentalem. tr.6.num 446.pag. 383.
An obliget, quando pœnitens Sacerdoti quidem confessus est, sed absque intentione obtinendi

vendi absolutionem? Vide ibidem num. 448.

Obligat ex vi Confessionis meretricis, aut alterius similis, qui accedit ad Sacramentum, sine dispositione. ibid. n. 449.

Aliter dicendum, quando aliquis prætextu Cõfessionis, ut solùm rem sigillo obsignet, Sacerdotem adit, & factâ narratione nihil curat de absolutione. ibid. n. 450.

Non obligat illum, qui chartam invenit, in qua scripta erant peccata in ordine ad Confessionem. tr. 6. n. 452. pag. 384.

Hujusmodi tamen charta est secreto naturali veneranda. ibid. n. 453.

Tam mortalia, quàm venialia sunt materia Sigilli. tr. 6. n. 454. pag. 385.

Quo autem discrimine sint hæc peccata materia Sigilli? ibidem.

Objecta, & circumstantiæ peccatorum sunt materia Sigilli. ibidem.

Propositum homicidij confessum animo obtinendi absolutionem, licèt defectu dispositionis hæc non obtineatur, cadit sub Sigillum. tr. 6. n. 455. pag. 385.

Secus dicendum, si tale propositum hoc animo non confiteatur, sed solùm animo trahendi Confessarium in idem peccatum, &c. ibid. n. 456.

Defectus naturales, qui occasione peccati ad illud manifestandum declarantur, sunt materia Sigilli. tr. 6. n. 457. pag. 385.

Defectus, qui non dicuntur ad manifestandum peccatum, sed solùm concomitanter se habent ad Confessionem, v. g. Pœnitentẽ esse scrupulosum, impertinentis tempus terentẽ, &c. non cadunt sub Sigillum. ibid. n. 458.

Virtute, Revelationes, Extases, &c. si dicantur ad manifestandum aliquod peccatum, cadunt sub Sigillum. tract. 6. num. 459. pag. 386.

Si non dicantur ad manifestandum aliquod peccatum, non cadunt sub Sigillum. ibid.

Eadem doctrina est de illis, quæ neque sunt vitia, neque virtutes ut v. g. Esse conjugatũ, militem, &c. ibid. n. 460.

Peccata publica sunt materia Sigilli. tr. 6. num. 462. pag. 386.

Potest tamen Confessarius loqui de peccatis, quæ aliunde novit, vel postea cognovit, & uti notitia habita extra Confessionem, dummodo non addat circumstantiam, vel certitudinem ex Confessione acquisitam. tr. 6. num. 463. pag. 386.

Peccat contra Sigillum Confessarius, qui dicat in tali oppido, Monasterio, &c. committi plura Sacrilegia. ibid. nu. 464. & 465. pag. 387.

Magister Novitiorum, vel confessarius Monasterij non potest in domesticis concionibus reprehendere talia, vel talia peccata, quæ ex sola confessione novit. ibid. n. 466.

Nec potest Prælatus Monasterij dicere Provinciali in eo Monasterio peti frequenter licentias ad absolvendũ à reservatis. ibidem.

Prælatus, qui invenit subditum confitentem Sacerdoti extraordinario, qui ab ipso licentiam proximè petivit ad absolvendum quendam illius subditum à reservato, tenetur ad Sigillum, ita ut nec ipsi subdito de tali re possit loqui. ibid. n. 468.

Declaratio complicis, quando reputatur esse necessaria ad integritatem Confessionis est materia Sigilli. tr. 6. n. 469. pag. 388.

Quando pœnitens absque necessitate declaravit complicem, adhuc complex cadit sub Sigillum. tr. 6. n. 470. pag. 388.

Confessarius potest corrigere complicem, ex sola licentia pœnitentis. ibid. n. 472.

Pœnitentia gravis est materia Sigilli, non ita levis. tr. 6. n. 473. pag. 388.

Confessarius potest extra Confessionem loqui cum pœnitente de peccatis confessis, si ad id pœnitens licentiam indulgeat. tr. 6. n. 474. pag. 389.

Hoc intelligendum de sola licentia libera pœnitentis, non verò de licentia præsumpta, metu extorta, &c. ibid.

Violat Sigillum Confessarius loquendo cum pœnitente de peccatis confessis, si priùs licentiam non petat. ibid. n. 475.

Violatur Sigillum, quando pœnitens negat licentiam, & confessarius cum eo loquitur extra confessionem, licèt id necessarium sit ad supplendum aliquem confessionis defectum. ibid. n. 477.

Non potest Confessarius, corrigere pœnitentem extra Confessionem. ibid.

Hoc intelligend est, nisi in continenti post absolutionem necessarium sit aliquid superaddere. tr. 6. n. 479. pag. 390.

Confessarius de licentia pœnitentis potest loqui cum alio. ibid. n. 481.

Confessarius non potest alteri Sacerdoti subjicere peccatum in cõfessione manifestativum peccati pœnitentis, licèt id necessarium sit ad integritatem. ibid. n. 484.

Quomodo Confessarius respondere debeat, si interrogetur sub juramento de peccato sibi cõfessio? Vid. tr. 6. n. 486. pag. 391.

An Confessarius, si interrogetur, possit dicere se non absolvisse pœnitentem? Vid. ibidem n. 487.

Potest, & tenetur Confessarius dare schedulam pœnitenti, cui negavit absolutionem. ibid.

ibid.n. 489.& 490.
Vide Notitia Confessionis, & Parochus.
Quæ pœnæ impositæ sint violantibus Sigillum? Vid. tr.6.n.518. pag. 398.
Hæ pœnæ sunt ferendæ per Iudicis sententiam. ibid.n.519.
Frangens Sigillum non incurrit irregularitatẽ. tr.6.n.521. pag. 398.
Solus Confessarius frangens Sigillum impositas pœnas incurrit. ibid.n. 522.
Ad quem iudicem pertineat cognitio delicti revelationis Sigilli? Vid. ibid.n.523.
Si Sacerdos violet Sigillum, & dicat hoc fecisse de licentia pœnitentis, pœnitens verò asseverat talem licentiam non dedisse, cuinam incumbat onus probandi, pœnitenti ne, an Confessario? Vid. tract.6.n. 524.525. & 526.pag. 399.
Vide Notitia Confessionis.

Societas JESU.

Utrùm persistat hodie Privilegium concessum Religiosis Societatis IESU, ut semel approbati ab Episcopo, quandocumque iter faciũt, possint, non repugnantibus Parochis, in loco, ubi eorum Ordinarij non existunt, absque eorum licentia quorumcumque Christi Fidelium confessiones audire, &c? Vid. tr.6. n. 148. & sequent.pag. 320. *Et ibi vide marginem.*
Sententia asserens posse Superiorem uti notitia confessionis ad externam subditorum Gubernationem, licèt quoad res gratuitas, est prohibita in Societate Iesu per Decretũ R. P. Generalis Claudij. tract.6.nu.495. pag. 393.
An in Societate IESU, ubi reservatur quidquid in actum externum prodit contra votum castitatis, censeatur reservatum verbũ de se leve, vel actio de se levis, licet imperata ab actu interno de se gravi? Vide tr. 7. n.13.pag. 402.& 403.
Magister Novitiorũ Societatis IESU licèt sit simul totius Collegij Superior potest, nõ obstãte Decreto Clementis VIII. audire Confessiones Novitiorum. tract.7. num. 78. pag. 417.
Ad quem debeant recurrere Superiores locales, seu Provinciales Societatis pro suis reservatis? Vide tr.7.n.132.pag.430.
In Societate IESU conceditur iter agentibus, ut possint in via absolvi a reservatis cum onere postea comparendi. tract. 7. n. 213. pag. 448.
Vide D. Josephus de Mello.

Spes Theologica.

Non datur in Beatis. tr.1.n.123.pag.25.
Potest admitti aliqua spes naturalis, quâ speretur supernaturalis venia peccatorum. tr. 1.n.147. pag.29.

Sortilegia, & Divinationes.

Quomodo cõmittantur Sortilegia, seu Divinationes, quæ comprehenduntur in Decreto Clementis VIII. et in Religionibus reservante? Vid.tr.7.n. 363. pag.484.
Comprehenduntur in tali Decreto etiam Astrologi judiciarii prædicentes ex motu syderum futura intrinsecè contingentia. ibid. n. 364.
Non comprehenduntur ij, qui consulunt tales Divinantes, vel mulierculas Ægyptias animo præcnoscendi bonam, vel malam fortunam. ibid.
Vide Veneficia, & Incantationes.

Spiritus Sanctus.

Peccata contra Spiritum Sanctum sunt, quibus ille contemnitur, tribuendo ejus opera, & miracula spiritui maligno. tr. 1.num.153. pag. 32.
Dicuntur irremissibilia, non quòd per veram pœnitentiam remitti nequeant; sed quia raro fit vera pœnitentia de illis. ibid.

Sponsalia.

Sponsa peccans contra castitatem; tenetur in confessione declarare sponsalia; non ita sponsus. tract. 3.num. 427. pag. 196.& 197.

Summus Pontifex.

Accipit potestatem jurisdictionis completam immediatè à Deo. tr.2.n.77.fine p.103. & n. 89. pag. 105.
Potest Episcopis auferre jurisdictionem; eos deponere, & transmutare. tr. 2. num. 94. pag. 107.
Non potest se absolvere à peccatis, potest tamẽ dare alteri jurisdictionem, ut eum absolvat. ibid.n.109.pag. 110.

Potest se absolvere à censuris, si forte ligatus aliquâ in Pontificatum sit assumptus. ibid. n: 116.
Non potest alteri dare jurisdictionem, ut eum excommunicet; potest verò, ut cum eo dispenset in votis, vel indulgentias eidem impertiat. tr. 2. n. 111. pag. 110.
Obligatur præcepto Ecclesiastico annuæ Confessionis. tr. 5. n. 50. pag. 270.
Potest validè secum, aut cum alijs dispensare in præcepto Ecclesiastico annuæ confessionis. tr. 5. n. 54. pag. 271.
An verò possit licitè; & quando sit peccatum mortale, aut veniale? Vid. ibid. num. 55. 56. & 57.
Dicitur Proprius Sacerdos. tr. 6. num: 34. pag. 292.
De jure Divino habet facultatē eligendi Confessarium. tr. 6. n. 256. pag. 344.
Potest reservare pro tota Ecclesia. tr. 7. nu. 3. pag. 400. & 401.
Potest reservare peccatum, etiam quoad absolutionem indirectam. tract. 7. num. 24. pag. 405.
Summus Pontifex impertiendo indulgentias sub operis pij onere, non dicitur ligare. tr. 8. n. 55. pag. 623.
Peccata reservata Summo Pontifici.
Vide Reservatio, *&* *ibi* Reservata Summo Pontifici.

Superior.

Vide Prælatus.

Superstitio.

Non est necesse explicare in confessione qualitatem Superstitionis. tract. 3. num. 498. pag. 208.

Studium.

Studium potest esse immoderatum contra Religionem non tamen immoderatum adæquatè immoderatione contra studiositatem. tr. 3. n. 652. pag. 232.
Si omittas Sacrum non propter Studium, sed ex eo quod sacrum omisisti, studeas, non teneris hoc explicare. ibid. num. 653. pag. 232.

LITERA.

T

Tabellio.

Committens delictum perdit officium, & titulum, ejus tamen gesta, & instrumenta cum communi errore sunt valida. tr. 6. n. 124. pag. 313.
Incurrit etiam irregularitatem provenientem ex defectu lenitatis. tract. 6. num. 371. pag. 368.

Tactus impudici.

Vide Pollutio, Lascivia, Luxuria, *&* Fornicatio.

Templum.

Vide Locus Sacer.

Tertulianus.

Falsò existimavit, peccata non posse iterum, ac sæpiùs per pœnitentiam remitti. tr. 1. num 153. pag. 30.

Testimonium falsum.

Testimonium falsum in Judicio reservatum Episcopis in suis Diœcesibus.

Non comprehenditur in hac reservatione Testimonium falsum in judicio nullo defectu alicujus solemnitatis. tract. 7. num. 602. pag. 526.
Qui non juratus Testimonium falsum profert, non incurrit hanc reservationem. ibidem num. 603.
Qui in judicio falsum Testimonium profert, quod non veniebat in gratiam, aut damnum alicujus, hanc reservationem non incurrit. tr. 7. n. 605. pag. 527.
Idem dicendum de eo, qui Testimonium falsum protulit, quod quidem veniebat in gratiam, aut damnum alicujus, sed de facto non venit. ibid. n. 606.
Scholastici, qui sub pœna præstiti Iuramenti in-

jubentur aliquo solenni die concurrere, non tenentur ad id sub mortali. tr. 7. nu. 608. pag. 527.

Iuramentum, quod in Matriculà accipiunt Scholastici de obediendo Rectori in licitis, & honestis, illos obligat sub mortali, quando res quæ mandatur, aliunde obligat sub mortali, & solùm obligat sub veniali, quando res, quæ mandatur, solùm obligat sub veniali. tr. 7. n. 611. pag. 528.

Idem intelligitur de Iuramento servandi sub secreto ea, quæ tractanda erunt in aliquo claustro, capella, congregatione, aut concilio. tr. 7. n. 615. pag. 429.

Quæ autem materia sit gravis, aut levis in similibus juramentis? Vid. ibid. n. 616.

Si Rector Academiæ sub mandato sub pœna præstiti juramenti obliget graviter in materia, quæ, secluso juramento, solùm est levis; tale mandatum adhuc non obligat sub mortali. ibid. n. 617.

Sine perjurio potest quis jurare, Scholasticum fuisse continuum in scholis, qui ad breve tantùm tempus ab illis divertit. tr. 7. num. 620. pag. 530.

Potest jurari continuus in scholis, qui ab illis divertit negotij causâ animo statim revertendi. ibid. n. 622.

Si causa divertendi nō sit necessaria Scholasticus tamen scholis inter sit maiori anni parte, continuum fuisse jurari potest. tr. 7. n. 625. pag. 531.

Quomodo probetur ista maior pars anni? Vid. ibid. n. 626.

Potest etiam jurari continuus Scholasticus, qui morbi, belli, aut pestis causâ ab Scholis divertit. ibid. n. 630.

Quinam gaudeant his privilegijs Scholasticorum? Vid. tract. 7. num. 631. usque ad 633. pag. 532.

Qui domi se cōtinui maioris studijs, proventusq; causâ jurari potest adfuisse. ibid. n. 634.

Scholasticus, qui circa hanc materiam dicit falsum juramentum, non incurrit reservationem. ibid. n. 635.

Potest Scholasticus sub juramento negare se, aut alium amicum cum oppositore fuisse alloquutum, aut ejus domum ingressum esse, si, licet re ipsa fuisse alloquutus non de spectantibus ad subornationem, sed de alijs rebus allocutus est. tr. 7. n. 636. pag. 533.

Non tenetur Scholasticus inhabilitatem ad suffragium ferendum, occultam tamen fateri, etiam interrogatus sub juramento. ibidem n. 637.

Quid dicendum, quando delictum, unde oritur inhabilitas, notum quidem est, sed nondum lata est judicis sententia, poteritne Scholasticus accedens ad dandum suffragium jurare se non esse inhabilem? Vid. tr. 7. n. 642. usque ad 649. pag. 534. & 535.

Vide Juramentum.
Vide Mendacium.

Titulus coloratus.

Quis dicatur habere titulum coloratum? Vid. tr. 6. n. 112. pag. 309.

Sacerdos habens titulum coloratum validè absolvit. tr. 6. n. 113. pag. 310.

Absolvens, non solùm ex titulo colorato ordinario, sed etiam ex titulo colorato delegato ad unam, vel alteram confessionem, validè absolvit. ibid. 116. & 117.

Quando titulo putativo, & communi errori subest impedimentum juris Divini, est invalida absolutio. ibid. n. 118. pag. 311.

Valet absolutio respectu scientis titulum sui confessarij non esse verum sed solùm coloratū. tr. 6. n. 120. pag. 311.

Accedens ad talem confessionem scienter sine causa rationabili peccat; & facit confessionē nullam. ibid. n. 121.

Aliter dicendū de accedente ex rationabili causa. ibid. num. 21.

Non valet absolutio, quando solùm datur error communis, sine titulo à legitimo Superiore collato, sed à populo, vel quia Sacerdos per vim se intrusit. tr. 6. n. 122. 123. & 124. pag. 312. & 313.

Quando titulus quidem est collatus à Superiore legitimo, sed cum vitio ex parte formæ, eo quod defecerit solennitas in jure præscripta, videtur valere absolutio. tr. 6. num. 126. pag. 314.

Vide Absolutio.
Vide Sacerdos.
Vide Confessarius.

Transgressor præcepti Confessionis.

Quæ pœnæ impositæ sint hujusmodi transgressoribus? Vid. tr. 5. n. 103. pag. 281.

An illas incurrant ipso facto? Vide ibid. n. 104. pag. 282.

Non solùm ille, qui trāsgreditur utrūque præceptum communionis scilicet, & Confessionis simul; sed qui transgreditur quodlibet disjunctivè; has penas incurrit. ibid. n. 106. pag. 282.

Qui confitetur, sed confessione invalida non se-

 cura-

cut i absolutione, non excusatur à pena. ibid num. 107.
Qui confitetur, & secuta est absolutio, nulla tamen ob defectum dispositionis internæ, probabiliter excusatur à pœnis. tr. 5. num. 109 pag. 282.
Qui transgressores excusentur ab his pœnis? Vid. n. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. pag. 283. & 284.
Vide Pœnitentiæ Præceptum.

LITERA.

V

Valor Sacramentorum.

Ecclesia non potest facere, quòd Sacerdos invalide Sacramentum Unctionis administret; neque quòd Episcopus aliquem invalidè ordinet, vel confirmet. tr. 2. n. 83. pag. 104.

Vanagloria.

Tractare Sacramenta ob vanam gloriam, non est peccatum mortale, sed veniale. tr. 3. nu. 227. pag 156. fine. §. Ad 1.
Vide Confessio.

Veneficia, & Venefici.

Quæ Veneficia comprehendantur in Decreto Clementis VIII. ea in Religionibus reservante. tr. 7. n. 359. pag. 483.
Solùm facientes Veneficia incurrunt hanc reservationem. ibid. n. 360.
Qui comprehendantur nomine facientium hæc Veneficia? Vid. ibid. n. 361.
Non comprehenduntur illi, qui ossa, herbas, aut alia id generis colligunt ad ipsorum Veneficiorum massam attemperandam. ibid.
Vide Incantationes, *&* Sortilegia.
Vide etiam Eucharistia, *& ibi* Abutens Sacrosanctâ Eucharistiâ ad magicas artes.

Viaticum.

Quid faciat Parochus, qui ægroto ministrat Viaticum, & in reconciliatione, ægrotum longiori confessione indigere cognovit? tr. 3. nu: 670. pag. 236.
Vide Eucharistia.

Vicarius Generalis.

Potest approbare ad audiendas confessiones, etiamsi ad id non habeat, ab Episcopo speciale mandatum. tr. 6. n. 163. pag. 323.
Secus dicendum de Vicario foraneo. ibid.
Vicarius Generalis constituit idem tribunal cum Episcopo. ibid.
Vicarius Generalis Episcopi habet potestatem eligendi sibi confessarium. tr. 6. num. 262. pag. 345.
Idem dicendum de Vicario Capituli, Sede vacante. ibid.
Secus verò dicendum est de Vicario foraneo; ibid.
Vide Episcopus.
Vide Ordinarius.

B. Virgo.

Habuit virtutem Pœnitentiæ solùm quò ad entitatem, non quò ad denominationem. tr. 1. n. 125. & seq. pag. 24.
Tam peccatum originale quàm veniale de decebat B. Virginem, quodlibet magis in suo genere. tr. 3. n. 28. pag. 117.

Visio Beata.

Non est forma sanctificans. tr. 1. num. 218. & 219. pag. 42.
Si quis existens in peccato raperetur ad Visionem, & amorem B. consequeretur remissionem, non tamen sanctificaretur formaliter. ibid. n. 215. & 216.
Vide Beatitudo, *&* Beatus.

Visus.

Visus restitutus cæco non postulat principium in entitate, sed solùm quò ad modum supernaturale. tr. 3. n. 86. pag. 129.

Voluntas.

Quæ sit voluntas generalis Sacramentorum, & quæ particularis? tr. 4. n. 95. pag. 256.
Voluntas generalis non sufficit in articulo mortis ad Sacramentum pœnitentiæ. ibid.
Sufficit ad alia Sacramenta. ibid.

Om-

Omnino requiritur voluntas particularis ad recipiendum Sacramentum pœnitentiæ. ibid.

Voluntas virtualis.

Sufficit ad recitationem Officij D. ad consecrationem, & administrationem Sacramenti. tr. 3.n.619. pag. 227.

Votum.

Qui habet votum castitatis, & matrimonium contrahit, tenetur illud explicare. tr. 1.nu. 555.pag. 213.
Votum de re levi solùm obligat sub veniali. tr. 7.n.612. pag. 528.
Vovens in materia gravi, potest se obligare leviter. tr.7.n.619.pag. 529
In violatione voti potest dari parvitas materiæ. tr.7.n.917.pag. 582.
Qui vovit nullo præfixo termino, tenetur quàprimum votum adimplere. tr. 8. num. 92. pag. 631.
Quid sit suscipere Sacramentum Pœnitentiæ in voto. tr.2.n.48. pag.97.
Voti violatio in omnibus materijs est ejusdem speciei. tr.3.n.262.pag 151
Actus, qui est contra plura vota ejusdem rationis, est unum tantùm peccatum. ibid. num. 389.pag.186.
Habens votum castitatis, & peccans cum Moniali, duo committit sacrilegia. ibid.num. 396.pag. 188.
Habens votum castitatis, & peccans contra illam, tenetur in confessione explicare votum. tr.3.n.410.pag.192.
Non tenetur tamen explicare repetitionem voti. ibid.n.411. pag. 193.
Nec etiam tenetur dicere, se esse simul Religiosum, & Sacerdotem; sed sufficit dicere: sum Sacerdos, vel: sum Religiosus, vel: sum sacris Ordinibus initiatus. ibid.n.413.
Sufficit item, si solùm dicat: Habeo votum castitatis. ibid.n.415.pag.194.
Votum solenne, & simplex sunt ejusdem speciei. ibid.
Voti solennitas non addit præceptū. ib.n.416.
Licèt quis, dum sacris Ordinibus initiaretur, haberet voluntatem expressam non emittendi votum castitatis, adhuc postea in peccatis luxuriæ tenetur explicare se esse ordinatum. tr.3.pag.194. §. Ad secundum.
De violatione votorum, prout modo ordinario fiunt, non est opus explicare, an facto sint. Deo, vel B. Virgini, vel Sanctis; aliquando verò id debet explicari. tr. 3. nu. 495. & 497. pag. 107.
In confessione debet explicari votum personæ scandalizatæ non verò scandalizantis. ibid. n.568.pag. 219.

Proprietas contra votum Paupertatis.

Quid veniat nomine Proprietatis contra votum Paupertatis in Decreto Clementis VIII. pro Religionibus reservatæ? tr. 7. num. 378. pag. 486.
Ad incurrendam hanc reservationem requiritur, & sufficit quantitas, quæ sufficit ad peccatum mortale contra votum Paupertatis. tr. 7.n.379.pag.487.
Quæ autem Proprietas in materia furti de rebus monasterij constituit peccatum mortale? Vid. ibid. n. 380.& 381.
An verò sufficiat licentia præsumpta in materia aliàs sufficienti ad peccatum mortale contra votum Paupertatis, & consequenter excuset à reservatione? Vid. ibidem n. 382. & 383.
Qui non vult rem acceptare, sed rogat, ut donetur amico, vel consanguineo non peccat mortaliter contra votum Paupertatis. tr. 7. n. 385. pag. 488.
An verò peccet ille qui expressè, vel tacitè dicit petenti sibi Missas, Faciam tibi tot sacra, dummodo eleemosynas illis correspondentes eroges tali meo amico, vel cõsanguineo? Vid. tr.7.n.387.pag.488.
Non est contra votum Paupertatis accipere pecunias distribuendas in pauperes nomine donantis. tr.7.n.392.pap.489.
An verò Regulares accipientes comestibilia, sine licentia, peccent contra votum Paupertatis? Vid. tr.7.num. 403. usque ad 408. pag. 491.
Regulares qui habet depositum apud sæcularem, ut pecunijs utatur de licentia Superioris, non peccat contra votum Paupertatis, nec reservationem incurrit. tr.7.n. 309.pag.492.
An verò sit contra votum Paupertatis commodare, aut dare sine licentia ea, quæ Religiosus habet cum licentia? Vid. tr.7.nu.412. pag. 492.
Si Religiosus absque licentia donet alteri Religioso ejusdem Monasterij ea quæ habet, non peccat mortaliter contra votum Paupertatis. ibid.n.414.
Religiosus obtinens facultatem ad expendendas pecunias in una re licita, & expendens illas in alia similiter licita, non peccat contra votum Paupertatis. tr.7.n. 417.pag.493.
Utrùm verò habens licentiam ad expendendas pecunias in rebus honestis, & licitis, illas expendens in illicitis, peccet mortaliter contra votum

tatem Paupertatis. & incurrat reservationem & a quo sit absolvendus, si illam incurrat? Vid. tr. 7. num. 417. usque ad 423. pag. 493. & 494.

Quomodo, & quantum possint Superiores donare, vel dare licentiam ad donandum, quin incurrant in Decretum Clementis VIII? Vid. tr. 7. num. 424. usque ad 429. pag. 494. & 495.

Quando hæ donationes excedunt debitam taxam, recipientes tenentur ad restitutionem. ibid. n. 429.

Superiores non possunt rem aliquam pretiosam Monasterij alienare. tr. 7. n. 430. pag. 495

Quanti autem pretij debeat esse res, ut censeatur pretiosa? Vid. tr. 7. n. 431. usque ad 433. pag. 495.

Votum Dubium.

Vide Dubium.

Unctionis Sacramentum.

Illius forma fit per verba deprecatoria. tr. 4. n. 36. pag. 245.

Usurarius.

Licitum est ex rationabili causa petere pecunias mutuas ab usurario, vel apud illum eas apponere, licèt prævideatur usuras exerciturus. tr. 3. n. 580. pag. 220.

Non dicitur publicus usurarius, qui semel tantum commisit usuram. tr. 7. num. 832. & 833. pag. 568.

Vulnus.

Infligens alij plura vulnera eâdem rixâ, & conflictu, unum tantùm committit peccatum. tr. 3. n. 168. pag. 18.

Sanguinis effusio per injuriam enormem cujus vulnus fit in Ecclesia est Sacrilegium licet ipsa effusio sequatur solùm extra Ecclesiam, non tamen è converso. tract. 3. num. 635. pag. 229.

Quid verò dicendum de percussione gravi, si effusio nulla sit, vel modica? Vid. tract. 3. n. 636. pag. 230.

Vide Occisio, & Homicidium.

Vide Percussio.

F I N I S.

Laus Deo, Virginique Matri.



